UANL
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTE

BV759
.G3
1618
c.1

TRACTATVS DE

BENEFICIIS

AMPLISSIMVS,

ET DOCTISSIMVS

DECLARATIONIBVS CARDINALIVM S. CONGR. Concil. Triden. & decisionib. Rotæ, tàm MS. quàm impressis firmatus, ornatus, & ad singulas materias secundùm hodiernam praxim accommodatus:

AVTHORE

NICOLAO GARCIA HISPANO I.V. PROfessore, & Ecclesiæ Abulensis Canonico.

Cum duplici Indice, vno partium & Capitulorum, altero Rerum & materiarum copiosissimo.

COLONIAE ALLOBROGVM.
APVD PHILIPPVM ALBERTVM.

M. DC. XVIII.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
46469
UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA MICROFILMADO 26/1/82

BV7891
.A3
1618
c.1

ADMODVM RE-

VERENDO, NOBILI, CLA-

RISSIMOQVE VIRO, D. ZACHAEO AB

Horrich, I. V. D. Illustris & Insignis Ecclesiæ, ad D. Gereonem Coloniæ Canonico, Scholastico, & Prælato dignissimo, Serenissimi & Reuerendissimi Ferdinandi D. G. Electi & Confirmati Archiepiscopi & Electoris Colonien. &c. Officiali Iudici Ordinario, Domino suo plurimum Obseruandis.

Tsi iudicium doctorum hominum, Reuerende, Clarissime, & Consultis. nomine, in discernendis aliorum scriptis & monimentis posteritati consecratis fallax nonnunquam & incertum sit, quando ea quæ ab initio pro præclaris habita fuere, atque adeo vendibilia ac plausibilia putabantur, quasi tamen vulgo ingrata integra vix seculo cursum venditionis expleuisse, ad extremum magno operarum ac sumptuum dispendio, animaduersum sæpius sit: vt sic dum te putas Anchisen totum tenere, nil teneas præter vmbram, quæ tenues vanescit in auras: Veruntamen quam benè hactenus res ceciderit iis, qui Hispanorum Commentarios suis typis nondum Germaniæ notos prodiderunt, apertius est quàm vt vlteriori egeat demonstratione. Habent enim hoc præ cæteris singulare auctores Hispani, quòd reliquos omnes acumine & grauitate longè excellant. Quam ob causam hactenus id mihi vnice curæ fuit, vt Hispanos commentatores tàm Theologos quàm Iureconsultos, ex intimâ Iberiâ, maximis quandoque meis impensis huc aduectos, prælo subiicerem. cúmque Hispanicum ingenij acumen, & iudicij dexteritatem in Garcia nostro elucere doctissimorum virorum iudicio comprobatum sit, ipséque Tractatus de Beneficiis se satis ostendat, vt eius vtilitas commendatione haud indigeat, Germaniam nostram, patriam dilectissimam, tanto Autore diutius carere nolui: ac de eo in publicum mittendo seriam tandem cogitationem suscepi.

Cæterum eundem Tractatum, Reuerendæ & Clarissimæ Dominationi Tuæ præ aliis dedicare ac offerre constitui: tùm quòd ex tanto thesauro, ac veluti penu refertissima, varias totius rei beneficiariæ resolutiones, in eo, quo dudum fungeris officio Iudicis ordinarij, & quo nuper in totius Cleri Agrippinensis Oraculum (ceu Scæuolam Iureconsultum, Cicero olim appellauit, eóque nomine tibi cum omnibus bonis congratulor) merito tuo assumptus es, munere, facil-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
TALEBE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

simè depromere poteris, tùm etiam vt hac ratione animi mei grati signum aliquod erga Reuerendam Dom. Tuam exhiberem. Accipe igitur hilari fronte rogo, has Hispaniæ gazas, simúlque, vt me meáque tibi commendata habeas, obsecro. Deus Opt. Max. Reuerend. & Clariss. Dom. Tuam nobis diutiùs seruet in columem. Colon. Agripp. ex Officina mea Typographica, Anno M.DC.XIV. 16. die mensis Septembr.

Admodum Reuerendæ & Clarissimæ
Dom. Tuæ.

Obsequentissimus Cliens
& seruitor,

ANTONIVS HIERAT.
Ciuis Bibliop. Colon.

APPRO-

APPROBATIO.

TOTVM primum amplissimi Tractatus de Beneficiis Authore Licentiato Nicolao Garcia, Ecclesiæ Abulensis Canonico Iuris vtriusque eruditissimo Professore (ex commissione Illustrissimi ac Excellentissimi domini mei D. Thomæ à Borgia Cæsaraugustanæ Ecclesiæ Archiepiscopi) euolui sedulò, accuratéque perlegi: in quo Romanorum Pontificum decreta, Rotæ Romanæ doctissimæ decisiones, & oracula fida reperiuntur: nec non grauissimorum doctorum Ecclesiasticam doctrinam amplectentium opiniones recenset, ac quid ex ipsis sit tenendum firmo gressu prosequitur, & legentibus manifestat: quapropter cum nihil in eo à sacræ Romanæ Ecclesiæ decretis, aut bonis moribus alienum reperiatur: quæstionésque hucusque ab aliis minime agitatas è latebris excitat, in artem redigit, luculenter amplificat, ac diffinit, egregiis Canonicarum Institutionum thesibus superabundat: ideo opus tanto ingenio, & industria elaboratum, numeris absolutum, reipublicæ Christianæ, præsertim Ecclesiasticis personis vtilissimum, ac necessarium iudico. Cæsaraugustæ die 12. Septembris Anno 1601.

DOCTOR MARTINVS CARRILLO.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA DEDICATORIA

Authoris

CLARISSIMO DOMINO D. ANDREAE FERNANDEZ DE CORDVVA,

Episcopo Pacen.

NON fuit mihi Præsul Illustrissime diu cogitandum, cui opus de Beneficiis primitias studiorum meorum dicarem, cum statim tu ipse occurreres, cui multis nominibus debebatur, tum ob magnum amorem quo me semper benigne prosequeris, magnaque Beneficia mihi collata ab te patrono meo obseruandissimo, cuius semper patrocinium expertus sum, tum etiam quia ad opus istud conficiendum non parum adiumenti mihi attulerunt ea, quæ Romæ didici à te viro eruditissimo cum esses Rotæ, & sacri Palatij Auditor dignissimus, tunque decisiones doctissimæ (quas vt mihi iussisti in bonum Reipublicæ faciente Deo edere spero) ac quæ ex tuis libris, & scriptis præcipue Rotæ excerpsi, atque collegi, tam Romæ quàm in ciuitate Pacen. quæ te Pastore, & Episcopo suo vigilantissimo, & beneficentissimo gaudet, iure etiam optimo opus hoc de Beneficiis Ecclesiasticis debetur tibi Antistiti amplissime, eorum dispensatori, Auditorique doctissimo Rotæ, vbi materia ista maxime agitur, rectissime examinatur, & optime scitur: Accedit generis tui claritas, tuque summa nobilitas, cum eximia virtute coniuncta, quam non opus est longo sermone recensere, nemo enim est cui non sit perspicua & satis comperta, cum sis ex antiquissima, & nobilissima Cordubensium familia, ex qua tot magnates, Heroes, & excellentissimi Principes, Duces, Marchiones, & Comites bello pacéque insignes, ac toti orbi notissimi, vt non magni Prælati prodierunt, totaque illustrissima domus, inter quas est tua, illustrissima de Guadalcaçar, nemo etiam est qui nesciat quantum nobilitatem istam & generis splendorem cum literis & virtute coniunxeris: ea igitur illustrissime Præsul Tractatum nostrum (qui tibi vt spero non displicebit) tuo nomine nuncupatum, tuoque patrocinio, tutelæ, ac protectioni commissum, atque hilari vultu, solitaque benignitate, ac humanitate accipe munus hoc summæ erga te obseruantiæ, obsequij, & grati animi mei testimonium, & argumentum. Et vale felix. Abula.

Licentiatus NICOLAVS GARCIAS,
Canonicus Abulen.

PRÆFA-

PRAEFATIO.

QVAMQVAM de Beneficiis, quorum materia amplissima est, plurésque tractatus, & maximam iuris Canonici partem complectitur, multi sint editi tractatus, nempe Io. Seluæ de Benefic. Rebuffi praxis benefic. Duar. de sacris Ecclesiæ ministeriis, Corras. paraphrasis Sacerdotorum, Io. Nicol. Gimon. Enchiridion Beneficiorum, Rosin. de Beneficiis, seu de re beneficiali lib. 3. P. Greg. de Beneficiis, seu institutiones Beneficiales, Quintana duennas Ecclesiasticon, & Lelii Zechi de Benef. & pensio Eccles. & sint etiam alii tractatus accessorii, vt de reseruatio. permutatione, resignatione, & incompatibilitate Beneficiorum, & de vnio. &c. quos omnes vltra ordinarios. & alios vidi & legi, non tamen ideo tractatus noster inutilis erit, sed adhuc valde vtilem ne dicam necessarium existimo, & candidus ac sapiens Lector iudicabit. nam vltra quod in illis materia ista nec plene, nec exacte tractatur, nec multum ad praxim præsertim hodiernam conducunt, sunt iam in hac materia multa innouata ex S. Concil. Triden. nouis constitutionibus & cancellariæ regulis, stilo curiæ, & consuetudine, quę illi non attingunt, nec degustarunt, neque materia ista videtur posse exacte, & satis intelligi abiis qui non sunt in curia, & Rota, eiusque stilo & decisionibus versati, vt qui de Beneficiis hactenus scripserunt. Ego quidem tempore quo Romæ fui licet pauco, nempe solo triennio, huic studio auide & sedule me addixi, & postea accurate profecturus sum voluendo & reuoluendo Rotæ decisiones, & resolutiones, tàm impressas, quàm manuscriptas ac declarationes S. Congregationis Concilii libros que ad hoc conducentes, vnde in mentem mihi venit hunc tractatum scribere in vtilitatem Reipublicæ, si forte ei possem meo exiguo talento, & tenui facultate prodesse, quem magno labore, & studio Deo adiuuante confeci ad ipsius honorem, & gloriam sacratissimęque Virginis Mariæ, atque in duodecim partes ordine ni fallor non incongruo diuisi, quarum quælibet habet tua Capit vbi plures particulares tractatus huius materiæ continentur. Sed quia in hoc tractatu allego, & adduco multas declarationes S. Congregationis ac decisiones, & resolutiones Rotę, oportet de earum vi, & authoritate lectorem certiorem facere, ac breuiter admonere. Et quod attinet ad declarationes S. Congregationis, certum est eas non esse declarationes doctrinales, sicut latas à Doctoribus & Iurisperitis, vt aliqui Theologi perperam dicunt, sed esse declarationes definitiuas, seu decisiuas, vim legis habentes, & vt leges recipiendas, vt pote latas ex commissione Papæ, & à personis habentibus interpretandi, & respondendi facultatem à Principe, vt apparet ex Bulla Sixti V. quæ est in 2 par sui Bullarii 7. in ordine, vbi habetur facultas dictæ S. Congregationis quæ etiam ponitur à Man. Rodriguez quæst. regul 1. tom. q. 11. art. 1. qui art 2 seq. ita docet, facit tex in 3. respons prudentium instit. de iure naturali. Et eadem S. Congreg. cuidam Abbatissæ Nassanen sic respondit *Eadem ratio habenda est de his quæ scribuntur à Cardinalibus S. Congreg. Concilij Triden. nomine ipsius Congre. ac si à Papa scripta essent.* & alias sic censuit. *Decreta, & literæ Cong. Concilij semotis litibus sunt executioni demandanda, nec super his sententia, nec decretum aliquod est faciendum* Et ita super declarationibus S. Congregationis Papa statim dat Breue, & Auditor Cameræ monitorium in earum exe cutionem, & Rota eas absque vlla controuersia, & disputatione amplectitur, suscipit, & obseruat, vt praxis ostendit. & quamuis declaratio sit facta ad instantiam alicuius, seu in casu particulari, tamen facit ius quo ad omnes, & in vniuersum, ad l. vlt. C de legibus. cap. in causis de re iudic & cap. 119 dist. an Rodri. d. art. 2. ad fin. quidquid aliqui Theologi dicant. Nec requiritur publicatio, seu promulgatio, aut intimatio huiusmodi declarationum, vt etiam aliqui Theologi male volunt. nam vt recte inquit an. Rodriguez ibi. licet leges vt obligęt sit necessarium quod publicentur, vt tamen declarationes legum iam publicatarum. & receptarum obligent, non est necessarium quòd publicentur, sufficit enim quod ipiæ leges sint promulgatæ, & receptæ ad hoc vt earum declarationes à Principe, vel ab habente potestatem ab ipso Principe datæ obligent eodem modo quo ipiæ leges obligant. Decisiones autem Rotæ non faciunt ius (nisi transeant in stilum quicquid velit D. Varta de tribunalibus vrbis, cap. 5. Sed habentur pro decisionibus magistraligan versi. Decisiones Rotæ. Vantius de nullitatibus, tit. de nullitate ex defectu processus, n 12. Cassad. decis. 1. de præbend n. 7. Lancelotus de attentatis, cap. 20. limitatione 1. n 2. & alii, tamen vt inquit Vantius ibi decisiones Dominorum de Rota magni ponderis sunt,

Rotæque authoritas maxima est præcipuè in hac materia beneficiali, & eius opinio propter ipsius authoritatem exactamque & maturam resolutionem, & etiam propter numerum Doctorum in ea militantium communis reputatur, vt per Lud. Gomezium Episcopum Doctorum in ea militantium communis reputatur, vt per Lud. Gomezium Episcopum, Satnen. in prohemio regularum cancellariæ, q 2. versi 4 pro ista parte, & D. Martam vbi supra num. 17. Accedunt quæ de grauitate & laudibus huius sacri Auditorii, & integerrimi tribunalis, post alios tradunt Satnen. ibi andos. de commissio. 4 commissione attentatorum verb. audit. rio D. arta d. cap. 5 & Grauatius ad Vestrium in praxi lib. 2. cap. 17. qui ait, *Ab his auditoribus ob summam earum iurisperitiam tuisque iudicium, pulchram authoritatem, incredibilemque grauitatem quod in controuersijs decidituri, tanquam ex oraculo dictum in omne æuum creditur, vt in rebus iudicatis eorum sententia, quas decisiones Rotæ vocamus, demonstrant, quorum quanta sit authoritas nemo nescius est, vnde non iniuria dici potest, quod tanta est Auditorum Rotæ opinio, quanta Pithagoræ apud Pithagoricos fuit, vt nullus non satis esse putet dicere, sic eta definiuit*, &c. hæc Grauatius Et si vt inquit an. of. vbi sup. inter doctos scriptores non reperitur aliquis qui ad sacra Rotæ decreta non secus ac sitibundus ad limpidissimum fontem non currat à qua doctorum scripta alioquin sterilia, frugifera, ac fructuosa redduntur, nil mirum si ego scriptorum minimus plures decisiones, & resolutiones Rotæ adducam, quibus doctrinam meam confirmem, & tractatum meum amplificem, exornem, & locupletem, licet aliquando à Rotæ sententia discedam iure, seu ratione cogente, vt pote nullius addictus iurare in verba magistri, placuitque multas earum integras ponere, licet non totæ faciant ad id de quo ibi agitur, tum vt earum intentum factumque, & ius melius percipiatur, tum vt Lector fruatur earum vtili solida & exacta doctrina, tum etiam quia ferunt ad dicta alias, vbi eas allegamus te mittendo ad locum vbi ponuntur, & cui non placuerit, seu per tempus non licuerit decisiones nostras legere, & in eis immorari poterit absque vlla detentione, & difficultate eas prætermittere, siue pertransire, cùm diuersis caracteribus sint positæ ac designatæ, nec miretur Lector quod earum allegationes aliquæ non sint fideles, & certæ, id enim præcipuè prouenit ex errore, & incuria scribentium, & transscribentium, variantur etiam allegationes ex diuersitate editionum, quod etiam dictum sit pro nostris allegationibus, quarum fidelitatem veritatemque, tàm quo ad doctrinam, quàm quo ad loca curaui quantum potui. Omnia autem in hoc tractatu contenta, & à me scripta libenter subiecì S. Sedis Apostolicæ sapientumque hominum censuræ ac iudicio.

INDEX

INDEX PARTIVM CAPITVLORVM TRACTATVS DE BENEFICIIS Primi Tomi.

PRIMA PARS.

De nomine, diffinitione & diuisione Beneficij, continet sex capita.

Capit. 1. De nomine Beneficij & origine.
Cap. 2. Quid sit Beneficium.
§. 1. De Beneficijs manualibus & Capellanijs, & præsumptis.
Cap. 3. De hospitalibus, an sint Beneficia.
Cap. 4. De præceptorijs, seu commendis.
Cap. 5. De pensione, an sit Beneficium, vbi plura de pensione.
§. 1. De diffinitione pensionis.
§. 2. Quæ possit pensionem imponere, & an requiratur causa.
§. 3. In qua portione, seu quantitate pensio sit reseruanda.
§. 4. Quomodo in causis pensionum sit procedendum.
Cap. 6. De diuisione Beneficij, nempe quotuplex sit, & an appellatione beneficij omnia comprehendantur.

SECVNDA PARS.

De vtilitatibus prouenientibus ex Beneficio continet 5 cap.

Cap. 1. De fructibus.
Cap. 2. De priuilegijs fori.
Cap. 3. De immunitate & exemptione à gabellis, exactionibus & tributis.
Cap. 4. De subuentione, quo ad ordines ratione beneficij.
Cap. 5. De titulo ad ordines.
§. 1. De aliis dubijs.

TERTIA PARS.

De obligationibus, & oneribus Beneficij, continet 4. cap.

Cap. 1. De obligatione recitandi.
Cap. 2. De residentia.
§. 1. De residentia dignitatum Canonicorum, & Portionariorum.
§. 2. De aliis dubijs.
Cap. 3. De professione fidei.
Cap. 4. De obligatione suscipiendi ordines.

QVARTA PARS.

De modis prouidendi & disponendi de Beneficijs, eaq; acquirendi, continet 5. c.

Cap. 1. De Collatione, electione, & præsentatione.
Cap. 2. De modis quibus acquiritur ius ad rem in beneficio.
Cap. 3. De modis quibus acquiritur ius ad rem in Beneficijs.
Cap. 4. De commenda.
Cap. 5. De adiuturia.

QVINTA PARS.

De his ad quos spectat dispositio, seu prouisio beneficiorum continet 9.

Cap. 1. De Papa.
§. 1. De reseruationeob vitam testium in curia, & clausa in corpore iuris.
§. 2. De reseruatione seu effectu per appositionem manus papæ.
§. 3. De reseruationibus regularum cancellariæ.
§. 4. De regula 2.
§. 5. De regula 3.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

§.6. De regula 4.
§.7. De regula 5.
§.8 De regula 6.
§.9. De regula 7.
§.10. De regula mensium, & primò de iis in quibus differt a reg. antiquis, &c.
§.11. De explicatione regulæ, & notabilibus quæ ex eius verbis, seu circa ea deducuntur.
§.12. De alternativa, circa quam multa dubia examinantur.
§.13. De regula 10.
Cap.2. De concilio.
Cap.3. De Legato.
§.1. De facultate Nunt.
Cap.4. De ordinario.
§.1. De prouisione prebendæ Pœnitentiariæ, lectur. Doctoralis & magistralis.
§.2. De prouisione Beneficiorum inferiorum.
§.3. De aliquibus dubijs de ordinario collatore.
Cap.5. De possessore variis conferendis.
Cap.6. De sequestro.
Cap.7. De Capitulo sede vacante.
Cap.8. De Vicario Episcopi.
Cap.9. De patronis.
§.1. De aliis notabilibus.

SEXTA PARS.

De executoribus literarum & gratiarum Beneficialium, continet 5. capit.

Cap.1. De executoribus mandatorum de prouidendo.
Cap.2. De executoribus literarum & gratiarum de Beneficijs vacan.
§.1. An d. executores possint alteri subdelegare, & an sint mere, vel mixti, & quamdiu duret eorum potestas.
§.2. Quid debeant verificare d. executores.
§.3. An gratia in forma dignum expiret morte Papæ concedentis re integra.
Cap.3. De executoribus literarum in forma brevis de capienda possessione.
§.1. De clausula sublata & parisione brevis, & clausula volumus.
Cap.4. De subrogatione.
Cap.5. De executoribus executorialium.

SECVNDVS TOMVS

continet partes & capitula sequen.

SEPTIMA PARS.

Quibus debeant Beneficia conferri, seu de qualitatibus requisitis ad Beneficia, continet 16. capit.

CAp.1. De clericatu & ordine.
§.1. de aliquibus difficultatibus & dubijs.
Cap.2. De legitimitate.
Cap.3. De filijs presbyterorum.
Cap.4. De ætate Beneficiandorum.
Cap.5. De coniugatis.
Cap.6. De bigamis.
Cap.7. De scientia seu literatura.
Cap.8. De moribus & vita.
Cap.9. De natu aliquæ.
Cap.10. De Beneficijs secularibus secularibus, & regularibus regularibus conferendis.
Cap.11. Quid non sit irregularis.
Cap.12. De corpore vitiatis.
Cap.13. Quid non sit excommunicatus.
§.1. De fructibus Beneficiorum excommunicati.
Cap.14. Quid non sit suspensus, seu interdictus.
Cap.15. De Beneficijs debitis certis personis, seu certo generi personarum.
cap.16. An Beneficia sint conferenda dignieri, an satis sit digno conferre.

OCTAVA PARS.

De requisitis prouisionis beneficij, continet 4. capit.

cap.1. Quod fiat gratis libere, & sine pacto modo, vel conditione ac sine diminutione.
cap.2. Quod pure fiat collatio non conditionaliter, nec alternative, nec copulative.
Cap.3. Quod non sit surrepitia prouisio.
cap.4. An requiratur quod collatio fiat publice, seu palam, & non clandestine, & de probatione illius.

NONA PARS.

De forma in prouisione seruanda, continet 4. capit.

Cap.1. De forma in communi, &. an ea non seruata prouisio sit nulla etiam in foro conscientiæ.
Cap.2. De forma seruanda in prouisione parrochialium.
§.1. De aliis dubijs.
§.3. De forma seruanda in prouisione Beneficiorum simplicium.
Cap.4. De forma edicti seu vacationis in institutione seruanda.

DECIMA PARS.

De tempore, quo & intra quod debet prouideri de beneficijs, & de deuolutione, continet 4. cap.

cap.1. Quando debeat prouideri de Beneficijs.
Cap.2. De tempore intra quod debet de Beneficijs prouideri.
Cap.3. De deuolutione.
Cap.4. De tempore intra quod debet fieri institutio, & confirmatio, & collatio necessaria.

VNDE-

VNDECIMA PARS.

De modis vacandi, & admittendi Beneficia, continet 10. capit.

Cap.1. De vacationis modis in communi.
Cap.2. De vacatione per obitum.
Cap.3. De renuntiatione.
§.1. Qui possint renuntiare beneficia.
§.2. Quod renuntiatio debet esse libera, & pura.
§.3. Quod renuntiare cum authoritate superioris fieri debet, &c.
§.4. De publicatione resignationibus.
Cap.4. De permutatione Beneficiorum.
Cap.5. De vacatione per assecutionem alterius.
§.1. De declaratione præmissorum & requisitis ad huius modi vacationem.
§.2. De unione patibilitate duorum Beneficiorum sub eodem tecto.
§.3. De incompatibilitate, seu compatibilitate beneficiorum simplicium.
§.4. De dispensatione super pluralitate beneficiorum.
Cap. 6. De vacatione ob promotionem ad Episcopatum.
Cap.7. De vacatione ob promotionem ad Abbatiam.
Cap.8. De vacatione ob contrarium intentionis.
Cap.9. De vacatione per ingressum religionis.
Cap.10. De vacatione per privationem.
§.1. De hæreticis apostatis & schismaticis.
§.2. De perjuris, falsarijs, sacrilegis, concubinarijs & sodomitis.
§.3. De violento beneficij possessore & intruso.

XII. & VLTIMA PARS.

De modis quibus extinguitur, vel alteratur beneficium, continet 5. cap.

Cap.1. De suppressione & extinctione.
Cap.2. De unione.
§.1. Quæ possit unionem facere, & ex qua causa.
§.2. Quæ forma & solemnitas requiratur in unione.
§.3. Quomodo probetur unio, & quando dicatur secuta effectum, & de eius revocatione.
Cap.3. De dismembratione.
Cap.4. De divisione Beneficij.
Cap.5. De erectione Beneficij, seu Ecclesiæ in alium statum.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PRIMA PARS DE NOMINE, DIFFINITIONE ET DIVISIONE BENEFICII.

CAP. I.

De nomine beneficij & origine.

SVMMARIA.

BENEFICIVM in genere quid sit nu. 1. 2. & 3.

De varia acceptione verbi beneficium, reperitur, num. 4.

In iure Pontificio, & materia Canonica, appellatione beneficij intelligitur beneficium Ecclesiasticum, num. 5.

Beneficij nomine per Antonomasiam beneficium Ecclesiasticum intelligitur, num. 6.

Beneficium ab aliquibus, Sacerdotium dicitur, sed nō est reprehendendum verbum beneficium usitatum, n. 7.

Beneficium dicitur etiam prabenda, & quomodo accipitur prabenda n. 8. & 9.

De origine beneficiorum remissum, n. 10.

1 BENEFICIVM in genere est benevola actio † tribuens gaudium capientibus, *vt in c. 1. in quibus causis feudum amittatur, ex Seneca, lib. de benef. 1. traduxi Selua de benefi. 1. part. q. 1. & Quintanadu. nas Ecclesiasticum, lib. 1. c. 1.* Et quamuis ista diffinitio † impugnetur à Ludi. Gometio *in rubr. de refcript. n. 1.* non oportet in hoc immorari, quia parum refert præsertim ad præsens. Seu beneficiū est benefactum in aliū collatum † sine gratia, *Corra. in Paraphrasi Sacerdotum, seu tract. de benef. par. 1. c. 1. n. 5. Rebuf. in praxi. tit. 1. quid sit beneficium, n. 2. & 3.*

4 Et de varia acceptione verbi beneficium † videndus est Quintanadu. d. c. 1.

5 In iure vero Pontificio, & in materia Canonica † & Ecclesiastica appellatione beneficij intelligitur beneficium Ecclesiasticum: de quo est noster tractatus. *Card. in Clem. 2. de iudicijs n. 5. 8. nou. Ripa in rubr. de refcr. n. 25. Probus ad Monachum in c. nullus de temporib. ordinan. in 6. num. 2. Rebuf. d. c. 1. n. 8. & 9. Franci. Marcus decis. 525. n. 4. par. 1 & Manuel. Rodriguez q. regularium tom. 1. q. 14. art. 2.* & vt inquit Corra. *d. c. 1.*

6 *in fi.* beneficij † nomine per Antonomasiam quandā, vulgo benefacta † Ecclesiastica tantum intelligitur.

Et quamuis aliqui beneficium Ecclesiasticum Sacerdotium dicere malint † *vt Corra. in d. Paraphrasi, & Tuschus in tract. de statu cleri. c. 1. par. n. 46.* & ita etiam appelletur, vt per *Calepinum verb. Sacerdotium, n. Vocabularium Ecclesiasticum*, tamen verba vsitata receptaq; apud Iurisperitos & Canonum authores non sunt mutanda, & licet beneficium Sacerdotale ità dici posset, *vt in c. pen. ne prælati vices suas*, non tamen alia beneficia; & Sacerdotium pro presbyteratu, vel officio ipso, seu dignitate Sacerdotis sumitur, *Rebuf. in d. praxi in præamb. Diuar. de sacris Ecclesiæ ministeriis, lib. 2. ca. 3. P. Pechius in reg. beneficium lib. 6. n. 1. Dollor Sabagun de Villa sanile præceptor meus in c. fi. de sequestratione poss. n. 10. Calep. & Vocabul. Ecclesiast. sup. & Anton.* Dicitur vero beneficium etiā prabenda. † Nam prabenda non solum § accipitur pro prabenda Canonicali, nempe Canonicatui cōnexa, quæ dicitur propriè & stricte prabenda, & est spiritualis ratione Canonicatus *caput dilecto de præb.* & pro prabenda mere temporali, nempe quæ dātur pro labore seu officio temporali, vt aduocato, medico, seu magistro, *Abb. in c. cum M. de cēsib. n. 22. & ibi Felin. ex n. 13. Decius 99. & Ripa 170. Cardin. in Clemen. fin. de præben. sub n. 14. & ibi Imola n. Rom. cons. 328. n. 8. Corra. d. 1. par. c. 2. n. 4. Mar. Ant. Cuchus in utilitatibus, 1. anni par. tit. 2. 1. 6. de præben. §. 2. & alij*, sed etiam large pro omni beneficio, seu iure percipiendi † prouentus in Ecclesia ratione 9 officij, *Felinus c. postulasti de rescrip. n. 4. 1. conch. Ripa. vers. 2. modo, & Cuchus vbi sup. & ita videtur sumi in rubrica, de præben. & dignit. qua verba ponuntur tanquam genus, & species. Et tradit post hac visus, Hier. Gonsalez, ad reg. de mensis glo. 5. §. 2.*

De origine autem beneficiorum Ecclesiasticorū † (quia non placet illorū scripta transferibere) videndi sunt Selua *1. 9. q. 4.* Dua. *d. c. 2. c. 2. 1.* Rotinicus de *beneficio seu lib. 3. de re sacerdotali, capite 1. a. nu. 3.* Barbatus *cons. 126. ex n. 30. & lib. 2. cons. 352. n. 10. lib. 4.* M. Anton. Marsilius Columna *de Ecclesiastica reddit. lib. c. 3. late*, Pet. Gregorius *in tract. de benefi. 2. relle* Quintanadueñas *d. lib. 2. c. 2.* & Felin Zechus *de republica ecclesiastica, c. de beneficiatis n. 2. & in tract. de benefic. & pension. Eccles. c. 1.*

CAP. II.

Quid sit beneficium.

SVMMARIA.

BEneficium Ecclesiasticum varias diffinitiones, quo tradunt, num. 1.

Beneficium est ius percipiendi fructus ex bonis Dei dicatis clerico propter diuinum officium competenti, nu. 1.

PRIMA PARS DE NOMINE, DIFFINITIONE ET DIVISIONE BENEFICII.

CAP. I.

De nomine beneficij & origine.

SVMMARIA.

BENEFICIVM in genere quid sit nu. 1. 2. & 3.

De varia acceptione verbi beneficium, reperitur, num. 4.

In iure Pontificio, & materia Canonica, appellatione beneficij intelligitur beneficium Ecclesiasticum, num. 5.

Beneficij nomine per Antonomasiam beneficium Ecclesiasticum intelligitur, num. 6.

Beneficium ab aliquibus, Sacerdotium dicitur, sed nō est reprehendendum verbum beneficium usitatum, n. 7.

Beneficium dicitur etiam prabenda, & quomodo accipitur prabenda n. 8. & 9.

De origine beneficiorum remissum, n. 10.

1 BENEFICIVM in genere est benevola actio † tribuens gaudium capientibus, *vt in c. 1. in quibus causis feudum amittatur, ex Seneca, lib. de benef. 1. traduxi Selua de benefi. 1. part. q. 1. & Quintanadu. nas Ecclesiasticum, lib. 1. c. 1.* Et quamuis ista diffinitio † impugnetur à Ludi. Gometio *in rubr. de refcript. n. 1.* non oportet in hoc immorari, quia parum refert præsertim ad præsens. Seu beneficiū est benefactum in aliū collatum † sine gratia, *Corra. in Paraphrasi Sacerdotum, seu tract. de benef. par. 1. c. 1. n. 5. Rebuf. in praxi. tit. 1. quid sit beneficium, n. 2. & 3.*

4 Et de varia acceptione verbi beneficium † videndus est Quintanadu. d. c. 1.

5 In iure vero Pontificio, & in materia Canonica † & Ecclesiastica appellatione beneficij intelligitur beneficium Ecclesiasticum: de quo est noster tractatus. *Card. in Clem. 2. de iudicijs n. 5. 8. nou. Ripa in rubr. de refcr. n. 25. Probus ad Monachum in c. nullus de temporib. ordinan. in 6. num. 2. Rebuf. d. c. 1. n. 8. & 9. Franci. Marcus decis. 525. n. 4. par. 1 & Manuel. Rodriguez q. regularium tom. 1. q. 14. art. 2.* & vt inquit Corra. *d. c. 1.*

6 *in fi.* beneficij † nomine per Antonomasiam quandā, vulgo benefacta † Ecclesiastica tantum intelligitur.

Et quamuis aliqui beneficium Ecclesiasticum Sacerdotium dicere malint † *vt Corra. in d. Paraphrasi, & Tuschus in tract. de statu cleri. c. 1. par. n. 46.* & ita etiam appelletur, vt per *Calepinum verb. Sacerdotium, n. Vocabularium Ecclesiasticum*, tamen verba vsitata receptaq; apud Iurisperitos & Canonum authores non sunt mutanda, & licet beneficium Sacerdotale ità dici posset, *vt in c. pen. ne prælati vices suas*, non tamen alia beneficia; & Sacerdotium pro presbyteratu, vel officio ipso, seu dignitate Sacerdotis sumitur, *Rebuf. in d. praxi in præamb. Diuar. de sacris Ecclesiæ ministeriis, lib. 2. ca. 3. P. Pechius in reg. beneficium lib. 6. n. 1. Dollor Sabagun de Villa sanile præceptor meus in c. fi. de sequestratione poss. n. 10. Calep. & Vocabul. Ecclesiast. sup. & Anton.* Dicitur vero beneficium etiā prabenda. † Nam prabenda non solum § accipitur pro prabenda Canonicali, nempe Canonicatui cōnexa, quæ dicitur propriè & stricte prabenda, & est spiritualis ratione Canonicatus *caput dilecto de præb.* & pro prabenda mere temporali, nempe quæ dātur pro labore seu officio temporali, vt aduocato, medico, seu magistro, *Abb. in c. cum M. de cēsib. n. 22. & ibi Felin. ex n. 13. Decius 99. & Ripa 170. Cardin. in Clemen. fin. de præben. sub n. 14. & ibi Imola n. Rom. cons. 328. n. 8. Corra. d. 1. par. c. 2. n. 4. Mar. Ant. Cuchus in utilitatibus, 1. anni par. tit. 2. 1. 6. de præben. §. 2. & alij*, sed etiam large pro omni beneficio, seu iure percipiendi † prouentus in Ecclesia ratione 9 officij, *Felinus c. postulasti de rescrip. n. 4. 1. conch. Ripa. vers. 2. modo, & Cuchus vbi sup. & ita videtur sumi in rubrica, de præben. & dignit. qua verba ponuntur tanquam genus, & species. Et tradit post hac visus, Hier. Gonsalez, ad reg. de mensis glo. 5. §. 2.*

De origine autem beneficiorum Ecclesiasticorū † (quia non placet illorū scripta transferibere) videndi sunt Selua *1. 9. q. 4.* Dua. *d. c. 2. c. 2. 1.* Rotinicus de *beneficio seu lib. 3. de re sacerdotali, capite 1. a. nu. 3.* Barbatus *cons. 126. ex n. 30. & lib. 2. cons. 352. n. 10. lib. 4.* M. Anton. Marsilius Columna *de Ecclesiastica reddit. lib. c. 3. late*, Pet. Gregorius *in tract. de benefi. 2. relle* Quintanadueñas *d. lib. 2. c. 2.* & Felin Zechus *de republica ecclesiastica, c. de beneficiatis n. 2. & in tract. de benefic. & pension. Eccles. c. 1.*

CAP. II.

Quid sit beneficium.

SVMMARIA.

BEneficium Ecclesiasticum varias diffinitiones, quo tradunt, num. 1.

Beneficium est ius percipiendi fructus ex bonis Dei dicatis clerico propter diuinum officium competenti, nu. 1.

Ista diffinitio recte explicat naturam beneficij, numer. 3.

Loco verbi clerico melius esset ponere persona ecclesiastica, & ad loco vel obsequium, vt diffinitio recte comprehendat perceptorias, num. 4.

Beneficium est ius spirituale, n. 5. non principaliter, sed annexum, n. 6. & 7.

Simonia in beneficiis solum est de iure positiuo secundum canonistas, n. 8. & 9.

Contrarium tenent theologi, n. 10. & aliqui distinguunt, num. 11.

Sententia canonistarum indistincte est verior n. 12. iuxta quam facile excusantur aliqua vitia simoniæ, nu. 13.

Pecunia non datur pro executione ordinis, aut clauium, sed pro iure percipiendi fructus, n. 14.

Contraria sententia posset procedere in Episcopatibus, & aliis prælaturis, n. 15.

Respondetur cap. ex multis 1. q. 3. n. 16. 17. & 18. & quod sensus moralis in scriptura, non probat aliquid esse de iure diuino d. n. 17.

Respondetur cap. ex diligenti de simonia, n. 19.

Concordia Vgolini inter opiniones canonistarum, & theologorum n. 20. quam tenet etiam Nauar. nu. 22.

Auditoratus, & clericatus cameræ, quomodo vendantur, n. 21.

Concordia Vgolini parum distat ab opinione canonistarum, n. 23.

Et si in beneficio principale esset potestas spiritualis, non esset simonia de iure diuino aliquid dare habito respectu ad fructus, n. 24. exemplo auditoratus, & clericatus cameræ & aliorum officiorum seu dignitatum huiusmodi, n. 25.

Sententia Durandi quod nulla est simonia de iure positiuo communiter reprobatur, n. 26.

Licet Valentia dicat eam non esse proprie simoniam, admittit tamen esse contra religionem, n. 27.

Beneficium non potest a laico sine priuilegio apostolico teneri, n. 28.

Cum ex priuilegio apostolico beneficium laico conceditur fit quid sæculare, & laicum, n. 29.

Capellania erecta in titulum beneficij, potest ex ordinatione fundatoris dari puero ante 1. tonsura titulo seculari, n. 30. fundator expresse ita disponat, n. 31.

Beneficium non potest à laico conferri, n. 32. nisi ex priuilegio Apostolico, num. 33.

Cum laicus ex priuilegio confert beneficium, non requiritur institutio, aut confirmatio Episcopi, aut alterius clerici, n. 34.

Neque ex conditione in limine fundationis apposita potest laico ius conferendi competere, n. 35.

Nec sufficit ad hoc immemorialis numer. 36. resolutio Rotæ, num. 37.

Sola immemorialis etiam cũ allegatione priuilegij nõ suffragatur cũ adest incapacitas, nisi fama priuilegij concurrat, nu. 38. resolutiones Rotæ circa hoc nu. 39. vsque ad 47. iuxta quas sunt accipienda, quæ de decimis à laicis possessis tradunt aliqui Doctores, n. 48.

Iudex laicus de causa beneficij non potest cognoscere, nu. 49. non solum in petitorio, sed etiam in possessorio, nu. 50. & contraria sententia improbatur per doctores relatos, n. 51. & 57.

Causa possessoria beneficij & aliorum spiritualium, seu quasi dicitur Ecclesiastica, n. 52.

Possessio beneficij est, quid spirituale seu connexa spirituali, & ideo ea carenti non licet redimere vexationem, n. 53. resolutio Rotæ, n. 54.

Esto quod causa possessorij beneficij nõ esset spiritualis, non posset de eo inter clericos laicos cognoscere, num. 55.

Resolutio Rotæ, n. 56. respondetur c. si. de iudicijs, n. 58.

Si clericus agere contra laicum qui eum turbat seu vexat super possessione beneficij, & eum vexet, iudex laicus est competens, n. 59.

Beneficium datur propter officium, quod in laudibus diuinis consistit, n. 60. quomodo cognoscatur beneficium, n. 61. resolutio Rotæ, num. 62.

Alia resolutio Rotæ, n. 63. & alia, n. 64.

BEneficij Ecclesiastici varias diffinitiones tradunt † Selua *de benef. 1. p. q. 1.* D... *lib. 2. c. 4.* Io. Nico. 1
Gimon. *enchir. benef. t. 1. c. 1. n. 7.* Quintanaduennas *li. 1. Eccles. c. 3.* Lechius *in reg. benef. ... c. 2.* Medices *de dispensat. 2. p. c. 16.* Nauar. *de redditib. Ecclesi. q. 9. monito 55. n. 4.* Hojeda *de incompatib. benef. in præfat. nu. 2.* D. Sahagum *in c. 5. de sequest. frat. poss. n. 20.* Barthol. Vgolinus *de censuris tab. 4. de suspens. c. 8. in prin. nu. 1.* & Zech. *de benef. & pensio. Eccles. 1. n. 8.* & post hæc scripta visus Hieronym. Gonçalez *ad reg. de mensib. glos. 5. in prin. à n. 2.*

Sed mihi placet diffinitio Corrasij, *1. part. c. 2. nu. 1.* quam etiam tradit † Pechius 3. & Cardin. Toletus *in* 2
summa. lib. 5. c. 76. vbi eam declarat, nempe quod beneficium est ius percipiendi fructus, ex bonis Deo dicatis, clerico propter diuinum officium cõpetens. Quæ † diffinitio recte explicat naturam & substan- 3
tiam beneficij & videtur conuerti cum suo diffinito *iuxta l. 1. § solum. ff. de dolo*, & parum differt ea quam tradit Quintanaduennas *vbi sup.*

Aduerto tamen quod loco verbi, *clerico*, † melius 4
esset ponere, *persona Ecclesiastica*, vt ponit Naua. 3. & ibi, *propter diuinum officium*, addere, *vel obsequium*, vt ista diffinitio recte etiam cõprehendat perceptorias, seu comendas militum ordinum militariũ quæ sunt beneficia, *vt dicitur infra c. 4.*

Dicitur autem beneficium esse ius, † & quidẽ spi- 5
rituale, *vt ait Corras. d. c. 2. n. 2. cum gl. in sum. 1. q. 3. Panor. & Fel. in c. consuluere de simonia, & est tex. in cap. dilecto, 25. de praeben.* Sed intelligi debet non quod sit ius spirituale principaliter, † & in se, sed potius tem- 6
porale cum sit ius percipiendi fructus, qui sunt temporales, sed dicitur spirituale quia est spirituali connexum dependenter siue consequenter, quoniã præsupponit clericatum, *vt inquit D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 4. & ibi eius expositores Abb. in d. c. consuluere n. 3. Nauarr. in Manu. c. 23. n. 108. Soto de iustitia & iure li. 9. q. 1. artic. 1. Bartho. Vgolin. de simonia tab. 1. de simonia gene. c. capit. 4. 4.*

Dicitur etiam ius spirituale aut spirituali annexũ, † quia beneficium datur propter officium, *c. fin. de re-* 7
script. in sexto. Redoanus de simonia 1. par. c. 4. nu. 12. & cap. 29. num.

Vnde infertur simoniam in beneficiis solũ esse de iure positiuo, & simoniam, quia prohibitam à iure, nempe positiuo, & humano † prohibente venditio- 8
nem illorum propter cõnexitatem, ordinẽ, & respectum, quem dicunt ad spirituale, & sic constituente talem actum in specie simoniæ: Quam sententiã tenet glos. *in c. ex parte in verbo dimittere de officio* † *de-* 9
leg. & in c. cum pridem, verbo illicite de pactis, & sequuntur Butrius, & Decius, *n. 23. in d. c. ex parte*, Cardin. *in c. 1. de simonia*, Felin. *in c. ad audientiam 2. nu. 3. de rescrip.* Caccialup. *de pensio q. 19. n. 5.* Iulius Clarus, *lib. 5. recep. sententiarum § simonia, nu. 5.* Ioan. Carrafa *in tracta. de simonia nu. 52. & sequentib.* Flam. Paris. *de resignatione benefic. lib. 14. q. 3. n. 10.* & Lud. Carbo, *de restitutione q. 60. d. c. p. 4. col. 1.* & Canonistæ communiter, *vt ex citatis apparet.*

Quamuis contrarium † tenent Theologi, quos 10
sequitur Caiet. *tom. 1. tract. 9. de simonia, q. 1. & in sum. verbo*

verbo simonia. Victoria *in relectione de simonia num. 44.* Soto *d. lib. 9. q. 5. art. 2. & q. 7. art. 1.* Arragon. *2. 2. q. 100. art. 4.* Valentia *3. tom. super secunda secundæ, disputa. 6. q. 16. pun. 2.* Cosmas Philiarcus *de officio sacerdotis, 2. par. lib. 6. cap. 2. tertia conclusione.* Lud. Lopez *instruc. conscientiæ, 1. tom. c. 293. & 302.* Manuel Rodriguez *in summa, 2. tom. c. 46. n. 3. & 5. & c. 59. num. 11.* Vega *in sum. 2. par. cap. 101. casu 9. & 52.* Pet. Ledesm. *in summ. 2. part. tracta. 12. conclus. 19. 29. & 20.* & ex Canonistis Nauarr. *d. capite 23. n. 108.* D. Couarru. *in reg. peccatũ 2. par. § 8. versiculo, & licet quibusdam.* & Thom. Campegius *in tract. an Papa labem simoniæ*
11 *incurrere possit, per totum*, in beneficiis habentib. administrationem ordinis, vel executionem clauiũ; licet non in aliis sequantur, Abb. *in reper. extirpanda § qui vero de præben. à n. 53. & in c. 1. de simo. à n. 6. & ibi Bellenzin. in additione*, Rebu. *in rep. d. § qui vero ad fin.* Cassad. *dec. 2. de simonia*, Redoã. *de simonia par. 1. c. 54. n. 13.* Iacob. de Graffiis *in decis. aureis casuum conscientiæ, lib. 2. cap. 96. num. 14.*

Sed reuera opinio Canonistarum indistincte te-
12 nentium † simoniam in beneficiis esse de iure positiuo, vt dixi verior est, nam vt ex supradictis apparet beneficium non est principaliter, & in se spirituale, quicquid Caiet. Soto & alij citati dicãt, vnde secluso iure positiuo id inhibente possent absq; vitio simoniæ vẽdi, *iuxta tradita per Caiet. d. verbo simonia 3. reg.*

Et iuxta hanc sententiam facile excusantur à vitio
13 simoniæ aliqua quæ † alias difficillime excusantur per Theologos, *vt per Bar. Medinam in sum. lib. 1. c. 14. § 22. S. Arragon. vbi supra versi. sed est dubiũ consequens de pensionibus, Vegam in sum. 2. par. c. 65. casu 4. & Pet. Ledesm. d. tract. 12. circa 24. conclusionem.*

Nec obstat quod in collatione beneficij datur ali-
14 quando executio † ordinis, aut clauium, vt in beneficiis curatis, quia pecunia non datur pro hac executione, quæ est spiritualis, sed pro iure percipiendi fructus, quod est beneficium. *Azama in d. cap. 1. de simonia, n. 8. & cum eo Decius in d. c. ex parte n. 27. Io. Carrafa 3. nu. 60.* & beneficium non est ius illud administrandi sacramẽta & diuina faciendi, sed est percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis cui est annexũ ius illud administrandi sacramenta, quia beneficium, vt dictum est, datur propter officium.

15 Et contraria sententia † posset procedere in Episcopatibus, & aliis Prælatis & officiis in quibus principale videtur prælatia, & iurisdictio potestasque spiritualis.

16 Nec obstat tex. *in cap. ex multis 1. q. 3.* † quatenus dicit, quod per nummularios, quos dominus eiecit de templo Matthei 21 Ecclesiastici beneficij venditores designantur, vnde videtur simoniam in benefi-
17 ciis esse de iure diuino, quia † respondetur quod intelligitur in sensu morali non in literali, qui sensus moralis non facit argumentum efficax ad probandum aliquid esse de iure diuino. *D. Thom. 1. par. quæst. 1. art. 10. & ibi moderni eius expositores, idem D. Thom. quodlib. 7. ar. 14. ad quartum, Rutilius Benzonius Episcopus Lauretanus in speculo Episcoporum, seu de fuga, lib. 1. q. 2. dub. 5. & Salmeron prolegom. 19.*

18 Ex quo etiam potest responderi illi textui, † quatenus postea dicit simoniam in beneficiis esse contra ius diuinum, potest enim intelligi iuxta dicta quod sit contra ius diuinum in sensu morali tamen.

19 Rursus non obstat tex. in † ca. ex diligenti de simonia, ibi *præsertim cum hæc taliter præscita diuinis & humanis legibus contrariare noscantur.* Ex quibus videtur simoniam in beneficiis esse contra ius diuinum, quia respondetur cum glos. ibi verbo diuinis, quod ibi leges canonicæ & ecclesiasticæ dicuntur diuinæ ad differentiam legum ciuilium, vt in c. 1. de iuram. calumniæ, ibi, *vt itaque diuinis & humanis legib.*, & facit c. fi. 3. q. 5. ibi, *diuina id est Ecclesiastica.* Nam & ius Canonicum lato quodam dicendi modo diuinum ius dici solet, *Couarru. c. 31. sub n. 2. optime Canus de locis Theol. li. 5. cap. 5. ad tertium argumentum.*

Post hæc scripta vidi Barth. Vgolinum *in d. tract. de simonia, qui tabula 1. de simonia gen. c. 2. § 5.* sic concordat opiniones Canonistarum † & Theologorum, 20
quod aut Romanus Pontifex beneficium vendens habet in animo vendere ius illud sacramenta administrandi, & diuina faciendi, & sic exercendi clericale munus in eo beneficio tamen nullomodo existimandum est: & in hoc casu ait veram esse opinionem Theologorum, aut in animo habet vendere tantum ius percipiendi fructus temporales & temporalia ipsa beneficij non autem ius illud clericalis muneris exercendi, & in hoc casu ait veram esse opinionem Canonistarum; sicut calices consecrati corporalia, & alia huiusmodi vendi possunt, habito respectu ad materiam ipsarum non autem ad consecrationem, vt Doctores communiter tenent, & vsus obseruat. Concludit ergo quod tituli beneficiorum respectu habito ad ius administrandi ordines iurisdictionemque Ecclesiasticam exercendi à Romano Pontifice vendi nõ possint, sed solum habito respectu ad bona temporalia ipsorum.

Hinc ait † quod Auditoratus, & clericatus ca- 21
meræ, & alia officia, seu dignitates huiusmodi licet respectu habito ad potestatem iurisdictionemque Ecclesiasticam, quam habent vendi non possint à Papa sine simonia, si tamen vendantur habito respectu ad emolumenta & fructus, quæ ex ipsis consequitur, simonia nõ committitur, in quã partem huiusmodi alienationes à Papa fieri accipiendum est. Et ita apparet ex literis auditoratus cameræ Gregorij XIIII ad fauorem D. Camilli Burgosij nunc Sanctissimi D. N. Pauli Quinti, quas posuit Salustius Tiberius *in pract. auditoris Cameræ, lib. 4. ad fin. ibi. Et quia dictus Horatius in eiusdem Sixti prædecessoris, & dictæ sedis subuentionem pro pretio emolumentorum dicti officij auditoratus 60. millia scuta monetæ soluere promiserat, ac realiter, & cum effectu soluere inceperat.* Et idem quod † Vgolinus, reperit tenere Nauar. *d. cap. 23.* 22
num. 108. vers. 9. quod in nouissimis editionibus, à quo id sumpsit Vgolinus. Licet sibi videatur attribuere dictam concordiam.

Sed hæc concordia sententia Vgolini, ac Nauarri parum distat ab opinione † communi Canonistarum 23
qui non negant vendere beneficium habito respectu ad ius illud diuina faciendi, esse simoniam ex natura sua, & iure diuino, sicut dare pretium pro calice, habita ratione consecrationis, *Soto lib. 9. quæst. 5. art. 2. assertione 2.* Sed dicunt absolute nõ esse simoniam de iure diuino vendere beneficium, quia principaliter & in se, vt est dictum, est quid temporale, sicut absolute loquendo dicitur non esse simoniam vendere calicem consecratum, quia principale in eo est materia, & sic cum absolute venditur intelligitur vendi temporale, *Caiet. d. verbo simonia*; habetur autem ex sententia Vgolini, † quod etsi in beneficio principa- 24
le esset ius diuina faciendi, seu potestas spiritualis, vt in Episcopatibus, & aliis prælatiis & officiis diximus non esset, simonia de iure diuino aliquid dare, seu accipere habito respectu ad temporalia & sic pro fructibus beneficij, seu iure percipiendi illos,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

siue pro pretio illorum, nec Papa in hoc committeret simoniam quod recte comprobatur exemplo auditoratus & clericatus cameræ, & aliorũ officio-
25 rum † seu dignitatum huiusmodi curiæ Romanæ, in quib. principale est potestas iurisdictioq; Ecclesiastica, & spiritualis cũ sint officia. & tamen vendũtur à Papa habito respectu ad emolumenta illorum.

Nec supradictis obstat sententia Durandi *in 4. d.*
26 *25. q. 5. n. 9.* qui nullam † admittit simoniã de iure positiuo, quem sequitur *Arrag. d. q. 100 artic. 1. circa secundam conclusionem D. Thomæ*, dicens nullam esse vere, & proprie simoniam prohibitam tantum iure positiuo, sed omnes esse contra ius naturale, & diuinum, quicquid in hac re dicant Canonistæ, nam ista sententia communiter reprobatur, *vt per Nauarr. d. c. 23. num. 100. vers. 2. quod Et Victoriam in d. relectione de simonia num. 12. & 16. & recte eum impugnat Soto d. art. 2.*

Et quamuis Valentia *d. q. 16. pun. 5.* dicat eam non
27 esse proprie simoniam sed † improprie, & per quãdam analogiam, admittit tamen esse contra religionem, & non solum contra obedientiam, vt dicebat Durandus.

Secundo ex eoquod beneficium est ius spirituale
28 infertur, non posse à laico, vtpote spiritualium † incapace, *c. causam quæ de præscrip.* sine priuilegio Apostolico teneri. *Felin. in c. cum adeo à n. 2. de rescrip. Staphil. de literis gratiæ, nona forma expectatiuarum n. 24. Ripa in c. 2. de iudiciis, num. 129. & 134. Probus ad Monachum in c. nullus de temper. ordin. in sexto, ex n. 11. Selua de benefi. 2. par. q. 7. n. 8. & 9. & 3. par. q. 6. Rebuf. in praxi, tit. de clericis, & a quibus & quomodo creentur n. 4. Corras. 1. par. c. 2. n. 4. & 3. par. c. 1. nu. 1. Resini. c. 1. n. 39 & Pet. Gregor. de benefi. ca. 16. Lambert. de Iure patron. 1 par. 2. lib. q. 7. art. 7. & 29. ad fin. Gigas de pensio. q. 21. n. 4. Simon Cranetta, cons. 93. n. 1. & 104. n. 4. & 134. n. 40. Cappa reg. 97. n. 39. Mandos. de signatura gratiæ, tit. de prouisio. ex versic. indubitati iuris est, & in reg. 24. Cancel. q. 4. n. 1. & 12. Franc. Marcus decis. 13. 3 par. 1. Flam. Paris de resignatione benef. l. 4. q. 2. a n. 1. & 32 & nouissime post hæc Gonçalez ad reg. de mensib. gloss. 2. à num. 60. & glo. 5. num. 9. & alij.* Et ideo in diffinitione dicitur, *clerico, seu persona Ecclesiastica competens.*

Et cum ex priuilegio Apostolico beneficium laico
29 conceditur, beneficium † ipsum efficitur, quid sæculare, & laicum, seu, vt ita dicam, sæcularizatur, ita vt sit ius quoddam sæculare in mera tẽporalitate percipiendi fructus consistens, & consequenter in eo interuenire non posset simonia. *Io. Garcia de expensis & meliorat. c. 9. à num. 93. Lasarte de decima venditionis c. 19. n. 31. & Barbos. in l. Titia, n. 41. ff. solut. matr.*

Et quamuis solus Papa possit beneficia laica effice-
30 re, & laicizare, † tamen capellania erecta in titulũ beneficij, ex bonis alicuius authoritate Episcopi, potest ex ordinatione fundatoris dari puero ante primam tonsura, titulo sæculari, donec fiat clericus, qui tempore tenebitur ordinari, & fieri clericus, & cum capax sit, & habilis horas recitare, non. n. repugnat ita fundari capellaniam cum authoritate superioris, non vt ante primam tonsuram teneat eam quis in titulum beneficij, quod fieri non potest, sed vt pro eo tempore nõ sit beneficium, donec fiat clericus, & ex tunc tenebit eam vt beneficium, & in titulum beneficij accedente tamen collatione ordinarij, nisi forte in principio, quo eam obtinuit, interuenerit ipsius
31 authoritas. Videtur tamen requiri † quod fundator talis capellaniæ collatiuæ expresse ita disponat, quod possit dari puero ante primam tonsuram titulo sæculari, si enim simpliciter, quod talis capellania possit dari puero ante primã tonsuram, intelligeretur de capellania vt sic & ideo non valeret talis dispositio.

Tertio infertur beneficium non posse à laico † ea- 32
dem ratione conferri, *c. Massana. c. sacrosancta de electione, c. si quis deinceps, c. nullus laicorum c. per laicos, c. laicos, c. laici, 16. q. 7. Abb. in cap. dil. 3. de praben. n. 6. & Corras. d. 1. par. c. 2. n. 4. & 12. Rota decis. 3. 8. & 343. par. 2. diuer. & in Aquinaten. Monasterij de qua infra n. 37. cum aliis infra allegatis.*

Ex priuilegio tamen Apostolico laicus etiam fœmina potest beneficia † conferre *c. Adrianus. c. in si-* 33
nodo 63. distin. Abb. & Corras. ibi Felin. in c. dilecto n. 3. de testib. & in c. 2. n. 3. de maioritate & obedientia, Staph. de literis gratiæ, vltima forma mandati de prouiden. n. 5. Selua de benefi. 2 par. q. 5 n. 1. & q. 23. n. 16. Ripa in d. c. 2. de iudic. n. 134. Probus ad Monachum in c. nullus de temper. ordin. in 6. ex n. 3. & in c. 2. de praben. ex nu. 6. Aufrer. de potestate sæculari super Ecclesias reg. 2. nu. 25. Palacios Rub. in rep. cap. per vestras de donatio. inter virum in introductione n. 28. Lamb. de iure patr. 3. par. 2. lib. q. 1. art. 11. Gigas de pensio. q. 21. n. Ioan. Garcia de nobilit. gl. 9. n. 25. Zechus de benef. & pensio. c. 5. n. 2. & Rota in d. Aquinaten. Monasterij, & Gonçalez. glo. 22. n. 13. & glo. 23. n. 18 & 19. & glo. 24. n. 154.

Et cum laicus ex priuilegio Papæ potest conferre
beneficia, per talem collationem † acquiritur bene- 34
ficium, nec requiritur institutio aut confirmatio Episcopi, aut alterius Clerici, *vt clare sentiunt citati*, id enim operatur priuilegium: nec alias esset priuilegium conferendi: quamuis contra teneat Io. Nicol. Gimon *in Enchir. benefi. tit. 2. c. 3. n. 18. & 19. ex d. c. in sinodo*, quod id non probat, & ante eum Staphileus *de literis gratiæ, tit. de vi, & effectu clausularum. §. executor quomodo beneficio vacanti prouidere possit ad fin.* cũ Innoc. & Doct. *in c. quod sicut de electione, & in c. postulasti de iure patro.*

Sed cum laici secluso priuilegio Apostolico sint
incapaces istius iuris conferendi † adeo, vt neque ex 35
conditione in limine fundationis apposita de cõsensũ ordinarij possit competere, *Lamber. 1. pa. d. q. 9. ar. 1. n. 70 96. & 105 & facit quod dicetur infra nu. 97. non*
sufficeret ad hoc immemorialis. Ab. Fel. Selua, Ripa, num. 36
135. Probus & Palacios Rub. n. 17. & 28. ibi proxime Cosmas in pragm. sanct. tit. de causis, verbo priuilegio, Rochus in c. si. de consuetudine sectio. 5. n. 44. Lamber. d. q. 1. art. 12. & Eman. Suarez in thesauro receptarum sententiarum, verbo beneficio conferendorum iur. Rota in d. Aquinaten. Monasterij, 26. Ianuar. 1601. Corã illustrissimo D. Seraphino, in qua fuit resolutũ. *Nul-*
lum ius competere † Ioãni ex collatione ei facta per pro- 37
regem, quia laici iuris conferendi sunt incapaces, eisque ius resistit, vt in d. iuribus, & iam fuit in hac causa resolutum, & tale ius neque præscriptione, neque consuetudine queritur, sed requiritur priuilegium Papæ. Abb. & Feli. sup. Alex. cons. 74 n 17 & 19. lib. 4. Et fuit resolutum in Toletana iuris nominãdi 27. April. 1584. Coram D. Blancheto, *nec hic posse intrare dispositionẽ c. consultationibus de iure patr. quia non concurrũt requisita, nempe titulus saltem coloratus, præsentatio, corã ordinario, & bona fides,* vt per glos. ibi Butr. num. 8. & *tex. ille loquitur in terminis iuris patronatus, cum laici nõ sunt incapaces, nos aũt sumus in collatione facta à laico nomine Regis, quæ habet manifestã iuris resistentiam.*

Nec potest dici ex immemoriali præsumi priuile-
gium, vt in terminis dicit † Io. Garcia *d. gl. 9. n. 26. &* 38
27. quia quicquid ipse dicat, & Ripa vbi sup. sola im-
memo-

memorialis etiam cum allegatione priuilegij nõ suffragatur cũ adest incapacitas, nisi fama priuilegij cõcurrat. *Felin. in d. c. causam quæ de præscrip. à n. 2. & in c. cum contingat de foro compet. n. 4. & 5. Probus & Aufrer. vbi s. Balbus de præscrip. 1. par. 5. p. principalis. q. 7. à n. 16. Gul. Bene. in reper. c. Raynutius de testam. verb. & vxorem, decis. 2. n. 78. Ant. Gabriel. concl. 1. de prescr. à n. 16. Menoch. de præsump. lib. 6. præsumptione 86. D. Sabagun. in c. 2. de iudic. n. 167. Azor in institutionibus moralibus lib. 5. c. 12. q. 1. versi. sed obiicitur, Crescen. decis. 1. n. 2. de decimis, Puteus decis. 365. lib. 1. & facit de-*
39 *cis. eiusdem 466 lib. 2.* & Guidobonus decis. 65. † in manuscriptis in vna Hispalen. decimarũ de Tubuienæ in qua cum de anno 1551. dom. tenuissent. *Quod laici ante concilium Lateranense erant decimarum incapaces, nisi in feudum, vel in consuetudinem ab Ecclesia habuissent, cum laici decimas detinere non possint, imo nec præscribere,* c. causam de præscrip. Rebuf. de decimis, q. 10. vt in dec. eiusdem 62. postea 1. Iunij fuit tentũ quod *si testes examinati pro parte Ducis Medinæ super articulis continentib. tempus immemoriale, etiã ante cõcilium Later. & priuilegio Apostolico de percipiendo decimarum dicunt hoc audiuisse à maioribus, & de publica voce, & fama, probant intentionem Ducis, vt in dict. decis. 65.*

Et tenuit Rota in causa legionen. Decimarũ corã
40 Illust. Card. Ioan. † Aldobrandino Frat. D. Clemẽtis. 8. die. 5 Iulij & 23. Oct. 1564. & in causa Toletana iuris decimandi 27. Apr. 1584 coram Illustr. Blancheto contra Ducem de Beiar, *quæ habetur 2. p. diuersorum decis. 215. & refertur à Barbosa in l. Titia n. 45. ff. soluto matr.* & causa Toletana iuris nominandi contra eundem Ducem de Beiar 8. Feb. 1588. coram D. Orano. in qua dixerunt Domini, *Receptum esse in sacra Rota*
41 *Auditorio solam † immemorialem possessionem non suffragari laico ad nominandam capellanias in parrochialibus amouibiles, nisi concurrat fama priuilegij, non secus ac in posidente decimas, nisi præter immemoriale, aut fama priuilegij, vel recognitionis feudalis, vel equipollentis probatio incumbit.* Balbus d. q. 7. Gabriel d. concl. 1. & *sic dubitatũ est qualiter debeat probari fama, simplex ne, vel potius diuturna saltem spatio 40. Annorũ. & Dominorum vnanimis fuit sententia, diuturnam requiri non quadragenariam, nam probata diuturnitate fama oritur præscriptio priuilegij.* Fel. c. causã. n. 3. de præscrip. *quod quidem concomitans immemorialis supplet incapacitatẽ laici, nam hæc fama priuilegij nõ requirit quod sit inclusa probatione immemorialis sed sufficit quod accedat per aliquod tempus diuturnum, cuius quidem quantitas secundum subiectam materiam arbitrio iudicis relinquitur* Meno. de arbit. casu 3. *In vtunque vero vel in præcedentibus iuris, quia possidet decimas vti vasallus in probãda immemoriali debet probari, quod beneficiũ semper est tanquam vinctum possessum* Io. And. reg. qui cõtraria nu. 2. in 6. & 2. casu *quod decimas esse semper possedit vti vasallus, & quod Ecclesia semper fuit in poss. seruitiorum, quia possessio est qualificata* Gemin. c. 2. §. sane n. 6. de decimis in 6. *secus in probatione famæ priuilegij, quæ est quid separatum à possessione nec versatur in qualitate possessionis.*

Et in eadẽ causa coram eod D. Orano 2 Maij 1588.
42 fuit resolutũ † *Ad probationem illius famæ priuilegij nominandi, cũ ius commune laico resistet, requiri quod testes sint, de quib. nulla sit verisimilis dubitatio quod derẽt.* Aym. cons. 56. & 75. *vnde si sint vasalli & personæ viles repellendi sunt* Rom. cons. 482. Aym. 249. Affl. Deci. 304. *maxime si sint rudes & alij testes examinati, dictæ famæ ignorare dicant, nam si fama publica fuisset, vtique ad aliorũ notitiã peruenisset* Aym. cõs. 57. n. 10. Felin. c. 3. n. 9. de testib. *quod etiã fuit consideratum in eadem causa 8. Iun. eiusd. anni, vbi fuit dictũ non solũ istud fundamentũ de inuerisimilitudine famæ, post quã ex 40. testibus in hac & alia causa decimãdi examinatis, viginti nihil omnino sciũt de ea, ex eo quod fama possit esse in vno loco, & non in alio, nam fuit consideratũ, quod cũ omnes isti testes essent incolæ eorundem locorum subditorũ Ducis, in quib. talis fama fuisse dicebatur, oportebat omnes, vel maiorẽ partem eandẽ ipsius notitiã habuisse.*

Tenuit etiã Rota in vna † Calagurritana oblatio- 43
nũ 21. Octob. 1588. in qua fuit resolutũ quod *Vt laicus possit percipere oblationes, debet probari immemorialis, & fama priuilegij, cũ ius commune reddat laicos earũ incapaces, quia solis clericis debentur.* Hostien. in sum. de parrochiis n. 3. Maluetius in tract. oblationũ 3. & 4. dub. *quod non valet consuetudo in contrarium, etiã (quod magis est) quo ad oblationes, quæ fiunt imagini sitæ in domo priuata.* Socinus in trac. oblationum n. 18. Maluc. 3. 4. dub. *ac etiã resistit concilium sess. 25. c. 9. de refor. quod priuilegium cũ sit valde inuerisimile, requiritur exactior probatio,* Abb. & al. j in c. quia verisimile de præsump. Feli. c. 5. loco n. 5 de probatio. & in c. cum ex officio num. 15. de præscrip.

Tenuit etiam Rota in vna Burgen. † decimarũ de 44
Escalante 5. Iun. 1591. coram D. Orano contra Dominum de Escalante, In qua fuit resolutum *Immemoriale cum fama priuilegij, aut cũ recognitione ab Ecclesia requiri, vt decimas laici percipiant, si non apparet de priuilegio, quæ immemorialis in proposito nõ probatur, quia testes non deponunt de visu ante litem motã per 40. annos. Nec instrumentorũ enuntiatiua prosunt, quia immemorialis non probatur per instrumenta* Balbus de præscrip. 2. part. 5. part. principalis q. 6. *nec concludũt famã priuilegij ante motam litem, prout requiritur, nec ipsam concludunt respectu priuilegij dominis de Guerrera cõcessi, sed Regibus, & vt illis prosit necesse est quod allegent nouum priuilegium super noua concessione facta à Regibus, cũ decimæ de laico in laicum absque priuilegio transferri non possint,* c. prohibemus de decimis cum aliis *nec hoc cum fama priuilegij sufficere possessionẽ 200. annorum, licet habeat tantam vim aut maiorem quam immemorialis, nã quicquid sit in aliis materiis, tamẽ in hac materia non suffragatur, quia stante immemoriali cũ fama priuilegij, potest dici illud fuisse ante Concilium Later.* Gabr. de præscri. concl. 1. n. 18. *quod non potest fieri in possessione 200. annorum, ex quo constat de illius initio post Concilium Lateran. quod non sufficit absque derogatione Put. Decis. 222. lib. 1.*

Idem tenuit Rota in d. Hispalen. † decimarum de 45
Tubuiena. 10. Iun 1594. coram Illustr. D. Mantica vt in Decis. seq. *Fuit per dominos resolutum, & eis placuit ferendam esse sententiam declaratoriam contra Ducem de Medina Sidonia, ob non paritionẽ trium conformium sententiarum, quæ contra ipsum in Rota latæ fuerunt, nã coram R. D. Orano die 8. Nouẽ. & rursus die 19. Decem. 1593. fuit resolutũ Comitẽ de Niebla filium primogenitũ ipsius Ducis non posse impedire earum executionẽ, quia donec pater superest, quo ad hoc nihil eius dicitur interesse, nec etiã eo viuente probabilem habet spem succedẽdi in eius bonis* l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bonorũ & l. post emancipationem. §. 1. & ibi Bart. de liberis. legat. idem Bart. in l. sciendum in prin. n. 12. ff. qui satis dare cogantur cum aliis in Decis. allegatis. *Quoniã vero dictum fuerat pro parte Ducis causam nõ fuisse defensam, & constare de eius bono iure, placuit dominis, vt viderentur iura quæ informantes deduxerũt, & ab id dedi hoc dubiũ, an sit danda declaratoria contra Ducẽ*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in casu de quo agitur: quo quidem proposito conclusum fuit ex iuribus deductis, non constare de bono iure ipsius Ducis, & consequenter procedendum esse ad declaratoriā pro vlteriori executione, neque enim ex testib. exhibitis probatur immemorialis præscriptio, quæ simul cum fama priuilegij est necessaria, vt laicus possit decimas obtinere contra Ecclesiā, vt fuit resolutum in legionen. Decimarum de Villa vel corā bonæ memoriæ Card. Aldobrand. die 3. Iulij & 23. Octob. 1564. & in Toletana iuris decimandi coram R.P.D. meo Blancheto 27. Apr. 1584. neque dubiū est quin testes in probanda immemoriali debeant deponere de visu per annos 40. ante motā litem, & de auditu à maiorib. & neque ipsos neque eorū maiores contrariū vidisse, vel audiuisse, & hanc esse, & fuisse publicam vocem, & famam, gl. communiter recepta, & à Rota sæpissime comprobata in c. 1. verbo memoria de præscrip. li. 6. quam pluribus etiam adductis Doctorum authoritatib. sequitur Couar. in cap. possessor. par. 2. § 3. n. 7. verum planè ex testibus exhibitis nullus est qui non deficiat in aliquo ex dictis quatuor requisitis; & ideo nullus hanc immemorialem concludēter probat, nec diuersi testes ad probandum hæc requisita possunt simul coniungi, quia singuli cum illis debēt explicite deponere, alias eorum depositio non concludit, vt gl. & Doctores aperte sentiunt, & probatio non concludens reiicitur, c. in præsentia de probation. leg. nō hoc C. vnde legitimi: neque enim agitur de probandis illis requisitis sed de probanda immemoriali, quam nisi singuli testes concludant, probatio est imperfecta, neque etiam priuilegia deducta pro ipso Duce possunt impedire executionem, quia nullum est priuilegium, quod specialiter ei concesserit hanc facultatem percipiendi decimas Ecclesiæ, de quib. agitur, neque priuilegia, quæ quibusdam specialiter concessa sunt, generaliter obseruari debent. l. 3. in fi. C. de legib. l. ius singulare. ff. eod. neque etiam Rota vnquam voluit super huiusmodi priuilegijs aliquid statuere, quia eorū tenor ita seruari debet, vt eū transgredi non liceat c. porro de priuileg. quare cum res iudicata paratam habeat executionē. l. minor. 25. annis. de minor. & l. 2. de excep. Rei iudicatæ, & in casu proposito latæ sint tres sententiæ Rotales, & quidem cōformes, & fundatæ ex dispositione iuris communis, & ex Decis. in hac causa facta corā D. Seraphino 6. Iun. 1580. in qua fuit conclusum non probari immemorialē, neque famam priuilegij nulla est ratio, quæ debeat impedire executionem, clement. vt calumniis de re iudic. Rota decis. 2. de restit. in integrum in nouis. *Quod multo magis in casu proposito est recipiēdum, quia Rota in hac causa ex commissionib. post sententias latas præsentatis, habet iurisdictionē limitatam: nam in commissione Ducis, quæ continet restitutionem in integrum, adiecta est clausula, parito iudicato, quæ quidem intelligitur, vt orator, non solum dimittat possessionem, sed etiam fructus perceptos restituat, & expensas soluat,* ca. vlt. de restit. spoliat. & d. Clē. vt calumniis, ibi plenarie de re iudicata Staphil. de literis iust. sub tit. clausula & per breue sanctitatis vestræ, n. 9. *& in cōmissione Comitis, per quam ipse pro suo interesse admittitur, expressa est clausula, sine præiudicio trium conformium, quam quidem commissionem sic signatam procurator etiam Comitis acceperat, & hæc quidē clausula hūc habet sensum, vt executio trium conformium, quæ sunt prolata contra Ducē nullo modo possit suspendi, quia in suo robore manēt, præterea cum executorialib. intimatis, & reproductis, & agatur de decimis Ecclesiæ à laico vindicandis, quod est maxime fauorabile,* c. quāuis &c. ꝓhibemus de decimis, ea *multo minus retardari debet, præsertim cū tria lapsa sint quadriennia* c. 1. de rest. in integrum li. 6. *cui consequens est vt declaratoria sit decernenda.*

Idē etiam fuit dictum in vna Pacen.† decimarum 16. Decem. 1594. coram D. Seraphino, nempe quod: *vt laicus possit percipere decimas, requiritur immemorialis cum fama priuilegij, vt sæpius fuit resolutum, quæ non probatur per dictionem citra, vel dictionem vltra citra, sine copula &c.* 46

Idem etiam fuit resolutum † in causa Pampilonē 47 decimarum. 20. Maij. 1598 corā D. Orano, in qua fuit dictum quod: *vt Guidobonus* d. Decis. 62. *refert Rota in materia decimarum hanc amplexa est sententiam, vt laici omni tempore, etiam ante Concilium Lateranē. fuerint earum incapaces.* iuxta doctrinam D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 3. & decretum Vrbani. 2. in Concilio Claramonten. c. congregata. 16. q. 7. *nisi in feudum, & si nō constat de priuilegio ad reddendos illos earum capaces, immemorialis cum fama priuilegij vel recognitionis, vel alterius æquipollentis sit necessaria* Guido ibi cū multis congestis in d. Toletana iuris decimandi coram Blancheto, *vbi sufficit quadragenaria cum tit. quamuis aliàs æquipolleat immemoriali, quando præscribens est capax,* vt in c. 1. de præscr. in 6. *§. cum vero data incapacitate, quæ nullo temporis cursu purgari potest, nisi adsit immemorialis cum fama priuil.*

Et iuxta præfatas decisiones † sunt accipienda quę 48 de decimis à laicis possessis tradunt Rebuffus *de decimis q. 13. ex n. 69* Greg. Lopez *in l. 23. tit. 20. pag. 1.* vbi Hamada, Burgos de Paz *cons.* 50. Couarr. *lib. 1. capit. 1. nu. 5. & 6.* Auend. *de exequen. man. lib. 2. cap. 4.* Menchaca *controuersiarum illustrium lib. 2. c. 89.* Mascar. *de probatio. concl.* 484. *num.* 6. D. Ioan. Gutierrez *pract. li. 1. q. 16* & Aceuedo *in l. 3. t. 21. li. 9. recop. ex n. 11.*

Quarto ex eo quod beneficium est † ius spirituale 49 infertur iudicem laicum de causa beneficij non posse cognoscere cum laici Ecclesiastica negotia maxime spiritualia tractare non debeant *c. 2. & 3. de iudic. vbi late Doctores & nouissime D. Sahag. cum aliis.*

Quod non solum verum est in † petitorio sed etiā 50 in possessorio, quamuis de possessorio beneficij retinendæ vel recuperandæ iudicem laicum cognoscere posse præsertim stante consuetudine teneant plures Doctores *Guido Papa Decis.* 1. 85 107. & 552. *Ripa in rubrica de iudic. n. 90. & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. n. 19. Aufrer. de potestate sæcularis super Ecclesias reg. 2. n. 24. Guil. Benedict. in Rep. cap. Raynut. de testam. verbo & vxorem nomine Adelasiam dec. 2. à n. 38.* Selua de benef. 1. p. q. 7. n. 12. alias 16. *Rebuf. ad leges Gallicas 3. c. a. tit. de causis benef. possess. art. 8. gl. 2. & tit. de inquisitorib. seu commissariis art. 6. gl. vnica in fi. Boer. Dec. 69. & Afflict. Dec. 24. Corras. de benef. 1. par. c. 2. n. 8. Ant. Gabr. com. l. 5. de resti. spoliatorum, nu. 134. Ant. Crauetta cons. 258. & Ferretus cons. 1. n. 15. & cons. 28. n. 4. & cons. à n. 7. & cons. 50. n. 2. & aliis consiliis. Decis. Pedem. Cacheran. 116. n. 1. & Ant. Thesauri 82. vbi de etiam an in possessorio adipiscendæ & 110. ad fi. & 117. & 191. n. 10. & Fran. Marc. Decis. 190. & 51. par. 1. & 245 par. 2. n. 3. Follerius in speculo Marant. 4. p. 11. dist. n. 77. Ant. Granatius ad vestrū in pract. li. 5. c. 1. n. 5. & 6. P. Greg. de benef. c. 40. n. 10. qui ait esse textū expressum in c. fi. de iud. Mieres de maioratib. 3. par. q. 11. n. 15. & q. 15. n. 19. Alu. Valasc. consultat. 11. & 93 par. 1. ar. ad illa in sua Politica lib. 2. c. 18. n. 141.* Io. Garcia *de nob. gl. 9. n. 46.* qui plures refert, & quod in Gallico Senatu Senatores cognoscunt de interdicto retinendæ & recuperandæ inter clericos super poss. beneficij, de qua consuetudine meminit l. 10. tit. 1. lib. 3. recop. quæ etiam est in regno Nauarræ *vt per Olanum in concordia & differentia iuris communis & Reg.*

Regij lit. C. n. 34. & 35. & lit. L. n. 77. & nouissime tradit. Gaspar Rodriguez. de annuis redditibus lib. 1. qu. 17. à n. 55. & tenent etiam alij prælati per Menoc. de recuper. remed. 15. n. 211. & per Cenedum *collect. 4. ad decretales n. 3. & 4.* qui dicūt causam possessorij rei spiritualis temporalē esse non spiritualem *ex gl. in c. literas de iur. an. calumniæ Card. Clem. dispendiosam de iudic. 10. qu. num. 17. cum aliis.*

51 Sed hanc sententiam & consuetudinem merito post alios reprobant afflictis in † *constitu. Neapol. li. 1. rub. 67. de iudiciis à nu. 9* Berous *in rub. de iudic. à n. 51* Rol. *cons. 23. vol. 2.* Suarez *in reg. de Annali quæst.* 46. Mandos. *de monitoriis quæ. 17. n. 3.* D. Couarr. *prac. c. 35. n. 1.* Doctor *Paz in praxi, 2. tom. 2. præludio n. 15.* D. Io. Gutierrez *cano. quæstionum lib. 1. cap. 34. à n. 26.* Quintanadueñas *Eccl. li. 1. c. 9. n. 15* Zerola *in praxi. Episcopali. 2. part. verbo possessorium* & Azor *lib. 5. ca. 24. q. 1.* & Cota *Dec. 151 in miscellaneis manuscrip.* ait quod Rota reiicit illam opinionem quod iudex laicus possit cognoscere in causa spolij super beneficio inter clericos. *Conductu Dec. Putei,* 361. & 365. *li. 1.*

52 Et ratio est, nam causa possessoria † beneficij & aliarum rerum spiritualium seu quasi, ecclesiastica dicitur, *clem. vnica de causa poss. & de sequestrat. poss.* maxime quādo habet admixtam causam proprietatis *Butr. & Abb. numer. 8 in d. cap. literas Cassad. Decis. 4. num. 2. vt lite pendente cum aliis.*

53 Secundo quia possessio beneficij † est quid spirituale seu connexa spirituali propter administrationem ordinis vel clauium quæ inde sequitur, & ideo carenti possessione, seu spoliato non licet redimere vexationem quantumcumque ius habeat in beneficio, *Imola & alij in cap. ad aures de simonia Abb. in c. dilectus. 1. eod. tit. Guido Papa d. Decis. 1. in fi. Nauar. in man. c. 23. nu. 101 Soto de iustitia & iure lib. 9. q. 6 art. 10 Siluest. in sum. verb. simonia n. 5. Armill. eod. verbo n. 25. summa confessorum lib. 1. tit. 1. de simonia, q. 46. summa corona. 3. p. tract. de simonia, n. 32. & Lud. Lopez. instruc. cōscientiæ. 1. p. c. 302 & alij quos quod dicant Aragon. 2. 2. q. 100. art. 2. Man. Rodriguez in sum. 2. to. c. 59. n. 5. & c. 62. Vera in sum. 2. par. c. 101. casu 19. 33. & 44. ad fi. & 67. & P. Ledes. 2. par. summ. tract. 12. concl. 26. & 27.*

54 Et in vna Moioricen præeminentiarū † 21. Maij 1554. coram D. Vestano fuit resolutum: *Possessionem traditam Michaeli per Capitulum de canonicatu, & prebenda fuisse vitiosam, & simoniacam, ex quo eam tradidit sub expressa conditione, & pacto quod Michael non haberet vocem in capitulo, donec esset legitimatus, nec domum canonicalem quam suus auctor possidebat, & super qua erat controuersia cum alio canonico, donec esset cognitum ad quē domus ipsa pertineat, quia huiusmodi possessio est annexa beneficio & rei spirituali, & non potuit super ea paciscī sine labe simoniæ* ad not. per Innocen. Io. And & Abb. in d. cap. ad aures, & in cap. dilectus de simonia, & Io. de Imola in cap. super eo de transact. Si ergo possessio est spiritualis seu spirituali annexa, eo modo quo ipsum beneficium causa possessorij beneficij erit spiritualis quicquid dicant gloss. *in d. cap. literas Card.* & alij supr. & idem erit in aliis spiritualibus.

55 Præterea esto causa possessorij beneficij† nō esse spiritualis, nihilominus inter clericos de possessorio beneficij litigantes, nulla ratione laicus poterat cognoscere ex defectu subiectionis, cū cleric' sit apud iudicē Ecclesiasticū conueniendus, *ex iuris reg.* nec valet cōsuetudo in cōtrariū. *Rota Decis. 3. & 10. de consuetud. alias* 223. & 240. *in antiquis cuius meminit Nauar. in c. cum contingat. de rescrip. remedio 1. in 1. edit. etiam immemorialis Rochus in cap. fi. de consuet. sect. 5. num. 31. & sect. 6. Ant. Gabr. de præscrip. conclus. numer. 17. & Azor lib. 5. cap. 12. qu. 1 vt in proposito animaduertunt recte Mandos. Couar. Io. Gutier. num. 13. Zerola, & alij relati, & Meno. sup. nu. 22. & 234. & de retinend. remed. 3. n. 146. & se. & à nu. 549. nec contradicunt gloss. Butrius & Abb. in d. cap. literas,* nec huic rationi potest responderi.

Vnde in vna Oueten. † sacristiæ coram D. Comitulo fuit dictum *indubitatum esse causam possessoriam in beneficiis pertinere ad forum Ecclesiasticum saltem ratione personarum* clem. vnica de causa poss. 56

Et post hæc scripta visus † Doctor Sahagun *in d. c.* 57 *2. de iudic. ex n. 177.* recte defendit hanc sententiam vbi *n.* 183. eam verissimam, & semper obseruandam dicit, *ex ratione a me sup. adducta numer.* 55.

Nec pro contraria sententia facit † tex. *in d. cap. fi.* 58 *de iudic.* cum illic non agatur de beneficio, sed officio sæculari, vt clare patet ex ipso tex. & ex glos. & communiter *ibi* recte explicant Berous Rolan. Couar. Meno. *d. rem. 15. n.* 16. Io. Gutier. *num.* 19. & Sahagun, *n.* 186. *vbi sup.* qui etiam respondent aliis fundamentis contrariæ sententiæ.

Illud etiam placet, quod si clericus ageret contra 59 laicum qui eū turbat in possessione benefici seu vexat, molestatur, siue vim infert ne eū turbet, seu vim inferat, iudex, laicus esset competens, quia tunc vere non est possessorium beneficiale, nec causa beneficialis, sed tēporalis cū laic' nō sit capax beneficij, nisi forte laicus ille ꝓ clerico se gereret, & ad se spectare beneficiū prætenderet, *Guil. Bened. verbo & vxori. 2. n. 38. & Meno. d. rem. 15. de recuper. n. 223. & 234. & d. remedio 3. de retinenda à num.* 324. licet contradicat Azor *d. lib. 5. cap. 14. q. 1.* cuius sententia vera videtur quando clericus ageret spolio contra laicum qui eū beneficio spoliauit, ne tūc videtur possessorium beneficiale, contra Guil. Benedict. & Meno. *ibi.*

Dicitur in diffinit. beneficij† *Propter diuinum officium competens.* Nam beneficium datur propter officium *cap. fi. de rescrip. in 6. quod, vt inquit Card. Toletus li. 5. c. 76.* in laudibus diuinis consistit in sacrificio missæ & sacrorum administratione, non quod redditus dentur in pretium sed in sustentationem talium personarum, vt acuta sibi prouidēdi liberi Deo melius vacare possint in populi vtilitatem. 60

Et ex prædicta diffinitione, † & ex dictis apparet 61 quomodo cognoscatur beneficium Ecclesiasticum. cognoscitur enim ex sequentib. 1. ex persona prouidētis, quia est persona Ecclesiastica. 2. ex persona cui prouidetur, quia prouidetur soli clerico. 3. ex qualitate ipsius beneficij, quia habet aliquod spiritualitatis annexum, quia propter diuinū officium datur beneficium, & quod detur in perpetuum. 4. ex modo prouidendi, quia debet prouideri pure, & sine pacto, modo vel conditione, nec pro commodo temporali, alias esset simonia, *vt latius per Calder. in c. in nostra de rescrip. & ibi Bellarm. q. 3. n. 10. & in cap. super hoc renō. n. 16. Anch. in reg. beneficium li. 6. Barbatia in cle. causam. 3. quod si forsan de elec. à n. 27. Abb. cons. 47. li. 2. Fel. in d. c. in nostra n. 9. de resc. Probum ad Monachū in c. nullus de temp. ord. in 6. ex n. 2. Rebuf. de pacificis possess. hunt. 10. n. 344. alias 247. Gigan. de pensio. q. 86. à n. 7. Corras. d. 1. p. c. 2 ad fi. Rochum Veronen. de visit. verbo beneficia Ecclesiastica Meno. de præsumpt. lib. 6. præsump. 79. n. 6. Iacob. de Graffiis li. 1. c. 97. n. 3. Rotam in vna Formana* corā Cæsare de Graffis, quæ est Decis. eiusd. 124. & 125. & 1 par. diuersorum 508. & 509 in qua fuit resolutū. *Esse benef. Ecclesiast. Ecclesiā, quæ est erecta authoritate Episc. & dotata, maxime si habet*

onus spirituale annexum, quia tunc potest conferri perpetuo, non obstante quod non constet de aliqua collatione, quia prædicti Doctores non requirunt, quod fuerit collata Ecclesiæ, sed tantum quod sit talis quæ non possit conferri laico.

61 In vna tamen Volaterrana Capellæ. † 16. Nou. 1594. coram Illustrissimo Seraphino Rota resoluit Impetrantem debere ante omnia probare existentiam beneficij impetrati, & quod sit Ecclesiasticum, & collatiuum, alias non dari vacationem, Abb. d. cons. 47 num. 1. Calder. cons. 4. de relig. domib. Fel. in d. cap. in natura, numer. 9. & tenuit Rota in Hispalen. beneficij. 16. Ian. 1586. coram D. Orialen, & ideo quia ibi nulla asserebatur collatio facta per Episcopum, vel sedē Apostolicā capellæ impetratæ, quinimò pro parte confraternitatis docebatur de vltimo statu, & eo quidem antiquissimo, quod iuxta cons. Decij 125. numer. 1. in consideranda qualitate beneficij solet attendi, ex quo agitur illam capellam tanquam simplex oratorium fuisse per longissimum temporis spatium rectam per confratres laicos, qui ad eorum nutum, & cum certo salario deputarunt capellanos, impetrationem esse inualidam. Accedit Decis.
63 182. num. diuersorum. p. 1. 5. vbi Rota † dixit. Dictum Rebuf. in pract. tit. quid sit beneficium, numer. 8. vbi voluit, dici beneficiū illam partē quæ datur ministro Ecclesiæ, procedere si daretur in tit. personæ habili. Et nouissime post hæc Gonçalez ad reg. de mensib. gl. 5. à num. 6. ponit prædictas qualitates, de quibus, num. 61. tanquam requisita substantialia beneficij, & quod si illæ non concurrunt, non est beneficium quocunque nomine nuncupetur, & allegat duas nouissimas Decis. Rotæ in vna Vlisbonen. administrationis capellæ. 16. Ian. 1591. coram D. Pena, & in alia Hispalen. eremitorij. 4. Decem. 1596. coram D. Pamphilio.

§. 1.

De beneficiis manualibus, & capellaniis, & præstimoniis.

SVMMARIA.

Non est de essentia beneficij esse perpetuum num. 65.
Regularia beneficia sunt manualia, & ad nutum amouibilia nisi sint curata aut electiua, num. 66. resolutio Rotæ, num. 67. & 68. & sunt, vere beneficia num. 69.
Beneficia sæcularia de sui natura sunt perpetua nu. 70. tamen per Papam non inferiorem possunt ad tempus concedi, n. 71. & ex fundatione possunt esse temporalia, & ad nutum amouibilia, numer. 72. licet Naua. contra, num. 73. qui tamen admittit posse esse temporalia per Papam seu immemorialem, num. 74.
Etiā ex constitutione, seu statuto beneficia sæcularia posse esse temporalia, seu manualia, num. 75. licet Naua. contra, num. 76.
Beneficia manualia sunt vere beneficia, & vt talibus in eis committitur simonia, num. 70. licet aliqui contra teneant, num. 78.
Potest dici esse de essentia beneficij quod sit perpetuum saltim aptitudine, num. 79.
De beneficio manuali, & ad nutum amouibili facienda est mentio in impetratione secundū num. 80.
Capellaniæ ad nutum amouibiles non sunt beneficia vbi non instituuntur authoritate Episcopi, num. 81. secus si essent instituta eius authoritate, numer. 82.
Non tamen poterit quis sacris ordinari ad titulum talis capellaniæ, nec alterius beneficij manualis, numer. 83. nam titulus debet esse perpetuus, num. 84.
Patronus capellaniæ etiam collatiuæ ita fundatæ vt sit ad nutum amouibilis, potest ad nutum & liberam voluntatem absque causa amouere capellanum, num. 85. toties quoties voluerit, nu. 86. nec poterit ordinarius destitutum tueri in sua possessione, nu. 87.
In beneficiis manualibus potest fieri reuocatio sine causa, malitia cessante, num. 88. non obstante reg. de triennali, num. 89. quicquid alij dicant, nu. 90.
Si de facto quis ordinetur ad tit. capellaniæ ad nutum amouibilis non mutatur eius natura, nu. 91.
Ad titulum capellaniæ amouibilis non ad nutum, sed ex iusta causa, non potest quis sacris ordinari num. 92.
Vicaria temporalis, seu ad nutum amouibilis, non est beneficium num. 93. Decis. Rotæ, num. 94.
Capellaniæ perpetuæ institutæ authoritate Ecclesiastica sunt beneficia sine dubio, & obligāt ad horas, n. 95. resolutio Rotæ, num 96. & tunc non tenet prohibitio testatoris, quod ordinarius non se intromittat in earum prouisione, sed ad solos laicos spectet. num. 97.
Ab administrat. in cura, & visitat. illarū capellaniarum potest fundator excludere ordinarium nisi in casu negligentiæ, nu. 98. sed non censetur exclusus ex eo quod in fundatione alicui committatur visitatio, num. 99. nec contrarium censuit S. Cong. in quadam declarat. num. 100. licet in terminis breuis Pauli V. censeatur exclusus a visitatione piorū operū de Oropesa, nu. 101.
Capellaniæ etiam perpetuæ fundatæ, sine authoritate ordinarij non sunt beneficia, nec obligant ad horas nu. 102. 103. & 104. & in eis valet ordinatio fundatoris, quod ordinarius non se intromittat in earum prouisione, n. 105. decisiones Rotæ, n. 106. & 107.
Capellania in cuius primæua fundatione non interuenit ordinarij authoritas, potest postea per ordinarium erigi in beneficium, si non reluctatur fundatoris voluntas, nu. 108.
Quod verum est in capellaniis institutis in vltima voluntate, num. 109. aut inter viuos, quarum effectus differtur post mortem, n. 110. Secus tamen in institutis inter viuos, & statim effectuatis, n. 111.
Ad titulum capellaniæ nō collatiuæ potest quis ordinari si est perpetua, tanquam ad titulū patrimonij, nu. 112.
Si apparet de vnica collatione, vel institutione ordinarij, in dubio censetur capellania beneficium, n. 113. in dubio vltimus status beneficij attenditur. nu. 114.
Quando constat fundatorem noluisse facere capellaniam collatiuam, & beneficium, non videtur sufficere fuisse collatā spatio 40. annorū, sed quod requiratur immemorialis, num. 115. sed contrarium tenetur, num. 116.
Præstimonia, & præstimoniales portiones sunt beneficia, num. 117. & 118. quamuis aliqui contra teneant, & alij distinguant, nu. 119.
Gratia de beneficijs simplici vacante per obitum. N. capit præstimonium, nu. 120.
In expectatiua ad beneficium simplex, aut cum cura, vel sine cura comprehenditur præstimonium, nisi in certis casibus, nu. 121.
In impetratione beneficij facienda est mentio de beneficiis obtentis, licet de facto, & de iure ad rē, nisi vbi impetrās ignorat, n. 122. 123. 124. & 125. & de præstimoniis, n. 126. & etiam de beneficio incompatibili vacaturo per assecutionē secundi, contra Gonçalez, nu. 127.

NOn est autem opus addere in diffinitione bene-
ficij vt Nauar. d. q. 1. de † redditibus, num. 55. nu. 65
4. & Doct. Sahagum in d. c. fin. de sequestratione poss. n. 20. & alij addunt, perpetuum in se saltem quo ad obtinentem, aut vt Quintanaduenas d. li. 1. Ecclesiastico. cap. 3. & Duar. d. lib. 2. cap. 4. in perpetuum: non enim
est de essentia beneficij esse perpetuum. † nam re- 66
gularia beneficia de sui natura sunt manualia, & ad nutum mouibilia nisi sint curata aut electiua, Cassad. decis. 4. nu. 5. & decis. 12. num. 9. de praeben. Achilles de Grassis,

Grassis, decis. 141. seu noua de praeben. numer. 3. & Rota decis. 772. & 778. par. 2. diuersorum, Selua de benefi. 3. par. q. 21. & 68. Rebuf. de pacificis possess. à num. 529. alias 272. Cosmas in pragmatica sanct. tit. de collatio. §. item placuit verbo perpetuus, Mandos. reg. 3. cancell. q. 10 num. 5. & quæst. 11. nu. 3. & eius filius Hor. Mandos. de priuil. ad instar, gloss. 6. num. 3. Flam. Paris. de resignatione benef. lib. 11. quæst. 4. numer. 81. Et post hæc vesus Gonçalez ad reg. de mensibus, glos. 5. § 6. ex nu. 6. & 58. Et Rota in vna Parmen. Prioratus. 5. Iun. 1595. Co-
67 ram † D. meo Corduba Episcopo Pacen. in qua fuit dictum, *Quod in beneficiis manualibus non intrat reseruatio, nec cadunt sub reseruatione*, Calder. consi. 25. de præben. cum aliis, & quod manualia præsumuntur omnia beneficia regularia, quæ nec sunt curata, nec electiua, Mill. verbo beneficia regularia, Selua 3. par. q. 68. Cassad decis. 4. de præbend. Mandos. reg. 3. quæst. 10. num. 5. & q. 11. num. 2. & ad probandum quod sit regulare sufficit, quod sit fundatum in Ecclesia Monachali, cum alias ibi sæcularis esse non possit cap. fin. § præcipimus de statu Monach. Abb. cons. 59. ad fin. lib. 2. nec obstat, quod ille per cuius obitum vltimo vacauerit esset sæcularis, quia non resistentibus regularibus sæcularis similia beneficia obtinere potest, d. §. præcipimus.
68 † Rota etiam in Seguntina Thesaurariæ, 19. April. 1596. Coram D. Orano infra adducta, n. p. c. 5. nu. 181.
69 Et certum est esse vere beneficia, & † sic in eis cōmitti simoniam, & confidentiam. Flam. Paris. de confidentia, quæst. 16. quicquid Duarenus d. l. 2. cap. 4 dicat Prioratus claustrales beneficiis non annumerari, quia perpetui non sunt, & Quintanadu. d. c. 13. nu. 12. & Eman. Rodrig. quæstionum regul. 1. tom. q. 31. art. 2.
Et beneficia sæcularia quamuis de sui natura, seu
70 proprietate sint † perpetua. ca. præcepta. 55. dist. cap. satis peruersum. 56. dist. cap. sanctorum. 70. dist. cap. vnic. de capellis monach. in sexto, & ibi gloss. vers. perpetuis, Abb. in ca. 2. de arbitris notis 1. Cassad. d. decis. 4. num. 2. & d. decis. 12. nu. 9. Felin. in d. cap. in nostra num. 9. de rescrip. Probus in d. ca. nullus, num. 17 de tempor. ordin. in sexto, & alij relati supra num. 61. & Mandos. d. q. 11. Flam. d. q. 3. num. 92. Gonçalez sup. num. 7. & alij,
71 tamen per Papam licet non † per inferiorem possunt ad tempus concedi, cap. si gratiose, de rescrip. in sexto, vbi Dd. & gloss. in d. cap. vnic. Felin sup. & in c. si. de iudic. nu. 6. Probus sup. Selua d. q. 21. Rebuf. in praxi, tit. requisita ad collationem n. 13. & 14. Mand. d. q. 11. n. 5. Flam. Paris. de confiden. q. 48. n. 4. & alij. Et ex fun-
72 datione † beneficia sæcularia possunt esse temporalia, & ad nutum amouibilia, Lupus allegatione 67. seu 66. n. 1. Mand. reg. 34. q. 11. Gonçal. sup. n. 8.
Quamuis Naua. cons. 5. de praeben. & cons. 8. de iure
73 patr. num. 7. † dicat capellaniam sic fundatam etiam authoritate Episcopi non esse beneficium, qui ta-
74 men d. cons. 8. n. 10. † admittit beneficia spiritualia posse esse seu fieri temporalia per Papam seu consuetudinem immemorialem.
Et etiam ex constitutione seu statuto beneficia
75 † sæcularia possunt esse temporalia, seu manualia, & ad nutum amouibilia. Lupus allegatione, 9. Cassad. d. dec. 12. num. 9. quod tamen non videtur procedere in
76 curatis ex d. ca. nostro. † quamuis Nauar. cons. 9. de officio ord. & 17. de praeben. dicat quod per ordinationem qua capellania perpetua sit ad nutum amouibilis desinit esse beneficium.
77 Et beneficia manualia esse vere † beneficia, & vt talibus in eis committi simoniam tradit Flam. Paris. d. quæstion. 18. de confiden.
78 Et ita tenendum est quamuis † Staphileus de literis gratiæ. 9. forma expectatiuarum nu. 29. & Gambarus de officio legati, lib. 4. Rubrica. 1. n. 1. Lud. Gom. de expectatiuis, n. 94. P. Greg. de benef. c. 11. n. 12. & Zerola in praxi Episcopali. 1. par. ver. beneficium. §. 1. dicant beneficia manualia non esse vere, & proprie beneficia, quia nō sunt perpetua, & Gonçalez d. n. 21. & 59.
Potest etiam dici esse de essentia † beneficij quod 79
sit perpetuū saltim aptitudine, qualia sunt manualia, quæ possunt esse perpetua, vt in d. Seguntina thesaurariæ, vbi quod ad esse beneficij Ecclesiastici requiritur, q eius titulus sit saltim aptitudine perpetuus.
Vnde infertur de beneficio manuali, & ad nutum
† amouibili, quod habet impetrans faciendi esse mē- 80
tionē in impetratione secūdū Cald. cons. 9. de rescrip. Fel. in d. c. in nostra col. 19. Ripa in cap. ad aures de rescrip. n. 11. Selua 3. par. q. 11. n. 8. Rebuff. de nominatio. q. 9. n. 27. alias. 25. Menoc. de arbitr. casu. 202. n. 46. & Rotam d. Seguntina thesauraria velit nouissime Vuamesius consil. 218.
Secundo infertur, capellanias quæ † sunt ad nutum 81
amouibiles, nō ex eo dicendas esse non esse beneficia proprie, quia sunt amouibiles, vt inquiunt Staphil. & Naua. sup. & Auent. in dictionario vers. beneficiorum, sed quia hæ vt plurimū non instituuntur autoritate Episcopi, vt sint spirituales, & inter bona spiritualia cōputentur, sed veluti salaria, & stipendia: Si tamen ali-
quę essent sic institutæ, & erectæ authoritate † Epi- 82
scopi, vt essēt spirituales, & collatiuæ, vere essent beneficia, & obligarēt ad horas canonicas, quāuis enim ille non esset beneficiarius perpetuus, tamen pro eo tēpore, vere haberet ius spirituale ad percipiendos fructus capellanię, & ratione talis capellaniæ, gauderet priuilegio fori, licet esset tantū in minorib. constitutus, seu clericus primæ tonsuræ, iuxta decretum Concilij, sess. 23. de refor. cap. 6. & q beneficiū manuale, & reuocabile ad nutum, & voluntatem conferentis, obliget ad horas tradit Açoc lib. 10. cap. 4. quæst. 2.
Non tamen poterit quis ad sacros † ordines pro- 83
moueri, ad titulū talis capellanię ad nutū amouibilis, quantūuis sit collatiua nec alterius beneficij manualis, Mayol. de irregular. lib. 4. c. 15. n. 4. Salcedo in pract. crim. Bernardi Diaz c. 18. n. 8. Fla. Pari. commune dicent de resignatione benef. lib. 2. q. 6. n. 2. & 3. Zerola in praxi Episcopali 2. par. ver. dimissoria sub. §. 9. Marcus Ant. Genuen. in praxi Archiepiscopalis curiæ Neapol. cap 81. sub. n. 2. Enriquez in sum. lib. 10. c. 17. §. 3. Man. Rodrig. in sum. 2. to. c. 15. n. 12. P. Ledes. in sum. 1. par. de Sacram. ordinis c. 7. 11. conclusione Zechus de repub. Ecclesiastica ca. de clericis sub. n. 7. vers. 84. & Sairus de censuris lib.
4. c. 14. n. 10. titulus n. ad quē quis sacris † ordinib. or- 84
dinatur debet esse perpetuus, tam ex parte dātis quā recipientis, vt colligitur ex S. Concilio Triden. sess. 21. de refor. cap. 2. capellania autem etiam collatiua ita fun-
data vt sic † amouibilis ad nutū patroni, potest pa- 85
tronus ad nutum suum, & liberā voluntatē, id enim importat verbum, ad nutum, Fel. in c. per tuas de maior. & obed. n. 3. ad fi. Mandos. d. reg. 34. q. 11. & Rota d. Decis. 778. par. 1. diuer. & patet ex ipsa significatione vocabuli, q accipitur pro volūtate, Calep. vers. abnuo, & alia dictionaria, & verbum voluntas, importat liberam, & absolutam voluntatem, & non regulatam, Fel. in cap. 1. de constit. sub num. 51. versic. & si dicatur committimus voluntati tuæ Iaf. in l. si sic. ff. de legat. prima à num. 27. Menoc. de arbitr. lib. 1. quæst. 7. à numer. 1. qui alios referunt absque aliqua causa amouere capellanum, aliumque ponere seu præsentare Lamber. de iure patr. 1. par. 1. lib. quæst. 9. ar. 1. num. 71. & art. 2. qui
quamuis d. art. 2. n. 15. id admittat † pro prima vice 86

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

duntaxat, procedet tamen toties quoties voluerit patronus, quia ita est de intentione disponentis: eademque ratio militat in vlterioribus vicibus quæ in prima, nec est maior ratio de vno capellano ac de alio, ita Io. Gutier. pract. quæst. li. 3. quæst. 11.

Qui etiam ait quod non poterit ordinarius desti-
87 tutum † tueri in sua possessione pro quo facit quod vt fuit dictum in vna Elboren. distributionum. 29. Mar. 1599. coram D. meo Corduba, possessio, ad tempus, illo elapso nõ dicitur amplius possessio, ex natura temporis limitati l. imperator de postulando. l. statuliberi. §. stichum. ff. de lega. 2. & possessio data per tempus limitatum, vel vt aliquid adimpleatur, cessat illo impleto vel transacto tempore, Decianus cons. 108. nu. 19. vol. 3 & possessio quam habet huiusmodi capellanus, amouibilis est, ad tempus scilicet, donec amoueatur, seu dum non amouetur, vel reuocatur.

88 Et quidem in beneficiis manualibus, † & ad nutum amouibilibus, potest fieri reuocatio sine causa, malitia cessante Card. in clem. 1. §. præmissa, num. 4. de supplen. neglig. prælatorum. Decius in cap. ad nostram, n. 23. de confirmat. vtili. Cosmas d. tit. de collatio. §. item placuit ver. perpetuus. Selua. 3. par. quæst. 68. in fi. Nauarr. cõmen. 2. de regular. nu. 65. Man. Rodriguez quæst. regul. 1. to. quæst. 34. ar. 9. licet contrarium dicat ar. 2. Azor vbi s. & fuit tantum in vna Burgen. amotionis magistri capellæ 11. Decem. 1581. coram D. Blancheto & in d. Decis. 778. par. c. diuersorum Gonçalez sup. à nu. 46.

89 Nec in eis procedit regula de † triennali quominus possint amoueri Rebuf. de pacificis poss. limitatione 6. num. 329. alias 272. & seq. Mandu. d. reg. 34. qu. 11. Mohed. Dec. 10. de caussa poss. Rota Dec. 739. n. 7. par. 11. diuers. & Gonçalez sup. n. 16. quicquid alij dicant &
90 alias † Boerius, Decis. 149. Capicius Decis. 19. & Burgos de paz cons. 21. n. 5. & quamuis Zauallos in suis cõmunibus contra communes quæst. 415. in fi. cum Gutierrez d. quæst. 11. num. 6. dicat in capellania ad nutum patroni, vel Episcopi concessa, quod sine causa auferri non potest, & ita pluries vidisse iudicatum, cum tamen Gutierrez d. q. 11 contrarium teneat.

Et si de facto quis ordinetur sacris ordinibus, ad
91 titulum capellaniæ ad nutum † amouibilis, non ex eo mutabitur eius natura seu qualitas, maxime si id fiat sine expresso consensu patroni: nec enim põt ordinarius etiam cum consensu patroni tollere qualitatem fundationis, cum sit in fauorem Ecclesiæ, & vt melius seruatur beneficio, vt alias dicetur. 7. par. c. 1. à n. 102.

92 Quinimo etiam ad titulum † capellaniæ amouibilis non ad nutum sed ex iusta causa, vt si capellanus non bene seruiat vel alias, non videtur quis posse sacris ordinari, quia adhuc talis capellania nõ est perpetua cum possit amoueri ex causis in iure non expressis.

93 At vicaria temporalis seu ad nutum † amouibilis non est beneficium, nec titulus beneficialis; quia nõ confertur in titulum, sed est simplex salarium seu stipendium Calder. cons. 9. de rescrip. n. 2. Rebuf. de nominatio. quæst. 14. num. 61. & in praxi tit. de dispens. ratione ætatis, verbo, vel earum perpetua vicaria, & sentit Flores de Mena q. 10. n. 26. vbi ait q. nominatio vicariorum ad nutũ amouibiliũ, pertinet ad prælatum seu prælatam monasterij, cui beneficium vnitum est, & Episcopus solũ debet approbare & admittere & licentiã administrandi sacraméta dare. si vicarius idoneus inuẽtus fuerit, quẽ potest examinare, neq; vlla alia requirit. collatio aut institutio, & q. sic nouissime declarauit. S. cong. concil. vt vidit in publico instrumẽto ex Roma misso, & postbac late tradit Gonçalez gloss. 5. §. 3. à numer. 35.

Et fuit resolutum in vna Salamantina † vicariæ 15. 94
Mar. 1596. coram illustrissimo D. Blancheto, vt in seq. Dec. Resolutum fuit non intrare gratiam Io. Perez, & esse dandum mandatum de manu tenendo Abbati, huiusmodi enim Vicaria ad nutum amouibiles, non sũt tituli beneficiales, nec impetrabiles Rota Dec. 2. de excess. prælatorum in nouis, non facta mentione manualitatis Cass. ad. Dec. 4. de præben. Calder. cons. 26. eo. tit. Si moneta Dec. 30. part. 2. quod autem vicaria de qua agitur sit talis, apparet per vnionẽ factam à Fel. record. Pio 4. huius beneficij monasterio, in qua datur facultas apponendi vicarium monachum, seu sæcularem, ad nutum amouibilem, cum decreto irritante & clausula sublata. Cui facultati accedit alia concessa per constitutionem Fel. record. Pij 5. n. 46. & fuit resolutum in S. Cong. Concilij. Nõ obstat nominatio abbatis facta de vicario ppetuo ã 1577. primo quia Abbas non potuit in hoc præiudicare Ecclesiæ Vital. in clem. n. 1. 56. & 57. de off. vicarij, neque etiam in possessorio, non solum propter protestationem factam in ipsa nominatione, per quam cẽsetur præseruatum omne ius monasterij. l. si debitor §. 1. quib. modis pignus vel hypotheca soluitur, sed etiam quia facto suo Ecclesia à possessione non cecidit. Inn. in c. in literis. de restitutione spolia. Decis. 1. eo. ti. in nouis idque multo magis quid in hac vltima vacatione fuit suspensum per ordinarium decretum deputationis vicarij perpetui, & permissum abbati, quod poneret ad nutum amouibilem, nec applicantur quæ deducuntur de vltimo statu, qui probato anteriori, prout hoc casu oportet probare posteriorem spatio 40. annorum Rota Dec. 2. num. 1. de præben. in nouis, Feli. in cap. in nostra, n. 43. de rescrip. vide dicta. 11. par. cap. 2.

Cæterum capellaniæ perpetuæ nulli dubium est
quin sint beneficia † Ecclesiastica, quando sint institu- 95
tæ, & erectæ authoritate apostolica, vel ordinaria, vt sint spirituales, & beneficia Ecclesiastica quæ dicuntur capellaniæ collatiuæ, & consequenter obligant ad horas canonicas, glo. 1. in clem. 2. de decimis in fi. Rota Decis. 11. de iure patr. in antiquis. Feli. in ca. ex parte 2. nu. 2. de rescrip. & cons. 41. & 45. Decius cons. 210. numer. 4. Guido Papa Decis. 187. Selua de benef. 1. par. q. 3. n. 101. Belle Zinus de charitatiuo subsidio q. 73. Rebuf. in praxi t. sæculare beneficium quotuplex, n. 14. & 15. & de pacificis poss. à n. 102. alias. 87. Sarnen. in reg. de annali quæst. 20. vbi Mandos. qu. 17. Bermon. de publicis concubinarijs verbo Papa Anum. 5 Auend. in dict. ver. beneficiatos M. A. Morsil. Columna de eccles. redditibus cap. 14. num. 1 Fuscus de visitatione lib. 2. cap. 11. nu. 2. Salcedo in pract. crimin. Bernardi Diaz cap. 8. n. 9. Acenedo in l. 1. tit. 4. lib. 1. recop. n. 7. Solis de censibus lib. 2. cap. vlt. n. 25. Zauallos quæst. 693. n. 19. A. Rochus de visitatione ver. capellanias Zerola in praxi episcopali. 1. par. ver. beneficia §. 1. ad fi. & 2. par. eod. ver. §. 10. & ver. capellania, & Nauar. de oratione c. 10. n. 17. Io. Medi. de oratione. q. 7 Corduba in sum. q. 186. pun. 3 versic. li. 5. Lud. Lopez instruc. consc. 1. to. capit. 144. ad fin. & 2. toto c. 105 Man. Rodrig. in sum. 1. to. c. 140. Vegam sum. 1. par. c. 128. casu 13. versiculo quinto Io. Bapt. Corradus in responsis casuum consc. q. 140. in additione Azor. li. 10. ca. 3. q. 5 & P. Ledes. in sũ. secunda par. tract. 9. c. 4. 6. conc. 7. diff. & nouissime post hæc Gonçalez gl. 5. n. 68

Vnde in vna Burgen. Iurisdictionis. 8. Iun. 1587.
coram † D. Seraphino fuit resolutum: Verba concor- 96
dia inter clericos seu presbyteros perpetuo beneficiatos Ecclesia comprehendere omnes beneficiatos etiam capellanos ex proprietate verborum.

Et tunc non tenet prohibitio † testatoris quod 97
ordi-

ordinarius non se intromittat in earum prouisione, sed ad solos laicos spectet, nec pœna adiecta ex cap. 2. 10. quæst. 1. Rota Decis. 10. de testam. in antiquis. Ripa in leg. nemo potest. ff. de lega. 1. numer. 117. & 129. Lamber. de iure patr. 1. par. 1. lib. art. 10. q. 105. Mandos. de signatura gratiæ tit. de exemptio. versi. amplius etiam Couar. in 4. 2. par. cap. 3. §. 1. numer. 10. & in cap. tua de testam. nu. 8. Greg. Lopez. in l. 1. tit. 15. par. 1. vers. dote Fuscus vbi supra à num. 11. ad 15. Io. Gutierr. in Rep. d. l. nemo potest ex num. 499. Spino de testam. glos. 4. à nu. 91. & nu. 93. & Gonçalez sup. nu. 42. & alij, quicquid dicat Menchaca de successionum creatione §. 7. à 17. cuius opinionem saluat Gonçalez à numer. 46 intelligendo eam in secundo casu, quando in fundatione nulla interuenerit authoritas Episcopi, & capellania non est reuera beneficium Ecclesiasticum, vel quando licet Episcopi authoritas interueniat, ipsemet Episcopus in ipsa fundatione consensit d. conditioni, sed certe si authoritas Episcopi interuenit ad erigendum capellaniam in titulum, & creandam beneficium, d. conditio non valet etiamsi Episcopus ei in ipsa fundatione consentiat, ex allegatis si vero constat fundatorem nolle facere beneficium, & capellaniam collatiuam, valebit d. conditio siue interueniat authoritas, & consensus Episcopi, siue non: nam etiam sine consensu Episcopi, potest institui capellania non collatiua, & alia opera pia quicquid dicat Gonçalez, num. 48. de qua infra.

98 Quamuis ab administratione, cura † & visitatione istarum capellaniarum etiam collatiuarum, ne possit fundator excludere ordinarium … Concilio Trid. sess. 22. de reformatione cap. 8. & 9. nisi in casu negligentiæ cap. tua. de testam. vt sup. censuit S. Cong. Concilij. & ex eius voto ita nouissime declarauit S. D. N. Paulus 5. die 7. Apr. 1606 in causa Abulen. pro Comite de Oropesa, contra Episcopum, vt in eius breui sub annulo piscatoris. Sed non censetur
99 exclusus à visitatione, ex eo quod in fundatione † alicui committatur visitatio, vt alias censuit ead. S. Cong. Concilij in vna Abulen visitationis hospitalis de Olmedo contra † Priorem Monasterij de la Me-
100 jorada. Nec contrarium postea censuit S. Cong. in alia declaratione ad instantiam d. Prioris facta, & confirmata per Breue Clem. 8. datum die 22. Aug. 1600. quia cum narratum fuisset quod in fundatione, & dotatione d. hospitalis specialiter cautum est, quod per d. priorem & non per alium ipsum hospitale visitari & administrari deberet. solum dicitur … declarationem alias in d. cong. factam decreto d. cap. 8. non esse sublatam fundationem.

Licet in terminis d. breuis S. D. N. Pauli V. cen-
101 seatur exclusus † Episcopus à visitat. hospitalis, & collegij aliorumque piorum operum D. Fran. de Toledo Proregis Indiarum ex eo quod fundator eorum curam, & visitationem Comiti de Oropesa patrono ab eo deputato committit, præmittens id facere quia Episcopi Abulen. non solent se personaliter conferre ad oppidum de Oropesa, & propter plures occupationes, & obligationes eorum.

At capellaniæ etiam perpetuæ fundatæ & ordi-
102 natæ † sine autoritate ordinarij, quæ non sunt ab eo approbatæ, & spiritualisatæ, non sunt beneficia Ecclesiastica, nec ab ordinario conferri possunt, sed sunt sub piã dispositione fundatoris, & eius hæredum seu successorum, qui possunt tales capellanias donare sine Episcopo quibus voluerint dummodo sint idonei iuxta dispositionem fundatoris. Ita Guido Papa d. decis. 187. Rebuf. de pacificis poss. n. 349. alias, 287. vers. & idem, P. Greg. de veref. cap. 11. nu. 10. Nauar. cons. 5. & 7. num. 2. de præben. Alu. Valascus consulta. 80. num. 12. & 13. par. 1. Rochus, & Azor vbi proxime, quamuis de iure non posse stare dicat Zerola sup. & quod capellaniæ seu capellæ non sint beneficia Ec-
clesiastica nisi sint per † Episcop. ordinatæ & ap- 103
probatæ, tradunt Feli Rebuffus, Bermon. Salcedo
& alij relati sup. num. 95. & Spino sup. nu. 42. † & 104
Nauar. Corduba, Lud. Lopez Man. Rodrig. Vega, Corradus, & Azor vbi citati inquiunt quod capellaniæ institutæ à solis testatoribus vel donatoribus citra autoritatem Papalem vel Episcopalem, non sunt collatiuæ, nec beneficia, neque obligant suos possessores ad horas Canonicas, & prædicta sequitur post hæc Gonçalez supra à num. 20. qui tamen male ait num. 35. cum Parisio cons. 34. lib. 4. quod Episcopus non habet in talibus capellanijs ius visitandi, quod non est verum: nam quamuis non sint beneficium, sunt tamen opus pium, & sic possunt ab Episcopo visitari, nisi aliud in fundatione cautum sit, vt in d. cap. 8. & 9. Concilij sess. 22. de refor. & ita videtur sentire idem Gonçalez inferius, num. 45.

Vnde apparet in huiusmodi † capellanijs valere 105
ordinationem fundatoris seu testatoris, quod ordinarius non se intromittat in earum prouisione, sed ad solos patronos spectet vt in informatione, seu discursu posita par. Decisionum diuersorum post Decisionem 310 num. 3 & male agere ordinarios qui faciunt institutionem, & collationem de capellanijs contra voluntatem fundatorum & testatorum, qui noluerunt eas esse collatiuas, moti aliquando, ne imponatur eis subsidium, bonis & redditibus Ecclesiasticis imponi solitum, nec est in ipsorum ordinariorum potestate illas facere collatiuas, & erigere in beneficia Ecclesiastica contra testatorum voluntatem etiam de consensu patroni, ad clem. quia contingit. versic. cum tamen ea, de relig. domib. & quæ tradit Mandos. in reg. 34. qu. 11. num. 2. ita Spino d. num. 42. & Humada ad Greg. Lopez. d. l. 1. tit. 15 par. 1. glos. 6. & Canalles qu. 28 2. nu. 13. 28. & 29. dicẽs quod ita seruatur in Cancellaria Pinciana, & Azor & Gonçalez sup. à num. 44. & ita etiam tenet Rota vt in Decisionibus sequentibus.

Salernitana oratorij. 13. Mar. 1559. coram D. Quiroga.

Testator legauit nonnullos † bonos cuidam presbyte- 106
ro Masello cum onere celebrandi missam qualibet hebdomada in Ecclesia B. Mariæ, & post mortẽ eius voluit vt heredes testatoris eligant alium sacerdotem, cui concedant illa bona per annos decem & non vltra, cum prædicto onere, & successiue alius eligatur post dictos decem annos. Nunc quia reperiebatur hoc tanquam beneficiũ sæpius fuisse impetratum, heredesq; testatoris impediebantur eligere sacerdotem ex reg. de triennali, dubitatum fuit an prædicta reg. illis obstarent. Rota respondit secundum ea quæ proponebantur, non esse locum reg. de triennali, cum hoc non sit beneficium, sed oratorium priuatum, in quo non adfuit consensus Episcopi, ideoque non potuisse impetrari vt beneficium, nec conferri in titulum Abb. in cap. fi. de censibus Bald. cons. 5. in tertio, & si aliter fuit impetratum, gratia fuit surreptitia, nec consideranda Decis. cons. 548. col. 1. Fel. cons. 41. col. 1. & 2. Quamuis autem non sit beneficium est tamen seruanda voluntas testatoris, quoad ea quæ reliquit, iuxta eius dispositionem Feli. d. cons. 41. num. 6. & seq Card. cons. 84. hæc autem firmata sunt circumscripto vltimo statu. & nonnullis alijs de quibus in facto.

Salamantina capellania 23. Mart. 1583. coram D. Seraphino.

107 *Dubium habet duas instellationes,† quarum altera est, an testator voluerit erigere beneficium Ecclesiasticum, altera quisnam sit præferendus Hieronymus an Fran. Quantum ad priorem Domini inclinabant, quod noluit testator erigere beneficium Ecclesiasticum, cum velit, quod huius capellania prouisio ad solos laicos spectet, qui obtinebunt maxime tam quod fieri non potest, nam enim loquitur de præsentatione sed de prouisione & manifestum ex quo vult, quod nec Papa nec alius quispiam se intromittat in huiusmodi prouisione, ex quibus apparet noluisse erigere beneficium, cum id sine canonica institutione à quoquā obtineri non possit,* cap. beneficiū de reg. iuris in sexto: *quod etiā confirmatur, ex eo quod in euentum quod aliquis se intromiserit, reuocauit legatum. nam si esset beneficium, fieri non posset, & non est præsumendum, quod elegerit viam per quam voluntas ipsius impugnari possit.* l. 4. de militari test. Anchar. cons. 197. num. 7. Rota decis. 10. de testam. antiquis, *& licet vocet capellaniam tamen intelligendum cum his qualitatibus quod fieri potest,* vt per Sarmen. de annali q. 20. & de valore q. 4. *quantum ad secundam instellationem, domini dixerunt præferendum esse Hier. quia eo instante, et iudicialiter agente capellania ista fuit in esse deducta, & voluntas testatoris impleta, quam hæres exequi negligebat, ideo cum sit in pari gradu, cum Fran. & plus illa contulerit, & suspecta sit conclusio inter patrem & filium, & concurrant etiam aliæ qualitates in Hier. esse gratificandum* vt per Lamber. art. 16. 5. q. princip. 3. p. 2. lib. *neque obstat, quod in his non possit se intromittere ordinarius, quia est casus commissus à testatore, nempe propter negligentiam hæredis, quæ facit vt saltem pro illa vice ius deuoluatur ad superiorem* cap. si vero de iure patr. gloss. in cap. 1. de off. custodis, & cap. ea quæ de off. Archid. & *regulariter Episcopus est executor vltimarum voluntatum ad pias causas* clem. 1. de testa. & in Concilio Triden. sess. 22. cap. 8. de refor. *non obstat, quod Franciscus sit pauper, quia habet patrem diuitem, qui eum alere tenetur, & ideo conclusam sententiam ordinarij in hac parte esse confirmandam.*

108 Salcedo tamen *vbi sup.* ait illud iure † defendi posse, quod licet primæua capellaniæ fundatione, non interuenerit ordinarij authoritas, si tamen non reluctante fundatoris voluntate postea capellania in Ecclesiasticum beneficium fuerit erecta, nempe per collationem, & canonicam institutionem fundatoris, consanguineus, vel alius, qui ad eam vocatus est, eius nomine, & tit. ordinari poterit, & ita receptum esse absque controuersia, & sic tenet Salcedo, capellaniam in cuius primæua fundatione non interuenit ordinarij authoritas posse postea per ordinarium erigi in Ecclesiasticum beneficium, si non reluctatur fundatoris voluntas & *sequitur Zauallos sup. numer. 29 facit Decis. Rotæ. 1121. lib. 3 par. 4. diuersorum, quam refert Gonçalez sup. à num.* 58. quod verum est in ca-
109 pellaniis institutis in vltima voluntate† in quibus nō solet interuenire authoritas, & erectio ordinarij, nisi post mortem testatoris quando effectum sunt habituræ, & testator instituendo capellaniam simpliciter, videtur velle instituere beneficium Ecclesiasticum nisi aliud constet, *Zauallos dicto numer.* 29.

110 Præcedit etiam ead. ratione† in capellaniis institutis inter viuos etiam irreuocabiliter, quarum effectus differtur post mortem.

In capellaniis vero institutis inter viuos & statim
111 effectuatis per positionem † capellani, non videtur procedere, ex quo enim fundator non requisiuit authoritatem ordinarij, non videtur velle facere beneficium Ecclesiasticum, sed capellaniam non collatiuam, & sic erigere eam postea in beneficium Ecclesiasticum, esset alterare dispositionem, & voluntatem fundatoris. Et idem censeo, in capellaniis in quibus dicitur quod capellanus ponatur per patronos contra d. Dec. 1121 lactam per maiorem partem.

Aduertendum autem est quod licet ad titulum
† harum capellaniarum non collatiuarum, non pos- 112
sit quis ordinari tamquam ad titulum beneficij, *Salcedo sup. & Spino. d. nu. 42. & Gonçalez num. 31.* tamen poterit ordinari ad titulum earum si sunt perpetuæ tamquam ad titulum patrimonij *iuxta. d. capit. 2. concil. sess. 21. de refor.*

Rursus aduertendum est, quod si appareat de vna 113
collatione vel institutione ordinarij, in dubio censetur capellania beneficium, *Rebuf. de Pacificis poss. d. nu. 349. facit decis. Rota. 106. nu. 1. 2. & 3. par. 2. diuers.* & Dec. cresce. 12. *de probatio.* vbi habetur sufficere probare statum beneficij, & de eo tanquam de beneficio fuisse factas collationes per ordinarium, & effectum
sortitas, *vt latius in Dec.* nam in dubio vltimus † sta- 114
tus beneficij attenditur, secus in claris vt fuit resolutum in vna Compostellana Prioratus. 17. Martij 1597. coram D. Lita & *fauet Gonçalez sup. à nu.* 50.

Nec in claris quando constat fundatorem noluis-
se, † facere capellaniam collatiuam, & beneficium 115
sufficiet fuisse collatum vt beneficium spatio. 40. annorum, vt habeatur pro beneficio, quamuis contra
teneat † Azor. *sup.* sed requiretur tempus immemo- 116
riale *ad cap. 1. de præscrip. in 6. iunct. auth. de nuptiis, §. disponat itaque.* sed eo non obstante vera videtur sententia Azorij *ex cap. cum de beneficio de præben. in 6. & ibi notatis, & infra dicendis 7. par. cap. 7. à n. 34.* & dec. 1. loquitur vbi est ius commune contrarium, non lex priuata fundatoris.

Tandem de præstimoniis, & præstimonialib. por- 117
tionibus, quæ ex institutione nullum seruitium in Ecclesia habere solent, dicendum est absolute esse beneficia Ecclesiastica nam omnia præstimonia, præsertim in Hispania communiter solis clericis conferuntur, & dantur in titul. perpetuum beneficij, & sic habent annexum onus spirituale, scilicet recitandi horas canonicas, *cap. si. de conceß. præben. in 6.* vbi præstimonia connumerantur inter beneficia Ecclesiast. *& ita tenent Hostien. in cap. postulasti de rescript. Oldra. cons. 81. numero 2. & 3. & cons. 140. numero. 1. 2. & 6. Abb. cons. 47. numero 1. parte 2. Mil. in rep. ver. beneficij appellatione continentur præstimonia. Pauinus de officio. & tot. capituli Sede vac. 1. q. 2 par. num. 5. Hier. Paulus in pract. cancell. in notab. super vacantibus non reseruatis, versic. beneficij appellatione ad fi. Rebuf. in praxi in sæculare beneficium quotuplex, nu. 15. Mandos. in reg. 14. q. 22. n. 3. & de monitoriis, q. 60. nu. 32. Naua. de oratione cap. 21. num. 9. Sandoual. de officio canonico 5. p. c. 5. Cuchus in institutis maio. lib. 5. tit. 7. n. 31. Marsil. Columna de eccles. redditibus cap. 14. num. 1. Fuscus de visitat. li. 1. cap. 10. n. 23. Salcedo in pract. crim. Bern. Diaz. c. 18. n. 10. & c. 62. nu. 11. Flam. Paris. de resignatione benef. l. 3. q. 2. n. 136. 137. & 140. Pacianus de probat. lib. 1. cap. 31. n. 1. Achil. de Grassis Decis. 288. seu de conceß. præben. & Cæsar de Grassis Decis. 115. num. 2. Soto de iust. & iure lib. 10. quæst. 5. art. 3. Cord. qu. l. 1. q. 21. Pun. 3. Arrag. 12. quæst. 83. art. 12. Azor. lib. 10. cap. 10. q. 4 Suarez t. 10. de censuris disp. 13. sect. 1. nu. 7. Iac. de Grassis lib. 2. ca. 9. 7. d. num. 14. Lud. Lopez instruct. cons. 1. tom. cap. 105. Eman. Rodrig. in sum. 1. to. cap. 140 num. 7 num. - Vega 1. par. sum. cap. 128. cas. 13. versiculo 6. & P. Ledes. in sum. 2. par. tract. 9. c. a. 4. 6. concl. 1. difficultate, & alij.*

118 Quamuis contrarium teneant† Io. And. *num.* 3. & Domin. *num. 9. in c. p. 1. de rerum permut. in 6. & ibi* Gambarus, *num.* 68. Io. Medina *de orat. q.* 7. & Corduba *in sum. qua.* 86. *Par.* 3. & distinguant idem Domin. *cons.* 89. Fel. *in cap. postulasti de rescrip. num.* 7. Staphil. *de literis gratiæ tit. de qualitate benef. § 1. nu.* 5. Rebuf. *de pacificis poss.* 105. & 106. *alias.* 90. & 91. Meno. *de arbitr. casu* 201. *à num.* 55. Aceuedo *in l. 1. tit. 4. lib. 1. recop. n.* 5. Flam. Paris. *d. tract. de resignatione lib. 2 qu. 1. à num.* 123. & Honeda *de incompat. benef. 2. par. cap. 8. numer.* 12. qui tamen *numer.* 15 ait, in tota Hispania communiter præstimonia cōsueta esse dari in titul. perpetuum beneficij habereque onus annexum spirituale. *quem sequitur nouiss. Gonçalez gloss. 5. §. 2.*

Et præterea nostra sententia videtur iam expedi-
119 ta ex constit. Pij V. 148 versic. † declarantes infra adducta. *3. part. cap. 1. numer.* 5. vt aduertunt Quintanad. Eccles. *libr. 2. num.* 86. Azor Eman. Rodri. & Vega *sup.*

Vnde infertur. 1. quod gratia de beneficio simplici
120 vacante per obitū† N capiet præstimonium vacans pro obitu illius, si non fuit dictum esse seruitorium, quia, vt ex dictis apparet præstimonium vere est beneficium simplex, & sic appellatione beneficij simplicis continetur.

121 Et in expectatiua ad beneficium † simplex aut ad beneficium cum cura, vel sine cura, comprehenderetur de iure præstimonium, nisi ex consuetudine loci, & communi vsu loquendi, appellatione beneficij simplicis, seu beneficij cum cura, vel sine cura, non veniret præstimonium, nisi specialiter nuncupetur *Abb. d. cons. 47. Felt. supr. numer. 8. versic. 4. declaratio. Crescen. Decis. 8. de conceß. præben.* vel nisi doceretur de stylo curiæ in contrarium. *Cassa. Dec. 3. de præb. nu. 35.*

Secundo infertur quod sicut in impetratione be-
122 neficij, facienda † est mentio de beneficiis obtentis, *capit. si motu proprio, de præb. in 6. clem. 2. de off. ord. cum aliis,* licet de facto *Mill. in repert. ver. gratia, Hier.*
123 *Paul. in pract. cancell. in † notab. supernacantibus non reseruatis, & alij* & de iure ad rem, *Domin. in d. cap. si motu proprio, numer. 6. Feli. in capit. in nostra, numer. 4.*
124 *& Ripa in capit. ad aures, numer. 12. † de rescrip. Selua 3 part. quæstion. 11 nu. 1. Mill. Hier. Paul. & Meno. numer. 43. vbi supra Borsatus cons. 351. n. 12. libro 4. & Flam. Paris. de resignatione benefic. lib. 10. quæst. 2. n.*
125 73 † *& 74. & alij.* nisi vbi impetrans ignorat habere alia beneficia, *vt in c. gratia. de rescr. in 6. vbi Doct. Ripa Mill. & Hier. Paul. sup.* & Na. *cons. 9. de rescr.* dicens. d. c. loqui de ignorantia facti non iuris, *de quo Fel. in c. super literis, nu. 6. de rescrip. & ibi Beroius Selua d. 3 p. q. 12. 17. qualitate à nu 23. alias 89. & Menoch. sup. n 53.* ita etiam de præstimoniis Oldra. sup.
126 & Bonifan *d. clem. 2. † de officio ord. seu prima de officio legati, n. 31. & alij sup.* vbi obiter notandus est error Hier. Gonçalez *gloss. 15. §. 2. numero sexagesimo-[illegible] lliano,* dicentis quod beneficium vacaturum tamquam incompatibile per assecutionem secundi non est opus narrari vt obtentum in gratia secundi. quod clare est contra d. c. si motu proprio & cap. non potest. vers. cum autem, de præb. in 6. & contra praxim & stylum, nec Dec. Mohedan 14. *de præbend.*
127 quam † allegat, id dicit, sed quod non est opus facere mentionem de qualitate, quod sit simile sub eod. tecto.

Cap. III.

De hospitalibus an sint beneficia.

SVMMARIA.

Hospitalia beneficia non sunt num. 1. nisi Ecclesiæ seu beneficio essent vnita, nu. 2. aut nisi religiosis personis essent deputata eisque sola in ti. conferri, nu. 3. aut nisi sint danda in tit. ex ordinatione fundatoris vel per viam electionis etiam clericis sæcularibus, numero 4.

Non tamen comprehenduntur isto casu per literas generales super prouisione alicuius, n. 5. clem. 2. de præben. non habet locum in religiosis, num. 6. quæ declaratur per Rotam, nu. 7. decretum Concilij Trid. de hospitalibus n. 8. declarationes 5. Congregationis super eo, n. 9. & 10.

An quando hospitale est vnitum alicui Ecclesiæ seu beneficio eius administratio sit committenda alicui ad triennium tantum ex d. decreto, n. 11. 12. & 13. vbi resoluitur quod sic.

De materia hospitalium qui videndi sunt, n. 14.

Hospitalia† *quorum varia nomina seu species habē-* 1
tur in l. illud, & in l. Sancimus, 2. C. de sacr. S. Ecclesiis, & in c. in qualibet. § Sancimus 23. q. 8. & in c. si quis omnem. ad fi. 1. q. 7. & in Auth. de alienatione, & emphiteosi in princ. & de Ecclesiasticis titulis. §. fi. & refert Mariana de Rege l. 3. c. 13 ad fi. beneficia non sunt, nec beneficij nomine veniūt, etiāsi Ecclesias vel capellas habeant annexas, decimasq; & alia iura spiritualia, cle. per literas 2. de præb. cum laicis committantur *clem. quia contingit. §. vt autem de relig. domib. & hospitalib.* non beneficium, sed officium, & administrationem ad instar tutorum seu curatorum habere dicantur *l. orphanotrophos, C. de Episcopis & clericis & d. §. vt autem. Ita Selua de benef. 1. p. q. 3. n. 9. Rebuff. de nominatio. q. 15. n. 16. alias 12. Corras. de benef. 1. p. c. 3. n. 1. Quintanaduen. Ecclesiastican li. 1. c. 3. n. 15. & Rota Dec. 106. n. 6. & Dec. 114. par. 2. diuersorum &* ideo in vna Mutinen coram Mohedano fuit resolutum quod hospitalia non subiacent reg. de triennali Thanis Dec. 72. & in causa Bononien. hospitalis 1560. coram Rubeis fuit conclusum cap. 2. vt lite pendente in 6. non habere locum in hospitali. Rota Dec. 301. in manuscriptis, quod tamen limitatur, vbi Ecclesiæ seu Ecclesiastico beneficio essent vnita: nam tunc natu-
ram principalis sortiuntur, † & iure accessorij veni- 2
unt *capit. super eod. de præbend. in 6. gloss. ver. Ecclesias in dict. clem. 1. & ibi Card. quæstion. 17. Imola à numero 15. Bonifacius à numero 20. Abb. num. 5. Rebuf. nu. 15 alias 14. & Corras. vbi supra Bellarm. Dec. 487.* & Rota *d. Dec. 114.* vbi etiam dicitur id non præcedere quando vnio esset æque principaliter, *vt ait etiam Rebuffus ibi vers. limit. & conducunt quæ dicemus infra vltima p. c. 2. tradit Gonçalez ad reg. mensium gl. 5. §. 4. n. 16.*

Secundo limitatur, vbi religiosis personis essent
deputata, eisque sola in tit. † conferri *d. clem. quia cō-* 3
tingit. §. præmissa, & ibi gl. & Corras. sup.

Tertio limitatur vbi sunt danda in † titulum ex 4
ordinatione fundatoris, vel per viam electionis etiā clericis sæcularibus *d. clem. quia contingit. §. vt autem, Felin. in cap. de quarta num. 13. de præscrip. Rebuff. d. q. 15 numer. 14. alias 13. & de pacificis poss. n. 94. alias 81. Duar. de sacris Ecclesiæ li. 2. c. 4. in fi. & Rota Dec. 759. p. 1. diuersor. & Gonçalez sup. n. 15.* adhuc tamen in ca-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

5 su huius limitationis non † comprehenditur per literas generales super prouisione alicuius, vt melius prouideatur istis locis *d. clem. 2. vbi gloss. ver. prouideri & Bonif. & alij Doctores & Selua d. 1. p. q. 3. n. 9. & Re-*
6 *buf. d. nu. 14.* at Selua ibi † ait d. clem. 2. non habere locum in religiosis *ex Rota Dec. 265. in antiquis quæ est 3. de regularibus.*

Et d. clem. 2. declaratur per Rotam *d. Dec. 174. p.*
7 *2. diuersorum.* † aduertendum est autem quod hodie S. Concilium Triden. *sess. 25. de refor. cap. 8.* post alia
8 de hospitalibus statuit, quod † administratio seu gubernatio huiusmodi locorum vni & eidem vltra triennium deinceps non committatur, nisi aliter in fundatione cautum reperiatur, non obstante quod omnia supradicta quacumque vnione, exemptione, & consuetudine, in contrarium etiam immemoriali, seu priuilegiis aut indultis quibuscumque, vt in versiculo nec administra-
9 tio in quo Sancta Congregatio Concilij censuit: † *Comprehendi hospitale etiam a triginta annis, & citra collatio, & institutum in perpetuum titul. administrationis dari consueuit, quia Concilium excepit vnum casum dumtaxat, quando aliter in fundatione cautum est.*

10 Item censuit S. Congregatio. *Hoc † decretum loqui in administratoribus hospitalium, non autem aliorum piorum locorum.*

Sed offert se difficultas an hoc procedat etiam
11 quando hospitale est † vnitum alicui Ecclesiæ seu beneficio, vt non obstante vnione eius administratio sit committenda alicui vsque ad triennium dantaxat & videbatur dicendum non procedere, non enim † credendum videtur esse de mente Conci-
12 lij tollere vnionem & illa verba: *Non obstante quo ad omnia supradicta quacunque vnione.* Quæ habentur in derogatione in fine posita non videntur referenda ad dicta d. versic. nec administratio, ad quæ commode referri non possunt, sed ad superiora, est enim facienda distributio accommoda *ad tradita per Feli. in c. causam, quæ de rescrip. n. 4. 2. & 5. limitatione, & Ant. Gabriel. de clausulis concl. 9.*

Nihilominus contrarium videtur verius ex di-
13 ctis verbis, † quæ videntur clara cum dicatur, *quo ad omnia supradicta* & dici potest Concilium non tollere in totum vnionem, sed quod ea non obstante Ecclesia seu is cui facta est vnio, non possit in perpetuum vltra triennium, deinceps administrare, & gubernare hospitalia, sed quod debeat aliis committere ad triennium.

14 Et de prædictis & aliis ad materiam † hospitalium attinentibus videndi sunt Feli. *in d. c. de quarta præscrip. a n. 13. & in c. in nostra, de rescrip. col. 22. & 23. Pauinus de off. & potestate capitu. sede vac. 1. q. 2. p. Pe. de Vbaldis de canonica Episcopali, c. 4. q. 13. per totam, Selua sup. & q. 7. n. 5. & 6. Lamber. de iure patr. 1. p. 1. d. q. 11. a n. 11. Rebuf. d. q. 15. de nominatio. a n. 12. & de pacificis poss. n. 94. & 95. alias 81. 182. Ant. Gab. de pia causa conclusione. 2. Mandos. reg. 1. Cancel. q. 10. & reg. 26. q. 5. & reg. 34. q. 10. Altamirano de visitatione verb. testamentorum a n. 17. & 29. Sfortia de restitutione in integrum. 3. p. q. 3. art. 6. Fla. Paris. de resignatione benef. li. 2. q. 14. & li. 7. q. 6. & l. 11. q. 3. a nu. 38. & quæ dicemus inf. 5. part. capit. 1. a numer. 390.*

CAP. IV.

Cap. 4. De præceptoriis commendis.

SVMMARIA.

Præceptoriæ S. Io. Hierosolymitani sunt beneficia, n. 1. & 2.

Milites Hierosolym. sunt vere religiosi, nu. 3. & ideo per eorum professionem dissoluitur matrimonium ratum, n. 4. quamuis aliqui dicant non esse proprie religiosos 5.

Etiam præceptoriæ ordinis D. Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ, & similium sunt beneficia n. 6. & 8.

Est simonia dare pecuniam pro huiusmodi commenda, n. 7.

Isti milites dicuntur laici ad differentiam clericorum, vere tamen sunt personæ Ecclesiasticæ, numero 9. & 10. & 13.

Conuersi monasteriorum sunt personæ Ecclesiasticæ, & gaudent priuilegio canonis, & tamen dicuntur laici, n. 11.

Moniales dicuntur personæ Ecclesiasticæ, & gaudent priuilegio Ecclesiastico, num. 12.

Isti milites clerici vere, & proprie dici non possunt, num. 14.

Milites D. Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ sunt etiam vere & proprie religiosi secundum plures, n. 15. contrarium tenent alij, n. 16. & Rota, n. 17. & 19. votum D. Pamphilij, n. 18.

Reijcitur concordia Eman. Rodriguez num. 20.

Magis placet esse religiosos large, & secundum quid, tamen esse personas Ecclesiasticas non posse negari. numer. 21.

Ad effectum vt non possint habere beneficia sæcularia censentur regulares, n. 22.

Præceptoriæ S. Io. Hierosolymitani cum non ni- 1
si fratribus Hierosolymitanis atque ita personis Ecclesiasticis conferantur, sunt beneficia Ecclesiastica, *vt cum Barbatia in clem. causam, de elect. tradunt Corras. 1. p. c. 3. n. 2. & Rebuf. de nominat. q. 15. n. 16.* Fla. Paris. *de resignatione benef. li. 2. quæst. 14. ad fi. & seq. 12. q. 3. n. 9. & de confidentia, q. 17.* vbi etiam dicit in eis committi simoniam, & quod istæ præceptoriæ S.
Ioan. sint beneficia Ecclesiastica, licet † manualia, & 2
ad nutum amouibilia tradit Mohed. *dec. 10. de causa possess. alias* 169. & Puteus *dec. 392. lib. 1.* vbi etiam
quod sunt veri religiosi, *vt etiam dicit Azeuedo* † *in* 3
l. 14. tit. 5. l. 3. nu. 1. & l. 9. tit. 18. l. 9. recop. quia emittunt tria vota solemnia substantialia religionis.

Et ideo per eorum † professionem dissoluitur 4
matrimonium ratum sicut per professionem in alia religione. vt contra Sotum *in 4. d. 27. qu. 1. art. 4.* & Mich. a Medina *de sacrorum hominum continentia, li. 5. cap. 55.* & Sarmientum *in defensio. libri de redditibus 1. p. num. 56. num. 1.* docent Corduba *in sum. q. 178. ad fin.* Arrag. 2. 2. q. 88. ar. 11. 1. Corol. Nau. *consi. 1. seu 2. de conuersione coniug.* Barbosa *in rub. ff. soluto matr. 2. p. n. 82.* Eman. Rodrig. *in explicatione Bullæ Cruciatæ §. 9. n. 123. & in sum. 1. tom. c. 237. seu 239. n. 2. & q. regular. tom. 1. q. 1. ar. 7.* Lud. Lopez *instruct. conscientiæ 2. p. 1. c. 48.* Enriquez *in sum. li. 11. c. 8. §. 6.* Pet. Ledesma *de matrim. q. 61. art. 4. ad 4.* Mota *in tract. de confirmatione ordinis B. Iacobi, l. 2. cap. 2. §. 28. num. 5.* Azor *lib. 13. capite 6. q. 4.* & Thom. Sanchez alios referens *de matrimonio, libro secundo disputatio. 18. numero octauo.*

Quamuis Mandos. *reg. 3. cancel. q. 12. nu. 3.* dicat † 5
quod milites Hierosolymitani nõ dicuntur proprie religiosi, & Abbas *in rubrica de regul. n. 4.* quod sint largo modo religiosi.

Et non solum præceptoriæ ordinis S. Io. Hiero-
solym. sunt beneficia Ecclesiastica, † sed etiam præ- 6
ceptoriæ, seu commendæ ordinis D. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & similium, in quibus milites non

profitentur omnimodam castitatem, sed coniugalem, vt contra Sarmientum, *d. 1. p. defensio. num. 55.* tenet Nauarr. *de redditib. eccles. 1. q. num. 55. nu. 4. & in propugnaculo, n. 1, in fi. alias q. 3. num. 27.* & Mota *d. l. 2. c. 2. §. 20. n. 4.* & probatur ex stabilitamẽto ordinis D. Iacobi per eum relato, *tit. 1. §. 49.* Vbi dicitur esse
7 simoniam † dare pecuniam pro commenda. & tenet Azor, *l. 13. c. 6. q. 5.* contra Eman. Rodriguez *in sum. 1. tom. c. 59. num. 12.* Vegam *in summa 2. parte, cap. 101. casu 51.* & Petrum Ledesmam, *1. part. sum. tract. 12. circa 20. conclusione.*

8 Quamuis Mandos. *reg. 16.* † *cancel. quæstio 51. num. 3.* dicat quod præceptoriæ proprie beneficia dici non possunt.

9 Nec obstat quod isti milites sint laici, *vt ibi* † *inquit Mandos. n. 4. & reg. 19. q. 20. n. 3. cum gloss. in cap. 1. de verborũ significatione l. 6. verb. persoluant, & Mill. in rep. verbo religiosi sunt fratres Hospitalis S. Ioannis licet sint laici, Lamber. de iure patro. 1. p. 2. lib. qu. 7. artic. 5. & 7.*

10 Nam intelligendum est dici laicos † ad differentiam clericorum, seu ordinatorum, non vero ex eo, quod non sint personæ ecclesiasticæ, quales reuera sunt, cum sint in ordine approbato a Papa. Sicuti conuersi monasteriorum reuera sunt personæ Eccle-
11 siasticæ, & gaudent † priuilegio canonis si quis suadente diabolo 16. q. 7. *vt in c. non dubium, & ibi gloss. de sententia excomm. Io. Lupus Decanus Segobien. de libertate Ecclesiastica, 2. p. q. 4. & Nauar. sup. & de spoliis, §. 1. n. 2. Flores de Mena, q. 21. nu. 194. & 195.* Et tamen communiter dicuntur laici Hispane, *Frayles legos*, ad differentiam religiosorum clericorum, *vt in c. ex eo de electione in sexto, in fin. ibi. vel conuersi laici cum clericis.* Et similiter moniales dicuntur personæ
12 † Ecclesiasticæ & gaudent priuilegio Ecclesiastico, *c. de monialibus de sententia excomm. Io. Lupus sup. & Flores q. 10. n. 7.*

13 Vnde isti milites nedum large, *vt ait dec.* † *Cæsaris de Grassis* 47. sed etiam vere, & proprie possunt dici personæ Ecclesiasticæ, *Aluarus Valascus consultatio. 14. n. 8. 1. p. & Flores, d. q. 21. nu. 205.* Quicquid Sarmiẽto, Io. Gutier. & Lassarte *infra citandi* dicant non esse
14 personas Ecclesiasticas. Quamuis clerici proprie, † & vere dici non possint, sed ad summum large, *vt ait d. decisio.*

Sed & milites dictorum ordinum D. Iacobi, Cala-
15 trauæ, & Alcantaræ, † non solum esse personas Ecclesiasticas, & gaudere priuilegio fori, & canonis si quis suadente diabolo, verum etiam esse vere & proprie, & essentialiter religiosos docet Naua. *cum. dict. Marannon, dict. num. 55. & 56. & in propugnaculo, num. 14. 15. & 16. alias q. 3. num. 27. 28. & 29. & consil. 10. & 11 de reg.* & cum Fortunio Garcia. Couar. *in 4. 2. p. c. 5. §. 1. num. 18.* & Salcedo ad Bern. Diaz *reg. 531.* D. M. Ayala in libro *Compedio, y declaracion de la orden de Santiago, per totum, & particulariter ca. 1. & 2. Belluga in speculo Principum, c. 1. rub. 7. n. 7.* Auendano *de exequen. mandatis, 2. p. c. 16. n. 11.* Mich. a Medina *d. l. 4. controuersia 7. capite 59.* Vega *in sum 1. p. c. 85. casu 147. & secunda parte capite 129. casu 86. & in espejo de curas, c. 12. n. 57.* & latissime Mota *d. tract. l. 2. per totum*, vbi id comprobat multis bullis summorum Pontificum, & *c. 2. §. 25.* affert responsa pluriũ Theologorum, & iurisconsultorum, qui consulti scripto idem responderunt.

16 In quo tamen contrarium, nempe illos non esse † vere religiosos, & simpliciter; & absolute loquendo, sed large, & secundum quid ex D. Thom. 2. 2. q. 186. ar. 4. ad 3. tenet Sotus *de iustit. & iure, l. 7. q. 5. ar. 3. & in 4. dist. 27. q. 1. ar. 4.* Arrag. & Lud. Lopez vbi sup. Molina *de iustitia, 1. to. tract. 2. disput. 141.* Valẽtia *3. tom. sup. 2. 2. disput. 10. q. 4. pun. 2.* Azor *li. 13. c. 3. q. 2.* & ex Iuristis, *Natta consi. 508. & 509. l. 3.* Burgos de Paz, *consi. 17. n. 2. & 3.* Sarmiento *de redditib. 4. p. c. 1. n. 13. & in defensio. 1. p. num. 55. n. 56.* Molin. *de Hispanorum primog. l. 1. c. 13. n. 98.* Azeuedo *in l. 14. t. 5. lib. 3. recop. n. 3.* Io. Gutier. *pract. l. 2. q. 11. nu. 2.* Lassarte *de decima venditionis, c. 19. n. 91.* Gironda de Gabellis *7. p. n. 47. & alij.*

Et tenet Rota, vt in vna Tirasonen. pensionis 11.
Decemb. † 1570. Coram D. Seraphino, *quæ est 1. p.* 17
diuersorum dec. 591. & refertur a Flam. Paris. de resignatione benef. l. 6. q. 2. a numer. 1. 6. & in vna Lucana plebis, sub die 12. Maij 1579. Coram D. Robusterio, vbi loquens in militibus S. Stephani Florentiæ voluit milites, qui vtuntur matrimonio, non esse vere religiosos, maxime cum proprio non careant, & sic deficit votum substantiale paupertatis, quæ non promittitur ab istis militibus Sancti Stephani.

Ex quo, & quia etiam deficit votum obedien-
tiæ, cum promittatur † restricta ad certos casus, 18
& sic non sit obedientia monachalis D. Pamphilius Auditor Rotæ peritissimus, & nunc Cardinalis meritissimus dedit votum, istos milites S. Stephani non esse proprie, & vere regulares, licet habeant quendam viuendi modum a Papa approbatum, & sic esse capaces beneficiorum sæcularium intelligendo, si ordinem clericalem habeant, & habitũ etiam clericalem deferant. Quod etiam admittit Azor *d. q. 2. ad fin.* in clerico qui iuxta suæ regulæ professionem potest habere proprium, vt sit capax beneficij sæcularis.

Et in vna Placentina de Medellin. † coram illustris- 19
simo Seraphino, 4. Iun. 1582. fuit dictum *milites de Alcantara, non esse vere, & proprie religiosos, cum in propriis domib. vna cum vxore, & filiis habitent, & de eorum bonis ad libitum, tam inter viuos, quam in vltima voluntate disponant, quæ sunt de directo contra votum paupertatis.*

Nec in hoc placet concordia, & distinctio † Ema- 20
nuelis Rodriguez, *quæstione reg. 1. tom. quæst. 1. art. 6.* existimantis hos milites esse vere religiosos non absolute & simpliciter, sed cum additamento militares, nam si absolute, & simpliciter non sunt vere religiosi, non possunt dici vere religiosi militares & si sunt vere religiosi militares possunt dici vere religiosi absolute, & simpliciter, per argumentum de toto in modo, nam illud additum militares non variat substantiam religionis.

Sed quicquid sit de hoc, an sint vere, & proprie re-
ligiosi, vel tantum large, & secundum quid, quod † 21
magis placet, tamen esse personas Ecclesiasticas existimo non posse negari, vt recte ait Flores, *d. n. 205.* dicens, verius putare personas Ecclesiasticas esse, licet non perfecte religiosi sint, & Zerola *in prax. Episcopali, 1. p. ver. commendatarij, §. 1.* dicens quod commendatarij etsi non sint stricte religiosi, sunt tamen personæ Ecclesiasticæ & perinde gaudent priuilegio canonis, si quis suadente.

Et rursus existimo ad effectum vt non possunt habere beneficia sæcularia, † censeri regulares, *vt*
constat ex constitutione 71. Pij Quinti, de quo infra 7. 22
part. cap. decimo, vbi vide declarationem quintæ congregationis positam, numer. 31. contra votum D. Pamphilij.

Cap. V.

De pensione, an sit beneficium, vbi plura de pensio.

SVMMARIA.

DE pensionibus qui agunt, n. 1.

An pensio sit beneficium, & beneficij nomine veniat numer. secundo vbi ponitur sententia Barbatiæ affirma.

Contraria sententia numer. 3. & 4. quæ approbatur numer. 5. & 6. & quod non agitur de pensione quæ datur in titulum beneficij, sed de ea quæ simpliciter constituitur ad tempus super fructibus beneficij, & numero 48.

Ratio huius sententiæ, quod pensio est, quid mere temporale, n. 7. quod verum est in pensione quæ titulo seculari, & vel laico assignatur, quæ est omnino profana, & in laicum cadit, n. 8.

Pensio quæ hodie est in vsu, quæ loco beneficij assignatur non est quid mere temporale, sed spirituali annexa, num. 9. 17. 18. & 19. & 47. Quia sicut beneficium prærequirit clericatum secundum stylum curiæ, nu. 10.

De constitutione Sixti Quinti de habitu & tonsura per obtinentes pensiones deferen. n. 11. 12. 13. & 14.

Non potest ab inferiori à Papa constitui pensio laico à Papa tamen potest, n. 15. 16.

Pensio non potest redimi, seu emi, nec pretio transferri, sine authoritate Papæ n. 20. vsque ad 28.

Contraria sententia est vera in pensione, quæ titulo saeculari, & vel laico assignatur in stipendium num. vigesimoquinto.

Commoditas & fructus pensionis possunt vendi & liberatio obligationis, quam habet Hispanus in cuius capite est imposita, n. 29.

Non requiritur authoritas Papæ in redemptione pensionis, ex eo, quod cadat in causam alimentorum, nu. 30. sed ad excluden. simoniam, n. 31. 33. & 34.

Sola pensio sine causa cadit in causam alimentorum, nu. 32.

Redemptio pensionis non potest fieri authoritate Nuntij n. 35.

An possit solui pensionario pecunia redemptionis conuenta, ante obtentum beneplacitum Papæ, num. 37. & 38.

Pensio potest gratis remitti, absque authoritate superioris, n. 39. etiamsi expresse esset reseruata pro alimentis n. 40. 41. 42. 43. 44. & 45. vbi an pensio æquiparetur contractibus, an vltimis voluntatibus.

Pensio ad cuius titulum, quis fuit ordinatus non potest remitti, absque authoritate superioris, n. 46.

Pensio est quoddam ius temporale separatum, & formale distinctum à beneficio, n. 49.

Per pensionem nõ intitulatur quis Ecclesiæ, sicut per beneficium, à quo in alijs etiam differt, n. 50.

Transferentes pensiones per confidentiam non comprehenduntur constitutionibus Pij 4. etiam contra confidentiarios, n. 51. dec. Rota, n. 52.

Peccant tamen mortaliter, & committunt simoniam, nu. 53.

Habens facultatem transferendi pensionem non potest illam transferre cum reseruatione, seu pacto illam exigendi, quoad vixerit, n. 54.

Nec potest eam transferre, sub conditione, si moreretur ex infirmitate præsenti, n. 55.

Nec potest fieri translatio pensionis per testamentum, num. 56.

An committatur simonia, & confidentia per promissionem factam à Titio de soluendo, ex suo pensionem constitutam super beneficio Ioannis, ad fauorem Meuuij resignantis suum beneficium in fauorem ipsius Titij, n. 57. vsque ad 63.

Pactio resignationẽ beneficij precedens de soluenda pensione sine authoritate Papæ est confidentialis, & contra constitutionem Pij Quinti, n. 63. & 64.

Pensionarius non tenetur dicere officium diuinum num. 65. & 66.

Hodie tenetur ad officium paruum B. Mariæ, n. 67. ad quid tamen tenetur percipiens pensionem titulo seculari, n. 68. & 69.

Clericus minorum, pensionem habens non gaudet priuilegio fori secundum congregationem concilij, cui standum est, n. 70. 71. 72. & 73.

Clericus minorum, habens pensionem non debet soluere gabellam, vel alia tributa, n. 74.

An in impetratione beneficij sit facienda mentio de pẽsione, n. 75. cum seqq. vbi resoluitur de pensione, quæ datur stipendium, non esse faciendam mentionem, sicut nec de patrimonio ad cuius titulũ quis est ordinatus. Nec de Hospitali, nisi esset in forma pauperum, de pensione vero quæ datur loco beneficij faciendam esse mentionem.

E cõuerso in gratia pensionis, quæ datur loco beneficij est facienda mentio de obtentis, nisi sit reseruata motu proprio, vel ex causa resignationis, seu cessionis, num. 83. & 84.

De consuetudine & stylo curiæ, ita seruatur n. 85.

Optima est legum interpres consuetudo, n. 86.

Stylus curiæ facit ius, n. 87. vniuersale etiam in partibus, n. 88.

Clausula quæ ponitur in pensionibus pro Palatinis, nu. 89.

Resignans beneficium, reseruata pensione cum habeat ius ad aliud incompatibile debet facere mentionem de obtentis, & de illo ad quod habet ius, numer. 90. & 91.

An cum de pensione est facienda mentio, sit exprimenda eius quantitas sicut valor beneficij, ex reg. de valore, numer. 92. cum seqq. resoluitur quod sic, & quod dictio, & aliud quodcumque beneficium, comprehendit pensionem.

Narrans habere reseruatos fructus, seu partem illorum pro pensione, debet narrare illorum valorem, & illum iustificare, n. 102.

Narrans se obtinere pensionem certæ quantitatis, nõ tenetur probare illam habere, & non excedere quantitatem narratam, n. 103.

In gratia pensionis, in qua sunt exprimenda obtenta, est exprimendus eorum valor, n. 104.

An per contractum matrimonij, & promotionem in Episcopum, amittatur pensio, sicut beneficium, n. 105. cum sequentib. resoluitur affirmatiue in pensione assignata loco beneficij, & non in stipendium. Idem in promotione ad Abbatiã n. 112. & in assumptione ad Papatum, num. 113.

Per professionem extinguitur pensio, sicut beneficium vacat, n. 114.

An illegitimi sine dispensatione, possent obtinere pensionem, n. 115. cum seqq. resoluitur quod non contra Rotam nisi daretur in stipendium.

Pensio cum cedat loco beneficij, etiam quo ad habilitatem regulanda est, tanquam benef. & qui non est capax beneficij, non est capax pensionis n. 121.

Inhabilitatus ad beneficia per constitutionem pœnalem, generaliter, & simpliciter est inhabilitatus ad pensionem, contra Nauar. n. 122. & 123. secus in inhabilitato, seu priuato per sententiam, n. 124.

Suspensus à beneficio simpliciter, seu generaliter per constitutionẽ, est suspensus à pensione, secus in suspenso per sententiam hominis, n. 125. & 126.

Eadem ætas quæ requiritur ad beneficium, requiritur ad pensionem, & sic septennium de iure antiquo, & hodie 14. ætatis annus, n. 127. 128. & 129.

Reseruatio pensionis facta excommunicato non absoluto ad effectum est nulla nu. 130.

Pensionarius excommunicatus non facit suos redditus pensionis, n. 131. 132. & 133. nisi sit pensio reseruata in stipendium, quæ etiam reseruata excommunicato valet. n. 134.

Pensio non potest reseruari irregulari nu. 135. sed contrarium tenet cong. concilij loquens in homicida, cui erit standum. n. 136. 137. & 138.

Nec religioso potest reseruari absque dispensatione. nu. 139. resolutio Rotæ, num. 140.

Collatio beneficij facta, ordinato prima tonsura, ab alieno Episcopo, sine dimissorijs, est nulla, nu. 141. quia est suspensus, maxime hodie, ex concilio Triden. num. 142. sic etiam reseruatio pensionis illi facta est nulla, num. 143.

Resolutio Rotæ, num. 144.

An illegitimus, vel alias incapax dispensatus ad beneficia possit vigore huius dispensationis, pensionem obtinere, num. 145. cum seqq. resoluitur affirmat, nisi sit dispensatus ad certum beneficium.

Dispensatus ad beneficium, si consequitur pensionem, cõsumit dispensationem, nam ea intelligitur de primo n. 152. & 153. contra aliquos n. 154. & pensio cadit loco beneficij, nu. 155.

Si dispensatus ad beneficium, illud consequatur, non potest illud resignare, reseruata pensione, num. 156. & 157. licet secus in dispensato ad beneficia in plurali, n. 158.

Episcopus potest dispensare cum illegitimo ad pensiones dummodo non sit super beneficio paterno, n. 159.

An pensio faciat spolium, & pensionarius de iure prohibeatur testari de redditibus pensionis, n. 160. & 161. vbi resoluitur quod sit contra aliquos.

1 DE pensionibus late scribunt Io. Baptista, Caccialupus, † Paulus Roma. & Gigas, in suis tract. de eis. sed Gigas fecit quinquaginta responsa in materia pensionis, quæ habentur etiam inter eius consilia à cõsil. 110. ad 159. late etiam agit de hac materia. Gambarus de officio legati, li. 6 per totum, & Lælius Zechus de beneficiis, & pensio. Ecclesiast. cap. 11. ad quos præcipue Gigantem recurrendum est in hac materia, de qua nos hic plura non contemnenda, & in praxi frequentia, & vtilia dicemus.

Est igitur grauis quæstio, an pensio sit benefi-
2 cium, † & beneficij nomine intelligatur in qua Barbacia in cap. ad audientiam, secundo descrip. tenet pensionem esse beneficium, quem sequitur Paul. Rom. d. tract. c. 6. n. 34. & c. 7. n. 16. & Gambarus d. li. 6. an. 309. dicens, pensionem iudicari beneficium, & venire appellationem beneficij, & hoc solum dicere Barbaciam, non vero pensiones esse proprie beneficia sed reuera, id etiam videtur dicere & Maio. in 4. d. c. 25. q. 5.

Contrariam tamen sententiam, nempe pensio-
3 nem non esse † beneficium ecclesiasticum, nec beneficij nomine intelligi, nec venire appellatione beneficij, tenent Dominicus, Franc. n. 2. & alij in c. quamuis 1. de preb. in 6. Ab. n. 2. & Fel. in princ. in d. c. ad audientiã, Staphil. de literis gratia. 9. forma expectatiuarum, n. 27. Selua de benef. 1. p. q. 5. num. 12. Hier. Paul. in pract. cancel. vers. quod pensiones, quæ constituuntur, & sequent. Caccialup. de pensio. q. 12. & vltima, Gigas qui ponit regulam cum limitationibus, q. 22. & responso 30. alias cons. 139. Sarnen. in reg. de infirmis, quæst. 16. & de annali, q. 21. & tra. de expectati. n. 74. & 92. Corras. 1. p. c. 4. n. 1. Io. Nicol. Gimon. in Enchirid. beneficiorum. tit. 1. c. 10. n. 30. & Io. Nicol. Delphin. de iur. patr. li. 1. n. 74. Duar. de benef. lib. 2. c. 4. & lib. 6. cap. 4. versi. annua huiusmodi, Paleotus de notis, & spuriis ca. 58. n. 4. Mandos. reg. 19. Cancel. quæst. 11. num. 11. & consi. 55. nu. 18. & consi. 139. Redoanus de simonia, 2. partic. capit. 14. numer. 10. Couar. pract. cap. 36. numer. 10. versi. 4. quoties Guerrero in speculo, seu Thesauro, ca. 61. qui ait quod pensio non est beneficium, quamuis virtualiter sit beneficium, & Nauarr. cons. 11. de constitu. numer. 8. & consi. 8 de iure patro. numer. 9. & consil. 66. de simonia, numer. 30. Hoieda, qui dicit communem, de incompatibilitate benefic. in præfatione num. 30. & 2. par. quæst. 7. Azeuedo in li. 1. tit. 1. recopil. num. 3. Lassarte de decima venditionis, ca. 19. num. 24. Quintanaduenna Ecclesiastico, lib. 1. cap. 3. num. 19. Flam. Paris. de resignatione beneficio. libr. 1. quæstio. 10. numero 69. & lib. 2. quæstio. 13. à numer. 11. & lib. 11. quæstione 4. num. 31. Et Suarez 5. tom. de censuris, disput. 15. sect. 1. nu. 7. & post hæc Gonçalez ad reg. mensium, glos. 5. §. 5.

Et quod pensiones proprie beneficia Ecclesiastica † dici non possint, dixit Rota in vna Brixien. con- 4
fidentiæ, 5. Iunij 1591. Coram D. Penna infra adducta n. 52.

Et ita tenendum est, aduertendumque hic non agi de pensione quæ datur † in titulum beneficij, nempe 5
quando certa pensio extrahitur ex pingui beneficio, vt deinceps sit beneficium Ecclesiasticum, dictum forte portio, seu pensio, vt in terminis capit. conquerente. de clericis non residen. vbi Abb. nota. 1. & nume. 5. hæc enim proprie est beneficium, & beneficij appellatione veniet, nec refert quod appelletur pensio, quia non est vis in nomine Cardin. in clemen. 1. §. eadem numero 4. de supplenda negligentia Prælatorum, Hieron. Paul. supr. Caccialupus d. quæ. 12. Gigas quæst. 1 num. 1. & quæst. 25. num. 20 & c. 99. numer. 24. Ioan. Nicol. Delphinus sup. num. 65. Duarenus d. lib. 5. cap. 4. Redoa. nu. 18. Couarr. supra, & Guerrero versiculo est alia pensio. Nauarrus, d. consilio 11. de constit. in fin. & d. cons. 66. numer. 30. Cuchus in institutio. maioribus lib. 5. tit. 7. numer. 17. Lassarte, & Suarez supra, & Gonçalez, num. 43. sed agitur de pensione, quæ simpliciter constituitur † ad tempus super fructibus beneficij, & 6
alicui assignatur authoritate superioris: & de hac absolute dicimus non esse beneficium, nec beneficij nomine intelligi, seu venire.

Cuius rationem † reddunt Domin. Francus Ab. 7
Felin. Staphil. Selua, Caccialupus, Gigas. Sarnẽ. Corras. vterque Io. Nicol. Paleotus, Redoanus, num. 10. Cuchus, Azeuedo, Lasarte, & Quintanaduennas supra, quod pensio nullam spiritualitatem habet in se, sed est quid mere temporale, cuius ideo laicus capax est, idem Gigas, quæst. 2. num. 1. & quæst. 21. 33. & 51. num 2. Ripa in cap. 1. de iudiciis numer. 128. Rebuffus de pacificis possessor. à nume. 150. alias 131. Didacus Alaba de conciliis 2. par. cap. 21. Bursatus consi. 178. n. 27. lib. 2. & Camillus Cautius de pensione Episcopali, n. 32. Cæsar de Grassis, decisio. 91. num. 5. & decisio. 114. n. 3. Caiet. in tract. 17. quæst. 9. 20. Bar. Medina in summa, lib. 1. cap. 14. §. 22.

Sed quamuis id verum † sit in pensione, quæ 8

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

titulo sæculari, & vti laico assignatur in stipendium pro seruitio temporali, puta pro patrocinio, pro pulsandis campanis, aut aperiendo fores Ecclesiæ, vel alias pro remuneratione laborum, ista enim est omnino profana, quæ in laicum cadere potest, *Gigas quæst.67 numer.2. Duaren. d.lib.6.cap.4. Mandos. dict. quæst.11. numer.2. & de signatura gratiæ, titulo de pensio. in principio. Guerrero, & alij citati.* At in

9 pensione quæ hodie est in vsu, † nempe quæ loco beneficij assignatur, vt commodius quis sustentari valeat, vel ex causa resignationis, seu cessionis, ne ex ea nimium dispendium patiatur, quam Mandos. *vbi proxime* vocat, quæ datur in titulum. Licet Bursatus, *dict. consi.178. numer.41.* dicat, quod vbi reseruatur pensio non ob illam causam tantum, ne nimium dispendium patiatur, sed vt commodius quoque ac decentius sustentari queat, sic alimentorum loco, minime loco beneficij subrogata dicitur allegans Gigantem, *quæstion.54. numer. quarto in fin. versicul. quando autem appares*, qui id non dicit. Verius est non esse quid mere temporale, sed potius esse spi-

10 ritualem, aut spirituali † annexam dependenter, seu consequenter instar beneficij; quia sicut beneficium prærequirit & præsupponit clericatum, & ideo dicitur spirituale, seu spirituali annexum dependenter *vt supra capit. secundo, nume.6. cum D. Thom. & alijs dixi*, ita etiam ista pensio prærequirit clericatum secundum stylum curiæ notissimum, *de quo Redoanus, d.c.14. num.13. & de Spolijs Ecclesiast. 9. ex his, à n.6. Nauarrus consi.63. de simonia, n.6. Guerrero d.c.61 versiculo, & si pensio Marchesanus de commissio. 2. par. c.4. de commissione appellationis, nu.60. & 61. Cuchus d.c.11. nu.70. & Rota decis.139. lib.3. par.3. diuersorum, & faciunt decisiones Rotæ, de quibus infra n. 116. 117. & 118.*

Et constat ex constitutione 71. Pij Quinti, de re-

11 uocatione priuilegiorum, † circa pensiones obtinendas, & transferendas per laicos, Bigamos & Clericos coniugatos, &c. Et ex constitutione 30. Sixti V. de habitu & tonsura per clericos, seu milites beneficia, vel etiam pensiones deferendis, vbi statuitur, quod clerici obtinentes pensiones, debeant tonsuram, & habitum clericalem, vestes, scilicet talares iugiter, & continuo deferre, alioquin non gestantes dictum habitum clericalem, pensionibus sint ipso facto priuati, & pensiones extinctæ, &c. Et quod in futurum non nisi actu clericis in habitu clericali, & tonsura incedentibus pensiones reseruentur, cũ decreto irritante, &c.

12 Vnde non solum requiritur † clericatus, sed etiam ex ista constitutione, quod incedant in habitu, & tonsura clericali, præterquam in pensionibus, insimul non excedentibus summam sexaginta ducatorum auri de camera, in quibus sufficit clericatus, licet non incedant in habitu, & tonsura clericali, ex constitutione 31. eiusdem Sixti, quæ permittit, & concedit, quod obtinentes pensiones, dictam summam insimul non excedentes, ac certi familiares, de quibus ibi, in habitu & tonsura clericali incedere minime teneantur, &c.

13 Addit etiam ista constitutio 31. quod clerici, † quibus pensiones ad quamcumque summam sunt reseruatæ, vel reseruabuntur, non aliter ad gestandum huiusmodi habitum teneantur, nisi postquam eas cum effectu exigere, aut percipere cœperunt, vel per eos steterit quo minus exigant, vel percipiant. Vnde non videtur iam necessarium, quod tempore reseruationis in prædicto habitu incedant, *vt dicebatur in dict. prima constitutione.* Qui autem contrauenerint d. constitutioni, non poterunt † de- 14
inceps pensiones exigere, alias tenebuntur restituere etiam ante sententiam iudicis, cum sint ipso facto priuati, & pensiones extinctæ, *iuxta dicta infra, 11. part. capit. vltimo, à num.7.* Maxime cum ista pœna consistat in mera priuatione, sicut pœna excommunicationis, suspensionis, &c. Licet contra teneat P. Ledes. *in summ. 2. part. tract. 7. capit. 2. circa 14. conclus. ad fin. pag.364. & 385 & vide dicenda infra. 7. p. c. 1. à nu.15.*

Vnde receptum est, non posse ab inferiori à Papa † constitui pensionem vllo laico etiam non coniu- 15
gato, *Rebuffus de pacificis possessoribus, numero 153. alias 135. Nauarr. consil.34. de praeben. Flam. Paris. de resignatione beneficiorum, lib.4. quæst.2. numer.7. Vega in summa 2. par. cap.60. casu 1.* Quamuis Papa † de sua 16
plena, & absoluta potestate constituere eam possit, iusta de causa, *idem Nauarrus de oratione Miscel.45. alias 50. & in Manual. c.25. num.118. Fr. Emanuel Rodriguez in summa 2. tom. ca.21. num.11. Vega ibi & casu 3. & P. Ledesma d. tract.7. cap.2. circa 14. concl. pag. 381.*

Et hodie stante constitutione Pij V. 138. † infra 17
adducta 2. part. ca.1. num.5. quæ obligat pensionarios ad Horas, & Officium paruum B. Mariæ, potest etiam dici annexa spirituali hac ratione, quia tam, vt inquit *P. Nauarr. de restitut. lib.2. cap. secundo, numer.200.* datur ob officium sicut beneficium. Postquam constitutionem, inquit Enriq. *in sum. libr. 13. capit.13. §.2.* quod pensio datur titulo Ecclesiastico.

Et hanc sententiam *de qua numer.9.* † tenet Na- 18
uarrus *d. consi.65. & consil.59. 61. & 65 de simonia, & in Manu. cap.13. num.111.* Mandos. *d. regula 19. quæst. 11 numer.11. & d. titulo de pensio. versic. nos loquimur.* Guerrero *d. cap.61.* Hiero. Gabriel *consi.191. num.8. lib.2. qui ait*, pensionem non esse mere temporalem, cum dependeat à beneficio, & clerico assignata sit, & reseruata pro alimentis pro quibus regulariter censetur reseruata. *Redoanus de spolijs, d. cap.9. ex his à numer.6. Flores, q.21. num.199 & Cerbus d. cap.11. numer.9. versic. pensio vero, qui ait. quod pensio non est profana, sed annexa spiritualibus. Viualdus in appendice ad suum Candelabrum aureum, cap.1. num. 33. Et Frater Ludouicus Lopez instructori conscientiæ, 1. tom. capit.307. Fr. Emanuel Rodriguez dict. cap.21. numer.7. & 8. &* Fr. Ludou. Vega *in respon. casuum conscientiæ, casu 37.* qui etiam pensiones concessas sæcularibus, ait esse quid spirituali annexum, sed in hoc male dicit, *vt per Toletum in summ. lib.5. cap. nono.*

Et hodie iam Rota tenet, quod pensio non sit profana, † sed annexa spirituali, vt dictum fuit in vna Britorien. Coram D. Gipsio 12. Decembris 1588. & 19
3. Maij 1589. *& refert Flam. Paris. de resign. beneficij lib.6. q.4. num.54.*

Vnde sequitur, quod ista pensio non potest † pe- 20
cunia redimi, seu emi, nec pretio transferri, sine authoritate Papæ, alias redemptio, emptio, seu translatio erit simoniaca, & nulla, licet non incurratur excommunicatio, *vt tenet Nauarr. in locis proxime citatis, & in consilio vndecimo de rebus ecclesiæ, & consil. 47. 60. 62. & 66. de simonia, Guerrero sup. Fuscus de visitatione libro 2. cap. vigesimosexto, numer. 40. Salcedo in praxi crim. Bernar. Diaz capit.91. litera D. versic.7. quod licet Flam. Paris. de resignatio. benefic. lib.6. quæst.2. à nu.124. & 128. & de confidentia quæst. 23. numer. 45. & 47 Vgolin. de simonia, tabula 1. de simoniæ genere, c.28. §.3. num.6. & 7. Zerola in praxi Episcopali, 1. part. verbo pensio §.8. & verbo pensionarius, §.1. Zecchus d. cap. 11. num.8. versic.15. & numer. 9. Adrianus quodlibet 4. ad 5. Corduba lib.1. quæst. 21. pun. 1. Cosmas Philiar. de officio sacerdotis, 2. par. lib.6. c.3. 4. concl.3. p.* cuius ratio in effectu est eadem, quia in affectu ait pensionem esse annexam spirituali, quamuis principaliter sit ius temporale, vt de beneficio dixi, *cap. 2. numer.6. & Frat. Ludo. Beia, vbi proxime Grassus in decisionib. aureis casuum conscientiæ, lib.2. cap.50. numer.12. Viualdus. Frat. Ludo. Lopez, & Fr. Emanuel Rodriguez, supra Vega in summa, 1. par. cap. 65 casu 7. & casu 101. casu 68. ad finem, Emanuel Sa. in summa, verbo pensio, num.1. & Sairus, de censuris lib. 2. cap.5. num. 15*

Et idem tenent Rebuffus *de pacificis possessoribus,*

21 † *num.151. alias 134.* qui tamen non loquitur consequenter ad id, quod dicit *d. nu.15* & Paulus Romanus, *d. cap.6. nu.34.* & Gambarus *d. lib.6. nu.631. & 633.* Sed isti, maxime Paulus Romanus, tenent, quod pensio est beneficium, *vt dixi nu.2.* idem te-

22 nuit Rota in vna Pharen pensionis † 24. Ianuar. 1578. Coram sanctissimo, *quæ est prima parte diuersorum, decis. 454. nu.7.*

Et ita habet vsus, & stylus curiæ, qui facit ius,

23 † *vt per Nauarrum, d. cons. 47. num.30. & d. cons. 61. in fine, Flam. Paris. d. cap.24. Philiar. & Grassus supra,* & Enriq. *d. lib.13. c.13. §.2.* ait quod post dictam constitutionem Pij V. super recitatione Horarum pensio datur titulo ecclesiastico, nec sine licentia Papæ, licet eam redimere, alias est irrita, & simoniaca, quamuis non incurratur excommunicatio: & quod ante Pium Quintum pensio reputabatur res temporalis, & redimibilis sed in hoc vltimo fallitur.

Et ita tenendum est, quamuis contrarium teneant

24 † Hiero. Paulus *supra* Gigas *q.87. & 99.* Rebuffus *in repet. cap. extirpande. §. qui vero, de praeben. notab. 6. in materia pensionis ad finem,* Duarenus *distinctione lib.6. capit.4. §. annua huiusmodi, Redoanus d. 2. par. de simonia cap. 14. numer. 15.* Bursatus *consil. 126. numer. 90. ad finem libr.2.* Caietanus, & Medina *vbi supra*, quia contrario nituntur fundamento, nempe quod sit quid mere temporale. Quorum senten-

25 tia, solum est vera † in pensione, quæ titulo sæculari, & vti laico alicui assignaretur in stipendium, vel alias pro remuneratione laborum *Guerrero supr. & Vgolin. d. nu.7.*

Et quamuis Toletus, *d. cap.92. & 81.* & Valencia

26 † *3. tom. disputatione 6. quæstione 16. puncto tertio* dicant, huiusmodi pensiones, quæ dantur loco beneficij, posse redimi sine authoritate Papæ, quamuis non vendi, & transferri pecunia, in quo non loquuntur satis consequenter.

Et ad ista sunt reducenda, quæ circa hoc docent

27 † Victoria *in relectione de simonia, à numer. 47. Soto de iustitia & iure, lib.9. q.7. art.2.* Arragon *secunda secundæ quæst.100. art.4. versic. sed est dubium consequens, de pensionibus,* & Summa Corona *3. parte tract. de simonia num.34. & lo.* Baptista Corradus *in responsis casuum conscientiæ quæst. 44.* Vega *d. 2. part. cap.65. casu 2. & 4.* & P. Ledesma *in summa, 2. part. tract.7. cap.1. circa quartam conclusionem, pag.381. & tract. 12. concl.22. 23. & 24.*

28 Et quod inquit Platina *in vita Pauli 2.* † quod Paulus secundus redimendarum pensionum vsum non

improbauit, videtur accipiendum cum authoritate ipsius Papæ.

Commoditas tamen, & fructus pensionis possunt † vendi, *vt per Nauarrum, cons.11. de rebus Ecclesiæ,* 29
& liberatio obligationis, quam habet Hispanus, in cuius cautione fuit imposita soluendi Italo. *Nauar. consi.6. de simonia, de quo vide dicta infra, 2. par. cap. 1. nu. 37. & sequent.*

Nec requiritur authoritas Papæ in redemptione † pensionis, secundum stylum, ex eo, vt inquiunt 30
Gigas; & Duarenus *vbi proxime*, quod pensio cedit in causam alimentorum, *iuxta consilium Romani, 388. num. 3.* & super alimentis futuris non potest transigi sine authoritate superioris, *leg. cum hi, ff. de transact. l. de alimentis. C. eodem sequitur Sardus de alimen. tit.8. priuilegio 56 numer.9. Sed requiritur † ad* 31
excludendam simoniam, iuxta ea quæ supra diximus cap.2. à num. 8. Mandos. de signatur. gratia, titulo de exclusio. versi. aut super huiusmodi, Marc. Gibertus in additione vltima, Cuchus in instit. Canonicis paruis lib. 2. tit.8. nam † non omnis pensio cedit in causam ali- 32
mentorum, sed illa tantum quæ dicitur, sine causa, quæ datur clerico cum clausula, vt commodius sustentari valeat. Quæ clausula id operatur, vt pensio alimentorum causa videatur assignata, vt docet Horatius, Mandos. *ad Romanum d. consi. 388. litera C.* sic intelligens d. consilium, quod forte ibi aderat dict. clausula, & tamen secundum stylum in redemptione cuiuslibet pensionis † etiam quæ assignatur ex cau- 33
sa resignationis, siue cessionis, ne ex ea nimium dispendium patiatur, requiritur authoritas Papæ.

Præterea si ex illa causa adhiberetur authoritas † Papæ in redemptione pensionis, sufficeret etiam 34
authoritas ordinarij *iuxta d. legem cum hi, & libr. de alimentis.* Item posset authoritas illa suppleri iuramento, *iuxta communem opinionem, de qua Gigas, qu. 45. numer. 10. & quæst.51 numer. 25 Couar. in capit. quamuis pactum, 2. par. §.6. numer. 4. Padilla in d. libr. de alimentis, numer. 5. lo. Gutierrez de iuramento confirma. 3 part. capit.3. numer. 4. & Pontanus de alimentis capit.6. numer. 4. & Sardus supra à numer. 42.* & ita admittunt in proposito Gigas, *d. numer.10. & distinctione quæst.51. num. 16. & Sardus ibi num. 51. sed est falsum.*

Vnde etiam non potest fieri † redemptio pensio- 35
nis authoritate Nuncij, nisi ad id habeat specialem facultatem quam credo non habet.

Sed stante quod pensio non potest redimi, † sine 36
authoritate Papę, alias committitur simonia, offert se difficultas, an quando partes sunt in Hispania, vel alijs partibus, possit solui pensionario pecunia redemptionis, conuenta ante obtentum beneplacitum Papæ, quod haberi solet per solam supplicationem, & signaturã cum clausula, quod illa sola sufficiat, cuius formam ponit Gigas *in d. tract. de pensio. ad fin.* nam quando partes sunt Romæ, post signatam, & expeditam supplicationem tempore præsentationis, consensus solet pecunia solui.

Et videtur, quod non ad decisionem Callagurritanam † integræ portionis, 8. Octob. 1574. *de qua in-* 37
fra numer 353 & Nauar. *in Manual, cap.33. num.108. ad fi. in nouis edit. Sarnen. de triennali, quæst.12.* Et quod tradit Marcus Anto. Genuen. *in praxi curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, cap.51.* quod alienans res ecclesiæ, saluo assensu Papæ, nec aliter, nec alio modo, tradens tamen possessionem ante illum impetratum incurrit pœnas extrauagantis ambitiose

de rebus ecclesiæ, & quod ita declarauit sanctissimus Clemens VIII. *vt est consi. Nauar. 2. de rebus ecclesiæ, & post hæc Gonçalez. glos. 12. n. 97.*

38 Nihilominus videtur, † quod quamuis ante obtentum beneplacitum Papæ non possit pensionario solui pecunia in executionem conuentionis, ita vt statim pensio maneat extincta, seu partes nequeant resilire, & reuocare mandatum *iuxta dicta*, potest tamen illi dari pecunia in rationem redemptionis pro tempore beneplaciti obtenti, id est, vt beneplacito obtento, eam sibi habeat pro redemptione, seu tanquam in depositum, & securitatem, vt sit certus & securus de solutione, ac sine necessitate exigendi à redimente, sicut posset accipere fideiussorem pecuniæ soluendæ beneplacito obtento.

39 Potest tamen pensio gratis remitti † per pensionarium, absque authoritate superioris, *Hieron. Paul. supra Sarnen. in reg. de infirmis q. 16. & in compendio signaturæ, nu. 87. Corras. d. cap. 4. nu. 4. Io. Nicol. Delphin. supra num. 77. Rodoan. d. cap. 14. num. 15. Nauar. & Fuscus supra, Barsatus d. consilio. 116. numer. 91. Flam. Paris. d. libr. 6. quæst. 2. num. 123 Beia Grassis, & Fr. Emanuel Rodriguez vbi supra Achilles, de Grassis decis. 43. & 112. & Rota in d. Pharen. pensionis, decis. 454. num. 7. & decis. 471. num. 10. 1. par. diuersorum.* & fuit resolutum in vna Lausoscen. Canonicatus 24. Maij, 1557. Coram D. Quiroga.

Quod reseruatio fructuum potest redigi ad limitatam portionem, & ex scedula priuata potest pensio extingui, & reduci, & liquidari fructus prout apparet de consensu pensionarij, per eius apocham Sarnen. in compendio signaturæ, numer. 87. Gigas de pensio. quæst. 64.

40 Quod procedit, etiam † si expresse esset reseruata pro alimentis, vt commodius quis sustentari valeat, quicquid in hoc contra teneant, Gigas *d. q. 45. num. 9. & quæst. vltima num.* 8. Gambarus *d. libr. 6. numer.* 603. Duarenus *supra* Cuchus, *d. lib. 2. tit. 8 in fi. & ibi additio penultima*, Mart. Gilberti, Io. Gutierrez. *d. cap. 3. num.* 5. & Zechus, *d. cap. 11. n. 9.* ex d. lege cum hi, iuncta doctrina glossæ, *ibi verbo alimentorum, versic. item, numquid*: cum qua transeunt communiter scribentes, *vt per lasso. ibi num.* 10. *& Padillam in d. l. de alimentis, & Surdum supra num.* 19 & 106.

Nam tenendo, quod pensio æquiparatur contra-
41 ctibus † profanis *vt tenent, Sarnen. d. quæst. 16 Gigas quæst. 99. num. 10. & Rhedoa. num.* 14. Quod procedit quando reseruatur de consensu partium respectu consensus, *Achilles decis. 425. num. 8. & Puteus decis.* 193. *num.* 2. *lib.* 3. cessat inductio. d. leg. 15. cum hi, ex versiculo, plane eiusdem legis.

42 Si vero tenemus, quod æquiparetur vltimis † voluntatibus, *cum Romano consil.* 348. *num.* 5. *& Gigant. quæst. 27. & 83. numer. 10. & 96. numer. quarto, & Barbosa in l. diuertio, ff. soluto matrimonio, secunda par. numer.* 43. Quod Rota apud Puteum, *vbi proxime* ait procedere, quando pensio reseruatur Motu proprio sine consensu partium, secus quando de consensu partium, *vt dixi*: Quam distinctionem, vt nouam ponit Horatius Mandos. *ad Roma. dict. consi.* 348. *littera B.* & Pontanus sic intelligendus *de alimentis, cap. 18. num.* 5.

43 Dicendum est, † quod fauor ad hoc consideratus in alimentis relictis in vltima voluntate, *de quo Surdus supra à numer.* 84. non potest considerari in proposito, nam pensio est odiosa, extinctio vero fauorabilis, quia restituit beneficium ad pristinam libertatem, *vt ait Rota in d. Pharen. pens. Caputaquen. decis. 303 par. secunda. Flam. Paris. dict. libr. 6. quæst. secunda, numer. quinto, & Sarmiento lib. primo, Selectarum, cap. 12. in principio, & lib. 8. in l. 2. ff. de legat. secundo num. nono*, & Achilles *d. decisione* 312. ait quod cessatio pensionis, est quodammodo liberatio beneficij à seruitute.

Nec videtur in proposito militare ratio † consi- 44
derata in alimentis relictis in vltima voluntate, *de qua Duarenus lib. 1. disputationum, c. 44. & Cuiacius in d. l. cum hi & ibi Orosc ius §. solet. num. 9. & Menoch. de arbitra. casu.* 170.

Et postquam hæc scripseram, vidi Patrem † Mo- 45
linam 2. *tom. de contractibus disputa.* 559. vbi reprobat d. sententiam Gigantis, & Io. Gutierrez dicens, quod cum pensio ortum non habeat ex vltima voluntate, vt est notissimum, consequens profecto est, vt dispositio d. l. cum hi extendenda non sit ad pensionem concessam ad alimenta.

Sane vno casu non poterit † remitti pensio, 46
absque authoritate superioris, nempe ad cuius titulum quis est ad sacros ordines promotus, quæ sine licentia Episcopi extingui, aut remitti nullatenus potest, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sit adeptus, vel aliunde habeat vnde viuere possit, *ex decreto S. Concil. Triden. sessione 21. de reformat. c. 2. ad finem, vt aduertit Fuscus d. lib. 2. de visitatione, c. 28. num.* 40.

Habemus ergo in pensione, quæ loco beneficij † clerico, vti tali assignatur, falsam esse prædictam 47
rationem, quod sit quid mere temporale, nullam spiritualitatem habens: adhuc tamen vera est, indistincte prædicta conclusio, quod pensio † non est benefi- 48
cium vere & proprie, nec venit appellatione beneficij, pro qua facit Concil. Triden. *dict. cap. 2. sessione 21. & cap. 15. sessione 25 de refor.* vbi non distinguitur pensio contra beneficium, *& facit etiam d. constitutio 30. & 31. Sixti V. de habitu & tonsura clericali.*

Nam etsi ista pensio sit spiritualis, † seu spirituali 49
annexa instar beneficij, vt diximus, tamen est quoddam ius temporale, id est ad tempus, separatum, & formale de per se distinctum ab ipso beneficio, vt dixit Rota in vna Legionen. Zamoren. pensionis 10. Octobris 1577. Coram D. R . . .crio Episcopo Oriolen. *qua habetur prima parte diuersorum decis.* 425. & in Brixien. confidentiæ 5. Iunij 1591. Coram D. Pena *infra adducta num.* 52.

Et per pensionem non intitulatur † quis Eccle- 50
siæ, sicut per beneficium, & in multis differt à beneficio, & præcipue quod pensio non datur propter officium sicuti beneficium *Toletus in summa libr. 5. capit. 76. & 81.* & quamuis hodie ex constitutione 138. Pij Quinti, quæ obligat pensionarios ad officium paruum B. Mariæ, dici possit, dari propter officium, *vt dictum est supra, num.* 17. tamen officium istud diuersum est ab officio, propter quod datur beneficium.

Vnde infertur primo, quod transferentes pen- 51
sionem, seu fructus reseruatos per confidentiam, non comprehenduntur in constitutionibus Pij IIII. & Pij V. contra confidentiarios editis. *Nauarrus consil. 11. numer. 7. de constitu. & consil. 65. & 66. de simonia, & Flam. Paris. de confidentia, quæst. 23. à num. 14. & quæst. 24. & post hæc visus Gonçalez. d. glos. 5. §. 5. n. 5.* & ita firmauit Rota in d. Brixien. confidentiæ, *vt in decisione sequenti.*

***

Brixien.

Brixien. confidentiæ, 5. Iunij 1591.
Coram D. Pena.

52 *Archiepiscopus Corciren. † omnes fructus Archipresbyteratus Montis Clari Brixien. diœcesis demptis tamen quinquaginta pro titulari, habebat reseruatos cum facultate in toto, vel in parte vni, vel pluribus eos transferendi, cuius facultatis vigore, primum de anno 1568. summam ducentorum scutorum, & iterum de anno 1575. residuum dictorum fructuum ad fauorem Ludouici Campani sui familiaris translulit, sed quoniam Franc. Fenetius prædictum Archipresbyteratum titularis prætendebat, in ea translatione commissam fuisse confidentiam prohibitam per constitutiones Pij Quarti, & Quinti tum quia post translationem, idem Archiepiscopus eosdem fructus exegisse per quietancias, factas ab eius procuratore videbatur, tum ex quibusdam eiusdem literis missiuis, quibus videbatur, significari, Archiepiscopum post translationem exegisse, tamquam dominum fructuum, quod non videbatur negare Campanus, qui in suis constitutionibus fatebatur, Archiepiscopum post translationem omnes fructus exegisse. Tum denique ex quibusdam locationum instrumentis, vnde inferebatur Campanum tamquam procuratorem Archiepiscopi, post translationem prædictos fructus, tamquam spectantes ad Archiepiscopum, vti illorum reseruatariũ locauisse, & propterea prædictus Franciscus Campanũ, coram iudice confidentiarum accusauerat, cui fuerat per Sanctissimum Dominum nostrum ordinatum, vt cum voto meo in causa procederet, proposita causa in Rota dubitauit, an adesset confidentia in casu, & ad effectum de quo agitur effectus erat magnus, quia si iudicabatur pro confidentia translatio prædicta reddebatur nulla, & Campanus inhabilis, iuxta pœnas cõstitutionis Pij V. & licet ego qui causam nõ Rotalem proponebam, & ideo primus eram dicturus suffragium, ex prædictis inclinarem pro confidentia, omnes tamen domini concorditer tenuere, de illa nõ constare, potissima ratio fuit, quia cõstitutiones Pij IV. & Pij V. non habent locum in simplici translatione fructuum, aut pensionum, cum loquantur de fructibus ac pensionibus, quæ reseruantur ratione resignationis beneficiorum. Nam prima constitutio Pij Quarti aperte loquitur de beneficiis Ecclesiasticis, pensiones vero proprie beneficia Ecclesiastica dici nõ possunt,* Sarnen. de infirmit. quæst. 16. circa medium, versi. nam clarum est. Gigas de pensio. quæst. 28. num. 10. *nam pensio cũ non datur in titulum, est quoddam ius temporale separatum, & distinctum ab ipso beneficio*, vt tenuerunt domini in vna Zamoren. pẽsionis, sub die 10. Octobris 1577. Coram D. Oriolen. *& cum sit pœnalis constitutio restringenda est*, ca. 1. de filiis presbyterorum, lib. 6. c. odia & c. in pœnis de regulis iuris, lib 6. *clarum autem videbatur, constitutionem loqui, de pensionibus, & fructibus ex causa resignationis beneficiorum reseruatis ibi, ac sibi prop. erea pensiones annuas ac fructus redditus, & prouentus Ecclesiarum, & aliorum beneficiorum, &c. ex quibus verbis declaratur etiam alia, quæ sequuntur in dicta constitutione*, in versic. ac *fructuum, & pensionum, & in versi. & insuper quibus locis dictis prædictam, & dicto huiusmodi, ostendunt constitutionem loqui de pensionibus & fructibus procuratis ob resignationem confidentialem, constitutio item Pij Quinti, quæ enumerat omnes modos committendi confidentiam, similiter loquitur de beneficiis ac pensionibus super beneficiis ratione confidentiæ reseruatis, nec in ea deteguitur aliquod verbũ de pensionibus, & fructibus separatim consideratis, vel de illorũ translatione. Nec videbatur dominis id verisimile, quod illa constitutio fuisset omissura. Si puta esset in eo etiam casu confidentia crimen locum habere*, argumento. l. primæ. §. fine autem ad deficientis. C. de caducis tollẽdis, Alexand consil. 148. incipient. in casu appellæ. numer. octauo lib. quinto. *Considerabant etiam domini, quod cum cõstitutio Pij Quinti procedat per præsumptiones, non debet extendi ad casus, in quibus alias extenderetur*, Abbas in ca. fin. de sponsal. Ruinus consil. 112. numer. 27. lib. secundo Rol. consil. 27 n. 22. *lib.* 1. *Nec videri potest Pius 5. de illis sensisse in versi. sed ne quisquam, nam ibi quoque agitur de pensionibus, occasione confidentiæ, super beneficio commissæ, de quibus paulo ante in prædicta constitutione tractatum fuerat. Non obstat sententia lata à Pio Quinto, per quam declaratur, nulla translatio pensionis facta in Archiepiscopum Corcixen. quia non fuit declaratio tamquam confidentialis, sed tamquam facta ad commodum incapacium, ac in fraudem priuilegiorum Militum Sancti Pauli. Fuit etiam dictum, quod licet præfatæ constitutiones Pij Quarti, & Pij Quinti loquerentur de simplicibus pensionibus; quod tamen non concedebatur adhuc, ex his quæ proponebantur non videbatur probata aliqua confidentia, primum, quia cum Archiepiscopus vigore sua facultatis, posset fructus pro se retinere, & illos etiam omnes, vel aliquam partem trãsferre, nulla aderat probabilis, aut verisimilis simulandi causa, qua deficiente, nec præsumitur simulatio, nec admittitur eius probatio*, Aretinus consilio 159. numer. 10. versicul. venio nunc ad tertium. Alexander, consilio 57. num. 30. versicul. & hæc procedunt libr. quinto *facti etiam series videbatur tollere confidentiam, nam si confidentiaria, & simulata fuisset translatio, non potest satis commoda assignari differentiæ ratio, cur statim ab initio non fuit facta de omnibus fructibus, quibus stantibus non concludit confidentiam perceptio fructuum, facta per Archiepiscopum, post translationem, sola enim fructuum perceptio non inducit confidentiam, sed animus & conuentio hoc faciendi ab initio, vt fuit conclusum in illa Crescentina confidentiæ, Coram domino Orano de anno præsenti, nec locatio facta per Campanũ nomine Archiepiscopi, nam illa cur ita absque confidentiæ crimine fieri potuerunt, causas habent probabiles & verisimiles, quas in suis constitutis refert Campanus: intererat enim Campani, ne illa translatio ab Archiepiscopi consanguineis intelligeretur, ac vt facilior esset exactio in terris, seu dominio Venetorum, quæ præsumptiones cum sint satis probabiles, contrariam confidentiæ suspitionem ex prædicta parte, & locatione ortam elidunt, dicebant enim aliqui ex dominis, quod cæteris etiã placuit, quod licet constitutio Pij V. ponat quasdam coniecturas ad probandam confidentiam, non tamen tollit alias præsumptiones, & coniecturas, quæ quid priores, vel tollantur, vel elidantur, illæ enim coniecturæ non sunt præsumptiones iuris, & de iure, quæ non possunt recipere probationem in contrarium. Confessio Campani non obstat, quia cum sit qualificata non potest diuidi*, Abb. in c. bonæ, nu. 29. de Postulatione Prælatorum, *reddit enim rationem, cur nomine Archiepiscopi locauerit, & quod licet Archiepiscopus exigeret, tamen Campano satisfaciebat de exactis in literis missiuis Archiepiscopi non poterat fieri fundamentum, cum inde non concluderetur, quod pecunia de quibus in eis agebatur, peruenisset ad Archiepiscopum, atque ex his conclusum pro non confidentia.*

At ita paciscentes peccant mortaliter, † & com- 53
mittunt peccatum simoniæ, quæ tamen non inducit excommunicationem, vel aliam censuram, *iuxta supradicta numero 20. Nauarrus vbi proxime & Flam.*

Paris. dict. quæstion. 21. a numer. 43.

Nec habens facultatem transferendi pensionem
54 † potest illam licite transferre cum reseruatione, seu pacto illam exigendi, quo ad vixerit, alias translatio erit nulla, *Nauarrus d. consil. 65. & Flam. & ibi Fr. Manu. Rodriguez. in summa, 2. tom. cap. 21. nu. 7. Vega in summa, secunda part. cap. 65. casu 7. Petr. Ledesma, in summa, secunda part. tract. 7. cap. primo. circa 14. conclus. pag. 381.*

55 Et an hic possit eam transferre, sub † conditione si moreretur, ex infirmitate præsenti. Nauar. *consil. 11. de vsuris*, respondet affirmatiue contra quem tamen rectius tenet additio consilij posita in fine, quod cum per has translationes extinguatur antiqua pensio, & noua constituatur, coram electo, seu per electum authoritate Apostolica, videtur, quod dicta facultas transferendi, non possit sibi locum vendicare, nisi in absoluta translatione; atque adeo translatio sub conditione facta, erit nulla.

56 Vnde etiam † videtur, quod non possit fieri translatio per testamentum, non obstante decisione Rotæ in causa Placentina pensionis 17. Iunij 1602. Coram D. Corduba, in qua fuit dictum *facta translatione in testamento, attendendum esse tempus mortis, ad effectum validitatis illius*, Ripa in l. serui optione, ff. de optione legata, *& sic secundam translationem, quæ præcessit tempus mortis, esse validam*: quia id accipiendum est supposito, quod posset fieri per testamentum, quod tamen ibi non deciditur.

Ait tamen Flam. Paris. *de confiden. quæst. 42.* quod
57 licet in † transferente pensionem per confidentiam, cum tunc nullus titulus beneficialis consideratur, non committitur confidentia punibilis, per dictas constitutiones Pij Quarti & Quinti. Tamen committitur simonia, & confidentia per promissionem factam a Titio, de soluendo ex suo pensionem constitutam super beneficio Ioannis, ad fauorem Mæuij resignantis, reseruata sibi dicta pensione, suum beneficium in fauorem ipsius Titij, qui rogauit Ioannem, vt consentiret constitutionem dictæ pensionis: citat Nauarrum, *consil. 60. de simonia.* Qui solum ait, in hoc casu committi simoniam super beneficio.

58 Et mouetur primo † ex ratione Nauarri, *ibi*, quod licet emptio, & venditio pensionis simpliciter facta, non censeatur simonia facta super beneficio, tamen, quando est facta, tanquam medium, seu ad finem quærendi beneficium, censetur simonia facta super beneficio, sicut traditio, vel promissio pecuniæ facta alicui, vt sit mediator ad quærendum beneficium, censetur simonia facta super beneficio.

59 Secundo, † quia in paciscentibus super pensione, pro consequendo beneficio, committitur confidentia punibilis per dictas constitutiones, cum consideretur titulus beneficialis, *Nauarrus in Manu. ca. 23. n. 109. & habetur dicta constitutione Pij V. §. quatenus, & §. eidem.*

60 Verum additio dicti consilij † Nauarrus ait aduertendum referri alias ab officialibus Sacræ pœnitentiariæ responsum, quod ego si Papa sciente in tui gratiam consentio, vt meum beneficium pensione grauetur, possum a te recipere etiam, ex pacto indemnitatem, est ratio, quia cum communiter beneficiarij non patiantur sua beneficia pensione in gratiam tertij grauari, nisi recepta promissione indemnitatis & hoc non lateat Pontificem, vtique admittendo huiusmodi pensionum reseruationem, tacite etiam consentit vt fiat dicta conuentio.

Sed hoc mihi tutum non videtur, & verius † existimo 61 in prædicto casu committi simoniam super beneficio ex prædicta ratione Nauarri id tenentis, *quem sequitur Flam. Et Vega in summa, secunda part. cap. 101 casu 68. in fine*, & consequenter totum illud, tam resignationem, & reseruationem pensionis, quam prouisiones beneficij resignati esse nullam, etiam si resignatarius nondum soluerit ratione præfatæ promissionis vllam pensionem, *iuxta dicta infra 8. part. cap. 1. a num. 3. & 16.* quamuis in hoc contra teneat Nauarrus *dict. consi.* existimo tamen contra Flaminium † Parisium, non committi in hoc casu 62 confidentiam super beneficio, nec comprehendi dictis constitutionibus Pij IV. & V. Nec obstat dict. constitutio Pij V. † §. quare nos, & §. itidem quia lo- 63 quitur de paciscentibus pro consequendo beneficio super pensione soluenda ipsi resignanti, vel collatori, vel aliis, eorum respectu.

Vnde quod inquit Cordoua *in summa. q. 165.* † *&* 64 166. & Fr. Manuel Rodriguez *2. tom. cap. 21. numer. 9.* Vega *1. parte cap. 36. casu 8.* & P. Ledesma *2. part. tract. 7. cap. 1. circa 24. conclusionem pagina 381.* quod non potest solui nec recipi pensio sine literis Apostolicis, alias incurrunt pœnas dictæ constitutionis, est intelligendum, quando resignationem beneficij præcessit pactio de soluenda pensione sine authoritate, & reseruatione Papæ, non alias, *& vide hic infra 4. part. 2. a num. 34.*

Secundo infertur, quod licet habens beneficium teneatur † dicere officium diuinum, *vt late dictum* 65 *est infra 3. part. cap. 1.* pensionarius tamen ad illud non teneatur, *Dominicus Francus, num. 2. & alij in cap. quamuis. 1. de præben. in 6. Sarnen. in Reg. de infirmis quæst. 36. Corras 1. par. cap. 4. num. 2. Gigas quæst. 30. Io. Nicol. de Iphi. de iure patronatus lib. 1. numer. 76. Sandoual dicens communem de officio Ecclesiastico. 5. par. cap. 5. Redoan. de simonia. 2. par. capit. 14. numer. 11. Flam. Paris. de resigna. beneficiorum libro secundo quæst. 15. numer. 18. Soto de iustitia & iure lib. 10. quæstion. quinta articul. tertio. Corduba libro primo quæstionary quæst. 21. punct. tertio, & in summa quæstio. 186. punc. secundo. Durandus de ritibus libro tertio capit. 21. numer. 14. & Azor lib. 10. capit. quarto quæst. tertia. Gonçalez. sup. nu. 12.* quamuis contrarium male teneant Guerrero *d. cap. 61.* † & Gambarus, *dict. libro 6. numero* 66 326. consequenter ad suum opinionem, *quam ibi tenet a numero 309.* quod pensio iudicatur beneficium, & venit appellatione beneficij, *vt dixi supra, numero 2.*

Hodie vero ex noua constitutione † Pij V. 138. 67 *infra adducta. 5. parte, capite 1. numero 5.* pensionem percipiens, vt clericus tenetur ad officium paruum Beatæ Mariæ, alias obligatur ad restitutionem fructuum, *vt ibi. Cuchius in institutionibus Maioribus. libro 5. titulo 7. numero 5. Durandus ibid. Frater Ludouicus Lopez. instructory conscientiæ primo tom. capitul. 145. Graffiis lib. 2. capit. 50. num. 8. & 9. & capite 51. num. 5. Visualdus in appendice candelabri capite 10. num. 32. Valencia 3. tomo secunda secundæ disputatione 6. quæstione 2. pun. 10. circa secundum Gonçalez 5. num. 13. & Aragon secunda secundæ quæstione 63. articulo 2. Enrique in summa libro 13. capite 13. §. 2. Ioann. Manuel. Rodriguez 1. tomo capite 140. num. 5. Vega secunda parte capite 65. casu 1. Azor supra & 14. quæstion. 11. & P. Ledes. d. secunda parte tractat. 9. capite 4. con. 6. 2. difficultate*, qui sex vltimi aiunt dictam constitutionem esse vsu, & consuetudine receptam,

contra

contra aliquos, qui oppositum dicebant, *& vide dicta, dicto cap. primo, 3. parte, 7. dubio. a numer. 127.*

Et cum d. constitutio Pij V. loquatur de eo, qui
68 pensionem † vt clericus percipit, dicendum est percipientem pensionem titulo sæculari non teneri ad dictum officium Beatæ Mariæ, *vt per allegatos*, siue sit pauper, siue diues, siue pensio excedat sexaginta ducatos, siue non, quicquid sine fundamento dicat, Vega *supra* citans, Fr. Ludouicum Lopez, & Fr. Manuelem Rodriguez; qui id
69 non dicunt, sed gratia † exempli loquuntur de sæculari paupere; & similiter constitutio Sixti V. de habitu clericali, *de qua supra numero 11.* loquitur de clericis pensionem percipientibus, quicquid Vega dicat.

Tertio infertur, quod hodie clericus, primæ ton-
70 suræ, † seu in minoribus constitutus, pensionem habens, non gaudebit priuilegio fori, *ex decreto Concily Tridentini sessione 23. de reformat. capite sexto, vt tenet in terminis, Azeuedo in leg. 1. titulo quarto, libro primo recopilationis, numero 5.* & ita S. Congregatio Concilij declarauit decimo nono Iunij 1586. Cuius declarationis meminit Flam. Paris. *de resignat. libro primo, quæstion. 10. in fin. & lib. secundo, quæstione 15. numero 15.* quæ inter declarationes super dict. cap. sexto habetur sic. *Cui reseruata fuit pensio, vt clerico, si non incedat in habitu, & tonsura, non gaudet priuilegio fori, sic fuit decisum ex eo, quod Concil. corrigat ius commune, & tres casus excipiat per dictionem nisi*, quæ dictio alios casus excludere videtur, *leg. qui alienat. §. si libertas, ff. de negotiis gestis, cap. si duo. de procuratoribus, in sexto, cum concordan. citatis per Crauettam, consilio 155. numero primo, Iacob. Sbrotius de Vicario Episcopi libro 2. quæstione 111. numero nono*, & subditur in dictis declarationibus: *Immo etiam si deferat clericalem habitum, & tonsuram, vt in scriptis Cardinalis Alciati.* Et post hæc idem docet Gonçalez. *gloss. 5. §. 5. num. 6.*

Quamuis contrarium, nempe clericum primæ
71 † tonsuræ, seu in minoribus constitutum habentem pensionem gaudere priuilegio fori, teneat Salcedo dicens, ita fuisse in supremo Regio consilio indicatum *in practica criminali Canonica, capite 67. numero 10.* & in terminis similis constitutionis Clementis 7 emanatæ ad instantiam reipublicæ Venetorum, Gigas *quæstione 94. a numero 8.* ex eo, quod in mate-
72 ria fauorabili, † qualis est ista, appellatione beneficij Ecclesiastici, venit huiusmodi pensio, quæ largo modo potest dici beneficium Ecclesiasticum, *idem Gigas, quæstione 28. numero 18. Mandos. in regul. 19. Cancell. quæstione 11. numero 11. Lassarte de decima venditionis, capite 19. numero 24. & faciunt tradita per Iassonem in leg. non dubium Cod. de legibus, numero 42. & in vltima editione, anno 1594.* ait dictus
73 † Salcedus scire Illustrissimos Cardinales Sanct. Congregationis, contrarium indicasse, existimantes dictum capit. sextum concilij, non comprehendere, quoad fori immunitatem, cum cui fuit reseruata pensio in fructibus alicuius beneficij, *prout testatur Flam. dict. numero 15.* suam tamen opinionem æquiorem esse, & iuribus apud nos receptam, hæc Salcedo. Sed tamen standum erit declarationi S. Congregationis, quam certum est, habere vim legis.

74 In casu de quo agit Lassarte *vbi supra*, † nempe *legis 2. titulo 4. libro 1. recopilat.*, dicendum erit cum ipso, & cum Flores, *quæstion. 21. numero 199.* clericum primæ tonsuræ, seu minorum ordinum habentem pensionem, non debere soluere Gabellam, vel alia tributa, quicquid sit in aliis minorum ordinum, non habentibus beneficium, *de quo vide infra 2. part. c. 3.*

Quarto inferri videtur in impetratione † be- 75 neficij non esse necessario faciendam mentionem, de pensione, cum non sit beneficium, & ius solum iubeat fieri mentionem de beneficio in impetratione 2. facta a Papa, vel Legato. *capite, si Motu proprio, de præbendis in sexto, Clementina secunda, de officio ordinary cum aliis, & ita tenent Cardinal. in cap. postulasti, numero 5. de rescript. & in dict. Clementina secunda, numero 7. & in clementina prima §. 1. de supplenda negligentia Prælatorum, Ioannes Andreas, & Enrique numero 5. Butrius 7. in dicto capite postulasti, Domin. in dict. capit. si Motu proprio, numero 7. Bonifacius in Clementina secunda, de præbendis, numero 28. Felinus in dict. cap. postulasti numero 8. declaratione tertia & 30. & in capit. in nostra col. 1. & 3. de rescript. Probus ad Monachum in cap. nemo de electione in sexto, sub numero 32. vbi tenet contra gl. reg. 61. Millis in Repertorio, verbo gratia, versiculo 16. Hieronymus Paulus, in practica cancellar. in notabil. super vacantibus non reseruatis vers. gratiam beneficij impetrans, licet teneatur Capella Tolosana, decisio 473. & ibi Auffer. Ioan. Nicol. Gimont. in Enchiridio beneficiorum, titul. 1. cap. 10. numer. 6. & Ioan. Nicol. Delphinas de iure patronatus, lib. 1. num. 79. & hoc ait iure esse verius Corras. d. 1. p. capit. 4. num. 5.* & nouissime Gonçalez, *gloss. 5. §. 5. a num. 16.* dicens, quod ita seruat Rota, vt ab eisdem dominis auditoribus audiuit.

Sed hæc sententia solum est vera in pensione † quæ non datur loco beneficij, sed in stipendium, 76 in qua plerique ex dictis authoribus loquuntur, *vt explicat Gigas, quæst. 67. 2. concl. Gambarus d. libro 6. numero 313. & Mandos. de signatura gratiæ, titulo de pensionibus in principio, versic. hinc dicimus*, & in pensione quam quis haberet a laico assignata sibi, pro titulo ordinum, *de qua loquitur Rota decis. 39. de rescript. in antiquis, & 9. de præbend. in antiquioribus, & Felin. in d. 3. declaratione, & d. cor. 30. Gambarus sup. num. 359.*

Ex quo conuincitur, quod ait Ripa *in cap.* † *ad* 77 *aures. de rescript. num. 18.* quod de patrimonio assignato in titulum loco beneficij, ad cuius titulum clericus diues ordinatus est, debet fieri expressa mentio, cuius contrarium tenent Hieronym. Paulus vbi proxime cum Ioann. Andrea *in dict. cap. postulasti*; & Felinus *ibi numero 5.* & Azeuedo *in leg. 12. tit. 4. libro 1. recompilationis num. 9.* cum Calderi. de istis enim † certum est non esse opus facere men- 78 tionem in impetratione beneficij, nisi esset in forma pauperum, tunc enim esset surreptitia, non facta mentione de pensione si ex ea cessat paupertas, *Felinus d. declaratione 3. & d. cor. 30. Staphileus de literis gratiæ, non a forma expectatiuarum, numero 11. Ludouicus Gomezius de expectatiuis numero 25. Gigas, d. quæst. 67. 5. aquel. Corras. dicto capite 4. numero 5. & Ioann. Nicol. Delphinas supra numero 80.* contra Rotam *supra*, & Cardin. *in d. clem. 1. §. 1. de supplenda negligentia Prælatorum, & Gambarus sup. num. 361.*

Sicut etiam † de hospitali, etsi non sit bene- 79 ficium, impetrans beneficium, mentionem facere debet in literis iustitiæ, & in forma pauperum, licet secus in literis gratiæ, *Cardin. & Imola.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in clement. fin. de officio ordinar., Felin. d. cap. in nostra. cer. 23. Selua, 3. part. quæstion. 12. 11. qualitate, numero 17. & Corrasius dict. 1. part. cap. tertio ad finem. Sicut
80 etiam non valet † impetratio in forma pauperum, si impetrans est diues, tanquam concessa ex falsa causa. Felinus supra, & Ripa in dict. capit. ad aures, numero 18.

At de pensione quæ clerico assignatur loco bene-
81 ficij, † vt commodius sustentari valeat, vel ex causa resignationis, seu cessionis ne nimium dispendium patiatur, necessario facienda est mentio in impetratione beneficij, nam cum loco beneficij succedat, perinde est, ac si beneficium haberet, cap. ad audientiam, secundo de rescrip. Innocentius, & Compostella, in d. cap. postulasti, Oldradus consilio 81. numero 1. Socinus Senior, consilio 260. col. prima, libro 2. Ripa in d. cap. ad aures, numero 12. versiculo 3. amplia Beroius in cap. super litteris, eodem titulo, numero 72. glossa dict. reg. 61. Cancellariæ fine, dicens, quod quia hodie quælibet pensio succedit loco beneficij, quia est ad vitam recipientis, ideo credit, quod teneatur impetrans facere mentionem de ea, & Sarnensis in regul. de infirmis, q. 16. versicul. nam videmus, Gigas, dict. quæstio. 67. 3. conclus. Rebuffus de nominationibus quæstion. 9. numer. 39. alias 36. versic. & hodie, & de pacificis possessoribus, numero 133. alias 115. versiculo hodie cum quælibet Guerrero, dict. cap. 61. Menochius de arbitrariis, casu 101. numero 51. Hoeda de incompatibilitate beneficiorum, secunda parte capite 7. numero 1. Flam. Paris. de resignatione beneficiorum, libro 2. quæstion. 15. num. 5. & libro 6. quæstion. secunda, numero 13. & libro 10. quæst. 2. numero 78. vbi ait, ita teneri communiter, & Zechus de beneficiis, & pensionibus Ecclesiasticis, capite 9. numero 2. sub versiculo ex parte impetrantis, & versiculo, & non solum, & inclinat Caccialupus, de pensio. q. 26. n. 4. & ita vsum fuisse sanctissime recepisse, inquit Corras. d. c. 4. versi. at vero vsus & sequitur Gambarus d. libro 6. numero 321. & 324. vbi ait hoc esse verum, siue pensio sit beneficium, siue non, & numero 356. vbi tamen id limitat, nisi essent pensiones ad tempus, vel ratione stipendij.

82 Sed hæc limitatio, † de pensionibus ad tempus, non videtur vera, argumento decision. Putei, 272. libro 2.

83 Et è conuerso in gratia † pensionis quæ clerico datur loco beneficij, vt commodius sustentari valeat, erit facienda mentio de obtentis, siue beneficiis, siue aliis pensionibus eadem ratione, nisi in gratia reseruatæ Motu proprio, vt super Episcopatibus, d. cap. si Motu proprio.

84 Licet secus in ea, quæ † reseruatur ex causa resignationis, seu cessionis, cum non reseruetur, ex causa lucratiua, sed onerosa, ne nimium dispendium patiatur, ex resignatione Flam. Parisius dict. lib. 6. quæst. secunda, numero 10. & ita Romæ accepi à domino Alberto, qui pluribus annis officium Reuisoris in dataria exercuit, & modo Abbreuiatoris, & in rebus Datariæ, & Cancellarię est peritissimus, & cessat difficultas.

85 Nam de consuetudine, † & stylo Curiæ, ita seruatur, vt in impetratione beneficij fiat mentio de pensione, & in gratia pensionis sine causa, (quæ dicitur illa quæ non reseruatur ex causa resignationis, seu cessionis, sed vt commodius quis sustentari valeat, quamuis alias, ex iusta causa reseruetur.)

86 Fiat mentio de obtentis, & optima est legum † interpres consuetudo. l. si de interpretatione. ff. de legibus, capit. cum dilectus, vbi Doctores de consuetudine, & minime sunt mutanda quæ interpretationem certam semper habuerunt. l. minime. ff. de legibus.

Et stylus † curiæ facit ius c. ex literis, vbi Felin. n. 87
4. de constitutionibus, cap. quam graui, de crimine falsi, Crescen. decis. 1. n. 4. de rebus Ecclesiæ, Capuaquen. decis. 331. num. 2. part. 3. Millis in Repertorio, verbo stilus curiæ, Hier. Gabriel cons. 193. nu. 1. lib. 2. Mandosius de commissionib. secunda commissione, verbo sanctitati vestræ. Et ad Lapum, allegatione 51. litera D. & consil. 4. numero.

Et sic facit ius vniuersale, etiam in partibus, Orosius † in l. de quib. n. 27. ff. de legib. Anton. Grauatius 88
ad Vestrium, in practica, lib. 5. cap. 3. num. 6. & Ioannes Gutierrez, canon. quæstione lib. 1. cap. 33. numero 35. in fine, quicquid dicat Ferretus consilio 52. n. 3. qui ait stylum curiæ non esse sequendum in partibus nisi sit firmatus speciali decisione Papæ, cum sit varius, modo albus, modo niger, & Zauallus in suis communibus contra communes, quæstione 737. à numero 20. post Albericum in dictionario verbo curia, & Felinum in capite Rodulphus, de rescrip. numero 22. versic. vbi autem, & Cuchum in institutionibus Maioribus li. 1. tit. 8. n. 2.

Et ideo in pensionibus, † quæ seruiunt Palatinis, 89
ponitur hæc clausula, & cum indulto, quod pensio per præsentes reseruata loco beneficij ecclesiastici, non cedat nec in numero beneficiorum, seu pensionum etiam sub eodem tecto consistentium intret, vel illius taciturnitas in impetrationibus aliorum beneficiorum, seu pensionum deinceps faciendis surreptionem, aut nullitatem aliquam faciat. Ex qua comprobatur prædictus stylus.

Circa illud autem, † quod dictum est, numero 90
84. non esse necessario faciendam mentionem de obtentis in pensione, quæ reseruatur ex causa resignationis, seu cessionis. Aduertendum est, quod non videtur habere locum in eo qui resignat beneficium reseruata sibi pensione, cum habeat ius ad aliud beneficium incompatibile, per cuius assequutionem vacaturum erat beneficium, quod resignat: is enim videtur debere facere mentionem de obtentis, & præsertim de illo alio beneficio incomparabili, ad quod habet ius, nam cum per assequutionem illius, vacaturum esset beneficium, quod resignat, non potest vere dici reseruata sibi pensio, ex causa onerosa, & ne nimium dispendium ex resignatione patiatur, & consequenter reseruatio pensionis erit surreptitia, non facta mentione de obtentis, & de illo beneficio incompatibili, ad quod ius habet.

Quod est notandum † ad illos, qui resignant re- 91
seruata pensione beneficia curata, habentes electionem, seu nominationem ad aliud curatum vacans in mense Apostolico, ad quod se opposuerunt in concursu.

Sed an cum de pensione † est facienda mentio, 92
necesse sit exprimere eius quantitatem, sicut est necessaria expressio valoris beneficiorum obtentorum de regula cancellariæ de valore? Caccialupus, dict. q. 26. tenet quod sic, ex eo, quod in regula de valore dicitur, & aliorum quorumcunque beneficiorum. Et vbi 93
dicitur, & aliud quodcumque beneficium, comprehenditur pensio Felinus in dict. cap. postulasti. de rescript. numero 8. prima declaratione, & in cap. de quarta, numero 16. de præscriptio. quem sequitur Rebuffus de pacificis possessoribus, numer. 132. alias 114. & videtur sequi Cassad. decis. 3. de præbendis numero 32. Et cum Caccialupo † tenet Mascardus de probationibus, con- 94
clus. 888. numero 16. post glossam dict. regul. 61. in fine, idem tenet Gambarus, dict. lib. 6. à num. 350. quia dicit esse eandem rationem in beneficio, & pensione, & regulam de valore, non esse contra ius, sed prętér: idem scilicet quod mentio fieri debet quantitatis, pensionis, & super quo beneficio illam obtineat, ait Zechus d. versi. & non solum.

95 Contrarium tamen tenet Gigas, dict. quæst. † 67. 6. conclus. ex eo quod de iure communi, non est necessaria expressio valoris in impetratione, Felinus in dict. c. ad aures 1. conclus. Mascardus, supra numero septimo, Crescen. decis. 8. numero secundo, de rescript. & regul. cancellariæ quæ est exorbitans, loquitur tantum de beneficiis, facit quod dicit Felinus, licet ambiguum in dict. capit. postulasti, numero 8. 6. declaratione, & hanc sententiam tenuit Rota in vna Abulens. beneficij de Monbeltran, 30. Octobris 1595. Coram D. Blancheto, infra adducta 11. part. cap. 3. numer. 299.

96 Et ad fundamentum Caccialupi, quod vbi † dicitur, & aliud quodcumque beneficium, comprehenditur pensio, respondet Gigas, supra & quæstione decima, numero octauo, quod non est verum, nam quotiescumque dictioni, quodcumque, vel simili adiungi-
97 tur dictio, aliud, tunc talis dictio, quæ alias † importaret omnimodam generalitatem, & comprehenderet quæ alias non venirent, Sarnens. in reg. de triennali, quæstione prima, & sic. tamen istis non obstantibus Hippolitus, in l. vnius § cognitarum, ff. de quæstionibus, numero vigesimooctauo, Mandos. regul. 17. quæstione octaua, numero 2. Azeuedo in libro 4. titulo 17. libro quarto, recopil. numero 6. & Rota decisio 268. num. 5. & 791. numero decimo, parte prima diuersorum cum aliis.

98 Et sic pensiones † Mandos. regul. 33. quæstione 6. numero secundo, & tertio, & nono, ad finem, Azeuedo in l. 2. titulo 4. lib. 1. recopil. nu. 5. & Rota in Conchen. pensionis, 6. Martij 1598. Coram D. Peregrino, quam vide infra 11. p. c. vlt. 2. dub. n. 79.

99 Restringitur ad similia expressis, l. si fugitiui † iuncta glossa si ibi communiter approbata. C. de seruis fugitiuis, Socinus in consiliis citatis per Gigantem, ibi Iason in l. quicumque, C. qui ad. testi, nu. 3. & Crescen. decis. 1. de priuilegiis, n. 2.

Et glossa, in clementina 1. de vita & honestate cleri-
100 corum, † in qua fundantur Felinus d. 4. declaratione, & Caccialupus, loquitur quando dicitur, quodcunque beneficium, sine dictione aliud, prout etiam loquitur Felinus, in d. c. de 4. n. 16. Vltra quod loquitur de pensione datum titulum, Crescen. decis. 14. de re iudicata, num. 2. & sic nullum fundamentum potuit in ea fieri in proposito.

101 Sed nihilominus, † opinio Caccialupi videtur probabilior, nam quando dictioni alius adiicitur dictio vniuersalis, vt quicumque &c. tunc non similia tantum, sed & diuersa, ac generalitatem, & vniuersalitatem designat, glossa verbo quamuis iuncto textu in clementina prima de re iudicata, & ibi Imola, Iason, in dict. leg. quicumque numero secundo, additio Felini, in capit. sedes, de rescriptis, numero sexto, quæ intelligit glossam dict. legis si fugitiui, quando subiecta materia aliud importat, & Mandosius in reg. 12. quæstion. sexta, numero 8. & 12. & regul. 27. quæstion. quinta, numero quinto, Couarru. pract. capit. vigesimoquinto, numero 5. & Azeuedo vbi supra, numero septimo. Et post hæc Gonçalez ad regula. mensium, glossa 3. à numero 45.

102 Vnde narrans habere reseruatos fructus † seu medietatem fructuum pro pensione, deberet narrare illorum valorem, & illum iustificare quemadmodum in valore beneficij. Narrans vero † se obtine- 103
re pensionem certæ quantitatis, adhuc non teneretur probare illam habere, & non excedere quantitatem narratam, vt in dict. decis. Abulen beneficij de Monbeltran, cum valor huiusmodi pensionis non recipiat variationem, sed consistat in quantitate determinata in qua fuit reseruata, & dicenti illum habere maiorem pensionem, incumberet onus id probandi.

Et similiter in gratia pensionis, in qua sunt exprimendi obtenta, † vt diximus, erit etiam exprimen- 104
dus eorum valor.

Quinto inferri videtur, † quod licet per con- 105
tractum matrimonij beneficia vacent, capit. primo, cum aliis, vbi Doct. de clericis coniugatis, & dicam infra 11. parte capite 8. & per promotionem in Episcopum, capit. cum in cunctis. § 1. de electione, & dicam dict. 11. part. capit. 6. non tamen amittitur pensio. Cardin. in dict. Clementina prima, § 1. de supplenda negligentia Prælatorum, numero quinto, & ibi Imola, Ripa, in capit. 2. de iudiciis, numer. 128. Caccialupus de pensio. quæstione 19. Sarnen. in regul. de annali, quæstione 21. & Couarruu. in 4. secunda parte, capite 6. § 3. nu. 6.

Hoc tamen solum procedit in pensione, † as- 106
signata in stipendium pro seruitio temporali, seu alias, vti laico, secus in pensione clerico assignata loco beneficij, vt commodius sustentari valeat, vel ex causa resignationis, nam cum hæc cedat loco beneficij † regulanda est quoad ad amissionem tan- 107
quam beneficium, & sic eisdem modis amittitur quibus beneficium, vt tradit Hieron. Gabriel, consil. 187. numero vndecimo, & consi. 200. lib. 2. qui ita quotidie practicari, & consuetudine, & stylo receptum attestatur, & Flam. Paris. de resignatione beneficiorum lib. 3. q. 1. n. 13.

Vnde sicut per † contractum matrimonij vacant 108
beneficia, vt dixi, per illud etiam amittitur huiusmodi pensio, Gigas quæstion. 54. qui ait hanc partem amplecti curiam Romanam, & sibi in facto accidisse post Caccialup. 30. idem Gigas, consi. 132. Quem vide de quæstione, de qua ibi, & consilio 149. à numero 4. Bermondus de publicis concubina, pagina 403. Corras. dict. capit. quarto, numero quarto, Duarenus de benefic. lib. 6. c. 4. versic. annua huiusmodi, Iulius Clarus, § fin. quæstion. 73. num. 5. Nauarrus de oratione, cap. 21. num. 53. qui ait ita esse stilum curiæ Guerrero, dict. cap. 61. versic. nota etiam Salzedo in practica criminali, cap. 80. litera C. Flam. Paris. lib. 1. quæst. 1. numero decimoquinto, & libro sexto, quæstion. secunda, numero 115. qui ait esse communem, & receptam Doctorum sententiam. Quintanaduenas, Ecclesiastic. lib. 1. capit. 6. numero nono, Zauallos, quæst. 147. numer. 3. Vgualdus in appendice ad Candelabrum, c. 1. nu. 33. & Sairus de censuris, 109
lib. 2. c. 5. n. 15. & nouissime Vgamesius, consi. 184. & 268. n. 6. & supradictam distinctionem ponunt Gambarus, d. lib. 6. n. 744. Greg. Lopez, in l. 41. tit. 6. part. 1. gloss. 2. Couar. vbi supra inquiens, ita vsum Romanæ curiæ obtinuisse, Puteus decis. 459. li. 2. Rota decis. 1079. lib. 3. par. 3. diuers. & Cesar de Grassis, decis. 114. numero nono, Enriquez summa, libro tertio, c. 13. § 2. & Toletus lib. 5. c. 81. Azor. lib. 13. c. 13. q. 8. & Tho. Sanchez de matri. lib. 7. disput. 44. & facit const. Pij V. 71. de qua supra numer. 11.

Et sicut per † promotionem ad Episcopatum 110
vacant beneficia, vt dixi, ita etiam vacabit huiusmodi pensio, Gigas q. 56. & consi. 149. n. 8. Capuaquen.

secunda part. Dec.303.304.& 313.400.& 401 Ferre-
111 *tus conf. 53.a n.4.* Hier. Gabriel. *d. conf. 200. lib. 2.* qui ait ita semper obseruatum fuisse, & obseruari, & stylum inueteratum ita se habere, qui facit ius, & *Anastasius Germo. de indultis Cardinalium. §. si vero a n. 20. & 39 Flam. Paris. lib. 3. q. pag. nu. 8. & 78. & lib. 9. q. 2. num 121.* & idem erit in promoto, ad aliquam Abba-
112 tiam, † per quam priora beneficia vacant, *vt dicam d. 11. part. cap. 7. & tradit in propos. Gigas d. q. 56. n. 5.* quamuis Oieda *de incompatibilitate beneficiorum c. 9. n. 5 q. c. 6. n. 10.* dura videatur ista sententia in vtro-
113 que & idem esse in assumptione ad Papatum † tradunt, *Hier. Gabriel. ibi, & Flam. Paris. lib. 2. q. 1. n. 9. & li. 3. q. 1 a num. 7.*

114 Et sicut per professionem expressam † vel tacitam religionis vacant beneficia *c. beneficium de reg. lib. 6. dicam d. 11. part. c. 9.* ita & per illam pensio extinguitur, *Gigas q. 57. Guidobonus Decis. 138. in manuscript. Caputaquen. Decision. 227. part. 1.* & fuit resolutum in vna Cesenaten. pensionis 24. Ian. 1594. Coram D. Gipsio, quamuis contradicat Rebuffus *de pacificis possessoribus, num. 157.*

115 Sexto inferri † videtur illegitimos sine dispensatione posse obtinere pensionem, cum non sit beneficium, cuius illegitimi sunt incapaces, ita tenet Sarnen. *in Reg. de annali q. 21.* qui ita ait tenuisse Rotam in vna Cæsaraugustana 20. Maij 1538. *& Gambarus lib. 6. num. 284. sequitur Paleotus de notis & spuriis c. 48. a n. 4. Zerola in praxi Episcopali 1. part. verb. ordo. §. 4 circa finem.* & post hæc Gonçalez *gloss. 5. §. 5. a num. 14.* dicens, quod ita seruat Rota, & in
116 causa Legion. † Camaren pensionis 10. Octob. 1577. coram D. Robusterio, *quæ habetur 1. part. diuersorum Dec. 425.* dictum fuit, quod illegitimus secundum opinionem, quam tenet, & seruat Rota, non est inhabilis ad obtinendam pensionem, nisi ratione clericatus, ex quo illegitimus non potest esse clericus ideo cum sit dispensatus super clericatu, non indiget alia dispensatione super illegitimitate ad pensionem.

117 Quod etiam fuit dictum in vna † Burgen. pensionis 19. Februarij 1596. coram D. Blancheto in qua fuit decisum: *Procedendum esse non retardata solutione, quia Laurentius habebat fundatam intentionem in literis, & quasi possessione exigendi vna cum mandato de manutenendo decreta ab auditore cameræ, & c. neq; obstare militates exceptiones ex aduerso, quia stante quasi possessione exigendi, discutiendæ sunt in petitorio, & c. neq; obstare defectum clericatus, quia probatur per testes nedum clericatum, sed etiam presbyteratum, & in illegitimo clericatū probari ex communi reputatione fuit resolutū coram Oradino in Tarasina pensionis 12. Decēbr. 1571. præterea sufficere pro dispensatione, quod fuerit ordinatus ad clericatum per Episcopum, qui hoc potest. c. 1.* de filiis presbyterorum in 6. *ex eo enim efficitur capax pensionis, quia illegitimus ratione incapacitatis clericatus tantum excluditur à pensione, vt fuit resolutum coram Orislen. in vna Oueten. pensionis anno 1572. & corā Lapsio in Cæsaraugustana pensionis 19 Februarij* 1590. Hæc in d. Burgen. circa quam vide Hier. Gab.
118 *consilio 189. lib. 1.* idem etiam † fuit resolutum in vna Toletana pensionis 11. Maij 1601. coram D. Locino in qua dixerunt domini: *Dandum esse mandatum de Manutenendo Roderico in quasi possessione exigendi pensionem, cum de eius reseruatione constet ex sumpto literarum habito ex registro, quod plene probat Rota* Decis. 1. num. 1. de fide instrumentorum, & Decis. 28. n. 1. de probationibus in antiquis, Ægidius Decis. 252. Crescen. 2. de fide instrumentorum, Fran. Marcus Decis. 575. num. 1. part. 2. *& de eius quasi possessione ex pluribus Quietantiis factis apparere testibus dict. Roderici, antecessori Ioannis ad computum pensionis, quæ afficit successorem in beneficio,* Puteus decis. 151. lib. 3. *& fuit resolutum in vna Mediolanen. pensionis 11. Decem. præteriti coram D. Pamphilio, quas quietantias pars habuit pro legitime compulsatis, & ideo non efficit, eas non fuisse recognitas: nec obstare quod Rodericus esset illegitimus, quia cum ostendat clericatū, non est incapax pensionis, secundum opinionem quam Rota seruat, quia illegitimus ex eo est incapax pēsionis, quia nō potest esse clericus* Sarnen. de annali quæst. 21. Rota d. Decis. 425. 1. part. diuersorum, Paleotus, & Gambarus supra: *quicquid dicat Gigas q. 16. & Rebuffus* de dispensatione super defectu natalium *n. 48. nec reuelare, q. pensio esset reseruata in medietate fructuum, & Rodericus percepit pecunias, quia potuit vti suo iure* l. si quis in conscribendo C. de pactis, *tum etiam, quia illud non fuit haditum in consideratione in d. Mediolan. de pensione reseruata in pecunia, quæ fuit resoluta in fructib.* Hæc in d. Toletana.

119 Sed quamuis hæc sententia † possit procedere in pensione, quæ daretur in stipendiis cum istius laicus etiam capax sit, *iuxta supradicta*, in pensione tamen, quæ datur loco beneficij vera non videtur. *Gigas d. quæst. 16.* sequitur Rebuffus *d. tit. de dispensatione super defectu natalium, nu. 48. & tit. de dispensatione ad plura, num 65.* Nauarrus *d. cons. 5. de filiis presbyterorum & cons. 61. n. 3.* vbi inquit quod de stylo curiæ requiritur quod sit legitimus, *& cons. 63. nu. 5. vbi dicit communem de simonia: Et Cuchus in institut. Cano. partis lib. secundo, tit. 8. §. in primis, Quintaduennas lib. primo, c. 6. n. 6. Zerola in d. praxi, 2. part. verbo pensionarius, §. 1. & Zechus de beneficiis, & pensionibus c. 11. num. 7.*

120 Nec obstat prædicta sententia Rotæ, quæ transiit in stylum † *iuxta dicta infra 5. part. c. 1. n. 563.* nam in contrarium videtur esse stylus datariæ, & cancellariæ, cui magis est standum, vti magis propinquo Papæ. Et eius organo, *vt alias dicetur infra 4. part. c. 2. n. 18.*

121 Etenim cum cedat loco beneficij, † etiam quo ad habilitates regulanda est tanquam beneficium. *Nauarrus cons. 11. num. 2. de temporibus ordinatio.* qui ait, quod qui non est capax beneficij, non est etiam pensionis, saltim secundum stylum curiæ, qui est seruandus *c. quam graui, de crimine falsi. sequitur Zerola d. 2. part. verbo irregularitas. §. 8. & verbo pensio. §. 6. Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 44. numero 9.*

122 Quod tamen limitat ipse Nauarrus † *cons. 12. n. 15.* de Rescriptis in inhabilitato ad beneficia per constitutionem pœnalem, quem ait non videri inhabilitatum ad pensiones. *sequitur Gonçalez gloss. 5. §. 5. numero 26.*

123 Sed hanc limitationem non credo † veram ex dictis, cum inhabilitatus est generaliter, & simpliciter ad beneficia, *Rota Decis. 109. lib. 2. part. 3. diuersorum, & in d. Conchen. pensionis infra addicta 11. part. cap. vltimo 2. dubio, num.* 70. procederet, tamen in in-
124 habitato † seu priuato per sententiam hominis, quæ est stricti iuris, *Sarnen. de annali quæstione 21. Gigas cons. 142. numero ... Crescen. Dec. 14. de re iudicata.* Flam. Paris. *de confiden. quæst. quinquagesimaoctaua, num. 58.* qui ait quod pensio non venit sub priuatione beneficiorum.

Vnde etiam suspensus à beneficio, simpliciter seu

125 seu generaliter † per constitutionem, erit etiam suspensus à pensione, secus vero in suspenso per sententiam hominis. Et sic procedit sententia Suarez *5. tom. de censur. disput. 27. sectione prima, nume-*
126 *ro decimoquinto,* vbi † ait, quod suspensio à beneficio non comprehendit pensiones, quia pœna non est extendenda vltra proprietatem vocis sine cogente fundamento, & pensio non est beneficium proprie, neque est ius vel ratio, quæ cogat ad hanc extensionem &c.

Vnde etiam fit vt eadem ætas requiratur ad obti-
127 nendam † pensionem quæ ad beneficium saltim simplex requiritur, *Zerola d. §. 8.* & sic cum de iure antiquo ad primam tonsuram, & beneficium simplex requiratur ætas septem annorum, *c. cum ... & ibi glossa verbo infans, de tempor. ordinationum in sext. glossa penultima, in cap. si eo tempore, de rescriptis eodem libro, & dicemus infra 7. part. capit. quarto,* eadem ætas ad pensionem requiritur, nec minori septennio pēsio sine dispensatione reseruari potest alias est nulla, *Selua de benef. 3. part. quæst. 5. numer. 27. Gigas quæst. 13. Guerrero d. cap. 61. vers. est alia pensio. Mandos. de ætate minor. quæst. 13. Cuchus d. §. in primis. & Flam. Paris. de resigna. bene. lib. 6. cap. 2.* & ita fuit resolutum in vna Adrien. pensionis 29. Aprilis 1551. *quæ habetur apud Caputaquen. Decis. 318. par. 2. & latius apud Guidobonum Decis. 139. in manuscriptis, & refert Mando.*
128 *vbi proxime,* quamuis in vna Cathanie. pensionis 4. † Maij 1585. coram Domino Gipsio, & antea in vna Veneta pensionis, coram D. Robusterio Rota tenuerit infantem de iure communi capacem esse pensionis, cum sit temporalis, licet de consuetudine seu stylo cancellariæ expressio infantilis ætatis forsan necessaria sit.

129 Hodie tamen cum per sacrum † Concilium Tridentinum *sess. 23. de reformatione, cap. 6.* nullus ante 14. annum obtinere possit beneficium, *vt dicetur dicta septima part. cap. 4.* dicendum erit idem in pensione, & ita S. Congregatio Concilij declarauit, vt habetur inter declarationes illius cap. 1. ibi, *beneficium, congregatio idem censuit in pensione, refert & sequitur, Sa. in summa, verbo beneficium n. 30.* licet sufficere septennium teneat Zechus *dict. c. 11. numer. 7. in principio.*

Similiter etiam reseruatio huiusmodi pensionis
130 facta excommunicato non † absoluto ad effectum consequendi est nulla, *Gigas quæstione 14. Rebuffus in concordatis titul. de excommunicatis non vitandis versiculo 20. Couarruuias capit. alma mater 1. part. §. 7. numero 29. versi. 9. idem Cuchus supra Flam. Paris. de resigna. libro 4. quæstione 3. numero 46. Vgolinus de censuris tabula 2. de excomm. cap. 13. §. 2. numer. 8. Enriq. in summa lib. 13. c. 13. §. 2. Ludou. Lopez. instruct. consci. 2. tom. 2. part. cap. 17. Toletus in summa lib. 1. cap. 13. in edit. Rom. Suarez. d. 5. Tom. disp. 5. sect. 1. num. 9. Zechus d. c. 11. num. 7. & Sayrus de censuris lib. 2. cap. 5. numero 15.*

131 Et etiam pensionarius † excōmunicatus non faceret suos, nec lucraretur redditus pensionis pro tempore, quo fuit excommunicatus, sicut beneficiatus excommunicatus non lucratur fructus beneficij, *vt dicemus 7. part. capit. 13. a numer. 90. ita in terminis Suarez de disputatione 13. sectione prima, n. 9. & sect. 2. num. 21.* & fuit dictum in vna Valentina pensionis 31. Ianuar. 1600. coram D. Lita in qua domini dixerunt.

132 *Michaelem vti excommunicatum propter † recursum habitum ad iudices laicos per Bullā Cœnæ Domini prætendere non posse mandatum de manutenendo in exactione pensionis, neque ei esse dandum, tum quia in illo iudicio non erat reus necessarius, sed actor originarius, & signanter dum petit in primis, & ante omnia manutentionem etiam quia vti excommunicatus non potest fructus suos facere.* Puteus Decis. 1. de sententia excommunicationis.

Et sic titularis non teneretur soluere pensionem † pro illo tempore, & si solueret ignoranter, 133
posset repetere pensionarius, quæ ei restituere teneretur.

Quæ tamen non procedunt in † pensione reser- 134
uata in stipendium, pro seruitio temporali, sicuti laico, *iuxta supra dicta,* quicquid contra teneat Suarez *d. num. 9.* & ita hoc casu esset vera doctrina P. Ledesma *in summa de excommunicatione 6. vlt. difficult.* & alias non est vera.

Nec potest huiusmodi pensio † reseruari irregu- 135
lari Nauarr. *d. consi. 63. num. 5. de simonia,* dicens communem, *& consilio 44. numer. 3. de homicidio,* dicens ita esse de stylo curiæ, *sequitur Flam. Paris. libro 4. quæst 3. num. 5. Vgolinus de irregularitate, c. 65 §. 1. nu. 5. Zerola d. §. 8. & 6. & Sayrus de censuris libro 6. cap. 2. n. 22.*

Verum S. Congregatio Concilij *super capit. 7.* † 136
sess. 14 de refor. in vna Cremonensis censuit: *Hoc decretum quod loquitur de incapacitate beneficiorum in qua sunt homicida, non extendi ad pensiones.* Vnde Eman. Sa. *Verbo homicida* † *num.* 21 ait quod homici- 137
da voluntarius non est incapax pensionis ex Congregatione Concilij, & refert etiam, Suarez *dict. 5. tom. disp. 44. section. 5. seu 4. numer* 39. & ait, quod id à fortiori habebit locum in quacunque irregularitate, &c.

Quæ declaratio difficultatem patitur ex dictis, tamen ei erit standum propter † authoritatem S. Con- 138
gregationis, cuius declarationes sunt necessariæ, & habent vim legis.

Nec religioso, qui est incapax beneficij sæcularis, *vt notatur* † *in cap. cum de beneficio. de Præbendis in* 139
6. & dicemus infra 7. part. cap. 10. poterit super eius fructibus pensio reseruari absq; dispensatione *Mādos. de signatura gratiæ, titul. de pensio. versic. militibus Hierosolymitanis, Zechus dict. cap. 11. num. 7. vt Rota in C. senaten. pensionis de qua infra numer.* 456. quamuis Gigas *quæst.* 15. hoc non attingat, sed diminute loquatur.

Vnde in vna Terulen. pensionis 16. † Decembr. 140
1574. coram D. Pena Rota tenuit, quod *Pensionis translatio vigore facultatis transferendi in personā Ecclesiasticam facta in militem ordinis de Calatraua, est nulla, cum præsupposito quod non habeat dispensationē ad obtinendam pensiones.* Quod etiam fuit resolutum in eadem coram eod. 26. Iunij, & 13. Nouembris 1576. nempe quod *facultas transferendi pensionario clerico concessa, in alias personas, intelligitur de similibus clericis.*

Tandem etiam sicut † collatio beneficij facta 141
ordinato prima tonsura ab alieno Episcopo sine literis dimissoriis est nulla *Guidobonus, Decis. 99. in manuscriptis, Caputaquen. Deci. 116. part. 1. Rebuffus consi. 1. Hier. Gabr. consi. 181. & 189. lib. 2. Flam. Paris. lib. 4. quæst. 2. à num 58. & 61.* ex eo quod sic ordinatus non recipit ordinis executionem, † sed est sus- 142
pensus, saltim quo ad se, donec à proprio Episcopo ratificetur, *cap. 1. & 371. distinctione, & 9. quæst. 2. per totam in cap. eos. de temper. ordinationum libro 6. vbi gl. verbo statuunt. Rebuffus de nominatio. quæstio. 22.*

nu.12. Guidoben. Caputaquen. Et Hier. Gabriel supra, & Flam. Paris. à num.59. & 83. Rota Decis.731. part.1. diuersorum, & in vna Neapolitana, Canonicatus, 21. Maij 1585. coram D. Seraphino, in qua fuit resolutum: *Non constare de clericatu legitime, quando collatum fuit non à suo Episcopo sine licétia, de qua nulla fit mentio in scriptura eius, & priuatim, non autē publice in aliena diœcesi, & talem promotum nō rite in sui præiudiciū esse clericum, sed ordinis carere executione*, Caputaquen. dict. Decisione 116. parte 1. & *quando constitat de malo initio, nil referre quod incedat in habitu clericali, &c.* Et hodie ex sacro Concilio Tridentino *sessione vigesimatertia de reformatione, capitulo octauo, in fine*, est suspensus vera suspensione, etiam quo ad alios, quæ irregularitatem inducat, quãdiu proprio ordinario videbitur expedire, *Mayolus de irregularitate, libro quarto, capit. vigesimo, numero primo.* Quidquid dicant Lapus *allegat. centesimo trigesimo octauo, a numero nono.* Guido Papa *Decisione* 449. Probus ad Monachum *in capite primo de temporibus ordinandorum in 6.* Nauarrus *consil.11. artic.7. capit.119. de tempor. ordinandorum, & Suarez de cens. disp.31. sect.1. à numero 13. & Toletus capit.1. vers.48. versi. tertio, & capit.49. versic. quarto in editione Romana*, quo vltimo loco ait, decretum concilij, *dict. capit. octauo*, non extendi ad primam tonsuram ex declaratione congregationis Concilij, *numero primo*, tonsura nomine ordinis in hoc Concilio non comprehenditur, quod non credo, sed S. Congregatio declarauit, quod de omnibus ordinibus tam in sacris, quam in minoribus intelligitur, & sic etiam ordinati in minoribus comprehenduntur, in pœna suspensionis *de qua ibi, vt dicetur infra 7. part. capit. primo, numero 7. vbi vide*, & omitto constitutionem 29. Sixti V. contra male promotos, quia per Clementem 8. est reducta ad terminum sacrorum canonum & S. Concilij Tridentini, *vt dicetur infra sequenti parte c.5.*

143 Sic etiam reseruatio pensionis † tali facta est nulla *Hieron. Gabriel supra, & Flam. Paris. numer. 60. Cæsar de Grassis Decis.87. num.4.* & Rotam censuisse collationem beneficij, & reseruationem pensionis tali factam non subsistere, additio Nauarri *in dictis Consiliis* contra ipsam affirmat, & in vna Cæsaraugustana pensionis 9. Martij 1598. coram D. Orano
144 fuit † resolutum, quod *Clericatus susceptus cum literis dimissoriis non proprij Episcopi, non suffragatur vt sibi pensio transferri posset, cum non esset subditus eius, nec ratione originis, vel domicilij, nec beneficij*, cap. cum nullus de temporibus ordinan. in 6. *nec refert quod habitasset in domo illius Episcopi per decennium, quia cum esset cum eo tanquam Patruo, & sic in domo aliena, excludit præsumptionem, quod permanserit causa constituendi domicilium, &c.*

Sed stante quod illegitimus, vel alias incapax be-
145 neficij † non sit capax huiusmodi pensionis absque dispensatione, dubitatur an dispensatus ad beneficia absque expressione pensionis, possit vigore huius dispensationis pensionem obtinere.

In quo Gigas *quæst.18.* tenet quod non nisi cum
146 consecutus † beneficium, ex dispensatione illud postea resignasset reseruata sibi pensione, quia dispensatio est stricti iuris, & non extendenda ad aliū casum *sequitur Rebuffus d. tit. de dispensatione ad plura, num.65. & videtur sensisse Rota in Cæsaraugustana pensionis.*

147 Tertia Februarij 1590. coram † D. Gipsio, in qua, *Cum fuisset pensio reseruata illegitimo non obstante defectu natalium, qui alias erat dispensatus ad obtinēdum vnum beneficium, pensio prætendebatur nulla, quia in eius reseruatione non fuerat facta mentio de prima dispensatione, nam si Papa sciuisset primam dispensatiōnē non ita de facili concessisset pensionem, nec prima dispensatio cum sit stricte interpretanda, erat extendenda ad pensionem, nihilominus tamen fuit resoluta pensionē esse validam, præcipue ex clausula, quod dispensationes oraterus haberentur pro expressis, quæ erat posita tam in prima quam in secunda gratia qui habet vim expressionis. Butrius consil.2.* Ita in d. Cæsaraugustana, quod
Gigas *q.19.* ait procedere etiam † si esset dispensatus 148
ad beneficia cum cura, & sine cura, & alia quæcunque beneficia, & Rebuffus, *d. tit. de dispensatione super defectu nataliū, n.19.* etiamsi esset dispensatus ad beneficia, etiam quæcumque generaliter, dicit tamē Rebuffus *ibi* quod forte contrarium est verum, vt alibi dicet, & Zechus, *dict. ca.11. num.7.* ait quod non sat est, quod sit dispensatus ad beneficia cum cura, & sine cura, nisi addatur, & quodcunque aliud beneficium.

Verum Gigas *in dict. quæst.19* in † fine dicit, quod 149
præmissis non obstantibus, si esset iudex iudicaret semper illegitimum dispensatum quo ad ordines, & beneficia esse capacem Ecclesiasticæ pensionis, *& idem tenet Rebuffus dict. titulo de dispensatione super defectu natalium numer.*82. Quod † mihi placet, nam 150
cum non sit alia ratione incapax pensionis, nisi quia cedit loco beneficij, dispensatus ad beneficia, erit etiam consequenter dispensatus ad pensionem, nec hoc est extendere dispensationem. Et opposita sententia, † solum erit vera in dispensato specialiter ad 151
certum beneficium argumento eorum, quæ tradit Tiraq. *in l. boues, §. hoc sermone. ff. de verborum significatione, n.36.*

Vnde dispensatus ad beneficium si consequatur
pensionem, † consumet per eam suam dispensatio- 152
nem. Nam ea licet sit ad beneficium † incertum, & 153
in communi intelligitur de primo, *c.1. §.1. de filiis presbyterorum, lib.6. c. non potest, de præbendis, eodem lib. Archidiaconus in d. c.1. ad finem, vbi id dicit pronunciasse Bonifacium Papam Lap. Anchar. q. penul. Domin. n.3. & Franciscus n.12. ibi Rota decis.1. de filiis Presbyt. in nouis. Bellamera decis. vlt. & consi.32. Feli. in c. si de tregua & pace nu.4. Rebuffus d. tit. de dispensatione super defectu natalium, n.85 & in concordatis in forma mandati, verbo dispensationum. Tiraquellus d. §. hoc sermone, à n.29. Rofinus de beneficiis c.13. à n.36. Achilles decis.285. seu 1. de concessione præbendæ, Mandos. consi.2. n.3. & Nauarr. consi.9. de præbendis.*

Licet contra teneant Monachus, *num.11.* † & Ioan. 154
And. *in d. c.1.* & Gambarus *de officio legati lib.7. à numero 137. ad 241. & lib.10. num.122.* Quem vide *in c. vnico de rerum permutatione in 6. n.79. & 80.* & Enriq. *in summa lib.13. c.57. §.5. & lib.14. c.8. § 10. glossa* C. quod dicit æquius, Mandos. *d. consi.2. num.90.* & satis probabile Th. Sanchez *de matrim. lib.8. disp.31. n.11.* qui alios citat.

Et pensio habet vicem beneficij, & cedit † loco 155
beneficij, ad quod erat dispēsatus, *& ita sentit Rebuffus d. nu.82. & 83.* & audiui ita dixisse Illustrissimum Cardinalem Contarellum datarium Gregorij XIII. peritissimum & integerrimum, nempe, per consecutionem pensionis consumi dispensationem ad beneficia.

Ex quo falsum videtur, id † quod dicunt Gigas 156
d. q.18. in fin. & Rebuffus, *titulo de dispensatione ad plura, numer.65.* quod si dispensatus ad beneficium, illud

illud consequatur, & postea resignet reseruata pensione super eius fructibus, potest illam habere, quia si potuit retinere totum beneficium, ergo & illius partem, scilicet pensionem, cum idem iuris sit de toto ac de parte.

Nam hæc ratio nihil valet, pensio etenim non
157 est pars † beneficij, sed ius quoddam separatum, & formale de per se distinctum ab ipso beneficio, *vt supra dictum est, numero 49.* & contrarium videtur tenere ipse Rebuffus, *d. tit. de dispensatione super defectu natalium, n.84.*

In dispensato tamen ad beneficia in plurali, pro-
158 ut Gigas loquitur † erit vera ista sententia alia ratione, nempe, quia effectus illius dispensationis non extinguitur *in 1. Oldradus consilio 215. Tiraquellus supra, numero 18. & Nauarrus consilio 26. de præbendis*, atque ideo virtute talis dispensationis poterit obtinere pensionem sibi reseruatam in resignatione, *iuxta dicta.*

159 Sed an Episcopus possit cum † illegitimo dispensare ad pensiones, sicut potest ad beneficia simplicia, *capit. primo, de filiis presbyterorum in 6. de quo infra 7. parte cap. secundo.* existimo indistincte quod sic, dummodo non sit super beneficio paterno, *propter decretum Concilij session.25. de reformat. capit. decimoquinto.* Quamuis Gigas *quæstione* 17. distinguit, quod in casibus in quibus potest illam imponere, potest dispēsare, in aliis vero non, *quem refert Rebuffus d. titul. de dispensatione super defectu natalium n.7. & sequuntur Quintanaduenas d. lib.1. c.6. num. 6. & Zechus d. cap. 1. n.9.*

Vltimo inferri videtur pensionem non facere
160 spolium, nec pensionarium † iure prohiberi testari de redditibus pensionis, &c. cum non sit beneficium *Gigas quæstione 52. Couarruuias in cap.1. cum in officiis, numero sexto ad fin. de testament. Quintanaduenas libro secundo Ecclesiastico, numero 7. Menochius de arbitrariis casu 172. in additione, num.12. & 13. & Zerola in praxi Episcopali 2. part. verbo pensionarius § 25. & verbo spolium. §.15. Bursatus consi.178. ex numero 27. ad 37.*

161 Nihilominus tamen verius est † quod pensio æquiparatur beneficio in materia spoliorum & facultatis testandi, & disponendi de redditibus, ex quo datur loco beneficij, *vt per Reduanum de spoliis Ecclesiasticis, §. ex his, & de rebus Ecclesiæ rubric.33. quæstione prima ad finem Nauarrum de redditibus quæst. 1. monito 32. numero 2. & 3. & de spoliis 8. numer. octauo. per constitutionem Pij quinti, quam ibi explicat, & Molinam de iustitia. 1. tomo tractatione 2. disputatione* 145.

§. 1.

De diffinitione pensionis

SVMMARIA.

Diffinitio pensionis tradita per Gigan. numero 162. quæ parum differt à diffinitione Corrasii numero 163.

Defenditur ab impugnationibus Rebuffi. numero 164. non placent diffinitiones Gambari, & Rebuffi, numero 165.

Diffinitio Gigan. displicet. Nauar. n.166 eius diffinitio quæ non placet, n.167.

Diffinitio Vgolini, n.168. & Toleti. n.169.

Melior diffinitio, num.170.

Pensionarius tenetur pro rata soluere subsidium & excusatum, & alia onera imposita respectiue fructuum, n.171. nisi pensio sit reseruata libera, & exempta ab omni onere, n.172.

Exemptio in subsidio, & excusato solum durat pro illo quinquennio, n.173.

Resolutio Rotæ, n.174.

Contributio subsidij, & excusati per pensionarium fieri debet habita ratione veri valoris beneficij, & quantitatis quam titularis soluit, numero 175. 176. & 177.

Dimisso beneficio non tenetur quis ad solutionem pensionis, nec ad cautionem bancariam promissam, etiamsi ei consenserit, & se obligauerit in forma cameræ, & cū iuramento, n.178. & cessat obligatio fideiussorum, nu. 181 & etiam si resignatio sit nulla si resignatarius possidet, n.182.

Resolutiones Rotæ, n.179. & 180.

Intrusus & possidens beneficium sine titulo tenetur ad solutionem pensionis etiam non verum titulum habens, dict. numero 187. Permutans, & optans bona retento titul. beneficij tenetur ad pensionem, num. 183.

Resignans tenetur ad soluen. pensionem stante clausula, quod non possit resignare in fauorem alicuius, nisi facta pensionario intimatione, ac facta obligatione per resignatarium, n.184. & 185.

Stante clausula, quod alias resignatio censeatur facta in fauorem pensionarij nihilominus, resignatio est valida si ille non egit ad beneficium 186.

Huiusmodi clausula non solet hodie concedi, nisi in pensionibus pro Palatinis, numer.187. vbi ponitur clausula.

Beneficio vacante, pensio secunda est ex fructibus ab œconomo, num.188. & sequestrato beneficio à sequestro, n.189.

Pensio soluenda est inter antecessorem, & successorem in beneficio pro rata temporis, quo quis possidet, & gaudet fructibus, n.190.

An successor in beneficio teneatur soluere pensiones decursas tempore antecessoris, nu.191. vsque ad 202. resoluitur, teneri, si facta fuerint diligentiæ contra prædecessorem, alias non, de stylo Rotæ licet in rigore, & puncto iuris teneatur, licet non factis diligentiis.

Sufficiet facere diligentias contra hæredes, & bona prædecessoris, n.203.

Pensionarius tanquam creditor prefertur Ecclesiæ Cathedrali in Pontificali, & ornamentis pro pensionibus debitis ab Episcopo defuncto, numero 204. & 205.

An pensio constituta super fructibus, & distributionibus præbendæ, pro tempore vacationis seu quo beneficiatus non lucratur, sit soluenda à capitulo, num.206. vsque ad 220.

Supposita parte affirmatiua, an obligatio soluendi pensionem, incumbat solum capitulo, an vero etiam singularibus de capitulo, pro parte quam percipiunt, n.221. vsque ad 225. vbi distinguitur.

An excommunicatus seu suspensus, qui non percipit fructus beneficij, teneatur de suo soluere pensionem an vero sit soluenda ex fructibus, n.226. vsque ad 230. resoluitur soluendam ex fructibus.

Excommunicatus tenetur ratione beneficij recitare licet non percipiat fructus, n.231. & 232.

Pensio debet solui in loco beneficij, nisi aliud in reseruatione expressum sit, n.233.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

S. pensionarius, aut eius procurator, non esset ibi vbi a- ... in literis destinata solutionis, pensionem debens non esset in mora seu culpa, num. 234. quamuis ad ... dum verum ille reperiatur, quia erat forensis deberet fieri proclama, & ad effectum clausula sine retardatione depositum, num. 235.

Pensionarius præfertur in fructibus benef. quibusuis creditoribus, num. 236.

Habens beneficium pensione grauatum non vtitur beneficio capit. Odoardus quo ad pensionem, numero 237.

In restitutione fructuum facienda per condemnatum, habenda est ratio, & detrahenda quantitas pensionis anti quæ soluta, licet non alias quam ipse consenserit, num. 238.

Pensio extinguitur morte pensionarij, num. 239. nec potest transferri nisi quando adest clausula transferendi, num. 240.

Clausula transferendi, non censetur per quascumque clausulas generales concessa, nisi speciali mentione facta num. 241. & a solo Papa concedi potest, numero 242.

Clausulam facultatis transferendi, & formam huiusmodi translationis qui ponunt, num. 243.

Huiusmodi translatio, iuxta clausulam facultatis fieri debet coram persona in dignitate Ecclesiastica constituta, & potest fieri coram Canonico Cathedralis Ecclesiæ, num. 244.

Non potest fieri coram Canonico Ecclesiæ Collegiatæ, numer. 245.

Potest fieri per procuratorem, num. 246.

Clausula transferendi, intelligitur de prima duntaxat; num. 247. vbi ponitur Decis. Rotæ, sicut etiam facultas retinendi pensionem, non obstante matrimonio intelligitur de 1. nu. 248.

Per translationem inualidam non consumitur facultas transferendi, num. 249.

An literæ facultatis transferendi debeant præsentari coram iudice, remissiue, num. 250.

Pensio etiam transfertur in alium de consensu pensionarij, & eam soluentis authoritate Papæ num. 251.

Transfertur etiam in vim priuilegiorum militum S. Petri, & S. Pauli, & aliorum officialium, n. 252.

Sed dicta priuilegia sunt reuocata per Pium 5. num. 253. priuilegium Lauretanorum, num. 254.

Per translationem extinguitur prima pensio & noua creatur, n. 255. resol. Rotæ, num. 256.

Aliæ resolutiones Rotæ. 257.

In translatione pensionis, non habet locum regul. de infirmis, numero 258. nec constat de publicat. number. 259.

Alia de materia translationis remissiue, n. 260.

Pensiones reseruatæ in persona, & capite vnius, ad commodum tamen alterius per cuius obitum expirent, n. 261. cum seqq. resoluitur expirare pro morte vtriusque.

Reseruatarius in cuius persona fuit pensio reseruata an possit valide eam transferre, & cassationi consentire, etiam sine consensu eius in cuius commodum est, num. 268. & 269. resoluitur affirmatiue.

Probatio ad cuius commodum, & contemplationem sit pensio reseruata sumitur ex libro datariæ, num. 270. Decis. Rotæ num. 271. & 272.

162 VIso quod pensio non est beneficium, oportet videre quid illa sit, & quidem Gigas *quæstio. prima; num. primo.* ex Cardin. & Imola eam sic diffinit, quod est certa portio ex aliqua mensa vel beneficio, ex causa ad tempus non in perpetuum separata, quam diffinitionem sequitur *Zech... de beneficiis & pensionibus cap. 11. num. 1. aliquibus additis.* Et parum differt ab ea quam tradit Corrasius *de beneficiis. 1. parte cap.* 163
4. num. 6. nempe † quod est moderata quædam portio ex redditibus beneficij, authoritate superioris ad tempus separata per modum quantitatis, & cum causa alteri assignata.

Sed illa diffinitio non placet † Rebuffo, *de pacif. possess. num. 112. alias 96.* 1. ex eo quod non conuenit pensioni perpetuæ, quæ constituitur vicario perpetuo, vel alteri: sed respondetur, quod ista non est pensio de qua agitur in proposito. Secundo, quia conuenit aliis a definito, nempe quæ datur in titulum beneficij, & tamen non est pensio, prout hic accipitur, sed *vt inquit Gigas ibi numero 5.* per illud verbum, ad tempus, diffinitio ista non conuenit beneficio, quod regulariter est perpetuum. 164

Ex aliis etiam eam impugnat Gambarus *de officio legati † lib. 6. a num. 9.* quæ tamen non multum vrgent, & eius diffinitio quam *ibi* tradit, *numero 12.* non est bona, sicut nec ea quam tradit Rebuffus *supra, num. 113. alias 97.* cum qua concordat diffinitio Ioannis Nicolai Delphin. *de iure patronatus, libro 1. num. 61.* 165

Adhuc tamen prædicta diffinitio displicet Nauarro † *consi. 63. num. 6. de simonia, & in manuali cap. 23. num. 111.* ex eo quia conuenit etiam stipendiis, quæ constituuntur etiam laicis, ex fructibus mensæ vel beneficij, vlterius, quia sicut beneficium non est fructus qui percipiuntur ex illo, sed ius illos percipiendi, pensio non est certa portio fructuum, ita mensę vel beneficij, sed potius ius percipiendi illam. 166

Vnde ipse aliter diffinit dicens, quod pensio Ecclesiastica † prout in hac materia capitur, est ius non temporarium, sed spirituale aut spirituali annexum, non antecedenter, vt ius patronatus, sed dependenter aut consequenter, instar beneficij. Sed reuera ista diffinitio in parte videtur superflua, seu prolixa, & in parte diminuta. 167

Vgolinus vero *de simonia † tabula prima de simonia in genere cap. 18. §. 3. num. 3.* sic diffinit, quod pensio hæc, est ius quoddam spirituali annexum: quo quis pecuniam seu fructus ex beneficio aliquo Ecclesiastico consequitur. 168

Et Cardinalis Toletus *in summa † libro 5. capite 81.* sic describi posse ait, quod est ius percipiendi fructus ex alieno beneficio, in qua diffinitione comprehendit pensionem spiritualem, & temporalem. 169

Ex quibus diffinitionibus præsertim Gigantis, † Corrasij, Nauarri, & Vgolini potest confici melior diffinitio, dicendo, quod est ius spirituale seu illi annexum instar beneficij percipiendi certam portionem ex fructibus mensę vel beneficij ad tempus. Quę diffinitio declaratur, & comprobatur ex supradictis. 170

Ex qua diffinitione infertur primo, quod cum pensio apponatur † super fructibus, & redditibus beneficij, pensionarius tenebitur pro rata pensionis, soluere subsidium & excusatum, & alia onera imposita respectu fructuum beneficij, *Gigas quæstion. 38. 59. 66. & 90. & consilio 117. seu responso octaue, de pensionibus. Rebuffus de pacificis possessoribus numero 138. alias 120. Gambarus de officio legati libro sexto, quæstione 5. ex numero 207. Nauarrus consil. 1. de Ecclesiis ædificandis Velascus de iure emphyteut. quæstione 17. num.* 171

17. numero 9. Ioannis Garcia de expensis, & meliorationibus capite 11. numero 58. Mohedanus Decision. 4. de locato alias 134. Puteus 386. libro 2. Marche. *de commissio. parte 2. capite 4. de commissione appellante. numero 49.* qui ait, quod cum pensionarius ad ea onera teneatur pro concurrenti quantitate, rector illa soluens retentione pro rata vti poterit, *Decius consilio 156. Caccialupus, quæstione 17.* nec eius occasione debet dari clausula sine retardatione solutionis pensionis, &c. *& Rota Decis. 298. num. 2. p. 1. diuersorum, & in Asculana pensionis de qua infra numero 174.*

Quod procedit nisi pensio sit reseruata libera,
172 & exempta ab omni onere, † quia tunc onus pertineret in totum ad rectorem seu titularem beneficij. *Gigas dict. quæstione 38. 59. & 90. & d. Cons. 117. seu respons. 8. Nauarrus Ioann. Garcia, & Marche. supra de qua clausula vide Gambarum supra a numero 216. Mohedanus d. Decis. 4. & Puteus d. Decision. 386. & Flam. Paris. de resignatione lib. 2. quæstione 2. num. 135.*

Quæ tamen exemptio in subsidio, & excusato, so-
173 lum durat pro illo † quinquennio, nam in sequenti solet derogari huiusmodi exemptionibus, & clausulis in concordia, quæ fiunt inter Regem, & statum Ecclesiasticum & confirmationem illius, vt in vna Toletana pensionis fiue excusati. 20. Nou. 1581. coram D. Cantucio, *quæ est secunda parte diuersorum Decis. 161.* quæ est videnda in proposito.

Et alias in vna Asculana pensionis 17. Februarij
174 1586. † coram D. Pamphilio fuit resolutum: *Pensionarium teneri contribuere pro rata sua pensionis in oneribus per religionem Hierosolymitanam impositis super fructibus, super quibus est reseruata* ex Gigante, dict. quæstione 59. *non obstante clausula exemptionis ab omni onere, quia hæc exemptio fuit sublata per constitutionem Gregorij 13. vt in d. Toletana excusati, &c.*

175 Pensionarius autem, quatenus † teneatur ad contributionem subsidij, & excusati, ea fieri debet, habita ratione veri valoris beneficij, & eius quantitatis, quam titularis reuera soluere tenetur iuxta modernam taxam factam pro exactione subsidij, & excusati, ita fuit resolutum in vna Salamantina prætensi defalcus subsidij, & excusati, 12. Maij 1595 coram D. Seraphino, & patet ex breui subsidij Pij 5. 21. Maij 1571.
176 vbi sic habetur: *Itaque qui ... fructus, redditus, † & prouentus, iura, obuentiones, emolumenta sibi loco pensionum annuarum, ac etiam pensiones annuas sibi super similibus fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, obuentionibus, emolumentis, & distributionibus, etiam sub quibusuis exemptionibus, & immunitatibus a similibus vel dissimilibus oneribus genere reseruatas, & assignatas habentes, & percipientes pro Rata veri valoris Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum super quibus pensiones huiusmodi reseruatæ, & assignatæ fuerunt, contribuere teneantur.* Nec huic contradicit
177 Gigas *consilio 119. seu responso 10. de pensionibus,* † quia commissarius generalis harum gratiarum, aliter seruet, nempe præcipiendo defalcari iuxta valores factos in qualibet diœcesi, & milliaria, ad eam spectantia.

178 Secundo ex dicta diffinitione † infertur, quod cum pensio imponatur super fructibus & redditibus beneficij, illo dimisso siue per resignationem etiam ex causa permutationis, siue per optionem, siue per assecutionem alterius incompatibilis, vel alias, non tenetur quis amplius ad solutionem pensionis, nec ad cautionem Bancariam promissam, nisi remaneat in detentatione, etiam si ei consenserit, & se obligauerit in forma cameræ & cum iuramento ad eam soluendam. *Gambarus dict. libro 6. 8. & 9. quæstione, ex num. 405. & 421. Mandos. d. signatura gratiæ titulo de pensionibus, versiculo, quæ resignari beneficium, & sequenti. Mohedanus Decis. prima de renunt. alias secunda, & Decision. 14. de locato alias 195. Bursatus consilio 362. libro 4. & Flam. Paris. dicens communem de resignatione libro 1. quæstione 8. & libro 6. quæstione 2. numero 148. & sequentibus, & libro 10. quæst. 8. num. 26. & 27. & Gigas quæstione 65. numero 1. & 2. & Gonçalez gloss. 34. a num. 45.*

Et ita in vna Prænestina & Senens. pensionis 10. 179
Ianuarij 1558. coram D. Quiroga fuit resolutum. *Obligantem se in forma cameræ de soluenda pensione imposita super beneficio per eum obtento, non teneri ad solutionem pro beneficio, post obligationem resignato, quia obligatio est facta propter fructus beneficiorum.* Roma. consilio 417. Tiraquellus in tract. cessante causa verbo promissionis num. 217 parte prima.

In qua tamen causa coram † eodem 20. Maij, & 180
prima Iulij eiusdem anni fuit resolutum: *Quod quamuis non liceat constituere pensionem priuatam sine authoritate Papæ, nec augere* Decius Consil. 141. *potest tamen qui resignauit beneficium, super quo erat imposita pensio, obligare se post resignationem ad soluendam pensionem, quia non prohibetur quis fideiubere pro alio, & obligare se pro re aliena, &c.* Refert, & sequitur Flam. Paris. *d. lib. primo quæst. 8. numer. 16. & 17.*

Quæ illatio ampliatur primo, † vt etiam cesset 181
obligatio fideiussorum datorum *Mohedanus Decis. 6. de locato alias 137. Flam. Paris. d. lib. 1. quæst. 8. numero 10.*

Secundo ampliatur vt procedat † etiam si resi- 182
gnatio sit inualida, & nulla si resignatarius possidet *Mohedanus Decis. 30. de renunti. alias 216. Bursatus supra num. 25. & Flam. Paris. d. quæst. 8. num. 44.* nam & intrusus, & possidens beneficium sine titulo, ex quo percipit fructus, super quibus pensio est reseruata, tenetur ad eius solutionem, non autem beneficiatus verum titulum habens *Gigas cons. 138. seu responso 29. Bursatus supra n. 19. Rota Decis. 699. num. 1. part. 1. diuersorum.* limitatur tamen † vt non procedat, 183
quando quis retento titulo beneficij, super cuius fructibus pensio est imposita, permutat eius bona pro aliis bonis seu præbendis, quæ subrogantur in locum bonorum dimissorum, nam is tenetur ad pensionem, *vt fuit resolutum in vna Vallisoletana pensionis 1. Maij 1602. coram D. Pamphilio vt r... adit Gonçalez d. gloss. 34. n. 48.* sicut qui retento primo tit. Canonicatus, & præbendæ optaret alia bona pro præbenda temporali *Gigas quæst. 63. numero 3. & 4. & Gonçalez supra num. 46. & 47. & conducit quod dicitur 5. parte cap. 1. numero 469.*

Limitatur tandem vt non procedat, † quando in 184
reseruatione pensionis est clausula, vt is qui pensionem consensit, non possit in fauorem alicuius beneficium resignare, nisi prius facta pensionario intimatione, ac facta simili obligatione per resignatarium, de soluenda pensione cum omnibus, & singulis clausulis, & cautelis, &c. Quam clausulam sæpe concedi solitam attestatur Mandos *supra, quem refert Flam. Paris. d. lib. 6. quæst. 2. n. 148.* stante huiusmodi clausula ex qua resignatio aliter facta non valeret in præiudicium pensionarij. Sicut alienatio † rei specia- 185
liter hypothecatæ cum pacto de non alienando, non valet in præiudiciũ creditoris. *l. si creditor §. fin. ff. de distract. pignorum. l. finali. §. part. §. Ioan. Gutierrez in*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

l. non potest ff. de legatis.1.ex num.28.Crescen.Dec.1. de Pignor.& plures relati per Valdes in additis. ad Rodericum Suarez.in l.post rem iudicatam in declaratione legis regni limitatione num.5. & 13. Resignans tenetur adhuc ad soluendam pensionem, ac si non resignasset, & insuper in d.clausula solebat addi quod alias resignatio censeatur facta in fauorem pensionarij, vt per Flam.Paris.li.4.quæst.4. qui recte, ait, quod
186 nihilominus † resignatio facta absque prædicta intimatione, est alias valida, si ille cui facienda erat intimatio, non egit ad beneficium, vt fuit resolutum in vna Abulen. Archipresbyteratus de mense Nouembris 1555.coram D.Fraitucio, vt habetur Decis. 232.diuersorum, in manuscriptis, ad legem filius præterito.ff.de iniusto rupto, & Puteum Decis.8.lib.2.

187 Sed hodie huiusmodi clausula non † solet concedi, nisi in pensionibus pro Palatinis, & alijs gratis Pontifici, in quibus apponitur sequens clausula amplissima: *Quodque tam ipse. N. quam quicunque alij in dicto Canonicatu, & prebenda quomodocunque successores pro solutione pensionis per præsentes reseruatæ, & pro indemnitate, & releuatione. A. pensionarij, & translatariorum prædictorum sese ac suos hæredes, & successores suaque & eorum bona, quæcunque ac fructus, aliaque huiusmodi in ampliori forma cameræ Apostolicæ. N. videlicet ex nunc successores vero quilibet prædicti infra bimestre à data prouisionis tam ordinaria, quam Apostolica authoritate, eis quam facta computandum validæ, & efficaciter obligare, ac cautionem Bancariam idoneam ad arbitrium. A. & translatariorum prædictorum sufficientem ad Triennium duraturam & 3. quoquam anno, & per sex menses ante finem eiusque Triennij, quoad reseruatio pensionis per præsentes reseruata prædicta durauerit, renouandam in curia prædicta, & propterea duos vel plures Romanæ curiæ officiales, vel alios fideiussores ipsam curiam actu sequentes idoneos, qui etiam cuicunque N. & successorum prædictorum obligationi huiusmodi pariter accedentes vel principales, & insolidum sese ac suos hæredes, & successores suaque & eorum bona quæcunque ac fructus aliaque huiusmodi in eadem forma cameræ Apostolicæ efficaciter omnino obligent, ac ipsis officialibus seu fideiussoribus aut Bancario, qui cautionem præstiterit vel eorum quocunque decedente vel ab vrbe recedente, aut sua officia dimittente, vel amittente aut conditionem deteriorante alios, idoneos Bancarium seu Bancarios, & officiales, qui similes obligationes etiam de renouando insolidum, & principaliter faciant, hic in curia præstare teneantur, & ad id censuris Ecclesiasticis etiam executione procedendo cogi possint. Quodque nec. N. nec omnino illius successorum prædictorum Canonicatuum, & prebendam quæ dictos etiam pure, libere ac simpliciter in manibus Sanctitatis vestræ, seu pro tempore existentis Romani Pontificis, aut loci ordinarij, aliasve quomodolibet resignare seu dimittere, aut iuri sibi in illis vel ad illos quomodolibet competenti, cedere seu desuper cum aliquo concordare possit, neq; etiam de illis prouisio seu commenda cuiquam siue Apostolica, siue ordinaria vel alia authoritate etiam motu proprio valide fieri queat, nisi ille, vel illi cui seu quibus Prouisio, seu commenda de illis facta fuerit, similiter sese ac suos hæredes & successores, suaque, & eorum bona quæcunque, ac fructus aliaque huiusmodi obligauerint similesque cautiones, & officiales ac fideiussores suffecerint, & renouare fecerint, alioquin semper tam. N. & eius successores præmissa etiam suo tempore legitime adimplentes, quam eorum omnium hæredes, cautiones, officiales, ac fideiussores eo vsq; obligati fuerint, & remaneant, donec per tunc successores præmissis omnibus singulatim, & absolute satisfactum erit, quodque nisi illi cui de dicto Canonicatu, & prebenda etiam ex vacatione huiusmodi pro tempore tam in Romana curia, quam extra eam vt præfertur prouisio seu commenda facta fuerit, præmissis vt præfertur vnquam satisfecerit cum effectu, quæuis collationes, prouisiones, commendæ, & alia dispositiones huiusmodi in fauorem A. & translatariorum prædictorum, eo ipso facta sint, & esse censeantur, ac A. & translatarij prædicti, tunc eorundem Canonicatus, & prebenda possessionem litterarum super præsentibus conficiendarum vigore assequi, eo ipso, & absque alia iudicis declaratione, & ministerio Canonicatum, & prebendam prædictos, quoad vixerint, retinere libere & licite valeant.*

Tertio ex dicta diffinitione infertur, beneficio
vacante † vel quasi pensionem soluendam, & ex 188
fructibus eius ab œconomo seu administratore, Gigas, quæstione 65. Bursatus dicto consilio 361. numero 24. Ioann. Gutierrez canon. quæstione libro primo capit. primo numer. 116. Flam. Paris. d.lib.1.quæstione 8. numero 23.

Similiter sequestrato beneficio † pensio soluenda 189
est à sequestro Gigas quæst. 72.

Quarto ex dicta diffinitione † infertur pensionem 190
soluendam esse inter antecessorem, & successorem in beneficio pro rata temporis, quo quis possidet beneficium, & gaudet fructibus, non habita consideratione temporis, quo erat soluenda, quod fuit vel non maturatum, Mohedanus Decisione sexta de locato. alias 237. & Flamin. Paris. dicta quæstione 8 numero 51. ita fuit resolutum in vna Romana pensionis 22. Iunij 1598. coram D. Pena, quod etiam fuit dictum in vna Cæsaraugustana pensionis 20. Aprilis 1592 coram D. Pamphilio de qua infra n.202.

Et an successor in beneficio † teneatur soluere 191
pensiones decursas tempore antecessoris, difficilis est quæstio, in qua Gigas quæstione 39. 40. 41. & 51. numero 29 post Francum in capit. fin. §. fin. numero quarto de officio ordinarij in sexto, docet teneri in omnibus casibus in quibus antecessor illam soluere tenebatur, cum sit onus reale, cum quo beneficium transit, & dicit ita in facto obtinuisse in ciuitate Venetiarum, & esse tunc in electione pensionarij agere, vel contra hæredem defuncti siue ipsum antecessorem viuentem, vel contra nouum beneficij possessorem, qui contra illos habebit recursum, pro eo quod sic soluerit, consulit tamen, quod potius agat contra possessorem beneficij quam contra hæredem, quia contra possessorem cui literæ intimatæ fuerint procedi potest executiue, contra hæredem vero non nisi via ordinaria. Sicut etiam per hæredem pensionarij contra rectorem beneficij agitur via ordinaria, idem Gigas quæstione 45. numero sexto sequuntur Guerrero, capit. 62. numero 14. Valascus de iure emphyteotico quæst. 17. numero 19. Ioann. Garzia de expensis & meliorationibus capit. 11. numero 54. Bursatus dicens probabiliorem, & communiorem dicto consilio 361. à numero 20. Nauarrus consilio primo, numero quarto, & consil. secundo, numero tertio & quinto de solutionibus dicens receptiorem, & stylum curiæ id habere Ioann. Gutierrez dicto capit. primo numero 111. & sequentibus dicens veriorem, & communem. atque proinde tenendam in iudicando & consulendo, & Vincent. de Franciis Decisione 107. numero 15. & 16. Quintanaduennas libro primo, capitulo octauo, numero quinto, & libro secundo numero 44. Surdus consilio 254. numero 19. Salcedo prima parte Decisione 149. Zerola in praxi

praxi Episcopali secunda parte verbo pensio. §. septimo, & verbo pensionarius. §. primo & Zechus de benef. & pensio. capitulo 11. numero octauo, versiculo tertio, capitulo 13. numero octauo, versiculo hinc infertur, & Simon de Pratis de interpretatione vltim. volunt. libro quarto, dubitatione vndecima, numero 31. pagina 359. & Collator libro tertio, cap. 1. numero octauo, in pragm. agricol.

Contrarium tenet Gambarus dict. lib. 6. q. 10. ex
192 num. 428. † cum quo tenet Flam. Paris. lib. 6. quæst. 3. num. 19.

Hæc quæstio fuit in Rota controuersa, & olim
193 † nondum decisa ob varietatem Dominorum, vt refert Cassadorus Decisione tertia, numer. secundo & Decis. quarta, numero tertio de locato, & Gambarus dict. numero 528. nam Domini nunquam voluerunt resoluere quod debeatur à successore ne indies peteretur, Achilles Decision. 415. seu tertia de pensio. & quod Rota nunquam voluit iudicare successorem teneri ad pensiones per prædecessorem non solutas, testatur Crescen. Decision. tertia de solutionibus ad finem, & Antonius Augustinus libro tertio Decis. 12. quæ est tertia parte, diuersorum, libro tertio, Decision. 1182. quod non solet Rota procedere contra successorem refert Bursatus dicto numero vigesimo, & Flam. Paris. dict. libro sexto, quæ-
194 stione secunda, numero 103. quamuis idem † Bursatus ibi numero 31 & Flam. Paris. libro primo, quæstione 8. nu. 40. dicant Rotam quandoque iudicasse contra successorem in Decis. prima, & tertia Achilles de
195 pensionibus. † Quæ tamen Decisiones nihil faciunt. nam dicta Decis. prima non agit de hoc, & tertia lo-
196 quitur in casu speciali, melius faceret † decisio Putei 189. libro secundo, numero quarto. vbi dicitur quod Rota admittebat dictum Gigantis, vt contra nouum possessorem possit agi, quando nouus possessor possit recurrere contra hæredes percipientis, &c. quam refert & sequitur Ioann. Gutierrez supr. numero 112. ex
197 qua Decisione † Salustius Tiberius in practica auditoris cameræ, libro tertio, capitulo tertio, numero 24. inquit retroactis temporibus audiuisse, quod pensionarius possit agere contra nouum possessorem beneficij pro pensionibus antea decursis, quando tamen nouus possessor possit regressum habere contra hæredes percipientis. Sed reuera in dicta Decis. Putei id dicitur pro responsione, & satisfactione argumenti.

198 Iacobus Buca in tractatu de stylo curiæ auditoris cameræ cap. 24. in hac † quæstione ait vidisse teneri, & obseruari per R.P.D. Nicolaum de Picolominibus, tunc locum tenentem Domini auditoris, videlicet quod successor teneretur etiam ad soluendas pensiones decursas tempore sui prædecessoris, dummodo ei cui est assignata pensio, probet se fuisse in possessione percipiendarum dictarum pensionum, & à Domino Sagante famoso procuratore dictæ curiæ ita audiuisse fuisse iudicatum per R.P.D. Simonetam tunc auditorem Rotæ in quadam causa, pro R. P. D. Andrea Libo Episcopo Terracinen. superueniente postea D. Carolo Baccio Aretino, qui in locumte. d. Tribunali, & ipso adhuc dubitante super huiusmodi processu, se consuluisse de suo mandato ad R.P. D. Cassadorum auditorem Rotæ, à quo habuit tale responsum, quod erat verum, quod Rota tenuerat alias, vti proxime dixit, & ita fuerat iudicatum, sed postea mutauit aliqualiter sententiam, videlicet, quod fieret discussio contra hæredes primi debitoris, &c. Sed si tales hæredes fuissent reperti non soluendo in subsidium Rota procedebat contra successorem in d. beneficio, pro pensionibus debitis, per dictum suum prædecessorem, quia ista actio non sequitur personam, sed rem, hæc Buca.

Et quidem Rota iam tenet successorem teneri si
factæ fuerint diligentiæ † contra prædecessorem, alias 199
non, vt in vna Hispalen. pensionis de anno 1577. coram illustrissimo Blancheto in qua Domini dixerũt: *Didacum reintegrandum pro tota summa, vtcunque diligentiis factis contra prædecessorem*, vt fuit resolutum in vna Brixien. pensionis coram D. Grato. Et in vna Cæsaraugustana pensionis 13. Aprilis 1592. coram Illustrissimo Pamphilio in qua fuit resolutum, *Non posse sustineri sententiam auditoris cameræ, quatenus condemnat Pastranam ad solutionem pensionis pro termino Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ anni 1588, quia prætendit illum deberi à Pastrana tanquam à successore Ioannis Laurentij, & cum non constet nec constare possit, de aliquibus diligentiis contra Ioann. Laurentium, qui obijt ante diem solutionis, frustra molestatur successor, quem non factis diligentiis contra prædecessorem Rota nunquam voluit condemnare ad soluendas pensiones decursas tempore prædecessoris.* Cassadorus Crescen. Achilles Puteus, & Ant. Augustinus supra idem Puteus Decision. vltima de officio ordinarij in fin. & Ant. August. in Epithome, titulo de solutione pensionis, §. 21. & tanto magis, quia Ioannes Marcus, qui petit dictum terminum, est hæres Ioannis Laurentij, contra quem tanquam hæredem potuisset successor venire, si soluisset, ad notata per Puteum dicta Decision. 189. numero quarto, neque deberi istum terminum à Pastrana tanquam ad ipsum spectantem, quia cum in reseruatione pensionis sub die prima Decemb. caueatur, quod solutio incipiat in sequenti festo Natiuitatis Ioannis Baptistæ, clare colligitur deberi pro tempore præterito, & sic spectat ad Ioannem Laurentium prædecessorem Pastranæ, qui percepit fructus vsque ad diem 20. Iunij 1588. quo obijt seu fuit illi debiti ratione constitutionis synodalis qua statuit attendendam ratam temporis ad notata in cap. fin. §. porro, vbi Geminianus sub num. 4. Francus num. ter. de officio ordinarij in 6. Gigas quæst. 59. num. 7. &c. Et nouissime in vna
Corduben. pensionis 17. Aprilis 1600. coram † Illu- 201
strissimo Seraphino fuit resolutum: *Successorem in beneficio, non teneri soluere pensiones decursas tempore prædecessoris, nisi factæ fuerint diligẽtiæ contra prædecessorẽ, neque etiã teneri ad decursas tempore suo si fuit impeditus vti frui fructibus beneficij, quoties reseruatio pensionis non habet clausulam, habita vel non habita.* De qua clausula vide Flam. Parisium dict. lib. 6 quæst.
2. ex numero 145. † quæ sententia videtur sequenda, 202
tanquam stylus Rotæ, qui facit ius etiam extra curiam, iuxta dicta supra numero 87. & 88. & infra 5. pa. capit. primo, numero 535. & capit. 3. numero 239. & pro ea facit quod de censibus ait Solis libro 3. capitulo vltimo, numero tertio, & secundo tomo ibidem numero secundo, cum aliis quos allegat. Quamuis in rigore, & puncto iuris verior videatur dicta sententia Gigantis.

Sed an sufficiat facere diligentias † contra hære- 203
des, & bona prædecessoris? videtur quod sic, cum repræsentent ipsius personam, vt per Bucam, §. & Salustium Tiberium d. libro tertio, capitul. tertio, numero 24. qui ait postmodum audiuisse Rotam sententiam mutauisse, & tenuisse quod contra modernum possessorem non agatur pro dictis pensionibus, nisi factis prius diligentiis contra hæredes, vt in d. Hispalen. pensionis, &c. quamuis Decisio Cæsaraugustana

videatur facere in contrarium.

204 Et pensionarius, tanquam creditor † præferetur Ecclesiæ Cathedrali, in Pontificali, & ornamentis pro pensionibus decursis sibi debitis ab Episcopo defuncto, nam omnia ornamenta siue consecrata, & benedicta, siue non, quę reperiuntur in dominio prelati tempore obitus, & eo viuente non fuit donata, & applicata Ecclesiæ, cadunt sub hypotheca, & sunt obligata pro debitis Episcopi contractis, non obstante Bulla Pij V. 44. quam ponit, & explicat Nauarrus *de Spoliis §.6. Ex Ioan. Gutierrez practicarum libro secundo, quæstione 94. numero quarto, & Eman. Rodriguez in summa primo tomo, capitul. 23. conclus.*
205 *quarta*, † & ita fuit resolutum in vna Canarien. pensionis 4. Nouembris, & 18. Decembris 1598. coram D. Gipsio contra capitulum, & Ecclesiam Canarien. pro D. Card. Deza, qui venebat pro pensionibus sibi debitis ab Episcopo defuncto, contra eius bona, & quia illa non inueniebat contra Cathedralem pro Pontificali, quamuis antea coram eodem 11. Decemb. 1596. fuisset tentum, contra dictum Cardinalem, & decisum, Pontificalia Episcopi, hoc est, ornamenta deputata ad cultum diuinum, quæ Ecclesiæ debentur ex d. Bulla Pij V. non cadere sub hypotheca neque esse obligata pro debitis Episcopi, nec pro pensionibus, a qua resolutione Domini recesserunt, dicta die 9. Nouemb. & 18. Decemb. 1598.

Quinto ex dicta diffinitione, infertur ad illam
206 quæstionem, an pensio † constituta super fructibus, & distributionibus præbendæ pro tempore vacationis ipsius præbendæ, seu quo beneficiatus non lucratur ob non residentiam vel alias, sit soluenda à capitulo illos percipienti. Et videbatur vera, pars affirmatiua † ex quo pensio est constituta super
207 fructibus, & distributionibus præbendæ, & est onus reale, atque adeo cum illo onere videntur ad capitulum peruenire, *facit Concilium Romanum 308. quod sequitur Gigas quæstion. 51. & Bursatus dict. consil. 361. num. 17. & nouissime videtur in terminis consil. Vnanensis 267.*

208 Pro negatiua vero quæ † communiter tenetur in Hispania, facit, quod huiusmodi pensio est reseruata, super fructibus, & distributionibus dict. præbendæ, quales non sunt illi fructus, & distributiones, quos capitulum tunc percipit, cum præbenda non habeat fructus in absentia, sed capitulum, & beneficiati residentes illos percipiunt iure proprio, & per ius accrescendi, seu potius non decrescendi, *Nauarr. consilio 20. numero 3. de celebratio. missarum, Zerola in praxi secunda part. verbo Canonica. §.* 8. nec capitulum est successor in præbenda, vnde cessat ratio contraria, quæ militat in pen-
209 sionibus impositis † super fructibus beneficiorum, habentium fructus in absentia, & tempore vacationis, qui transeunt cum suo onere, si ad aliquem iure speciali pertineant, vt seruatur in pensionibus Episcopatuum, quas soluit Camera Apostolica, quæ fructus percipit tempore vacationis.

210 Et militat, etiam vbi Canonicus † vigore statuti vel alias, tenetur dare capitulo medietatem fructuũ suæ præbendæ primorum annorum, cum tunc capitulum illos percipiat non iure proprio, sed tanquam alterius ad quem spectabant ratione suæ præbendę, & residentiæ, *vt per Gigantem quæst. 89. & Ioan. Gutierrez. d. cap. 1. n. 119. & 123.* & secus esset si statutum diceret, quod Canonicus non lucraretur illam medietatem fructuum primorum annorum.

211 Et hanc partem negatiuam tenent † Ioan. Gutierrez, *dict. capit. primo ex numero 109.* & Nauarrus *d. consil. primo de solutionibus alias 49. de præbendis*, & in eadem inclinat *consilio tertio eodem titulo de solutio.* vbi ait duos Doctores eruditissimos defendisse pensionem prædictam deberi à capitulo.

Additque Ioan. Gutierrez *ibi* † *num.* 120. con- 212
suetudine etiam immemoriali iuuari posse capitulum ad non soluendam prædictam pensionem, cum nunquam aut raro à capitulis petatur huiusmodi pensio, sed à modernis possessoribus, à quibus posse peti cum perceperint fructus talis præbendæ, vel per eos steterit, ex quibus illam commode soluere possint *tradit Nauarr. d. cons. 1.*

Sed dato, quod capitulum non † teneatur ad illius 213
solutionem, videbatur neque etiam successorem, seu possessorem teneri, cum non posset habere recursum contra capitulum, quod percipit fructus, & distributiones illius temporis, *ex dicta Decisione Crescen. tertia de solutio. & dicta Decisione Puteo. 189. libro secundo, quam sequitur idem Gutierrez. numero 112.* & Salustius Tiberius supra, *& ex dicta Decisione Corduen. de quibus illatione præcedenti.* at stante dicta consuetudine recte videtur posse peti à modernis possessoribus siue capitulum teneatur, siue non, etiam non factis diligentiis contra capitulum.

In hac difficili, & grauissima quæst. † Rota in vna 214
Romana pensionis 4. Iunij 1593. coram D. Lita tenuit partem affirmatiuam, nempe: *Pensionem impositam super distributionibus canonicatus deberi pensionario ex portione dicta Canonicatus pro rata temporis, quo Canonicus non inseruiuit, & alij clerici illam perceperunt eo quod Papa imponit pensionem super distributionibus Canonicatus, eas principaliter grauando, & considerando seruitium Canonici, qui non principaliter, sed in consequentiam dicitur pensiones grauatus, ex eo quod obtinet dictum Canonicatum, & quod pensio onus reale est, neque obstare quod Canonico non inseruiente distributiones acquirantur inseruientibus, quia respondetar non acquiri inseruientibus respectu illius portionis, qua tangit ipsam pensionem.*

Quod confirmo, nam si pro pensione † esset re- 215
seruata certa pars fructuum, & distributionum Canonicatus, illa non acquireretur capitulo, seu inseruientibus, vt constat, ergo nec respectu portionis, & quantitatis reseruatæ.

Et quod capitulum teneatur soluere pensionem
† pro tempore quo percepit distributiones Cano- 216
nicatus, vt fuit resolutum in dicta Romana, fuit etiam dictum in vna Reatina pensionis 13. Maij 1598. coram D. meo Corduba Episcopo Pacen. & tradit post hæc Gonçalez *gloss. 5. §. 5. a numero* 44. dicens, quod prius fuerat idem tantum per D. Pamphilium in vna causa Burgen. pensionis 29. Octob. 1591.

Et Gregorius 13. anno sexto 1578. dedit breue, vt capitulum † Elboren, solueret certam pensionem 217
impositam super distributionibus cantoriæ illius Ecclesiæ, tanquam ab eo debitam, qui forte est casus d. consilij Nauarri primi de solutionibus, vbi loquitur de pensione imposita super fructibus, & distributionibus cantoriæ.

Et sanctissimus D. noster, † Clemens 8. anno 218
primo 1592. dedit aliud Breue in fauorem D. Alphonsi Coloma, nunc Episcopi Carthaginen. vt capitulum Vlisbonen. solueret ei pensionem sexcentorum ducatorum impositam super Canonicatu illius Ecclesiæ, vti ab eo debitam, cum perciperet distributiones Canonicatus, super quibus pensio est impo-

sita, & est onus reale, non obstante quod illas percipiat capitulum iure accrescendi, vel non decrescendi, vt in breui dicitur. Quæ declarationes, & breuia maxime vrgent pro ista parte *ad capit. in causis de re iudicata & l. fin. C. de legibus, vbi Decl. cap. 1. 19. distinctione. Burgos de Paz in proœmio legum tauri a numero 450. & Thom. Sanchez de matr. lib. 2. disp. 31. nu. 6. & Gab. Vazquez 1. 2. tom. 2. disp. 157. à num. 37.*

219 Vnde Ioann. Gutierrez *d. cap. primo*, † *numero 123. in secunda editione*, ait post primam editionem accepisse Romæ in hac quæstione diuersum censeri & instanter agi nomine Ecclesiarum Cathedralium Hispanię, vt de causa in Rota disputetur, & in earum fauorem decidatur ideoque in re hac se subijcere declarationi sedis Apostolicæ, Sanctoque Palatij auditorum, prout & ego facio.

220 Hactenus tamen non est aliud † decisum, seu declaratum, quamuis pro parte dictarum Ecclesiarum fuerit facta instantia, pro declaratione cum Sanctissimo Domino nostro Clement. VIII. qui id commisit eidem congregationi, & audita eius consultatione & informatione, tandem respondit, non conuenit, vt in actis congregationis status Ecclesiastici, An. 1602.

221 Sed supposita parte affirmatiua, † offert se difficultas, an obligatio soluendi dictas pensiones, incumbat solum capitulo, an vero etiam singulares de capitulo, nempe beneficiati residétes ad quos peruenerunt fructus, & distributiones præbendæ, super quibus pensio est reseruata, pro parte quam percipiunt teneantur ad solutionem d. pensionis.

222 Et videtur dicendum obligationem † soluendi huiusmodi pensionem, principaliter incumbere capitulo, tanquam distributori seu dispensatori mensæ communis, nec teneri ad solutionem, singulares qui dictos fructus, & distributiones à capitulo percipiunt, ex quo ad eos non spectat dicta distributio, & debitum à capitulo non est debitum à singulis capituli. *l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. Nauarrus consil. 9. de sententia excommunicationis,*
223 *num. 6. & 7. Gonçalez. gloss. 17. num. 26.* † quamuis videatur posse contra eos agi hypothecaria vti possessores illius partis, quamdiu fructus ipsos, & distributiones, non consumpserit, sed eos habent in specie, *iuxta dictum Consilium Roman. § 8. & tradita per Caccialupum de pensionibus quæst. 9. & Gigantem quæstion. 51.* etiam non facta excussione contra capitulum pro parte pensionis eos contingente & absque eo, quod possint habere recursum contra ipsum capitulum, pro ea parte, quam soluerint, cum pars fructuum, & distributionum d. præbendæ contingens pensionem, fuerit eis ab ipso capitulo absque necessitate gratis, & indebite distributa.

224 Sed ista resolutio videtur † intelligenda in distributionibus, ita constitutis, vt singulis, seu cuilibet interessenti detur certa, & diffinita quantitas, in quibus non est ius accrescendi, sed portio absentis remanet in mensa capitulari vnde sumitur, *Couarruu. lib. 4. variarum ca. 13. num. 7. Ioan. Gutierrez. d. capitulo primo, numero 107. & dicemus infra tertia part. capit. secundo, numero 444.* & in fructibus principalibus, & Grossa præbendæ, in qua licet sit ius accrescendi seu non decrescendi, *vt ibi per Couarruuiam, & Ioan. Gutierrez*, tamen non accrescit immediate, & determinate, beneficiatis residentibus, sed portio absentis remanet in ipsa mensa communi diuidenda per Capitulum inter beneficiatos residentes pro Rata, & in fructibus, seu obuentionibus, quæ statim cum obueniunt, diuiduntur inter præsentes, secus vero videtur in distributionibus, † ita constitutis, vt certa quan- 225
titas sit assignata interessentibus horis, nam cum in his portiones absentium, immediate, & determinate accrescant interessentibus, & ad illos spectent, *iuxta capit. primum de clericis non residentibus in 6*, ita quod restitutio de illis facienda, debeat fieri ipsis interessentibus & non mensæ capituli *ad Nauarrum consilio 54. numero primo de sententia excommun. Emanuel. Rodriguez in Bulla compositionis numero 16. Enriquez in summa libro septimo capit. 56. §. tertio, & citatus infra tertia part. capitul. primo, numero 35.* videntur accrescere cum suo onere, atque adeo canonici ad quos illę spectant, tenebuntur pro Rata soluere pensionem, etiamsi eas consumpserint, *vt videtur velle Rota in dicta Romana.*

Sexto infertur ad illam quæstionem † an excom- 226
municatus seu suspensus, qui fructus beneficij non percipit propter excommunicationem, seu suspensionem, teneatur de suo soluere pensionem, an vero sit soluenda ex fructibus per eum amissis? Et dicendum est, soluendam esse ex fructibus, † cum super 227
illis sit imposita, & sit onus reale, & idem est in subsidio vel alio onere imposito super fructibus, *ita Couarruuias libro tertio variarum, capitulo 13. numero 8. versiculo 12. ad finem. Didacus Perez. in leg. prima titulo quinto, libro est tuo ordinamenti versicul. est etiam aliud. Vgolinus de censuris, Tabula secunda, capitulo 12. circa finem, & nouissime Suarez quinto tomo de censuris, disputatione decima tertia, sect. secunda, numero 24. & est glossa in leg. inter quos §. damnum. ff. de damno infecto, verbo percipienda, in fin. quam sequitur Baldus in leg. vltima, numero primo. C. de bonis authoritat. iudicis possiden. & ibidem Cumanus.* Quamuis contra eam teneant Bartolus, Albericus, † Angelus, 228
& Paulus *in dict. §. damnum*, & Bellenz. loquens in charitatiuo subsidio, *quæstione* 33. & in proposito Gigas *quæstione* 64. & Toletus *in summa libro primo capitulo 13. in fine Romana editione*, qui dicunt excommunicatum debere soluere de suo, cum sua culpa excommunicatus sit. Sed ista ratio non obest,
† tum quia pensio non est imposita super persona, 229
sed super fructibus, qui transeunt cum suo onere ad quemcumque pertineant, tum quia in excommunicato culpa non est immediata causa, non percipiendi fructus, sed ipsa excommunicatio, quæ est pœna culpæ, & sic non imputatur ei, *cap. quia diuersitatem, de concessione præbenda, & ibi Abbas num. 11.*

Vnde etiam conuincitur sententia Io. Gutierrez *d. cap. 1. n. 124.* † *& sequent.* qui sequitur, & admittit 230
sententiam Gigantis in pensione imposita super fructibus, & distributionibus Canonicatus, & præbendæ, quæ non habet fructus in absentia, quia tunc inquit, propter culpam, & excommunicationem beneficiarij nulli sunt fructus suæ præbendæ, ex quibus sua pensio soluatur *iuxta opinionem, de qua illatione præcedenti*, nam cum non perceptio ei non imputetur culpæ, si capitulum non tenetur ad solutionem pensionis, neque etiam ipse excommunicatus videbatur teneri, *vt in d. illatione præcedenti dictum est.*

Dices si non perceptio fructuum † non imputa- 231
tur culpæ excommunicato, sequitur excommunicatum non teneri recitare horas Canonicas, ad quas ratione beneficij solum alias tenebatur, & tamen contrarium tenent communiter doctores, *vt per Couar. d. vers. 12. & Suarez disputatione 12. sectione 2. numero 15.*

Respondetur onus recitandi licet sit ratione be-

232 neficij, † & fructuum, esse tamen personale à quo non liberatur quis propter excommunicationem, imo hæc est pœna, quam excommunicatio seu suspensio inducit, vt priuetur commodo, non vero onere, alias ex culpa commodum reportaret, *vt recte loquitur Suarez ibi, & disputatione 27. sect.1. num.4.5. &* 6. & quo ad effectum onerum personalium perinde est, quem priuari fructib. ob pœnam delicti *loquit Suarez ibi, ac* illos percipere.

Septimo ex d. diffinitione infertur, quod cum
233 pensio sit soluenda † ex fructibus beneficij, & super illis sit assignata, debet solui in loco ipsius beneficij, nisi aliud in reseruatione expressum sit, *Buca de stylo curiæ auditoris cameræ cap.23. & Gambarus d. lib.6. à*
234 *n. 612.* & si pensionarius aut eius † procurator non esset ibi, aut alias in loco destinatæ solutionis, pensionem debens non esset in mora seu culpa, etiamsi non faceret depositum, nec protestaretur, *Mohedanus Decis.15. de locato. Gigas quæstione 77. à numero 16. & Mandos. de signatura gratiæ, titulo de pensionibus, versicul. quæro destinata erat.* quamuis ad hoc vt sciatur, vtrum ille reperiatur † quia erat forensis, debe-
235 ret fieri proclama, *Gigas supra, num.18.* & ad effectū clausulæ sine retardatione solutionis pensionis, *de qua infra à num.516.* vt ei satis fiat, requiritur depositum legitime factū *ad tradita per Carrocium de oblatis prima part. quæst.7. & Soles de censib. secundo tomo lib.4. c.vn. à nu.1.* vt voluit Rota in causa Abulen. pensionis contra Episcopum, anno 1606. coram D. Lita.

236 Octauo infertur pensionarium † præferendum esse in fructibus beneficij grauati quibusuis creditoribus etiam anterioribus, *vt tradit Marchesa de commissio. secunda part. c.4. de commissione appell. n. 69. & nouissime Collantes in pragm. agricolarum, lib.3. cap. 1. num.8.*

237 Nono infertur, quod clericus † habens beneficium pensione grauatum non iuuatur beneficio cap. 1. Oduardus, de solutio. quo ad pensionem, quæ ante omnia soluenda, & deducenda est, ex fructibus ipsius beneficij, super quibus est imposita, *Ludou. Gomezius in compendio vtriusque signaturæ, circa finem, & in regula de annali, quæstione 53. Matthæus Brunus de cessione bonorum, quæst. tertia principali, num.16. Couarruu. libro secundo variarum, capit.1. num.9.* Ioan. Gutierrez *de iuramento confirmatorio prima parte. cap. 17. num.31. Marchesa prima parte cap.3. de commissione super dilationibus num 26. & Collantes vbi supra.*

Decimo infertur, quod in restitutione fructuum
238 facienda per condemnatum, † habenda est ratio, & detrahenda quantitas pensionis antiquæ solutæ, licet non illius quam ipse condemnatus consensit, cum non haberet ius in beneficio ob cessionem iniurium ei factam ab altero impetrante, *Gigas consilio centesimo vigesimoquarto, seu responso decimoquinto de pensio.*

Vndecimo ex dicta diffinitione infertur, quod
239 cum pensio † sit ad tempus, expirat, & extinguitur morte pensionarij, *Caccialupus & Gigas quæst. 1. Corras. 1. part. cap.4. n.9. & 10. Caputaquen. Decis.303. numer.13. part. 2. & Flam. Paris. lib.6. quæst.4. num. 3. &*
240 *31.* nec potest ad aliam † transferri nisi in tribus casibus, primo quando in reseruatione adest clausula transferendi, vt in pensionibus pro Palatinis, quæ
241 tamen † non censetur per quascumque clausulas generales concessa, nisi speciali mentione facta. *Puteus Decis.342. lib.2. Caputaquen. Decis.304. & 319. part.2. & decis.100. part.3. Rota Decis.1312. lib.3. part.3. diuersorum Chisanen. Decis. 110. Mando. de signatura gratiæ. titulo de translationibus pensionum in principio. Flam. Parisius, d. quæst.4. numero 28. cum sequentibus, & n. 49. & facit Decis. Putei. 524. numero 5. libro 2.*

Et à solo Papa concedi potest, non † autem à le- 242
gato vel ordinario, *Gambarus d. lib.6. num.225. & Flam. Paris. d. q. 4. num.13. 14. & 15.* quam clausulam facultatis transferendi, † ponit Gigas, *post finem* 243
tractatus de pensio. versic. sciendum est etiam, & Mandos. supra versic. clausula potestatis, & Flam. Parisius dict. quæst. 4. numer. 34. & formam huiusmodi translationis ponit Gigas *post dictum finem tractatus,* & formularium instrumentorum, pagina mihi 382.

Et huiusmodi translatio † iuxta clausulam facul- 244
tatis, fieri debet coram persona in dignitate Ecclesiastica constituta, & potest fieri coram Canonico, Cathedralis Ecclesiæ, *ad capitulum statutum de rescript. in 6. Gomezius n.25. Felin. in cap. pastoralis, de rescript. numer. 12. Achilles Decis.17. Caputaquen. 257. part. prima, & Zerola in prax. Episcopali prima part. verbo dignitas, §. primo, & secunda part. verbo Canonica. §. tertio.* Et patet ex clausula facultatis transferendi quam ponunt prædicti. Et tenet Gigas, *dict. vers. sciendum est etiam,* quicquid dicat Nauarrus *consil.11. n. 1. de iniurijs,* quem sequitur Flam. Paris. *de consider. quæst. 23. numero 49.* contra quem tamen tenet additio d. consilij, *posita ad fin. consiliorum.*

Non tamen potest fieri coram † Canonico Ec- 245
clesiæ Collegiatæ, quia nullo modo potest dici in dignitate Ecclesiastica constitutus, *vt colligitur ex dict. capit. statutum, & allegatis,* quicquid alias, si bene memini, tenuerit Rota in vna Romana seu Adrien. pensionis secundo Decemb. 1593. coram D. Pamphilio, de qua fit mentio in Segobien. pensionis *infra relata n.257.*

Et potest fieri per procuratorem † etiamsi in 246
facultate dicatur: *Tibi vt quicunque loci ordinarius seu Canonicus, &c.* & inferius, *per te eligendum, &c.* regula enim est, posse quem facere per procuratorem, quod per seipsum, nisi in specie sit prohibitum, etiam quod sumus in priuilegio, ita fuit resolutum in causa Taurinen. pensionis, 18. Aprilis 1561. coram D. Rubeis.

Intelligitur autem dicta clausula † transferendi, 247
de prima duntaxat, *ad regulam legis boues. §. hoc sermone ff. de verborum significat. de qua late Tiraquellus ibi, & Felin. in capit. 2. de Tregua & pace à numero 3. & Anton. Gabriel de regulis iuris con. 2. & in terminis, tenet Mando. supra versic. rursus si in vim clausulæ,* & fuit dictum in vna Oxomen. pensionis 20. Maij 1598. coram D. Lita, & resolutum, translatione facta, à Papa motu proprio post consumptam facultatem transferendi concessam, non manere obligatum, fideiussorem, datum ad fauorem primi pensionarij, & eius translatarij, vt in sequenti decisione: *Reseruata pensione scutorum quinquaginta ad fauorem Ioan. ab Agnoa, per Sixtum V. super scholastica collegiata Ecclesia oppidi de Soria Oxomen. Diœcesis cum facultate, transferendi, & alijs clausulis, fuit de dicta Scholastica prouisus Fran. del Cerro, qui se obligauit soluere Ioanni prædicto, & eius translatarijs dictam pensionem, & alia facere iuxta tenorem dictæ reseruationis, huicque obligationi accessit vti principalis principaliter, & in solidum Didacus Salinas, Ioan. in artic. mortis constitutus, dictam pensionem transtulit in personam Thomæ Nauarra, qui Thomas ex post ingressus est religionē, & antequam professionem in ea emitteret, S. Dominus noster motu proprio prædictam pensionem in fauorem Mel-*

Melchioris transtulit, & reseruauit cum omnibus exemptionibus, obligationibus, cautionibus, & bancarijs, & de renouando fideiussoribus alijsque clausulis, & decreto in prima reseruatione apposito, in fauorem tam Io. quam Thomæ, ipsumque Melchiorē in locum Ioannis, & Thomæ in omnibus, & per omnia, & quo ad omnia, perinde ac si pensio ipsa sibi solus à principio reseruata esset, ac cautiones, & alia præmissa pro eo emanassent subrogauit, cum clausula sublata, & prout latius in literis motus proprij legitur, hinc, Melchior vigore d. reseruationis coram auditore cameræ egit contra Didacum de Salinas pro solut. dict. pensionis de renouatione scedulæ bancariæ iuxta obligationem alias per eū factam ad fauorē Ioannis, & translatariorum, obtinuitque contra eum relaxari mandatum executiuum pro prædictis, à quo Didacus appellauit, & obtinuit causam in Rota sibi committi cum clausula si quid exequendum exequatur. Verum de hoc dato per me dubio an mandatum auditoris cameræ ad fauorem Melchioris sit exequendum in casu, & ad effectum de quo agitur. Domini vtraque parte informante resoluerunt non esse exequendum vti nullum, & iniustum, nulli respectu nullitatis, tum quia de reseruatione alicuius pensionis ad fauorem Melchioris non constat in actis, pro vt requiritur pro validitate sententiæ, etiamsi executiue agatur, Achilles decis. 4. de rescriptis, num.4. Mandos. ad regulam tertiam cancell. quæst.7. num. 2. versic. hinc voluit Rota, *& prout in simili fuit tentum in illa Romana census. 4. Dec. 1595. Coram R. P. D. Pamphilio. Nec quo ad suffragari potest Melchiori supra illa asserti Motus proprij, qua in extractio reperitur, si quidem, quia est copia simplex non recognita, & caret citatione ad dicendum contra, quo fit, vt minime de actis esse dicatur, nullamque, rursus fidē faciat,* ita Doctores in authentica si quis in aliquo. C. de edendo. Cassadorus decis. 7. in fine de appellatio. Cæsar de Grassis decis.3. num.7. de restitutione spoliatorum, & Romanus, consil.519. per totum. *Tum etiam quia fuit relaxatum d. mandatum citato Didaco, in domo eius sol. te habitationis, qui cum absens esset, & in alijs dimisisset procuratorem, de iure si. citari non debuit, sed eius procurator,* ita Iason. in l. furioso num. 10. ff. de re iudicata, & ante eum Bartolus, num.4. & in l. procuratoribus. C. de procuratoribus. *& respectu iniustitiæ, quia fuit relaxatum d. mandatum contra Didacum, qui nullo modo Melchiori obligatus est pro tali pensione, nam cum fideiusserit ad fauorem Ioannis de Agnoa, & eius translatariorum, quæ translatio in ea verificatur,* vulgata lex boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione, & prout in terminis tenet Mandos. in praxi signaturæ gratiæ, titulo translationis pensionum, versic. rursus si in vim clausulæ, *non potest idcirco obligatio Didaci extendi ad fauorē Melchioris, in quem nullatenus translata fuit pensio dicta, pro Ioanne de Agnoa, sed per Papam Motu proprio, & postquam consumpta fuerat illa facultas transferendi, concessa d. Ioann. cum fideiussoris obligatio, sine nouo cōsensu illius, etiam prorogata à principali non debeat vlterius extendi,* leg. item quæritur. §. qui impleto, ff. locati. l. si cum Hermes, vbi Baldus C. eodem. *maxime, de persona ad personam.* l. si vnus. §. ante omnia ff. de pactis. *nec obstare dixerunt dominum, quod hæc translatio pensionis, de persona Thomæ in persona Melchioris, fuerit facta à Pontifice Motu proprio ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, cum clausulis, & decretis, de quibus supra: siquidem quia prædicta omnia intelligi debent in præiudicium ipsius titularis, vt scilicet prædicta omnia præstare teneatur ad fauorem Melchioris, prout prius tenebatur ad fauorem Ioānis de Agnoa, & eius translatariorum, secus in præiudicium Didaci fideiussoris illius, ea ratione, quia Papa vti dominus beneficiorum, potuit beneficium prædictum, titularemque ipsum ratione dicti beneficij prægrauare,* ad text. in c. 2. de præben. in sexto, & notata per Baldū in l. rescriptum, col. 1. & sequenti. C. de precib. imperatori offerendis & in l. qui se patris. col. pen. C. vnde liberi, *sed non idem voluisse facere in præiudicium Didaci fideiussoris, qui se non obligauit ad fauorem Melchioris, nec aliquod commodum sentit, ex dicto beneficio credendum est,* ad tradita per Alexandrum, consil. 5. num.24. & sequenti, lib.5. tom 1. *maxime cū longe diuersa ratio vigeat, quo ad eum, vt omnibus notū est, nec Papa potuit defectum consensus illius supplere* vt inquit Sarnen. in compendio vtriusque signaturæ num.71. vers. idem est in consensu. *Et tenuit Rota in Capsellana Archidiaconatus 21. Oct. 1557. Corā bonæ memoriæ Cardinali Puteo,* quæ est diuersorum, lib. 3. part.3. decis. 458. *& sine consensu clarum est, non iudici, nec prorogari obligationem,* l. 1. §. conuentioni, ff. de pactis. l. obligationum substantia, & l. quæcumque gerimus. ff. de oblig. & actio. *Nec obstare dixerunt dominum Didaci clausulam sublatam, & alias, de quibus in d. Motu proprio si quidem, quia vt consecutiue gratiæ in dicto Motu proprio contentæ, respectu expressorum tantum operari debent, & ideo ad ipsum non nominatum in dicto Motu proprio extendi non debent.* Puteus decis.232. libro 1. Cassador. decis. 10. numero 4. super regul. *quod maxime dicēdum est, nec inde emanare solet iustitia, vnde iniustitia, & iniquitas consurgat.*

Et post hæc tradit Gonçalez *gloss.11. n. 82.* sicut e-
tiam † facultas retinendi pensionem non obstante 248
matrimonio per pensionarium contracto, intelligitur de primo duntaxat matrimonio, nisi aliud exprimatur, Gonçalez, *ibi n.83.* dicens fuisse resolutum in Rota in vna Palentina pensionis, 21. Nou. 1595. Coram D. Blancheto.

Per translationem tamen inualidam † non fuit 249
consumpta facultas transferendi *ad decis. 47. parte prima diuersorum,* vt fuit resolutum in causa Placentina pensionis, 17. Iunij 1602. Coram D. Corduba.

Et an literæ facultatis transferendi debeant † 250
præsentari, coram iudice, seu executore vide infra *6. part. cap. secundo, primo dub.*

Secundo, pensio potest transferri † etiamsi sit 251
reseruata, sine clausula transferendi, quando de consensu ipsius pensionarij, & soluentis pensionem, transfertur in alium authoritate Papæ, *Ferret. in consil. 53. Mandos. supra in princ. & Flam. Paris. d. q. 4. num. septimo.*

Tertio potest transferri in vim priuilegiorum † 252
concessorum militibus S. Petri, & S. Pauli, & nonnullis alijs officialibus Romanæ curiæ, *vt per Mandos. supra versic. non omittam. & in reg. 19. quæstio.31. num.9. & Flam. Paris. d. quæst. 4. num. 7. 8. & 9.* & militibus Pijs vt in constitutione 5. & 16. Pij IV. Hamin. ibi nu. 10. & militibus S. Stephani, vt in constitutione 64. Pij IV.

Sed ista priuilegia, † & quibusuis alijs militi- 253
bus concessa sunt reuocata per Pium V. constitutione 71. Postea tamen Sixtus V. militibus Lauretanis concessit priuilegium transferendi pensiones. non tamen † summam 200. ducatorum auri de Camera, nec medietatem fructuum excedentes, vt in constitutione 35. eiusdem Sixti, quæ est videnda. Et aliquando etiam conclaustris conceditur priuilegium transferendi, vt in constitutione 32. Sixti

V. & tradit Flam. Paris. sup. num. 12. & circa hæc vide dicta infra l.6.part.c.2.1.dat.

Et aduerte quod per translationem extinguitur prima pensio, & noua creatur Gigas, quæstio 74. num. 1. & 88. numer. 8. Mandos. supra in principio Pu-
255 tens d. decis. 524. † num. 3. lib. 2. Flam. Paris. d. quæst. 4. num. 7. & Salcedus Teberius, in practica auditoris Cameræ, lib. 3. cap. 6. adito Vestrium in practica libro 5. cap. vltimo numero 2. Et fuit dictum in vna Brixien. pensionis 23. Maij 1594. Coram D. Mellino, de qua infra numero 470. & in d. Placentina pensionis 17. Iunij 1602. Coram D. Corduba, & dictum est supra numero 55.

256 In vna tamen † Carpentoraten. pensionis 29. Maij 1602 Coram D. Lancelloto fuit resolutum, *quod ad effectum, vt sit habenda ratio pensionum impositarum post primam reseruationem & facultatem transferendi, pensio translata non potest haberi pro noua, cum in substantia & reuera sit eadem*, Vitali. Clement. 1. §. eadem num 3. de supplenda negligentia Prælatorum, *quamuis enim in translatione procedatur, per viam cassationis antiquæ, & nouæ reseruationis, Tamen hoc procedit ad certos effectus, scilicet mutandæ personæ, vt vnus solus possit exigere, & vt sciatur per cuius obitũ debeat extingui, item quoad viam executiuam, & quasi possessionẽ & alia huiusmodi, non autem respectu substantiæ ipsius pensionis, quæ in substantia est eadem, cum antiqua cum omnibus suis qualitatibus, & ideo quamuis respectu cassationis antiquæ dicatur noua: tamen cum ista cassatio sit correspectiua ad reseruationem nouæ, per istam nouam reseruationem non augetur aliquod onus Ecclesiæ ita possit dici noua pensionis impositio, sed solum fit mutatio personæ, & subrogatio vnius in locum alterius* Cresc. decis. prima, de rebus Ecclesiæ, &c.

257 Et inde in vna Segobien. pensionis, 20. † Maij 1598. Coram D. Corduba fuit resolutum, *quod obligatio fideiussorum pensionis ad fauorem nominati, qui tunc temporis eam transtulerat, extenditur ad translatarios, cum cautes, cum omnibus decretis, & clausulis in reseruatione contentis, & quia translatio pensionis debitæ vni personæ, si in aliam transferatur, non dicitur nouum grauamen in personam debentis soluere, sed delegatio solutionis faciendæ alteri* Paris. cons. 5. num. 86. lib. 4. *& quia principalis se obligauerat in fauorem certæ personæ in reseruatione eiusdem pensionis nominatæ, & quia scedula Bancaria cauebat pro M. & suis translatarijs, & fideiussores tenentur ad omne id, ad quod principalis tenebatur*, facit decis. 805 numer. 5. part. 1. *& quod potuit fieri translatio nulla facta intimatione, & quod non obstat, quod translatarius non fuerit præsens translationi, quia sufficit stipulatio facta per notarium pro illo, & apparet de illius acceptatione, per mandatum ad exigendum, &c.*

Et 26. Iunij eiusdem anni, coram eodem fuit idem resolutum scilicet *constare de valida translatione pensionis, ex ipso instrumento translationis, non obstante quod fuerit facta inscio translatario, quia satis videbatur, quod notarius pro eo fuerit stipulatus, & intercessit iuramentum, quod supplet absentiam*, Gabriel de verborum obligationibus concl. 1. numer. 69. & 95. *Vltra quod per sententiam subsecutam censebatur inducta ratificatio*, Couarru. in rubrica de testamentis, 3. part. numer. 13. *non obstante etiam, quod facta fuerit literis non expeditis, stante clausula, in supplicatione quod sola signatura sufficiat: nec obstare, quod per reg. Sanctissimi Domini nostri, quæ postea superuenit, videatur illi derogatum, cum disponat, quod sola signatura non sufficiat, licet in supplicatione adsit alia clausula regul. in contrarium non obstante, quæ non extenditur ad futura.* Simoneta, de reseruatio. q 76. numer. 2. & 3. *quia placuit responsio quod istæ pensiones constituantur ad fauorem Itali, cum super illis non expediantur literæ, vt notum est, non comprehendantur sub dict. reg. reuocatoria de pensionibus non expeditis literis, & quod opponebatur de translatione facta, coram persona non constituta in dignitate, fuit sublatum, quia cantor in cuius manibus fuit facta est 2. dignitas in Ecclesia Castellaten. stante maxime, quod etiam translatio facta in manibus vnius Canonici, alicuius insignis Ecclesiæ sufficit, vt voluerunt domini in vna Romana, seu Adrien. pensionis, coram D. Pamphilio, 2. Decemb* 1593. Hæc in di-
cta Segobien. † & in translatione pensionis non 258
habet locum reg. de infirmis resignantibus, *Sarnen. vbi, quæstion. 16. & Mandos. quæstion. 11. Flam. Paris. de resign. libro 12. quæst. 3. à numer.* 55. nec
constitutio de publicandis resignationibus † *Sar-* 259
nen. in regul. de publicandis, quæst. 10. Gigas consilio 139. seu responso 30. de pensionibus, & Flam. lib. 11. q. 4. num. 28.

Alia de materia translationis † pensionum vide 260
per Mandos. *dict. titulo de translatione pensionum, & Ant. August. in Epithome eodem titulo. Et Flam. Paris. d. quæst. 4. per totam, & vide d. supra illatione prima à numero 51.*

Sed circa hanc vndecimam illationem, offert
se dubium, in pensionibus † reseruatis in persona 261
vnius, ad commodum tamen & vtilitatem alterius, vt in pensionibus reseruatis pro Italis super beneficijs Hispaniæ, quæ imponuntur in persona, & capite vt aiunt, alicuius Hispani, propter pragmaticas, & leges Regni, per cuius obitum huiusmodi pensiones expirent, an per obitum Hispani, seu eius translatarij, an vero per obitum Itali, vel vtriusque.

In quo in primis certum est Hispano non † trans-
lata pensione, aut eius translatario decedente, et- 262
iam in vita Itali ad cuius commodum fuit reseruata, expirare pensionem, & omnem commoditatem cessare, cum pensio, & ius ipsius resideat penes Hispanum, ex l. quidam cum filium, ff. de hæredibus instituendis, & fuit resolutum in vna Hispalen. pensionis, de anno 1575. Coram D. Grassis, *vt in decisione 399. 400. & 401. numero 3 parte 1. diuersorum, Anastasius Germo. de Indultis Cardinalium, §. si vero à numer. 56. & Flam. Paris. dict. quæst. à numero 61.*

Nihilominus etiam dicendum est, pensionem
extingui, & omnino cessare per mortem eius pe- 263
nes quem est commodum, & ad cuius vtilitatem seruit, etiam viuente illo, in cuius persona est imposita vt Rota, & stylus seruat, ita fuit dictum in vna Conchen. pecuniaria, 15. Maij 1587 Coram D. Pamphilio, & in vna Conchen pensionis. 2. Maij 1585. Coram D. Blancheto: & in vna Calagurritana pensionis, 2. Decembris 1598. Coram D. meo Corduba fuit resolutum, constare pensionem fuisse reseruatam ad commodum Herculis vt apparet, ex fide Cadinalis de Cosençia tunc Datarij, & sic per eius obitum extinctam etiam viuente Hispano.

Vnde

Vnde additio † consilij Nauarri 61. *de simonia,*
264 inquit aduertendum, referri in S. auditorio Rotæ pronunciatum, pensiones, quæ Italo super caput Hispani reseruantur extingui, tam per mortem
265 Itali, quam Hispani. Quamuis in dicta † Hispalen. Rota resoluerit non extingui per obitum illius ad cuius commodum est imposita, si ille alium nominauit in commoditate, vel in alium eam transtulit, etiam sine aliqua solennitate, & solenni translatione, per reseruatarium facienda in vita illius, *vt in dictis decisionibus, maxime vltima, quas referunt & sequuntur Anast. Germonius, & Flam. Paris. vbi proxime.*

266 Sed reuera licet ius pensionis resideat penes eum in cuius persona fuit reseruata, verior est decisio in eadem causa Hispalen. pensionis facta, coram D. Binarino, 15. Oct. 1571 in qua fuerat resolutum, pensionem positam in cap. Ludouici. *ad commodum Cardinalis Neapolitani, cessare, & extingui per obitum Cardinalis: quia veritas est, quod non pro pensionario, sed Cardinali facta est gratia, & pensionario Papa non assignasset nisi intendisset prouidere Cardinali, ideo cum totum factum esset contemplatione eius, eo deficiente totum perit*, ad legem cum dotem, ff. ad legem falcidiam, leg. seruo legato, §. si testator ff. de legatis 1. Soc. cons. 50. *Neque obstare, quod pensio sicut morte pensionarij cessasset, & à morte Cardinalis non deberet expirare, quia Respondetur quod esset contra mentem Papæ, qui cogitauit hoc facere ad commodum Cardinalis, & non personæ ipsius pensionarij, & hoc etiam admittitur, vt vacet per obitum vtriusque cum in persona vtriusque consistat, vnius quoad substantiam & formam, alterius quo ad commodum, conueniens enim est, vt altero eorum deficiente extinguatur, vt minus à iure recedatur, & fauore Ecclesiæ vt se celerius consulatur, attenta maxime rei veritate*, iuxta titulum Cod. plus valere quod agitur, vbi Baldus in l. 1. in fine, & in l. cum precibus. Cod. de probatio. &c.

Quam decisionem viuæ vocis † oraculo, appro-
267 bauit Greg. XIII. in plena signatura gratiæ. 19. Nouemb. 1572. in causa Hispalen. pensionis pendente, coram D. Groperio inter Ioan. Baptistam Montoya contra translatarios Gasparis de Penna.

Et alias in vna alia Valentina pensionis † 5. Nou.
268 1593 Coram D. Mellino fuit resolutum, *pensionem censeri consistentam contemplatione illius qui fuit factus procurator irreuocabilis, & vti in rem propriam ad exigendum, & transferendum ab eo in cuius fauorem in supplicatione fuit reseruata, qui permisit illum semper exigere*, Ruinus cons. 170. lib. 4. *& sic non posse pensionem sine consensu illius transferre.* l. in concedenda, & l. seq. ff. de aqua pluuia arcenda, l. id quod nostrum, ff. de reg. iur. *& quia ille fuit constitutus procurator vt in rem propriam ad transferendum, & ad istud mandatum reseruatarius tenebatur, ex necessitate, vti fuit resolutum in causa Toletana pensionis 19. Iun. 1595. Corã D. Decano idem reseruatarium non potuisse postea facere pensionis translationem validam, quia actiones directæ remanserunt inefficaces.* l. 1. §. si. ad Trebellianum, Aufrerius in Capella Tolosana. q. 119 n. 3. *& fuit dictum in Bononien. bonorum de Lapariis 11. April. 1578. Coram sanctissimo, præterea etiamsi ius pensionis esset radicatum penes reseruatarium cum commodum ad aliũ pertineat, sine illius consensu transferre non potest, quia facultas transferendi fuit data contemplatione illius, & ad eius commodum, non obstante decisione Mohedano 28. de renuntiatione, quia ibi pensionis ius residebat penes eum qui constituerat simpliciter procuratorem ad transferendam pensionem, &c.*

Circa quam tamen resolutionem, aduerto ve-
rius videri, † quod reseruatarius in cuius persona 269
fuit pensio reseruata, possit valide eam transferre & cassationi consentire etiam sine consensu eius, in cuius commodum est reseruata, & licet sit constitutus procurator vti in rem propriam ad transferendum, nam adhuc ius pensionis, & transferendi, quod est spirituale, seu quasi est in ipso reseruatario, nec potest cedi, seu transferri in alium, per priuatum irreuocabiliter, & quod sit ad commodum alterius, & ea solum faciet quod ille teneatur ad interesse si male versatus est.

Probatio autem, ad cuius commodum, † & com- 270
templationem sit pensio reseruata, sumitur ex libro Datariæ, in quo scribuntur huiusmodi pensiones, & quorum contemplatione sunt reseruatæ, vt fuit resolutum in vna Tarraconen. pensionis de anno 1594. & 1595 Corã Illustrissimo Seraphino, vt in sequẽtib. decisionibus, quæ alia etiam continent ad propositũ.

Tarraconen. pensionis 10. *Octobris* 1594.

FElicis recordationis † Gregorius XIII. Anno 1582. *Contulit Archidiaconatũ S. Fructuosi in Ecclesia Tarraconen. R. D. Doctori Michaeli Carnicer reseruata pẽsione scutorũ 500. super fructibus d. Archidiaconatus, in persona D. Antonij Io. Girona, contẽplatione tamẽ bonæ memoriæ Cardinalis Comendorij, & dicto Michael obligauit se in forma Cameræ, deditque cedulam bancariã, prout in similibus pensionibus fieri solet, fuit hæc pensio viuo Cardinale soluta, sed post eius obitũ cum prætenderet illustris, & R. D. Abbas Caucus, d. Cardinalis sororis filius d. pẽsionis vtilitatem, & cõmodum ad se expectare & eandẽ exigere iterare, ex aduerso vero Michael prætenderet extinctam esse morte Cardinalis, tandem res deducta fuit in iudicium, & cum status causæ in hoc versaretur, an constaret pensionem fuisse reseruatam ad cõmodum & fauorem D. Abbatis, & hinc inde multæ deducerẽtur coniecturæ, proposui hanc argum. in Rota, & re discussa maior pars dominorum censuit constare, pensionem reseruatã fuisse ad commodum Abbatis, & quoniã versamur in materia coniecturali fuit pro parte D. Abbatis excitatum, onus probandi pensionem extinctam morte Cardinalis incumbere Michaeli, & consequenter docere debere cõmodum pensionis ad eum expectasse, Et quamuis plures ex dominis extarẽt pro parte Abbatis eo potissimum fundamento, quia exigebatur pensio nomine Ioannis reseruatarij viuentis, qui habebat gratiã suam claram & obligationẽ Michaelis in forma Cameræ, cui nihil aliud opponi poterat, quã extinctio ex persona eius ad quẽ vtilitas spectet, ideoque videri onus probãdi extinctionem allegantis incumbere* l. qui dicit cum vulgatis de probatio. *Tamen quia in contrarium deducebatur esse in confesso, hanc pensionem non fuisse reseruatam ad vtilitatẽ Io. vt ipsemet fatetur, sed alterius personæ non nominatæ propter pragmaticas Hispaniarum, omissa hac disputatione fuit actum tantummodo de probationib. & coniecturis, quæ hinc inde deductæ fuerant, & quidẽ pro parte R. D. Abbatis pro præcipuo fundamẽto intentionis suæ allegatus fuit liber Datariæ cõscriptus à quondã Petro Antonio, tunc temporis ministro Datarij, in quo in margine eregione huius pensionis ibi adnotata, reperiũtur, hæc verba*, Nepoti Cardinalis Commendori intuitu ipsius Cardinalis. *Coadiuuabatur hæc probatio ex solutionibus postea secutis, nam prima dempta, quæ fuit facta Cardinali, cæteræ fuerũt factæ domino Abbati, nõ-*

Pro solutio 500. scutorum, sub die 26. Maij 1584. facta à Cæsare Basil. Dominis de Vbaldinis, per manum Caualcantium ex ordine D. Abbatis, vt cantat partita extracta ex libro dominorum de Caualcantibus, & alio ordine, sub die 3. Septembr. eiusdem anni 250. scuti Cæsari antiquo Basil. à Ioan. Girona, vt soluerentur D. Abbati & deinde ex ordine Abbatis, vt soluerentur Philippo Antenoro, & Andreæ de Alemanis, & demum ex ordine Ioannis Girona, vt solueretur terminus 1. Martij 1585. D. Abbati, qui tamen duo posteriores termini non fuerant soluti, quia interim obierat Cardinalis, & Archidiaconus cœpit prætendere extinctam fuisse pensionem, tamen hinc colligitur declaratio Ioannis Gironæ, qui erat conscius, ad quem spectaret pensio, neque aliàs fuisset post obitum Cardinalis daturus hunc ordinem, ex aduerso pro parte Archidiaconi deductum fuit, ex pluribus constare, commodum pensionis spectasse ad Cardinalem, primo, quia Apost. illa cantat intuitu Cardinalis, secundo, quia statim, post reseruationem adueniente primo termino solutionis pensionis, ea fuit soluta Cardinali, vt apparet ex partitis Cæsaris, & Philippi, Antenori, & Andreæ Alemanni. Tertio, quia solutiones factæ D. Abbati fuerunt postea per eundemmet, positæ ad computum Cardinalis, quod redarguit ipsum recepisse eas, non tam nomine proprio, quam Cardinalis. Neque obstare, adnotationem illam, quæ reperitur in libro Datariæ, quia liber ille est liber priuatus, & qui non facit fidem, vt videtur alias sensisse, Rota in Pampilonen. pensionis, coram bonæ memoriæ Bubalo, & dato etiam, quod ei esset fides adhibenda, cum non contineat nomen proprium Abbatis, sed tantum scriptum sit Nepoti Cardinalis, & propter incertitudinem non concludit. lib. duo sunt Titij, de testam. tutela. l. non hoc. C. vnd. legitimi cum similibus, præterea cum contemplatione Cardinalis fuit reseruata pensio, vtique requirebatur eius declaratio, quæ cum non appareat, remanet vt voluerit pro se illam habere, quod obseruantiæ supra consideratæ conuenire videatur ad Decium consil. 143. n. 4. Parif. consil. 17. n. 17. lib. 4. His tamen non obstantibus, domini priorem opinionem amplexi sunt pro domino Abbate, ea potissimum ratione, quia existimabant libro Datariæ esse fidem adhibendam, cum & liber & manus Petri Antonij fuerint recognita, & cum sit scriptus per officialem, ad id deputatum, adnotata per Bartolum in leg. argentarius, & in leg. argentarius, & in l. quædam de edendo, & in l. Titiæ textores de legatis. 1. Quod etiam sensit Rota in eadem Pamphilonen. Coram R.P.D. meo Gipsio, anno 1585. & 1586. & in causa Carthaginen. 11. Maij 1592. Coram R.P.D. meo Penna, & cum reseruationes huiusmodi fiant supposita alterius persona propter pragmaticas, non potest aliunde haberi veritas, quam ex huiusmodi libris, & Quinternis, quo casu ratione publicæ vtilitatis necesse est, vt eis fides adhibeatur, vt dicitur de testibus familiaribus admittendis ad probandum id quod domi gestum est, quodque per alias probari non potest Bartolus in l. scimus §. licentia C. de iure deliberandi, & in leg. consensu §. 1. C. de diuortiis, plura congerit Parif. de sindicatu. §. testis, & Lamber. de iure patron. artic. 12 quæst. 11. num. 7. 2. part. libro 2. Alias semper in incerto esset ad quem spectaret pensionis commoditas, in graue præiudicium eorum, qui eas soluere tenentur. Ex adnotatione vero illa, in qua habentur illa verba contemplatione Cardinalis, arguitur non fuisse reseruatam ipsi Cardinali, non enim diceret contemplatione ipsius, si in ipsomet resideret pensionis commodum, Bart. in l. si mandatum. C. de negotiis gestis, & in l. si pupilli. §. item quæritur. ff. eodem Baldus in l. 1. cum aliquis in 2. notabili. C. de iure deliberandi. neque obstat, quod non fuerit expressum nomen proprium nepotis, quia cum per testes probatum fuerit de illo tempore nullum alium extitisse in rerum natura, nepotem Cardinalis præter Abbatem, hæc demonstratio ei de necessitate applicari debet, neque locum habere potest d. lex. duo sunt Titij, cum hic excludatur pluralitas, & aliorum existentia. Sed nec etiam in illa lege excluditur probatio, per quam res per se incerta ad certitudinem redigi potest, quod optime conuenit huic negotio, tunc enim nepotem ab auunculo educatum, & vti filium ab eo tractatũ semper fuisse est notissimum, & procurasse eidem Abbatiã, & reliqua omnia beneficia per eum possessa, quæ maluit in eius persona collocare, quam pro se retinere. neque obstat, quod Cardinalis primum terminum receperit, quia cum ipse omnia bona nepotis administraret, hanc etiam pensionem exegit, & ideo eos quoq; terminos quos Abbas exegit nomine proprio, curauit idem Abbas poni ad computũ Cardinalis, cum nulla haberet computa vel rationes distinctas, & separatas à computis, vel communibus Cardinalis, quia omnia administrabat, & ita falluntur ea quæ in contrarium super hac re considerata fuerunt. Neque etiam obstat, quod Cardinalis cuius contemplatione fuerat reseruata pensio, non declarauerit ad quem spectaret, quia imo ex libri adnotatione apparet de contrario, cum ibi exprimatur persona nepotis, quod sine ipsius declaratione, & voluntate fieri non poterat, & sane ex vsu Patrisfamilias arguere possumus, Cardinalem voluisse eadem ratione pensionem collocare in persona nepotis, qua etiam cætera beneficia maximi valoris collocauit, non obstat, quod soleat expediri mandatum in rem suam, ad fauorem illius, cui pensio inferatur, quia hoc sæpissime omitti solet, neque hoc casu applicari potest cum non ostendatur fuisse tale mandatum expeditum ad fauorem Cardinalis. Vltimo non obstat decisio Pamphilonen. Coram bonæ memoriæ Bubalo, quia dato quod esset vera, tamen admittit probationem libri concurrentibus adminiculis, quæ hic adesse domini censuerunt.

In eadem 16. Ianuarij, 1595.

Domini præstiterunt in resolutis, pro reseruatione
pensionis ad fauorem R.P.D. Abbatis, nam quan- 272
tum ad probationem, quæ deducitur ex libro, voluerunt eam esse concludentem, cum in istis pensionibus, in quibus non potest haberi directa probatio, sufficiant præsumptiones, & coniecturæ, Bartolus in l. post contractum, de donatio. Baldus in l. ei qui in fine. C. de distractione pignorum, Alexander consil. 197. libro 7. numero 7. & sufficiens probatio dicitur illa, quæ colligitur ex libro Datariæ, qui probat qualitatem gratiæ, Caputaquen. decis. 77 lib. 1. Nam quæ deducuntur contra librum, alias fuerunt reiecta, vti friuola, & manus vera, cum fuerit recognita manuscribentis, & in Dataria habeatur pro bono & fideli, & vltra decisiones alias allegatas fuit ita per Rotam resolutum in vna Conchen. pecuniaria, 15. Maij 1587. Coram D. Pamphilio, non obstat ratio noviter per informantes considerata, quod in d. libro scriptum reperiatur, intuitu Cardinalis, quia illa verba potius ostendunt contrarium, cum non possit dici intuitu Cardinalis reseruata, si ad ipsiusmet commodum spectaret Bartol. in leg. si mandatum. Cod. de negotiis gestis cum allegatis, & frustratoria fuisset mentio nepotis, mentio vero Cardinalis erat necessaria, vt appareret fuisse ei datam recompensam pensionis, quam ipse Papa rogante remiserat super Episcopatu Taurin. in qua habebat facultatẽ transferẽdi, & ideo hãc voluit collocare in caput nepotis Iunioris, cui etiã alia sua be-

nefi-

neficia renunciauit. Ponderato vero, quæ sit in eo quod datum alicui contemplatione alterius, acquiritur personæ contemplatæ, vt in leg. si filiofamilias la Secunda, & ibi Bartol. de donationibus causa mortis, & Baldus in l. cum oportet, num. 3. Cod. de bonis quæ liberis, Menochius qui alios citat, de præsumptionibus, libro 3. præsumptio. 28. cum aliis, non obest, quia hæc procedunt, quando agitur de persona in aliena potestate constituta vti filio, & agitur an sit computanda inter profectitia, vel aduentitia, vt per Bartol. in leg. sed si plures. §. in arrogato. de vulgari, cum aliis, & ideo Baldus in dict. leg. cum oportet. num 4. dicit hanc contemplationem cessare in filio emancipato, & idem tradit, Alciatus de præsumptionibus reg. 1. præsumptione 18. & alias Rota in vna Hispalen. pensionis, coram D. Robustero, 11. Ianuarij 1574. dixit vtilitatem spectare ad illam cuius contemplatione aliquid fit, si expresse caueatur, vt ad illum spectet vtilitas, prout in casu legis si legatum, quibus modis vsusfructus admittatur, l. si quis vsusfructus, de vsufructu legato, ibi enim legatarius erat pure grauatus alteri restituere, secus vbi de hac vtilitate non est facta mentio, vel quando dispositio confertur in patrem, vel in dominum, vel maritum, vel talem personam, per quam ex iuris dispositione alteri acquiratur, secus in illis per quos de iure alteri non quæritur, toto titulo Institutis, Per quas personas nobis acquiritur, nec enim potest quis nuda voluntate facere vt leges in sua ordinatione non habeant locum, & ita tollitur exemplum allatum de Ambasciatore qui sibi donata ab eo Principe ad quem est missus acquiret domino, vt tradit Bartol. in dict. leg. sed si plures. §. in arrogato, quia idem Bart. contrarium tradit in l. si vero. §. item quicquid soluto matrimonio, & in l. qui procuratorio. §. procurator de procurator. Abbas in c. postulasti, de concessione præbendæ, Lupus in repetitione rubricæ, de donationibus inter virum. §. 45. num. 6. Alciatus, d. præsumpt. 18. vbi testatur de communi. Tollitur eodem pacto exemplum de eo quod datur a consanguineis sponsi sponsa, in qua quæstione, licet multi secuti sint opinionem Bartoli, quod acquiratur marito, tamen multi contrarium censuerunt, quorum opinio est probabilior. ex rationibus supra deductis, & maxime cum alteri, per alterum non acquiratur, nisi in casibus particularibus, & licet Bisignetus decis. vnica de donationi. inter virum, videatur hanc sententiam sumere in argumentum & Iason. in l. vt liberis, num. 17. C. de collationibus dicat esse communem. Tamen contrarium tenuit Baldus in lege cum ante. C. de donationibus. & consilio 42. num. 3. Alciatus d. præsumpt. 18. qui plures allegat, & Decius in dict. leg. vt liberis. dicit hanc esse veriorem, & hanc secuta videtur Rota in d. decis. Hispalen. limitando dictam conclusionem contemplationis ad eas personas, per quas de iure alteri acquiritur. Quantum ad obseruantiam, domini amplexi sunt responsiones datas in priori resolutione, & vlterius dixerunt, quod stante clara probatione, desumpta ex libro, frustra agitur, de obseruantia quam personarum, & nepotis qualitas reddant dubiam, & æquiuocam.

& ita conclusum standum esse
in resolutis.

⁂

§. 2.

Quis possit pensionem imponere, & an requiratur causa.

SVMMARIA.

Quæ sint agenda num. 273.
Papa potest imponere pensionem, num. 274. nec in ea requiritur causa, aut consensus beneficiati, num. 275. Resolutio Rotæ, num. 276. quamuis aliqui contra num. 277.

Papa regulariter non assignat pensionem sine causa, & sine consensu beneficiati, num. 278. resolutio Rotæ, num. 279.

Pensio imposita etiam à Papa, ex falsa causa est nulla. num. 280.

Legatus potest pensionem imponere, num. 281. Scilicet de latere, numer. 282. qui potest beneficia conferre, & omnia exercere in prouincia, quæ potest Episcopus, num. 283. Et sic circa reseruationem pensionis eandem authoritatem habet, quam Episcopus ex causa, num. 284.

In beneficiis reseruatis, vel alias ad eius prouisionem non spectantem, non potest eam imponere, numer. 285.

Legati missi, vel nati non possunt reseruare pensiones, nisi eis specialiter sit concessum, num. 286. vel nisi sint cum authoritate Legati de Latere, num. 287.

An Nuntij Hispaniæ possint reseruare pensionem n. 288. & 289. resoluitur negatiue.

Legati simplices missi absque potestate legati de Latere, cum facultate tamen conferendi beneficia, nihil dicendo de reseruatione pensionum, an possint eas reseruare, num. 290. cum sequen. distinguitur, quod si potestas conferendi daretur Legato separatim non possit, secus si simul cum ipsa legatione daretur, quia tunc esset ordinaria.

Episcopus potest pensiones imponere, num. 295. ex causa, num. 296. Quamuis Granatius teneat non posse pensionem simpliciter imponere, nisi pro bono pacis, & concordia dicens communem, & allegans decretum Pauli 4. & quandam declarationem, S. Congregat. Concilij, quæ non obstant numero 297. vsque ad 304.

Ista potestas Episcopi non est amissa, non ex vsu, vel contrario vsu, quicquid aliqui dicant, à numero 305. ad 310. & quando esset amissa non esset restituta per reg. cancellariæ, de mensibus, numero 307. & 308.

Episcopus non posset imponere pensionem super parrochiali, non excedente 100. ducatos n. 311.

Ista facultas imponendi pensiones non est sublata Episcopis, per constitutionem Pij V. de confidentiis, contra Flam. Parif. num. 312. 313. & 314. Nec simoniam committit Episcopus conferens beneficium reseruata pensione, quamuis sibi ipsi reseruare non possit, num. 315. & 316.

Vicarius Episcopi non potest constituere pensionem nisi sit specialiter commissum, num 317.

Causas assignandæ pensionis, qui ponunt num. 318.

In constitutione pensionis non requiritur solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ requisita, num. 319. nec si beneficio vacanti imponeretur pensio requiritur constitutio defensoris ad consentiendum, licet alias requiratur consensus rectoris beneficij, & contraria sententia procederet in pensione profana, numer. 319. 320. & 321.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Pensio imposita sine causa per inferiorem Papa nulla est, num. 322. maxime si in fraudem Canonis constituetetur incapaci beneficij, vel alias num. 323.

Præsumitur imposita in fraudem, nisi appareat de causa, n. 384. de qua debet constare, n. 325. nec sufficeret assertio Episcopi, num. 326.

Non creditur patri donanti filio, qui testatur merita præcessisse num. 327.

Pensio debet causæ commensurari, vt non excedat, num. 328. alias pensio non esset nulla in totum, sed reducenda, vt donatio remuneratoria excedens merita, num. 329.

An pensiones impositæ per Episcopū transeant ad successores in beneficio, n. 330. cum seqq. referuntur diuersæ sententiæ, & resoluitur pensionem ex causa concordiæ non transire, alias secus.

Inferiores Papa non possunt pensionem imponere interueniente pactione inter partes: Nec coram eis potest fieri reseruatio, seu ea sic reseruata pensione, numero 340. & 341.

Rebuffus contrarium male videtur velle nisi intelligatur de Legato habente specialem facultatem recipiendi resignationes cum pensione, num. 342.

Non solum à partibus, sed nec à compromissariis conuentio de pensione reseruanda initium habere debet, sed à superioris authoritate, num. 343. vbi ponitur dec. Rotæ.

In permutatione beneficiorum non potest pensio imponi ab ordinario, ad coæquandum fructus ex pactione partium contra aliquos n. 344. cum seqq. nec etiam potest refundi pecunia, n. 347.

Reprobatur sententia Vgolini, n. 348.

Explicatur decisio. Rotæ 519. part. 1. diuersor. numero 349.

Non potest aliquid dari ratione expensarum, vt à lite beneficij recedatur, num. 350. etiamsi fiat authoritate superioris si præcedit pactio inter partes, num. 351. & solum potest procedere contraria sententia, vbi iudex ex officio id prouideret, num. 352. resolutio Rotæ, num. 353.

Probabile videtur, posse Episcopum, seu legatum clerico ægrotante consentiente, vt alius substituatur assignata sibi pensione pro alimentis hoc facere, num. 354. non tamen poterit is resignare in manibus inferioris Papa, cum reseruatione pensionis pro alimentis, num. 355.

De transactione, & compositione in spiritualibus remissiue, num. 356.

An Episcopus possit imponere pensionem super beneficio iuris patronatus sine consensu patroni, numero 357. cum seqq. resoluitur, posse, dummodo non transeat ad successores, alias non nisi in magnam Ecclesiæ vtilitatem.

Licet Papa possit imponere pensionem, sine consensu patroni, tamen si beneficium est iurispatron. laicorum, ex dotatione & fundatione, pensio est nulla, non facta mentione de eo, num. 351.

VIso quid sit pensio, operæ pretium erit videre, quis possit eam imponere, & an requiratur cau-
273 sa. † Secundo, in qua portione, seu quantitate sit reseruanda. Tertio, quomodo in causis pensionum sit procedendum.

274 Ad primum, certum est Papam eam posse † imponere, cum in beneficiis plenissimam habeat potestatem *c. 2. de præbendis in sexto, & Clem. 1. in fine, vt lite pendente cum aliis, Gigas de pensio. q. 6. n. 1. & Corras. de benef. 1. part. c. 4. num. 9.*

Vnde in eo † non requiritur causa ad imponen- 275
dum pensionem, *Felin. in cap. ad audientiam. 2. de rescript. num. 2. & 4. Decius consil. 436. Gigas d. q. 6. à num. 6. & q. 10. Sarnen. in compendio vtriusque signaturæ, vers. & est aduertendum, Rebuffus de pacificis possessoribus, numer. 129. alias 110. Corras. d. c. 4. num. 13. Io. Nicolaus Delphinas de iure patron. lib. 1. nu. 67. & 70. Mandos. de signatura gratiæ, titulo de pensionibus versic. Papa absque aliqua causa, Camillus Cautius in tract. de pensione Episcopali, num. 10. qui habetur 15. tomo part. 2. tractat. numerum, Granutius ad Simon. de reseruatio. q. 62. num. 4. P. Grego. de benef. cap. 29. numer. 2. Marches, de commissionibus, 2. part. cap. 4. de commissione appellationis, numer. 42. & Flam. Paris. de resigna. benef. lib. 6. quæstion. 2. numer. 131. & 155.* qui docent Papam posse pensionem imponere, sine causa, & etiam sine consensu beneficiati, *& Caputaquen. decis. 316. part. 2.* & Rota in vna Camerinen. pensionis, 7. Iunij 1591. Coram † D. Gipsio vbi re- 276
soluit, quod *Reg. de non tollendo iure quæsito, non est necessaria derogatio in declaratoriis,* Gabriel de Reg. iuris conclus. 3. num. 65. *nec rursus est necessaria, in impositione pensionis, &c. quia Papa pro libito voluntatis potest pensiones super beneficiis imponere, & transferre* Paris. consi. 66. numer. 69. lib. 4. & in Oxomen. pensionis, 20. Maij 1598. Coram D. Lita supra adducta num. 148.

Et idem tradit Gambarus post Felinum, † *de of-* 277
ficio legati, libro 10. numero 376. Quamuis postea *num. 386.* aperte teneat, quod in foro conscientiæ pensio à Papa constituta sine causa pro aliquo, non prosit obtinenti, *quod etiam tenent Abbas de conciliis, 2. part. c. 21. Victoria in relectione de simonia, n. 50. & 51. Corduba libro 1. quæst. q. 21. pun. 2. Arragon. secunda secundæ, quæst. 63. art. 2. versic. de annuis autem pensionibus, Emanu. Rodriguez. in summa, 2. tom. cap. 21. Vega in summa, 2. part. cap. 65. casu 6. P. Ledesm. 2. part. summæ tract. 7. c. 1. & tract. 12. concl. 21. & Theologi Hispani communiter.*

Regulariter tamen Papa non assignat pensionem † sine causa, & sine consensu beneficiati. *Cassado.* 278
decis. 4. numer. 6. de pensio. Gigas q. 1. numer. 4. & q. 6. numer. 7. & Marches. d. numer. 42. & est reg. Cancellariæ 44. de consensu in resignationibus & pensionibus.

Vnde in vna Reatina pensionis, † de anno 1588. 279
Coram illustrissimo Pamphilio Rota resoluit, quod *pensio est nulla, si causa narrata non est vera, licet enim Papa possit reseruare pensionem sine causa, Tamen in dubio censetur motus iusta causa, & quando causa expressa est, indubitatam illam debere iustificari, alias est nulla.*

Et quod pensio imposita etiam à Papa ex falsa causa est nulla, tradunt Gigas, *quæstione 5.* † *numer. 5.* 280
Caputaquen. decis. 298. numer. 1. part. 1. & Rota decis. 274. in suis Miscell. manuscriptis, & Flam. Paris. lib. 6. q. 2. num. 77. & aliij.

Legatus etiam potest pensionem imponere *Re-* 281
buffus de pacificis † *possesso. num. 120. alias 103. Corras. d. cap. 4. num. 9. & Gambarus lib. 6. num. 77.* intellige tamen de Legato de latere, *Gigas quæst. 6. numer. 28. Cuchus* † *in institutio. Canonicis paruis, lib. 2. tit. 8. §. ante omnia, & ibi additio. Zechus de benef. & pensionibus, c. 11. num. 5.* qui potest beneficia † conferre, *cap. 1. de* 282
officio legati lib. 6. & dicemus infra 5. part. cap. 3. & omnia exercere in prouincia, quæ potest Episcopus in sua diœcesi *Speculator titulo de legato. 5. nunc ostendendum, numer. 54. Cuchus in institutionibus maioribus,*

284 *his, lib. 2. tit. 5. numer. 85.* & sic circa reseruationem † pensionis eandem authoritatem habet, quam Episcopus, intellige etiam ex causa, *vt de Episcopo dicebatur infra.*

285 In beneficiis vero reseruatis, † vel quæ alias ad eius prouisionem non spectant, non potest pensionē imponere, sicut non potest ea conferre, *Gigas nu. 19. additio Cuchi, & Zechus supra.*

286 Legati autem missi, † vel nati, ex quo virtute suæ Legationis beneficia conferre non possunt, *d. cap. 1. & dicemus d. cap. 3. 5. partis,* sic nec pensiones reseruare, nisi hoc eis specialiter sit concessum, *Gigas su-*
287 *pra num. 20. & 23. & Cuchus d. §. ante omnia,* † vel nisi sint missi à Papa cum authoritate, seu potestate Legati de latere, *vt ait Gigas, d. q. 6. n. 19. licet cogitandum relinquat.*

288 Vnde videbatur, † quod Nuntij Apostolici in Hispania residentes qui cum potestate Legati de latere mittuntur à Papa, possent in beneficiis 24. ducatorum, quæ ad eorum prouisionem spectant, reseruare pensionem ex causa, nisi tenuitas valoris obstaret.

289 Sed nihilominus contrarium existimo, † nam Nuntij Hispaniarum non conferunt ista beneficia authoritate ordinaria, sed potius delegata, cum detur eis, cum aliquibus restrictionibus: nempe personis idoneis prouidendi, & quod prius eis constet fide dignorum testimonio non excedere vigintiquatuor, *vt in clausula facultatis infra ponenda 5. par. cap. 3. nu. 84. ad c. licet in corrigendis de offic. ordinarij, & quæ ibi notantur,* maxime cum detur facultas conferendi beneficia, etiam reseruata ratione mensis *ad Rotam decis. 148. n. 2. lib. 2. par. 5. diuersorum, & Gonçalez glo. 24. n. 45.* dicentes, quod Legati, vel Nuntij conferētes, beneficia reseruata conferunt, vti delegati, non ordinarij, & sic, cum authoritate extraordinaria ista beneficia conferant, non videntur posse pensiones imponere, quantumuis alias mittantur cum potestate Legati de latere.

290 Sed an Legati simplices missi absque † potestate Legati de latere, cum facultate tam conferendi beneficia in sua prouincia, *iuxta d. c. 1.* nihil dicendo de reseruatione pensionum possint eas reseruare, Ze-
291 chus *dict. cap. vndecimo, numero 5.* tenet sic, at † *Gigas d. quæst. 6. n. 21.* tenet contrarium, quia licet tunc beneficia conferre possint, tamen non conferunt vi legationis, & ex iurisdictione ordinaria, sed ex facultate extraordinaria sibi specialiter attributa, quę restringi debet.

292 Sed quamuis hæc sententia † recte videatur procedere, quando facultas conferendi daretur Legato separatim, & non simul cum ipsa legatione, quia tunc talis facultas esset extraordinaria, & delegato, tamen non videtur vera, quando simul cum ipsa legatione daretur talis facultas conferendi simpliciter:
293 nam tunc ordinaria diceretur † iurisdictio in omnibus ex notatis in simili de Vicario Episcopi *infra 5. p. cap. 8. numer. 41.* & in terminis delegato Gamb. *de officio legati, lib. 9. num. 33. & 37.* vbi docet, quod licet Legatus non sit ordinarius, sed delegatus in his, quæ competent ex speciali facultate, seu commissione, quando seorsum committuntur, tamen, cum in litteris suæ legationis simul exprimuntur omnes facultates, & sub vna concessione emanantes simul stant, & cadunt, *c. translato, de constitutioni.* & sic in omnib. censetur ordinarius. Hæc Gambar. & sic cōsequenter posset reseruare pensionem, cum posset
294 beneficia conferre, ex vi † legationis, & iurisdictione ordinaria, & alias possit in sua prouincia omnia, quæ Episcopus in sua diœcesi, *vt notatur in d. c. 1. & 6. de officio legati in sexto, & faciunt quæ tradit Gamba. lib. 1. rubrica quæ differentia sit, inter legatos de latere, & alios legatos, & Thomas Sanchez de matrim. lib. 3. disputat. 23. ad finem.*

Rursus Episcopus, seu Archiepiscopus in † sua di- 295
œcesi potest pensiones super beneficiis imponere. *Felinus in d. c. ad audientiam, n. 3. Carcialupus de pensionibus quæst. 5. & 15. Paulus Romanus eodem tracta. c. 4. num. 1. Gigas q. 6. à n. 2. Sarnen. in compendio vtriusque signaturæ versic. & est aduertendum, & in reg. de annali q. 2. Rebuffus de pacificis possessoribus, nu. 120. alias 103. & in repetitione capit. extirpandæ, §. qui vero de præbendis, sexto notabili,* circa materiam pensionis, qui recte ait alium inferiorem Episcopo non posse pensiones imponere, & *Corras. d. c. 4. à nu. 9. Gambarus de officio legati, lib. 6. nu. 77. Duarenus de beneficiis li. 6. c. 4. Io. Nicol. Delphinas de iure patro. lib. 1. n. 7. Mandos. Reg. 53. cancel. q. 14. num. 11. Guerrero, cap. 61. versi. & Episcopus, Cuchus in d. institutio. paruis, lib. 2. tit. 8. §. ante omnia, Redoanus de simonia, 2. part. c. 14. num. 27. & cap. 21. à n. 26. Camillus Cautius d. tract. de pensione Episcopali, Nauarrus consi. 4. de simonia, Zechus d. cap. 11. num. 5. & Vega in summa 2. par. c. 65. casu 7. & post hos Gonçalez. glos. 5. §. 5. à n. 27.*

Qui omnes id intelligunt † ex causa iusta & ho- 296
nesta, & vtilitatem Ecclesiæ concernente, & Nauar. *ibi* ait, quod, cum imponere pensionem beneficio sit contra ius regulare, cap. extirpandæ de præbendis *cap. vnico, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur,* Episcopus non potest id sine iusta causa facere, ne videretur velle pensionem imponere, nisi id exprimat, & Rota in Milleuitana Canonicatus, de qua infra num. 314. & in Callagurritana pensionis infra adductan. 343.

Quamuis Granutius *ad simon. de reseruationibus* † 297
q. 62. n. 6. & 7. dicens communem, teneat ordinarium non posse pensionem simpliciter imponere, nisi pro bono pacis, & concordiæ, & in hac communi fuisse fundatum Decretum Pauli IIII. de quo per Mandos. *de signatura, ti. de pensio. versic. hodie tamen ex decreto,* vbi ait, quod hodie ex Decreto Pauli IIII. nō potest pensio super beneficio, de quo alicui per obitum vacante prouidetur, imponi sine ipsius Papę expressa licentia, *& in titulo de confirmatio. versic. pensionis ab ordinario* ait quod pensioni ab ordinario impositæ confirmatio non datur, sed Papa denuo concedit, vti Alexander 6. in signatura seruandum esse statuit. & ratio, inquit, est, quia ordinarius non potest beneficium diuidere, & pensionem, seu partem fructuum vni assignare, prout Papa, &c. & omnem resecari difficultatem, ait Granutius ex decreto S. Congregationis concil. † sub num. sibi 476. ibi, 298
nec ordinarius potest eam infringere, nec alicui Ecclesiæ pensionem imponere, quod decretum simpliciter loquens opinatur ipse non extendi ad pensionem pro bono pacis, & concordiæ ab ordinario impositam *ad tradita per Rolandum, consi. 72. num. 56. & 57. lib. 1.* & hoc decretum † S. Congregationis, à Granutio alle- 299
gatum mihi est, n. 295. & sic ait Vicario Episcopi Agrigen. *Si resignatio Ecclesiæ Parrochialis vere fuit Romæ expedita, antequam ordinarius resignantem, vt, ac beneficio d. Parrochialis priuaret, eadem resignatio debet suum sortiri effectum, nec ordinarius potest eam infringere, nec alicui Ecclesiæ pensionem imponere,* & alias habetur inter declarationes super capit. decimoquarto, sess. 25. de refor. vbi tamen dicitur, *nec a-*

loquatur Ecclesiæ pensionem imponere.

300 Sed in primis falsum est, † communem esse contra d.doctrinam, imo ea est communis, vt apparet ex citatis authoritatib. nec obstat d.decretum Pauli IV.
301 quia videtur factum † pro Dataria, scilicet ne ministri, seu officiales Papæ, absque ipsius expressa licẽtia dictam pensionem imponant. Quod vero dicit Mã-
302 dos. *d. titulo de* † *confirmationibus,* in eo est, quia ordinarij non possunt pensionem imponere absolute, sed
303 cum causa iusta, vt dictum est: & ita etiam † debent intelligi decretum, & declaratio S.Congregationis, & doctrina Padillæ *in l. vnum ex familia. §. si. de falcid. numero 23. ff de legatis 2.* quem sequitur Gratian. *reg. numero decimosexto,* quod Episcopus conferens beneficium, non potest illud aliqua pensione grauare, *vt in cap. si quis præbendas 1.q.1. & cap. vnico. §. fin. vt Ecclesiastica beneficia, quibus cauetur* t lex 5. *tit.16. parte 1.*

304 Sed ad dictam declarationem † S.Congregationis melius respondeo, quod tota illa loquitur de parocho concubinario, qui antequam parochiali priuaretur per ordinarium, *iuxta decretum Concilij d.c.14.* eam resignauit, quæ resignatio est valida, neque eam potest ordinarius infringere, nec aliquam Ecclesiæ pensionem imponere, sic enim legendum videtur ratione concubinatus resignantis, & pœnæ priuationis fructuum, de qua in d.decreto, quia non transit ad resignatarium, vt alias censuit eadem S.Congreg. super d.c.14. ibi 3. part. his verbis, *pœna hæc non transit ad successorem in beneficio si priuatus resignat.*

305 Aduertendum est tamen, † quod Rebuf. *in praxi, tit. de reseruatio. tam generalibus, quam specialibus* ait quod hodie Episcopi non constituunt pensiones, imo non ex vsu amissa est in hoc eorum potestas per
306 ignorantiam, refert Camillus Cautius *supra.* Et Lud. Lopez *instruct. conscientiæ 1.tom.c.305.* post Sotum *de iust. & iur. lib.9. quæst.7. art.2.* inquit quod prout iam receptum est vsu Romano solus Papa pensionem ponere potest, & Cardi. Tole. *in sum. li.c.26. in fine,* ait quod non est prohibitum iure Episcopis imponere pensiones, ob consuetudinem tamen, & communem stylum Romanæ curiæ, si quis sine summi Pontificis facultate pensionem haberet simoniacus esset, & Zechus *d.c.11. numer.2. in principio,* ait quod vsu iam est receptum, vt Episcopus nullo casu propria authoritate possit pensionem imponere, & itidem *d.nu.5.* ait quod tutius est, vt nec Episcopus id possit, vt supra, sine Papæ licentia, & P.Ledes. *2.p. sum. tract.12. concl.20. & 21.* ait iure positiuo facultatẽ imponendi pensionem esse reseruatã Summo Pont. vt constat ex vsu.

307 Sed Camillus Cautius in fine, *d.tract.* ait † quod per reg. cancel. in mensibus, in qua Summi Pontifices dant Episcopis residentibus facultatem libere disponendi de beneficiis in sex mensibus vacantibus videtur aduersus omnem negligentiam, & consuetudinem esse restituta Episcopis potestas imponendi pensiones, non ex vsu, seu alias amissa, saltim quoad Episcopos hodie iure suo, vti scientes, & volentes propter verbum *libere* positum in d.reg. quod (inquit) relaxat omne iuris & facti, & vinculum, & obstaculum, & denotat, amplissimam potestatem etiam imponendi pensiones, iuxta sensum, & intellectum *c.2. de præbendis, lib.6.*

308 At hoc nihil valet, † quia verbum (libere) de quo ibi, solum significat, quod possint Episcopi residentes disponere de beneficiis vacantibus in sex mensibus alternatis libere, id est, absque impedimento reseruationis octo mensium, de qua in principio reg. iuxta subiectam materiam, *vt per Gonçal. glos.53. num. 14. & 25.* Et ideo si ex non vsu amissa esset Episcoporum potestas imponendi pensiones illud verbũ, *libere,* de quo in d.reg. non esset eis restituta, *facit lex si quando. C. de inofficioso testamento, & quæ tradit Gamb. in tract. permutationum super c.1 d. rerum permutat. in 6. n.10.*

Existimo vero, contra Rebuf. d. potestatem † Epi- 309
scoporum imponendi pensiones non esse amissam, ex non vsu, nam per non vsum non tollitur facultas aliquid faciendi, *Rochus de Curte in capit. fin. de consuetud. sect.4. numer.77. & videtur tenere Gonça. supr. nu.28.*

Nec est contrarius vsus quicquid † dicant Ze- 310
chus, & Ledes. nec *rursus* in contrarium est vsus Roman. quicquid dicant Sotus, Lud. Lopez, & Toletus *supra.*

Et quamuis Zerola *in praxi Episcopali* † *1.p. verbo* 311
pensio. q. ver. simonia. 3. dub. dicat Episcopum nõ posse ponere pẽsionem, tamen *2.p. ver. pensio §.5.* ait quod dictum est Episcopum non posse imponere pensionem super beneficio, intelligendum esse iuxta formam S.Concil. scilicet, vt non possit eam imponere super parochiali nõ excedente summam ducatorum centum, *sess.24.c.13.* Cæterum Fl. Paris. *de confid. q.28. numer.120.* docet ex const. Pij V. *super confid. §.* & i- 312
dem videri Episcopis sublatam facultatem imponendi pensiones super beneficiis, per eos collatis, nã Episcop. non simpliciter poterant pensiones imponere, sed ex causa, & adhibitis quibusdam modificatio. secundum DD. & ad tollendos scrupulos, & difficultates, quando esset bene reseruata per Episcopum, & ex causa sufficienti, bonum fuit eis tollere hanc facultatem.

Sed hæc sententia † Flam. Paris. est falsa, nam d. 313
constit. Pij V. *§. itidem* procedit, & loquitur, quando pensio fuisset imposita per Episcopum personæ sibi bene visæ, & postea declarandæ, quo casu esset simoniaca, & confidentiaria, ex d.const. quæ hoc casu solum est intelligenda, vt in terminis resoluit Rota, in vna Milleuitana Canonic. 6. Martij 1595. Coram 314
Millino, dicens quod *pensio imposita per Episcopum ad fauorem certæ personæ, etiam de consensu prouisio etiam coram Notario præstito in forma, non facit prouisionem simoni. licet sit nulla ipsa pensio, si non constet de causa; si autem pensio fuisset imposita per Episcopum personæ sibi bene visæ, & postea declarandæ, esset simon. & confid. ex Bulla Pij V. quo casu solum est intelligenda.*

Ex quo etiam conuincitur, † quod ait Vgolin. *de* 315
simon. tab.1. de simon. genere c.28. §.3. numer.6. Nempe simoniam committi si Episcopus, & inferior Summo Pontifice beneficium conferat, reseruata sibi, alteriue pensione, tum quod beneficia (inquit) simpliciter conferenda sunt. Tum quia sine diminutione conferri debent vt in titulo, vt Ecclesiastica beneficia, † & ijs canones transgredi non licet: quamuis verum sit, quod sibi ipsi pensionem reseruare non 316
potest, vt in d.c. vnica, & si esset ex pacto esset simoniaca vt ibi.

Vicarius autem † Episcopi non potest constitue- 317
re pensionem, nisi hoc sibi fuisset ab Episcopo specialiter concessum, docet Sbrotius, *in tract. de Vicario Episcopi, l.2.q.71. nu.24.* cum Beroio. *consi.18. nu. 18. volum.1.*

Et causas assignandæ pensionis † ponunt Caccia- 318
lupus *de pensio q.4.* Paul Roman. *c.1.* Gigas *q.1. nu.4. & q.6. Rebuf. de pacificis possessoribus, n.125. alias* 108.

& in

& in repetitione. d.c. exterpandæ, § qui vero de præb. 6. notab. circa materiam pensionis, Couar. *d.c.4. num.12.* Gambarus *d.l.6. à n.100* Io. Nicolaus Delphinas *d. l.1. de iure patronat. n.66. & 69* Mandos. *d. tit. de pensionib. vers. causæ imponendi pensionem,* Bursatus *consil. 126. nu.90. l.2.* Arragon *2. secunda q.63. art.2. versic. si quis autem quærat* Emanuel Rodriquez *d. secunda to. c.21.* Vega *2.p. 1. cap.65, casu 6.* Pet. Ledesma *d.2. part. tract.7. c.1. circa 14. conclusionem, & tractatu duodecimo concl. 21.*

319 Non tamen † requiritur in constitutione pensionis solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ requisita, quãuis id velit Rebuf. *in d. repetitione, §. qui vero, d.6. notab.* circa materiam pensionis, versi. circa tertium, quæ solemnitas, & versic. quantum ad septimum, quia id iure non cauetur, & aliud est pensio, de qua agimus, aliud alienatio rei Ecclesiæ.

320 Imo quamuis inferior à Papa non possit † pẽsionem imponere sine consensu Rectoris beneficij, *Caccialupus quæst.5. & Gigas q.10. num.1. &* 2. tamen si beneficio vacanti imponeretur pensio existimo non requiri constitui eidem defensorem ad consentiendum pensioni prædictæ, quamuis id velint Caccialupus, & Gigas *ibi,* quia ista non est materia alienationis rei Ecclesiæ, sed sufficeret illam imponi ex causa iusta, & vtilitatem Ecclesiæ concernente, *iuxta su-*
321 *pradicta,* & quod dicit Rebuffus † *ibi,* & Caccialupus, ac Gigas post Romanum, *consil.169. numero secundo,* procederet in pensione profana, & temporali, quæ non daretur loco beneficij, & titulo clericali.

322 Et cum in impositione pensionis † facta per inferiorem Papa requiratur causa, si illa desit nulla est, & inualida, *d.c.4. n.13. Io. Nicol. supra num.70. Sarnen. & alij supra relati, n.295.*

323 Maxime si in fraudem Canonis constitueretur ei, qui nõ est capax beneficij, vel alias. *c. exterpandæ. §. final. de præbendis, cap. audiuimus. de collusione detegenda, vt cum Panormitano tradunt Felin. in dict. capit. ad audientiam, 2. numero 21. conclus. Caccialup. qu.4. Gigas q.5. in principio, Rebuffus, de pacificis possesso. numero 131. alias 113. Corras. dict. numero 13. & Io. Nicol. sup. nu.72.*

324 Et præsumitur imposita in fraudem † nisi appareat de causa, *vt cum Ancar. & Cardi. in d. § final. tradunt Rebuffus, & Corasius ibi.*

325 Debet enim de causa constare. † *Oldra. consil.216. Fel. d. num.1.2. eorũ. Gigas q.6 num.2. Rebuf. de pacificis possessoribus, n.123. alias 107. & in d. repetitione, §. qui vero. d.6. nota. vers. & talis causa,* alias est nulla ipsa pensio, vt d. Mileuitana Canonicatus, *de qua supr. nu.314.*

326 Nec sufficeret assertio Episcopi † asserentis causam interuenisse, vt per citatos maxime, Rebuffum ibi, nam ei non creditur, cum actum libere facere non possit. *l. si forte, vbi Bartolus ff. de Castrensi peculio, & in proposito, Corras. d. cap.4. num.14. & decimo alias 11. par. capit.4. à num.52.* Sicut non creditur pa-
327 tri donanti filio † qui testatur merita præcessisse, *glos. & Doctores in l. si donatione. C. de collationibus, Corras. ibi Tiraq. l. si vnquam C. de reuocandis donationibus, verbo donatione largitus, numer.87. Anton. Gomez. in l. 29. Tauri, num.23. Bernard. Diaz. regul.533. & Salcedo ad eundem reg.114. versic. illud autem. Gratian. reg.88. Io. Gutierrez. de iuramento confirmatorio 1. par. cap.5. à n.16. Mascard. de probationibus, concl.184. cum tribus sequentibus, Molin. de iustit.1. tom. tract.2. disputatione* 244. *& Thomas Sanchez. de matrimonio, lib.6. disputatione 6. n.5.*

Debet quoque pensio causæ commensurari, † & 328
respondere vt non excedat ad capitulum relatum secundum de testament. ibi, *iuxta seruitij meritum conferatur, Oldrado, Felin. & Gigas supra, & Rebuffus, num.115. alias 109. & Corras. d. nume.14. & facit, quod in simili post alios, quos refert, tradit Thomas Sanchez sup. n.6.*

Alias pensio non esset nulla in totum, sed † redu- 329
cenda ad debitam quantitatem, vt de donatione remuneratoria excedente merita dicitur, *Tiraq. sup. nu. 79. & 80. Palacios Rubios in rubrica de donatio. inter virum. §.32. n.9. & §.50. à n.26. & in l.17. Tauri, à nu. 52. Castillo in proœmio legum Tauri, verbo, Gratia de Dios, versic.1. vt valeas Gratian. reg. 150. n.18. Angulo in l.12. de las mejoras, glosa 1. n.19. Io. Garcia de donatione remuneratoria, n.91. & Thomas Sanchez d.n.6. cum aliis, circa quod, vide dicenda infra.*

Sed restat dubium, † an pensiones impositæ per 330
Episcopum transeant ad successores in beneficio, durante vita pensionarij, an vero durent tantum ad vitam beneficiati illi consentientis.

In quo videntur esse diuersæ sententiæ. † prima 331
ordinarios non posse pensiones imponere, quæ trãseant ad successores in beneficio, & sic durare tantum ad vitam consentientis, *ita Staphileus de literis iustitiæ, titulo exceptio sola plus operatur. & c. num.14. pag. mihi 285 Nauarrus consi.8. & 9. de iure patronatus, & consi.43. num. de simonia, & Flam. Paris. de confident. q. 28. n.120. Pro qua facit textus in c. nisi essent de præbendis, vbi Doctores.*

Secunda sententia est, † pensiones impositas per 332
inferiores à Papa, non transire ad successores, nisi vbi ordinarius eas imponeret causa concordiæ, vt à lite recedatur, nam tunc transiret ad successores in beneficio, *ita Sarnen. in reg. de annali. q.2. vbi sic intelligit quod ait in compendio vtriusque signaturæ, versi. & est aduertendus Gigas, q.85. n.1. & 11. Mandos. in Reg.33. q.14. n.11. Redoanus de simonia, 2. parte ca.4. n.14. & c. 21. num.36. Marchesanus de commissio. 2. par. ca.40. de commissione appellationis num.41. & 44. Quintanaduenas, lib.2. Ecclesiastico, n.44. & videtur sentire Hiero. Paulus in practica cancellaria, versiculo super beneficio potest transigi.*

Tertia sententia est, posse Episcopos absolute, † 333
ex causa rationabili imponere pensiones ad vitam pensionarij, & quæ transeant ad successores, licet nõ cum facultate transferendi, *ita Caccialupus de pensionibus, quæst.4. & 5. Gigas quæst. 6. numer.4. Cuchus in dict. institution. libro secundo, titulo 8. §. ante omnia, & Camillus Cautius dict. tract. de pensione Episcopali, numer.10. & Gambarus d. lib. à num.385.* ait istam sententiam veram esse in puncto iuris, in iudicando tamen, primam sequendam, quam dicit communem *ibi, & n.685.*

At ego sum in diuersa sententia, † nempe quod 334
Episcopus ex causa concordiæ, & vt à lite recedatur, non possit imponere pensionem, quæ transeat ad successores in beneficio, sed solum duret ad vitam onerati, *argumento textus, qui videtur expressus in sua ratione, in d.c. nisi essent.* si enim casu illius textus Papa non vult tolerare vt pensio imposita ex causa pacis, & concordiæ transeat ad successores, nec circa prouentus aliqua videatur facta lectio, clarum videtur inferiores à Papa, quamuis non sint iudices delegati, vt ibi, sed ordinarij, vt Episcopus vel Legatus non posse ex causa concordiæ imponere pensio-

nem, quæ transeat ad successores.

335 Ex quo cessat euasio † Gambari *supra nu.* 402. qui ait pensionem, de qua ibi non potuisse obligare successorem non simpliciter, ea ratione, quia quasi videretur facta sectio beneficij, sed quia, qui sic ordinauerunt erant delegati, non habentes in præmissis iurisdictionem ad obligandum successores.

336 Et id videtur sensisse Gramitius † ad Simonetam, *d. quæst. 61. nu. 7.* & Rota in vna Calagurritana beneficij de Ondstegui. 28. Martij 1583. Coram Illustrissimo Lanceloto, & in alia Calagurritana beneficij de Arriola, 18. Iunij 1593. Coram D. Gypsio in quibus fuit dictum, quod concordiæ fieri debent dummodo nõ sequatur sectio beneficij, iuxta d. c. nisi essent, & quod lis potuisset dirimi per reseruationem pensionis sub beneplacito Apostolico, *vt in decis. infra adductis vltim. p. c. 4. n. 5 & 6.*

337 Et est rationam cum tunc agatur de iure † personali, non potest obligari beneficium, seu successor, cum de eius vtilitate non agatur, *vt inquit Innoc. in d. cap. nisi essent ad fin.*

338 Nec obstat textus *in c. de cætero*, † *& c. veniens de transactio.* quæ Gambarus *supra num. 402.* allegat pro sua sententia, quia non loquitur de pensione.

339 Aliis vero ex causis † iustis, & rationabilibus quæ euidentem Ecclesiæ vtilitatem importent, poterit Episcopus pensionem imponere, quæ transeat ad successores pro vita pensionarij, *Feli. in d. c. ad audientiam, 2. n. 2. Gigas d. q. 6. & Cuchus vbi supra.*

340 Aduertendum est autem, quod inferiores † Papa non possunt imponere pensiones, vbi interuenit aliqua conuentio inter partes, *de ea, d. 32. nisi essent, ibi, non quidem ex pactione partium, Rebuf. de pacificis possess. n. 122. alias 105. & in d. repetitione. § qui vero 6. notab. circa materiam pensionis, Cuchus d. tit. 8. §. illa quoq. & ibi additio, Redoanus de simonia, 2. par. c. 14. in fine, & c. 22. & Camillus Cantius d. tract. n. 5.* Et sic co-
341 ram eis non potest fieri resignatio, seu cessio reseruata pensione, sicut nec in fauorem, *secundum allegatos, & Corras. 1. p. c. 8. n. 13. Boerium decis. 2. n. 45* qui dicit, quod ad solum Papam spectat admittere resignationem, cum pensione, *& Gambarum supra n. 163. & 618. P. Greg. de benef. c. 29. num. 1. Flam. Par. s. de resignatione beneficiorum, l. 7. q. 13. n. 17. l. 8. & q. 7. ex n. 11. Vgol. de simon. tab. 1. de simo. gratiæ c. 27. § 3. n. 1. & 2. Cosm. Phil. de officio sacerdot. 2 p. l. 6. c. 5. & Veraa in sum. 1. p. c. 36. casu 38. & 2. par. cap. 65. fa 2. & Ze-*
342 *chum d. c. 11. n. 5.* quicquid sentiat Gigas † *consil. 153. seu responso 44. de pensio.* & quamuis contrariũ videatur velle Rebuffus *in praxi, titulo de resignatione conditionali, nu. 12. & 13.* nisi intelligatur de legato habente specialem facultatem recipiendi resignationes, cum pẽsione, *de qua Flam. Paris. d. quæ. 13. nu. 14.* & habetur in facultatibus Cardinalis Aldobrandini ad Regnum Poloniæ Legati, postea Sanctissimi Clementis 8. in constitutione 35. & Sixti 5.

343 Quinimo non solum † ab ipsis partibus, sed nec à compromissariis, conuentio de pensione reseruanda initium habere debet, sed à superioris authoritate, vt fuit resolutum in vna Calagurritana pensionis, 29. Maij 1595. Coram D. Penna, vt in decis. sequenti, pro qua facit c. 2. de arbitris.

Orta lite anno 1581. inter Io. Baptistam de Basane, & Io. de Ayo, & Thomam Calleiam super dimidia portione vacante, in Ecclesia parrochiali oppidi de Victoria, ad eam dirimendam, in quosdam arbitros compromiserunt, qui paulo post de licentia ordinarij, & sub beneplacito sedis Apostolicæ pronunciauerant, quod si Ioan. de Ayo à Prouisore Calagurritano dicta portio adiudicaretur, ille loco annuæ pensionis octo tritici fanegas Io. Baptistæ quolibet anno persoluere teneretur. cæterum quia lites prouisor Io. de Ayo portionem adiudicasset, ille pensionem prædictam soluere recusauit, dubitans an fuisset valide reseruata, ita vt Ioan. teneretur ad illius solutionem vel constituere procuratorem ad consentiendum illius reseruationi, vel lis, & causa restituenda foret in pristinum statum. Et sic Io. Baptista qui sibi pensionem deberi prætendebat informante, Rota censuit pensionem non fuisse valide reseruatam, quia non fuit constituta ab Episcopo, nec de eius consensu ex causa rationabili, sicut requiritur in casibus, de quibus possunt Episcopi pensionem valide reseruare, vt fuit decisum in illa Mileuitana Canonicatus, 6. Martij proxime præteriti, coram D. Mellino, ad Felin. in c. ad audientiam 2. n. 2. & sequenti de rescrip. & Gigant. de pensionibus q. 6 num. 2. *quam vt amicabilis compositio valeat, & partes à vitio simoniæ excusentur, conuentio de pensione reseruanda à superioris authoritate, non ab ipsis partibus, vel à compromissariis initium habere debet,* Anania in c. audiuimus, n. 3. de collusione detegenda. *Rursus cum arbitri, sub conditione Apostolici beneplaciti pensionem reseruauerint, nec fuit valida, nec Ioan. Ayo ad illius solutionem tenebatur ante adimpletam conditionem, quia conditio non purificata nihil ponit in esse,* l. eius qui in Prouincia ff. si certum petat. ex l. Thais. §. stichus, ff. de fideicommiss. libertate, Ruinus consi. 181. num. 2. l. 1. *& ex hoc dicebant aliqui ex dominis cessare difficultatem, & aut non foret necessarium disputare, an ordinarius ex bono pacis vni conferendo beneficium, posset pensionem alteri reseruare, quantum ad secundum negatiue etiam responsum fuit videlicet, non teneri Ioannem Ayo constituere procuratorem ad consentiendum reseruationi pensionis, tum quia re adhuc integra potuit pœnitere,* Crescen. decis. 5. de procuratoribus, *tum etiam, quia in compromisso non se obligauerat ad petendum confirmationem, vel constituendum procuratorem ad consentiendum pensioni, quam compromissarij excogitauerant, vnde constringebatur vigore iuramenti,* Capella Tolosana. decis. 261. *Quo ad tertium Rota affirmatiue respondit, Ioannem de Basane ad pristinum statum redire, & de iuribus suis experiri posse, cum non aliter concordia visus fuerit consensisse, nisi sibi fuisset pensio valide reseruata, qua deficiente defuit eius consensus, & cessio litis non videtur aliter facta.*

Ex quibus † conuincitur primo dictum Nauarri *consil. 43. de simonia, nu. 4.* quod in permutatione beneficiorum potuit pensio imponi ab ordinario, ad coæquãdos fructus vtriusq; beneficij permutati in casu illius consilij, in quo interuenit pactio de ea inter partes, *quod etiam tenet Io. Nicol. Delphin. de iure patronatus l. 2. q. 18. n. 161. & videntur tenere Caietanus, 2. secunda, q. 100 ar. 4. & Valencia 3. tom. secunda secundæ, disputatione sexta, q. 16.* † *puncti. 5.* cuius contra- 345
rium tenet Vgolinus *supra c. 27. §. 1. n. 3.* Philiarchus *d. c. 5. &* Corradus *in respons. casuum conscientiæ. q. 42. in additione, pag. 88.* & Zechus *d. c. 11. n. quint. & c. 10. n. 2. ver. 11* & Ludo. Carbo *de rest. q. 60. d. 17* qui ait, quod in permutatione, quando beneficia essent imparia liceret per pensionis solutionem constituere æqualitatem, verum, cum permutatio fit authoritate ordinarij, non potest constitui pensio, aut reseruatio fructuum, sine authoritate Papæ, vt habet stylus curiæ, &c.

Nec pro Nauarro facit textus † in quo fundatur in *capit. ad quæst. de rerum permutat.* quem recte explicant, Couarru. *libro primo variarum cap. quinto, num.* 9. post 346

9 post Adrianum *quodlibet. 9. ad quantum,* & Corradus 3.

347 Nec fauent Nauarro, Anchar. *consi. 179.* † & Felin. *in cap. quia verisimile, nu. 1. de præsumptio.* Ex quib. male etiam ait ipse Nauarrus *in Manuali, ca. 23. n. 100. versiculo 3.* quod in permutatione beneficiorum inæqualium potest authoritate superioris refudi pecunia ad illa æquanda, quod tenet Io. Nicol. Caietanus, & Valencia *vbi proxime*, sed contrarium tenet Corradus *ibi.* Quia expresse loquuntur cessante pacto, & quando ex officio Episcopi imponitur pensio. *Gigas quæst. 6. num. 2. & Gonçalez gloss. 14. numer. trigesimoctauo.*

348 Secundo, conuincitur, quod ait Vgolinus *supra* † *cap. 29. §. 4. num. 2.* posse iudicem pro bono pacis pensionem imponere, & conuentionem probare, & tã si partes inter se conuenissent, modo is apud quem remanet beneficium, ius haberet in eo.

349 Et quod Rota, *decis. 519. par. 1. diuersorum* ait † posse ordinarium ex causa litis, & cessionis, pensionem imponere, accipiendum est iuxta doctrinam Abbatis *in c. cum pridem de pactis, n. 8.* cum aliis per Gigantem, *q. 6.* quam allegat, quando id facere ex officio vti compromissarius, & non ex conuentione partiũ, vt in d. c. nisi essent. *& ita etiam accipiendus erit Gonçalez gl. 5. §. 5. n. 27.*

350 Vnde etiam infertur † doctrinã Collectarij, *quam refert & sequitur Hieron. Paulus in practica cancell. versi. super beneficio potest transigi, & Sarnen. in reg. de annali, q. 2. Pechius in reg. beneficiũ in 6. n. 28. ad propositũ, & Redoan. de simonia 2 p. c. 2. n. 14. & c. 3. n. 23.* scilicet beneficialib. licite aliquid dare ratione expensarum, vt à lite recedatur, & pro concordia, nec esse simoniacum, non esse veram, *c. cum prædi. de pactis. gl. in c. super hoc de renũtiatione, verb. peruenit. Abb. in d. c. nisi essent, num. 5. Cosmas in pragmatica sanctione, tit. de annatis. § 1. verbo litterarum, Mohedanus decis. vlt. de simonia alias 312. Philiar. 2 p. lib. 6. cap. 11. circa finem, Sum. Corona. 3. part. tract. de simonia, numer. 34. Corrad. supra quæst. 43. P. Ledesma 2 p. summ. tract. 12 circa 28.*
351 *concl. pag. 135.* etiãsi fiat authoritate superioris, † si procedit pactio, seu conuentio inter partes, *ex dictis, & Rebuff. in praxi, titulo de permutatione numer. 47. & tenet Pet. Greg. de beneficiis, c. 19. 41. numer. 2. & Zerola in praxi Episcopali, 1. p. verbo simonia, dub. 1. 2 3. & facit dict. c. cum pridem* & solum posset procedere, v-
352 bi iudex † in quem fore partes libere compromittunt, aut cuius ordinationi, & compositioni partes præstant assensum, ex officio id prouideret. *Abb. in d. cap. cum pridem, num. 8 & in cap. 2. de transactio. n. 5. & 6. & in dict. cap. nisi essent, num. 8. & 9. Cosmas & Philiar. supra, & Vgolinus dict. capit. 29. §. 5. numero 2.* Quamuis postea ibi dicat idem, si partes inter se cõuenirent, & deinceps iudex conuentionem probaret, *vt sentit Nauarrus, consi. 46. de simonia,* modo is,
353 apud quem remanet beneficium, ius haberet in eo, *vt supra numero 348.* facit decisio in causa † Calagurritana integræ portionis, 8. Octobris 1574. Coram Illustrissimo Seraphino, in qua fuit resolutum, *simoniam puram esse, cum non obstante reseruatione beneplaciti Papæ deuentum est ad executionem conuentionis,* Moheda. decis. 167. Cora 238. Rota 67. lib. 4. p. 3. diuerso. *nec etiam posse transigi respectu boni pacis, cum agitur de iure acquirendo, sẽ autem de acquisito.*

354 Probabile tamen † videtur, posse Episcopum, seu legatum clerico ægrotante consentiente, vt alius substituatur ei in totum etiam assignata sibi pensione pro alimentis, quo ad vixerit, hoc facere si ægrotado est perpetuo, *vt videtur tenere Abbas in capit. tua nos de clerico ægrotante, quem sequitur Gambar. d. libro sexto, numer. 256. & lib. 9. rubrica de coadiutoribus, numer. 16.* quia illa pensio non procedit, ex pactione inter substitutum, & ægrotantem; sed ex dispositione iuris, & superioris, *& facit quod dicimus infra 11. p. c. 3. n. 160.*

Non tamen videtur posse talem resignare † in manibus inferioris Papa, cum reseruatione pensionis pro alimentis, *ex supradictis*: quamuis Ferretus *cons. 373. ex n. 7.* posse dicat. 355

Et de transactione, & compositione in spiritualibus, † vide Molinam, *2. tom. de contractibus disputat.* 356
556. vers. hoc loco, ex cuius doctrina *ibi* videtur posse sustineri consil. Nauarri *46. de simonia.*

Sed an Episcopus possit imponere pensionem † super beneficio iuris patronatus, sine consensu patroni? Gigas *quæstion. 23.* tenet quod sic, *quem sequitur Gambarus, dict. lib. 6. à numero 94. & Camillus Cantius in dict. tracta. de pensione Episcopali, & eiusdem sententiæ videtur esse Flam. Paris. de resignatione, lib. 9. 4. nu. 14.* 357

In contrariam tamen sententiam, saltim contradicente † Patrono, inclinat Iulius Benignius *in responso posito ante dictum tractatum Camilli Cantij,* in quam dicit inclinare fere omnes aduocatos Romanos, & auditores Rotæ, *argumento decisionis Mohedani 268. quæ in impressis est sexta de iure patronatus,* & fauet Rebuffus in praxi tertia *par. signatura, numer 28. & 48.* vbi hoc ponit, tanquam proprium Papæ, & Zechus *d. c. 11. n. 7. vers. debet,* tamen ait quod quando Episcopus pensionem imponit requiritur consensus patroni *& facit tradita per Rochum de iure patro. verb. honorificum q. 3.* 358

Mihi videtur cum † Sarnen. *in d. compendio vtriusque signaturæ, vers. & eodem modo, quando Episcopus,* quod possit eam imponere, dummodo non transeat ad successores in beneficio, alias non, sine consensu patroni, iam in hoc esset considerabile præiudicium patroni, propter præsentationem, quæ foret de beneficio grauato, & non libero, *& ad hoc conducunt tradita per Rochum d. quæst. 3. & notata per Io. And. & Abbatem n. 5. in cap. postulasti de iure patro. Lamber. de iure patro. lib. 3. q. 4. a. 5. n. 7. ita tenet Couarru. practicarum, c. 36. n. 10.* 359

Quæ resolutio videtur posse limitari, nisi pensio transitoria † ad successores imponeretur per Episcopum in magnam Ecclesiæ vtilitatem, nam tunc videtur etiam, sine consensu patroni, & eo inuito si vocatus nolit consentire, argumento eius, quod de permutatione beneficij iuris patronatus facta sine consensu patroni, tradimus infra 11. par. cap. 3. nu. 19. & 23. 360

Et licet † Papa possit imponere pensionem super beneficio iuris patronatus sine consensu patroni, *Marches d. 2. par. cap. 4. de commissione appellationis, numero 57.* nam vt fuit resolutum in vna Columbrien. pensiones, 11. Februarij 1598. Coram Illustrissimo Seraphino, Patroni consensus non requiritur in imponenda pensione, tamen si beneficium est iuris patronatus laicorum, ex dotatione, & fundatione debet mentio fieri in reseruatione de tali iure patronatus, alias pensio est surreptitia & nulla, *Gigas quæstion. 24. & Couar. dict. numer. 10. Bursatus consil. 178. numer 38. lib. 2. Caputaquen. decis. 132. par. 2. Rota decis. 2044. lib. 3. p. 3. diuersorum.* 361

§. 3.

In qua portione seu quantitate pensio sit reseruanda.

SVMMARIA.

PEnsio constituenda est in quantitate, & non in quota, n.362. & ita obseruat Papa, & habet stylus curiæ, n.363 & ita inferiores Papa non possunt causa reseruare in quota, num.364. quamuis iure communi inspecto probabile esse posset, n.365.

Moderatam pensionem esse oportet, nu.366. alias ad debitam quantitatem est reducenda, n.367. quod procedit in successore, secus in eo qui pensioni consentit, numer.368.

In tali pensione per Papam imposita non potest fieri reductio per inferiorem, n.369.

In quanta quantitate sit reseruanda remissiue, n.370.

Non potest dari circa eam certa regula, n.371.

In parrochialibus non exceden. 100. ducatos non imponitur pensio, n.372.

Isti 100. ducati intelliguntur, iuxta valorem ducatorũ, in qualibet regione, licet clausula dummodo remaneãt 100. ducati pro rectore soleat intelligi de ducatis de camera, n.373.

Si pensio excedit 100. ducatos, pensio solet reseruari pro quantitate excedenti, n.374.

In pẽsione super parrochiali solet apponi clausula dũmodo remaneant centum ducati annuatim liberi pro rectore, numer.375. quæ aliquando non apponitur, numero 378.

Verbum libere importat, absque grauamine, & diminutione, n.376.

Reprobatur consilium Nauarri, 377.

Pensio non censetur imposita super incertis, & distributionibus, nisi expresse dicatur, n.379. etiamsi diceretur super redditib. prouentibus iuribus obuentionibus, & emolumentis vniuersis, n.380. & ita in materia pẽsionis Dataria & cãcellaria intelligit, licet Rota contra tenuerit, & licet alias dicta verba comprehendunt etiam distributiones, à n.381. ad 387.

Intelligitur nisi aliunde constet per illa verba imponi super distributionibus, n.388. aut nisi esset stylus in contrarium, n.389.

Declarationes S.Cong. pro dicta doctrina, n.390.

Pensio reseruata super distributionibus potest transferri vigore priuilegiorũ, dantium facultatem transferendi pẽsiones reseruatas super fructibus redditib. & prouentibus, n.391. resolutio Rotæ, n.392.

In Episcopatibus non excedentibus mille ducatos, non solet pensio poni, n.393. Si vero excedunt, imponitur pensio resignanti cum clausula dummodo mille remaneãt pro Episcopo, n.394.

In Episcopatibus Hispaniæ solent reseruari pensiones, vsque ad tertiam partem, n.395.

Clausula quæ in eis ponitur, n.396.

Clausula dummodo remaneant centum pro rectore, & mille pro Episcopo intelligitur de tempore gratiæ, & reseruationis non vero respectu annorum futurorum, sicut clausula dummodo medietatem fructuum nõ excedat, n.397. 398.

Si attento tempore gratiæ remanebant centum rectori, deducta pensione etiamsi postea contingat aliquibus annis non remanere, non ideo erit diminuenda pensio, nu.399.

Sed si post reseruationem ita sunt diminuti fructus parrochialis, vt rector non possit se sustentare, peti potest reformatio illius, numer. 400.

Quæ reformatio, seu reductio potest fieri per ordinarium, etiamsi pensio esset reseruata per Papam, nu.401. nisi adsit clausula, quod pensio annullari, reduci, seu minui non possit, n.402.

Si computatis funeralibus, & ingressu remanet rectori, congrua non potest peti reductio, n.403.

Non est superflua dicta clausula, dummodo remaneant centum, nam quãuis narretur valorem parrochialis ascendere ad talem summam, quod etiam deducta pensione remaneant centum pro verificatione sufficit probare d. valorem vel parum minus, n.404. vsque ad 408.

Non est etiã superflua d. clausula, quia in resignationib. valor narrari solet non per ascensum, sed per non excessum, ad cuius verificationem sufficit verificare non excessum, n.409. & 410.

An si attento tempore reseruationis nõ remaneant centũ rectori, pensio in totum sit nulla, an reducenda, n.411. cum seqq. & resoluitur pensionem reseruatã resignanti cum d. clausula seu dummodo tantum partem non excedat, si excedit esse nullam in totum, pẽsionem vero sic reseruatam super ben. vacante per obitum vel alias esse reducendam.

Decisionem Rotæ, n.424. & 425.

Pensio pure, & absolute reseruata quæ est surreptitia ob malam expressionẽ valoris beneficij, vel alias est nulla in totum, n.427.

Pensio reseruata dum narratiua quod tantam partem non excedit, si excedit est in totum nulla, numer.428. & 429.

Pensio imposita vltra potestatem imponentis est nulla in totum, quia est actus iurisdictionis, saltem voluntariæ, & iurisdictio est indiuidua, & si excedit vitiatur in totum, n.430. ex quo potest sustineri sententia Monachi in c.vlt. de pœnitentiis & remiss. in 6. n.2. & aliorum, n.431.

Pensio vltra tertiam partem reseruata à legato habẽte facultatem illam reseruandi vsque ad tertiam partem est nulla in totum, n.432. quando constat voluisse eam concedere vltra tertiam, secus si solum reipsa pensio excedebat, n.433.

An stante quod pensio reseruata resignanti cum d. clausul. est nulla in totum ille possit reddere ad beneficiũ, & sit restituendum, numer.434. cum seqq. resoluitur affirmatiue nisi quando beneficium resignatum debebat vacare per assecutionem alterius vel resignans fuit in culpa.

AD secundum in qua † portione seu quantitate sit reseruanda pensio, dicendum est in primis 362
pensionem constituendam esse in quantitate, puta centum aut quinquaginta ducatorum, & non in quota, puta dimidia 3. aut 4. p. fructuũ, quia esset scindere beneficium, quod est prohibitum *c. maioribus de præbendis ita Io. And. & Anania, § 3. in c. audiuimus. de collusione detegenda. Fel. in c. ad audientiam secundo de rescrip. num.2. Caccialupus de pensio. q.6. Gigas q.8. Rebuffus à pacificis possessoribus, n.121. alias 104. Gãbarus de officio legati. l.6. n.11. Lamber. de iure Patro. 1. p. 2. libri q.7. ar.17. n.5. Io. Nicol. Delphinas de iure Patro. l.1. n.65. Cuchus in institutionib. paruis l.2. t.8. §. moderatam. & ibi additio, & communiter Doctores.*

Quod etiam obseruat Papa † & habet stylus curiæ, 363
qui solum cum Cardinalibus admittit reseruationẽ fructuum ex causa resignationis, quo stante certa est † prædicta sententia, quod inferiores Papa non pos- 364
sint reseruare pensiones in quota fructuum, quamuis iure

iure communi inspecto satis probabilis sit senteñtia
365 † Corassij *de benef. 1. p. c.4. num.10. & 11.* dicentis eam sententiam nulla ratione confirmari, quia verũ non est ex constitutione quotæ diuidi beneficium, quod tunc proprie scinditur cum ex vno duo fiunt vt c. maioribus, &c. vacante de præbendis, & pensio non est beneficium, & morte pensionarij extinguitur vt d. est, & quia cum pensionis impositio nõn nisi ex causa permittatur vt diximus nihil pugnat, si quidem scindere quoque beneficia ex causa licet, *vt in d. cap. vacante, & dicemus infra vltima p. c.4.*

366 Secundo dicendum est moderatam † pensionẽ esse oportere ita vt tantum remaneat rectori, vt commode valeat sustentari Abbas in c. *conquerente de clericis non residentibus, Felinus in d.c. ad audientiam, n.2. Caccialupus q.7. Gigas q.4. n.1. & 5. n.2. & n.1. Rebuffus de pacificis possess. n.134. alias 116. vt in praxi t. de reseruationibus num.19. Corras d. cap.4. n.7. Ioan. Nicol. Delphinas supra num.71. & Cuchus dicto §. moderatam.*

367 Alias ad debitam quantitatem † reducenda est. *Hiero. Paulus in pract. cancellaria in vocabulis super pension. versi. pensio immoderata, Gigas q.15. n.4. Rebuffus in repet. c. extirpanda, §. qui vero 6. nota. c.6. circa moderationem pensionis versi. quantum ad septimum Corra. & Io. Nicol. ibi, & Gambarus d. lib.6. à n.211. & 699. &* 702.

368 Quod tamen videtur, solum procedere in successore beneficij, secus in eo † qui pensioni consensit, sibi enim præiudicauit consentiendo impositioni pensionis excessiuæ *ad legem primam, §. vsque adeo, ff. de iniuriis, & Lucius 38. & 76. ff. de Regulis iuris & Reg. qui semel, & Regula sciẽti lib.6. Staphileus de literis iustitiæ, tit. de commissione super reductione pensionis, n.3. & Mandos. de signatura gratiæ tit. de pensioni. versic. aduertendum etiam est, & vide dicta infra à numero*
369 400.

Et in tali pensione per Papam † imposita non potest fieri reductio, per ordinarium seu legatum, vel alium iudicem, nisi ex speciali rescripto *Gambarus*
370 *ibi n.708.* circa quantitatem autem pensionis nempe in quanta † quantitate sit reseruanda, *vide Staphileum ibi n.6. Gigant. d. q.9. n.2. Rebuffum d. tit. de reseruationib. à n.13. Corra. d. c.4. n.8. Mandos. d. tit. de pensio. ex versi. super parrochiali. & Flam. Parif. de resigna. benef.*
371 *l. 6. q.2. ex n.21. &* 29.

Ego tamen aduerto, circa † quantitatem pensionis non posse dari certam regulam in beneficiis non curatis, nam quamuis Flam. Parisi. *d. q. 2. nume.* 26. dicat, quod in beneficiis simplicib. hodie de stylo datur regulariter vsque ad medietatem, prout aliquando fieri videmus, cum narratiua seu clausula: *Quæ vt asseris dimidiam partem fructuum non excedit. Seu cum* clausula: *Dummodo dimidiam partem fructuum non excedat.* Tamen sæpe etiam videmus dari etiam vltra medietatem, & constitui super certis, & incertis ne
372 pe pede Altaris, ex causa resignationis, in parrochialibus autem si valor † non excedit centum ducatos, nõ imponitur pensio, *iuxta decretum Concilij Tridentini sess.24. de reformatione c.13.* & ita seruatur *vt etiam ait*
373 *Flam. d. q.2. n.21.*

Qui centum ducati intelliguntur, *inquit Zechus* † *in tractatu de republ. Ecclesiastica c.28. de Parrocho n.4. & in tract. de benef. & pensio. c.11. n.4.* iuxta valorem ducatorum in qualibet regione, vt congregatio sacra respondit, *quod comprobatur ex Sarnen. in regula de valor q.9. versi. sequitur in textu aut ducatos ad finem, & ex cons. Gigantis 153. de quo infra § 7. c.3. n.151.* licet clausula, dummodo remaneant centum ducati pro rectore, *de qua infra*, soleat intelligi de ducatis de camera, ex quo fructus narrantur in ducatis de camera, & illa clausula de ducatis similibus.

Si vero parrochiales fructus † excedunt valorem 374
centum ducatorum, pensio regulariter solet reseruari resignanti, pro quantitate excedente d. summam *Flam. Paris. supra n.* 24.

Et in pensione quæ constituitur † super Parochia- 375
li, solet apponi clausula dummodo remaneant centum ducati annuatim liberi pro Rectore, quod verbum, † *liberi*, importat id est absque vllo grauamine, 376
& diminutione *Rota Dec.298. p.1. diuersorum.* facit sequens declaratio Congregationis super d.c.13. *Quãdo Parocho reseruatur aliqua portio super fructibus Parochiæ alteri reseruatis, libera debet esse ab omnibus oneribus portio prædicta Parocho reseruata.*

Vnde conuincitur consilium † Nauarri *quintum de* 377
verborum signif. alias 46. de præbendis, quod sequitur Zechus *d. n.4.*

Quæ tamen clausula dummodo remaneant cen- 378
tum, &c. Aliquando enim † apponitur, quando pensio reseruatur super fructibus & incertis ac pede altaris.

Sed non censetur pensio imposita † super incer- 379
tis, ac pede altaris, seu distributionibus, nisi expresse dicatur, & tunc resoluitur compositio ducat. pro ducato, *ad Mandos. d. n. de pensio. versi. pensiones.* Etiamsi diceretur, super redditibus, † prouentibus, iuribus 380
obuentionibus & emolumentis vniuersis, *Eman. Rodriguez, quæstionum regularium tom.3. q.74. ar.4.* quĩuis in vna Augustana præpositura 13. Ianuarij 1559.
† coram D. Rad. fuit resolutum quod *Verba illa iuri-* 381
ribus & obuentionibus vniuersis posita in supplicatione pensionis comprehendunt omnes redditus cuiuscunque qualitatis sint. Abb. in cap. ad audientiam, primo de eccles. ædificantis, n.15. Balbus in cap.1. num.15. de capitaneo qui curiam vendidit in feudis. *neque est contrarium quod aliter exprimantur fructus quoad impetrationem, & aliter quoad reseruationem, pensionis* Sarnen. de valore q.8. n.3. Moheda. Dec.110. *vt videmus in Canonicatibus, &c.* & tradit Flam. Parif. *d. l.6. q.2. n.33. & 34.*

Est in vna Toletana pensionis coram D. Rubeis Anno 1565 quod: † *Appellatione verborũ, super red-* 382
ditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis, veniunt etiam quotidianæ distributiones. Quod etiam fuit dictum † in causa Toletana parrochialis de 383
Maiarambroz. 29. Aprilis 1592. Coram D. Pena, & sic *In Mandato ad resignandum, reseruata pensione super fructibus, redditibus, prouentibus iuribus & obuentionibus vniuersis, istorum verborum tam generalium appellatione, venire quotidianas distributiones, & incerta, & c.*

Sed quamuis Rota ita tenuerit, & verum sit d. † 384
verba comprehendere omnes redditus cuiuscunque qualitatis sint, & sic etiam distributiones, & incerta, *vt per Abbatem, & Baldum citatis in d. Augustana Buratum Dec.224. n.5. & 6. Io. Gutierrez. cons.8 à nu.4. & Mandos. cons.15. n.7.* qui videntur sentire, quod verba quibuscunque aliis redditibus, distributiones quotidianas comprehendunt. Quamuis Ripa *respon-* 385
sa l.1. c.5. n.2. & Probus † *ad Monachum in c.1. de clericis non residentib. in 6. num. 52.* dicant, quod appellatione fructuum & obuentionum, non comnientur distributiones quotidianæ, & Nauarrus *cons.13. n.1. de clericis non residentibus,* quod sub verbis fructus, redditus, prouentus, iura, emolumenta, Canonicatus,

non comprehenduntur anniuersaria & manualia missarum,& eleemosynarum, tamen in materia pē-
386 sionis † quę potest per Papam reseruari super distributionibus quotidianis, quæ deseruientibus dantur pro labore, quicquid dicat Gigas *cons.144 seu respon-*
387 *so 35 de pensi.* Dataria,† & Cancellaria per illa verba non intelligit distributiones, & incerta, vt intellexi Romæ à quodam Notario Cancell. & constat, quia tunc non soluitur compositio ducati per ducatum,& ita quando vult imponere pensionem , etiam super distributionibus,post illa verba additur,nec non distributionibus quotidianis , nisi aliunde contrarium
388 constet,vt quia imponeretur † pensio super Canonicatu,cuius fructus narraretur in 24.tunc enim Papa censeretur illam imponere super illius distributionib.maxime Glossa iuxta subiectā materiā, maxime in canonicatibus Hispaniæ; aut nisi esset stylus in cō-
389 trarium, quod non † esset solitum fieri mentionem de distributionibus,vt de tempore Leonis 10.ait Achilles *Decis.8.de pensio.seu* 420.& de tempore Clementis 7. Cæsar de Grassis *Dec.*116. 53.& 54. & 1. *parte diuersorum Decisione* 330.& 331.

Et pro prædicta doctrina faciunt sequentes de-
390 clarationes † S. Congregationis Concilij 1. Tarraconen. *ne distributiones*, quotidianæ deteriores fiant pensione grauari non possunt , *Nisi expressis verbis à summo Pontifice concedatur* 2. super c.3.sess.21.de Refor. *antequam ista detractio* fiat,deducendæ prius sunt pensiones, & onera legitime imposita, quandiu illa durauerint,sed de nouo impositæ non *comprehendūt illam tertiam partem.*

Pensio tamen reseruata etiam super distributio-
391 nibus † quotidianis bene poterit transferri vigore priuilegiorum dantium facultatem transferendi pēsiones reseruatas super fructibus,redditib',aut prouentibus Ecclesiasticis , maxime cum dictione vniuersali,vt in vna Toletana pensionis 5. Nouembris
392 1565.coram D.Rubeis in qua fuit resolutum † quod *Pensio reseruata super fructibus,redditibus, & prouentibus,iuribus,& obuentionibus vniuersis,& distributionibus quotidianis Canonicatus, continuo inseruientibus residentibus,& interessentibus dari solitis,transferri potest vigore priuilegiorum militum S.Petri, quibus priuilegiis datur facultas transferendi pensiones reseruatas super quibusuis prouentibus Ecclesiasticis quamuis non dicunt super fructibus, qui lucrantur residendo, nec distributionib. quotidianis, quia quamuis in priuilegiis fiat stricta interpretatio,tamen à verbis priuilegij non est recedendum,* vt per Iasonem in l. fin.n.33.ff. de constitutio.principum, *verba sunt amplissima in casu isto,ibi quascunque pensiones super quibusuis prouentibus Ecclesiasticis secundo fundatur in extrauagan. prima de decimis vers. & quia non occurrit nobis, cuius ratio est generalis, & vniformis,licet dispositio forsitan esset particularis. Non obstant allegata in contrarium, quia est cōsiderandum, quod aut loquimur de prouentibus Ecclesiasticis respectu beneficij , vt in capit. licet de prabendis in capit. olim de verborum significatione , & in isto casu procedunt allegata in contrarium, tunc enim non veniunt distributiones quotidianæ,quæ non sunt prouentus Ecclesiastici istius vel illius beneficij, quia acquiruntur ex labore, & interessentia in diuinis,* vt in c.1.de clericis non residen. in 6. *aut loquimur simpliciter de prouentibus Ecclesiasticis, & tunc veniūt distributiones quotidianæ,quæ quæruntur ex re Ecclesiastica: à fortiori igitur hoc est dicendum in isto priuilegio in quo sunt illa verba in quibusuis prouentibus.*

Similiter in Episcopatibus quorum fructus † non
393

excedunt valorem mille ducatorum,non solet pensio imponi ex decreto Concilij *d.c.13.* quod est in viridi obseruantia, *vt testatur Flam.Paris.dict. quæst.2. num.44.* si vero excedunt dictam summam † impo- 394
nitur pensio resignanti super fructibus mensę,& apponitur clausula,dummodo mille remaneant pro Episcopo.

Sed in Episcopatibus Hispaniæ qui sunt opulenti, † solent ad instantiam Regis imponi pensiones vsq; ad tertiam partem, *Flam.Paris.supra nu.39.* dicendo sic,&c. *Quorum,† tertiam partem omnes pensiones hu-* 395
iusmodi seu tam antiqua quam moderna pensiones huiusmodi in simul vt accepimus non excedunt. Et cū derogatione expressa Lateranen. Concilij nouissimi, pensiones annuas super fructibus mēsarum Episcopalium nisi excessionis aut alia probabili causa reseruari prohibentis.

In quo se offert dubium, de quo tempore debeat intelligi d.clausula † dummodo remaneant centum 397
pro Rectore,& mille pro Episcopo, an de tempore gratiæ,& reseruationis, an vero etiam respectu annorum futurorum?

In quo breuiter dico,debere † intelligi de tempo- 398
re gratiæ,& reseruationis tantum, sicut clausula dūmodo medietatem fructuum non excedat,vt in Monopolitana pensionis *infra adducta, num.425.* & in Miliscitana *de qua infra,num.463* & in terminis clausulæ in Oppiden. *infra adducta,numer.474.* nam valor debet probari de tempore gratiæ *Felin.in cap.ad aures,numer.17 secunda limitatione de rescrip.Sarnen. regula de Valore q.final.Capitaquen.Decis.330.p.3.& Cesar de Grassis Dec.97 num.3 Salust.Tiberius in practica auditores cameræ l.3.c.1.num.11.facit Deci.1160. num.9.lib.3 p.3.diuersorum,*& facit quod illa est conditio,quam Papa ponit gratiæ pensionis certæ quātitatis,quæ non debet esse in suspenso,nec variari secundum annos futuros, *& ita videtur tenere Nauar. cons.13.de rescrip.*

Vnde si attento tempore gratiæ deducta pensione † remanebant centum liberi pro Rectore,etiam 399
si postea contingat aliquibus annis non remanere. d. centum Rectori , non ideo erit diminuenda pensio, nec poterit Rector opponere pensionario quod relinquat ei centum ducatos ex fructibus Parochialis,quamuis communiter contrarium existimetur in his partibus.

Si tamen post reseruationem pensionis ita sunt † 400
diminuti fructus Parochialis vt rector non posset se, & onera incumbentia sustentare soluendo pensionem, tunc peti potest illam reformari, & reduci ad conuenientem quantitatem, *Romanus cons.369.vbi Hora.Mandos.litera l.Staphileus de literis iustitiæ tit. de commissione super reductione pensionis à nu.7. Gigas de pensioni q.5.nu.4.& q.35.n.5.& cons.147.seu respōse 38.de pensio.Rebuffus de pacificis possesso.num.134.& 141.alias 116 & 123.Gambarin l.6.à n.699. Mandos. d.tit.de pensionibus,vers.pensio,quod annullari, & versiculo ego clausula,Fla.Paris.lib.6.q.2.n.143.& Flores quæstione 14.*

Quæ reformatio seu reductio videtur posse fieri per ordinarium † sine speciali rescripto,& commis- 401
sione Papæ , etiamsi pensio esset reseruata per Papam, quia, reseruatio videtur intelligenda rebus sic stantibus, *ad Decium cons.335. Aimon cons.65. n.4.Tiraquellum in l.si vnquam de reuocand.donatio.in principio à n.166. seu 161. Io.Gutierrez de iuramento cōfirmatorio,1.p.c.71.n.6.*(& quod dictum est *ī.n.369.* est quando à principio fuit pensio excessiua reseruata per

402 Papam)nisi adsit † clausula in supplicatione quod pensio annulari,reduci,seu minui non possit,nā tunc requiritur specialis commissio Papæ,quæ tamen solet dari præsertim successori *Staphil. vbi s. Gigas. d. cons.147.*

403 Existimo vero, quod si computatis † funeralibus & ingressu,remanet rectori congrua , non poterit petere reductionem,argumento constitutionis 46. Pij 5.super congrua vicariis assignanda,non obstante quod tempore reseruationis debent centum remanere Rectori in fructibus Parochialis,nam turpius eiicitur,&c.

404 Sed facit difficultatem † quod si prædicta clausula dummodo remaneant centum pro Rectore , debet intelligi de tempore gratiæ, & reseruationis tātum, illa videtur superflue posita in dataria , cum secundum valorem Parochialis narratum,qui debet verificari, vt infra dicemus , appareat deducta pensione remanere centum Rectori.

405 Responderi tamen potest † quod quamuis narretur valorem Parochialis ascendere ad talem summā, quod etiam deducta pensione secundum eam remaneant centum pro Rectore,& is debeat plene probari,tamen pro verificatione sufficit probare. d. valorem vel parum minus,cum difficulter possit certus valor assignari,vt fuit resolutum in vna Burgen.
406 pensionis 4. Nouemb. 1585. coram D. † Gipsio , in qua cum fuisset narratum fructus Canonicatus ascendere ad 450.ducatos de camera,& appareret ascendere tantum ad 438. nihilominus, ad effectum excusandi, oratorem à surreptione, fuit dictum satis constare de veritate narratiuæ, maxime quia modica , & non dolosa videbatur surreptio, quæ non retraxisset papam etiam quod sibi expressum fuisset &
407 propterea gratiam vitiare non debebat , quamuis † non sit facienda sextæ partis deductio , quam Domini aliquando ad satisfaciendum regulæ de valore admittere solent,vt fuit dictum in causa Burgensi.17 Iunij eiusdem anni coram eodem,vnde,cum non sit
408 necesse punctualiter, † & ad vnguē probare valorē narratum,non erit superflua. d. clausula dummodo remaneant centum liberi pro Rectore per quam declarat Papa velle remanere Rectori centum ducatos integros,& liberos,quamuis Nauarrus.d.cons.13.de rescrip.n.2.dicat,quod Modicus defectus non noceret.

409 Præterea in supplicationibus † resignationum cū pensione valor narrari solet,non per ascensum affirmatiue,sed per non excessum dicendo: *Cuius fructus ducentorum ducatorum secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt.* Et sic super pensione in resignatione reseruata expeditur literæ sine expressione valoris, cum d. clausula, quæ ita non est superflua,cum ad verificationem valoris sic
410 narrati,sufficiat † verificare non excessum,nec sit necesse ascensum probare *Felin.in d.capit.ad aures de rescrip. numer. 13. versic. considera.1. Mandosi. regula.22.q.5.n.2.& 3.* Rota in lunen. sarcanen.pensionis de anno.1593. *de qua infra,num.65.* & in Rabenaten. pēsionis de anno 1597. *de qua 3.n.447.*& in Aretina pensionis de anno.1600 *infra adducta,n.466.*

411 Secundo se offert dubium,an,si † attento tempore reseruationis non remanent centum Rectori,pēsio in totum sit nulla,an vero sit reducenda,& debeatur pro ea parte qua remaneant centum Rectori.

412 Et videtur quod in totum † sit nulla.1.nam deficiēte conditione,totus actus corruit ad tradita *per Flā. Paris.de designa.benefi.l.10.q.3.à n.27.* & illa dictio dūmodo,importat conditionē, cum sit apposita in ipsa reseruatione pensionis † vt in Paduana pensionis. 413
28.Iunii 1581. *infra adducta* & in d.l.[illegible] n.Sarcanen. *de qua d.n.*& confirmatur , nam illa cōditio † appo- 414
nitur toti reseruationi pensionis,& conditio inducit formā,cuius defectus vitiat actum, *in c. cum dilecta, n.6.de rescrip.Rota Dec.1.1160.c.3.l.3.p.diuersorum.*

Secundo quia aut fuit resolutum † in vna Cæsarau- 415
gustana corā D.Grato cōstitutio pēsionis ducētorū ducatorum si est nulla in vno obolo,tota corruit. *Rota Decisione 626.num.5.par.diuersorum.* † Et in simi- 416
li clausula,& conditione dummodo pensio medietatem non excedat,quod si excedit in totum sit nulla, tenet Mandos. *d.tit.de pensis.versi.clausula dummodo, & Flam.Paris.d.l.6.q.2.num.58.& citat Gigantem q. 9.nu.3. & q.35.n.2.* & in terminis clausulæ, dummodo remaneant quinquaginta liberi , quòd si non remanent deductis oneribus ordinariis pensio sit nulla , tenuit Rota *in vna Romana pensionis , de anno, 1576.Dec.928.p.1.diuersorum.*

In contrarium tamen facit quod illa clausula † & 417
conditio,dummodo remaneant centum, videtur intelligenda quatenus remaneant centum , id est pro parte qua remaneant centum pro Rectore , nam cum huiusmodi clausulæ , & conditiones possint apponi,vel ad annullandam reseruationē vel ad illam limitandam,& modificandam, videtur hæc interpretatio capienda pro actus validitate , *ad legē quoties.ff.de rebus dubiis, & de verborum obligationibus,* adest enim consensus Papæ qui reseruando maiorem pensionem multo magis videtur † voluisse 418
reseruare minorem, *& ita in terminis videtur tenere Nauarrus d.cons.13.de rescr.*& in simili clausula, dūmodo medietatē non excedat, Staphi. *d.ti.de commissione.super reductione pensionis,n.5.* vbi ait quod pensio imposita,dummodo medietatem non excedat,esset reducenda,si medietatē excederet,& reformationi subiaceret,& Rota alias resoluit † quod dato man 419
dato ad consentiendum reseruationi pensionis 50. ducatorum,dummodo medietatē fructuum non excederet, illa reseruata esset valida, quatenus medietatem fructuum non excederet illa reseruata esset valida quatenus posset,id est , quatenus medietatem fructuum non excederet & ad eum modum esset reducenda,quo medietatem fructuum non excederet, *vt in d.dec.1161. Antonij Augustini l.tertio.p.3.diuersorum.*

Et alias in vna Tiburtina pensionis † fuit resolu- 420
tum, quod pensio assignata resignanti , quam medietatem fructuum non excedere asserebatur,debeatur saltim vsque ad medietatem fructuum,cum qua ille contendebatur , vt intelligantur. d. verba quæ medietatem fructuum non excedit,licet conditionalia, scilicet quatenus non excedat,id est pro ea p. quæ nō excedit medietatem, *ad legem stichum qui meus erit, cum ibi notatis per Doctores de legat.1. vt per Crescen. decis.17.de rescrip.Flam.Paris.l.1.q.3.n.81.& d.l.6.q. 2.n.144.*

Et in vna Hispalen.pensionis , in qua erat reser- 421
uata pensio.24.ducatorum † quæ tertiam partem fructuum non excedat , & tamen in eisdem literis in regressu ob non solutionem pensionis dicebatur, quod fructus portionis non excedebant. 50. ducatos,fuit responsum,quod ista non dicunt nullitatem sed reductionem,&c. *Vt per Puteum decisione. 34.lib.2.*

In hoc dubio distinguendi sunt duo casus pri- 422
mus est pensionis † reseruatæ resignanti , qui resi-

gnat reseruata sibi tanta pensione, & non alias, aliter, nec alio modo, quo casu pensio est induidua, ex quo in minori summa deficit consensus resignantis, & consequenter Papæ super eo fundatus, & sic tunc clausula, dummodo remaneant centum, seu dummodo tantam partem non excedat, causat pensionis nullitatem in totum si excedit, quicquid vellent Nauarrus, d. cons. 13. & Rota *in d. Tiburtina, & Hispalen. pẽsionis loquentes in casu resignationis.*

Secundus casus est pensionis † reseruatæ super beneficio vacante per obitum, vel alias extra prædictũ modum conditionatum, & tunc prædicta clausula nõ operatur nullitatem pensionis si excedit, sed reductionem *ex ratione tacta supra, nu.* 417. maxime si est reseruata motu proprio, & ita fuit resolutum in vna Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coram D. Gipsio, & melius in vna Monopolitana pensionis 17. Maij 1596. coram D. Orano, vbi aliæ Decisiones citantur, vt in decisionibus sequentibus.

Salamantina pensionis 26. Maij. 1593.

FVit *reseruata pensio cuidam Thomæ super beneficio simplici in † Ecclesia Parrochiali sanctorum Iusti &*
424 *Pastoris cum clausula, dummodo pensio per præsentes reseruata simul cum aliis, quæ forsan alias assignatæ existant, duas ex tribus fructuum partibus non excedat, alioquin, si excedat, pensio per præsentes reseruata pro quantitate ad ipsas duas partes vna cum aliis prætextis pensionib. ascendente persolui nõ debeant, donec antiquæ pensiones cessauerint. Prouisus Apostolicus dicebat pensionem nullam, ex eo quod fructus beneficij erant adeo tenues, vt ex illis persolui d. pensio non poterat: quapropter cum pensionarius esset in quasi possessione exigendi, occurrit dubium in hoc iudicio petitorio, cui incumberet onus probandi valorem beneficij, ad effectum cognoscẽdi an dicta pensio sustineri possit, vel non: pro cuius dubij resolutione Domini constituerunt plures casus, quorum primus est, quando agitur contra eum qui pensioni consensit, tũc pensionarius non tenetur ad aliquam iustificationem, sed prouisus volens pensionem impugnare, debet sumere onus probandi.* Guidobonus Dec. 245. cũ aliis deductis in vna Valentina pensionis de anno 1586. coram D. Oriolen. *Secundus est casus, quando pensionarius agit contra eum, qui pensioni non consensit, hoc in casu tenetur ipse probare, quia prouisus de iure communi habet intentionem fundatam, quod Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, vnde fit, quod possit dicere pensionem nullã, & inualidam, nec quasi possessio exigendi potest suffragari pensionario, nisi respectu solutionis, quæ non retardatur, donec per tres sententias, & rem iudicatam causa fuerit determinata, stante prædicta eius quasi possessione exigendi. Tertius est casus, vbi agitur de probanda aliqua qualitate expressa per viam conditionis, vel modi, vt si pensio reseruata sit cum clausula dummodo remaneant centum pro titulari, vt dictum fuit in Paduana pensionis coram D. Rubeis, & in aliis causis, vt in decisionibus, quarum copia datur, & tunc licet agatur contra eum, qui pensioni consensit, tamen tenetur pensionarius assumere onus probandi, quia eius intentio fundatur in dispositione conditionali, quæ nisi iustificetur, non releuat illum.* leg. si quis sub conditione. ff. si quis omissa causa testamenti cum concordan. *Non obstat quod titularis consenserit in positione pensionis, quia consensus huiusmodi intelligitur præstitus sub eademmet conditione sub qua pensio reseruata existit, & ita procedunt decisiones in causa Verulen. pensionis cum aliis in contrarium citatis. 4. est casus, quando non de nullitate pensionis dari potest, sed agitur super illius reductione, tunc onus probandi incũbit titulari, qui agit, neque ei suffragatur præsumptio iuris, de qua supradictum fuit respectu maioris, vel minoris pensionis, vt dicitur fuisse resolutũ in vna Placentina pensionis coram D. Robusterio de anno 1575. an Papa non apposuit conditionem ad effectum, vt illa non verificata pensio in totum nulla reddatur, sed solum, vt ad minorem summam reduci possit, vt clare demonstrat prædicta clausula, dummodo, maxime, quia sub prædicta conditione titularis pẽsionis consensit, & per plures annos illã soluerit, quapropter si in futurum non vult soluere, debet ostendere esse locũ reductioni, præsertim quia pensio reseruata fuit in prouisione per obitũ in qua non deficit cõsensus Papæ, qui si voluit reseruare maiorem summã, tanto magis, & minorem cum in maiori summa insit minor,* l. 1 §. si stipulanti. ff. de verb. obligatio. & per Cresc. Decis. 233. alias 17. de rescript. & dixerunt Domini coram me in vna Toletana pensionis 28. Iunij 1591. *Quod dicitur de nullitate pensionis in totum, & quod nõ est reducibilis procedit in resignatione in fauorem, cum clausula non alias vel alio modo, quæ importat conditionem suspensiuam,* vt deducitur in causa Toletana pensionis. *Nec ad rem facit quod titularis agat ad nullitatem pensionis, cum prætendat eam omnis fere fructus beneficij absoluere, quia eius intentio probata non est, prout probare tenetur.* Innocen. & alij in ca. super his. de accusatio. scribentes post Bartolum in l. an illa die de verborum obligationibus, *propter id, quod pensio non potest dici nulla, sed reducibilis, quod propterea ex istis agitur, conclusum fuit onus probandi Domino titulari incumbere.*

Monopolitana pensionis 17. Maij 1596.

I*Llustris Fr. Fabric. Berius eques Hierosolymitanus à fælicis recordationis Gregorio Papa 13. tit. magnæ crucis decoratus, obtinuerat expectatiuam ad prioratum siue Baiulilatum 1. vacaturum: cum autem occurrisset vacatio Baiulilatus S. Stephani, & iuxta religionis stabilimenta Fr. Marcheta, tanquam in Religione eques antianus illum assecutus fuisset. S.D.N. cupiens vtriusque indemnitati prouidere, motu proprio, præceptoriam sanctorum Guilermi, & Damiani, cum membro de Berta Papien. in Baiulibatum erexit, eumque sic erectum Fratri Berio contulit, vlterius ei annuam pensionem 350. scutorum auri in auro super fructibus Baiulibatus S. Stephani, cum clausula etiam si super illo aliæ pensiones annuæ aliis reseruatæ existerent, dummodo omnes insimul illorum medietatem non excederent, reseruando verũ, quia vario sub prætextu idem Fr. Marcheda solutionem pensionis præstare denegabat, ideo lis inter eos coram auditore cameræ introducta fuit, & demum in me compromissũ. Dubitari num esset illius solutionis locus in cuius discussione, quia multa proponebãtur particulari consideratione digna, propterea visum fuit expediens, quæstionẽ ad duo capita restringere: quorum primum fuit, an pensio esset nulla, quatenus de eius excessu liqueret, vel potius reducibilis: secũdum an attendendus esset valor de tempore quo petitur reductio, ita vt pensiones antiquæ interea extinctæ cedant commodo pensionarij, vel potius de tempore reseruationis, ita quod obueniant titulari, & quoad primum dominorum vnanimis fuit sententia, pensionem non esse nullam, sed reducibilem. cum enim hæc materia pendeat à voluntate Papæ, nec sit casus pensionis resignanti reseruatæ cum clausula non alias aliter nec alio modo, quæ*

quæ facit pensionem indiuiduam cessante illius nullitatem in totum iuxta resolutionem factam coram S.D.N. in vna Bononien. pensionis, & in alia Lerdien. pensionis, coram Oradino, ex quo in minori summa deficit consensus resignantis, & quia Papa fundatus super consensu resignantis, qui multo facilius censetur voluisse illi reseruare pensionem minorem reseruando maiorem, vt loquitur Crescen. Dec. 233. alias 17. de rescrip., *sed versemur in terminis pensionis reseruatæ ex causa vacationis per obitum, vel alias extra præmissum conditionatum modum, procul dubio pensio semper est reducibilis, quia adest consensus Papæ, qui reseruando maiorem, multo facilius videtur voluisse reseruare minorem, & consensu titularis, qui accipiendo beneficium cum onere pensionis censetur etiam multo facilius cum minori pẽsione illud accepisse, vt fuit de lonquendo præmissas casus resolutum in causa Toletana pensionis 28. Ianuarij 1591. coram R.P.D. Gipsio, & post modum in alia Salamantina pensionis, coram eodem,* & faciunt decisiones Cassadori. 4. n. 4. de pensionibus Crescen. 17. de rescrip. Putei. 33. d. 1. *nec contra ad propositum vise sunt adductæ decisiones in contrarium allegatæ volentes data excessiuitate pensionis illã esse nullam, si quidem ex illis dignosci non potest, quo casu loquantur, vnde intelligendæ sunt in casu pẽsionis conditionaliter reseruatæ, præsertim quod pensio de qua quæritur fuit reseruata motu proprio, quæ, etiam quod sit excessiua medietatis fructuum, est reducibilis.* Romanus cons. 369. n. 9. *& facta in recompensa, n. vt commodius se sustentare pensionarius valeret, & ne ex dimissione iuris sibi ad Baiulibatum S. Stephani quæsiti nimium dispendium pateretur. Quo vero ad secundum caput conueniebant Domini in ponderanda excessiuitate attendendum tempus pensionis reseruatæ, & sic tempus datæ* c. cum te, vbi Fel. n. 18. de rescrip. cum similibus in gratia pura & simplici. Felin. in d. c. cum te. nu. 22. pro quo *facit regula, quod ad defectum legitimi attendatur tempus contractus,* l. si voluntarie in fine. C. de rescinden. venditione *& quod regulariter pensiones extinctæ cedũ benefic. eo titularis tantum, quicquid dicendum sit, si adesset reseruataria fructuũ, vt fuit resolutum coram I.C. Me. D. Ceballos in vna Salamantina pensionis 18. Martij 1588. nec aduersatur quod de diminutione fructuum tradit* Gigas de pensio. q. 57. *quia non est eadem ratio augmenti cum diminutione, cũ titularis teneatur pẽsionem soluere fructib. vnde cum sit onus fructuum, si illi non adsunt, solui non potest.* l. si seruus §. qui quinque de legatis 1. l. nomen debitoris §. vni ex hæredibus. ff. de legatis 3. Felin. in c. ad audientiam. & col. 4. vers. 6. cons. de rescrip. Belencinus de charitatiuo subsidio q 34. Romanus cons. 369. incipienti circa primum propositum consultationis. Castren consil. 338. incipit quia exceptionis vol. 1. *ideoque cessat ratio paritas.*

426 Nec prædictæ distinctioni obstant † fundamenta primæ partis, nam pro primo satisfit, ex dictis decisionibus & ratione adducta, ad secundum responde-
427 tur illud procedere in pensione pure † & absolute reseruata, quæ est surreptitia ob malam expressionem valoris beneficij, vel alias quæ est nulla in totum, quia surreptio est induidua, & facit totam gratiam vitiari vbi non est capitulum separatum. *Crescen. d. dec. 17. n. 2.*

428 Vnde pensio reseruata cum † narratiua quod medietatem, seu aliam p. fructuum non excedit, si excedit, est in totum nulla, & hoc est quod dicit Gigas. d. q. 9. 3. & 35. n. 2.

429 Vnde etiam magis conuincuntur dictæ decisiones Crescentij, † & Putei, quæ loquuntur in pensione pure reseruata cum d. narratiua.

Procederet etiam in pensione † imposita vltra po- 430
testatem, & iurisdictionem imponentis, quæ esset nulla in totum, quoniam imponere pensionem est actus iurisdictionis, saltem voluntariæ & iurisdictio est induidua, & si excedatur, vitiatur in totum actus, *l. certa ratione. C. quando prouocare non est necesse. vbi Doctores, Franccus in regula vnle in 6. quinta Fallentia Glossa, Bartolus, Alexan. Iason, & alij in l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudicum,* † ex quo potest sentẽtia 431
Monachi *in c. vltimo de pœnitentiis, & remissio. in 6. n. 2 quam sequitur Domin. ibi. n. 10. Caldercin repetitione capitis nostri eodem tit. Alexander de Neuo in additio. ad Abbat. in c. cum ex eo ad fi. eodem tit. de pœnitentiis & remissionib. contra gl. Archid. Io. And. & Francũ. nu. 4. in d. c. vltimo Abbatem supra. Cordubam q. lib. 5. de indulgen. q. 24. & Suarez. 4 tom. disputatione 55. sectione 3. n. 13. & 14. & in proposito ait Gambarus. de [illegible] lib. 6. à num. 712.*

Ex quo ibi fundat quod pensio † vltra tertiam par- 432
tem fructuum reseruata à legato habente facultatem illam reseruandi vsque ad tertiam partem, est nulla in totum, quod tamen nu. 719. recte ait procedere †, 433
quando constat Legatum voluisse concedere pẽsionem vltra tertiam, quia quod potuit, noluit, &c. vt in c. cum super de officio delegati. si vero non constat, sed ipsa pensio excedebat, fiet reductio, quia in maiori summa inest minor *l. 1. §. si stipulanti, vbi Bartolus, & alij ff. de verbor. obligat. &c.*

Sed stante quod in primo casũ pensionis reseruatæ 434
† resignanti cum d. clausula, pensio est nulla in totũ, est difficultas, an ille possit redire ad beneficiũ, & sit restituendus ad pensionem eius?

In qua Rota in vna Senen. † pensionis 12. Ianuarij 435
1596. coram illustrissimo Mantica tenuit partem negatiuam, vt in sequenti decisione.

In casu proposito fuit resolutum, neque solutioni pensionis locũ esse, neq; restitutioni possessionis ad Parochialẽ; nam, cũ reseruatio pensionis fuerit facta sub conditione, seu modo, dummodo remanerent centum pro Rectore, nõ purificata conditione, seu non impleto modo, rector nõ potest cogi ad soluendum pensionẽ nisi is, qui agit, sit in quasi possessione exigẽdi, Cassad. Dec. 1. n. 9. de rescrip. Gigas de pensi. q. 83. n. 10. *& sæpissime fuit resolutum: videlicet cum Hieronymus Fantinus agat contra Maximilianum successorẽ in Parochiali, qui non consensit pensioni reseruatæ, nec vnquã soluit,* debet probare, *quod ei centum remaneant soluta pensione, ad hoc, vt possit eam exigere, quod autem idem Fantinus non sit restituendus ad possessionem Parochialis, manifeste apparet, quia hunc nullitatem pensionis ipse consensit, cũ in resignatione Parochialis specialiter fuerit adhibitus eius consensus, sub hac conditione, seu modo,* pensione reseruata, dũmodo cẽtũ remanerent pro Rectore, *& iura sua remanerent, non est ad ea dandus regressus.* l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædilitio edicto, *cum aliis adductis ab Ancha.* consil. 339. num. 10. *Socin. iun.* consil. 77. li. *Crauetta.* consi. 114. nu. 10. *& ideo debet probare pensionem fuisse nullam, ex aliis capitibus, vt ad Parochialem, quam resignauit sub prætextu validæ pensionis, possit restitui, & in eis terminis procedit Puteus dec. 145. n. 1. l. 1. & R.P. D. meus Oranus in Lerden. Canonicatus, 27. Nouem. proxime præteriti, cũ aliis alleg. ibi. Præterea ex abundanti domini dicebant ipsum Fantinum non esse restituendũ, quia non dimisit Parochialẽ in sua sponte, sed per decretum appositum in prouisione ipsius ad Canonicatum, & Præbendam; nam fuit dictum, vt infra duos menses dimitteret possessionem ipsius Parochialis, alias vtrumque*

Beneficium vacet ipso iure vt de cum decretum irritans app. etiam super certo corpore Beneficij lapso tempore prefinito ad dimittendum id in titulum, & possessionem, Portio decis. 500. n. 2. 1. 1. *non potest dari restitutio, Rota* dec. 2. de restit. spoliatorum in antiquis, *Peregr.* dec. 71. l. 1. *cum tamen dicta decoloratus non possit sufficere ad restitutionem in solido, in qua requiritur tertium coloratus Portio* decisione 99. n. 7. cum seq. li. 1.

416 At ista decisio † non videtur tuta, nam quamuis resignans acceptando reseruationem pensionis cum dicta clausula, *dummodo remanet in centum pro Rectore* & adhibendo consensum tali resignationi, consentiat nullitati pensionis, si non remanerent decentum, non tamen consentit, quod resignatio maneat valida, quatenus vult contrarium, cum resignet reservata sibi valide dicta pensione, & non aliis aliter, nec alio modo.

417 Et alias si resignatio maneret valida, † et tamen si non remanerent d. centum pensio non esset nulla in totum, sed reducenda, ex quo in resignante, qui non poterat redire ad beneficium, non deficiebat consensus ad minorem summam, & sic destruerentur præfatæ decisiones, & aliæ multæ.

418 Vnde in præsenti difficultate contrarium tres ciuis tenuit Rota in vna Arcetina Plebis, 4 Decembr. 1600. coram illustrissimo D. Millino, vt in sequenti decisione.

Petebat Dionysius coram me exercitionem literarum reservationis pensionis centum ducatorum sibi constitutæ, ex causa resignationis sibi in Parochialis in favorem Bart. & quia ipse Bart. apponere fuerat resolutum, quod contra eum, qui contra eas pensionis impositionem, non posset procedi executive, sine iustificatione literarum, & quod clausula, dummodo remanent centum ducati liberi Rectoris tempore, reperiens non erat iustificata, interrogatus a nostro Iudice, & probatis extremis, & ut coloratis petebat restitutionem ad possessionem Parochialis, & ideo dubitans, an esset danda restitutio in solidum, an tantum in quantum ei competere actionem ipsius Fundamentum resolutionis fuit, quia respondit Dionysius in qua sic potius eorum fundamentum pro exclusione ipsius, est conditionalis reservata sibi valide Pensione centum ducatorum, & non alias aliter, nec alio modo, & sic dedes, si pensio non est ex valide & irrenocabiliter acquisita, est enim nulla reservatio, ex defectu consensus, & competit actio ipsi, Molfedanus decis. 84. *non obstat, quod in die festi constitutione Gregoriana non competit amplius restituere, actio ipsi, nisi docet de publicatione quia cessat hæc ineficacia, in per hanc constitutionem sufficiebat actio ipsi, non dicto de publicatione, fuit per dictos respondit, quod illa constitutio non habet locum in hoc casu, cum reservatio sit conditionalis & nulla ex defectu consensus, ut fuit resolutum in causa Brixien. Parochialis, 10. Maij 1583. coram illustrissimo Cardinali Plato, & in causa Verellen. Canonicatus 25. Ianua. 1598. coram D. Cordubæ, & nouissime in causa Hispalen. & Corduben. testimoniorum, coram R. P. D. Lancelotto, placuit etiam dominis, aliud fundamentum, quod resignatio fuit nulla, quia in ea non fuit facta mentio, quod Dionysius fuit ordinatus ad tit. istius Parochialis, contra dispositionem Concilij Triden. c. 2. sess. 21. & hanc expressionem S. Congreg. illustrissimorum Cardinalium illam interpretum censuit requiri pro forma, & non sufficere ad implementum per æquipollens, & expressio, quod sibi remaneret, vnde vnus ex eis, non vt sufficiens, quia ex hoc non infertur ad scientiam Papæ, quod Dionysius esset ordinatus ad tit. istius Parochialis.*

419 Et vide decis. † Valentinam infra adductam, 514.

Pensionarius existens in quasi possessione exigendi, si pensio fuerit reservata dummodo nulle remaneant pro Episcopo in possessorio, non tenetur probare remanere, secus si Episcopus agat petitorie, numero 461.

Omnis insufficiendo pensionem spectat ad possessorium agentem, contra successorem in beneficio non consentientem pensioni, n. 462.

Pensionarius, vbi agitur in petitorio tenetur insufficere conditionem, sub qua fuit pensio reservata, numero 463.

Cum pensio est reservata sub conditione, pensionarius tenetur eam insufficere, etiamsi agatur contra eum, qui pensioni consensit, non solum in petitorio, sed etiam si agat executive, si non est in quasi possess. exigendi, n. 464.

Stante clausula, sine retardatione arbitrio Rotæ, potest procedi retardata solutione, n. 465.

Quando gratia est conditionalis, vel nudalis, licet agatur contra eum qui pensioni consensit, insufficienda est, quia consensus recipit eandem conditionem, num. 466.

Promissio, vel clausula de non petendo annullari pensionem debet intelligi stante dicta conditione, siue de facto, & non de iure, n. 467. *& refertur decisum Rotalis, n.* 468.

Translatarius tenetur insufficere reservationem pensionis non solum in petitorio, sed etiamsi agat ad solutionem, nec possessio transferentis ei prodest, num. 469.

Quasi possessio exigendi pensionem non transfertur in translatarium, etiamsi ius, & proprietas transferatur, quia est quid facti, n. 470.

Si translatarius non insufficeat suam gratiam, non procedetur ad executionem literarum Apostolicarum, n. 471. *& refertur decisio Rotæ n.* 472.

Probatis conditionis, quod remanerent centum pro Rectore quod tantum partem non excedat, vel debet esse concludens, & plena, n. 473. 474. *& 475. & non solum pro ista conditionis debet esse concludens, sed est vbi agitur de probando valere affirmative expresso in gratia pensionis, n.* 476.

Narratius super qua fundatur reservatio pensionis, debet plene insufficere, n. 477.

Pensionarius existens in quasi possess. exigendi per 30. annum in partem in petitorio non debet insufficere conditionem, & narratiua in reservatione, quia ex lapsu tam longi temporis præsumitur insufficere, num. 478.

Observantia exigenda annorum præsumitur iusta, num. 479.

Solutio pensionis præsumitur continuata a tempore reservationis, stante excellentia de præsenti quod intelligitur quando constat de tit. & reservatione pensionis, & solum agitur de insufficientia illius, secus, quando non constat de titul. nam ille non præsumitur, neque ex decennali, nec triennali poss. n. 480. 481. *&* 482.

In possessorio probabile videtur præsumi tit. ex possess. longi temporis, nempe decennii, n. 483.

Pensionarium debere verificare conditionem reservationis, intelligendum est in casu nullitatis pensionis, secundum non est vera, secus in casu reductionis, nu. 484.

Omnis probandus pensionem esse reducendam ad vncumbone titulum, n. 485. *& refertur decisionibus contrarium affirmantibus. n.* 486.

Declaratoria dari non potest, quoad fructus, in quibus quis est condemnatus, si non sunt liquidati, n. 487. *&* 488.

Exceptio reductionis admittenda est ad impediendam executionem, etiamsi non probetur inconuenienti, sed requiratur alterum indagatum, quia oritur ex venere supplicationis, n. 489. *&* 490.

Pensio reservata Motu proprio non est insufficienda, num. 491.

In pensionibus impositis super Episcopatibus Hispaniæ non est necessario insufficiendo, quia reservantur Motu proprio, n. 492. *&* 493.

Solus esset simus reservantur Motu proprio, numero 494.

Verbi, vt accessimus, & verbi, sicut exellexonus, differentiam, & verbi, vt asseritur, n. 495. 496.

Quod narratur per verbum, vt dicitur, non est insufficiendum n. 497.

An si fletur dolus narratiua facta Motu proprio in reservatione pensionis possis probari contrarium. num. 498.

Si pensio assignatur Motu proprio ex aliqua causa, quæ non sit vera, Motus proprius facit gratiam valere, non obstante surreptione, num. 499. 500. *&* 501.

Clausula Motus proprij tollit surreptionem, numero 502.

Si in Motu proprio exprimitur falsa causa, vel qualitas de facto aliena, non prodest probari contrarium, num. 503.

Pensio, si assignatur Motu proprio propter merita in genere valet gratia, licet causa falsa sit, num. 504. *Falsa gratia de Beneficio, cuius summam vigenti, vt asseritur, non excedit, quando excessus est minimus impetrantis debetur sic explicanda dec. Rotæ, n.* 505.

Declaratur decisio Rotæ 77. de rescrip. in antiquis, num. 506.

In pensionibus impositis super Episcopatibus Hispaniæ, quamuis pensionarius non teneatur verificare non excessum 3. part. tamen si ex aduerso probatur magnum excessus, erunt surreptitiæ. numer. 507. *Valet narratiua in gratia, etiam Motu proprio facta, est probandus, quando ex aduerso probatur contrarium cum errore notabili quamuis tit. n.* 508.

Expressio valoris Beneficij de quo fit gratia requiritur, secundum regulas moderni, n. 509.

Clausula Motu proprio, quid operetur, n. 510.

Pensionarius tenetur probare poss. vel bonum ius illius, qui primus consensit pensioni, nisi esset eius successor vt iure illius, n. 511.

Pensio petis non potest ab eo, qui non est vel successor iuris, vel possessionis consentientis, n. 512.

Successor potest docere de non iure possessoris qui consensit pensioni, n. 513.

Resignatarius non obstante consensu, acceptatione, & approbatione iuris resignationis potest docere de nullitate pensionis, si vult probare non ius, vel falsitatem causæ, & refertur decisio Rotæ, n. 514.

Semel imposita pensione non potest postea in iudicio executionis allegari resignantem nunquam habuisse ius, num. 515.

In commissionibus super nullitate, vel reductione pensionis à Papa reservata solet poni clausula, sine retardatione solutionis pensionis, vbi reuerentiam literarum Apostolicarum & fraudes recusantium solvere etiamsi non adsit quasi possessio exigendi, numer. 516. *&* 517.

Clausula superadditæ limitat, & suspendit iurisdictionem iudicis commissionis, ita, vt index non possit procede-

re, nisi prius soluta pensione, n. 518. & 519. Clausula supradicta operatur, vt non obstante dicta commissione nullitatis executor datus in literis seu in processu fulminato possit procedere lite pendente ad executionem pensionis, quod procedit etiam facta inhibitione vigore talis commissionis, numer. 520. & 521.

Clausula supradicta enervat vim inhibitionis, numer. 522.

Non obstante dicta clausula, pendente lite, & inhibitione non poterit procedi ad executionem pensionis, maxime si in iudicio executiuo fuerit appositum de dicta pendentia litis, n. 523. & 524.

Pendente causa nullitatis seu reformationis coram Ordinario absque commissione non impeditur executio literarum pensionis, n. 525.

Clausula sine retardatione solutionis aliquando ponitur arbitrio Rotæ, n. 526.

Commissio habens clausulam, sine retardatione, arbitrio Rotæ intelligitur prout de iure, n. 527.

In pensionibus reseruatis per inferiores, Papa non apponitur supradicta clausula, n. 528.

Casus in quibus d. clausula apponi solet, n. 529.

Practica Hispaniæ in materia pensionum, n. 530.

Executor literarum debet esse Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, vel positus in dignitate, n. 531.

Imprimis præsentandæ sunt coram executore literæ originales, seu processus fulminatus, in quo ipsæ literæ sunt insertæ, dudum pars opponat, n. 532. & 533.

Registrum Apostolicum fidem facit, saltem in Curia, num. 534.

Præsentatis literis pensionarius petit dari mandatum contra possessorem Beneficij pro tot ducatis, num. 535. Quod iudex dat insertis literis, mandando possessori, quatenus infra talem terminum soluat, num. 536.

Mandato intimato, & in termino reproducto, & accusata contumacia potest statim iudex absque alia verificatione dare sententiam declaratoriam contra consentientem pensioni, quicquid dicat Tiberius, num. 537. & 538.

Si agitur contra successorem aut reseruatio est conditionalis, debet pensionarius coram executore probare se esse in quasi possess. exigendi, alias tenetur literas iustificare aut verificare conditionem, num. 539. Non est necessaria alia citatio ad sententiam ex quo ille fuit citatus generaliter ad totam causam, n. 540. & 541. Nec tunc est necesse facere citationes per edictum, n. 542. Nec in stratis, nisi illa essent assignata, n. 543. & 544. Citato comparente, & allegante contra executionem aliquam rationem legitimam, vt solutionem, debet ei assignari terminus breuis arbitrio iudicis cum sit probanda in continenti, n. 545.

Idem si allegaret remissionem pensionis, aut redemptionem vel aliam exceptionem notoriam, vel quæ posset incontinenti probari, & non indigeret longiori indagine, n. 546.

Si allegaret nullitatem, surreptionem, vel aliam exceptionem requirentem altiorem indaginem, debet reseruari iudicio ordinario, n. 547.

Quando exceptio requirat altiorem indaginem, relinquitur arbitrio iudicis, n. 548.

Resolutiones Rotæ, numero 549. 550. 551. & 552. vbi habetur, quod exceptio extinctionis pensionis, super qua non est iudicatum, non impedit solutionem, & manutentionem.

Idsolum admittitur, quando post casum extinctionis pensionarius esset in quasi possess. alias videtur admittenda exceptio ex intentione, dummodo incontinenti probetur, nam non requirit altiorem indaginem, num. 553. cum seqq.

Nullitates orientes ex ventre discutiendæ sunt in petitorio stante quasi possess. exigendi, n. 554.

Quando exceptio non requirit altiorem indaginem sed altior indago oritur ex replicatione pensionarij, non est reseruanda ad petitorium, num. 557. 558. 559.

Exceptio, quod beneficium erat grauatum alia pensione, de qua non est facta mentio, regulariter non impedit executionem, nam requirit altiorem indaginem, n. 560. 565.

Non valet 2. pensio, non facta mentione de prima, num. 561. etiam quod 1. sit conditionalis, num. 562. resolutio Rotæ, num. 563. & etiam quando prima est perpetua, num. 564.

Excipiens contrariam pensionem, seu illam impugnans ex eo, quod non fuit facta mentio de prima, tenetur probare, quod tempore secundæ prima erat reseruata, & quod erat valida, n. 565.

Si citatus diceret se non possidere Beneficium, super quo pensio est reseruata aut qui consensit pensioni, non habuisse possess. vel bonum ius illius pensionarius debet probare, n. 566.

Illo non comparente, seu id non negante, non est necessaria illa probatio, n. 567. cum seq.

Parte non opponente, iudex non debet petere legitimationem personarum, n. 569.

A sententia in iudicio executiuo pensionis non datur appellatio suspensiua, n. 570. & quæ clausula tunc ponatur in commissione appellationis, numer. 571. & 572.

Clausula sine præiudicio legitimæ executionis operatur, quod commissio appellationis non suspendat, nec impediat, quin iudex, à quo procedat ad vlteriorem executionem, licet non operetur, quin iudex, ad quem, non possit reuocare iniuste gesta per illum, num. 573. decis. Rotæ, n. 574.

Vt pensionarius possit declarari incidisse in excommunicationem, debet esse elapsus mensis à termino solutionis, num. 575.

Vt ad declaratoriam incursus pœnarum, de quibus in literis procedi possit, opus est literas pensionis esse intimatas titulari, si est successor consentientis, aut non per se ipsum sed per procuratorem consensit, numer. 576. & 577.

Debet fieri intimatio literarum per Notarium data copia, si petatur, num. 578.

Quamuis literæ non sint intimatæ titulari etiam successori poterit executor dare sententiam contra eum, qua ei mandet, quod infra tertium terminum soluat, numer. 599. & idem vbi non esset lapsus mensis, num. 580.

Etiam literis intimatis non incurruntur pœnæ excommunicationis, & priuationis, de quibus ibi, nisi pensionario volente, & declarante n. 581. & requiritur declaratoria excommunicationis, & quod pars ea vitatur, n. 581.

Executor non potest ponere sequestrum super fructibus Beneficij pensione grauati, num. 582. & 583. vbi ponitur resolutio Rotæ, post sententiam tamen posset poni, num. 584.

Executor absolute committit vices suas sub executori ex clausula, cæterum, n. 585.

Ad denunciationem, publicationem excommunicationis requiritur declaratoria illius, nec ex eo causa efficitur appellabilis, n. 586.

Huic

Huic declaratoriæ seu excommunicationi non obstat decretum Concilij Trident. sess. 25. c. 3. n. 587.

De processu, & modo procedendi in possessorio pro pensione remissiue, n. 588.

442 AD tertium, quomodo in causis pensionis sit procedendum, dicendum est imprimis, quod narrata in gratia pēsionis debent verificari per pensionariū, maxime parte opponente, quando non agit contra eum, qui pensioni consensit, sed contra successorem, etiamsi executiue agat ad solutionem si non est in quasi possessione exigendi. Velstius in prac. l. 3. c. vlt. n. 1. Ettier. Gabr. in cons. 181. l. 2. Flam. Paris. de resignatione benef. l. 6. q. 2. n. 65. & 107. & q. 4. n. 44. Salust. Tiberius in practica, Auditores Cameræ, l. 3. c. 1. n. 10. & c. 3. n. 15. Ant. August. in Epitome dec. manuscripto, tit. de solutionibus, & clausula sine retardatione, Mohedan. dec. 25. de renunciatione, alias 304. & dec. 9. de causa possess. Cæsar de Grassis dec. 58. n. 4. Rota dec. 310. n. 30. p. 1. diuers. & dec. 411. in vna Salamantina pensionis, 23. Ian. 1574. eadem 1. p. dec. 211. n. 4. in alia Salamantina pensionis 9. Martij 1585. 2. par. diuers. & fuit resolutum in alia Salamantina pensionis, 18. Aprilis 1572. coram D. Lanceloto, vt in dec. se-
443 quenti.

Quo ad primam partem dubij domini distinxerunt, † siquidem pro parte D. Francisci fuit actum ad solutionem pensionis possessorio adipiscenda, vel executiue, quod tenetur verificare omnia narrata par. opponente iuxta doctrinam Imolæ in c. super literis, n. 19. de rescrip. parte vero non opponente tenetur verificare ea solum, quorum falsitas vitiat gratiam, vel quorum expressio facilius mouit Papam ad concedendum, & propterea fuit conclusum, quod probatio dispensationis fuit necessaria, cum alias notorie constaret de ipsius inhabilitate ob eius confessionem, familiaritas vero Cardinalis, quia saltem facilius mouit Papam ad concedendum est necessaria, cum sit narratio facti proprij, cuius expressio diceretur dolosa, si non verificaretur, excessum non fuisset necesse probare, si non adessent verba, vt asseritur. Clericatus probatio, ex quo non est expressus in literis, non fuit visa etiam necessaria, si vero fuit actum possessorio retinendæ, vel recuperandæ, tunc non tenebitur illa verificare, quia cum possessione sufficiunt literæ; an autem in hoc casu quasi possessio D. Franc. contra prædecessorem D. Alphonsi noceat ipsi D. Alphonso nihil resolutū. Quo vero ad 5. par. dubij placuit D. resolutio alias facta coram R. P. D. Cota 29. Iunij 1565. in causa Firmana Salis. fulcis, quod censura tunc possunt per p. iustificari ex noviter deductis, quando altera pars & de nouo aliquid producit. An autem intrechis resolutio, nihil conclusum, prout nihil fuit resolutum circa 5. partem dubij.

444 Circa quam dec. † 6 vide d. 3. 6. p. e. 1. n. 161.

445 Et in vna Firmana pensionis 6. Iunij 1582. † coram D. Blanchetto, fuit resolutum, Odoardum teneri soluere pensionem non verificata narratiua, quia Marcus est in possessione exigendi, quæ donec ipse petat cantionizationem suæ gratiæ, suffragatur & liberat eum ab onere probandi. Secundo, quod habet confessionem Odoardi, cum in eadem supplicatione vterque sit orator, & hæc confessio facta in precibus sufficit contra ipsum, licet non contra successorem. L. cum pretium C. de liberali causa, & releuat Marcum ab onere probandi, quod cum procedat quando in alia supplicatione express. est de valore, multo magis cum in eadem, &c. Et in vna Anco-
446 nitana † pensionis 15. Iunij 1587. coram D. Plato, fuit resolutum, Pensionarium existentem in quasi possessione exigendi, non teneri in possessorio ostendere literas reseruationis, nec verificare Clericatum, & alias qualitates suas, &c.

Et in vna Foroliuien. pensionis, coram D. Penna fuit resolutum, Non obstare exceptionem nullitatis pensionis in possessorio, nec esse necessarium verificare cōditionem positam in reseruatione pensionis, licet, si constet non esse adimpletam solutio pensionis non constituat in possess. respectu successoris, alias sic. 447

Fuit etiam resolutum in vna Cæsaraugustana pensionis † 20. Decem. 1591. coram D. Pamphilio, vt in 448
seq. dec. Fuit resolutum sententiam declaratoriam incursus censurarum ad fauorem Io. Marci extra Rotam latam, tanquam notorie iniustam esse reuocādam, ex eo, quod literæ reseruationis corā Auditore Cameræ, quatenus in eis Io. Marcus asserit se decretorum Doctorem, & ad eius vitam obtinere in commendam Archidiaconatum Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, non fuerunt iustificatæ, prout iustificari debuerunt, cum ageretur contra successorem in Beneficio, qui non consenserat reseruationi pensionis, ad notata per Io. And. in c. 1. de litis contestatione in 6. Abb. in c. fin. col. 1. de præsump. Fel. in c. constitutis de rescrip. Paris. cons. 49. n. 30. l. 4. & habet locum etiā, quando proceditur executiue, quia semper in qualibet gratia subintelligitur clausula, si pri' veritate nitantur, c. 2. de rescrip. & tradit Moheda. dec. 304. præsertim stante oppositione Pastranæ, quod non procedatur ad sententiam declaratoriam, cum gratia non esset iustificata, Imola in c. super literis col. 5. de rescrip. & fuit decisum coram Illustrissimo D. Cardinali Lancelloto de anno 1572. in vna Salamantina pensionis, & alias sæpius.

Fuit etiam resolutum in illa † Salamantina pen- 449
sionis, 26. Martij 1593. supra deducta nu. 424. & in alijs decisio. de quibus infra.

Et quasi possessio exigendi pensionem acquiritur 450
per vnicam actum solutionis. Salust. † Tiber. d. c. 5. ad fi. in additione, quicquid alias velit Flores q. 2. n.
25. Etiam † si sit facta metu censurarum. Rota in cau- 451
sa Lucana pensionis, 4. Iunij 1574. coram D. Lancelloto, quæ habetur 1. p. diuersi. dec. 196. & in vna Recanaten. transactionis de anno 1593. coram D. Gypsio, & in vna Corduben. decimarum 25. Octobris eiusdem anni, coram D. Seraphino, quicquid teneat Gul. Benedict. in rep. cap. Raynutius de testa. verb. si absq. liberis 2. de fideic. substitutione n. 38. nec id negat Gigas
q. 36. nam non agit de possessione, nisi sit facta † cum 452
protestatione, q. soluit metu censurarū, nā solutio facta cū illa protestatione non constituit pēsionariū in quasi possessione exigendi, Achilles, dec. 423. seu 11. de pensio. Caputaquen. dec. 330. p. 2. Rota in d. Lucana, & Recanaten. & Corduben. & in causa Paten. Pēsionis 5. Deceb. 1594. coram D. Pamphil. in qua fuit
resolutū: Quod, vt † sic locus mādato de manutenendo in 453
pēsione est necessariū cōstare ante omnia de existentia literarū reseruationis pensionis postea de quasi possessione. Achilles dec. 4. de rescrip & d. dec. Lucana, in principio. Quæ quasi possessio exigendi pensionem super fructibus Episcopatus non acquiritur per solutiones factas ex fructibus illius per Curiam Regiam sede Episcopali vacante, cū nō fiant per habentē titulum &c. Nec ex cōmissione de soluēdo data per ipsum Episcopū, quia aliud est soluere, aliud mādare soluere maxime cum sit cum protestatione, quod per illam nullum ei fiat præiudicium, quia facit metu censurarum, &c. Nec Probatur quasi possessio ex confessione antecessoris, vt alias fuit resolutum, nec ex solutionibus factis per illum, de cuius mandato non constat; Rota enim non sequitur decisionem Rotæ secundam. de causa

possessio. in antiquis, *quam sequitur Gambarus* de officio legat. il. 6. q. 18. & 36. *nisi cōcurrentib. adminiculis Veralbus* l. 1. dec. 321. in manu scrip. *Rota* in d. Lucana, *& sic fuit denegatum mandatum de manu tenendo.*

454 Sed quia ista decisio Paten. † quatenus ait in possessorio debere constare ante omnia de existentia literarum reseruationis pensionis ex *dec. 4. Achil. de rescrip.* Mando. *reg. 3. quæst. 7. num. 3.* Marches, *de commiss. appellationis, num. 57.* aduersatur decisioni Anconitanæ, de qua supra *n.* 446. Obiter aduerte sic
455 concordandas † esse, vt debeat constare de reseruatione pensionis saltim per supplicationem, licet non sit necessarium ostendere literas expeditas, Buc. de stylo Curiæ Auditoris Cameræ, *cap. 24. vers. & quoniam*, Salust. Tiber. *d. l. 3. c. 3. num. 1. 5. & 6. & cap. ad fin.* & vide aliam decisionem in ista causa Paten. de qua infra *n.* 551.

456 At in petitorio, quando agitur † de nullitate pensionis debet fieri prædicta verificatio per pensionarium etiamsi sit in possessione exigendi, ad dec. Cæsar. de Grassis, 101. *n.* 11. & 103. *n.* 8. & fuit resolutum in d. Firmana pensionis, & in vna Reatina pensionis, vndecimo Martij 1588. coram Domino Pamphilio, vbi fuit resolutum, *reseruationem pensionis non suffragari ante reseruationis iustificationem*, & in Salamantina pensionis 26. Martij 1593. supra adductam *n.* 424. & in vna Cessenatem pensionis 24. Ian. 1594. coram D. Gypsio in qua fuit resolutum, *Gratiam pensionis iustificari debere, quādo non agitur cōtra eum qui pensioni consensit, sed successorē eius sufficit obijcere pensionem esse nullam absq; eo, quod teneatur aliquid probare: habet enim intentionem de iure communi fundatam, vt Ecclesiast. Beneficia sine diminutione conferantur, & sic Miles professus Hierosolymitanus, & sic incapax pensionis & Beneficij*, c. Beneficium de regularib. in 6. *Guidob.* dec. 138. *debet ostendere ad pensionem, de qua agitur retinendam secum fuisse dispensatū, nec quasi possessio exigendi dictam pensionem ab onere probandi ipsum releuat*, Gigas de pensio. q. 47. *Puteus* dec. 247. l. 1. *Mohedan.* 158. *quia possessio tantum operatur, vt donec lis per tres conformes fuerit decisa, non retardetur solutio, vt fuit pluries resolutum, & Gigas, Mohedanus, & alij loquuntur, quando agitur super solo possessorio, non vero quando de nullitate in petitorio, nec dispensatio ad retinendam aliam pensionem super alio beneficio, dummodo non excederet summam ducentorum ducatorum, sufficit quo ad istam, etiamsi simul iuncta nō excedant d. summam ducentorum ducatorum, nec potest dici Papam dispensasse ad istam pensionem per illa verba in ea posita, nec enim tecum, vt pensionem* prędictam cum Prioratib. & Beneficiis d. Hospitalis retinere valeas, dispensamus, *quia hæc dispensatio concessa est, vt posset retinere etiam Prioratus, & præceptorias d. ordinis, præsupponendo, quod ad pensiones esset prius dispensatus, vt ipse narrauerat, & qui supponit, non disponit, Rota* de procuratorib. 23. in antiquis, *Alexander* cons. 126. n. 5. l. 5. &c.

457 Et in vna Brixien. pensionis † 28. Nou. 1594. coram D. Millino. fuit resolutum, quod, *quando datur de nullitate pensionis pensionarius tenetur iustificare suam gratiam, &c.*

458 Quod maxime procedit, † vbi pensio fuit reseruata sub conditione, verbi gratia, *dummodo remaneant centum pro Rectore, seu mille pro Episcopo*, vel *dummodo tantam partem non excedat*, vt in Paduana pensionis 17. Decemb. 1579. & 28. Iunij 1581. coram D. Rubeis. *vt in dec. sequentibus.*

Paduana pensionis 17. Decembris 1579.

459 F*Vit resolutum, quod in primis, & ante omnia debet constare de solutione stante clausula,* sine retardatione, *quod si de solutione constet, tunc non est dubium quod litera sine iustificāda, non obstante quasi possessione, quia sumus in petitorio in quo quasi possessio non sufficit, sed animaduertendum est, an literæ contineant modum, vel conditionem, quia si conditionem sunt iustificandæ; circa modum est difficultas.* In eadem 28. Iun. 1581.

460 *Fuit dubitatum in causa Paduana pensionis stantibus resolutionibus in causa facti & oppositionib. D. Gelasij contra literas pensionis, & reseruationis fructuum, ad fauorem R. D. Aloysij expeditas, an literæ continerent modum, vel conditionem, ita quod illarum iustificatio ad eūdem Aloysium pertineat? & 28. Iunij 1581. fuit conclusum sine difficultate onus iustificandi literas huiusmodi reseruationis pertinere ad Reuerend. D. Aloisum Iustinianum, prout etiam alias fuerat resolutum, siue enim literæ prædictæ contineant modum, siue conditionem, vtroque casu sunt iustificandæ, vt sunt iure notissima, cum D. Aloisius fundet intentionem suam in dictis literis, vt per Ioannem Andream* in c. 1. de litis contestatione leg. 6. *Felin.* in c. constitutus in principio, de rescri. cum vulga *nec obstat, quod dictio*, dummodo, *regulariter importet modum, non conditionem vt congerit Tiraquel.* de retractu. §. 8. glossa 8. *nam in casu isto multa concurrunt ex quibus aliud dicendum est, quoniam in primis prædicta dictio est adiecta in ipsa reseruatione pēsionis, ac fructuum & per consequens est adiecta rei imperfectæ, & ita importat conditionem, vt habetur per Tiraquel.* in loco superius allegato, *est etiam modus non dispositioni, sed executioni eius adiacens determinatio, vt per Baldum* in l. penultima, n. 25. C. de condit. infer. *Secundo, quia sumus in rescripto gratioso, Puteus* consi. 36. de priuil. *quicquid tamen sit de efficacia huiusmodi dictionis*, dummodo *an importet conditionem, vel modum, dixerunt Domini, quod ad effectum, de quo agitur, iustificandi scilicet gratiam nullam esse difficultatem, quod narratiua est probanda Cres. & Mohedan.* in dec. allegatis, *præsertim stante quod in literis dicitur, vt asseris, Calder.* cons. 8. de rescrip. *Felin* cap. ad aures, col. 6. vers. 7. concl. 10. post principium, eodem tit. *neque viget, quod illa sit adiecta manu Datarij, ita quod non videatur narratiua partis, & per consequens non sit iustificanda, quia fuit responsum constare ex literis, de quarum iustificatione agitur esse narratiuam impetrantis; præterea stante etiam consensu partium super d. dispositione omnia in causa opposita sunt verificanda, tanquam pars gratiæ per ea quæ supra deducta fuerunt cum multis aliis per Gabrielem allegatis.*

461 Et in vna Vercellen. pensionis 26. Iun. 1592. † coram D. Mantica, fuit resolutum, *Pensione reseruata super Episcopatu, dummodo mille remaneant pro Episcopo, pensionarium existentem in quasi possessione exigendi non teneri in poss. probare remanere, licet secus, si Episc. agat petitorio. nam an exigendum existens in possessione non tenetur probare narratiuam, vt fuit resolutū in dicta Firman. petitorio vero eo ipso, quod Episcopus negat debere pensionē, seu ait esse nullā, pensiona. debet probare narratiā sua gratia, &c. etiamsi sit in pos. exigendi, &c.*

Et in vna Vicen. pēsionis 13. Mar. 1595. coram † D. Seraphino fuit resolutum, *Onus iustificandi pensionem spectare ad pensionarium agentem contra successorem in Beneficio, qui non consensit, tum etiam quia pensio est conditionalis propter clausulam.* dummodo remaneant centū pro Rectore, *prout fuit sæpius resolutū in Paduana, & Vercellē, & vltimo in Salamātina corā Gypsio,*

Gypsio, & hoc casu nō sufficere semiplenam probationē sed requiri plenā, Mohedā, dec. 148. *& in vna Clusina pensionis de anno 1573. & in alia Oppiden. 3. Iunij 1585. &c.*

463 Et in vna Mileuitana pensionis 27. † Iunij, & 28. Nou. 1597. coram D. Lita fuit resoluta, *pēsionariū, vbi agitur in petitorio, teneri iustificare conditionem, sub qua fuit pensio reseruata, dummodo illa, & aliæ forsan assignatæ medietatē fructuū non excedat, & ita probare cōcludenter valorē Beneficij deductis oneribus de tēpore reseruationis, attendendo illud pensionib. non esse grauatū vltra medietatē, vt fuit resolutū in d. Paduana, & Vercellen. & in causa Brixiē pensionis 28. Nou. 1594. coram D. Millino, neq; obstare, quod dans de nullitate reseruationis pensionis nullitatem probare tenetur, quia nō procedit, vbi reseruatio est conditionalis, & agitur in petitorio, in quo titulari sufficit dicere pensionē nullā absq; eo, quod aliquid probet, nam in eo fundatam habet suā intentionē, quod Beneficia Ecclesiastica sine diminutione conferri debent, vt in dictis causis, & in aliis pluribus fuit dictum, neque ex cursu temporis 30. annorum iustificatam præsumi gratiam huius reseruationis, quia à tēpore expeditionis liter. de ann. 1578. non effluxit 30. anni, nec aliquod fundamentum respectu huius iustificationis fieri posse super testib. cū quia non percutiūt tēpus appositionis d. clausulæ, & nihil dicunt de deductione onerum. quæ tamen sunt deducenda, vt fuit dictum in illa Monopolitana pensionis 17. Ma. 1596. coram Orano.*

Et tunc, cum pensio est reseruata sub conditione
464 † pēsionarius tenetur eam iustificare, etiamsi agatur cōtra eū, qui pēsioni cōsensit, nō solū in petitorio, in quo id procedit, etiāsi sit in possessione exigendi iuxta d. sed etiāsi agat executiue si non est in quasi poss. exigendi Cass. *dec. 10. de rescrip.* Gigas *q. 85. n. 10. & q. vlt. n. 15.* quia ille consensus intelligitur præstitus sub eadēmet conditione, & recipit eādēmet conditionē, sub qua pēsio est reseruata, vt resolutū in d. Salā. pēsionis de anno 1593. sup. adducta *n.* 424. & in vna Lunē.
465 Sarçanen. pensionis † 15. Feb. 1593. coram D. Serap. in qua fuit resolutū, *Stāte commiss. cū clausula* sine retardatione, *arbitrio Rotæ posse procedi retardata solutione, quia, quamuis vel propter quasi poss. exigendi, vel propter reuerentiā literarū Apostolicarū, quādo sunt expeditæ, soleat apponi clausula* sine retardatione, *& cōtra cōsentientē pensioni procedatur ad executionē, etiā sine vlla iustificatione liter. Moh.* dec. 331. *Guidob.* 141. *maxime stāte oblig. Cameralis, hoc tamē procedit quādo gratia est pura, secus, si sit cōditionalis, quia tūc consensus recipit eandem conditionē, & ideo qui agit ad pensionem debet iustificare cōditionē illam*, dummodo remaneant centum pro Rectore, *nam dictio* dummodo *importat conditionem, cum sit adiecta dispositioni, non autē executioni, vt in Paduana pensionis, nec ista qualitas est iustificata ex confessione Rectoris, qui in eadem supplicatione exprimit valorē ad 180. quia est facta expressio per modū negatiuū, & per nō expressiū, & sic non cōcludit, quod eam summam excedat, vt pluries fuit resolutū, nec obstant aliquæ solutiones, forsan factæ, quia omnia gesta fuerunt metu censurarum, & contradicente Rectore, & ideo non constituunt in quasi poss. exigendi, quæ sic considerabilis ad hunc effectum, & ideo esse locum arbitrio, quod debet esse iuri consonum, &c.*

466 Idem fuit resolutū in vna Aretina pensionis 25. Iā. 1600. coram D. Millino, † vt in dec. seq. *D. censuerūt esse supersedendum in vlteriori executione, donec Dionysius iustificet, quod Bar. remaneant centū ducati liberi. Fundamentū resolutionis fuit, quia, licet contra consentientē pensioni procedatur executiue, & sine iustificatione liter. Moh. d. 133. Guidob. d. 145. præsertim stāte obligatione Cameralis, tamē hoc procedit quando gratia est pura, secus vero si cōtineat conditionem & modū, & non liberat ab onere iustificandi. Videō stante d. clausula* dummodo remaneāt cētū ducati liberi pro Rectore *agēs ad pensionem debet iustificare, quod remaneant Rectori centum ducati liberi, vt fuit resolutum in causa Lunen. Sarçanen. pensionis, 15. Feb. 1593. coram D. Serap. & postea 26. Mart. eiusdem anni in causa Salam. pensionis, coram D. Gypsio, & fuerit prius resolutum in Clarina pensionis, 9. Nou. 1573. coram Cardinali Lancello. & consequēter, cum ipsa clausula non sit iustificata, non debet procedi ad executionem; non obstat, quod cum in eadem supplicatione vtar quæ sit orator, expressio valoris in ea contenta inducit etiam confessionem Bar. & releuat Dionys. ab onere iustificandi, quia expressio est facta per modum negatiuum, videlicet, quod ista Parrochialis non excedit ducatos 250. & ideo nō cōcludit, quod Rectori remaneant centū ducati, & fuit resolutum in d. causa Lunen. Sarç. præsertim cum valor debeat probari deductis oneribus vt fuit resolutum in causa Oppiden. pensionis 3. Iunij 1585. coram R. P. D. Pamphilio.*

467 Vnde etiam promissio, † vel clausula *de non petendo* annullari pensionem, &c. debet intelligi stante d. conditione iuxta d. Rotæ in causa Rom. accessus 16. Iun. 1569. coram D. Cota, vbi fuit resolutum *promissionem de non petendo pensionē annullari debere, intelligi de facto, non de iure per gl. verbo* cōtradictores, in c. pro illorum de præb. *& si Papa non dat pensionem, nisi cum illa clausula*, dummodo medietatē fructuū nō excedit, *ideo omnes alias clausulas, & permissiones intelligi stante d. qualitate, &c.* Et in Placentina pensionis 21. Iun. 1595. de qua infra *6. p. c. 3. n. 91.*

Accedit, quod tradit Flam. paris. *de resignatione Beneficiorum, lib. 6. q. 3. n. 8. & 9.* 468

Neque obstat dec. Placentina Decanatus † 10. Nou. 1595. coram D. Penna infra adducta *4. p. c. 3. nu.* 52. quia ibi non agitur de reser. pensionis conditionali, & verba decreti erant amplissima, & cum claus. quod non posset dari de obreptione, & subreptione, 469
& clausula sublata, &c. Rursus † trāslatarius tenetur iustificare reser. pensionis non solum in petit. sed etiamsi agat ad solutionem, nec possessio transferentis ei prodest, quia non transfertur in translatariū, quia est quid facti, & in translatione pension. constituitur noua pensio antiqua extincta, vt supradictum fuit, *n.* 255. Vestrius *in prac. l. 3. c. vlt. n. 2.* & ita fuit resolutum 470
in † vna Brix. pension. 25. Maij 1594. coram D. Millino. in qua dixerunt D. *quasi possessionem exigendi pēsionem non transferri in translatarium, etiamsi ius & proprietas trāsferatur, quia est quid facti, & in translatione pensionis antiqua extinguitur & noua constituitur videō non esse dandum de manutenendo mandatum translatario, Cephal.* cons. 479. *& ad decan causa Bonon. pensionis 17. Maij 1595. coram eodem D. Millino in qua fuerat resolutum pensionis executionem concedi cessionario illius, qui erat in quasi possessione exigendi, Rom.* cons. 38. *Par.* cons. 107. n. 90. lib. 3. *& etiam translatario, quia quando transferens est in quasi poss. exigendi, datur translatarius clausula sine retardatione solutionis, etiam quod ipsi non exegerunt, Anton. Aug.* in Epit. tit. de translatione pensionis, vers. clausula sine retardatione, &c. *fuit responsum, quod ibi ex eo potissimum fuit ita decisum, quod translatarius non tenebatur iustificare literas transferentis, quia præsumebantur iustificata ex obseruantia, elapso longissimi temporis, &c.*

471 Idem fuit resolutum in causa Callaguritana † pensionis, 2. Martij 1598. coram D. Corduba, & in vna Lauden. translationis pensionis, 29. Martij

1599.coram D.Penna,in qua fuit dictum : *Quod si translatarius non iustificat suam gratiam, non proceditur ad executionem literarum Apostolicarum, & quod non erat locus arbitrio, vt procederemus sine retardatione, quia translatarius non erat in quasi possess.exigendi, & cum ageretur contra successorem, gratia transferentis iustificari debebat vt in d.Brixien. & vt conferetur iustificata possess.antecessoris deberet esse longissima, nẽpe 30. annorum,&c.*

472 Idem in causa Neritonen.pensionis, 5. Nouembris.† 1601.coram D. Lita, in qua fuit conclusum, *pro reuocatione sententiæ Auditoris Cameræ, quia condemnauit ad solutionem per vtrisque sententiam declaratam ob non solutam pensionem translatarium Cardinalis Madruty quod facere non potuit ante reseruationis iustificationem, nam fuit reseruata dummodo remaneant mille pro Episcopo, Cassadorus* decisione decima numero octauo de rescriptione in d. *Mileuitana pensionis 28. Nouembris* 1597. *Nec ad effectum mandati, de manutenendo in exactione pensionis iuuare potest translatarios possessio, in qua erat Cardinalis, quia illa ad translatarios non transiuit d. Brixien. pensionis, nec respectu iustificationis d. clausula iuuat d. possessio Cardinalis, cum requiratur pacifica possessio transferentis per triginta annos, vt in d.Brixien.& Lauden. nec obstare, quod d. pensio fuerit reseruata Cardinali Motu proprio et de tempore, quo Episcopatus vacabat, & sic videamur versari in casu reductionis pensionis, & non nullitatis dato quod non superessent tot fructus, qui sufficerent pro integra satisfactione d.pensionis deductis Mille pro Episcopo, & oneribus, quia quicquid sit, semper verum erit dicere dictã sententiam declaratoriam, non posse sustineri, cum dato, quod pensio sit reducibilis, & nonnulla, non debuerit contra Episcopum ferri declaratoria, ob non solutionem integræ pensionis vel partis illius, antequam in aliis liquidatum esset, pro qua summa illa sustineretur, & esset debita, vt tenuit Rota in Cordubẽ. tredecimarum 27. Iann. 1595. coram D. Pamphilio, & in Valentina decimarum 20. Nou. 1598 coram D. Lancellotto, &c.*

473 Et probatio d.conditionis, quod remaneant centum pro Rectore, seu mille pro Episcopo, vel quod tantam partem non excedat, &c. debet esse concludens, & plena, vt fuit resolutum in Clusina pensionis coram Domino Lancelloto, de anno 1573. quæ habetur *prima parte diuersorum decisione* 380. Hani. Parif. d. *libro sexto quæstione secunda, numero* 25. & Zech. *de Beneficiis pensionibus capite vndecimo numero sexto* & in vna Oppiden. pensionis 3. Iun. 1585. coram Domino Pamphilio vt *in sequenti decisione. Dixerunt Do-*
474 *mini clausulam dummodo singulis† Rectoribus centum ducati similes liberi annuatim remaneant, appositam in reseruatione pensionis, de qua agitur, non fuisse verificatam, quia non affertur aliqua probatio, qua sufficiat, cum hoc casu requiratur plena, & concludens, Mohedan decisione* 148. *& in propriis terminis huius clausulæ fuit resolutum in vna Clusina pensionis coram Illustrissimo Lancelloto 9. Nouembris.* 1573. *& passim seruat Rota, etenim instrumenta locationum non probant valorem, Cassadorus* decisione vigesima numero secundo super regulis *& si sint geminata, Sarnẽ.* in reg. de valore qu. vltima in fine *maxime quia est probandus deductis oneribus Felin.* in capit. aures sub numero 15. de rescrip. *Sarnen.* d. quæstione vltima, *in huiusmodi autem instrumentis locationum non habetur ratio onerum, Ferretus* consil. 544. numer. 26. libro secundo *accedit etiã, quod non percurrunt tempus reseruationis pensionis, prout requiritur, Oldradus* consil. 83. *Cassadorus* decisione 19 in fine super Regis, *Fel.* in c.ex tenore col. fi. & & in d.c.ad aures, col. penul. de rescrip.

Idem fuit resolutum in Viceo. pensionis,† de qua 475
supra n. 462.& in Mileuit. de sup. n. 463.& in vna Iter. pens. 23. Ian. 1602. coram D. meo Corduba. Et non solum vbi † agitur de probatione conditionis, 476
requiritur plena, & concludens probatio, sed etiam vbi agitur de probando valore affirmatiue expresso in gratia pensionis, quæ fundatur super narratum eius, vt fuit resolutum in vna Asculana pẽsionis, 23. Iunij 1593. coram Domino Orano infra adducta, n. 527. & in vna Rauenn. pensionis, 20. Iun. 1597. coram † 477
D. Lita, in qua fuit decisum, *litteras reseruationis pensionis Ioan. Bap. non esse iustificatas respectu valoris Benefi. narrati ascendere ad summam ducatorum 170 auri de Camera, quæ narratiua super qua fundatur reseruatio pensionis, & sic ipsa gratia iustificari debet plene, & non semiplene, prout alias sufficeret, vbi narratiua nõ esset fundamentum gratiæ, Rota* diuers. decis. 268 p. 1. *& debet probari de tempore reseruationis, Caputaqu.* decis. 310. p. 3. *& fuit dictum in Conchen. Archipresby.* 11. *Decem.* 1592. *coram D. Penna, nec probatur per confessionem aduersarii qui narrauit per non excessum, qui potest verificari, etiamsi non ascenderet ad summam decem ducatorum, nec obligationes pro fructib. & arrendamenta illum probant, maxime, cum sit probandus deductis oner. b. &c.* Quod autẽ dictum est pensionariũ in petitorio debere verificare conditionem & narrata
† in reseruatione, etiamsi sit in quasi possessione exigendi, intelligendum est, nisi per longissimum tẽ- 478
poris, puta triginta annorum fuerit in tali possessione, nam gratia, & eius narratiua præsumitur iustificata, ex obseruantia, & lapsu longissimi temporis, vt fuit resolutum in vna Lucana Decan. 11. Maij, 1578. coram sanctis. Clemente VIII. quæ habetur 1. p. diuers. decis. 534. & in Porta regien. Parrochialis, seu v- 479
nionis 15 Iun. 1590. coram D. Orano, in qua 16. Decem. 1594. coram D. Iusto, fuit dictum. *Quod obseruantia triginta annorum præsumatur tuta, Corneus* cõs. 285. *in fine.* 3. *Aym.* cons. 150. n. 5. *& præsumuntur omnia interuenisse, & habita ex antecedentis tit. seu causa, Paris* cons. 8. n. 13. li. 4 *Socinus* cons. 15. lib. 4. *Alciat.* de præsumpt. reg. 2. præsumptione 23. l. 2. C. de ac- 480
quiren. possess. &c.

Idem fuit resolutum in vna Romana domus † 17. Maij 1592. coram D. Millino, & in Bononien. pẽsionis coram eodem, 17. Maij 1593. in qua etiam fuit dictum, *solutionem pensionis præsumi continuatam a tempore reseruationis stante exactione de præsenti, præsumitur n. quod semper exegerit, Alciat.* de præsumptio. reg. 2. præsumptio. 22. n. 15 *quem sequitur Menoch.* de præsumptio. li. 2. præsumpt. 65. nu. 4. & in d. Brixien. pensionis, de qua sup. n. 47. & in d. Mileuit. de qua sup. n. 463 & in Laud. de qua s. nu. 471. & Neritonen. de qua n. 472.

Quod intelligitur, quando constat de titulo † & 481
reseruatione pensionis, & solum agitur de iustificatione, & verific. illius, secus, quando non constat de tit. & reseruatio, † pensionis, nam illa non præsumi- 482
tur, non solum ex decẽnali possessione, & solutione, vt tradit Flores q. 25. a n. 33. ad 39. sed nec ex tricennali, aut quadragenali, cum de iure Beneficia libera præsumantur, & non pensione grauata, d. tit. *vt Ecclesiastica Beneficia sine diminutione conferantur*, facit c. 1. *de præscript. in* 6. & quod de vnione, dicetur infra *vl. p. c. 2. a n.* 230. idque in petitorio, † nam in pos- 483
sessorio probabile videtur præsumi tit. ex possessione longi temporis, nempe decennij, Gigas *quæst.* 47. *nu.* 4. cum non sit contra possidentem, præsumptio valde vehemens, faciunt tradita per Couar. *practi.* c. 13. n. 6. Menoc. *de retinenda, remed.* 3. n. 9. 2. & Mascar. *de probatio. concl.* 1208 Præterea, id quod dictum
484 † est pensionarium debere verificare conditionẽ, sub qua pensio est reseruata, nẽpe dummodo tantã partem non excedat, seu dummodo remaneat centum pro Rectore, &c. videtur intelligendũ, vbi sumus in casu nullitatis pensionis si conditio nõ est vera, secus vbi sumus in casu reductionis iuxta distinctionẽ, de qua s. n. 421. quia tũc onus probãdi incũbit titulari, qui prætẽdit esse reducenda, nã pensionarius habet fundatã suã intentionem in reseruatione pensionis, donec ex aduerso ostendatur non esse locũ tantæ pensioni, & ita fuit resolutum in illa Salamant. pensio-
485 nis adducta sup. a n. 422.

Et id procedit † non solum in petitorio, sed etiã in iudicio executiuo, in quo titularis poterit cogi ad solutionem integræ pẽsionis, nisi probet esse locum
486 reductioni, quicquid dicat decisio Neritionen. pẽsionis, de qua sup. n. 472. & deci. Cordubẽ. † tredecimarum, & Valẽtina decimarum, quæ ibi allegãtur, procedunt, quando summa, seu quantitas, scilicet decimarum, non erat liquida ex parte petentis declaratoria. & sic non debebat ferri antequam constaret,
487 pro qua summa esset ferenda, sicut non potest dari declaratoria quoad fructus, † in quib. quis fuit condẽnatus, si nõ sunt liquidati, vt fuit tentum in vna Salamantina portionis 25. Iun. 1598. corã D. Seraphino, & in vna Pamphilonẽ. d. Lita 14. Decem. eod. anno, coram D. Lita & alias sæpe, at in proposito quanti-
488 tas pensionis est certa, & liquida, ex † parte pensionarij, ex ipsa reseruatione, & quod sit locus reductio-
489 ni, est exceptio aduersarij, &c.

Erit tamen admittenda ista exceptio reductionis ad impediendã executionẽ, etiãsi non probetur incõtinẽti, sed requirat altiorẽ indaginẽ, ex quo oritur
490 ex ventre supplicationis, vt per Rotam in vna Racanaten trãsactionis, 22. Iun. 1591. coram D. Gypsio, in qua fuit resolutũ, quod exceptio. *Quæ oritur ex ventre instrumẽti etiã si requirat altiorẽ indaginẽ in quocũq; iudicio, admittitur etiã ad impediẽda executionẽ obligationis Cameralis, Cassad.* decis. 10. n. 1. de rescrip. *Sarnen.* in compendio signaturæ, n. 84. & seq. *Acorabonus* decis. 36. l. *Tertia*, de retract. consang. § 4. gl. 1. n. 4. *Galesi.* ad obligationem in forma Cameræ ad 4. p. for-
491 mula 1 q. 1. n. 6. *& voluerũt Dd. in vna Portuẽ. de Cri.* 9. *Decẽ.* 1597. *corã D. Seraph.* Rursus id quod † dictũ est pẽsionariũ debere iustificare suã gratiã, & reseruationẽ, nõ procedit quando pensio est reseruata Motu proprio, nã tũc nõ est opus eã iustificare ad decisionẽ, Achilles 174. seu 10. *de probatio.* alias vnicã de Motu pprio, & Put. 10. *l.* 3. & Rotæ 154. *n.* 4. *p.* 2. *diuers.* vbi q; narratiua facti alieni, in qua Papa fidatur, pbari si emanauit Motu proprio, & ita in proposito
492 tradit Sal. Tib. *in prac. Auditoris Cameræ, l.* 3. *c.* 3. 22.

Vnde in pẽsionib. impositis super Episcopatib. Hispaniæ, quæ vt s. diximus n. 396. imponuntur cum clausula. Et *quorũ 3. q. omnes pensiones huiusmodi, seu tã antiquæ, quam modernæ pensiones huiusmodi insimul,*
493 *vt accepimus, non excedunt,* non est opus aliqua iustificatione, quia reseruantur † Motu proprio, cui statur etiam, quia narretur factum alienum, & in eo sunt
494 verba, vt accepimus, Achilles, & Puteus *ibi.*

Quod secus esset † si non reseruarentur Motu proprio, non obstante verbo, *vt accepimus,* quia illud non Papæ, sed partis narratiuam importat in gratia ad supplicationem signata. Guidobonus *decis.* 160. & fuit resolutum in vna Meten. Monasterij 21. Febr. 1600 coram D. Lita de qua 3. 6. p. 5. n. 199.

Neque n. verbum, † *vt accepimus,* simile est verbo, 495
vt intelleximus, quod non refertur ad partem, Rota *decis.* 447. *ad principium, 1. p. diuersor.* Neq; etiam est simile, quicquid † dicat Rebuf. statim citandus verb. 496
vt asseritur, quod tanquam generale, & impersonale non censetur prolatum per impetrantem, ideo, quod per illud narratur, non est per partem verificandũ, Rota *decis.* 60. *& 77. de rescriptis in antiquis & 6. de præben. in antiquioribus*, Cassadorum *decis.* 4. *n.* 9. *de probationib. & vlt. n.* 8 *de vere patre.* Rebuf. *in praxi, tit. de dispensatione ratione ætatis*, Mandos. *reg.* 34. *de annali, q.* 47 *n.* 2 Nau. *in c. si quãdo de rescrip. exceptione* 3. *n.* 2. Cæsar de Grassis *decis.* 48. *n.* 4. & Rota *decis.* 447. *n.* 1. & in vna Iaccen. Vicariæ 28. Iunij 1593. coram D. Penna, in qua fuit dictum verbum, *vt asseritur excludere vitium surreptionis, & liberare ab onere probandi.* & in vna Romana discussionis de Maninis 24. Ianuarij 1596. in qua fuit dictum, *quod narratur* 497
per verbum, vt dicitur, *non esse iustificandum, Rota & Cassado. supr. & quantitatem narratam per verbum forsan, narrari dubitatiue.* l. in commodato. §. sunt autem. ff. commodati, *glos.* in l. substitutione, verbo forte. ff. de vulgari, *& ideo non esse iustificandam præcisam quantitatem, vt late per Felin.* in c. accedens, & 1. n. 10. vt lite non contestata & post hæc tradit Gonçal. *gl.* 32. *n.* 11. *&* 12.

Sed hic est difficultas, † an licet stetur d. narratiuæ 498
factæ Motu proprio in reseruatione pensionis possit probari contrarium, & eo probato gratia corruat in qua Salust. sup. ait, quod quando † pensio assignatur 499
Motu proprio ex aliqua causa, quæ non esset vera, vt puta in causa meritorũ, vel paupertatis, Motus proprius facit grata valere non obstante surreptione, & pro hac parte faciunt d. *decis.* 60. *de rescri.* † *in antiquis, & 6. de præben. in antiquioribus*, vbi quod facta gratia de beneficio, cuius fructus summam viginti, vt asseritur, non excedunt, debetur impetranti, etiãsi excedunt, nec gratia est surreptitia, facit etiam *d. decis.* 77. *de rescrip. in antiquis*, vbi quod, si in supplicatio. ponatur per Papam, vt † asserit, tunc talis gratia 500
reputatur surreptitia, nisi ita sit, secus si ponatur in supplicatione, vt asseritur, & seruatur, idem ergo erit dicendum in gratia Motu proprio.

Nihilominus tamen † contrarium videtur dicen- 501
dum, nam licet verum est clausulam *Motu propry* tollere surreptionem, *c. si Motu proprio, de præben. in 6. Clem. si Roman. eod. tit.* & ibi Doctores, Decius *in c. ad aures, n.* 30. & Ripa *n.* 33 *de rescrip.* Mohedan. *decis.* 4. *n.* 2. *de priuilegiis*, Anto. Gabr. *de clausulis, concl.* 2. & Corras. *de Beneficiis, 3. par. c.* 4 *n.* 8. *&* 4. *p.* 5 *n.* 28. Tamen cum exprimitur falsa causa † seu qualitas de 502
facto alieno, nihil prodest probando contrarium, si est talis, quod alias saltim difficilius gratia concederetur, quia gratia concessa Motu proprio non debet operari vltra mentem, & intentionem concedentis, & intelligitur verbis existẽtib. expressis, sine quib. alias gratiam non concessisset, aut saltim difficilius ad *c. 2. de rescrip.* Felin *in d. c. ad aures, n.* 9. *& in c. causã de test. n.* 3. Decius *in d. c. ad aures. n.* 31. *&* 32. *& cons.* 407. Staphil *de lit. gratiæ, tit. de vi. & effect. clausul. de clausula Mot. proprio vers.* 7. *& vlt. n.* 3. 4. *&* 5. Selua *de Benef.* 3. *p. q.* 12. 1. *qualitate n.* 3. *vers.* 4. *cas.* Rebuf. *in concor. in for. mandati Apost. verbo Motu proprio, post vlt. effectum, vers.* 2. *non purg.* Gamb. *de officio legati l.* 3. *numer. quadragesimonono*, Ant. Gab. *d. conc.* 2. *n.* 18. 19. 22. *& seq.* Menoc. *de arb. l.* 2. *cas.* 101. *n.* 88. Azcued.

in l.2.tit.14.lib.5.recopil.n.31.de.Gutier.can.11.n.15.& Conmicatam q.l.2.c.15.n.77.Put. decis. 187.n.5.l.1. & decis.101.l.3.ad finem. vbi dicit,quod,licet stetur prędictæ narratiuæ factæ Motu proprio, potest tamen probari contrarium,& Rota decis.525 n.5.p.1. diuers. vbi dicitur, quod falsitas causæ perpetuo annullat gratiam, quantumuis Motu proprio concessam. Et nouissime Thom.Sanch. de matri.lib.8 disp.21.n. 47.

504 Vnde prædicta sententia Salust. non est vera, nisi vbi narrarētur merita in genere ad tradita per Probum in rub. de vita & honestate clericorum in 6. n.23. & Rebuff.in d. forma mandati, verbo morum honestas.

505 Nec obstit d.dec.60.& 6.quia accipiēdæ sunt † vbi excessus non esset notabilis, secus, si esset notabilis, vt de falso valore expresso in gratia Motu proprio in notabili quantitate, seu cum errore notabilis quantitatis, dicant Felin. d. n.9. Decius n.31. & alij supra, & ita etiam circa clausulam,vt asseritur, videtur tenere Selua d.n.4.vers. item circa expressionem.

506 Neque etiam obstit † d.dec.77 quia accipienda est quando illud, quod narratur per verbum, vt asseritur, non inducit notabilem surreptionem maiorem, quam si exprimeretur per verbum, vt asseris, seu alias per impetrantem, &c.

507 Vnde in dictis Pensionib. † impositis super Episcopat.b. Hispaniæ Motu proprio cum d.clausula,& quorum tertia parte, vt accepimus non ex edũ, quamuis pensionarius non teneatur verificare huiusmodi non excessum, tamen si ex aduerso probaretur notabilis excessus essent surreptitię,&nullę,iuxta dicta,saltem, quoad excessum,nã,cũ fuit reseruatæ Motu proprio, potius videremur versari in causa reductionis,quam nullitatis,vt dicitur in d. Neritonē de qua sup. n.472.

508 Decisio autem Rotæ 162. in Miscellaneis † manuscriptis, quæ ait, quod valor narratus in gratia, etiam Motu proprio facta, est probandus ad canonizationem illius Dec.in d.c.ad aures, n.10. seu 31. vt resolutum fuit in causa Oxomen. Thesaurariæ 12. Iunij 1559 coram D.Capusag. n/c. Intelligenda est,quando ex aduerso probatur contrarium, cum errore notabilis quantitatis,ex Decio d.n.31.&Felin.d. n.9.& alij supra.Vel
509 potius est intelligenda procedere, † iuxta regulas modernas de valore, ex quibus requiritur expressio valoris Beneficij,de quo fit gratia, etiam Motu proprio,& sic requiritur etiam consequen. probatio illius,tanquam parti gratiæ,&c.

510 Et de clausula Motu proprio, † & quid operetur, vide Ab.in d.c.ad aur.n.& ibi Fel. n.6.& alios Stap. d.tit.clausul. Motu proprio, Milan repert.verb. Motus proprius, Bertachinus verbo clausula Motu proprio Vgolum Celsum in tract.clausul.versi. Motu proprio non solit. sequentibus. Rebuff. in concordatis in forma mandati Aposto.verb. Motu proprio, Seluam,3.p.q. 12. à n. 2.Gamb.de officio legati l.3. à n.44. Ant.Gabr.late tit.de clausulis,concl.2.Menoc.de arbitrar.l.2. casu 201, à n.78.Hoied.de incompatibilitate Beneficiorũ,c.20 n. 7.Corras. 1.p.c.4.n.8.& 4.p.c.5.n.28.Gig.q.9 à n.4. Azeuan l.1 tit.14.n.14.& l.3. num.28.l.4 recop. Ant. Aug. in Epit.decis. manuscrip. tit. de Motu proprio, & alia reper.decis. verb. clausula. Motu proprio.& Mandosius Reg.Cancel.ibi,& verb. Motus proprius.

Pēsionarius etiã † ad instãtiã successoris tenetur probare possessionem vel bonũ ius illius,qui primo cōsensit pensioni,nisi esset eius successor in iure illius, &c.vt per Achillē dec.9.de Pensio.seu 421. Guidobō.
511 dec.157.nam pēsio non potest † peti ab eo qui non esset,vel successor iuris,vel possessionis cōsentiētis,vt per eundē Achillē,dec.1.& 6.d.pensio.seu 413.& 418.

Et successor poterit docere de non bono † iure 513
possessoris, qui consensit pensioni. Achilles. d. dec. 6. & 9. n.3. qui propterea frustra consensit pensioni, Cæsar de Grassis,decis.103 n.9.vnde non videtur verum,quod tradit Gonçalez glos. 5 §.9.n. 60 quod si vacante Beneficio per obitum, Papa conferat illud Petro,cum reseruatione pensionis ad fauorem Io. si collatio facta Petro sit nulla, ex aliquo vitio obreptionis, seu incapacitatis illius, & propterea impetret Antonius d.Beneficium per obitum,vti vacans, vt prius, quamuis in sua gratia non fuerit reseruata aliqua pensio, nihilominus tenebitur soluere d.pensionem, quia prima concessio continebat duas gratias,& vna deficiente non deficit altera.Quinimo resignatarius, † nō obstãte consensu,acceptatio, & ap- 514
probatione iuris, ac resignationis, potest dicere de nullitate pensionis, si vult probare non ius, & falsitem causæ, vt fuit resolutum in vna Valentina pensionis,17.Iun.1583.coram D.Robusterio, vt in decis. sequenti Resolutum fuit, quod si pensiones,de quibus agitur sunt nullæ, vt facta,vt se velle docere Canonici possunt ipsi dicere de nullitate pensionis,quia,cum ista materia non pendeat a voluntate, & consensu partium, vt est regulariter in prophanis, sed ab authoritate Principis solum quærendum est, an vere pensio sit, vel ne valida,c.si quis Presbyterorum,vbi notatur de rebus Ecclesiæ, cum aliis per Cassadorum, de pensio. decis.3. Merito non obstãte consensu,acceptatione, & approbatione iuris, ac resignationis possunt idem consentientes dicere de nullitate pensionum. Achil. 8.de pensio.& de actu ipso iure nullo, quod non obstante consensu partis possit dici nullus, etiam per ipsum consentientem,cumulauit plura informantes pro Capitulo,nec habuit difficultatem aliquam apud dominos, qui inferebãt,quod,cũ in coadiuuando tit.Canonicorum pars possit sibi præiudicare glo. & alij per Rebuf. de pacificis possesso. n. 161. iusta acceptatio, & approbatio Canonicorũ habebit hũc effectũ, quod Dominus Mirabes, & alij quibus sunt reseruatæ pensiones pro validitate illarũ,non erant obligati docere de bono iure, & causa reseruationis pensionis, ex qua approbarunt, & magnifecerunt ius illorum,vt in decisione allegata,sed non facit,quod si Canonici aduersarij prout asserunt, velint probare non ius,& falsitatē causæ, non possunt hoc facere,cũ,vt dicitur, totum hoc principaliter pēdeat ab authoritate Principis,& nō partis,est tamē verũ,quod,cum D.Hieron,habeat titulũ coloratũ & hæ pēsiones sint impositæ ex causa resignationis per d. D. Hier.possessorē facta coditionaliter,reseruatis valide dictis pensionib. cum clausulis,restrictiuis, & suspensiuis, vt in mandato,& resignatione resoluerũt Domini,quod Canonicis agentib. ad declarationē nullitatis dictarũ pēsionũ,obstat,vt illis clarũ spoliũ, quod continet restitutionē possessionis,& fructuũ,damnorũ,& interesse, & sic obstat,vt illis actio,& exceptio spoliationis,iuxta notata in c.1.de restitu.spoliatorũ in 6.nam certũ est,quod possessor resignans sub conditione, illa non adimpleta, agit spolio,si ostendit, vt hic,titulum coloratũ. Puteus,de restitu.14.spolia.dec.4.Crescen.dec.135.Ant. Aug.in repertorio codē tit.n 16 contra quod spoliũ dato ti.colorato,nō obstat exceptio defect' tit.vel nō iuris nisi probatur per cōfessionē clarã,vel rē iudicatã, vt per Ant.Aug.n. 13. quando notorie constat,& passim obseruat Rota.Non obstat sententia per me in Rota lata absolutoria à spolio, quia dicebant Domini, quod dicta sentētia habet etiã in vētre absolutionē,& rē iudicatã super validitate dictarũ pensionũ,quia cũ in sententijs, qui vult consequens,vult & necessarium antecedens,leg.fin. de except.rei iudicat.cum alijs per Aym.consil.79.num.4.& impossibile videba-

videbatur, quod sententia possit stare pro absolutione spolio,sine eo,quod pensiones omnes essent validæ ex his,quæ supradicta sunt contra, si in vno, etiam in alio obstabit, & in nullo tunc intra spolium clarum,nec obstat,&c.

Et quod tradit Rebuffus de pacificis possesso. n. 156.
515 alias. 137. semel † imposita pensione allegari postea non posse resignantem nunquã habuisse ius, procedit in iudicio executionis, de qua loquitur. & vide dicta infra,11.par.c.3.à n.130.

Aduertendũ vero est,quod in cōmissionibus super
516 nullitate, † vel reductione pensionis à Papa reseruatæ, solet poni clausula, sine retardatione solutionis pensionis,ob reuerentiam literarum apostol.& fraudes recusantium soluere pensiones Scaphil.de literis iustitiæ tit. exceptio sola plus operatur, &c,nu.13.& 14.pagina.mihi.284.& sequent.Gomezius in compendio verius, signatura, versi. & est aduertendum Gigas quæst.quinta nu.[illegible] & q.62. n.12.& qu.85.Gamb.lib. 6.q.17.& 36.Rebuff.de pacificis possess.n.156.alias 137. Vestrius in pract.l.3.c.vlt.n.1.Marches de commissionib. 2.p.c.4.de commissione appellationis n.39 & Flam.Paris. de resig.benefic.l.6.q.2. n. 153. etiamsi non adsit quasi
517 possessio exigendi. † Rota decis. 301. p.1.diuers. & in vna Burgen.pensionis de qua infra n.519. Quæ clau-
518 sula limitat, † & suspendit iurisdictionem.quæ datur iudici commissionis. Cæsar de Grassis decis.101. n. 1. & importat conditionē adeoq; iudex nō possit procedere,nisi prius soluta pensione.Gomez supra vers. confirm.ista opinio.Pōtanus de alimētis c.19.n.4. Marches d.tit.[illegible] c.4.n. 36. Rota dec. 816.lib.3.parte 3.diuersorum,&in dicta Burgen.pensionis.24. Nouemb.
519 1595.coram. D. Blancheto. in qua fuit † resolutum, Non posse procedi in causa retardata solutione,clausula enim in rescripto apposita limitat iurisdictionem, & illã tribuit sub conditione,vt de causa cognoscatur,nisi docto de solutione, & ita perpetuo fuit obseruatũ in Rota, quæ semper solum requirit literarum expeditionem, absque possessione,vel quasi possessione,cum supplicatione etiamsi nullitas videntur patens. Io. Paulus dec. 60. cum aliis allegatis.Neq; obstare decisionem coram Greperis, quia ibi aderat clausula arbitrio Rotæ,quo casu Rota vult cōtra successorem constare aliquo modo de quasi possessione, prout signatura facere consueuit,quãdo pensionis cōtrouersia inter pensionarium, & successorem in beneficio cōmittit causam,vult enim de tali exactione degustare aliquid,& a forma rescripti non est recedendum,&c.

520 Operatur etiam. d.clausula, † vt non obstante.d. commissione nullitatis, seu reductionis pensionis,& manus appositione Papę,executor datus in literis pēsionis,seu in processu fulminato,possit etiam lite pēdente procedere ad executionem pensionis,& compellere ad eius solutionem. Gigas quæst.69.numer. 5. Lancelotus de attentatis 2.par.c.10.n.38.& cap.17. n. 61.& 64.Marches d.n.39.& Flores q.11.n.30.

521 Quod procedit, etiam facta † inhibitione vigore talis commissionis, vt videtur tenere Lancelotus d. num.64.versi. circumscriptis, quamuis contra teneat Gigas ibi,quem refert idem Lancelotus. cap.10. ampliatione 1. num.28. nam illa clausula eneruat vim, &
522 effectum inhibitionis, † & inhibitio censetur facta stante d.conditione, prout in commissione. Mãdos, de inhibitio.quæst. 30. & 82.idem Lancelotus cap.20. ampliatione 11.n.28.Cæsar de Grassis decis.96.n.4. & dicemus alias infra 6. par.cap.2.num.140.& post hæc Gonçalez glos. 9.in annotat.n.224.

523 Quamuis,si non staret.d. † clausula in commissione,sed causa nullitatis,seu reductionis pensionis fuisset antea per speciale rescriptum Papæ simpliciter commissa, verius videretur illius pendentiam impedire executionem, & viam executiuam, vigore literarum Apostolicarum,pro solutione pensionis postmodum intentatam, ita declaratoria lata pendente d.ca sit nulla propter appositionem manus Papæ, & tacitã auocationē,Gigas d.q.69.n.4.& 5 & Lãcelotus d.c.17.n.92. † dicens id tanto magis procedere, cum 524
in iudicio executiuo fuerat oppositum de dicta pendentia litis.quod videtur necessarium ex traditis per Felin.in c.cæterum,de rescrip.n.11.maxime facta inhibitione per iudicē Lãcelo.ubi à n.63. licet cōtra sentiat Flores supra n.31.ibi,vel cum ea,& sine d.clausul.

Pendente tamen causa nullitatis, seu reformationis pensionis coram Ordinario † absq; commissione, 525
certum videtur non impediri executionem literarum pensionis.Flores d.n.31.etiamsi oppositum esset de litis pendentia,& inhibitum,quia Ordinarius non potest inhibere executori,qui est superior.

Aliquando tamen ponitur clausula † sine retarda- 526
tione solutionis pensionis arbitrio Rotæ, vt in dicta Burgen.supra relata n.519. quæ intelligitur,prout de iure,nam arbitriũ debet esse iuri cōsonũ,& ideo retardanda est solutio, & potest procedi, ea retardata, donec literæ expeditæ fuerint iustificatæ, nisi agatur contra consentientē pensioni pure reseruata, vel adsit quasi possessio, iuxta supradicta, & ita fuit resolutum illa Lunen. Sarçanen. pensionis, de qua supra, n.475 & in vna Asculana † pensionis, 23. Iun. 1593. 527
coram D. Orano. vt in sequenti decisione. Fuit resolutum retardandam esse solutionē pensionis,donec literæ super reseruatione illius expeditæ, fuerint iustificatæ, nam commissio mihi præsentata habent clausulam, sine retardatione arbitrio Rotæ, intelligitur, prout de iure. Bartol. in extrauaganti ad reprimēdum,verbo videbitur,n 8.Paris.cōs.56.n.5.l.1.de iure aũt est quod nō soleat cōcedi, nisi,vbi vel adest quasi possessio vel literæ expeditæ fuerint iustificatæ.Mohed.dec.304.de quasi possessione Odatij non constat, vt bene hæc per informantes, & literæ quo ad valorē non iustificãtur, nam testes de eo deponentes,aut non percutiunt tempus articulatum, aut sunt de auditu,maxime quando agitur de probando valore affirmatiue concepto, quo casu concludens requiritur probatio, vt fuit alias resolutũ in vna Clusina pensionis coram Illustrissimo D.Cardinali Lanceloto.

In pensionibus tamen per inferiores Papa reser-
uatis non apponitur dicta † clausula, sine retardatio- 528
ne solutionis pensionis,Staphil. supra num.15.& Gom. in d. compendio versi. & est aduertendum. Gigas dicta quæst.35.n.9.& q.85.n.2.& 11.& Vestrius d.lib.3.cap. vltimo.n.1 nisi pensionarius esset in quasi possessione exigendi.Vestrius ibi.

Et casus,in quibus dicta clausula † apponi non so- 529
let,ponunt Gomez supra Gigas d.q. 85. Vestrius d. c.vltimo,& marches.d.c.ex n.40.

Tandem pro conclusione huius † materiæ pen- 530
sionum, per quarum executores solet in Hispania procedi ex abrupto,& sine ordine,& modo & prout pars,quæ eos eligit,petit,operæ pretium duxi breuiter ponere practicam seruandam, quando executiue agitur ad solutionem pensionis coram executore,vigore litterarum executoriarum seu clausulæ, cæterum processus fulminatus,qui debet † esse Canoni- 531
cus Cathedralis Ecclesiæ, vel alias in dignitate Ecclesiastica constitutus, cum sit mixtus & habeat cognitionem causæ,licet executiuæ ex forma mandati, Ferretus in terminis cons.53.& Nauarrus in c.cum cōting.de resc.2.causa nullitatis practicatur.

Et in primis præsentandæ sunt † coram executo-

re litteræ originales pensionis tam gratiæ, quam executoriæ, & etiam processus fulminatus, si virtute dictæ clausulæ, cæterum, sumitur iudex, quamuis suf-
533 ficiet etiam præsentare solum † processum fulminatum, in quo ipsæ literæ sunt insertæ, donec pars opponat ad decisionem Achillis. 53. & 419. & d. infra 6.
534 par. c. 2. dub. 1. & sumptum litterarum † ex registro Apostolico, quod fidem facit, saltem in Curia, vt in illa Toletana pensionis, de qua supra n. 118. Belenci *de charitatiuo subsidio. quæ* 113. Mascardus *de probat. conc.* 337. *n.* 7. & 8. & Rota in Paten. pensionis primo Iulij. 1595. infra relata, *n.* 551.

535 Quibus Præsentatis, pensionarius † petit dari mãdatum seu monitorium in forma contra possessorem beneficij pensione grauati pro tot ducatis sibi debitis, ex terminis pensionis decursis, &c. Quos iudex
536 iubet dari & in eo insertis litteris præsentatis, † vel processu fulminato, si vigore illius sumitur in effectum, mandat. N. possessori, quatenus infra sex dies, seu alium terminum sub excommunicationis, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, etiam in literis Apostolicis pensionis expressis, soluat pensionario tot ducatos sibi debitos ex terminis pensionis decursis seu talem, & talem terminum decursos, & infra eundem terminum doceat de solutione, & paritione, alioquin dicto termino compareat ad videndum se incidisse, & incurrisse in excommunicationem, aliasque sententias, censuras, & pœnas prædictas declarari, seu illas in eũ poni, ac ad omnes, & singulos actus necessarios, & opportunos, vsque ad sententiam, & expensarum taxationem, ac sententiarum, & pœnarum prædictarum aggrauationem, & reaggrauationem Brachiiq; secularis inuocationem, procedi, vel ad ostendendum solutionem quietationem, vel rationem legitimam, quare præmissa fieri non debeant, ad quæ omnia citatur, &c. cum cominatione seu certificatione, quod siue comparuerit siue nõ ad prædicta, & alia, quę iustitia suadebit, eius absentia, seu contumacia non obstãte, procedet, &c.

537 Quo mandato intimato possessori † beneficij, & in termino reproducto pars pensionarij accusat cõtumaciam illius non comparentis, quam iudex habet pro accusata. & si ille consensit reseruationi pensionis, potest statim, absque alia verificatione, nisi reseruatio sit conditionalis, dare contra eum sententiam declaratoriam, qua declaret eum incurrisse in excommunicationem, aliasque censuras, & pœnas in litteris reseruationis expressas, ob non solutionẽ dictæ pensionis, &c. Et condemnare eum in expẽsis coram eo legitime factis, taxationem earum sibi re-
538 seruando, &c. Iuxta resolutiones supra adductas, quãuis † Salustius, Tiberius. *li.* 3. *c.* 5. dicat audiuisse alias, quod Greg. 13. Ore tenus tũc auditori cameræ commisit, quod in executione litterarum pensionis, etiãsi adsit titularis consensus, cum obligatione etiam camerali vinculo iuramenti, vallata pro pensionis solutione facta, ad executionem litterarum huiusmodi non procedat, nisi prius litteris, aut supplicatione reseruationis pensionis, & narratis in eis sufficienter verificatis &c. sed hoc non apparet certum.

Si vero titularis, contra quem agitur, non consen-
539 sit † reseruationi pensionis, sed est successor, aut reseruatio est cõditionalis, debet pẽsionarius corã executore ostendere & probare se esse in quasi possessione exigendi dictam pensionem, vt releuetur ab onere iustificandi litteras reseruationis, alioquin te-
540 netur illas iustificare, & verificare earum narratiuam aut conditionẽ, iuxta *supradicta*, & 3. 6. *p. c.* 2. *dub.* 11.

Neque est necessaria alia citatio, ex † quo ille, qui est absens à loco iudicij, fuit citatus generaliter ad totam causam, & est contumax. Speculator 2. *par. tit. de citatione §. vise, num.* 4. & 5. & ibi Io. Andreas, *ver. incumbit.* Millis *verb. citatio special ter ad vnum.* Abbas *in cap. fin. de dilatio. à nu.* 9. Vantius *de nullitate ex defectu citationis à numer.* 101. Maranta *in specula.* 6. *par. de citatione n.* 19. Granutius ad Vestrium *li.* 4. *cap.* 4. *nu.* 15. & Rota. *decis.* 8. *de testibus, alias* 93. *in nouis ad finem,* † quæ ait, quod partes sunt citatæ ad to- 541
tam causam, & singulos actus vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiue, & citationes, quæ fiunt postea in Curia per audientiam contradictarum, vel alias potius fiunt, vel fiunt de vrbanitate, quam necessitate, seu rigore iuris, &c. Et Vantius supra *n.* 110. ait in Romana Curia ex benignitate fieri istas citationes, & post hæc tradit Gonçalez *glos. nona in annot. num.* 74.

Vnde conuincitur, quod ait Paulus Castren. † *con-* 542
si. 81. 2. *volum.* relatus per Marantam supra, quod quãdo proceditur, ad alios actus vigore talis citationis generalis debent fieri singulæ citationes per edictũ, vnde etiam non est necesse facere citationes in stratis auditorij, nisi forte illa essent ad id assignata in huiusmodi citationibus generalibus, pro vt in Hispania fieri consueuit; † nam tunc deberent ibi fieri ci- 543
tationes, & intimationes, vt fuit resolutum in vna Gienen. portionatus. 28. Iunij. 1559. coram D. Oradino, in qua fuit dictum, *Quod licet citatio generalis arctet ad comparendum, tamen si pars comparet, debet de nouo citari. Socinus* cons. 195. vol. 2. & supra citari, & *si examen testium factum sine noua citatione est nullũ, nec obstat, quod postea recesserit, & sic non videtur venisse, qui non stetit, quia saltem debebat citari in stratis, prout comminatus fuerat iudex in prima generali citatione,* & Vt per Rotam *decis.* 35. *in manuscriptis.* † at si 544
citatus comparet, & allegat contra executionem aliquam rationem legitimam, vt solutionem, quietationem, &c. debet ei assignari terminus breuis, cum sit probanda in continenti. Nec requiritur necessario quod sit, vt solet fieri in Hispania, decem dierum sicut in aliis executionibus, ex lege regia: sed potest esse maior, vel minor arbitrio iudicis. Gigas *q. fin. nu.* 26. intra quem id probet, & idem si allegaret remissionem † pensionis, aut redemptionem autho- 545
ritate Papæ vel aliam exceptionem notoriam, & euidentem, vel quæ posset incontinenti probari, & nõ indigeret longiori indagine. Gigas *d. quæ. fi.* alias Menoch. *de arbitrariis l.* 2. *casu* 9. & 12. Conradus *in l. vnica C. si de momentan. possession. limitat.* 12. Massa Galesius *de obligatione Camerali ad* 4. *par.* 1. *q.*

Si tamen allegaret nullitatem, seu surreptionem
† pensionis, vel aliam exceptionem requirentem al- 546
tiorem indaginem, debent reseruari iudicio ordinario. Gigas *ibi n.* 24. quicquid circa surreptionem dicat Flores *n.* 12. & *n.* 33. allegans Gigantem. *d. q. fin. n.* 13. qui se declarat infra, *n.* 21.

Et quando exceptio requirat † altiorem indagi- 547
nem, relinquitur arbitrio iudicis. Menoch. *casu.* 20. & *de recuperanda. remedio* 1. *q.* 21. Contardus *supra,* & Rota *decis.* 57. *n.* 3. *par.* 2.

Vnde in vna Barchinonen. pensionis † de anno 548
1551. fuit resolutum, quod *exceptio extinctionis pensionis per professionẽ pensionarij, super qua non fuit iudicatũ, non impedit solutionem pensionis, & ea non obstante, declarãdus est titularis, si non soluit, quia requirit altiorem indaginẽ, cum Monachus ex dispensatione pensionem retinere possit, nec quis est priuãdus sua possessione &c.* Vt per Caputaquen. *decis.* 811. *par.* 1. & 223. & 317. *par.* 2. Guidobonus 138.

549 Ex quo alias in vna Rauennaten. † pensionis. 20. Iunij. 1597. coram D. Lita fuit dictum, quod *pensionarius, qui est in quasi possessione exigendi, manutenendus est in ea, non obstante prætensione quod sit extincta, propter constitutionem Sixti V. de delatione habitus, &c.*

550 Et in vna Paton. pensionis prima. † Iulij. 1599. coram D. Pamphilio fuit resolutum. *Dandum esse committi mandatum de manutenendo in quasi possessione exigẽdi pensionem, de cuius reseruatione hodie cõstat per exhibitionem sumptam ex registro Bullarum. Rota* dec. 10. de fide instrumentor. in nouis. *Crescen.* 2. eodem tit. *Antonius Augustinus* in epitome. titulo de exemplis, numero primo, *& de quasi possessione constat ex multis simul iunctis, &c. Et cum ea concernat tempus ante protestationes Episcopi, & etiam post contractum matrimonium per comitem, non obstãt in contrarium deducta, nam protestationes non tollunt præcedentem quasi possessionem acquisitam contra prædecessoris, quæ noceat successori, & quantum ad extinctionem per contractum matrimonium, illa non impedit manutentionem, donec super ea fuerit iudicatum.* cap. querelam. de electione, cap. cõsultationibus de iure Patro. *cum contagatus ex dispensatione, quam comes habere prætendit, possit pensionem retinere. Cassado decis.* 10. *num.* 7. de rescrip. *Caputaquen.* 321. par. 1. & 317. par. 2. *præsertim, cum ex prædictis adsit possessio, & post contractum matrimonium, quod alias fuit ponderatum in causa Terdonen. pensionis secunda Decemb.* 1585. *coram D. Blancheto.*

Et in vna Callagurritana pensionis secunda Mar-
551 tij. 1598. coram D. meo † Corduba fuit dictum, quod *Allegatio de extinctione non impedit manutentionem, vbi de ea non fuit iudicatum. Caputaquen.* vbi supra, *& non dicitur iudicatum, vbi fuit appellatum, vt in*
552 *causa Forolinien. pensionis.* 24. *Iunij* 1592. *coram* † *D. Penna, vel pendet causa restitutionis in integrum, vt in causa Veneta ionis quæstuandi coram Illustrissimo Arrigonio, & inde ista exceptio videretur reseruanda ad iudicium petitorium, stante maxime, quod hæc quasi possessio prætenditur post obitum Herculis, ad cuius commodum prætenditur reseruata, & sic post extinctionem, vt fuit resolutum in causa Terdonen. pensionis.* 10. *Decemb.* 1585. *coram D. Blancheto, &c.*

Sed istas resolutiones solum admitterem, quan-
553 do post casum extinctionis † pensionarius esset in quasi possessione exigendi, vt in ista Paten. & Calla-
554 gurritana, † nam & nullitates orientes ex ventre, stante quasi possessione exigendi, discutiendæ sunt in petitorio, vt in illa Burgen. de qua supra, *num.* 117. quæ tamen alias impediebant executionem, etiamsi requirerent altiorem indaginem vt supra, *nu.* 489.
555 aut quando pensionarius, qui professus est † aut contraxit matrimonium, ostenderet dispensationem ad retinendam pensionem, quamuis non claram & iustificatam, nam interim, quod super illa disputaretur, & iudicaretur, non esset impedienda solutio.

556 Alias enim exceptio extinctionis † per professionem, vel contractum matrimonij, aut alias videtur releuans, & admittenda, dummodo incontinenti probetur, id est, intra breue tempus à iudice assignatum, iuxta dicta, nam non requirit altiorem indaginem, sed est clara, & excludit pensionem, & possessionem eius, Vuames *consil.* 284.

557 Imo, & si pensionarius ostenderet † dispensationem, verius videtur, prædictam exceptionem extinctionis incontinenti probatam impedire solutionem, & executionem pensionis, nisi constet etiam de iustificatione ipsius dispẽsationis Cæsar de Graffis *decis.* 103. *num.* 7. nam ista exceptio non requirit altiorem † indaginem, sed altior indago oritur ex 558
replicatione pensionarij, vnde non videtur reseruanda ad petitorium. Afflict. 2. *dec.* 93. Puteus *decis.* 233. & 243. *lib.* 3. & Rota in vna Vrgelen. Canonicatus. 21. Maij. 1593. coram D. Blancheto infra, relata *sexta par. cap.* 3. *num.* 2. & in vna Imolen, bonorum dicta die 21. Maij. 1593. coram D. Pamphilio, † vbi fuit reso- 559
lutum, *Quod ad impediendam immissionem ex remedio* leg. fin. C. de edicto D. Adriani, *admittitur exceptio defectus proprietatis, de qua in continenti docetur, non obstante, quod videatur requirere altiorem indaginem, quando illa altior indago oritur ex replicatione hæredum, non autem exceptione possidentis, &c.*

Exceptio tamen, quod beneficium † erat graua- 560
tum alia anteriori pensione, de qua non fuit facta mentio in litteris, quarum executionem pensionarius petit, regulariter non impediet executionem. Nam quamuis certum sit, non † valere secundam 561
pensionem, si de prima non est facta mentio, quia Papa in dub. etiamsi reseruatio fiat motu proprio, non censetur velle onerare beneficium duplici onere, &c. Cassiado *decis. tertia & quarta de pensio* Caputaquen. 301. 311. & 322. *par.* 2. & 86. *part.* 3. Gigas *de pensio. q.* 29. & *quæst. final. num.* 12. & *consil.* 140. alias *respon.* 31. *de pensio.* Gambarus *lib.* 6. *à num.* 226. Mohedanus *decis.* 11. *de locato,* alias 159. Mandos. *regula.* 35. *quæst.* 6. *à num.* 7. & designatura gratiæ, *titulo de pensio. versic. supposuimus.* Flam Paris. *de resigna. lib.* 6. *quæst.* 2. *à numer.* 40.

Quæ expressio est necessaria, etiam quod prima 562
pensio sit conditionalis, † vt fuit resolutum in vna Conchen. medietatis fructuum. 30. Aprilis. 1568. & in vna Valentina pensionis 25. Maij & 25. Iunij. 1601. coram D. Millino, in qua † fuit dictum, *clausulam,* 563
dummodo remaneant centum pro rectore, *tendere ad alium effectum, nec ad istum effectum releuare, quia est apposita ad fauorem rectoris, & ex ea non inferri ad scientiam Papæ primæ reseruationis, à qua scientia pendet validitas secundæ, &c.* Et etiam † quando 564
prima pensio est perpetua. Caputaquen. *decis.* 312. *par.* 2. Fabius. *decis.* 56. *lib.* 1. Chisanen. 134. & Flam. Paris. *supra num.* 47. & fuit resolutum in vna Cæsaraugusta, dismembrationis. 25. Iunij, 1600. coram D. Pãphilio, & in dicta Valent. 25. Iunij 1601. coram D. Millino. tamen excipiens contra secundam pensionem † seu illam impugnans, ex eo, quod non fuit fa- 565
cta mentio de prima, tenetur probare, quod tempore secundæ pẽsionis prima erat reseruata, & quod erat valida. Caputaquen. *dict. decis.* 301. Gigas Flam. & alij supra. Cota *decis.* 167. & 110. & Rota in dicta Valentina. 25. Iunij, & sæpius fuit resolutum, & sic ista exceptio requirit, altiorem indaginem, &c.

Et si citatus diceret se non possidere beneficium, super † quo pensio est reseruata, aut qui consensit 566
pensioni, non habuisse possessionem, vel bonum ius illius, pensionarius debebit probare, vt dictum est supra *num.* 511.

Alias, illo non comparente † seu id non negante, 567
non videtur necessaria ista probatio, quamuis Bucca. *dist. tract. de stylo curiæ auditoris cameræ. c.* 22. *versi. quia,* siue dicat siue successor comparuerit, siue non, teneri eum, qui petit pensionem probare reum conuentum successisse in beneficio, super quo est assignata pensio, & ipsum percepisse fructus, vel stetisse per eum, quominus illos percepisset, & Salustius Tiberius † *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. ait in iudicio manuten- 568

tionis obligari pensionarium ad probandum reum conuentum beneficium pensione grauatum possidere, &c.

569 Sed, cum agatur contra ipsum † tanquam successorem, & possessorem beneficij grauati, non videtur necessaria ista probatio, nisi ipse opponat. ex doctr. Iasonis *in l. 2. C. de edicto D. Adrian. tollendo ad finem*, qui ait, quod parte non opponente, iudex non debet petere legitimationem personarum. sequitur Petrus Gerardus *singul.* 23. & in iudicio executiuo idem Salustius, *libro 1. capitulo 43. numero 4.*

570 Et à prædicta sententia non datur † appellatio suspensiua, cum executiue procedatur. Gigas *quæst.* 95. Vestrius *lib. 3. cap. vlt. num. 3.* Marchesl. *d. cap. 4. 2.*
571 *parte n.* † 32. nec tunc commissio appellationis, nisi cum clausula, *sine præiudicio legitimæ executionis*, concedi consueuit. Vestrius *ibi*, & non cum clausula *sine retardatione solutionis pensionis*, vt dicunt Gigas, & Marches *ibi*, quæ poni solet in commissione super nullitate, seu reductione pensionis, vt supra dictum
572 est, *num.* 516. † Sed quia solet committi non solum causa appellationis à sententia super executione pensionis, sed etiam causa nullitatis pensionis, saltim implicite per clausulam, *ac quam, & quas, &c.* seu per clausulam, *cum annexis, & connexis, totoque negotio principali*. Ideo non solum ponitur clausula, *sine præiudicio legitimæ executionis*, sed etiam clausula, *sine retardatione solutionis pensionis*, & ita verificatur quod aiunt, Gigas, & Marches *supra*.

573 Clausula vero, *sine præiudicio † legitimæ executionis*, operatur, quod commissio appellationis propter illam non suspendat, nec impediat, quin iudex à quo procedat ad vlteriorem executionem. Pallotus *decis. 58. lib. 1.* quæ est *3. part. diuersorum lib. 3. decis.* 412. & Salust. Tiberius *lib. 1. c. 27. n. 4.* Marchesl. *d. 2. parte cap. 5. n. 11. & 19.* Et post hæc Gonçalez *gloss. 9. in annotat. n.* 224. nec inhibitio afficit, vt supra, *num.* 512. *lib. 1. c. 27. num. 4* licet non operetur, quin iudex ad quem, qui cognoscit de causa appellationis, non possit reuocare omnia gesta per iudicem à quo si iniuste processerit, illa enim clausula solum præseruat, quod legitime factum fuit, non item, quod nulliter, aut iniuste geritur, vt fuit alias resolutum coram S. Clemente 8. in vna Romana Cassalis 24. Nouemb. 1581. & colligitur etiam ex traditis per Staphil. de literis iustitię. *§. de sanatione contractus inualidi n.* 13. ita in vna Placentina fideiussoris. 22. Iunij 1592. co-
574 ram D. Penna, † & est alia decisio in causa Hispalen. & Caurien. permutationis. 11. Martij 1596. coram D. Gypsio, quæ sic ait 14. *die Decembris proxime præteriti, fuerat coram me resolutum D. Ferdinando dandum esse mandatum de manutenendo in possessione beneficiorum, de quibus, agitur nisi obstaret clausula, sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum in commissione per signaturam inserta, quam ob rem dato dubio super huiusmodi difficultate, dicta die 11. Martij, vtraque parte informante, conclusum fuit, clausulam non obstare, quoniam vigore illius solum præseruatur facultas executorib. literarũ Apostolicarũ procedendi ad earum executionem, non obstante iudicio ordinario, Puteus* decis. 97. lib. 1. *ideo, cum executor functus fuerit suo officio, immittendo partem aduersam in possessionem, satis apparet fuisse satisfactũ dictæ clausulæ, propterea Ferdinãdus etiã in iudicio possessorio, cũ nõ habuerit se pro spoliato, potest dare de nullitate, & in iustitia dictæ executionis* iuxta dec. *Putei* 410. li. 2. *quoniã clausula prædicta debet intelligi, quatenus de iure sit locus executioni, Iason* in l. causas, n. 7. C. de transact. *Crescen.* decis. 47. *alias* prima de rescript. *& dictum fuit in causa firmana elei. maxime quia in corpore commissionis posita erat facultas manutenendi Ferdinandum in possessione dictorum suorum beneficiorum, ex his cessant deducta ex aduerso, de iurisdictione mihi attributa sub conditione, quia per dictam immissionem, quamuis nullam, & inualidam, extinctum fuit illud iudicium. Rota* decis. 6. de re iudicata in nouis. *Tiraquell.* in l. boues. §. hoc sermone, limitatione 21. n. 4. de verborum significatione, *non obstat, quod Ferdinandus, stante prædicta immissione, authoritate Papæ facta, amisit vtramque possessionem ciuilem, & naturalem, vt dictum est in causa Cæsaraugustana fructuum coram D. meo Iusto, quia hoc posset locum habere, si executor rite & recte processisset, secus vero, quando nulliter, & de facto processit, quo casu, vti priuatus processisse censetur, Angelus, Imola, & alij* in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. de acquir. possess. *minusque d. clausula importat, quod necessario dimittatur vtraque possessio, sed tantũ concedi facultatem immittẽdi in realem, & corporalem possessionem rei, ideo Ferdinandus, qui, vt dictum est, non habuit se pro spoliato non prohibetur vti hoc remedio possessorio per allegata.*

Aduerte autem, quod ad hoc, vt pensionarius possit † declarari incidisse in excommunicationem, de- 575
bet esse elapsus mensis à termino solutionis, iuxta tenorem literarum.

Secundo aduerte, quod ad hoc, vt ad declaratoriam in cursus pœnarum † de quibus in literis pro- 576
cedi possit, opus est literas pensionis originalis, aut earum sumptum authenticum ex registro, esse legitime intimatas titulari, si est successor consentientis, aut non per seipsum, sed per procuratorem consensit, iuxta stylum, & obseruantiam curiæ. Cassadorus *decis. 2. de pension. &* 12. *de rescript.* Sarmen. *in compendio vtriusq. signaturæ ad finem.* Gigas *quæst. 77. n.* 10. 20. 21. & 22. *& quæst. 84. num.* 2. quem vide *cons.* 15. Mandos. *reg. 27. quæst. 7. num. 4. & de monitoriis quæst.* 13. & 76. Nauarrus *in Manuali, cap. 27. num.* 271. seu 274. Salust. Tiberius *lib. 3 cap. 2. num. 3. 4. & 11.* Marches *d. cap. 4. num.* 68. Flam. Parisl. *d. lib. 6. quæst. 2. numero* 98. Flores *d. quæst. 12. n. 26. & 27.* & Suarez 5. *tom. de censuris disp. 10. sect. 1. n. 9.*

Quamuis de iustitia huius styli, & obseruantiæ dubitet Massa † Galesius *de obligatione camerali.* 3. 577
parte. §. reliqua. de processu, ex num. 9. Et debet fieri intimatio literarum per Notarium † data earum 578
copia, si petatur, & ita seruatur Gigas. *d. quæst. 77. numero* 21.

Existimo tamen, quod, quamuis literæ non sint intimatæ † titulari, etiam successori poterit execu- 579
tor dare sententiam contra titularem qua ei mandet quod infra certum terminum soluat, & quod alias dabitur contra eum mandatum executiuum, & in subsidium excommunicatio, &c. ex Cassadoro, Sarmen. Mandos. *d. q.* 23. 79. Salus. Tiberio, *num.* 12. Marchesl. 67. *supra*, & Flores qui ait, hoc intelligi esse verum, quoad executionem faciendam in bonis debentis pensionem, non tamen quoad declarandum eum incurrisse censuras, & pœnas Bullæ pensionis, & licet illi faciant mentionem de speciali commissione, ea tamen non videtur necessaria, sed ex abundanti. † & 580
idem existimo posse fieri, vbi non esset lapsus mensis à termino solutionis.

Tertio aduerte, quod quamuis literæ † fuerint in- 581
timatæ titulari, non incurruntur pœnæ excommunic. & priuationis, de quibus ibi nisi pensionario volente, & declarante, nam vt illis locus sit, requiritur voluntas, & factum ipsius pensionarij, in cuius fauorem

fauorem latæ sunt. Cassadorus *decis. 2. 3. & 4 de locato, & d. decision. 2. de pension. in final.* Mandos. *de signatura gratiæ tit. de pensio. versic. clausula excommunicationis.* Nauarrus *cap. 23. num.* 103. Flam. Parisl. *libro 3. quæstione 5. & lib. 6. quæst. 2. num. 139 & quæst. 3. à nu.* 22. Cosmas Philiarchus *de officio sacerdotis 1. part. lib. 3. cap. 7.* Toletus *in summa lib. 1 cap. 9. versi. hoc tamen in loco*, in editione Romana. & Suarez *supra numero decimo*.

Quinimo ex stylo, & benigna interpretatione
582 non incurritur excommunicatio † donec declaratoria sit data per iudicem, & pensionarius ea vtatur intimando illam aduersario seu Parocho, aut ponendo cedulones, vt etiam seruatur in aliis declaratoriis, tam auditoris cameræ, quam aliorum iudicum. Enriquez *in summa libro 13. cap. 19. §. 2.* & Suarez *d. num.* 10. vbi ait quod illa voluntas partis non satis est, vt sit priuata, sed per sententiam cameræ debet esse intimata debitori, vt excommunicationem incurrat, vt significat Cassadorus supra ex eodem visu, & stylo curiæ, & quod rationabile est. vt hæc voluntas creditoris intimetur debitori iuridice, & solemni notificatione, atque adeo per eiusdem iudicis sententiam, quod est aduertendum ad ea, quæ tradit ipse Suarez *disputat. 4. sect.* 11. & ita videmus in praxi, & quod sententia excommunicationis de qua in literis pensionis indigeat declaratione iudicis, tradit Bucca. *sup. cap.* 25.

583 Vltimo aduerte executorem non posse † ponere sequestrum super fructibus beneficij pensione grauati cum sequestratio sit iure regulariter prohibita, *l. 1. Cod. de prohibita sequestratione*, vt in vna Cæsaraugustana fructuum seu pensionis coram D. Penna 4. Nouembris 1594 in qua fuit resolutum. *Quod sequestrum positum super fructibus beneficij per iudicem executorem literarum pensionis ad instantiam pensionarij etiam sub prætextu, quod beneficiatus sit absens, est iniustum, & ideo legitime est appellatio ab eo, & tali decreto interposita, & consequenter omnia postea secuta, & sententia lata in executionem literarum sunt nulla, & attentata nec intrat* capit. cum qui. de dolo, & contumacia in 6. *& ideo sententia auditoris cameræ, quæ illam reuocat tanquam nullam, & spoliatiuam, & sic mãdat fructus, & omnia sublata restitui cum damn. & interesse, &c. est iusta.*

584 Post sententiam tamen, pro illius † faciliori executione, bene posset executor ponere sequestrum in bonis debitoris, & facere de illis solui. Quamuis Flores, *d. q. 12. n.* 25 dicat cum Camillo Cautio de pensione Episcopali *à numero* 27. quod subexecutor, ex clausula, *cæterum*, non potest procedere executiue contra bona debẽtis pensionem, quia hoc sibi commissum non est, sed solum potest publicare censuras fulminatas à Papa, seu ab executore in processu fulminato in casu non solutionis, & denuntiare debitorem excommunicatum, & præcipere aliis, vt eũ denuntient, & euitent, alias excederet, & ab eo posset appellari, &c.

585 Sed quicquid ipsi dicant, † executor absolute committit illi suas vices, pro executione pensionis.

586 Et ad denuntiationem, & publicationem excommunicationis requiritur † præuia declaratoria illius, ad Gigantem *q. 78. n.* 4. nec ex eo causa efficitur appellabilis, cum sit executiua, quicquid dicat Camillus cautius *ibi n.* 28.

587 Nec huiusmodi declaratoriæ, seu excommunicationi obstat † decretum Concilij *sessione 25. de Refor. c.* 3. vt S. Congregatio Concilij declarauit his verb *Quando literis Apostolicis datur facultas excommunicandi morosum in solutione pensionis, non tenetur executor in ferenda sententia excommunicationis seruare formam huius Decreti, nec huiusmodi facultas censetur data in subsidium.*

De processu vero, & modo procedendi in pos- 588
sessorio † pro pensione, vide Salustium Tiberium *dict. libr. 3. capit.* 3. & de regressu ob non solutionem pensionis vide infra *quarta part. cap. 3. 8. modo à numero* 45.

CAP. VI.

De diuisione beneficij, nempe quotuplex sit; & an appellatione beneficij omnia comprehendantur.

SVMMARIA.

V*Ariæ diuisiones benef. remissiue, n. 1. de diuisio. nu. 2. secunda n. 3.*

Ad constituendam parochialem quæ debeant concurrere, n. 4. & quæ sit differentia inter Ecclesiam parochialem, & Curatum, n. 5. remissiue.

Cura animarum dupliciter sumitur, num. 6. beneficium habens curam fori exterioris dicitur curatum, numero 7.

In dubio beneficium non censetur curatum, sed simplex, & qui dicit curatum debet probare, n. 8.

Duplicia beneficia dicuntur Dignitates, personatus & officia, num. 9. & quid illa sint, & in quo differant, numero 10.

Tertia diuisio benef. n. 11. beneficia cẽsentur sæcularia, nisi contrarium probetur, & quæ sint n. 12.

Regularia beneficia quæ sunt, n. 13.

Quarta diuisio benef. numero 14. beneficia electiua quæ sint, nume. 15. cum seqq. resoluitur esse ea, quæ prouidentur per electionem à superiori confirmandam, etiamsi non seruentur forma capituli, quia propter, de electione.

Capitulum, quia propter, dat formam electionibus illorum prælatorum, per quorum mortem Ecclesia remanet viduata, & sine pastore, & qui possunt dici sponsi, nu. 19. nec est seruanda forma, de qua ibi in electionibus aliarum dignitatum, seu beneficiorum, nu. 20. 21. & 22.

Beneficia quæ prouidentur per electionem, quæ non egẽt confirmatione superioris, non sunt electiua, sed potius collatiua, & dicuntur mixta, quia conferuntur eligenda, n. 23. cum seqq.

Beneficia electiua adeo sunt speciali nota digna, vt non veniant in mandatis de prouidendo, de electione non facta mentione, etiamsi nullus modus exprimatur, sed simpliciter mandetur prouideri, n. 27. contrarium, nu. 28. & 29.

Capitulum cum in illis. §. illis, & Clement. 1. eodem in fi. procedunt, vbi alij modi prouidendi exprimuntur, num. 30.

Verbum, prouisio, & verbũ, dispositio, late sumpta, & sic in materia larga, & fauorabili, aut in materia legis, comprehendunt omnem modum prouidendi, & sic electionem, n. 31. & verbum collatio seu conferre, est generale, & comprehendit alios modos, n. 32.

In materia odiosa, & restringibili verbum, prouisio, & verbum, dispositio, & à fortiori verbum collatio, non

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

includunt electionem, num. 33. & tunc quod sint, numero 34.

Si apponeretur etiam in dispositione restringibili solum verbum, dispositio, posset dici omnem modum venire etiam dictionem, num. 35.

Aliæ diuisiones omittuntur, quas ponunt Doctores in princ. citati, num. 36.

Appellatione, beneficij, large sumpto vocabulo, seu in generali significatione omnia comprehenduntur beneficia, n. 37. & 39. non improprie sed proprie, quia beneficium est genus, num. 38.

Vicarius Episcopi, cui facultas conferendi beneficia data est, beneficia etiam Curata, & Dignitates conferre potest, num. 40.

Indultum, seu facultas conferendi beneficia à Papa concessum, comprehendit omnia beneficia, etiam curata, & dignitates, n. 41. quia est gratia fauorabilis, & ampliandа, cum eius effectus deriuetur in alium, n. 42. & ex propria significatione, n. 43.

Reprobantur Rebuffus, Damis. & alij aliter tenentes, n. 44. & 45.

Illa facultas non importat graue præiudicium ordinarij, n. 46. nec præiudicium considerabile, quia non datur priuatiue, sed accumulatiue, n. 47.

Procurator constitutus ad acceptandum beneficia poterit etiam Curata, & Dignitates acceptare n. 48.

In materia stricta, vt in literis ad beneficia, appellatione beneficij non veniunt omnia, nec Curata, & Dignitates, num. 49. ex defectu intentionis concedentis, numero 50.

Neque etiam prebenda Canonicalis Ecclesiæ Cathedralis continetur, num. 51. Etiamsi fiat mentio de Ecclesia Cathedrali, vel alias comprehendatur. Alias enim non venirent prabendæ, nec beneficia cathedralis, numero 52.

In materia restringibili, an appellatione quorumcumque beneficiorum comprehendantur dignitates, & Canonicatus, n. 53.

Sententia Decij, & intellectus, vel c. per illarum. de praben. n. 54. & sententia Staphilis, n. 55.

Stylus curiæ videtur habere, quod prabenda saltim Cathedralis Ecclesiæ non contineatur, vt supra numero 56.

In literis concessis Motu proprio appellatione beneficij, an omnia veniant etiam Curata, n. 57.

Dispensatio est stricta num. 58. & strictissime interpretanda, ita vt non valeat argumentum, de maiori ad minus nec extendatur, num. 59. & sic in dispensatione nomine beneficij non venit Curatum, nec Dignitas, nec Ecclesiæ Cathedralis prabenda, n. 60.

Reprobatur contraria sententia Gambari dicentis, quod dispensatus ad beneficium sit dispẽsatus etiam ad Curatum, n. 61.

Dispensatio simplex ad beneficia non solum non comprehendit prabendas, sed nec alia beneficia Cathedralis, n. 62. resolutio Rotæ. n. 93.

In dispensatione Motu proprio concessa veniunt omnia beneficia, num. 64. & in dispensatione ad quacunque beneficia, numero 65. non inueniret Episcopatus, numero 66.

Reprobatur sententia Enriquez, num. 67. 68. & sexagesimonono.

Irregularis, seu illegitimus dispensatus ad ordines, etiam sacros, non censetur dispensatus ad beneficium, etiam simplex, n. 70. 71. & 72.

Potestas dispensandi concessa in fauorem illius, cui datur potestas, est fauorabilis, & large interpretanda. numero 73.

Vbi à iure profertur verbũ, beneficiũ, etiam in materia stricta, veniũt omnia beneficia, n. 74. quia ex propria significatione nomine, beneficij, intelliguntur omnia, num. 75.

Appellatione, diœcesis, quando profertur à iure, comprehenditur etiam ciuitas, nu. 76. & etiam in mandato, num. 77. Secus in materia stricta dispositionis hominis, num. 78.

Reprobatur intellectus D. Mich. Costa ad c. Rodulphus, de rescript. n. 79. & 80.

Si impetraretur rescriptum, contra leg. oppidi de Trenalo Abulen. diœce. & alios eiusdem diœcesis per illam clausulam generalem possent conueniri alij etiam eiusdem oppidi, num. 81.

VArias beneficiorum diuisiones ponunt † Rebuffus *in praxi, tit. quotuplex sit beneficium, & duobus sequentibus, & in repetit. cap. 1. de concession. prabend. 4. præmiss.* Corras. *de beneficiis* 1. *part. cap.* 5. Io. Nicol. Gimon. *in Enchiridion. benefic. tit.* 1. *cap.* 3. 4. & 5. Duaren. *de beneficiis, libro* 1. *c.* 5. & 9. Pechius *in Reg. beneficium in* 6. *à num.* 50. P. Greg. *de benef. cap.* 10. Quintanaduenas *Ecclesiasticon. lib.* 1. *cap.* 4. Marsilius Columna de *Ecclesiastic. redditib. cap.* 11. *cum sequentibus vsque ad* 15. Rochus Veronen. *de visitatione verb. beneficia Ecclesiastica*, Zerola *in praxi Episcopali*, 1. *part. verb. beneficium*, §. 1. Zechus *de repet. Ecclesiastica, tit. de beneficiatis, num.* 2. & *de beneficiis & pensionib. cap.* 1. *numero* 10 Emanuel Rodriguez *quæstionum regularium*, 1. *tomo quæst.* 34. *art.* 1. & Toletus *in summa lib.* 5. *cap.* 76. & enumerant beneficia. Selua *de benef.* 1. *part. quæst.* 2. *à num.* 16. & Hoieda *de incompatibilitate benef. in præfatione à num.* 6. & Pacianus *de probat. lib.* 2. *ex cap.* 27. & post hæc Gonçalez *ad regul. mensium, gloss.* 7. *numero* 39. 1

Et primo diuiditur † beneficium in maiora & mi- 2
nora, maiora sunt Papatus, Episcopatus, seu Archiepiscopatus, & Abbatię, reliqua inferiora sunt minora.

Secunda diuisio est, † quod alia sunt curata, seu du- 3
plicia, alia simplicia. Curata sunt beneficia curã animarum habentia, seu parrochiam *extrauagant. execrabilis versicul. quantum de prabendis*, Corras. *dict. cap.* 5. *numero* 1. *cum aliis*, ad cõstituendam autem Ecclesiam parrochialem, † quæ debeant concurrere, 4
tradunt post alios Staphil. *de literis gratia, titul. de qualitate & statu benefic.* §. *circa secundum, à num.* 1. Sarnen. *in reg. de idiomate*, *q.* 11. Rebuffus *in concordatis, tit. de collatio.* §. *statuimus*, 2. *verb. Parrochiales Ecclesiæ*, Cuchus *in institution. maioribus libro* 2. *titulo* 15. Hoieda de incompatibilitate, *cap.* 13. *à num.* 2. Mascardus *de probatio* 1. *conclusione* 469. Quintanaduennas *Ecclesiasticor. libro* 4. *numero* 68. Zerola *in d. praxi, verb. Parrochia* §. 1. & Zechus *de rep. Ecclesiastica, capit.* 28. *de Parrocho numer.* 2. & *bona decisio Rota* 52. *part.* 2. *diuersorum*, & post hæc latissime Gonçalez *ad reg. de mensib. gloss.* 6. *ex nu.* 34. qui plura cumulat.

Vbi etiam ponunt differentiam inter Ecclesiam Parrochialem, & † Curatam, seu beneficium Cura- 5
tum, & quod Cura animarum dupliciter sumitur, stricte, seu proprie, quæ † pertinet ad forũ interius, 6
& est potestas ligandi, & soluendi in foro pœnitentiali, & large, seu improprie, quæ pertinet ad forum exterius, & est potestas fori contentiosi, siue iudicialis, circa correctionem morum, & sic beneficium habens talem iurisdictionem spiritualem dicitur beneficium Curatum, vt in † *cap. dudum*, 2. *de elect.* vbi

vbi Doct. & *in dict. extrauagant. versic. quantum*, & ibi gloss. Decius *in cap. ad aures de rescript. à numero* 16. Capra *reg.* 9. *num.* 12. Mandos. *consil.* 20. *numero* 5. & *seq.* Ferretus *cons.* 155. *numero* 11. Bursatus *consil.* 152. *numero* 2. *lib.* 4. & Nauarrus *consil.* 4. *de ætate, & qualitate*, & *consil.* 15. *de prabend. nu.* 2. & 3. Pacian. *d. lib.* 2. *c.* 32.

8 Et in dubio beneficium non censetur † Curatum, sed simplex, nam de iure nullum beneficium habet Curam nisi habeat populum, vel clerum, & ideo asserenti beneficio Curam non imminere non incũbit probatio huius negatiuæ, sed qui dicit Curatum, debet probare ita Bellameta *decis.* 675. Staphil. *d. tit. de statu beneficiorum*, §. 1. *numero primo*. Rebuffus *in praxi, tit. forulare beneficium quotuplex numer. vndecimo*. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 201. *num.* 62. & 75. Hoieda *num.* 2. & Bursatus *nu.* 3. *vbi supra*. Pacian. *dict. cap.* 32. *ad fin.* Rochus Veronen. *de visitatione, verb. sine Cura*. Rota *decis.* 17. *num.* 1. *part.* 1. *diuersorum*, & fuit dictum in causa Legionen. præstimoniorum 1592. & in Abulen. beneficij de Monbeltran 30. Octobris 1595. & 16. Ionij 1596. de quibus infra 3. *part. cap.* 2. *num.* 7. & in aliis pluribus causis, & tradit Gonçalez supra *num.* 91. qui ait fuisse etiam resolutum in vna Pampilon. Prioratus 21. Iun. 1599. Corã

9 D. Pamphilio. Duplicia etiam † beneficia dicuntur dignitates, personatus, & officia. Gambarus *de officio legati, libro* 5. *rubric. an legatus possit plura beneficia vni conferre, numero* 2. & Bursatus *consilio* 152. *numero* 1. *libro* 4.

10 Et quid illa sint, † & in quo differant, vide Abbatem, *n.* 21. & alios *in c. de multa. de prabend.* Selua *in d. q.* 2. 7. *beneficio, à n.* 36. Corras. 4. *parte* 3. *à num.* 2. Cuchum. *d. lib.* 2. *tit.* 1. *à n.* 16. Hoiedam *supra c.* 7. *nu.* 1. & 2. & alios supra relatos, *n.* 1. maxime Pacianum *d. cap.* 27. vbi late.

11 Tertia diuisio est, † quod beneficia alia sunt sæcularia, alia regularia: sæcularia sunt, quæ clerici sæ-
12 cularibus † conferre & assignare debent, qualia censenda sunt omnia, nisi contrarium probetur. Rota, *decis.* 2. *de prabendis*, alias 52. *in nouis*. Milis *in repertorio, verb. beneficium vers.* 23. Staphil. *de literis gratia*, 2. *de forma expectatiuarum in decima forma, num.* 10. Rebuffus *dict. tit. quotuplex sit beneficium, nume.* 30. Corras. *d. ca.* 5. *num.* 3. Duarenus *d. lib.* 2. *c.* 9. Pechius *d. reg. beneficium, num.* 5. Hoieda *in d. præfatione. numero* 6. Mascardus *de probatio. concl.* 172. Nauarrus *consilio* 3. *de prabendis*. Zeuallos *in suis communibus contra communes, quæstion.* 282. *numer.* 11. Zerola *in d. praxi*, 2. *par. verb. beneficium*, §. 12. & 19. & fuit dictum in vna Segobien. præstimonij 16. Iunij 1586. Coram D. Mantica, nempe quod beneficium in dubio præsumitur sęculare, &c. Et nouissime in vna Pampilonen. Prioratus 22. Iunij 1599. Coram D. Pamphilio, vt per Gonçalez *dict. gloss.* 7. *numero* 2. quid etiam docet *ibi*, & *gloss.* 8. *numero* 9. & post hæc tradit Leonar. Lessius *de iust. & iure, libro* 2. *capite* 34. *numero* 8. Licet contra teneat Pacianus *dicto libro* 2. *capite* 31. *à numero* 8.

13 Regularia sunt, † quæ per regulares, seu religiosos regi debent, *c. cum de beneficio. de prabend. in* 6. *cum aliis*, vt Abbatia Prioratus, seu Canonicatus regularis & alia, quæ ponit, & enumerat Rebuffus *in praxi. tit. benefic. ia regularia multiplicia*, de qua videnda sunt dicta infra 7. *part.* 4. 10.

14 Quarta diuisio est, † quod beneficia alia sunt collatiua, quæ collatione, aut alio, quam electionis modo obtinentur; alia electiua, quæ prouidentur per electionẽ à Superiore confirmandam, maxime quando in electione seruatur forma *c. quia propter. de electione*. Rota *decis.* 1. *de electione, in antiquis*, gloss. *in* 15
Clement. quia contingit, §. *vt autem verbo, electionem, de religios. dom.* quam ibi sequitur *Cardin.* & *in Clementina* 1. *de prabend. quæst.* 4. Francus *in cap. cum in illis*, §. 1. *num.* 3. *de prabend. in* 6. Felin. *in cap. in nostra. de rescription. Coro.* 31. & *in c. cum Bertholdus, de re iudicata, num.* 4. *glossa, regula de triennali*, Selua 3. *parte q.* 1. *num.* 4. Rebuffus *in concordatis, tit. de regia nominatione*, §. *Monasteriis, verb. electiuis*, & *in praxi, tit. de electione*, & Corras. *d. c.* 5. *n.* 8. & Gonçalez, *gloss.* 10. *numer.* 11. Quamuis idem Corras. 2. *p. c.* 1. *num.* 12. cum † Cos- 16
ma *in pragmatica sanctione, tit. de electione c. sicut.* §. & *cum humana*, & *c. licet*, §. *statuit*. velit ea tantum esse electiua, in quibus proceditur ad electionem, secundum formam *dict. cap. quia propter*, & idem tenet Staphil. *tit. de modo & forma impetrandi*, §. *de qualitate dignitatum à numero* 1. & Fran. Marcus *decision.* 1362. *numero* 3. & 1363. *parte* 1. & *decisione* 90. *parte secunda*.

Ad quod facit, † quod ait *d. decision.* 1. *de election.* 17
audiuisse, quod Innocentius 7. declarauit semel in Camera, quod volebat id beneficium esse, & dici electiuum, in cuius electione seruatur forma *dict. cap. quia propter*, vel per cuius vacationem Ecclesia redditur vidua Prælato, & refert Felin. *d. cor.* 32. Corras. *dict. cap.* 5. *num.* 9. & Gambarus *de officio legati, libro* 3. *numero* 84. sed de ista declaratione non constat.

Nec obstat textus *in d. cap. quia propter*, † qui dat 18
formam electioni, qua non seruata, non dicitur proprie electio celebrata, quia forma dat esse rei, vt ait Staphil. *supra num.* 3. Respondetur enim, quod ille textus dat formam † electionibus illorum Præla- 19
torum, per quorum mortem Ecclesia remanet vidua, & sine pastore nempe Episcoporum, Abbatum, & Prælatorum Ecclesiarum Collegiatarum, qui habent in eis generalem iurisdictionem, ratione cuius possunt appellari sponsi, vt colligitur ex textu, ibi, *Ecclesiis viduatis*, & ex gloss. *ibi*, & communi. cõtra Hostiens. tradit Abbas *ibidem à num.* 70. Cosmas *dict. tit. de electione cap.* 1. & cum humanæ verba Prælato. Probus ad Monachum *in cap.* 2. *de praben. in* 6. *n.* 41. Rebuffus *consi.* 89. Corras. 4. *part. cap.* 3. *nu.* 27. Mandagotus *de electione nouorum Episcoporum, ca.* 11. & ibi Boer. *in additio.* P. de Baysio, *in directorio electionum*, 3. *part. c.* 59. Cuchus *in institution. maior. lib.* 4. *titul.* 1. *numer.* 180. Caputaquen. *decisione* 295. *numero* 3. *parte* 1. & Syluester *in summa, verbo electio*, 2. *quæstione* 1.

Vnde in electionibus aliarum Dignitatum, † seu 20
beneficiorum, non est necessario seruanda aliqua forma illarum, de quibus ibi, sed sufficient singulares consensus capitularium, dummodo præstentur collegialiter in ipso capitulo, & solus maioris partis consensus & electus simpliciter à maiori parte habebit ius ad dignitatem, seu beneficium, vt ibi docet Abbas, *numer.* 9. & Cosmas. Corras. *d. cap.* 3. *num.* 10. & 28. Mandagotus, & ibi Boer. P. de Baysio, Cu-
chus, & Syluester, vbi proxime; nisi secus † de con- 21
suetudine obtineret, quæ cum non sit iuri contraria est inuiolabiliter obseruãd. Mandagotus, Boer. & P. de Baysio, *ibi*.

Quamuis Oldradus *consi.* 146. † teneat in electio- 22
nibus Dignitatum Ecclesiæ Cathedralis debere seruari de iure formam, *d. cap. quia propter*, de quo vide *d.* 5. *part. c.* 4. *n.* 22.

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

23 Beneficia autem,† quæ prouidentur per electionem,quæ non eget confirmatione Superioris, non sunt electiua,sed potius collatiua,& illa electio dicitur prouisio,glossa Cardinalis,Francus, Felin. Glossator,Selua,& Corras.citati *supra numero* 15.& Cossas *d. verbo Prælato, ad finem* & Quintanaduennas *libro* 1.*cap*.7.*num*.2. in quibus eligentes,conferunt
24 eligendo: & è contra, † & sic dicantur mixta, vt per Rebuffum *in proœmio concordatarum*, §. 1. *verb. mixta,in praxi,tit. de electione, num*. 4. Corras.*d.cap*.5.
25 *num*.9.& Duarenus *lib* 5.*c*.1 Quamuis P.† de Bayssio 1.*part.cap*.2.*num*.10.cum Oldrad.*d. cons*.146. dicat, quod si Canonici eligunt in plena forma electionis,esto,quod eorum electio non confirmetur, tamen ratione formæ in electione seruatæ, dicitur, beneficium electiuum. Et sequitur cum additamento,Pacianus.*d.lib*.2.*c* 30.*à num*.

26 Vnde Rota,† in vna Vercellen. Canonicatus, 4. Maij 1598. Coram D. Corduba, de qua fuit infra 2. *part.c*.2.*n*.37.ait,quod electio capituli ad Canonicatum,habet vim collationis, cum nulla indigeat confirmatione.

27 Et beneficia electiua adeo sunt † speciali nota digna,vt non veniant in mandatis de prouidendo, nisi de electione facta fuerit specialis mentio, etiamsi nullus modus exprimatur, sed simpliciter mandetur prouideri de beneficio vacaturo,vt ex *cap.cum in illis* §.*illis,de præbend.in* 6.& *Clem*.1.*eodem in fine*, ibi *nullam de electione fecerimus mentionem*, tenent Decius *in c*.1.*de electione n*.4. cuius opinio placet Additionatori *ibi litera* C.Corrasius *d. cap* 5.*num*. 8 Gambarus *de officio legati*, *lib*.3 *num*.114.& videtur etiam placere Franco *in d*.§.*illis*,*num*.2.*vers.cogita*. & Gomezio *in regul.de annali*,*q*.11.& tenet, Paris. *cons*.31. *part*.4.*num*.21. vbi ait, quod Papa simpliciter concessisset Archidiaconatum, de quo ibi tamen in tali gratia non veniret,quando esset electiuum, nisi expressa fuisset mētio facta de electiuo,per *d*.§.*illis*. & *d.Clement*.1 & Duaren.*d. lib*.5.*cap*. 1.*ad fin*. Sed con-
28 trarium tenet glossa,verbo, † quamuis *in d. Clem*.2. *vers.fin*.quam ibi sequuntur Imola,Abbas,& Card. *quæst*.5.idem *cons*.103.Archidiaconus Ioan. Andreas, Domin.*n*.8.& Francus *n*.2.*in d*.§.*illis*,Felin.*in d.c.in nostra Cor*.32 *n*.5.Et nota.quod & *in c.sede.eo.tit.sub num*.30.Staphil.*tit.de modo & forma impetrandi*. §. *de qualitate dignitatum*, *num*. 11.Selua 3. *part. quæst*. 11. *num*.29.16.qualitate.Eneas de Falcon.*de præseruatio*. *quæst*.3. *num* 21. & Rota *decis*. 11. *de præbendis*. alias 169.*in nouiss*.qui docent, quod vbi simpliciter mandatur prouideri de dignitate,vel prima,quæ vacauerit,vel quam duxerit acceptandam,non expresso aliquo pensionis modo,includitur dignitas electiua, & quando simpliciter mandatur prouideri de beneficio,venit beneficium electiuum, & hæc videtur cō-
29 munis opinio.& inquit Cardinalis.*d.q*. 5. † non esse verum,quod modus electionis indigeat speciali nota,& *in d cons*.ait,quod non disponitur in iure quod modus electionis, non comprehendatur, nisi fuerit expressus &c.Sequitur Felin *in dict.capit.sedes*,& eandem sententiam clare tenet Rebuffus *de pacificis possess.numer*.31.alias 57.& videtur tenere Gonçalez *gl*. 19.*n*.8.

30 Et dicta gloss.& Dd.† citati intelligunt textum *in d*.§.*illis*,& *in d.Clem*.1.*vers.fin*. vbi alij modi prouidendi exprimuntur,vt,quia mandantur prouideri, de dignitate seu beneficio expectante ad collationem, prouisionem,præsentationem,vel quamuis dispositionem quorumcunque.Tunc enim non includitur electio.& hic est communis intellectus, vt testatur Francus *in d.illis,in d*.§.*illis*.*in principio*.

Nam licet verbum,*prouisio*,† & verbum *dispositio* 31 late sumpta,& sic in materia larga,& fauorabili, aut in materia legis, comprehendant omnem modum prouidendi,& sic electionem,ex glossa & *in Clem.fi. verb.prouisionem,de election*.& *in Clement*.1.*verbo dispositionem,de supplenda negligentia Prælatorum*. Domin. *in d*.§.*illis*.*num*.6.& 7.Staphil.*tit.de modis prouisionis*, *n*.14 Selua 3.*part*.*q*.1.*n*.17 Rebuffus *in concordatis tit. de collatio*. §. *præfatique ordinarij*,*verb. prouisionem*. Corras. 4.*part.c*.1.*n*.1.Lambert.*de iurepatron*.1.*part*. 2.*lib*.*q*.1.*art*.12.*n*.1.2.& 29.Pechius *d.reg. beneficium*, *n*.17.Mandos.*reg*.13.*q*.2.*n*.2.& *reg*.32.*q*.4 *n*.3. 4. & 5. Rota *dec*.791.*n*.6 *part*.1. *diuersorum*,vbi etiam quod comprehēdunt Cōmendam, & in vna Seguntina indulti,7.Iunij 1594.corā illustrissimo Argonio Gonçalez *gl*. 17. & 20.

Sed,& verbum,*collatio*,seu *conferre*, † est genera- 32 le,& alios modos comprehendit,tit.vt Ecclesiastica beneficia,sine diminutione conferantur. Rebuffus *in praxi,tit.de dispensatione,ratione ætatis*, *verb. conferantur*,& *deuolut.num*.70.Mandos.*d. quæst*.4.*n*. 2. & fuit dictum in vna Callagurritana de Zalduende. 9 Decembris 1588. coram D. Seraphino, nempe, quod verbum,conferre, de quo in dispensatione super illegitimitate,comprehendit omnes titulos,&c. in Gerunden.permutationis,17.Maij 1593. coram D. Lita,infra adducta,*vltima part. cap*.2.*nume*.277. Tamen in materia odiosa,† & restringibili,vt est man- 33 datum de prouidendo,tamquam ambitiosum, verbum, *prouisio*, & verbum, dispositio, & à fortiori verbum,*collatio*,non includunt electionem,*vt in d*.§. *illis*,& *seq*.& *d.Clement*.1. *vers.fin*. Dominican. & Francus,*num*.6.& 7.*in d*.§.*illis*, Abbas *in d.Clem.tit. fin.de electione*,*num*.1.Cardinal.*dict.Clement*.1.*de supplenda negligentia Prælatorum*, *num*.2.Felin.*d.cor*. 32. *num* 28. Cosmas *in pragmatica sanctione,tit.de reseruatio.verbo,dispositionem*,Rebuffus *d*.§.*præfatique ordinarij*,*verbo,prouisionem*,& *verbo,dispositionem*.Selua *d.num* 17.Paris.144 *num*.14 *quarta part*.& Mandos. *regul*.2 quod verbum,*collatio*,comprehendi omnem modum,per quem prouidetur de beneficio, quando profertur à lege: secus vero, quando ponitur in rescriptis, & impetrationibus, tradit Caputaquens.*decision.trigesimasexta*, *part. tertia*, & Gonçalez *gloss*.16.*à n*.9.Et tunc verbum, *prouisio*. † idem 34 est,quod *collatio* strictè, cum sint sinonyma, & verbum,*dispositio*.sumitur pro ordinatione, id est institutione Ioan. Andreas Domin.*d.num*. 7. & Francus *dict.num* 6 & *septimo. in d*. §. *illis*, & Cosmas *supra*, & de verbo. *ordinare*, vide Gonçalez *gl. vigesima à num* 5.

Placet tamen mihi, † quod docet Cardinalis,*d.n*. 35 2.quod si apponeretur etiam in dispositione restringibili solum verbum, *dispositio*, posset dici omnem modum venire, etiam electionem, quod etiam tenet Lamber.*dict.numer*.29 & est de mente Rebuffi, *dict.verbo dispositionem*, *vers.item illa enumeratio specierum*.

Non est opus hic prosequi alias † diuisiones bene- 36 ficij, quas ponunt Dd.in principio citati, quia non multum conducunt, præsertim ad praxim, & prædictæ sunt præcipuæ.

Sed oportet animaduertere, quod appellatione 37 beneficij,large sumpto vocabulo, seu in generali significatione omnia comprehenduntur beneficia, tam maiora,quam minora,tam curata,quam simpli-

cia,dignitates,& præbendæ, & tam regularia, quam secularia,&c. Glossa *in reg.beneficium*,& *in cap.si gratiose,verbo beneficia,de rescript*. & *cap*.1. *verbo beneficia,de rerum permutat.in* 6.& *in Clemen.audicor.verb. benefic.de rescrip*. & *in Clemen*.1.*verbo beneficiali, de causa possessionis*,Francus *in d.reg.beneficium*, *numero* 1.& *additio*. 2. Dini.*ibidem*, Abbas *in capit.postulasti*, *numer*.2.Felin.4. & Decius 12.*de rescript*.idem Decius *in rub.de rescript.num*.33. Selua 1.*part.quæstion*.4. Rebuffus *in praxi,titul.quod sit beneficium*, *nume*.10. & *titul.de vnio.numer*.2.& *in reg.cancellariæ,de vnio. gloss*.2.& *in tract.de nominatio. quæst*.9.*numer*.5.& 6. Corras.1.*part.cap*.5.*numer*.3. Mandos.ad Lapum,*allegatione* 84 *litera* Z. & *litera* A. Medices *de definitio*.2.*part.cap*.16.*numer*.5.Ferretus,*consil*.220.*numero* 10.& D Sahagun, *in c.fin.de sequestrat. possessionum*, *num*. 20.

38 Idque non improprie,† sed proprie, quia beneficium est genus,*cap.tua de verbor.signif.cap.si tibi concess.de præbend.in* 6.Rebuffus,*d.num*.10. & *num*.5.& 6.& ita omnes species proprie comprehendit, vt recte aduertit Decius,*d.n*.12. & idem tenet Innocent. *in c.fin.n*.1.*de præbend*.Francus *in d.cap.cum in illis*,*n*. 5.*eodem tit.in* 6.Staphil.*d.tit.de modo*, & *forma impetrandi*,§.1.*n*.2.

39 Et sic,quod glossæ, † & Dd.citati dicunt appellatione beneficij,omnia beneficia comprehendi,large sumpto vocabulo, seu largo modo accipiendum est, id est, in generali significatione non improprie. P. Greg.*de benef.c*.6.*n*.4.

40 Vnde Vicarius Episcopi, cui facultas conferendi † beneficia data est, beneficia etiam curata, & Dignitates conferre poterit, Rota *decision*.7.*de officio Vicarij*, alias 437.*in antiquis*, & 2 *eodem tit.in antiquioribus*.Domin.*in fine*,& Francus *n*.3.*in cap.fina.de officio Vicarij in* 6.Felin.*in cap.causamque*,*num*.14.& *in cap.postulasti*,*num*.11.*de rescript*.Lapus *d.allegatione* 84.vbi Mandos.Staphil.*d.tit.de modo & forma impetrandi*.§.*circa tertium nu*.3.Rebuffus *in praxi,tit.quid sit beneficium*,*n*.11.& *in forma Vicariatus*, *n*.111.& 117. & *in reg*.13 *Cancellariæ*,*verbo*, *aut Vicarios perpetuos*, *versicul.poterit etiam Vicarius*, & *dict.quæstion*.9.*de nominationibus*,*num*.5.Corras.*d.cap*.5.*numer*.3. & 2. *part.cap*.8.*num*.4. Cuchus *in institutio.maioribus*, *lib*. 2.*tit*.8.*num*.91. & Sbrotius *de Vicario Episcopi*, *libro* 2.*quæst*.81.& *seq*. & post hæc Gonçalez, *glossa* 6.*numero* 25.

41 Vnde etiam indultum,† seu facultas conferendi beneficia alicui à Papa concessum comprehendit omnia beneficia, etiam Curata,& Dignitates,*c.dudum de præbend.in* 6.& ibi glossa,*verbo beneficia*,& post alios Francus,*num*.13.& 14.*in d.cap.cum ea illis numer*. 5.Staphil.*d*.§.1.*nu*.2.& 3.& *d*.§.*circa tertium*, *num*.3. & communiter Dd.*in d.cap.cum in illis*, Gonçal.*supra numero* 24. vt per Decium *in d.rubrica de rescr*. *num*.36.& Rebuffum *in concordatis*, *in forma mandati*
42 *Apostolici*, *verbo,cum Curatum* † *propter gratia Principis*, quæ tali casu est fauorabilis, & amplianda,ex quo in ea cessat ambitio,cum eius effectus deriuetur in alium,vt aiunt Dd.citati,& Crescen.*decis*.1.*de priuilegiis ad finem*, & tritum est,vt inquit Cæsar de Grassis,*decis*.112.*n*.7. in materia fauorabili appellatione beneficiorum venire Canonicatus, Probus ad Monachum,*in c.si propter de rescript.in* 6.*nu*.1. Tum
43 etiam † quia de propria significatione, appellatione *beneficij* veniunt etiam Curata, vt dictum est *numero* 37.

44 Quamuis contrarium teneat Rebuffus *in* † *d.forma Vicariatus*, *n*.113.& 114.dicens,quod istud indultum,seu facultas restringi debet,propter præiudiciū ordinarij,quod etiam ait Crescen.loquendo in facultate Nuntij *d.decis*.1.*n*.1.cum Socino *cons*.160. *vol*.2. & sequitur Anast.Germon.*de indultis Cardinalium*, §.*ac irritum*,*à n*.31.dicens, quod facultas Nuntij non comprehendit dignitates, nisi sit dictio & alia quæcumque,ex *d.decis*.Crescen.*sub n*.30.

Et quamuis Domin.*in dict.cap*.† *dudum*,*numero* 45 14.quem sequitur Felin.*in d.cap.postulasti*, *numer*. 11. distinguat,dicens, quod istud indultum, seu facultas, intelligitur etiam de Curatis, interpretando late, quando nemini præiudicat, nisi concedenti, puta in reseruatis, secus, si præiudicat tertio, scilicet ordinario.

Sed,vt Francus,*vbi supra*,ait,hic non agitur † de 46 graui præiudicio Ordinarij, cum necessario debeat conferre,vt notatur *in c.relatum de præbend*.

Præterea considero,per illam facultatem,† nō fieri 47 Ordinario præiudicium considerabile, quia per illā non tollitur ei potestas conferendi, sicut antea, quia datur accumulatiue non priuatiue adnotata *in c.pastoralis,de officio ordinarij*.

Similiter etiam procurator constitutus ad acce- 48 ptandum beneficia,poterit etiam Curata,& dignitates acceptare,Domin.*in d.c.fin.in fine de officio Vicarij in* 6.& ibidem Francus,*nu*.3.Felin.*in d.c.postulasti*, *n*. 11.*ad finem*.Staphil.*d*.§.1.*n*.5.Selua 3.*part*.*q*.55.*n*.2. Rebuffus *d.forma Vicariatus*,*n*.112.& 118.& *d.q*.9.*n*. 6.Corras.*d.c*.5.*n*.4. & Sbrotius *d.lib*.2.*q*.81.*n*.3.& *q*. 82.*nu*.1.

In materia tamen † stricta appellatione, *benefici*, 49 non veniunt omnia beneficia,vt in literis ad beneficia ambitiosis concessis ad petitionem supplicantis nomine beneficij nō intelliguntur Curata, & dignitates,*c.fin.de præbend.cap.cum in illis,eod.tit.in* 6.Bonifacius *in Clem*.1.*de sequestratione in possession*. *nume*. 19. Abbas *n*.2.& Felin. 4.*in d.cap.postulasti*. Decius *in d.rub.de rescript.n*.35.Staphil.*d*.§.1.*n*.1.& *d*.§.*circa* 3. *num*.1.Gigas *de pensionib.q*.28.*n*.9.Corras.*d.c*.5.*n*.4. Fran.Marcus *decis*.525.*part*.1.& P.Gregor.*d.c*.6.*num*. 4.& alij.

Et hoc ex † defectu intentionis concedentis,vt in 50 illis iuribus dicitur, non vero quia de proprietate sermonis, & vi verbi non comprehendantur, vt recte inquit Decius,*in d.cap.postulasti*,*n*.15.Staphil.*d*.§. 1.*n*.1.& 2.& Quintanaduennas Ecclesiasticon,*lib*.1.*c*. 13.*n*.14.

Neque etiam præbenda † Canonicalis Ecclesiæ 51 Cathedralis continentur, Archidiaconus *in cap.alienationes* 12.*quæst*.2.& *in cap.cum non de Sacerdotali, de præbend.in* 6.Abbas *in d.cap.fin.de præbend.numer*.6. & *in d.c.postulasti.numer*.2 & ibi Felin.*numer*.4.& *in dict.cap in nostra cor*.39. *ad finem*, & Corras. *dict.numero* 4.

Et in materia restringibili appellatione,† *etiam* 52 *quorumcunque beneficiorum*, non debere includi dignitates, & Canonicatus, dicit Cæsar de Grassis *decis*.113.*n*.4.quod tamen non videtur certum,propter dictionem,*quorumcunque*,ex dictis infra, *nu*.65.& *in c.præcedenti à n*.93.

Ex quibus id procedit † etiamsi fiat mentio de Ec- 53 clesia Cathedrali,vel alias comprehendatur, alias enim non venirent præbendæ, nec alia beneficia Ecclesiæ Cathedralis,ex *c.quamuis* 12.*responso,de præbēdis in* 6.Calder.*cons*.31.*de præbend*.Staphil.*d*.§.*circa* 3. *n*.6. de quo late Felin.*d.cor*. 39. Selua, 3 *part.q*.11.21. *qualitate*,*n*.38,ad quem refert se.Flam.Paris.*de resign*.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lib.10.c.2.n.25. & Fran. Marcus d.decis.525. qui ponunt declarationes,& fallentias.

54 Sed contrarium tenet Calder.ibi,& Decius † in d. cap.postulasti.num.14.ex cap.pro illorum,de præbendis,
55 reprobans responsionem Abbatis d.n.6. & Felin. d.n.4.Fallētia 2. & aliorū, quod ibi ideo illud sit,quia dictum fuit de competēti beneficio,id enim, inquit, semper intelligitur, etiamsi mandetur simpliciter prouideri de beneficio.

56 Et hanc Decij sententiam tenet † Staphil.d.§.circa 3.n.5.vers.2.posset, qui tamen n.6.videtur dicere, quod de stylo, & consuetudine Curiæ, opinio Archidiaconi est verior,& tenenda,etiam in præbenda Ecclesiæ Collegiatæ. Et quidem ita videtur habere stylus,saltim quoad præbendam Ecclesiæ Cathedralis, propter præeminentiam, & maioritatem Canonicorum eius.

57 At si literæ concedantur † Motu proprio appellatione beneficij,omnia veniūt,etiam curata,licet de eis non sit facta specialis mentio,Francus in d.c.cum illis,n.5. & Staphil.d.§.1.n.6. Ex quo tunc plenissima debet fieri interpretatio,c.si pluribus,de præben.in 6. Sed in Curatis contrarium est verius, ex d.c.s.cum in illis,& tenet Rota decis.6.de præben.in nouis. Ab.in c. ad aures,n.5.de rescript. Plat. decis.301.& 307.lib.1.& nouissime Gonçalez gl.6.n.10. quamuis in prouisione ordinarij, id non placeat, constando de corpore beneficij, argum.Clem.2.de offic.ordin. non obstante decis.Putei.

58 Similiter in dispensatione,quæ est stricta, c.1.§.si. de filiis presbyter.in 6.vbi Francus,nu.4.Felin.in d.c. postulasti,n.8.& in c.fin.de simonia,à n.4.Iason in l.fin. de constitut. Principum,à n.37. Corras.d.c.5.num.4.& Hoieda de incompatibilitate beneficiorum,2.part.c.vltimo à n.67.cum seq. Caputaquen.decis.303.part.2.& decis.100.part.5.Satyrus de censuris,lib.6.cap.11.à nu. 16.& alij infra citandi, & strictissime interpretanda,
59 ita vt in ea non valeat argumentum,† de maiori ad minus,nec extendatur ad casum habentem in se maiorem rationem, quam casus concessus, Felin.ibi, & Iason,n.38. Ripa in c.ad aures de rescript.à nume.37. Caputaquen.decis.8.& 274.part.1. & Mandos.de signatura gratiæ,titul.de dispensatio. vers. in materia dispensationum. Thom.Sanchez de matrimonio,lib.8.di-
60 sput.1. nomine beneficij † non venit Curatum nec dignitas, nec Ecclesiæ Cathedralis præbenda, Rota decis.2.de filiis Presbyter.in nouis,cap.postulasti,n.4. & 8.ad finem, & in d.c.in nostra,col.39.& in c.pastoralis,n.11.de officio delegati,Iason § n.4 Selua d.q.11.21. qualitate,n.38.Rebuffus in praxi,tit. quid sit beneficiū, n.15.& de dispensatione,ratio,ætatis verbo,etiam si Curam habeant animarum,& de dispensatione super defectu natalium à nu 51.Corras.d.nu.4 Franc.Marcus,d. decis.525.n.17.part.1.Menoc.d.casu 201.n.62.& Ferretus cons 220.n.12.

Quamuis Gambarus de officio legati, lib.7.n.157. &
61 † mayolus de irregularitate,lib.1.cap.9.n.2. teneant, quod dispensatus ad beneficium, sit dispensatus et-
62 iam ad beneficium Curatum, † & dispensatio simplex ad beneficia,non solum non comprehendit præbendas,sed nec alia beneficia Ecclesiæ Cathedralis, argumento,d.c.quamuis.Rota,Felin.Selua,supra Rebuffus, d.tit.de dispensatione ratione ætatis, verbo, in Cathedralibus.

63 Et ita in vna † Oxonien. portionis, 20.Iunij 1552. Coram D.Vestano, fuit conclusum dispensationem, super illegitimitate non suffragari,cum in ea non dicatur,
64 quod possit obtinere in Cathedrali, nam dispensatus ad obtinet illa beneficia, non dicitur dispensatus in Cathedrali,Rota supra & notatur in d.cap.1. de filiis Presbyterorum in 6.nec obstare quod in mandatis de dispensando, & dispensatione,dicatur, quod si primum ei non sufficiat,tunc secundum obtinere possit,etiam in Cathedrali,quoniam fuit responsum,quod cum dispensatio sit odiosa, & stricte interpretanda, hic non dicitur dispensatus, vt primum in Cathedrali obtinere possit.argum. d c.quamuis. Rota d.decis.1.de filiis Presbyterorum in antiquis, & quia inclusio vnius est exclusio alterius.l.cum prætor,ff.de iudic.& c.quæ decisio habetur apud Cottam decis 221. & Caputaquens.271. part.1.

Limitantur tamen prædicta, vt non procedant,si dispensatio † fiat Motu proprio, Abbas in ca.cum in cunctis.§.1.de electione.n.8.& Felin.d.c.postulasti,n.13. 64
limitatione 6.& faciunt d.supra n.5.& Thom.Sanchez sup.n.5.

Vel si dispensatio † sit ad quæcunque beneficia, 65
tunc enim,quia huiusmodi dispensatio est exuberās, venient omnia, Rota d.decis.2. & ibi additio Papæ.n. 11.Felin.in d.cap.postulasti, n.4.& 8.ad finem, & d.c. pastoralis,num.11.Iason d.num.4.Crescen.decis.1.nu. 5. de priuilegiis.Mandos.supra tit.de dispensatio.super defectu natalium,vers.limitant.Fran.Marcus d.nu.17. & Ferretus supra num 11.& 12. quamuis contradicat Rebuffus d.verbo, in Cathedralibus, & Gonçalez supra num.14.& conducit decis.Rotæ,in causa Burgen. Abbatiæ de anno 1586. infra adducta 7.part.cap.2. num.75.

Non tamen veniret Episcopatus, propter † excellentiam, & præeminentiam dignitatis, quæ est 66
culmen dignitatum,& speciali nota digna, Abbas in c.dilectus,de concess.præbendæ, num.1.vbi docet,quod dispensatio ad dignitates non extenditur ad dignitatem Episcopalem,quod etiam docet in c.cum Vintoniensis,num.8.de electione,& alij ibi,& sequitur Peregrinus de fideicommissis,art.23.numer.8 & Hoieda sup.n.77.

Et ex dictis conuincitur † doctrina Enriquez in 67
summa,lib.13.c.57.§.5. dicentis, quod dispensatus ad Curatum non eget noua dispensatione pro Episcopatu,& quod homicida, si per dispensationem legitimam fiat habilis ad omnes ordines sacros, & illorum vsum, videtur factus habilis ad beneficium, etiam Curatum & Pontificale, & quod dispensatus ad omnes ordines, etiam Presbyteratus, potest consecrari Episcopus, & quod ita dixerunt Salmaticenses Theologi, & Iurisperiti, & Datarius Papæ consulti, sequuntur Emanuel Rodriguez in summa 1.tom.cap. 179.numero 1.& Vega in summa,1.parte capite 36.casu 13.

Et idem Enriquez lib.14.c.8.§.10.ait, † quod ille- 68
gitimus dispēsatus ad Sacerdotium non manet inhabilis ad beneficium Curatum,& Episcopatum,& dignitates.

Quæ omnia sunt falsa,† & sine fundamento,& cō- 69
tra tenet Sayrus, dict.libro 6.capit.11. numero 27.& 28. quicquid dixerint Salmaticenses Theologi, & Iurisperiti, nam Datarium Papæ non credo id dixisse.

Et falsum etiam est † quod ait idem Sayrus, lib.7. 70
cap.14.num.22 quod irregularis dispensatus ad ordines censeatur dispensatus ad beneficia simplicia, quæ conuenire solent clerico,hoc vel illo ordine minori initiato,& quod illegitimus dispensatus ad ordines minores eo ipso dispensatus censetur ad beneficia simplicia,conferri solita clericis minoribus ordini-

bus initiatis,& allegat Archidiaconum,in ca.Presbyterorum.56 distinct.Glossam in cap.fin. verb.sedes, & ibi Panormitanum, n.2.de filiis Presbyterorum. Mayolum de irregularitate l.1.c.8.q.8. qui non di-
71 cunt,& contrarium melius † tenuit ipse Sayrus, lib. 6.c.11.num.21.vbi ait cum Abbate in cap.literas,numero 6.de filiis Presbyterorum , quod illegitimus dispensatus ad ordines,non propterea censetur dispensatus ad beneficium, quod etiam docent Re-
72 buffus,tit.de dispensatione † super natalium,num.48. Lambert.de iure patronatus,1 part.1.lib.§.7.art.13.n. 15.Gambarus de officio legati,lib.7.rubr.1.num.202. Paris.cons.88.num.19.20.& 21.part.4.& Hoieda,supra num.79. Petrus Ledesma in summa,de matrimonio,c.54.6 conclus.Suarez 5.tomo de censuris disput.41. sect.3.ad finem,& alij nempe,quod dispensatus ad ordines,etiam sacros,non censetur dispensatus ad beneficium,quia sunt diuersa d.c.1.de filiis Presbyterorum in 6 & quia dispensatio non extenditur, vt dictum est,quicquid dicat Tho.Sanchez supra n.17.in dispensatio ad sacros.

Quamuis autem dispensatio sit stricta, potestas† tamen dispensandi non expressis personis,sed concessa in fauorem illius cui datur potestas,est fauorabilis,& large interpretanda, Abbas,num.3.& 5 Anania.5 & 8.& Felin.à nu.7.in d.cap.fin.de simonia, per textum,ibi,idem Felin in d.cap.postulasti,num.11. limitat.4.& Ripa in d.c.ad aures,num. 41. de rescript.
74 Thom.Sanchez,lib.8.disput.2.& 24.n.9.

Rursus,vbi à iure præscitur† verbum,beneficium, tunc etiam in materia stricta veniunt omnia beneficia,etiam Curata, & dignitates,Glossæ supra citatæ, num.37.Dominicus in cap.si gratiosa,de rescript.num. 19.Bonifacius in d.Clemen.1.de sequestratione possessionum,num.35.Felin.in d.cap.postulasti,num.11.ad finē Samen.in regul.de annali,quæst.18.& 19.Rebuffus de nominatio.q.9.num.5.& sequitur P.Gregor.d.c.6.n. 4.dicens,quod si à lege nomen beneficij,profertur, generaliter ad omnia intelligitur, nisi exceptio, vel ratio singularis beneficia distinguat,quicquid velit Doct.Sahagum,in d.c.fin.de sequestratione possessionum,n.20.& 23 & conducit decis. Rotæ in causa Abulen.parochialis,21.Iun.1594. infra adducta 5.part.
75 cap.5.num.92.

Et est ratio,† quia,vt supradictum est,num.58. ex propria significatione nomine,beneficij,intelligūtur omnia beneficia, etiam Curata, & dignitates,
76 &c.

Sicut etiam appellatione †diœcesis,quando profertur à iure,comprehenditur etiam ciuitas,Glossa 2. in cap.vnic.de rerum permutatione in 6.& ibi Dd.& Gambarus,num.196.Felin.in c.Rodulphus de rescript.num.8.& Mandos.q.16.& q.42.n.7.facit textus in cap.1.de off.Ordinarij & in cap.cum Episcopus,eodem in 6.& in cap.cum nullam,de temporib.ordinationum in 6. & tradit post hæc Gonçalez glossa 43.numero 195.

Et secundum Ferretum,cons.220.& 222. etiam in 77
mandato appellatione diœcesis, venit ciuitas cum Ecclesia Cathedrali,ad textum,in d.c.cum nullus,& in d.cap.cum Episcopus,& alias dicta supra,n.148.

Quamuis secus sit† in materia stricta dispositio- 78
nis hominis,vt in rescriptis ad lites d.c.Rodulphus, & in literis ad beneficia,d.cap.quamuis,de præbend. in 6.vt per Francum,num.5.in d.cap.cum nullus,& ibi Gābarum,num.105.& 107.& alios,& per Abbatem,nu. 3.& 5.& Felin. num.8 cum communi in d.c.Rodulphus,& alios,ibi,& Mandos.d.n.7.& Gonçalez supra num.94.& 196.

Et non placet mihi intellectus, † quem Doctor 79
Michael Costa tenens,contra communem,in lectura Salmantina suæ Cathedræ vespertinæ nouæ assignabat ad d.c.Rodulphus, nempe, quod in specie illius,per illa verba rescripti, & quosdam alios Sagien. diœcesis,non veniunt homines ciuitatis,non quia rescriptum ad lites sit odiosum,& restringendum, sed quia præcesserat in eodem rescripto mentio ciuitatis,per illa verba,contra Episcopum Sagien. & proinde in dictis verbis generalibus postea secutis nō potuit iterum includi ciuitas ad l.Aoli clausula,ff.de ver. oblig.& l.sanctio legum, ff de pœnis, & reg.generi per speciem derogatur,in 6 nam ista ratio solum conuin-
cebat,quod per clausulam generalem† nō possit cō- 80
ueniri alias Episcopus Sagien.de quo specialis mētio præcesserat,non tamen,quod non possent conueniri alij ciuitatis,cum de eis non esset facta specialis mentio:& ibi mentio facta de ciuitate,& diœcesi est
indirecte,& in obliquo:† præterea, si impetraretur 81
rescriptum contra Petrum oppidi (verbi gratia) de Areualo Abulen.diœcesis,& alios eiusdem diœcesis, per illam clausulam generalem bene possent conueniri alij,non solum aliorum locorum Abulen. diœcesis,sed etiam eiusdem oppidi de Areualo, nam illa verba,eiusdem diœcesis,non ponuntur ad excludendum d.oppidum,sed ad includendum etiam alia loca eiusdem diœcesis.

SECVNDA PARS, DE VTILITATIBVS PROVENIENTIBVS EX BENEFICIO.

CAP. I.

De fructibus.

SVMMARIA.

VTILITAS *beneficij in perceptione fructuum consistit, n.1.*

An beneficiatus sit dominus fructuum, an non, & an possit de eis libere disponere, etiam in morte, numer. 2. qui agant de hoc num.3. & 4.

Placet sententia, quod post diuisionem bonorum Ecclesiasticorum, & institutionem beneficiorum, beneficiatus non tantum acquirit dominium fructuum, & vane consumentes non tenetur ad restitutionem, numero 5.6. & 7.

De iure communi beneficiatus, etiam simplex non potest testari de fructibus beneficij, seu de acquisitis ex eis, n.8. nec etiam de acquisitis ex eis, parce viuendo, n. 9. licet in vita possit de illis libere disponere, sicut de patrimonialibus, n.10.

Ex consuetudine potest beneficiatus testari de acquisitis ex beneficio, qua consuetudo est in Hispania, quoad clericos Episcopis inferiores, & est approbata per Rotam, n.11. & 12.

An stante consuetudine possint beneficiati licite testari, etiam ad vsus prophanos, eaque relinquere consanguineis, etiam diuitibus, n.13. ponuntur sententiæ negatiuæ, n.14. & 15.

Approbatur sententia affirmatiua, num.16.17. & 18. referuntur authores eam tenentes, num.19. & procedit etiam, si nihil relinquatur in vsus pios, numero 20. & 21.

An beneficiatus possit locare fructus, etiam ad longum tempus, seu sibi bene visum, numero vigesimosecundo, cum sequentibus resoluitur, quod de iure antiquo posset locare fructus, seu commoditates beneficij pro toto tempore vitæ suæ, quamuis prædia, seu possessiones non posset locare ad longum tempus, quia esset alienatio.

Quid stante extrauagant. ambitiosæ de rebus Ecclesiæ, omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum locationem prohibet, vltra triennium, an habeat locum in locationibus fructuum beneficij, seu Ecclesiæ, an vero solum in locatione rerum, & prædiorum, n.28. cum 5. sequentibus, resoluitur habere locum, etiam in locatione fructuum, n.34. & 2. sequentibus.

Fructus pensionis Ecclesiasticæ non possunt vendi, aut locari, vltra tres annos, n.37. quod tamen non procedit in venditione commoditat., & fructuũ pensionis facta per eum, scilicet Italum ad cuius vtilitatem fuit reseruata in capite alterius, n.38.

Ex Eugeniana possunt legentes, seu studentes in ciuitate Salmantina locare fructus beneficiorum, etiam vltra triennium, n.39.

Dicta extrauagans præsumitur vsu recepta, & neganti vsum incumbit onus probandi, numero 40. Lex enim, seu constitutio præsumitur vsu recepta, nu.41. & 45. contra aliquos relatos, num.44. nec Rota seruat decis. 56.& Mohed.289. licet alias eam secuta fuerit, n.42. & 43.

De vsu & obseruantia d. extrauagan. remissiue numero 46.

In Episcopatu Abulen. quid seruetur, n.47.

An locatio facta vltra triennium sit in totum nulla, an vero sustineat pro triennio, & eadem difficultas est de emphyteosi, nu.48. cum 12. seqq. referuntur doctorum sententiæ, & earum fundamenta, & resoluitur esse in totum nullam, nisi sint plures locationes distinctæ, n.61. & 9. seqq.

Ampliatur d. extrauagans, vt etiam mandatum ad locandum res Ecclesiæ, seu beneficij non possit concedi alicui, vltra triennium, n.71. sed ista sententia reprobatur, n.72. & 73.

Dicta extrauagans annullans prædictos contractus, vltra triennium factos procedit, Ecclesia, seu beneficiato volente eos esse nullos, n. 74. & 75.

Etiam stante d. extrauagante potest claudicare contractus in fauorem Ecclesiæ, & in casibus à iure permissis licet alienare res Ecclesiæ inconsulto Rom. Pontifice, n.76. & 77. nisi sint res Ecclesiæ Cathedralis, propter iuramentum, quod faciunt Episcopi, n.78. & 79.

Etiamsi non possent alienari, seu locari, vltra triennium res Ecclesiæ, nisi consulto Rom. Pontifice, non propterea tollebatur claudicatio in fauorem Ecclesiæ, n.80. maxime in locatione, vltra triennium, vbi non restarent tam nisi tres anni, n.81. & 82.

An locatio rerum, seu fructuum beneficij facta vltra triennium, cum iuramento, eo firmetur in præiudicium ipsius beneficiati, num.83. cum 3. seqq. resoluitur negatiue.

Licet d. extrauagans sit in multis locis recepta, quo ad dispositionem principalem & nullitatem actus, in quo ad pœnas extrinsecas, maxime priuationis beneficiorum, non videtur recepta, n.87.

Prohibitio talis locationis, & cum militas est inducta in fauorem Ecclesiarum, & earum ministrorum, & ideo beneficiatus poterit conuenire, & agere contra eam, numero 88.

Fructus beneficiorum obuenientes tempore vacationis debent futuris successoribus reseruari, nisi in vtilitatem Ecclesiarum expendantur, n. 89.

Quod dicit Zerola, hodie fructus beneficiorum, à die vacationis ad cameram pertinere, procedit, quo ad beneficia reseruata in partibus Italiæ, & in regno Neapolitano, num.90.

In Hispania fructus Episcopatus sede vacante, vsque ad prouisionem noui Episcopi ad cameram spectant, numero 91.

An in noua prouisione, seu gratia impetrata per intrusum sit facienda mentio de fructibus per eum perceptis remissiue, num.92.

An Episcopus possit statuere, quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricæ alicuius Ecclesiæ num.93.

Quomodo diuidantur fructus inter beneficiatum, defunctum, aut excedentem, & successorem in beneficio, num. 94. Prima sententia attendendam esse perceptionem fructuum, sicut in vsufructuariis, num. 95. Secunda, quæ placet quod diuidantur pro rata, n. 96. quam sequuntur relati, num.97. & est recepta secundum Fl. Paris. & in Hispania obseruatur, num. 98. & in Episcopatu Abulens. & Cæsar augusta, ex constitutione synodali, num.99. & 100.

Constitutio 9. Iulij 3. quod beneficiorum fructus inexacti ad successores in beneficiis spectant, ex qua in affectibus inexactis debitis occasione fructuum perceptorum à conductore, sic resoluit Rota, non est in vsu in his regnis, nec etiam in Prouincia Mediolanens. num. 101. 102.103. & 104.

Fructus, seu redditus pensionis mortuo pensionario quomodo, & quatenus debeantur illius hæredibus, seu diuidantur pro illo anno, num.105. cum seqq. vsque ad n.124. ponuntur varia sententia, & resoluitur deberi pro rata temporis.

A quo tempore resignans beneficium desinat lucrari fructus num.125. cum seqq. vsque ad num.158. resoluitur, quod admissa resignatione per Superiorem, statim resignans amittit fructus, & à die præstiti consensus, sed data, quod procedit etiam in resignatione cõditionali, & in fauorem etiam in forma dignum, num.156. 157. & 158.

Resignatio beneficij in fauorem scholaris, cũ clericus factus fuerit, sortitur effectum, si resignans ante caracterem susceptum moriatur, licet secus in translatione pensionis, n.132. & 163.

An resignans faciat suos fructus perceptos, ante scientiã admissionis resignationis, num.133. cum sequentib. resoluitur contra aliquos negatiue, maxime in permutatione.

Resignans dicitur possidere, & potest insistere possessioni, donec beneficium resignatario in forma dignum acquiratur, n.139. nam sine resignatione conditionali, seu in fauorem ius & possessio remanent in pendenti, numero 140.

Sententia Zaualles distinguentis in hac quæstio. de fructibus inter resignationem in forma gratiosa, & in forma dignum, num.141.

In resignatione conditionali in fauorem potest resignans incumbere possessioni, & omnia pertinentia ratione beneficij exercere, donec resignatarius capiat possessionẽ, secundum Flam. Paris. num.142. sed id est falsum, sufficit enim, vt teneatur à possessione desistere, statim fuisse resignatario quæsitum, aut constare, de identitate resignatarij, numero 143. vsque ad 149. & numero 155.

Decis. Putei, & Achillis citata, n.139. coniunguntur ad effectum supra num.150.

Explicatio legis meminisse, ff. de officio proconsul. à n. 151. vsque ad 154.

In resignatione facta in fauorem scholaris, cum clericus factus fuerit, resignans, qui interim potuit fructus percipere, debet purificata conditione eos restituere resignatario, licet secus sit in translatione pensionis, n.158. vsque ad 162.

Explicatur reg. legis vbi autem de in diem adiectio. & l. necessario. §. quod si pendente. ff. de periculo, & commodo rei venditæ. quod in venditione conditionali fructus medij temporis venditoris sunt, n.164. cum seq.

In Canonicatibus, & Prabendis, quoad fructus residendo, & diuinis interessendo lucri fiunt, tamdiu resignãs lucrabitur, quamdiu licet insistit possessioni, & residet, num.169.

INter vtilitates, quæ ex beneficio † proueniunt. 1. in perceptione fructuum consistit, est enim ipsum beneficium ius percipiendi fructus, vt apparet ex definitione, de qua supra *prima part. cap. secundo.* Sed in præsenti statim † offerebat dubium, † an beneficiatus sit dominus fructuum beneficij, an vero tantum dispensator, seu vsuarius, & an teneatur ad restitutionem male & vane consumptorum, & an possit de eis libere disponere non solum in vita, sed etiam in morte. 1 2

In quo tamen non † oportet nos immorari, nam de hoc celebres tractatus ediderunt M. Nauarr. & D. Franc. Sarmiento, Episcopus Gienen. *de redditib. Ecclesiasticis*, in quibus post alios contrarias tenent sententias, & contra Sarmientum, Nauarr. fecit *Apologiam* in ea inferendo librum, *de redditibus*, contra quam Sarmientus fecit *defensiones sui libri*, deinde Nauarr. fecit *propugnaculum apologiæ*, ex quo, & apologia demum fecit vnum librum, tandem Sarmien. *lib.6. selectarum, cap.1.* fecit vnum capitulum *de his, quæ in defensionibus*, quæ dixit. Fecit etiam tractatum *de Eccles. redditibus*, Marcus Anton. Marsilius Colonna. 3

Isti ergo authores erunt videndi de hac materia, † quam ad saturitatem agunt, & D. Couar. *in c. cum in officiis, de testamen.* Auenda. *responso* 19. Molin. *de Hispan. primog. lib.2. cap.10. & num.19.* Matienço, & Azeuedo *in l. fin. tit.8. lib.5. recopilat.* D. Ioann. Gutierrez *pract. quæstion. lib.2. q.114.* Quintannaduennas Ecclesiasticon. *libro 1. cap.3. num.4. & lib.2. num.8. & 68.* Barbosa *in l. diuortio. ff. soluto. matrim. 2.p. à n. 59.* Couarr. *de benef. 1. part. c.3. à n.10.* & Pet. Gregor. *lib.42. sintagm. c.7. & de benefi. c. 9. à n.5.* & ex Theologis D. Thom. *2.2. q.185. art.7.* & ibi Caiet. idem D. Thom. *quod lib. & 9. art.12.* Dom. Soto *de iust. & iure, lib.10. q.4. art.2.3. & 4.* Adrianus *de restitutione, quæst. incipien. pro clariori intelligentia dictorum.* Martin. Ledesm. *2.4. q.18. art.5. dub. vltimo,* Cordoua *libro 1. quæst. q.18.* Bannes. *2.2. quæst. 32. art.6. dubio vltimo,* & ibi Arragon, & Valen. *3. tom. disput.10. quæst.3. pun.7.* Molina *de iustit. 1. tom. tractat.2. disputat.142. vsque ad 148.* Tamen Lud. Lopez *instruct. conscien. 1. tom. à cap. 190. ad 243. & 2. tom. cap.106.* Zechus *de republica Ecclesiæ, titul. de beneficiatis, num.7.10. & 12.* & alij relati per Cenedum, Collectanea sexta *ad Decretales*. 4

Solum dico breuiter mihi placere † sententiam 5

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

torum, qui dicunt, quod post diuisionem bonorum Ecclesiasticorum, & institutionem beneficiorum, vnusquisque beneficiatus, qui religiosus non sit, acquirit dominium fructuum, & redituum sui beneficij, eosque facit suos, pro quo facit cap. cum de clericis non residen. in 6. & Decretum Concilij Trident. sess. 23. de reform. cap. 1. vers. si quis autem, ibi, cum pro rata temporis absentiæ fructus suos non facere, & sess. 24. de reform. c. 12. vers. præterea obtinentibus, ibi, quos ratione etiam præbendæ ac residentia facit suos, & vers. prouisi autem, ibi, fructus non faciunt suos, & decretum Concilij Lateranen. vltimi sess. 9. can. 9. quod habetur in constit. 158. Pij Quinti, supr. adducta, 1. part. n. 5. ibi, beneficiarum suorum fructus pro rata omissionis officij, & temporis suos non faciant, & præterea beneficiatum vane, ac male consumentem fructus beneficij non teneri ad restitutionem, quamuis peccet, & quidem mortaliter, non contra iustitiam, sed contra charitatem, seu misericordiam, si in notabili quantitate id faceret, & excessus esset magnus. Quam sententiam tenent post D. Tho. & alios Sarmien. Mars. Columna c. 25. Couar. Moli. Io. Gutier. Caiet. Sotus. Adrian. M. Ledes. Corduba, Bannes, Arragon, Valētia, Pat. Molin. Lud. Lop. & alij sup.

7 Quæ sententia est iam sine dubio † magis communiter recepta, maxime inter Theologos Hispanos, & praxi, ac consuetudini Ecclesiæ conformis. Secundo dico de iure communi beneficiatum, etiam simplicem, non posse testari de fructibus beneficij,
8 seu de acquisitis † ex eis, sed post mortem illius ad Ecclesiam pertinere, hoc est ad successorem in beneficio, vel capitulum, si ex capitulari mensa fructus percipiebat vt Canonicus, cap. Episcopi, apposit manifeste, 12. q. 1. cap. 1. 12. quæst. 4. cap. 1. cum sequentibus 12. quæst. 5. cap. 1. cum seq. de pe. alio clericorum, cap. 1. [illegible] cap. relatum, 2. de testame. Ita Couarru. supra. Nauarrus quæstio. 3. monito. 4. n. 2. & de spolio. §. 6. num. 5. Sarmiento. 2. p. cap. 4. Barbosa, nu. 59. P. Molina disput. 147. Zechus, num. 10. & alij sup. Idque intelligo † procedere et-
9 iam, quoad bona acquisita ex fructibus beneficij, etiam parce viuendo, & suæ sustentationi subtrahendo: nam adhuc verum est acquisita esse ratione Ecclesiæ, & sibi imputet si parce vixit, quamuis contra teneat Nauarr. q. 1. monito 26. & 45. n. 1. & de spoliis. §. 1. n. 3. & §. 8. n. 7. Pat. Molina, & Zechus vbi proxime, & Victorellus in annotat. ad Toletum in summa. li. 5. c. 4. vers. Opinio tamen Nauarr. videtur vera,
10 quoad hoc, vt possit de illis libere in vita disponere, sicut de aliis patrimonialibus, quamuis contradicat Sarmiento. 3. p. cap. 5. & id est quod dicunt D. Tho. Mayor, Adrianus, & Soto per Nauarr. citati, imo D. Thom. ibi, nempe d. q. 85. art. 7. ad 2. potius videtur esse in contrarium in hoc.

Tertio dico, ex consuetudine posse beneficiatum
11 † testari de acquisitis ex beneficiis, quæ consuetudo est in Hispania, quo ad clericos Episcopis inferiores, nempe, quod possint de illis testari, & eis ab intestato succedi, vt in d. l. fin. tit. 8. lib. 5. recopilatio. & tradunt D.D. Hispani citati. Et hæc consuetudo est
12 approbata per Rotam, in vna Palentina fructuum Archipresbyteratus de Portillo, 26. Februarij 1580. coram illustrissimo Lancelloto, vt in decision. sequēti. Conclusum quod heredes quondam Francisc. de Medina, habent actionem, & ius ad huiusmodi fructus, nam de eius voluntate domini non dubitabant, quin voluerit dictis heredibus illos relinquere, ex quo verba testamenti sunt nedum vniuersalia, sed etiam geminata, & cum disponat etiam de bonis, in quibus habet actionem, censetur comprehendere huiusmodi fructus, pro quib. obtinuit rem iudicatam, & liquidationem, iuxta ea, quæ tradit Paulus cons. 33. n. 16 cum seq. vol. 4. nec refragatur consil. Ias. 75. in fin. vol. 4. quia ipse loquitur in eo, quod habebat bona propria, & bona Ecclesiastica manifeste distincta à dictis bonis propriis, & propterea testādo de bonis suis, censetur in dubio testatus de bonis propriis non Ecclesiasticis, de quib. prohibetur testari, at, cum de istis fructibus potuisset d. Francisc. testari, vt mox dicetur, verba sui testamenti comprehendunt omne genus bonorum, vt supra dictum est, & hoc eodem modo respondetur ad consi. arg. 144. n. 6. quia loquitur de bonis, quæ erant diuersa ratione, & esse, & de quib. ille non poterat æqualiter disponere, quo vero ad potestatem, an scilicet de illis D. Fran. potuerit disponere, fuit dictum, quod licet de iure communi fructus beneficiorum spectent ad successorem in beneficio, sed propterea possit beneficiatus de illis testari, iuxta c. præsenti, de offic. ordi. in 6. c. cum in officiis. in fi. de testam. & communem opinio, de qua per Ias. d. cons. 75. col. 3. tamē in Regno Hispaniarum adest consuetudo, quod beneficiati inferiores ab Episcopo possint testari de fructibus acquisitis ex eorum beneficiis, & eis potest etiam ab intestato succedi, prout de hac consuetudine attestatur Couarru. d. c. cum in officiis nu. 9. & R. P. D. Sarmiento, suo tractat. de redditibus Eccles. part. 2. c. 6. voluerunt tamen domini, quod ista probatio consuetudinis condiuceret per testes, de publica voce, & fama, & sufficeret etiā si reperiretur probata in processibus productis in aliis causis Rotalibus.

Difficultas est, † an stante d. consuetudine possint 13
beneficiati licite testari, etiam ad vsus profanos, eaque relinquere consanguineis, etiam diuitibus, an vero debeant testari ad vsus pios tantum, alias peccent mortaliter. Et non posse licite testari † ad vsus 14
prophanos, alias peccare mortaliter, si in notabili quantitate id faciant, quamuis testamentum valeat, & ex eo acquiratur dominium, maximē in foro exterioris, tenent Cosmas in pragma. Sanctione, titul. de annat. §. item quod si Ecclesiæ, verb. acquisitos. in fin. Auendann. sup. c. 8. vers. 2 Molin. d. lib. 2. de Hispan. primog. c. 10. à n. 56. Aceuedo, & Barbosa num. 61 & 62. Corduba, Pat. Molin. & Zechus supra & Emanuel Rodrig. in sum. 2. tom. c. 70. n. 7.

Sed † & Nauar. 1. q. monito 34. & 3. q. mon. 2. numer. 15
2. & Gregorius Lopez, in l. 53. tit. 6. pa. 1. volunt consuetudinem testandi, ad vsus non pios nullo modo valere.

Contrarium tamen verius existimo, † nempe stan- 16
te d. consuetudine posse beneficiatum licite testari, etiam ad vsus prophanos, & relinquere d. bona consanguineis diuitibus, eamque consuetudinem in conscientia excusare, nam dict. consuetudo non est contra ius diuinum, aut naturale, sed contra ius humanum, quo inducta est prædicta prohibitio testandi; nec est irrationabilis, maxime cum ex ea nō fiat præiudicium Ecclesiæ, sed successori, seu Canonicis ad quos pertineret vix d. c. relatum, & c. præsenti, de officio ordin. in 6. seu potius cameræ, ad quam pertinent iam spolia, vbi vigent, maxime etiam cum sit immemorialis, & ab Ecclesia scita, & tolerata, & id posset priuilegio Papæ concedi, & facit extrauagans susceptis de electione.

Et accedit, quod secundum dictam † consuetudi- 17
nem non solum potest clericus relinquere dicta bona consanguineis, etiam diuitibus, sed etiam tenetur
† si sunt hæredes necessarij, vel filij, vel descendentes 18
legitimi, aut parentes.

Et

19 Et hanc opinionem tenent Couarr. in d. cap. cum in officiis, n. 9. Probus † ad Monachum, in c. fin. de officio Ord. in 6. Duennas reg. 366. circa fin. Didac. Perez in l. 2. tit. 2. lib. 3. ordin. vers. 2 & aliud. Roias de successio. ab intestato c. 34. à num. 39. Simancas de Catholicis institut. tit. 9. n. 90. Sann. 4. p. c. 1. num. 8. & in defensio 1. part. monit. 53. & 3. p. mon. 2. Mars. Columna c. 56. Olanus in concor. & differentia iuris communis, & Regij litera C. num. 15 & seq. & in epilog. legum partitarum num. 8. Matienço in d. l. fin. gloss. vlt. Penna in directorio Inquisitorum. 3 part. commen. ibi, Est ne de testamen. gl. rub. 14 Zauallos in suis communibus, contra communes, q. 388. & Ioannes Gutierrez d. q. 114. qui tamen numer. 17. eum intelligit, vbi clericus aliquid relinquit in
20 sua vltima † dispositione, in vsus pios, secus, si vniuersaliter omnia bona sua in vsus profanos relinqueret, quod etiam tenet Flores, in addit. ad decis. Ga-
21 ma. 315. Sed quamuis † consulendum sit, vt aliquid in vsus pios relinquatur, non credo ad id obligari, stante dicta consuetudine magis, quam de bonis patrimonialibus.

Secundo principaliter dubitatur, an beneficiatus
22 † possit, ita disponere de fructibus, vt possit eos locare, etiam ad longum tempus, seu tempus sibi bene visum?

23 Et quidem Abbas in cap. fin. ne prælati vices † suas, num. 4. notat, ex gloss. 2. ibi, quod Rector Ecclesiæ potest
24 locare fructus, pro toto † tempore vitæ suæ, quæ tamen glossa reuera id non dicit, vt recte animaduertit Anania, ibi num. 7. subdens, quod illud fieri non possit, esse text. & gloss. in vers. eis, in Clement. 1. de rebus Ecclesiæ non alienan. & sequitur Gregor. in l. 9. tit. 17.
25 part. 1. gloss. 1. Sed illa Clem. loquitur in religiosis, † & non comprehendit sæculares clericos, vt per gloss. ibi verb. religiosis.

26 Vnde de iure antiquo † vera videbatur d. sententia Abb. quod Rector Ecclesiæ, seu beneficiatus posset locare fructus seu commoditates sui beneficij pro toto tempore vitæ suæ, Syluest. in sum. vers. simonia. § 14 & Tolet. li. 5. c. 91. quamuis prædia, seu pos-
27 sessiones, non posset locare † ad longum tempus, seu vltra nouem annos, quia esset alienatio, Lupus allegatione 30. in fin. & ibi Mandos. & allegatione 80. additio 1. Couarr. lib. 2. variarum, cap. 16. num. 1. Redoan. de rebus Ecclesiæ non alienan. rub. 1. cap. 14. & rubr. 35. & vlt. quæst. 6. Valascus de iure emphyt. q. 29. Molin. de Hispanorum primogenit. lib. 1. c. 21. à n. 15 & Ioan. Garcia de expensis, & meliorat. c. 14. à n. 1. & est receptissima sententia, vt per Ioseph. Gonçalez variarum q. c. 29. licet ipse contra teneat. Difficultas est, †
28 quod hodie dicendum sit, stante extrauagante ambitiosæ Pauli 2. de rebus Ecclesiæ non alien. quæ omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum locationem, vltra triennium prohibet.

In qua quidam tenent d. extrauagantem habere lo-
29 cum, † in locationibus bonorum, & rerum, non vero in locationibus fructuum, & redituum, ita quidem, vt ipsas res, seu prædia prohibeat locari, vltra triennium, non vero fructus, & redditus Ecclesiasticos, ad aliquod beneficium, seu Ecclesias pertinentes, ita Couar. lib. 2. var. c. 16. num. 6. vers. visum est, Redoan. d. q. 6. §. vlt. n. 4. pag. 350. Carro. de locatio. p. 3. tit. de rebus Ecclesiæ, Locan. n. 51. Zerola in praxi Episcopali, 1. p. verb. alienatio. §. 3. 10. concl. Graffi. in decis. 9. aureis casuum conscien. lib. 4. c. 24. n. 20.

30 Et Auendann. de exequen. mandatis. 1. p. c. 4. † n. 42. ait d. extrauag. loqui de bonis Ecclesiarum, non tamen de bonis ad clericos pertinentibus, & beneficia non esse bona Ecclesiastica. Et Molin. dict. lib. 1. † de 31
Hispanorum primog. c. 21. num. 27. tenet posse beneficiarum locare, vltra triennium, non tamen ad longum tempus res beneficij, & etiam ad vitam fructus, seu commoditates beneficij, sed non meminit de dict. extrauag. & sequitur P. Molina 2. tom. de contract. disput. 466. qui postea agit de d. extrauag. non tamen tangit hanc difficultatem de locatione fructuum.

Verius tamen est, quod d. extrauagans, non † so- 32
lum habeat locum in locationibus rerum, & bonorum, seu prædiorum beneficij, seu Ecclesiæ, sed etiam in locationibus fructuum, & redituum, quod probatur ex illis verbis, omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum, nam & fructus, & redditus beneficij, seu Ecclesiæ sunt res, & bona Ecclesiastica, cum ab Ecclesia proueniant, suntque eius ministris assignata, propter diuinum ministerium, quicquid Auendannus supra de beneficiis male, & perperam dicat non esse bona Ecclesiastica, & comprobatur, ex illa exceptione, ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis existentia, quæ firmat, & declarat regulam in contrarium, l. nam quod liquide, cum aliis. ff. de penu legata, nempe, vt fructus, & bona, quæ seruari possunt, qualia sunt fructus percipiendi, & nascituri, non possint concedi, seu alienari, nisi per locationem ad triennium sup. permissam.

Et hanc sententiam † tenent Rebuff. in rep. c. extir- 33
panda. §. qui vero. de præbend. dist. 7. & vlt. notab. vers. circa 1. Boer. decis. 224. n. 2. Gama decis. Lusitana. 156. Mandos. de signatura gratiæ, tit. de indulto locandi redditus benef. vers. de iure autem nouissime, Alex. Straticus in rep. d. extrauag. ambitiosæ, nu. 6. & 61. in fin. Nauar. in manu. c. 15. n. 137. & consil. 11. de rebus Ecclesiæ Ioannes Gutierrez canō. q. lib. 1. c. 8. à n. 15. quem sequitur Cenedo, in Collec. 76. ad decretales, n. 3. & Collect. 32. ad 6. n. 2. Morla in Emporio iuris, 1 par. tit. 31. in præmissis, n. 30. Pichardus, in rub. instit. de locatione, nu. 15. Cosmas Philiarchus, de officio sacerdotis, 2. part. lib. 4. c. 22. vers. ratione beneficiorum, Graffis sibi contrarius, lib. 3. c. 4. n. 7. Armilla verb. locatio. n. 5. Eman. Rodriguez in sum. 1. tom. c. 18. nu. 5. Vega in sum. 1. p. c. 36. casu 40. & Cardin. Tolet. in sum. lib. 5. c. 91. & eā videntur tenere, † Solis de censibus, lib. 2. c. 3. n. 10 Cor- 34
dou. in sum. q. 103. Ludou. Lopez, instruct. conscī. 1. tom. c. 199. & instruct. negotiantium, lib. 2. c. 24. & clare d. 1. tom. c. 253. in fin. & Quintanaduennas, d. lib. 2. nu. 69. vbi ait, quod multi ad fructus producunt d. extrauag. licet n. 66. præceden. dicat placere nonnullis rerum Ecclesiæ, non fructuum locationem bene esse prohibitam.

Et Flores in additio. ad Gam. d. decis. 156. † ait istam 35
sententiam de rigore veram esse, licet in praxi dicat non seruari, sed magis practicari, ait Zauallos, q. 199. dicens, quamlibet opinionem esse probabilem, & ita passim seruari in praxi, ait Zerola sup.

Et ita in vna Comen. locationum † 20. Martij 36
1600 coram illustrissimo Pamphilio fuit resolutum, nempe, quod sicuti Ecclesiæ bona non possunt locari, vltra triennium, ita nec fructus, & locationem pro longori tempore factam, vt sub beneplacito Apostolicæ sedis ante illud obtentum potest Prælatus, vel locator reuocare. Vnde sequitur † fructus 37
pensionis Ecclesiasticæ non posse vendi, aut locari, vltra tres annos, ex d. extrauag. ambitiosæ, vt in terminis consuluit Nauarr. dict. consil. 11. de rebus Ecclesiæ, & ego consultus respondi, & facit quod dictum

est sup. p. 1. c. 5. maxime n. 161.

38 Quod tamen non videtur procedere in venditione commoditatis, † & fructuum pensionis facta per eum, scilicet Italum, ad cuius vtilitatem fuit reseruata in capite, & persona alterius, nempe Hispani vt in terminis cons. Nauarr. 62. de simonia, nam sunt mere temporales respectu illius, & sic potest illos vendere etiam vltra triennium, tam illi in cuius capite fuit reseruata, vt maneat liber ab obligatione ei soluendi, seu cedendi, quam alteri pro toto tempore, quo durabit pensio, & non extirpauerit, de quo sup. d. c. num. 19. Ex Eugeniana tamen vniuersitati Sala-
39 mantinæ concessa, † infra adducta sequenti, p. cap. 2. num. 60. inibi legentes, seu studentes in quacunque facultate licita, & honesta fructus, redditus, & prouentus suorum beneficiorum quibusuis personis etiam laicis, ad tempora, de quibus eis videbitur arrendare, locare, vel ad firmam, seu annuam, pensionem concedere possunt. Et sic vltra triennium, e-
40 tiam ad longum tempus. Vnde confirmatur † prædicta nostra sententia, cessante priuilegio, & d. extrauagans præsumitur in dubio vsu recepta, & neganti vsum incumbit onus probandi. Benustendis decis. 13. Redoa. d. rub. tragesi na tertia. & vltima q. 6. §. item ex præmissis, num. 15 & Ioan. Gutierrez dict. cap. 8. num. 9.

41 Lex enim, seu constitutio † præsumitur vsu recepta. Decius cons. 649. Rebuffus in concordatis, tit. de collatio. §. præfatique Ordinarij, verb. post præsentium, versic. & quando quis. Rolandus de lucro dotis, q. 99. in fin. & cons. 99. lib. 2. Ant. August. in Epitome decisionū, tit. de constitutio. n. 3. Flam. Paris. de resignatio. benef. li. 4. p. 2. ad fin. Mohed. d. decis. 2. de probatio. num. 4 alias 90. Rota decis. 56. num. 4. & decis. 97. n. 2. & decis. 775. p. 1. diuers. & decis. 301. n. 2. p. 2. & in vna Hiporrigien. Canonicatus 14. Maij 1584. coram D. Orano, de qua infra 11. part. c. 3. num. 271. & in vna Meliten. Abbatiæ 14. Ian. 1590. infra addi. 7. p. c. 14. n. 4 Emanuel Rodriguez q. reg. 1. tom. q. 6. art. 11. maxime cum d. extrauag. hodie ius commune facere dicatur.
42 Peregr decis. 25. libro 2. in manuscriptis, & ita † in terminis fuit resolutum in causa Brixien. locationis 5. Decemb. 1594. coram D. Penna, & dictum prout etiam in d. Meliten. Rotam non seruare decisionem 6. Mohedani, quæ in impressis est 1. de consuetudine. & 249. quæ est 8. de locato. dicentem probandum esse vsum, d. extrauag. quam tamen sequuta est, alias Rota in v-
43 na Lauden. † bonorum 6. Iun. 1588. coram D. Gipsio, vt fuit dictum coram eod. D. Penna, in vna Com. die 5. Iulij 1593. cum qua etiam male tenent Mand. de signatura gratiæ, titul. si in euidentem vers. emanante bulla, & in reg. 23. q. 1. num. 6. & quod d. decis. Mohed. 6. non seruatur in Rota, ait Flam. Paris. supra. Et i-
44 ta est tenendum, quamuis † Caputaquen. decis. 103. p. 3 dicat contrarium non vsum statuti probari eo ipso quod non probatur vsus, & Paul. Granutius in tract. de simonia, de reseruatio. q. 99. n. 14. quod probare quis tenetur extrauagantem esse vsu receptam, & Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsump. 2. quod lex promulgata non præsumitur vsu recepta, quia est quid facti:
45 cui rationi respondetur præsumi nihilominus vsu receptam, ex quo ligat, & deo statutum nullum, seu inualidum non præsumitur vsu receptum, quia non arctat. vt in d. decis. 775.

De vsu vero, & obseruantia d. extrauagant. ambi-
46 tiose, † vide authores supra citatos maxime Io. Gutier. & Carrocium, d. n. 39. & Patrem Molin. d. disp. 466. & Nauar. in man. c. 2. nu. 150 Silce d. in pract. erim. Bern. Diaz cap. 71. & Grass. d. lib. 4. cap. 24 num. 18. & 20.

In hoc Episcopatu Abulens. quod ego assequor, † d. extrauagans non seruatur, quoad locationem bo- 47
norum, & prædiorum Ecclesiarum, seu beneficiorum, video enim ea maxime capituli, ac Ecclesiæ Cathedralis locari vltra triennium. Fructus autem, seu redditus præbendarum, & aliorum beneficiorum nō vidi, nec intellexi locari, vltra triennium, sed ad triennium tantum, & ita, quoad hoc videtur obseruanda d. extrauagans, maxime, quia in locatione prædiorum potest considerari ratio particularis conuenientiæ, secundum tempora (quæ in præsenti non militat) propter commoditates locationum, & prædiorum, ne maneant inlocata & vacua.

Sed est difficultas, stante d. extrauagante, † an lo- 48
catio facta, vltra triennium, sit in totum nulla, an vero sustineatur pro triennio? & eadem difficultas est de emphyteosi concessa vltra tempus permissum, seu generationes cōsuetas. In qua sunt variæ sententiæ, 1. est valere pro tempore permisso, quam tenet Bal. in auth. si quas ruinas, C. de sacros. Ecclesiis, nu. 2. Paul. Castr. in auth. qui rem, n. 7. C. eodem. vbi Dec. n. 23. dicit hanc communem, & ab ea non esse recedendum, Tiraq. de retractu conuentionali, in fin. n. 144. Iul. Cla. §. emphyteosis, q. 6. n. 2. & §. feudum. q. 13. in fin. dicens veriorem, & magis communem, † Gama decis. vlt. n. 49
3. Molin. de Hispan. primog. li. 1. c. 21. n. 28. Carroc. d. p. 3. tit. de rebus Ecclesiæ locandis, n. 44. 48. & 49. Ioan. Gutierrez cano. q. lib. 2. c. 13. Zauallos d. q. 199. n. 15. Marc. Ant. Genuen. in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapolitanæ c. 75. n. 10. & P. Molina sup. dispu. 467. & alij per eos relati.

Et hanc sententiam frequentiori calculo receptā, † dicit Couarr. lib. 2. variar. c. 16. n. 5. & magis com- 50
munem, & in praxi seruandam, Flores in addit. ad Gam. decis. 156. licet secundum rigorem d. extrauagantis, & in puncto iuris verius credat in totum vitiari.

Quæ fundantur 1. ex eo, quod in separabilibus † v- 51
tile per inutile non vitiatur, reg. vtile, lib. 6. & l. 1. §. sed mihi. ff. de verb. oblig. & in proposito tempus permissum separari potest à prohibito. Secūdo ex c. Sancimus. & l. pen. C. de don. vbi donatio excedens quingentos solidos, non vitiatur, nisi in excessu. Tertio, ex authent. de non alienandis, §. quod autem in fin. Intelligitur tamen ista † sententia, vt non procedat in 52
locatione adiuta, vel ad longum tempus. Couar. ver. eadem ratione, vterque Molin. & Gutier. n. 8. sup.

Aut vbi ex probabilibus coniecturis † appareat 53
locatorem, aut conductorem non minori tempore rem illam locaturum, vel conducturum: Tunc enim contractus est indiuiduus, & inseparabilis, ac proinde nullus in totum, Couarr. vers. sed permissa, vterque Molin. Io. Gutier. & alij sup. Aut locatio pro omnibus annis vnico tantum pretio, seu pensione facta sit, nam tunc vnica pactio est, quæ commodam temporis diuisionem non patitur Tiraq. † de retract. 54
Linagier. § 23. n. 10. Couar sup. vers. ex his, & Io. Gut. dicens communem, n. 12. licet contra teneant, Iul. Clar. d. q. 6. & vterque Molina sup.

Secunda principalis sententia est, prædictam locationem, seu emphyteosim, in totum nullam † esse 55
& omnino vitiari, quam tenet Bart. in d. auth. qui rem n. 7. & consi. 159. nu. 8. lib. 1. Capus, allegatione 80. vbi Mandos. vlt. apostilla. Ias. in l. 1. §. si quis ita n. 23. ff. de verbor. obligat. & in d. auth. qui rem à nu. 21. & in l. 2. nu. 169. C. de iure emphyt. Ripa in d. §. si quis ita. p. 32.

Probus

Probus ad Monachum, in vlt. n. 2. de pœnitentiis, & remissio. in 6. Afflict. decis. 107. Couarr. d. n. 5. Redoan. dict. quæst. 6. §. item ex permissis, à num. 21. Quintanaduennas d. lib. 2. à num. 61. & Grassiis libro 4. cap. 24. num. 20.

Et tenuit Rota, in vna Romana deuolutionis do-
56 mus, † 4. Febr. 1585. Coram D. Rubeis, & in vna Placentina decimarum, 2. Iun. 1586. coram D. Bubalo, & in d. Brixien. locationis sup. allegata, num. 42. in qua fuit resolutum locationem bonorum cuiusdam præposituræ factam vltra triennium in totum vitia-
57 ri. Et cum Rota teneat istam sententiam, † potest dici iam magis communis, cum, & Rota per se faciat communem opinionem. Sarnen. in proœmio regularum cancell. q. 2. vers. 4 pro ista parte, & dictum est in præfatione.

58 Quæ sententia probatur, † nam forma à iure præscripta esse videtur, ne rerum Ecclesiæ locationes fiant vltra præscriptum tempus, forma vero est indiuidua, Decius cons. 532. n. 5. Mandos. dicens communem reg. 27. q. 24. num. 19. Matien. in l. 1. tit. 4. lib. 5. gl. 4. num. 9. Boccius cons. 11. n. 30. Ioan. Gutierrez lib. 2. can. quæst. c. 15. num. 114. Solis de censib. 2. tom. libr. 1. cap. 4. num. 6. Rota decis. 471. num. 9. parte 1. diuers. &
59 facit optime consilium Romani 66. dicentis, † quod stante statuto, quod electio fiat ad annum, & non vltra, & si contra fiat, sit nulla, electio facta per triennium est nulla in totum, quia illa verba dant formam electioni, quæ facit eam indiuiduam.

Et probatur in d. extrauag. ambitiosæ, ibi nullius o-
60 mnino fuit roboris, vel momēti, † & in d. clem. 1. de rebus Ecclesiæ, ibi neque ex concessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur, auth. de non alienādis. §. emphyteosim, ibi neque quod sit habere aliquod penitus robur firmitatis, & in §. si vero, ibi etiam sic cadat quidem de emphyteosi.

Et hæc sententia mihi placet, quam tamen intel-
61 ligo † non procedere in locatione facta ad sex, vel nouem annos cum clausula, quod tot sint locationes, quod triennia, vel quod finito primo triennio, ex tunc censeatur locata pro alio, seu quod facta sit noua locatio. nam licet huiusmodi locatio inualida
62 sit, quoad reliquum tempus, † vltra primum triennium, quia id est in fraudem legis, vt contra Baldum recte tradunt Couarru. d. c. 16. n. 4. Valascus. d. quæstion. 29 num. 15. Gama. decis. 156. ad fin. Redoa. supra num. 20. Ioan. Gauia. d. cap. 14 sub num. 4. Quintanad. d. lib. 2. num. 61. & 65. Grassiis. d. num. 20. & P. Molina. d. disputat. 466. circa fin. & probat tex. in d. auth. de nō alienan. §. quod autem vers. neque illud. ex quo non valet pactum de renouando emphyteosim, aut expressa renouatio, vltra tempus, seu generationes
63 permissas; † tamen non in totum corruit, sed valida est prædicta locatio in tempore iure permisso, nam tunc non vna, sed plures sunt locationes distinctæ, & vitium non est in prima, sed in reliquis, & ita tenent Couarr. Valascus. Gama. Redoa. Quintanaduennas Grassiis, & Molina ibi, & accedit quod tradunt idem Molina disputatione 467. pagina 1370. cap. 4.

Quamuis in d. causa Brixien. locationis, in qua fuerat facta locatio † Brunellis, & eorum matri per sex
64 annos continuos, videlicet Brunellis, pro primis tribus annis pretio librarum 4500. ad rationem anni, & matri pro aliis vltimis tribus, pretio librarum 4000. Rota tenuerit esse nullam in totum, & videri vnicam locationem, ex nedum prædictis verbis per sex annos, sed ex partium quoque intentione, nam cum pro primis tribus annis esset constitutum maius pretium, quam pro vltimis, præsumebantur, non aliter fuisse contracturos, quam pro sex annis, neque aliquod operari ad sustinendam locationem diuersitatem personarum, ex quibus potius arguebatur suppositio ad fraudandam legem de solo triennio loquentem, † quæ resolutio (Salua pace tanti tribu- 65
nalis) mihi non placet, nam reuera ibi erant duæ locationes, vt constat non ex diuersitate personarum, ex quo mater videtur supposita, sed ex diuersitate pretij constituti pro singulo triennio.

Et parum refert, quod propterea illi non fuissent contracturi, nisi pro † sex annis, nam se ipsi volunt 66
sustineri locationem, saltim pro primo triennio, vt ibi, id eis non debet nocere, si vero Ecclesia, seu beneficiatus, vellet sustineri pro primo triennio, & non pro reliquo, sibi imputent illi, quod sic contraxerunt faciendo duas locationes, vnam validam, & alteram inualidam.

Nec huic secundæ sententiæ † principali obstant 67
fundamenta primæ, nam ad primam respondetur, quod cum præsenti agatur de vnica tantum locatione, seu emphyteosi, non potest commoda separatio fieri, vt ait Couarr. d. num. 5. sed melius respondeo iuxta dicta, quod hic actus est † indiuiduus re- 68
spectu formæ, quæ videtur à iure præscripta, & est indiuidua.

Non obstat secundum, ex d. c. Sancimus. & l. penul. C. de donatio. † quia ibi lex non prohibet simpliciter 69
donationem, vltra quingentos solidos, sed statuit, quod donatio excedens quingentos solidos non valeat in superfluo.

Nec etiam obstat d. auth. de non alienand. §. quod autem, † quia, vt probatum est, ibi non agitur de v- 70
nica locatione seu emphyteosi, vltra tempus, seu generationem permissam, sed pacto de renouando finito tempore, seu generatione permissa, quo casu remanet ipse contractus validus, reiecto pacto à iure reprobato, & in fraudem legis adiecto, vt recte inquit Couarr. supra, & Quintanaduennas numero 65.

Ampliatur etiam dicta extrauagans, † vt non 71
tantum locatio, vltra triennium non valeat, sed etiam mandatum ad locandum res Ecclesiæ, seu beneficij non possit concedi alicui, vltra triennium, ita vt, si detur mandatum ad locandum, erit intelligendum ad triennium tantum, quo finito procurator absque nouo mandato non poterit iterum locare, & idem si mandatum expresse detur ad locandum bis, ter, aut pluries ad triennium, mandatum enim finitur elapso primo triennio, ita Decius cons. 282. dicens alioquin fraudem fieri posse prohibitioni iuris, sequuntur Couarr. supra num. 6. & Redoa. d. q. 6. §. vltimo numer. 3. & 4. & Grassiis. d. lib. 4. cap. 24. n. 10.

Sed hanc sententiam merito † reprobat dicens, 72
sibi non solum dubiam, & scrupulosam nimis videri, sed etiam omnino falsam. P. Molina. d. disputatione 466. in fine, vt quæ nullo solido fundamento, aut iuri nitatur, & quod esset irrationabile, quod absens in partes longinquas non posset, dare mandatum ad locandum res sui beneficij, seu Ecclesiæ toto tempore, quo absens fuerit; vnde contra prædictam sententiam Decij est praxis vniuersalis, & consuetudo recepta.

Et cum mandatum possit reuocari, † dici non potest fraudem fieri posse iuris prohibitioni. 73

Aduertendum autem est, quod illa extrauagans

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

74 improbans, † & annullans prædictos contractus, vltra triennium factos procedit in Ecclesia, seu beneficiato volente eos haberi pro inualidis, sed si Ecclesia velit stare illi contractui, potuit hoc facere, etiam inuito eo, cum quo contractum est, impetrando tamen Sedis Apostolicæ assensum, vel alias cum legitima solemnitate ad tradita per Innoc. Abb. & alios *in cap. 1. de his, quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli.* Mathesil. *singulari* 156. Alber. Fulgo. & Ias. *num. 2. in l. cum hi. §. eam transactionem. ff. de transactio. & additionem. 2. Capella Tolosana decisione* 98. Rotam *decis. 133. n. 12. part. 2. diuersorum.* Redoanum *de Rebus Ecclesiæ rubrica. 28. casu 6.* & Sarmiento *de redditibus 1. part. cap. 2 num. 20.* qui num. sequenti ait,
75 quod ille, qui cum Ecclesia contraxit sine debita † solemnitate ne cogatur esse in suspenso, potest agere, vt Ecclesia compellatur, quod solemniter declaret, an velit stare contractui, vel ab eo discedat *ex l. Iulianus. §. si quis à colludente ff. de actio. empti,* quæ istum modum agendi inducit, vt notat ibi Bart. & alij quos refert, & sequitur Pinellus *in l. 1. C. de bonis maternis, n. 44.* qui est videndus, num. sequenti, & Sarmiento, *n.* 22 & vide etiam nouissime Gonçalez *gl. 56. à n. 90. & 94. vsque ad 99.*

76 Et quamuis prætactus † Redoanus. *d. rubrica 28. casu 7.* dicat quod licet de iure communi, & ordinario contractus factus in fauorem Ecclesiæ posset claudicare, secus tamen est ex dispositione dictæ extrauagantis, ex quo per eam prohibetur alienatio inconsulto Romano Pontifice, & secundum Villadiego *in tract. de legato, quæst. 11.* & Ant. de Pratis *in tract. de iuris Episcopalis defens. c. 5.* hodie in casibus à iure expressis, & permissis non licet alienare res cuiusque Ecclesiæ, vel monasterij, aut loci Pij inconsulto Roman. Pontifice, & inde in huiusmodi alienationibus non poterit Legatus authoritatem interponere sine speciali facultate à Papa concessa. quod etiam tenet M. Ant. Genuen. *in d. praxi c. 73. n. 2* dicens, quod non possunt alienari res Ecclesiæ etiam in casibus à iure permissis, inconsulto Romano Pontifice, nisi iuxta formam dictæ extrauagantis, tamen idem Redoanus casu 8. sequenti tenet contrarium, nempe,
77 † quod etiam stante d. extrauag. potest claudicare contractus in fauorem Ecclesiæ, & ab ea acceptari, & approbari, quia d. extrauagans emanauit in fauorem Ecclesię, & non debet in eius odium retorqueri, & quod in casibus à iure permissis, licet alienare res Ecclesiæ inconsulto Rom. Pontifice, vt patet ex ea ibi, *præterquam in casibus à iure permissis,* & sic ex causa vtilitatis, vel necessitatis cum licentia Ordinarij, & solẽnitate iuris communis, vt etiam tenet Beroius *cons. 32. n. 6. vol. 1.* & Alex. Straticus *in rep. d. extrauag. n. 3. & 74. & seq.* & Nauar. *in man. c. 27 n.* 149. & d. extrauagans venit principaliter ad addendum pœnas & prohib. locationes, vltra triennium, accedit decis. Burgen. iurisdictionis. 11. Febr. 1594. *ad fi. adducta. 3. part. c. 2. n. 106.*

Et licet Zerola in praxi Episcopali. 1. *part. ver. alie-*
78 *nat. §. 1.* dicat, quod quicquid sit de iure, de stylo non venduntur nec alienantur, etiam in istis casibus immobilia Ecclesiæ, neque mobilia pretiosa, absque Summi Pontificis concessione ex Gom. *de breuibus, n. 22.* & Staph. *fol. 352. n.* 5. isti tamen id non dicunt, &
79 stylus seruatur in rebus Ecclesiæ † Cathedralis propter iuramentum, quod faciunt Episcopi de non alienando inconsulto Rom. Pontifice bona Ecclesiæ suæ, Abb. *n. 8. & 15. in c. vt super, de rebus Ecclesiæ non alienan. & in c. fi. n. 15. de Ecclesiis ædifican.* & alij ibidem & P. Molina sup. *disput.* 468. facit cons. Nauarr. 2. *de rebus Ecclesiæ,* at in Ecclesiis inferioribus potius stylus est in contrarium, vt pro Alex. Straticum ibi, & quotidie videmus.

Et quando non possent alienari † seu locari, vltra 80
triennium res Ecclesiæ, nisi consulto Romano Pontifice, non propterea tollebatur claudicatio in fauorem Ecclesiæ, quæ posset velle stare contractui obtinendo beneplacitum Papæ, præterea in locatione,
vltra triennium, vbi non restarent † iam nisi tres an- 81
ni, posset rectè velle stare contractui, etiam inuito conductore, & sine authoritate Papæ, aut alia solemnitate, quia iam non fit contra dictam extrauagantem, nec pro annis transactis posset conductor, qui
rem detinuit † euitare solutionem pensionis debitæ 82
sub prætextu, quod non interuenit consensus Papæ, seu superioris, vt rectè inquit Redoanus. *d. rubrica 33. q. 2. §. vlt. ad fi.*

Sed an locatio rerum, seu fructuum beneficij fa-
cta † vltra triennium, cum iuramento ab ipso bene- 83
ficiato præstito, de non contraueniendo firmetur iuramento in præiudicium ipsius, ita quod non possit contrauenire?

Videtur quod sic *ex decis.* † *Mohed. 9. de locato, a* 84
lias 250. de qua Horatius Mandos. *ad Romanum cons. 369. litera 11.* & ex doctrina Alex. stratici *in dict. repetitione extrauag. ambitiosæ, num. 69. & 70.* dicentis, quod licet ille, qui male alienauit bona Ecclesiæ cum iuramento de non contraueniendo audiatur, volens recuperare ea nomine Ecclesiæ, & ad ipsius Ecclesiæ commodum, vt per glossam, quam Doctores sequuntur, *in c. 1 quia Presbyterorum, de rebus Ecclesiæ non alienan.* ad commodum tamen ipsius alienantis non sit admittendus, imo quod esset priuandus commodo alias ad ipsum peruenturo ex talibus bonis, stante regula iuris, quod quis ex suo delicto non debet pœnam, & commodum reportare *l. relegatorum in fi. ff. de interdictis, & relegatis, & l. siue hereditaria. ff. de negotiis gestis in fi.*

Sed quod magis vrget est, quod per d. extraua- 85
gantem beneficiati † ipso facto priuantur beneficiis, quorum res & bona alienarunt, illaque absque declaratione aliqua vacare censentur, & sic, etiamsi non iurassent, non videntur posse sibi repetere res, & bona alienata.

Nihilominus tamen verius † videtur prædictam 86
locationem non firmari iuramento, etiam in præiudicium beneficiati, & eo non obstante posse contrauenire, quoniam d. extrauagans est prohibitiua, & obligans ad peccatum, etiam mortale, vt patet ex ipsius verbis prohibitiuis & ex pœna commissionis, & aliis ipso facto impositis, & iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. capit. quintauallis, cum aliis, *de iureiur. regula non est obligatorium, libro 6.* & ita in terminis videtur sentire Beroius *cons. 92.*
num. 1 2. & 10. † *vol. 1* & Corduua in sum. *d. q.* 103. nec 87
obstat ratio in contrarium adducta, nam respondetur, quod licet d. extrauagans sit in multis locis recepta, quoad dispositionem principalem, & nullitatem alienationis, & locationis, tamen, quoad pœnam extrinsecam, maxime priuationis beneficiorum, non videtur recepta, vt per Nauar. *d. c. 27. num.* 150. Salcedum *d. c. 71.* Ioan. Gutierrez. *d. lib. 1. cap. 8. n. 9.* Molinam *d. disput. 466.* Toletum, & alios vbi supra; vnde cum pœna priuationis non sit recepta, &
ex alia parte prohibitio talis locationis, † & eius nul- 88
litas sit inducta in fauorem Ecclesiarum, & earum ministrorum, vt patet ex proœmio dictæ extrauag.

recte

recte poterit beneficiatus contrauenire, & agere contra dictam locationem, ex doctrina Pauli Castr. *in l. filius familias. §. diui. n. 3. & 4. ff. de legatis primo,* quem sequuntur Ambr. de Opizo. *num.* 9 & Loazes *num.* 60. ibi. Molina de Hisp. primog. *lib. 4. cap. primo nu. 29. & 33.* & Ioan. Gutierrez. *pract. lib. 3. q. 41. num. 8.*

Tertio principaliter dub. ad quem spectent fru-
89 ctus beneficiorum obuenientes † tempore vacationis, in quo breuiter dicendum est, quod debent futuris successoribus reseruari, nisi in vtilitatem Ecclesiarum expendantur, hoc est, vt ego intelligo, in vtilitatem ipsorum beneficiorum, *vt in cap. cum vos de off. ordin. & in cap. præsenti eod. tit. in 6. & in cap. quia sæpe de electione eod. lib. & clem. statutum eod. tit. &* dict. ibi. Corras. *de benef. 1 part. cap. 2. num. 9.* & Nauarr. *de spoliis. §. 10 num. 1. & §. 12. & cons. 37. num. 5. de simonia, cum aliis.*

90 Et quod dicit Zerola in praxi † Episcopali. 1. *part. verb. beneficium. §. 6* hodie fructus beneficiorum à die vacationis ad cameram pertinere, procedit, quoad beneficia reseruata in partibus Italiæ, *ex constitutione* 36. Pij 4. & in regno Neapolitano *ex constitutione* 29. Pij 4. & 53. Pij 5. de quo Nauarr. *de spoliis. §. 7.*

91 In his etiam Hispaniæ Regnis † fructus Episcopatus, sede vacante, vsque ad prouisionem noui Episcopi, ad cameram spectant, vt videmus, quicquid dicat Molina *de iustitia, tom. tract. 2. de disputatione* 147. præterquam in Regno Portugalliæ, vt per eum ibi, & in Episcopatu Pampilonen. regni Nauarræ, vt per Olanum *in concordia, & differentia iuris canonici, & regij litera, n. 19. & 20.*

Et an in noua prouisione, seu gratia impetrata,
92 per intrusum sit facienda mentio † de fructibus per eum perceptis, & compensatio pro eis, *vide* 3. 11. *part. c. vlt. dub.* 8.

93 Et an Episcopus possit statuere, † quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricæ alicuius Ecclesiæ, vel mensæ Episcopali, seu capitulari, vide textum, & ibi glossam vltimam. Innocen. Abb. Imolam & alios *in cap. 11. vt Eccles. beneficia sine diminutione conferantur.* Francum, & alios *in cap. si propter, de rescript. in 6.* Felinum *in cap. cum accessissent, num. 15. de constitutio.* Oldradum *cons. 162. num. 2.* Rebuffum *in praxi tit. requisita ad collationem. à nu.* 8 Botteum *de synodo, 3. part. art. 1. num. 288.* Libert *de … lib. 3. q. 2. art. 8.* & Gregorium Lopez *in l. 5. tit. 16. part. 1. gloss. pen. & fin.*

94 Quinto, principaliter dub. quomodo † diuidantur fructus inter beneficiatum defunctum, supposita consuetudine, de qua supra quod redditus Eccles. & ex eis acquisita ad hæredes clericorum pertinent, aut cedentem, & successorem in beneficio, in quo prima sententia est, attendendum esse perceptionem fructuum, sicut in vsufructuario ex *leg. si fur a-*
95 *liar. Kalendis. §. Iulian.* † *& l. defuncta. ff. de vsufructu, & §. in vero vsufr. de rerum diuisione,* quam tenet glossa, *in cap. si propter de rescript. & cap. præsenti. de off. ordin. in 6* quam ibi Doctores sequuntur, & Ioan. Nicolaus Gimen. dicens magis communem in enchiridion. benef. *tit. 4. de gratiis expectatiuis, num. 24.* Nauarr. de reddit. Eccles. *quæst. 1 num. 13. & cons. 7. de successio. ab intestato, & 3. de peculio clericorum, & 4. de donatio.* & Barbosa *in l. diuortio ff. soluto matrim. 2. part. n. 44. & à num.* 56. qui alios referunt, & dicunt communem & Rota dicens etiam communem in causa Pharen. pensionis 19 Iun. 1573 coram S. D. N. Clem. 8. infra adducta, *nu.* 109. & in Cæsaraugustana pensionis. 13. April. 1591. coram Illustrissimo Pamphilio.

Secunda sententia, quæ mihi placet † est, quod 96
fructus inter beneficiatum defunctum, seu etiam renuntiantem, & successorem diuidantur pro rata anni, *argum. d. l. diuortio,* nam cum beneficium detur propter officium, & seruitium Ecclesiæ, *cap. cum secundum Apostolum, de prebend. cap. fi. de rescript. in 6.* sicut dos propter onera matrimonij, *leg. pro oneribus. C. de iure dotium,* inducenda videtur dispositio, & diuisio. d. l. diuortio, nec beneficiatus est vere vsufructuarius, sed suo modo dominus beneficij *cap. si tibi absenti, ibi, vt tantum dici valeat, in 6. de preb.*

Quam sententiam tenet Couarr. *libro 1.* † *varia-*
rum cap. 15. num. 12. & sequentibus. Molina de Hi- 97
spanorum primogeniis *libro 3. cap. 11. numero* 4. Sarmiento de redditibus *libro 4. cap. 6. num.* 13. Ioann. Gutierrez *can. quæst. lib. 1. cap.* 33 Flam. Parisius de resignatione benef. *libro 1. quæstione 6. à num. 79.* & de confidentia *quæst. 35. num.* 49. Zerola in praxi Episcopali. 1. *part. verb. beneficium. §. 6. & 2. part. verb. renuntiatio. §. 2.* Munnoz de Escobar de ratiociniis. *tom. 1. computatione. 20. num. 2.* Castillo de vsufructu *cap. 79. à num. 1.* Molina *de iustitia tomo 3. disputatione 635. num* 7. & Zechus de beneficiis, & pensionar. *cap. 13. num. 8. vers. ex his corollarium,* quamuis de republica Eccles. tit. de beneficiatis sub n. 11. solum dicat eam æquam, & quod prima est iuri conformior. & nouissime Vasmesius *cons. 270.*

Et hanc sententiam ait † receptiorem Flam. Pa-
risius, *dict. quæst. 35. num. 49.* & in Hispania obseruari 98
affirmant, vterque Molina. Sarmiento, & Ioann. Gutierrez supra, & illam vidisse practicari ait Zerola, *d. §. 6.*

Et in hoc Episcopatu Abulens. semper obseruatur, † & adest constitutio sinodalis antiqui iussi im-
primi per D. Didacum de Alaua Episcopum Abu- 99
lensem anno 1557. 4. *part. 2. tit. cap.* 3. quæ habet ita pro rata anni diuidi fructus, & annum computari, & incipere à prima die Ian. & quamuis in fructibus præstimoniorum, quæ beneficiati Ecclesiæ Cathedralis obtinent, aliud statuatur. *vbi & in cap. 2. praced.* tamen etiam in illis ex consuetudine fit diuisio, pro rata, & constitutio sinodalis. d. c. 2. non est in obseruantia.

Et etiam in Archiepiscopatu Cæsaraugustano,
est constitutio sinodalis, † quæ statuit attendi ra- 100
tam temporis, & annum computari à die 1. April. vt fuit dictum in d. Cæsaraugustana pensionis, supra relata *part. 1. c. 5. n. 200.*

Non obstat constitutio. 9. Iulij 3. † qua declara- 101
tur, quod beneficiorum fructus tempore obitus beneficiatorum inexacti ad successores in beneficiis spectant, & non ad hæredes, vbi non spectant ad cameram, tanquã spolia, ex qua in affectibus inexactis debitis occasione fructuũ perceptorum à con-
ductore † sic resoluit Rota in vna Romana, seu nul- 102
lius pecuniaria. 4. Iun. & 9. Nouemb. 1593 coram D. Penna, quia resp. eam constitutionem in his re-
gnis † nõ esse vsu receptam, sicut etiam in prouincia 103
Mediolanen. in vsum moremque inductam nunquã esse, habetur in concilio prouinciali Mediolan. 5. 3. *p. tit. de Ecclesiis, earum supellectile, & fructibus.* 5. *vt libus Zech. vbi supra.*

Et in vna Mediolan. fructuum. 9. † Martij 1591. 104
coram D. Orano fuit resolutum, *dictam extrauagantem Iulij 3. quæ vult fructus beneficiorum inexactos in*

locis, in quibus non adsunt collectores & nuncij Apostolici, vt est status Mediolani, successoribus deberi, non esse receptam in d. statu, quod præsumptionibus probatur, cum solum agatur de excludenda præsumptione obseruantiæ, & receptionis, quæ potest alia præsumptione excludi.

105 Circa fructus vero, seu redditus † pensionis mortuo pensionario quomodo, & quatenus debeantur illius hæredibus, seu diuidantur pro illo anno, variæ sunt sententiæ.

106 Prima est Rebuffi de pacificis † possessor. n. 148. alias 130. & in rep. cap. extirpanda. §. qui vero de præbend. 6. notab. circa materiam pensionis, scilicet moriente pensionario post principium anni pensionem integre ad hæredes transire pro illo anno ad leg. filiæ meæ. ff. de annuis legatis. l. post duos. C. de aduocatis diuersorum iudicum, & doctores in l. diem functo. ff. de officio assessoris, quam sententiam sequitur Ferretus consilio 372.

107 Sed ista sententia non fuit apud † dominos de Rota in aliqua consideratione in d. Placen. pensionis infra adducta. n. 109 & eam etiam reprobat Hier. Gabriel. infra, & vsus est in contrarium.

108 Secunda est, pensionarium æquiparari vsufructuario, † & sic si fructus, super quibus pensio est constituta, sunt iam percepti, deberi hæredibus pensionarij, si vero non sunt percepti, non deberi, & si pars fructuum est iam collecta, & pars colligenda deberi solum pro rata fructuum perceptorum in vita pensionarij, idque siue terminus solutionis pensionis venisset, siue non, quam sententiam tenet Caccialupus de pensio. quæst. 25. & Gigas quæst. 45. & sequuta est Rota in d. Placen. pensionis. 19. Iun. 1573. coram S. Clemente. 8. vt in sequenti decisione.

109 *Domini tenuerunt terminum, de quo † agitur, non deberi hæredibus nisi pro rata fructuum perceptorum in vita Cardinalis Patauini, tum quia hæc est magis communis opinio, tum & secundo quia pensiones regulantur, præsertim in hac materia iisdem regulis, quibus vsusfructus, quod minimum visum est habere difficultatem in hoc casu, in quo reseruata est pensio non in pecunia sed in quota fructuum; tum. 3. quia videntur idem in beneficiato, qui secundum communem opinionem non faciunt fructus suos nisi perceptos & secundum aliquos, & reconditos, & tamen fructus beneficiorum dantur etiam pro alimentis, & pro labore beneficiati, qui beneficio inseruit: rationes autem allegatæ à Couarr.* var. resol. lib. 1. c. 15. n. 13. *Dominos non mouebant, quod enim pensio reseruetur pro alimentis illius, cui reseruatur, non facit, quod debeatur pro rata temporis, nam & si vsusfructus alicui pro alimentis relinquitur, non propterea sequeretur secundum Dict. quod non deberet defuncto vsufructuario fieri diuisio, vt alias fit in vsufructu, materia autem legis Diuortio. ff. soluto matrimonio. particularem habet rationem, quæ est, quod maritus alit vxorem, & onera matrim. sustinet* vulg. l. pro oneribus. C. de iure dotium, *& sic hos fructus habet ex causa onerosa, in qua materia etiam particulariter considerabatur requiri fundum esse dotalem, & ipsum esse traditum, alioquin, licet sit promissus, & maritus sustinuerit onera matrimonij, non propterea sibi debentur fructus.* l. de diuisione. ff. soluto matrimonio, *quod in præsenti quadrare non potuit, considerabant etiam Domini, quod doctores magis extendant dispositionem. l. defuncta, quam legis Diuortio. Alex.* num. 4. & *Ias.* num. 5. *& etiam in feudo, quando deuoluitur ad agnatos Seycell.* in d. l. Diuortio. n. 31. & 32. *secunda ratio. Couarr. quod pensio in pecunia soluatur, & sic non sit proprie pensionarius vsufructuarius, vltra quod non concludit non debere fieri diuisionem, vt in vsufructuario, quem admodum videmus in emphyteuta, & in beneficiato hoc cessabat in isto casu, in quo, vt dictum est, reseruata est pensio in quota fructuum, & quia Rebuffus de pacificis possessor.* num. 130. *ponit tertiam quandam opinionem, quod sufficiat annum esse ceptum in vita pensionarij ad terminos leg. diem de officio assessoris. d. opinio non fuit apud dominos in aliqua consideratione, sed ob prædictas rationes voluerunt communi opinioni inhærere.*

Et eam sententiam in parte tenet † Gambarus de officio legati lib. 6. q. 24. & sequent. ex num. 562. ait enim. d. quæst. 24. quod pensio non soluta non transmittitur ad hæredes, etiamsi pensionis soluendæ dies aduenit, quia adhuc d. pensio dicitur pendere quoad veritatem, licet certo modo, & per interpretationem dicatur percepta. Socin. cons. 100. 1. volum. vno etiamsi esset verum dicere fructus esse perceptos, tamen ex quo tempore mortis pensionarij adhuc extant, & non est de illis dispositum remanebunt successori in beneficio, non hæredibus pensionarij per ea, quæ traduntur in cap. præsenti, de officio ordinarij lib. 6. nam adhuc sunt fructus bonorum Ecclesiæ, in quibus non succedunt hæredes sanguinis, sed successor beneficij, & hoc ait indistincte verum tenendo, quod clericus non possit testare de redditibus Ecclesiæ, & tenendo, quod possit testari distinguendum esse in istis pensionibus, an in vita disposuisset, vel non, & illud pro comperto habendum, quod si Papa dedisset alicui facultatem testandi de fructibus Ecclesiarum, posset testari de illis fructibus pensionum, quarum soluendarum dies aduenisset, quoniam pensiones huiusmodi, postquam aduenit dies solutionis, æquiparantur fructibus à solo separatis secundum Baldum in l. 1. §. penultim. hic finitur lex Corradi, & in c. 1. in fine princ. de pace tenenda, & facit l. rem in bonis. ff. de acquiren. rerum dominio. l. bonorum de verborum sign. quando vero dies solutionis nondum aduenit, erat tamen propinquus, an, quando aliquis potest testari de fructibus Ecclesiasticis, possit de illa disponere, d. quæst. 25. à n. 585. distinguit iuxta d. legem defuncta, & l. si pendentes. ff. de vsufructu. 110

Quarta sententia est Domini Couarr. d. lib. 1. var. cap. 15. n. 13. † tenentis pensionem pro rata temporis deberi hæredibus pensionarij iuxta d. l. Diuortio, cum in causam alimentorum cedere videatur, quam sequuntur Molina d. l. 3. de Hispanorum primogeniis cap. 11. num. 4. & P. Molina. d. 3. tom. disputatione. 615. num. 8. & Zechus de republica Ecclesia. d. tit. de beneficiatis, num. 11. ad fin. & Peregr. de fideicom. art. 49. num. 101. 111

Et placet Hier. Gabr. cons. 191. lib. 2. † qui inquit, Rotam tenuisse faciendam esse distinctionem in hoc articulo iuxta terminos. d. l. defuncta, æquiparando vsufructuariis, nisi in actu voluntario translationis ante diem termini factæ, in qua terminus proximus spectat ad translatarium, nisi transferens sibi reseruasset fructus præteritos. Puteus decis. 14. lib. 3. Peregrinus decis. 48. libro 2. quæst. 1. libro decis. 118. & 2. decis. 48. part. 3. diuers. mutatis vero auditoribus in hoc articulo elegisse opinionem, quæ fuit olim Baldassini eximij suo tempore aduocati consistorialis, quæ probatur à Couarr. supra, qui hoc casu sequitur opinionem Alberic. in dict. l. diuortio. num. 13. vt pro rata temporis diuidatur, secundum formam d. l. diuortio, quam opinionem ait ipse Gabriel videri tolerabilem, atque vti æquiorem sequendam tametsi de rigore 112

rigore illius d. opinio, vt pensionarius æquiparari debeat vsufructuario, videatur verior, tametsi eadem Rota. 19. Iun. 1573. in d. Placen. pensionis, reprobauit opinionem Couarr. & rediit ad antiquam opinionem, vt idem statueretur de pensionario, quod de vsufructuario, quia ita statuitur etiam de Rectore beneficij: & hanc opinionem approbant etiam quando pensio fuit constituta in pecunia, quamuis, quando assignata est in quota fructuum, dixit eam facilius procedere, & voluit diuisionem non esse faciendam secundum legem diuortio, quia eo casu dantur fructus marito ratione onerum, sed ait ipse Gabriel, si non vere, saltem ficte, dari etiam pensionario quantitatem, & fructus ei reseruatos ratione onerum, & seruitiorum Ecclesiæ saltem vniuersalis præstandorum, & hac ratione defendi posse opinionem, vt fructus diuidantur, quæ æquior est, quia vere pensionarius non est vsufructuarius, sed à Rectore, qui vsufructuarius est, ex fructibus illis, vel quotam fructuum, vel certam quantitatem recipit, vt stipendium, & ita etiam post hæc decisionem sæpius pro rata temporis diuisos esse fructus, secundum d. l. Diuortio. hæc Gabriel. qui tamen ait, quod laudaret ipse fieri à Papa constitutionem ad tollendas opiniones, & obuiandum litibus. 113 † vt spectaretur dies solutionis, & ille terminus daretur hæredibus integre, qui viuo pensionario venisset, alter remaneret Rectori.

Sed hoc de stylo curiæ seruari testantur Nauarr. 114 de redditibus, quæst. 2. num. 16. & † Sarmiento, in defensio. libell. de redditibus. 2. part. num. 16. qui ait, ita Rotam seruare, & esse de hac re manuscriptas notissimas decisiones, quos sequitur Ioan. Gutierrez. d. lib. 1. canon. quæst. cap. 33. num. 25. & hæc est 5. sententia in 115 hac quæst. quem † stylum iuris principiis consonare ait Barbosa in d. l. diuortio. 2. part. num. 43. ex eo, quod licet dies certa non impediat ortum actionis & obligationis, & consequenter nec transmissionem, tamen in his, quæ suapte natura non transferuntur ad hæredes, dies etiam certa impedit etiam ortum obligationis, & actionis, leg. 1. §. fin. ff. quando dies vsusfructus legati cedat. tradit Bart. in l. ita stipulatus. n. 39. ff. de verborum obligationibus & quod ratio ponitur in l. 3. ff. quando dies legati cedat, cum ergo ad instar alimentorum pensio ad hæredes non transmittatur, dies, & terminus expressus impediet ortum obligationis, & actionis, & consequenter pensionarius antea decedens nihil transmittet, & Barbosam sequitur Castillo de vsufructu, cap. 39. numero 17.

116 Verum hæc styli comprobatio † mihi non videtur solida, nam licet verum sit pensionem ad instar alimentorum non esse transitoriam ad hæredes, tamen dies seu terminus solutionis expressus non tollit, quin saltim pro rata termini cedat dies, & possit fieri transmissio ad hæredes, si pensionarius, ante 117 quam veniat terminus, decedat: nam, vt inquit † Hieron. Gabriel. d. cons. 191. n. 11. & 12. si certa summa annua legetur, quamuis pro alimentis, tamen debetur tota in principio anni, & ad hæredes transmittitur. l. à nobis. l. in singulis. & l. filiæ meæ. ff. de annuis legatis. l. nec semel. ff. quando dies legati cedat, etiamsi tempus solutionis sit diuerso modo ordinatum. doct. in l. lecta. ff. si certum petatur, & notatur in l. 1. & l. ex his. C. quando dies legati cedat, quamuis Ferretus. d. cons. 372. 118 n. 12. † dicat, quod quando soluitur pensio respectiue ad certum quid, puta propter onera, & seruitium Ecclesiæ, vt in casu. d. legis. diuortio. fit diuisio pro rata temporum, idem quando fieret legatum annuum, pro alimentis, quia mortuo legatario nulla fieret transmissio ad eius hæredes, quia per mortem finitur causa legati. §. finitur de vsufructu, vt considerat Alber. in l. si. in singulis † cui. ff. de annuis legatis, sed 119 id est respectu futurorum annorum, non anni incepti.

Vnde in hoc articulo secluso stylo, verior videtur quarta sententia domini † Couarr. maxime stante 120 constitutione Pij V. quæ obligat pensionarios ad dicendum officium paruum B. Mariæ, vt dictum est supra 1. part. cap. 5. numer. 67. & sic iam dici potest dari propter officium, sicut beneficium, vt in d. cap. 5. n. 17. & cum pensio assignetur, vt commodius quis sustentari valeat, vel ne ex resignatione nimium dispendium patiatur, æquum est, vt saltim pro rata temporis, quo vixerit, ei debeatur; quod maxime procedit in † pensione reseruata in pecunia, quæ 121 magis videtur assimilari censui ad vitam, quam vsufructui.

Nec d. stylus videtur certus, † & firmus, vt apparet 122 ex iis, quæ dicit hinc Gabriel supra, & refert Flam. Paris. de resignatione benefic. lib. 6. quæstion. 4. numer. 45. & Ioannes Gutierrez vbi supra, ad fin. in noua editione, nec vnquam vidi decisionem Rotæ de hoc, nec Nauarrus videtur testari de isto stylo, & hodie magis videtur Romæ obseruari, vt soluatur rata, & P. Molina. d. numer. 8. ait, ita in Hispaniis esse consuetudine receptum, vt pro rata partis vltimi anni quam vixit pensionarius, ei, hæredibusue ipsius soluatur, † scio tamen in hoc Episcopatu Abulens. 123 fuisse varietatem in hoc, & aliquando solutam ratam, & aliquando non, & aliquando fuisse concordatum; cum ergo non satis constet de contrario stylo, standum videtur dictæ † quartæ sententiæ 124 Couarr.

His annexa est quæst. à quo tempore † resignans 125 beneficium desinat lucrari fructus, de qua post Rebuffum, & alios agunt Hier. Gabriel cons. 192. libro 1. Flam. Paris. de resignatione libro 1. quæstione 6. à numero 10. & de confiden. quæst. 27. numero 129. Barbosa in d. l. diuortio ff. soluto matrim. 2. part. numero 45. & nouissime Zauallos in suis communibus contra communes. quæstion. 561. ex numer. 38. qui præcipue Flamin. & Zauallos referunt plures opiniones in hac quæstione.

Quibus omissis dicendum est, quod admissa resignatione per superiorem † statim resignans amittit 126 fructus, & ab illo tempore fructus ad eum non pertinebunt, & si nihilominus percipiat, tenebitur illos restituere successori, cum, vt dicetur infra. 11. part. cap. 3. in princ. per resignationem, omne ius in beneficio competens amittatur. ita Sarnen. in regula de publican. quæst. 7. num. 1. cum Hier. Paulo in pract. cancellariæ versic. consuletur à quodam, de annali quæst. 57. Cassad. decis. 4. num. 6. de restitutione spoliatorum. Probus ad Monachum in cap. 2. de renunciatione in 6. num. 30. Parisius cons. 143. num. 18. vol. 4. Hier. Gabriel. cons. 191. & 194. num. 10. libro 1. Cæsar Ottinellus in consilio de redditibus, num. 78. & Barbosa supra, & in decisione Seguntina beneficiorum 1. Iunij, 1592 coram D. Orano, quæ habetur infra 5. parte c. 1. num. 249. dicitur post resignationem simplicem incumbentem detentationi non facere fructus suos, sed teneri ad eorum restitutionem, etiamsi non habuerit notitiam admissionis resignationis.

Quamuis Flam. Parisius † d. quæst. 6. num. 38. & 127 Zechus de benef. & pensionibus. c. 13. num. 8. vers. ex his cor. teneant, quod à die præstiti consensus, & non

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS

atæ resignans fructus amittat, & citat pro se Flam. Hier. Gabriel *d. consi. 192.* & sequitur Gonçalez *gl. 15. §. 2. n. 42.*

128 Sed conuincitur, quia ad tempus † datæ retrotrahitur consensus. Cassad. *decis. 2. de renuntiatione, nu. 8.* Crescen. *9. eod. tit. & 9. de procurator.* Sarnen. *reg. de infirmis, quæst. 12.* Verallus *decis. 7. lib. 1. in manuscriptis.* Rota *deci. 42. libro 3. part. 3. diuers.* idem Flam. Paris. de resignatione *libro 1. quæst. 12. numer. 19. & libro 2. quæst. 3. num. 42. lib. 3. quæst. 8. num. 8. & 10. & libro 8. quæst. 7. num. 108. & quæst. 8. num. 111. & lib. 12. q. 5. n. 49.* & fuit dictum in vna Hispalen. pensionis coram Illustrissimo Blancheto 20. Decembr. 1577. & quod fuit resolutum in vna Parmen. pensionis coram Cota. nec Hier. Gabriel ibi id tenet, sed potius quod diximus.

Et dicta resolutio procedit in resignatione con-
129 ditionali, † & in fauorem etiam in forma dignum, nam etiam in resignatione in fauorem loquuntur d. Doctores, purificatis enim conditionibus censetur à principio vacare beneficium, per resignationem, ex traditis per Flam. Parisium de resignatione *libro 1. quæst. 4. à numer. 18.* Rotam *decis. 2. de renuntiatione in antiquis*, & in terminis idem Flam. *d. quæst. 6. n. 68. 74. & 75.* Rota *in vna Burgen. canonicatus 28. April.*
130 *1597. coram Illustrissimo Pamphilio.* in qua † fuit resolutum: *Quod facta resignatione in fauorem alicuius in forma dignum, non vacat beneficium, per obitum resignantis, etiamsi resignans decesserit ante approbationem resignatarij, per gratiam enim in forma dignum, vel mandatum de prouidendo de certo beneficio, ad fauorem certæ personæ, dicitur illi acquisitum ius ad rem, quod facit vt alteri conferri non possit, & tale quod cedi, & resignari potest*, vt in Legionen. Canonicatus 23. Octobr. 1574. coram sanctissimo, *& illa verba, quatenus idoneus reperiatur, nō faciunt gratiam conditionalem, quoad substantiam, sed tantū respectu exequutionis, & prouisionis faciendæ, quæ est dilata in tempus, postquā fuerit idoneus, quamuis moriente resignatario, antequam ei fiat collatio, non vacet ex eius persona, quia ei non fuerat ante habitam collationem plene quæsitum ius in re, quod adhuc remanebat penes resignantem, donec resignatario acquireretur, & ideo non mirum si tunc vacet ex persona resignantis.* Quod etiam fuit resolutum *in vna Abulen. beneficij de Monbeltran. 4. Iulij 1597. infra adducta 6. part. c. 2. decis. 4. n. 55.*

131 Et patet ex literis resignationum, in quibus dicitur beneficium vacare à principio † resignationis, quamuis resignatio sit conditionalis, & in fauorem. Crescen. *decis. nona de procurator. ad fin.* Verall. *decis. 7. li. 1. in manuscrip.* Flam. Paris. de resignatione *lib. 8. q. 7. num. 108. & sequen. & quæst. 8. num. 111.* vnde resignatio, quin sit facta sub data literarum, dubium non admittit, cum ita Papa attestetur. Paris. *d. consi. 145. in fi. num. 1.*

132 Et ita resignatio beneficij, † seu translatio pensionis in fauorem scholaris, cum clericus factus fuerit, sortitur effectum, si resignans, vel transferens ante characterem susceptum moriatur, ex d. ratione, quia purificata conditione, censetur à principio perfecta resignatio, quæ interim erat in pendenti, vt Rota bis tenuit, vt per Hier. Gabr. *consi. 186. lib. 11.* & Flam. Parisium de resignatione *lib. 4. q. 2. à nu. 71.* quamuis ipse Gabriel teneat contrarium, cuius tamen sententia in translatione verior est, vt dicetur infra, *nu. 163.*

133 Prædicta tamen resolutio † quantum ad fructus perceptos, intelligitur, secundum aliquos, postquam resignans sciuerit resignationem admissam, nam quamdiu ignorauerit, faciet fructus suos, quos perceperit, propter bonam fidem, vt sentit Hier. Paulus, supra & Rebuffus *in reg. de publican. gloss. 13. numero 5. & expresse gloss. 18. numer. 7.* & de nominatio. *q. 14. numer. 157. alias 92.* & in concordatis *tit. de collatio. §. volumus, verbo, vacantia in fin.* Probus supra. P. Gregorius de benef. *cap. 28. num. 10. & cap. 31. numer. 1.* & Barbosa supra, *qui nu. 49.* contra Rebuffum supra *& in praxi ti. de simonia † in resignatione, n. 40.* quem 134
sequitur Ottinellus *d. consi. n. 80.* tenet, quod ad constituendum in mala fide, non requiritur intimatio literarum, sed sufficit scire, vel esse plene informatum, renuntiationem admissam fuisse per superiorem, iuxta formam mandati *ex traditis per glossam cap. cupientes, versic. notitiam. de elect. in 6. & in clem. causam verbo plenam eod. ti.* & tenet P. Gregorius supra, & Rota *in d. Seguntina.* & verius videtur, licet Flam. Parisius *d. lib. 1. q. 6. num. 78.* teneat in hoc cum Rebuffo, quando resignatio fuit facta per procuratorem, vt tenet etiam additio 1. Rotæ *decis. 4. de renuntiatione in nouis, & ad d. 2. decis. 4. de præbend. in antiquis.*

Sed licet non requiratur intimatio † literarum, 135
videtur tamen in proposito non recte constare de resignatione, & admissione illius, iuxta formam mandati ad effectum dimittendi possessionem, & constituendi in mala fide, per relationes, & literas missiuas, sed requiri, quod viderit literas expeditas, seu per eum stet, quo minus illas videat, & sic procedat sententia Rebuffi, Ottinelli, Flam. & additionis.

At ista intelligentia & † limitatio supradictæ re- 136
solutionis est contra dictam decisionem Seguntinā, & Hier. Gabr. supra, præsertim. *dict. numer. 10.* & alios supra citatos indistincte loquentes, nec videtur admittenda, æquitas enim bonæ fidei circa acquisitionem fructuum, & iura circa eam loquentia non videntur in præsenti debere applicari vbi resignans facto suo, seu mandato abdicatur à beneficio, & qui dedit mandatum ad resignandum eo animo, videtur debere percipere fructus, etiam antequam sciat illam esse factam, vt, si forte facta fuerit, eos resignatario restituat.

Quod maxime videtur admittendum † in per- 137
mutatione, in qua est resignatio mutua, vt à die dictæ resignationis vnusquisque lucrari desinat fructus beneficij à se resignati, non curando de scientia, vel ignorantia resignationis, quæ si attenderetur in permutatione, posset oriri inæqualitas, & confusio, si vnus ex compermutantibus sciret resignationes admissas, priusquā alius pro quibus etiam facit decretum irritans in fine literarum apponi solitum, quod videtur impedire acquisitionem fructuum ratione bonæ † fidei iuxta dicta infra *5. part. capit. 5. à nu-* 138
mer. 21.

Sed quoad resignationem in † fauorem, maxi- 139
me in forma dignum, difficultatem facit, quod resignans dicitur possidere, & potest insistere possessioni, donec beneficium resignatario acquiratur. Puteus *decis. 158. numero 3. libro 3. Achilles de Grassis decisione 10. de restitutione spoliatorum, numero quarto, & Mohed. secunda de renuntiatione. Rota in d. Seguntina*, in qua dicitur. *in resignatione conditionali in fauorem, cum non abdicetur ius à resignante, donec resignatario acquiratur, interim donec sibi constet de purificatione cōditionis, remanere titularē.* Et Flam. Parisius

dict. libro primo quæstione quarta in fin. & quæstione
140 *septima, numero nono,* nam † in resignatione conditionali, seu in fauorem, ius, & possessio remanent in pēdenti penes ipsum resignantem, donec conditione purificentur, *vt dixit Rota in causa Aurien. & Zamoren. beneficij num. 17. Iun. 1594. coram D. Penna,* quam infra adduco *sexta parte, capite secundo dub. 9. n. 116.*

141 Vnde Zeuallos *d. quæstione 561. numero 58* distinguit in hac quæstione † inter resignationem in forma gratiosa, & in forma dignum, vt primo casu procedat opinio Flam. *de qua supra num. 127.* in secundo vero, maxime in beneficiis curatis, licet etiam in forma gratiosa fiat, procedat opinio Rebuffi *titulo de simonia in resignatione, num. 41. & regula de publican. d. gloss. 18. numero septimo, & de nominatio. d. quæstion. 14. numero 157.* dicentis, resignantem posse percipere fructus, donec fuerint sibi intimatæ literæ expeditæ in fauorem resignatarij, & sic donec iudicetur idoneus resignatarius ab Ordinario, non perdit titulum, nec possessionem beneficij resignans & vsque ad illud tempus ille proprius, & merus parochus dicitur & non resignatarius, quia ille supportat onera beneficij, audit confessiones, celebrat matrimonia, residet personaliter, saltem de consuetudine, *vt tradit Flam. dict. libr. primo, quæstione 10. numero quarto*, qui tamen ibi id non dicit, sed loquitur de consuetudine non residendi in beneficiis simplicibus, & sic congruit rationi, & æquitati, vt ad illum fructus pertineant, & ait quod, cum casus iste in praxi contigisset, vidit pluries iudicatum pro hac opinione corā Ordinario Toletano; & causa deuoluta ad Nuntium ita fuisse obtentum, & sic ab opinione hac non esse recedēdum in iudicando, & consulendo.

142 Sed & Flaminius *dict. quæst. 7. num. 9.* inquit in resignatione conditionali, † quæ fit in fauorem, statuendam esse conclusionem affirmatiuam, posse resignantem incumbere possessioni, & omnia pertinentia ratione illius beneficij resignati exercere, & gerere, donec resignatari* capiat possessionem, cum Rosiniaco *de benef. cap. 14. num. 26. & cap. vigesimo tertio numer. 10. & Rebuffo d. titulo de simonia in resignatione num. 27. & 31. & de nominatio d. quæst. 14. numero 157. sed in hoc vltimo loco, & d. regula de public. gloss. 5. numero 5. & glossa 18. numero 7. diuersa loquuntur, qui allegant legem meminisse, ff. de officio proconsulis.*

143 Quæ tamen conclusio falsa est †, sufficit enim, vt teneatur à possessione desistere, titulum fuisse resignatario quæsitum, imo sufficiet constare de habilitatibus seu idoneitate resignatarij, sine esse approbatum, etiamsi non sit ei adhuc facta collatio per executorem, id enim satis est, vt ius sit abdicatum à resignante, ad decisionem Rotæ coram sanctissimo Clemente VIII. in vna Barchinonen. parochialis de
144 anno 1572. in qua fuit † tentum, *per resignationem in fauorem in forma dignum fuisse abdicatum ius à resignante, præsupposita habilitate resignatarij, etiam ante examen formæ dignum, & collationem subsequutam taliter, quod potest ius suum cedere in fauorem alterius*, & ad decisionem Rotæ in alia Barchin. parochialis coram Illustrissimo Lancelloto, de anno 1574. in qua
145 fuit tentum, quod *per obitum resignatarij in forma † dignum, in cuius fauorem fuit resignatum, vacat beneficium, si est dignus, quamuis adhuc non fuisset*
146 *examinatus, nec facta sibi collatio.* Præsupponitur † ergo ius fuisse abdicatum à resignante. Et id tenet Zechus *de benefic. † & pensio. cap. nono, numero octauo & cap. 13. numero secundo sub versi. quæ quidem resolutio, & numero quarto versicul. potest etiam resignatio, & numero octauo versic. ex his cor.* dicens, quod si beneficium sit resignatum in forma dignum ad fauorem alicuius, resignans manet in possessione, & eam continuat, donec prouisus ab Ordinario dignus sit iudicatus, seu sit examinatus, & approbatus, quando vero in forma gratiosa, quia prius est examinatus, & approbatus, resignans post præstitum consensum amittit beneficium, licet resignatarius sine literis expeditis possessionem ingredi non possit.

Et iuxta ista, est accipienda *decisi. Burgen. Canonicatus supra relata, † n. 130.* quæ conducunt ad casum, 147
& dubium disputatum per Gonçalez *glos. 15. §. secundo à n. 55.*

Imo vbi quis resignasset in † forma dignum in fa- 148
uorem alicuius, quem sciebat, aut scire debebat, quia tenebatur se informare, non esse idoneum, statim videtur abdicatum ius ab eo, quia siue approbetur, siue non, tenet resignatio in præiudicium resignantis, iuxta dicta infra, *11. parte capit. tertio numero trigesimooctauo.*

Abdicatio autem iure à resignante, † non po- 149
test amplius possessionem retinere, sed eam tenetur dimittere, & aliàs erit intrusus Paris. *d. consi. 143. n. 18. & 19. volum. 4. Cassad. d. decision. 4. de restitutione spoliatorum.*

Nec pro dicta conclusione faciunt decisiones Pu- 150
tei, & Achillis citatæ supra *n. 139.* nam loquuntur ad effectum spolij.

Et l. meminisse ff. de officio proconsulis recte respondet Barbosa † supra n. 51. eam legem procedere in 151
officio temporali, cuius reuocatio inducitur per dationem successoris, hoc enim casu subintelligitur tacita conditio, de qua ibi, secus in renūtiatione beneficij, seu officij ex supradictis, vnde in specie d. legis meminisse, † si proconsul renuntiasset officio, 152
& renūtiatio per superiorem esset admissa iuxta gl. legis penul. de officio præsidis, non posset ille amplius administrare, etiamsi successor nondum esset prouinciam ingressus.

Rota etiam in dicta Seguntina ait in specie dict. 153
legis meminisse, † ex iuris dispositione officialem non videri deputatum solum ad tempus expressum, sed etiam ad tempus sequens, donec successor aduenerit, adeo, quod ante eius aduentum non dicitur officium eius finitum, neque officialis priuatus, *gloss. in d. l. meminisse, verbo debebit, in l. si forte de officio præsidis*, & rationem esse, quia ibi, cum nemo sit, qui administret, oportuit ita specialiter prouideri, ne prouincia sine rectore remaneat; verum in Episcopatu succedit in capitulum, toto titulo ne sede vacante, & in aliis beneficiis inferioribus Ordinarius constituit vicarium, seu œconomum, qui interim administret.

Præterea, si illa lex quicquam † faceret ad 154
propositum, procederet non solum in resignatione conditionali, & in fauorem, in qua tantum loquuntur Rosiniacus & Flaminius, sed etiam in resignatione simplici, in qua tamen certum est, ea admissa, non posse resignantem possessioni incumbere, cum statim ex ea amittat omne ius, & tradit ipse Flaminius. *d. quæst. septima, numero primo* Hier. Gabr. *d. consil. 192. & Rota in d. Seguntina*, in qua dicitur, quod vbi resignatio est simplex, amittitur statim titulus, & possessio, & per eā titularis dicitur

in Ecclesia mortuus ciuiliter.

155 Habemus tamen adhuc ex † supradictis, in resignatione in fauorem alterius in forma dignum, posse resignantem insistere possessioni, & administrare, donec saltem constet de idoneitate resignatarij, atque adeo poterit vsque ad illud tempus fructus percipere, etiamsi sciat resignationem admissam iuxta formam mandati.

156 Sed huic difficultati respondetur, quod quamuis † interim possit fructus percipere, tamen non potest eos percipere, nisi vt restituat resignatario in euentum, quo sit ei ius quæsitum iuxta dicta Hier. Gabr. *dict. consilio 192. libro* 1. nam illa possessio, quam resignans interim habet, non est absoluta, sed in pendenti iuxta supradicta, & purificatis conditionibus à principio censetur facta resignatio, vt dictum est.

157 Nec obstat, quod interim administret & seruiat in beneficio, maxime curato † vt dicit Zauallos supra, & ideo deberet lucrari fructus, quia respondetur, quod debebit esse contentus cum pede altaris, & fructibus antea perceptis *ad cap. propter sterilitatem de locati.* quod si nullos fructus antea percepit, nec illud de pede altaris esset competens stipendium, soluendum erit illi honestum salarium, pro modo seruitij, vt in simili dicit Nauarrus *de redditibus quæstion. secunda. monito* 13. & Barbosa *supra numero* 58.

158 Vnde in casu de resignatione facta † in fauorem scholaris, cum clericus factus fuerit, *de quo supra numero* 132. videtur resignantem, qui interim potuit fructus percipere, debere, purificata conditione eos restituere resignatario, quicquid velit Flam. Paris. *libro 4. quæst. secunda à num.* 53. & idem videtur
159 in translatatione pensionis, † quamuis contrarium teneant Gigas *cons.* 159. *seu respons. vltim. de pension.* Hier. Gabriel *cons.* 185 *&* 186. *numero* 11. *libro primo* & cum eo Flam. Parisius *dict. libro 4. quæst. secunda, ex numero 55 & lib. 6. quæstione quarta, num. 23. & à num. 52. & Rota in vna Eugubina pensionis 2. Iun.* 1559.
160 *coram D. Rubeo,* † in qua fuit resolutum *Transferentem pensionem vigore facultatis transferendi in manibus Papæ in fauorem scholaris, cum primum clericali caractere esset insignitus, posse post translationem, antequam scholaris esset clericus, percipere pensionem, ita, vt non teneatur ad restitutionem, quia translatio fuit conditionalis, & ad effectum, vt noua reseruaretur dicto scholari, vnde, antequam esset clericus, non erat purificata conditio. Mohedanus,* decisione 84. faciunt notata per Tiraquellum in §. hoc sermone prima limitatione, numero 41.

Sed certe translatio pensionis videtur in pro-
161 posito longe differre à resignatione † beneficij, nam resignans beneficium in fauorem scholaris, cum clericus factus fuerit, statim illud resignat, vt ei conferatur, cum clericus factus sit; & eo facto clerico, à principio censetur facta resignatio iuxta supradicta, at transferens pensionem in scholarem, cum clericus factus fuerit, non aliud facit, quam consentire, vt eo facto clerico, pensio antiqua extinguatur & noua ei reseruetur. Vnde, antequam is sit factus clericus, nullo modo potest dici antiqua pensio extincta, nec eo facto clerico, potest dici à principio extincta, quia consensus fuit omnino conditionalis, si is fieret clericus, quæ est conditio suspensiua.

162 Et sic vsque ad illud tempus † redditus pensionis ad sic transferentem spectare videntur, cum Gigan. Hierony. Gabriel: Flam. & Rota vbi proxime.

Et facit cons. eiusdem Gabr. 189 *libro* 1. vbi ait, quod pensio reseruata illegitimo, postquam clericali charactere fuerit insignitus, debetur solum ex die rite suscepti characteris, quia ingratis conditio non retrotrahitur: at in dicta resignatione, vbi, resignatario facto clerico, censetur à principio facta resignatio, fructus beneficij, vti vacantis ab eo tempore, spectant ad eum, tanquam successorem in beneficio.

Vnde etiam in casu, de quo supra numero 131. verior † videtur sententia Hier. Gabr. *d. cons.* 186. *lib.* 163
1. *contra Rotam, & Flam. sibi citatos,* quod dicta translatio pensionis non sortiatur effectum, si translatarius, mortuo transferente, ordinetur, quia res deuenit ad casum, à quo incipere non potest, & tunc iam non est pensio antiqua, quæ extinguatur, vt noua reseruetur, in resignatione vero beneficij verior videtur sententia Rotæ, & Flam. contra Gabr. quia resignatario ordinato, siue viuente, siue mortuo resignante, censetur, vt dixi, à principio facta resignatio; conditio etenim resignationis, non tam suspensiua, quam resolutiua videtur.

Sed contra supradicta obstat regula legis † *vbi au-* 164
tem. ff. de in diem adiectione, & leg. necessaria. §. quod si pendente. ff. de periculo & commodo rei vendita, vbi habetur, quod in venditione conditionali fructus medij temporis venditoris sunt, quod sane procedit, etiam impleta conditione, quando res non fuit tradita, ad tradita per Couarr. *lib. 3. variarum cap. 4. num. 7.* Antonium Gomez *secundo tom.* † *variarum* 165
cap. 2. num. 11. & docet Molina de iustitia, secundo tomo, disputatione 379. licet Hieronymus Gabriel. *dicto cons. 192. libro* 1. id intelligit, deficiente conditione, ex Paulo *cons.* 267. *volum.* 1. *Rom. singul.* 538. & Anania *cons. 19. n.* 16. qui ita intelligunt dictum §. quod si pendente; sed isti procedunt, † & loquuntur in 166
fructibus perceptis per ipsum emptorem, pendente conditione, ex re empta sibi tradita, tunc enim ita demum, pertinent ad venditorem, si conditio deficiat. Couarruuias dicto libro 3. variarum capit. 9. numer. 1. circa finem; alias impleta conditione, pertinent ad ipsum emptorem, vt recte explicat Molina supra: ergo † in resignatione conditiona- 167
li fructus medij temporis sunt resignantis, etiam impleta postea conditione cum beneficium non sit traditum resignatario.

Respondetur tamen dictam regulam procedere in actu, ex quo † non amittitur dominium, & ius in 168
re competens, qualis est venditio, ex qua ante traditionem venditor non amittit dominium rei. *leg. traditionibus Cod. de pactis. §. vendita. de rerum diuisione,* & sic ante moram fructus ad eum pertinent. *Anton. Gomez. & Couarruuias, supra, & Molina disputatione* 368. at ex resignatione amittit resignans omne ius in beneficio competens, vt dictum est, & purificata conditione censetur à principio facta resignatio, vt etiam dictum est.

In Canonicatibus vero, † & præbendis, quo- 169
rum fructus residendo, & diuinis interessendo lucrifiunt, tamdiu resignans lucrabitur, quamdiu licite insistit possessioni, & residet, etiam postquam sciuerit resignationem admissam, nam cum fructus illi non possint spectare ad resignatarium, qui nec possessionem habebat, nec residebat, æquum est eos lucrari resignantem, qui residet in Canonicatu.

* * *

CAP.

CAP. II.

De priuilegio fori.

SVMMARIA.

Est alia vtilitas ex beneficio, priuilegium fori, nam hodie clerici minorum non gaudent fori priuilegio, nisi beneficium habeant, licet antea gauderent, num. 1. & 2.

Clerici minorum habentes beneficium gaudent priuilegio fori, etiamsi clericatum renunciauerint, & beneficium sit exiguum n. 3. & licet non deferant clericalem habitum, n. 4. etiam stante constitutione Sixti V. de habitu & tonsura, n. 5. & 6.

Ad hunc effectum sufficit habere beneficium de facto, & sola poss. n. 6. sed an sufficiat solus titulus benefic., & ius in re n. 8. vsque ad 15.

De habentibus pensionem an gaudeant d. priuilegio fori remissiue, n. 16.

Quamuis clerici minorum non gaudeant d. priuilegio fori, non tamen impeditur Episcopus contra eos procedere, & punire. num. 16. vbi ponitur declaratio S. Cong. quæ declaratur n. 17. & 18.

Clerici minorum non habentes beneficium, &c. licet priuentur fori priuilegio, non tamen priuilegio canonis, num. 19. & contraria sententia Solis reprobatur, numer. 20.

1 Est alia vtilitas ex beneficio † proueniens, nempe priuilegium fori, nam licet de iure antiquo clerici primæ tonsuræ, & in minoribus constituti, tam in ciuilibus, quam in criminalibus gauderent priuilegio fori, & essent exempti à iurisdictione sæculari *capit. clerici. capit. cum non ab homine. de iudiciis, capit. secundo. de foro competent. glossa in capit.* 11. *vers. clericus. de clericis coniugatis in sexto,* & ibi Doctores, Felinus *in capit. Ecclesia Sancti. Mariæ de constitution. numer.* 110. Couarruuias pract. *quæstion. cap. 32. numero* 1. qui ait moribus tamen receptum esse, quod non possent vti præscriptione fori in ciuilibus, & supponit Ioannes Gutierrez *de iuramento confirmato, prima parte cap. 17. numero 12. hodie tamen ex decreto Sancti. Concilij Tridenti sessione 23. de*
2 *reform. cap.* 6. † fori priuilegio non gaudent nec in ciuilibus nec in criminalibus, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiant, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos, versentur, *& comprobatur leg. prima. titulo quarto, libro* 1. *recopilationis, tradunt Salcedo in praxi crimin. cap. 62. num.* 9. Ioannes Gutierrez *supra numero 13. & Dominus Paz in praxi secundo tomo, secundo præludio, numer.* 6.

Et huiusmodi clerici primæ tonsuræ, seu mino-
3 rum † ordinum beneficium habentes gaudent priuilegio fori in ciuilibus, & criminalibus, etiamsi clericatui renuntiauerint, & etiamsi beneficium sit exiguum, & tenue, vt in sequenti declaratione S. Congregationis Concilij super dictum c. sextum: *Quidam clericali caractere insignitus beneficium Ecclesiasticum obtinuit, cui postea animo vxorem ducendi vna cum clericatu renunciauit, deinde non sequuto matrimonio clericalem habitum reassumpsit, & aliud beneficium exigui redditus adeptus est, dubitatur, an gaudeat priuilegio fori. cong. 11. Iun. 1587. censuit gaudere, quia clericali priuilegio renunciari non potest, cum in fauorem totius ordinis introductum sit* cap. si diligenti, & ibi glossa de foro competen. doct. in cap. tuæ. de apostatis. R Rolan. cons. 4. vol. 1. n. 9.

Et etiamsi non deferant clericalem habitum, † & 4
tonsuram, nam in habente beneficium id non requirit Concilium, sed solum in inseruiente alicui Ecclesiæ, vel in seminario, aut schola, vel vniuersitate versante, vt constat ex ipso contextu Concilij, & illa disiunctiua, aut, iuxta quod est accipienda, *d. lex prima recopilationis, vt recte docet Ioan. Gutierrez pract. quæst. lib. 1. quæst. 7. & Salcedo supra in nouissima editione, & post hæc Gonçalez ad reg. mensium gloss. 5. §. numero* 6.

Quod procedit, etiam stante hodie † constitu- 5
tione 50. Sixti V. de habitu, & tonsura, ex qua non deferentes tonsuram, & habitum clericalem ipso facto sunt priuati beneficiis, *vt infra 7. part. cap. 1. numer.* 18. nam adhuc gaudent † priuilegio, dum de fa- 6
cto non sunt priuati, sed retinent beneficium, & sunt in possessione illius de facto, ad hunc enim effectum sufficit habere beneficium de facto, & sola possessio seu intrusio in beneficio.

Sed an è conuerso sufficiat habere † ius in bene- 7
ficio sine possessione difficultas est, & quidem certum est, non sufficere ius ad rem, nam habens solum ius ad rem, non potest dici habere beneficium *vt vult Concilium, & dicetur infra tertia part. cap. 1. n.* 84. quamuis coadiutor inseruiens Ecclesiæ gaudeat priuilegio, *vt dicetur infra quarta part. capit. 5. 13. dub. num.* 98.

Difficultas est de habente titulum † beneficij, & 8
ius in re, & videtur gaudere priuilegio fori, vt in terminis similis constitutionis Clementis VII. emanatæ ad instantiam Venetorum tenet Gigas de pensio. *quæst.* 94. *num.* 12 quia in beneficialibus non attenditur principaliter possessio, † sed titulus. *cap.* 9
ex frequentibus. de institutio. & regula beneficium, libro 6. Boerius *decis. 24. num. 8. & facit quod tradit Cardin. in Clem. vt is qui. §. illi vero, num. 10. & 11. de ætate, & qualitate,* & is vere dicitur habere beneficium, *vt dicetur d. cap. 1. tertia part. num. 92. ergo & ideo ait Flam. Parisius de resignatione benefic. lib. 7. quæst. 2. nu. 47. iusse † resolutum in S. Congregatione Concilij die* 10
16. Iul. 1587. beneficiatum gaudere priuilegio fori ante adeptam possessionem.

Contrarium tamen, nempe, † quod habenti 11
tonsuram dicenti se habere beneficium, non sufficit probare titulum beneficij, vt gaudeat priuilegio fori, nisi etiam probet illius possessionem, & quod ita iudicatum fuit in vrbe ait Farinacius *in quæstionibus criminal. quæstione octaua, numero* 45. & tradit Boyardus in additio. ad Iulium Clar. *in libro quinto quæstio-* 12
ne 36. numero 14. pro quo videtur facere, † quod decentia, quæ consideratur in proposito, vt habens beneficium non debeat per iudicem sæcularem iudicari, non tam apparet ex titulo, quam ex possessione beneficij, at Marcus Ant. Genuen. *in praxi Archiepiscopalis curiæ Neapolitanæ* † *cap. 7. num.* 9. inquit, 13
declarasse S. Congregationem, quod si collatio beneficij est valida, & beneficiatus non fuit adeptus possessionem propter intrusum, contra quem litem mouit, gaudet priuilegio fori, quæ declaratio habetur inter declarationes † dicti cap. sexti his verbis: 14
An clericus primæ tonsuræ præsentatus ad capellam sacerdotalem, qui super tali præsentatione obtinuit à Papa nouam prouisionem, etiam in vim motus proprij possit in suis causis ciuilib. gaudere priuilegio fori, quamuis pos-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lessionem beneficij non habeat propter intrusum, contra quem litem mouit, congreg. censuit gaudere. 16. Iulij 1587. quæ est declaratio relata per Flam. Parisium supra.

15 De habentibus vero pensionem † an gaudeant dicto priuilegio fori, diximus supra prima, p. c. 5. nu. 70. vbi vide.

16 Quamuis autem clerici † primæ tonsuræ, seu minorum ordinum, non gaudeant priuilegio fori, ita vt non possint declinare iurisdictionem iudicis sæcularis, ex dicto decreto Concilij, non tamen impeditur Episcopus, quin possit contra eos delinquentes procedere, & punire, vt S. Cong. censuit super dicto ca. 6. his verbis: *Licet autem huiusmodi clerici in minoribus forum iudicis sæcularis, seu laici declinare nō possint ex hoc decreto, tamen Congregatio respondit istud decretū non obstare Episcopo, quo minus iure suo in huiusmodi clericos delinquentes, si adhuc clerici permanent, possit animaduertere.*

17 Cuius declarationis verba ibi † *si adhuc clerici permanent*, faciunt difficultatem, videntur enim insinuare, quod isti clerici possunt renuntiare clericatum contra declarationem supra adductam numero 5.

18 Sed respondetur illa verba † esse posita ad excludendos clericos, qui facti sunt bigami, qui omni priuilegio clericali sunt nudati *cap. primo de bigamis, in sexto*, & etiam ad excludend. clericos coniugatos, in quibus non concurrunt requisita *cap. primo de clericis coniugatis in 6. & Concilio ibi versi. in clericis vero coniugatis*, nam isti non censentur clerici, vt tanquam tales possint ab Episcopo iure suo puniri, cum nec etiam priuilegium canonis, *si quis suadente diabolo 17. q. 4. retineant, vt per Tho. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 46.*

19 Præterea, quamuis clerici primæ tonsuræ, seu minorum † ordinum non habentes beneficium, aut alias qualitates, de quibus ibi, priuentur fori priuilegio, ex d. decreto Concilij, nō tamē sunt priuati priuilegio d. canonis, si quis suadente diabolo, *vt S. Congreg. Concilij censuit super d. cap. 6.* suis verbis: *Clerici, qui in hoc decreto Concilij priuilegio fori priuantur, priuilegio tamen canonis non intelliguntur priuati. Gonçalez 5. à nu. 7.*

20 Vnde conuincitur sententia † Felician. de Solis, de censibus libro 2. cap. vltimo, numero 14. existimantis clericum in minoribus non habentem Ecclesiasticum beneficium iure nouissimo Concilij, non gaudere priuilegio canonis, quem post hæc impugnat Gonçalez ibi dicens, idem sentire Emanuel Rodriguez *in sum. 1. tom. capit. 80. numero 17.* qui reuera id non sentit, sed potius tenet nostram sententiam.

CAP. III.

De immunitate & exemptione à gabellis, exactionibus & tributis.

SVMMARIA.

Clerici, etiam primæ tonsuræ, non coniugati sunt exēpti de iure communi à gabellis, & tributis, licet non habeant beneficium, n. 1. secus ex l. regia, numer. 2. qua stante ista vtilitas ex beneficio proueniens exemptio à tributis, n. 3.

Cum lex regia requirat, quod actualiter habeat beneficium, non sufficit collatio sine possessione, nu. 4.

Lex regia magnam patitur difficultatem, quatenus non habentes beneficium astringit ad solutionem gabellarū contra ius canonicum, n. 5. nam ius canonicum generaliter loquitur de clericis, n. 6.

Consuetudo contra libertatem, & immunitatem Eccles. non valet, nec ante illam legem constat fuisse talem consuetudinem, vt in ea fundetur n. 7. 8. & 9. nec consuetudo subsecuta releuat, n. 10.

Clerici beneficiati, seu alias gaudentes priuilegio immunitatis, & exemptionis, sunt exempti, etiam quoad exactiones, pro necessitatibus, & vtilitatibus publicis, & communibus, n. 11. cum seqq.

In Concilio Lateranen. vlt. non innouatur excommunicatio contra Ecclesiasticos soluentes posita per Bonifacium 8. nu. 16. & 17. nec innouatur decretum Bonifacij per Bullam cœnæ capit. 18. numero 18. cum sequentibus.

Quamuis de iure communi, communis sententia sit, † quod clerici etiam p. tonsuræ seu mino- 1
rum ordinum non coniugati, sunt immunes, & exempti à gabellis, exactionibus, & tributis, & aliis oneribus huiusmodi, licet non habeant beneficium. *Bertach. de Gabellis 7. part. numer. 12. Guido Papa decis. 385. Remigius de Gonni, de charitatiuo subsidio. qu. 64. & 65. Couarr. quæst. pract. c. 31. num. 9. Auendanno de exequend. mandatis 2. part. c. 14. nu. 30. Matienço in l. 11. tit. 10. lib. 5. recopilatio. gl. 1. nu. 4. Ioan. Medina, C. de restitutione q. 15. in princip. & Molina de iust. tomo 3. disputatione 671. n. 5. cum aliis.* & probatur *in c. non minus, & cap. aduersus de immunitate Ecclesiarum, & cap. quamquam, de censibus in 6. & in l. 13. tit. 3. lib. 1. & l. 22. tit. 4. lib. 4. ordinamēnti*; tamen hodie ex *l. 2. tit. 4. lib. 1. recopilat.* † non sunt exempti à prædictis, 2
sed contribuere debent, sicut laici, nisi actualiter habuerint beneficium Ecclesiasticum, & tradunt Matienço supra Olanus *in concordia, & differentia iuris communis, & regij litera C. n. 21.* Parladorus *rerum quotidianarum 1. p. c. 3. n. 16.* Azeuedo *in d. l. 2. & in l. 6. ti. 18. lib. 9. recopilationis.* Lassarte *de decima venditionis, c. 19. à n. 18.* & Gironda *de Gabellis 7. p. n. 7.* Humada ad Gregorium Lopez *in l. 49. gl. 3. n. 4. & in l. 54. gl. 2. à n. 10. ti. 6. p. 1.* Ioan. Gutierrez pract. quæst. *lib. 1. q. 8.* Segura de Aualos *in directorio iudicum Eccles. fori 1. p. c. 31. n. 7.* Solis de censibus *lib. 2. ca. vlt. n. 13.* Flores *q. 21. n. 199.* & Molina supra qui idem ait statutum esse in Lusitania. Vnde stante illa l. ista est alia vtilitas ex beneficio prouenient, nempe † immunitas, & 3
exemptio à gabellis, exactionibus, & tributis, & aliis oneribus huiusmodi, circa quod vide dicta *supra 1. part. c. 5. n. 74.*

Sed cum lex expresse requirat, quod actualiter
† habeat beneficium Eccles. non sufficit collatio si- 4
ne possessione, secundum Lassarte, *num. 23. & Flores supra.*

Sed certe illa lex magnam patitur † difficulta- 5
tem, quatenus prædictos clericos, non habentes beneficium astringit ad solutionem gabellarum, & tributorum, maxime eos, qui gaudent priuilegio fori *iux. d. decretum Concilij sess. 13. de reform. capit. 6.* nam videtur clare aduersari iuri can. vbi sup. quod eximit ab eis clericos, & personas Ecclesiasticas, quales sine dubio vere sunt clerici primæ tonsuræ, vel minorum ordinum. Remigius de Gonni, & Io. Medina supra, quicquid dicant Lassarte, *numer. 21.* & Ioannes Gutierrez, *vbi supra*, & Angles *in floribus theolog. quæstio. de restitutione vectigalium quinta diffic.* & Ludou. Lopez *instruct. conscientiæ primo tom. capit. 19.*

191. & tanquam tales gaudent priuilegio canonis, & alias illo non gauderent, vt est notorium, & sic videntur intrare notata *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitutione.* & Concilium solum restringit priuilegium fori, non autem cætera priuilegia.

6 Nec potest dici, vt ait Io. Gutierr. † ibi in fi. quod ius canonicum id expressim non vetat in clericis primæ tonsuræ, nam ius canonicum generaliter loquitur de clericis, & personis Ecclesiasticis, & expressum dicitur, quod sub generalitate continetur. Caputaquen. *dec. 196. n. 1. part. 2.*

7 Nec cessat difficultas dicendo, † quod illa lex fundata sit in antiquo Hispaniæ vsu, & consuetudine, quæ, vt inquit Couarr. supra potest multum in his immunitatibus, vt dicunt Lassarte d. num. 21. Ioan. Gutierrez, & Molina supra, nam consuetudo contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam, non valet. *auth. Cassa & irrita. C. de S.S. Ecclesiis, & d. cap.*

8 † *quamquam cum aliis*, & tradit Molina *supra disputat. 672. num. 6.*

9 Maxime, quia ante illam l. non constat † fuisse talem consuetudinem, nec lex in eo fundatur, nec vllum verbum de eo, imo verisimilius est, non fuisse talem consuetudinem stantibus d. legibus ordinamenti in contrarium.

10 Consuetudo autem, & praxis † subsequuta, quæ d. legem recipit, vt inquiunt Azeuedo. Lassarte, n. 19. Segura, & alij sup. minus videtur posse releuare, cum sit fundata in ipsa lege, quæ si non valet, tāquam contra libertatem & immunitatem Ecclesiarum, nec etiam consuetudo recipiens.

11 Sed quicquid sit de hoc dicendum est † clericos beneficiatos, seu alias gaudentes dict. priuilegio immunitatis, & exemptionis, esse exemptos etiam quoad exactiones pro necessitatibus, & vtilitatibus publicis, & communibus non obstantibus legibus ci-
12 uilibus, & regijs contrarium disponentibus, † nam
iure can. cui in hoc omnino standum est, ita clare disponitur, *vt in d. c. non minus, & c. aduersus, de immunitate Ecclesiarum*, quæ de exactionibus pro vtilitatibus, & necessitatibus communibus expresse loquuntur, & eorum forma seruanda est, alias imponentes incurrunt excommunicationem, *de qua ibi, & innouatur in Concilio Lateran. vlt. sub Leone. 10. sess. 9. de reform. curiæ, & aliarum. §. & cum & in bulla cœnæ domini, c. 18.* vbi excommunicantur imponentes, & exigentes huiusmodi collectas, & alia onera sine Romani Pontificis speciali, & expressa licentia.

13 Et hanc sententiam contra legistas † tenent Io. And. & Abb. *à n. 18. & alij in d. c. non minus. idem Abb. cons. 3. l. 2. Hostiensis summa tit. de immunitate, §. à quibus versic. ad extraordinaria. Bartol. & Paulus in cap. aduersus … C. de S.S. Ecclesijs. lex … placet. Cod. eodem num. 14. & 17. in 1. lectura, & in 2. numero 20. Beroius consil. 31. vol. 1. Gregorius Lopez in l. 54. tit. 6. par. 1. vers. en la calidad, Ioan. Gutierrez pract. quæst. lib. 1. quæst. 3. & D. Sahagun. in cap. 3. de iudicijs ex nu. 25. ad 38. Angelus in summ. vers. immunitas. § 57. Syluest. eod. vers. 1. n. 20. Molina, d. disputatione 672. num. 4. & 5. Eman. Rodriguez in addit. ad explicationem bullæ cruciatæ. §. 9. n. 72. & Cardin. Toletus in summ. lib. 1. cap. 29. in Romana editione.*

14 Et tenuit Rota in vna Valentina † de anno 1596. coram Illustrissimo Pamphilio, nempe, *quod clerici non tenentur ad gabellam impositam à laicis pro reparatione murorum, pontium, viarum, nisi fuerit de licen-*
15 *tia Papæ ex dictis*, † in qua etiam 4. Decemb. 1595 & 19. Ian. 1596. coram eodem fuit resolutum, *inhibendum esse …, & aliis litis consortibus, ne lite pendente exigant ab Ecclesiasticis dictas gabellas, cum habeant suam intentionem fundatam.*

Aduerte tamen contra Eman. Rodriguez supra num. 64. † quod in dict. Concilio Lateranen. vlti- 16
mo non innouatur excomun. contra Ecclesiasticos prædicta soluentes posita per Bonifacium octauum *in cap. clericis de immunitate Ecclesiarum in sexto*, alias reuocata per clementinam vnicam eod. titul. sed tantum innouatur excommun. posita contra prælatos absque Romani Pontificis expressa licentia vltro consentientes, nec verbum de Ecclesiasticis soluentibus, & ideo non est † necesse confugere ad e- 17
uasiones, de quibus ibi per eum, & cessat difficultas de verbis bullæ cœnæ, quæ alias non bene tollebatur per eum.

Nec rursus innouatur decretum † Bonifacij *in* 18
d. c. clericis, per bullam cœnæ d. cap. 18. in fin. nam omissa solutione Cardinalis Toleti. *dict. lib. 1. cap. 29. vers. postremo.* dicentis, ibi non innouari canones, nisi quantum ad prædicta in illa excommunicatione, in qua non comprehenduntur soluentes, dicendum est, ibi solum innouari decreta, per sacros canones
† in Lateranen. nouissimo, & alijs Concilijs gene- 19
ralibus edita, & dict. cap. clericis. non est Concilij generalis. 2. ibi non innouari decreta alias correcta,
† & reuocata, & sublata, *vt in finali dicetur infra c. 5.* 20
huius partis à n. 27. ex sententia S. Cong. Concilij.

CAP. IV.

De subiectione quoad ordines ratione beneficij.

SVMMARIA.

Ratione beneficij potest quis ordinari ab Episcopo beneficij, seu de eius lic. num. 1. & si in diuersis diœcesibus habet beneficia, poterit à pluribus Episcopis ratione beneficij ordinari, præter Episcopum originis, & domicilij, n. 2.

Id procedit, etiamsi beneficium sit manuale, vel ad nutum amouibile, n. 3.

Non potest quis ordinari ratione præbendæ temporalis, quam habet ratione lecturæ, n. 4. licet possit ei ordinari ratione domicilij ibi contracti, n. 5.

Non potest quis ordinari ratione capellaniæ non collatiuæ, etiam perpetuæ, num. 6. nec ratione pensionis, numer. 7.

Potest quis ordinari ratione beneficij, etiam tenuis, licet non ad titulum illius, n. 8.

Potest quis ordinari ratione beneficij, etiam non requirentis residentiam, nec in eo resident.

Potest etiam ordinari ratione beneficij, quod habet quis in commendam, si est ad vtilitatem eius, maxime perpetuam, licet secus de commenda temporali ad vtilitatem Ecclesiæ, n. 10. & 11.

Potest quis ordinari ratione beneficij, siue propter illud ordinem recipiat, siue non, & etiam non habeat talem ordinem annexum, n. 12. & 13.

Episcopus beneficij non solum potest eum ordinare, sed etiam dispensare in interstitiis, & illegitimitate ad minores ordines, n. 14.

Episcopus, in cuius diœcesi est beneficium, potest ordinare, etiamsi beneficium esset subiectum alteri Episcopo, quoad prouisionem, non quoad iura Episcopalia, num. 15.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ad illum effectum videtur requiri possessionem bene fic, & non sufficere solam collationem, seu titulum, num. 16. & sola possessio sufficere videtur sine titulo iusto, n. 17.

1 COnsequitur etiam quis † ex beneficio, quod possit ad ordines promoueri ab Episcopo, in cuius diœcesi est beneficium, seu ab alio de eius licentia, licet alias ei nullo modo subditus sit. *cap. cum nullus*
2 *de temporibus ordinationum* † *in sexto.* Vnde si in diuersis diœcesibus habet beneficia poterit a pluribus Episcopis ratione beneficij ordinari, præter Episcopum originis, vel domicilij, a quo etiam poterit ordinari. *d. cap. cum nullus, etiam ad titulum benefi-*
3 *cij existentis in alia diœcesi*, † quod ampliatur 1. vt procedat, etiamsi beneficium sit manuale, seu ad nutum amouibile, nam licet tunc non possit ordinari ad titulum illius, *vt docet ... numer.* 83. tamen poterit ratione illius, non ad titulum, si opus fuerit, ordinari ab Episcopo, in cuius diœcesi est beneficium, vt docent *Domin. n. & Franciscus num. 3. in d. c. cum nullus.* Et Rebuff. *in praxi tit. de clericis, & a quibus, n. 21.*

4 Non tamen posset quis ordinari † ratione præbendæ temporalis, quam quis verbi gratia habet ratione lecturæ, *vt in cap. quia nonnulli, de magistris, seu alias*, nam ista non est beneficium Ecclesiasticum, vt requiritur, & ita tenent gloss. *verb. Ecclesiasticum*, Archid. & Domin. *num. 7. in d. c. cum nullus*, & Rebuffus, *num. 20. vbi supra, licet Franciscus d. num. 3. videatur*
5 *dicere contrarium*, † verum habens talem præbendam
6 temporalem ratione lecturæ, vel alias † posset ibi ordinari ratione domicilij ibi contracti, quia est animo permanendi, seu constituendi domicilium. *Rebuff. 3. num. 23.* qui ait, quod bene potest tonsuram concedere Episcopus conciliarijs, & alijs habentibus officium perpetuum in diœcesi, vel quasi perpetuum, quia ibi censentur habere domicilium Bart. *& alij in l. nisi ad municip.*

7 Et similiter non poterit quis ordinari † ratione capellaniæ non collatiuæ, etiam perpetuæ, quia non est beneficium, *vt dictum est d. 12. primæ p. a num. 98.*
8 † nec etiam ratione pensionis, cum non sit beneficium *vt late dictum est 1. p. c. 5.*

9 Secundo ampliatur, vt procedat † etiamsi beneficium sit tenue, nam quamuis non possit ordinari ad titulum illius, *vt in Concil. Trid. sess. 21 de reform. c. 2. & dicetur infra*, tamen ratione illius poterit ordinari ab Episcopo beneficij. Tertio ampliatur, vt pro-
10 cedat, etiamsi beneficium non † requirat residentiam, nec in illo resideat, nec in illius diœcesi, & sic non eximatur a iurisdictione primi Episcopi, cum textus ille simpliciter loquatur de beneficio. *Ioannes Andreas ibi, & Domin. num. 8. & Francus d. num. 3.*

11 Quarto ampliatur, vt procedat, etiamsi † non habeat beneficium in titulum, sed in commendam, si est ad vtilitatem commendatarij, maxime perpetuam, quia ista reputatur titulus canonicus, seu habet vim tituli, *vt dicetur infra, 4. part. cap. 4. & quod dicit*
12 *Francus d. num. 3.* quod † non videtur, quod sufficiat habere beneficium in commendam, quia commenda non est proprius titulus, *secundum notata in cap. nemo. de electione in 6.* accipiendum est de commenda temporali, ad vtilitatem Ecclesiæ, vt in terminis, *d. c. nemo*, quæ non est titulus canonicus, nec habet vim tituli, *vt in d. c. 4. 4. part. & ita ait Rebuffus sup. n. 21.*

14 Quinto ampliatur, vt procedat, siue istud sit † beneficium, propter quod ordinem recipit, siue non: cum generaliter, & non distinguendo loquatur ille text. *vt dicit d. gloss. ver. Ecclesiasticum.*

Vnde, si beneficium haberet certum ordinem † annexum, puta Subdiaconatum, vel Diaconatum, 14
poterit ratione talis beneficij ordinari ab illo Episcopo etiam ad alios ordines, *vt docent Domin. n. 9. & Francus d. c. 3. contra Paulum, ibi.*

Sexto ampliatur, † vt non solum possit eum ordinare Episcopus beneficij, sed etiam cum eo dispensare in interstitiis, & etiã in illegitimitate ad minores ordines, nam, cum ratione beneficij sit subditus illius, quoad ordines, est etiam subditus, quoad omnia concernentia ordines, & illis annexa *ad l. 1. ff. de iurisdictione omnium iudicum*, quamuis secus sit in familiari Episcopi, *vt dicemus capite sequenti, a numer. 86.* 15

Aduertendum tamen est, quod Episcopus, † in cuius diœcesi est beneficium, poterit ordinare, vel dare literas dimissorias, etiamsi beneficium esset subiectum alteri Episcopo, quoad prouisionem, id est, etiamsi spectaret ad prouisionem alterius Episcopi, sed si esset alteri subiectum, quoad iura Episcopalia, tunc ille haberet id facere, quia tunc in illius diœcesi esse videtur, *Domin. n. 5. & Francus, 3. in d. c. cum nullus.* 16

Secundo aduertendum est, quod ad istum † effectum videtur requiri possessionem beneficij, & non sufficere solam collationem, seu titulum, ad hoc enim, vt efficiatur de eius foro, necessarium videtur, quod habeat beneficium cum effectu. 17

Imo, & sola possessio sine titulo iusto sufficere † videtur ad hunc effectum, per illam enim videtur effici de foro illius Episcopi. 18

CAP. V.

De titulo ad ordines.

SVMAARIA.

SEruit beneficium de titulo ad ordines, ad quos (præsertim sacros) non potest quis promoueri sine titul. num. 1.

An requiratur titulus etiam, ad minores ordines, & primam tonsuram, numer. 2. de iure antiquo, etiam ad minores requiritur, numer. 3. sed contrarium de consuetudine seruatur, numer. 4. quod videtur approbare Concilium, numer. 5. nec in hoc est aliquid innouatum per constitutionem. 19. Sixti V. numer. 6.

An titulus ad ordines requiratur tantum in clericis secularibus, an etiam in regularibus, n. 7.

Concilium solum loquitur de clericis secularibus, & similiter constitutio Sixti V. num. 8.

Religiosi Societatis Iesu, qui emiserunt tria vota non solemnia, non comprehendebantur sub decreto Concilij, n. 9. Sed Pius V. illud extendit ad regulares non professos, n. 10. declaratio S. Cong. n. 11.

Constitutio Pij V. habet locum, tam in non professis, quam in nulliter professis, num. 12. & decis. Rotæ a d. constitution. Pij V. Gregorius XIII. exemit religiosos Societatis Iesu, & confirmauit Gregorius XIV. num. 13. & 14.

Quas pœnas incurrat promotus sine titulo, & quæ pœnæ innouentur per Concilium, n. 15.

De iure antiquissimo ordinatus sine titulo incurrebat ipso iure suspensionem, num. 16. etiam sine peccato, secundum

quod ait Suarez, quod tamen non videtur certum, numer. 17.

Illa pœna suspensionis fuit mutata per Innoc. III. & etiam in Alexand. III. in hanc, quod ordinator, vel successor compellatur ordinato in necessariis prouidere, num. 18. & 19.

An d. pœna suspensionis remaneat incorrecta, quando solus ordinatus fuit in culpa, nu. 20. cum seqq. & n. 21. ponitur opinio affirmatiua, n. 22. opinio negatiua, quæ approbatur, & d. suspensionem esse sublatam omnino.

Quæ pœnæ innouentur per Concilium, nu. 23. cum seqq. vbi referuntur opiniones Doctorum, & resoluitur solum esse innouatam d. pœnam Innoc. 3. c. cum secundum Apostolum.

Pœna cap. penul. & cap. per tuas, de simonia, non procedit hoc proposito, n. 3.

Pœna d. c. cum secundum Apostolum, habet locum in Episcopo ordinante aliquem, siue titulo sciente, vel debente scire, cum non habere titulum, nu. 32. non tamen, quando non fuit in culpa, n. 33.

Ex constitutione Sixti V. clerici promoti sine titulo, sunt ipso iure suspensi, numero 34. cuius suspensionis absolutio reseruatur Papæ, ab illa nemo, nisi per iubilea, indulgentias, aut cruciatam absolui possunt, numero 35.

Papa non solet reseruare, nisi ratione censuræ, seu absolutionem censuræ, non vero absolutionem a peccato, n. 36. sed in d. constitutione videtur vtrumque reseruari, numer. 37.

An possit ab illa suspensione, & excessu absolui per Bullam Cruciatæ posterioris, num. 38. cum seqq. resoluitur non posse per Bullam postea publicatam, antea tamen concessam, bene tamen per Bullam postea concessam.

Consilium Butrij secundum, quod Rota sequitur, procedit non solum in lege, & gratia Motu proprio, sed etiam in concessa ad postulationem partis, numero 47.

An virtute Cruciatæ possit quis absolui per confessarium a suspensione incursa propter ordines male susceptos, & ante ætatem, num. 47. cum seqq. resoluitur posse, licet absolutus non possit celebrare ante completam ætatem.

Confessarius virtute Bullæ non potest absoluere a censuris extra confessionem, quia non adest clausula eorum confessionibus auditis, aut in foro conscientiæ, numer. 53. & 54.

Absolutio a censuris virtute Bullæ, aut Iubilei, nisi ea vtatur in foro conscientiæ, tamen suffragari valet pro foro exteriori, quando facta est satisfactio parti, contra aliquos, n. 55. cum seqq.

Commissarius Cruciatæ non potest dispensare in irregularitate propter ordinum malam susceptionem contracta, vt in clausula posita, quæ non agit de suspensione, numer. 59.

An breuia seu priuilegia religiosorum, quod eorum fratres non possint vti Bulla Cruciatæ, seu aliis priuilegiis, quæ ad indultum eligendi confessorem, derogentur per sequentes Bullas, & clausulas derogatorias ibi positas, nu. 60. cum sequentibus, resoluitur non derogari, & esse firma.

Constit. Sixti V. contra clericos male promotos est reducta per Clement. VIII. ad terminos sacrorum canonum, & Concilii Trident. numero 70. Sicut aliæ constitutiones eiusdem Sixti sunt modificatæ, nume. 71. & sic cessat suspensio ibi posita contra ordinatos sine titulo, & standum erit Concilio & declarationibus S. Cong. num. 72.

De iure antiquo Episcopus poterat clericos promouere ad plures titulos, n. 73. hodie vero non, nisi ad titulum beneficij, & etiam patrimonii, vel pensionis pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum, quæ tamen regulariter adest, n. 74. & 75. declaratio S. Congreg. n. 76.

Habens patrimonium potest promoueri, licet expresse non assignetur in titulum, quia succedit loco tituli, numero 77.

Si quis habet plura bona, seu beneficia, & ad titulum aliquorum specialiter ordinatur, illa solum essent titulus, & non alia, n. 78.

Etiam ad titulum donationis potest quis ordinari numero 79.

Familiares triennales Episcoporum, alias sibi non subditi, possunt ab eis ordinari, ad titulum patrimonii, vel pensionis, num. 80. & 81. vbi ponuntur declarationes S. Cong.

Illud triennium sufficit, quod incipiat antequam fuisset Episcopus, n. 83.

Debet Episcopus statim re ipsa beneficium conferre, familiari, quem ordinat ex Concilio, quod habet locum, etiam in minoribus, & prima tonsura, n. 84. & verba illa in intelligitur in continenti, n. 85.

Non potest Episcopus dispensare cum familiari triennali, alias non subdito, super illegitimitate, etiam ad minores, n. 86. nec super interstitiis, nisi pro Ecclesiæ suæ vtilitate, n. 87.

Familiarem habentem ibi beneficium potest Episcopus ratione illius ordinare, tanquam subditum, dispensareque in illegitimitate, & interstitiis, licet non esset triennalis, nec statim ei beneficium conferret, numero 88.

Si quis ordinaretur ad titulum patrimonii, sine vlla necessitate, vel commoditate Ecclesiæ nullam incurreret pœnam, etiam stante constit. Sixti V. contra male promotos, n. 89. & 90.

Hodie non potest quis ordinari ad titulum paternæ hereditatis, sed requiritur, quod vere, & realiter habeat patrimonium, n. 91. & 92.

Ad titulum alieni beneficij, vel stipendij ab Episcopo assignandi non potest hodie quis ordinari, n. 93.

Ita demum potest quis ordinari ad titulum pensionis, seu stipendij a laico assignati, si imponat, & assignet talem pensionem, seu stipendium super certa re fructifera, non alias, n. 94. & 96. sicut posset ordinari ad titulum censuum, quem ipse ordinandus, alias haberet, etiam ad vitam siue redimibilem, n. 95.

Aliquando ob penuriam sacerdotum specialiter concessum est ordinari ad titulum stipendij ab aliquo promissi, numer. 97.

Non potest quis ordinari ad titulum seruitij, in aliqua Ecclesia, cui ascribitur, nec id probat Concilium, c. 16. sess. 23. nam ibi solum agitur de promotis ad titulum patrimonii ascribendis seruitio alicuius Ecclesiæ, nu. 98. & 99. de quo numeris seqq. qua tamen ascriptio non est in vsu, n. 104.

Seminarista potest ordinari ad titulum seruitij beneficij seminario vniti, n. 104.

Patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur debet consistere in re immobili, & fructifera, vel in bonis mobilibus, alias incurreret pœnam, si quæ esset contra ordinatos sine titulo, contra aliquos, n. 105. & 106.

Beneficium, vel patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur debet esse sufficiens ad victum honestum, nu. 107. etiamsi beneficium esset antiquum, n. 108. & etiam de iure antiquo, n. 109.

Potest quis promoueri ad Subdiaconatum, & Diaconatũ

ad titulum beneficij licet non lucretur illius fructus, nisi post Presbyteratum, n.110.

Non potest quis ordinari ad titulum beneficij, quod habet redditus incertos, n.111.

Quod beneficium, aut patrimonium dicatur sufficiens, in proposito relinquitur arbitrio boni viri, nam quantitas non taxatur, n.112. & 113.

Sufficit, quod sit sufficiens ad honestam, & commodam sustentationem cuiuslibet clerici, non attenta qualitate ordinandi contra aliquos, numero 114. cum sequent.

Posse viuere honeste, & posse viuere decenter seu commode, idem sunt, n.118.

Quot annui redditus requirantur, Neapoli, n.119. & in fundis Hieracen. n.120.

Habens beneficium, etiam curatum non sufficiens, non potest, nec tenetur ad eius titulum sacris ordinari, numer. 121.

Sacris ordinati ante Concilium ad titulum non sufficientis beneficij, vel patrimonij, non poterant promoueri ad ordines superiores, nisi adepti essent, vnde sustentari possent, n.122. & 123.

Si quis post Concilium, absque vero titulo, Diaconus, vel Subdiaconus factus est, etiam sublata suspensione, non potest sine vero titulo alium ordinem suscipere, n.124.

Habens beneficium, vel patrimonium insufficiens non potest promoueri, etiamsi cum eo, & punctis, & aliis emolumentis haberet honestum victum, & etiamsi Episcopus obliget se suppleturum, nec etiam, qui ex industria, & officio potest sustentari, quamuis habens beneficium insufficiens de per se, simul tamen patrimonium sufficiens possit ordinari, n.125. & 126. vbi ponitur declaratio S. Cong.

Non potest quis ordinari ad titulum litteraturæ contra aliquos, num. 127. & 128. vbi ponitur declaratio S. Cong. n. 129.

Non potest quis ordinari ad titulum de futuro, & in spe etiam certa, n.130.

Non potest aliquis promoueri ad titulum coadiutoriæ, etiam perpetuæ, cum futura successione, nisi forte ratione illius haberet congruam, n.131. & 132.

1 SEruit etiam beneficium de titulo ad ordines, † ad quos (præsertim sacros) non potest quis promoueri, sine titulo, nè cum ordinis dedecore mendicare, aut aliquem sordidum quæstum exercere cogatur. *cap. Diaconi sunt 93. distinct. cap. neminem cap. sanctorũ. 70. distinct. c. 2. & c. Episcopus cap. cum de præbend. & Con. Trid. sess. 21. de reform. ca. 2. ibidem causa lege canonica.* & per Salcedum in praxi crimin. causa Bernardi Diaz, *cap. 18. nouè addito. n. 3. Vgolinus de irregularitate c. 61. n. 2.*

2 Circa quod dubitatur primo, † an requiratur titulus, etiam ad minores ordines, & primam tonsuram, an vero solum ad maiores, & sacros ordines, in quo respondetur, de iure antiquo, etiam ad minores
3 requiri titulum, † *vt in dict. cap. neminem, & ibi gloss. 1. & dict. cap. 2. de præbend. & ibi etiam gloss. 1. communiter approbata, secundum Imolam, ibi, & glossa etiam prima in dict. cap. Episcopus Nauarr. consil. 14. num. 1. de tempor. ordinationum, Quintanaduennas Ecclesiastican. lib. 3. n. 4. & 17. & Suarez 5. tom. de censuris, disputatione 31. sect. 1. num. 33. quicquid dicat Vgolinus dict. cap. 61. num. 2.*

4 Contrarium tamen de consuetudine seruatur, † vt *per d. gloss. 1. in d. cap. 2.* quæ approbatur ab omnibus communiter, vt testatur Decius ibi *num. 29. & per Nauarr. d. num. 1.* & Flamin. Parisium de resignatione benef. *lib. 2. quæst. 6. numero 4.* Salcedo *dict. cap. 18. n. 5. in nouissima editione.* Quintanaduennas, *1. num. 17. Rotæ decis. 731. n. 13. part. 1. diuersorum.* † *Quod videtur* 5
approbare Concilium Tridentinum d. cap. 2. vbi solum ad sacros ordines requirit titulum, Nauarr. Salcedo, Quintanaduennas, & Vgolin. ibi, & Emanuel Rodriguez *in summ. 2. tom. cap. 15. num. 16.* & P. Ledesma *in sum. 1. parte tit. de Sacramento ordinis, cap. 7. ad fin.* quamuis aliqui Episcopi etiam ad minores, petant titulum, † & quamuis non defuerint, qui dixerint, 6
ex noua constitutione Sixti V. contra clericos male promotos, quæ in Bullario cap. 29. in ordine, & ponitur, & declaratur per Vgualdum, *in sua Candelabro aureo ad finem, 2. part.* & per Zechum *de casibus reseruatis, cap. de suspensione etiam ad minores requiri titulum*, tamen verius est per illam non fuisse in hoc aliquid innouatum, sed referenda erant singula singulis.

Secundo dubitatur, † an titulus ad ordines requi- 7
ratur tantum in clericis sæcularibus, an vero etiam in regularibus & religiosis.

In quo quicquid esset antiquitus, de quo Quin- 8
tanaduen. *supra ex n. 35. ad 65.* dicendum est concilium supra solum loqui de clericis sæcularibus, vt patet ibi, *ne quis deinceps clericus sæcularis*, & similiter d. constitutionem Sixti V. vt ibi, *aut quoad sæculares sine titulo sufficientis beneficij vel patrimonij*, Vgolin. *sup. n. 3.* & Eman. Rodriguez, *quæst. regul. tom. 3. quæst. 23. art. 3.*

Et ita religiosos Societatis Iesu, qui emiserunt tria vota non solemnia, non comprehendi † sub illo 9
decreto recte consuluit Mandos. *consil. 13.* Pius tamen V. in sua constitutione 74. in ordine in Bullario extendit d. decretum Concilij ad clericos regulares,
† seu religiosos non professos, sub pœna suspensio- 10
nis ab exequutione ordinum aliter susceptorum. Et tradunt Mayolus de irregularitate. *libro 4. cap. 15. nu. 1.* Salcedo *num. 2.* Flam. Paris. 19. Quintanaduennas 66. & Vgolin. *n. 3. vbi supra*, Mart. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscopali, curia Neapolitanæ cap. 81. n. 2.* Enriquez *in sum. lib. 15. c. trigesimoseptimo. §. 1. & Suarez supra n. 48.*

Vnde S. Cong. Concilij sic censuit, *nullus clericus* 11
sæcularis, † aut regularis non professus, debet ad sacros ordines promoueri, sine sufficienti titulo ex Bulla Pij V. data anno 4. pridie idus Octob.

Quæ constitutio habet locum, tam in non † pro- 12
fessis, quam in nulliter professis, *secundum Rotam, in vna Vrgellen. Canonicatus, 3. Martij 1595. coram illustrissimo Blanchetto, vt in sequenti decisione, Domini absque vlla controuersia dixerunt, Ferdinãdum per susceptionem ordinum, eo modo, quo illos suscepit contraxisse incapacitatem ad beneficium, constitutio enim Pij V. est clarissima, qua suspenduntur absque aliquo titulo, cõtra formam Concilij Trident.* sess. 21. cap. 2. de reform. *quæ constitutio habet locum, tam in non professis, quam nulliter professis, cum loquatur de his, qui libere, & licite, ad sæculum redire possunt, quare cum Ferdinandus se nulliter professum prætendens, & per consequens potuisse ad sæculum redire, ad titulum paupertatis, vt professus sacros ordines susceperit, fuit suspensus ab exequutione suorum ordinum, & beneficij acquirendi incapax effectus*, cap. cum bona de ætate & qualitate, vbi gloss. & Abb. numero 6. cap. fin. de clerico excommunicato, vbi gloss. c. lator, de excessibus Prælatorũ, *Gemin.* cons. 9. num. 4. & 135. n. 2. *& fuit resolutum coram D. Gipsvan causa Meliten. Abbatiæ 24. Ianuarij* 1590. &

1590. *& cum postea ipse promotus ad Subdiaconatum ordinem abstinuerit, sub prætextu emissæ professionis in Diaconum, & Presbyterũ ordinari, fuit factus irregularis, cum ascendendo ad maiores ministrare dicatur in minoribus, Mayolus de irregularitate*, lib. 1. cap. 2. num. 11. & libro 4. cap. 33. num. 1. cum aliis allegatis in d. Meliten. *& hoc ipsemet Ferdinandus in suo libello porrecto ordinario fatetur, nam dum asserit se non ministrasse in ordine Presbyteratus per hanc exclusionem videtur includere se ministrasse in aliis ordinibus, & ex hac irregularitate nouam contraxit inhabilitatem, ad beneficia. Modernus, de resignatione beneficij*, lib. 5. cap. 6. n. 99. *Nec obstat prætensa dubietas, primo, quia contrarium apparet ex eius confessione in libello, dum asserit se statim post d. professionem nullam, & etiam in ipsa ordinum susceptione, & post, semper reclamasse, ex qua reclamatione probatur ipsum habuisse animum dimittendi habitum, & ad sæculum redeundi, ideo debebat abstinere ab ordinibus suscipien. tanquam vere professus, & Ordinarium non decipere, qui si de tali animo, & statu fuisset informatus, & illum iuxta litterarum sui Superioris tenorem non credidisset, eum ab ordinum susceptione repulisset. Præterea ignorantia crassa ipsum Ferdinandum non excusat, Nauarr.* in Man. cap. 27. num. 241. *præcipue ad effectum acquirendi beneficium, quo sacra sunt probandæ habilitates. Et dato, quod fuisset dubius tutiorem viam debebat eligere, & ab ordinum susceptione abstinere, donec de validitate professionis fuisset iudicatum*, cap. ad audientiam, de homicidio. *Nauarr.* vbi supra n. 284. *& ex his, & aliis, ita fuit decisum.*

13 Sed à dicta constitutione Pij V. † Gregorius XIII. exemit religiosos Societatis Iesu, qui post tria vota simplicia, ante solemnem professionem, possunt sine titulo, ad omnes sacros ordines promoueri de licentia sui præpositi generalis, vt in literis datis 1575. anno primo, quæ habentur in libro literarum Apostolicarum Societatis Iesu, pag. 130. *& tradunt Salcedo, Flam. Parisius Genuen. Enriquez, & Suarez ibi, & Emanuel Rodriguez, d. cap. 15. n. 1. & d. art. 3.*

14 Et ita habetur † in declaratione S. Congregationi, infra adducta, *sub n. 29.* quod etiam confirmauit Greg. XIV. in sua constitutione, qua Societatis institutum, & ratio gubernandi confirmatur, *data anno 1591. 4. Calendas Iulij.*

Tertio dubitatur, † quas pœnas incurrat promo-
15 tus sine titulo, & quæ pœnæ innouantur per Concilium *d. cap. 2. in fin. ibi, antiquorum canonum pœnas super his innouando*, in quo in primis dicendum est de
16 iure antiquissimo ordinatum † sine titulo incurrere ipso iure suspensionem ab exequutione ordinis sic suscepti, *vt in dict. cap. neminem, & d. cap. sanctorum 70. distinct. Mayolus d. lib. 4. c. 15. in princ. Nauarr. d. consil. 14. de tempor. ordinatio. num. 1. & Suarez d. disputat. 31. sect. 1. num. 33.* qui ait, quod quantum ex illis de-
17 cretis colligitur, ita erat imposita † illa suspensio, vt etiamsi quis absque peccato ita ordinaretur ad præceptum (verbi gratia) sui Episcopi, suspensus maneret, in iniuriam ordinantis, vt ibi dicitur, ita vt fuerit Episcopo ablata potestas conferendi exequutionem ordinum, si absque sufficienti titulo ordines conferret. Sed dato, quod non esset peccatum in ordinato, id mihi non videtur certum.

18 Postea vero Innocen. III. *in c. † cum secundum Apostolum, de præbend.* dicit, quod licet prædecessores sui ordinationes eorum, qui sine certo titulo promouentur in iniuriam ordinantium irritas esse voluerint, & inanes, scilicet, quoad exequutionem, *vt in dict. cap. neminem, & cap. sanctorum*, ipse tamen benignius agere cupiens, tam diu per ordinatores, vel successores eorum prouideri vult ordinatis, donec per eos Ecclesiastica beneficia consequantur, vnde Innocen. III. pœnam suspensionis, *de qua in d. c. neminem, & cap. sanctorum*, mutat in hanc, quod ordinator, vel successor compellatur ordinato in necessariis prouidere, donec titulum habeat, quod etiam videtur antea statutum per Alexandrum III. *in cap.* † 19
Episcopus, eod. tit. Quintanaduennas *sup. num. 14. & decimosexto.*

Sed hic se offert difficultas, † an pœna suspensio- 20
nis, de qua *in d. c. neminem, & c. sanctorum*, sit omnino sublata, & d. iura indistincte correcta *per d. cap. cum secundum Apostolum*, an vero adhuc procedant, & remaneant incorrecta, quando solus ordinatus fuit in culpa, quia dixit se habere patrimonium sufficiens, cum non haberet.

In qua difficultate Anton. † de Butrio *in d. cap. 2.* 21
de præbendis, tenet d. iura antiqua remanere incorrecta, quando solus ordinatus fuit in culpa, vt quia dixit se habere patrimonium sufficiens, tunc enim ipso iure est sibi interdicta exequutio, & *dict. c. cum secundum Apostolum*, habere locum, cum ordinator fuit in culpa, & hanc opinionem Anton. de Butrio, ait de iure videri veriorem, Decius *in d. c. 2. num. 30.* & sequuntur Nauarr. *consil. 1. quæst. 16. num. 45. de constitutio. & d. consil. 14. num. 3. & consil. vltimo, num. 1. & 2. de temporibus ordinatio.* dicens, quod illa mutatio, *de qua in d. c. secundum Apostolum*, videtur restringenda ad ordinatum, qui bona fide ab Episcopo sciente, vel debente scire eum non habere titulum, fecit se ordinari, non autem videtur comprehendere illum, qui per mendacia, & fraudem, fingendo titulum, decepit Episcopum, & Iacobus de Graffiis in decisionibus aureis casuum conscientiæ, *libro 2. cap. 97. num. 66.* & Suarez *d. num. 33. & 35. & alii.*

Contrarium tamen tenet Abbas *in dict. c. 2. num.*
3. † ex eo præcipue, quod pœna suspensionis, de qua 22
in dict. cap. neminem, & cap. sanctorum, fuit inducta in odium, & iniuriam ordinantis, vt patet *in d. c. neminem, in fin. & in d. c. cum secundum Apostolum*, vbi id probatur, & sic illa pœna solum procedebat, quando ordinator fuit in culpa, & quia potest dici, quod semper ordinator videtur in culpa, quia debuit discutere, & examinare, an haberet patrimonium sufficiens, *argumento c. innotuit, de electione*, sequuntur Nauar. sibi non constans *consil. 19. num. 2. de temporibus ordinationum*, Enriquez *in summ. lib. 10. cap. 17. §. 3. in glos. litera O. & libro 13. cap. 37. §. 2.* Toletus *in sum. lib. 1. cap. 48. versic. 18. in Romana editione*, Sayrus de censur. *libro 4. cap. 14. num. 16.* & videtur tenere gloss. fin. *in d. cap. 2.* & Vgolinus, *num. 7.* & Genuen. *n. 12.* vbi supra, & est communis, vt per Imolam *in d. c. 2.* & post hæc tenet Gonçalez, *ad reg. de mensib. gloss. 5. §. 10. n. 25.*

Hoc supposito † secundo videndum est, quæ 23
pœnæ innouantur per Concilium, *d. c. 2.* ibi, *antiquorum canonum pœnas super his innouando.*

In quo moderni communiter † videntur tenere 24
Concilium, ibi, innouare pœnam suspensionis, de qua *in d. cap. neminem, & cap. sanctorum*, ita Mayolus *d. cap. 15. in princip.* Salcedo sup. *num. 1.* Espino *de testament. gloss. 18. num. 75.* Zerola *in praxi Episcopali, 1. parte verb. dimissoria. 4. ibi*, vel non possidere patrimonium, *& 2. part. eodem verbo, §. 6. & verbo irregularitas, §. 2.* Emanuel Rodriguez *d. cap. 15. num. 1.* Ortiz Lucius *in sum. resolut. 10. de suspensione nu. 5.* & Thomas Sanchez, *de matrim. lib. 6. disputatione 32. ad fin.*

25 Nauarr. vero d. consi. 1. quaest. 16. de constitution. & † vltim. de tempor. ordinatio. licet obscure loquatur, ait dict. innouationem intelligi de pœna dictorum canonum, neminem, & sanctorum, quando ordinatus fuit in culpa decipiendo ordinatorem, quo casu secundum eum pœna d. canonum non fuit sublata per d. c. cum secundum, & alias habere locum pœnam d. c. cum secundum, sequuntur Vgol. d. n. 7. Eman. Rodriguez supra n. 4. P. Ledes. 9. co. clus. 2. difficultate, & Suarez d. n. 33. & 35.

26 At idem Nauarrus † d. consi. 14. de tempor. ordinatio. num. 4. ait, quicquid alias visum fuerit arbitrari) respondendum dictam innouationem, quam facit Concilium ibi, intelligi, tam de pœna dictorum canonum, neminem & sanctorum, quam d. pœna dict. capit. cum secundum Apostolum, qui omnes canones sunt antiquiores Concilio; de pœna quidem canonum neminem, & sanctorum, quando solus ordinandus est in culpa decipiendo ordinatorem, dicendo, quod habet titulum beneficij, vel patrimonij sufficientem, ita vt tunc ordinatus maneat suspensus iux. canones neminem, & sanctorum, & ordinatus maneat impunitus, de pœna vero cap. cum secundum Apostolum, quando solus ordinans est in culpa, ordinando illum, quem scit vel scire debet non habere vllum titulum, ita vt in isto casu Episcopus teneatur alere ordinatum, qui non manet suspensus, & de vtraque pœna, quando vterque, tam ordinans, quam ordinatus est in culpa, ita vt tunc ordinatus maneat suspensus iux. dicta canones neminem, & sanctorum, & ordinans ei teneatur victum præbere, d. c. cum secundum Apostolum, sequitur Grassius dict. num. 66. & in pusillo iuris, Flam. Parisius supra num. 18.

27 Alij vero tenent per Concilium ibi, solum † esse innouatam pœnam cap. cum secundum Apostolum, & sic ordinatum sine titulo non esse suspensum, nec aliquam pœnam incurrere, sed Episcopum cogendum esse illi prouidere iuxta d. c. cum secundum Apostolum.

Quam sententiam tenent Genuen. d. num. 2. Enriquez, Toletus & Sayrus sup. & Enriquez dict. §. 2. in glo. litera K. ait sic consultos. Couar. & D. Veram, & alios Iurisperitos tenuisse, & videtur tenere Io. Gutierrez pract. quaest. libro 2. quaest. 65. num. 11. versi. nec obstat Aleman ibi, nam intelligi potest de pœna text. in cap. 2. & cap. cum secundum Apostolum, de præbend. Et Cenedo collectanea 33. ad decretales, num. 2. & 6. ad fin. & Viualdus in suo Candelabro aureo 2. part. tit. de suspensione, n. 18. & tenuit Nauarr. d. cons. 19. n. 2 de temporibus ordinationum, & post hac Gonçalez sup. art. n. 22.

28 Et hæc sententia videtur verior supposita † sententia Abbatis, de qua sup. quod pœna suspensionis d. canonum neminem, & sanctorum, erat omnino sublata per d. cap. cum secundum Apostolum, nam intentio Concilij ibi, solum est innouare pœnas antiquorum canonum, qui non erant sublati, & correcti alio canone, vnde antiqua suspensio nouo iure capit. cum secundum Apostolum, sublata non innouatur à Concilio, vt recte Enriquez, dict. §. secundo & Toletus sup.

29 Et ita censuit S. Cong. vt per additionem † Nauar. d. consi. 1. quaest. 16. de constitutio. & Flam. Parisium d. nu. 18. Genuen. & Toletum, & Gonçalez supra, & Viualdum. d. nu. 18. qui ait vidisse declarationem anno 1583. & patet ex declarationibus sequen. super d. 2. Concilium renouauit tantum pœnas, cap. cum secundum. extra de præben. in hoc cap. non pœnas cap. neminem, & in vrbe Romana sic responsum est per S. Congregationem, ordinatus contra formam Lateranensis sine beneficio, aut patrimonio, non est per hoc suspensus, nec aliquam pœnam incurrit, sed cogendus est ordinarius ei prouidere iuxta cap. cum secundum, de præb. qui canon solus, & non alius fuit innouatus à Concilio, per doctrinam Abbatis, clerici tamen regulares (habetur in declaratione sequenti,) qui ante professionem solemnem ad sacros ordines promouentur, ipso facto suspensi sunt, & ita ordinum susceptorum vsu exercendo sunt irregulares, ita Pius V. in extrauag. incipienti, Romanus Pontifex sacrorum, data pridie idus Octobris 1568. anno 3. ab hac Pij constitutione Gregorius XIII. exemit clericos de Societate Iesu, aut potius declarauit in illa constitutione Pij V. eos non comprehendi.

30 Nec valet responsio † Vgolini dict. num. 7. qui dictam declarationem intelligit, vbi culpa ordinatoris fecit, si fraude ductus ipsius ordinati, tunc enim non obligabitur ad eum sustentandum, & in hoc locum habebit opinio Nauarr. & ita etiam eam videtur intelligere Sap. nam quamuis tunc non obligetur ad eum sustentandum, vt dicetur infra n. 33. non tamen habet locum pœna c. neminem, quæ non est innouata per Concilium.

31 Nec potest in proposito adduci text. in c. penult. & cap. per tuas. El tercero, de simonia, quia solum agit de ordinato cum pacto simoniaco, de non petendo prouisionem sibi ab ordinante, vel præsentante ad ordinem, vt recte Enriquez locis citatis, Quintaduenna n. 25. & 26 Toletus versi. 5. & Suarez, n. 35. vbi sup. & tenet Nauarr. consi. 17. de tempor. ordination. & Gonçalez sup. n. 27.

32 Pœna autem d. cap. cum secundum Apostolum, habet locum in Episcopo ordinante aliquem sine titulo, sciente, vel debente scire eum non habere titulum, & sic habet etiam locum, quando ordinandus dixit se habere patrimonium sufficiens, quia Ordinarius debebat diligenter inuestigare, an haberet patrimonium, & clericus non potest huic priuilegio renunciare, Abb. & Imola in d. c. 2. Gambarta de offic. legat. lib. 6. num. 140 Nauarr. d. consi. 1. q. 16. de constitution. & dict. consil. 14. & vltimo. de temporibus ordinatio. Surdus de alimentis. ti. 7. quaest. 37 à numero 40. & titul. 1. quaestione 60. à numero 12. & titulo 3 quaest. 18 num. 32. & Flam. Parisi. & Grassius. vbi sup. quamuis contra teneat Ant. de Butrio, & Decius supra.

33 Non tamen habebit locum, † quando non fuit in culpa Episcopus, qui adhibuit debitam diligentiam, & per fraudem, & falsas probationes fuit deceptus, ne absque culpa puniatur contra cap. 2. de constitutio. ita Nauarr. Haqu. & Genuen. ibi Gonçalez n. 32. facit adhuc cap. si Episcopus, de præben. in 6. de quo Surdus d. q. 37. nu. 51.

34 At ex d. constitutione Sixti V. 29. contra clericos male promotos, clerici sine titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij, promoti ad sacros ordines, sunt ipso iure suspensi ab exequutione ordinum susceptorum. Vt latius in d. constitutione, & ita aduertit Candelabrum aureum in explanatione eiusdem constitutionis notab. 14. quamuis notab. 11. videatur in hoc inaduertenter loqui. & Pet. Ledesma dict. capit. 7. conclusi. 5. & Suarez supra, num. 33. & Gonçalez, supra num. 34.

35 Cuius suspensionis absolutio reseruatur † ibi Papæ, inhibendo, ne per iubilea, indulgentias, aut Bullam Cruciatæ, cum quibusuis amplissimis deroga-

rogatoriis clericis concessa, & concedenda, absolui possit.

36 Non tamen videbatur reseruari ibi absolutio à peccato, quia Papa non solet reseruare, nisi ratione censuræ, seu absolutionem censuræ, vt est notum. Durandus in 4. distin. 17. quaest. vltima. Armilla verb. casus, n. 2. Caiet. eod. verb. Nauarr. in Man. cap. 27. nu. 261. alias 254. Cosmas Philiar. de officio sacerdotis, 1. tom. 2. part. lib. 2. cap. 25. & 26. Candelabrum aureum, de absolutione num. 56 summa Corona, 4. part. cap. 6. de Sacramento pœnitentiæ, nu. 247 dub. Toletus in sum. lib. 1. capit. 41 in Romana editione, & Manuale nouum Toletanum, de administratione Sacramentorum, de Sacramento pœnitentiæ, circa finem, quamuis Palacio in 4. dist. 17. disput. vltim. dicat, Papam directe reseruare culpas.

37 Sed certa verba † dict. constitutionis, & reseruationis sunt multum ampla, & generalia, & videntur vtrumque reseruare, & maxime vrgent illa verba, à reatibus, & excessibus præfatis absolui, præterquam in mortis articulo, quæ necessario videntur intelligenda de peccato, præsertim, quia quod attinet ad suspensionem, non est verisimile Papam ibi permittere facultatem absoluendi ab ea in mortis articulo, non enim est necessaria ea absolutio in illo articulo. Vnde Enriquez in sum. lib. 6. c. 10 §. 3. gl. 11. ait tutius esse vtrumque reseruari.

Circa quam reseruationem se offert difficultas,
38 † an nihilominus posset absolui ab ista suspensione, & excessu per Bullas Cruciatæ posteriores, sicut poterat absolui per aliqua Iubilea posteriora à Greg. XIV. & Clemente VIII concessa, in quibus derogatur huiusmodi constitutionibus.

Et quidem certum videtur non posse absolui per
39 Bullam † Cruciatæ publicatam post d. constitutionem, concessam tamen ante eam, per illam enim, cum sit antea concessa, non potest dici derogari huiusmodi constitutioni, vt per Eman. Rodriguez in addit. explicatione Bullæ ad § 9. n. 57.

Quamuis contrarium videatur tenere Enriquez
40 † d. cap. 10. § 2. in glossa litera K. dicens, ita re consulta explicuisse Commissarium Cruciatæ, posse per Bullam Cruciatæ posteriorem anni 1590. quæ erat concessa, & prorogata per Sixtum Quintum. 17. Octobris 1585 ad aliud sexennium, absolui à casu constitutionis eiusdem Sixti, contra aborsus datæ anno 1588 in qua similis reseruatio habebatur, quia Bulla Cruciatæ habet clausulam generaliter derogatoriam, & ipse Commissarius habet à Papa facultatem interpretandi dubia, & derogandi priuilegiis contrariis. Sed, cum Bulla est antea concessa, parum re-
41 fert clausula † derogatoria in ea posita, quamuis postea publicetur ad l. pacta nouissima, C. de pactis, nec verum est Commissarium habere à Papa facultatem
42 † interpretandi dubia, nam in Bulla, & summario Latino non inuenitur talis facultas, Emanuel Rodriguez dict. numero 57. ad fin. difficultas est an per Bullam Cruciatæ, post d. constitutionem concessam, ma-
44 xime à successore † possit absolui, in qua etiam videbatur respondendum negatiue, nam cum Bulla Cruciatæ sit concessa Regi ad sexennium, & ante finem illius, solet prorogari ad aliud, & sic successiue, Bulla posterior censetur eadem cum prima ad l. sed etsi manente, ff. de precario, atque adeo, sicut non poterat absolui per Bullam Cruciatæ præcedentem d. constitutionem, ita nec per posteriorem. Præterea quicquid dicat Emanuel † Rodriguez, d. n. 57. facultas suspendendi, quæ datur Commissario, non facit ad rem, quia illa non extenditur ad suspendendi constitutiones, sed indulgentias, & facultates.

Nihilominus tamen in proposita difficultate † 45
contrarium videtur verius, nam in prorogatione dicitur, quod etiam de nouo concedit, vt in prorogatione facta à Gregorio XIV. anno 1591. & à Clement. VIII. 9. Febr. 1592. cum clausulis, & derogationibus contentis in aliis literis Greg. XIII. & etiam Pij V. quia vnæ ad alias se referunt, & in literis super concessione Cruciatæ, datis à Pio V. 11. Calendas Iunij 1571. habetur sequens derogatio, non obstantibus quibuscunque decretis, constitutionibus, statutis, consuetudinibus, Bullis, priuilegiis, literis, indulgentiis, Bulla mare magnum nuncupata, & ordinationibus editis, aut approbatis, etiam pluries, non solum ab inferioribus, sed à nobis, & nostris prædecessoribus, cum quibusuis clausulis, derogationibus, ac irritantibus, & ex quacunque causa, & expeditione contra Turcas, & siue per modum vniuersalis legis, siue sub alia forma, & siue in fauorem Ecclesiarum emanauerint, quorum illis omnibus, & singulis, etiam quod de verbo ad verbum debuissent præsentibus inseri habentes, & haberi volentes omnia pro insertis, & expressis de verbo ad verbum, ex certa scientia Motu proprio, & de nostra potestatis plenitudine catenus, quatenus directe, vel indirecte prædictis in toto vel in parte contrariantur, aut aliquod quicquam minimum præiudicium, seu impedimentum afferant, expresse derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Quæ clausula, † & derogatio censetur esse in di- 46
ctis prorogationibus, & nouis concessionibus, cum relatum sit in referente. l. asse toto. ff. de hæredibus instituen. & derogat sufficienter dict. 1. constitutioni ad consilium Butrij 2. quod Rota, & alij sequuntur, † 47
vt infra parte sequent. capit. secundo, numero 305. & procedit non solum in lege, & gratia Motu proprio concessa, sed etiam in rescripto, & gratia concessa ad postulationem partis, vt per citatos ibi, maxime Cassadorum, & Rotam decis. 21. numero primo, parte prima diuersorum. Quamuis contradicat Couarr. ibi citatus in rubrica de testam. 2. par. n. 20. versi. 3. & Anton. Gabriel de clausulis, conclu. 5. numer. 4. & 5.

Nec contra supradictam resolutionem obstat do- 48
ctrina † Eman. Rodriguez in summ. 1. tom. capit. 164. numero 3. & in dict. additio. ad §. 9. numero 59. vbi tenet, quod virtute Cruciatæ non potest quis absolui per confessarium à suspensione incursa propter ordines male susceptos, vt ante ætatem, &c. ex eo, quod nec Commissario generali conceditur talis facultas, vt patet, ex Bulla Latina, & mutat sententiam, quam tenuerat in explicatione Bullæ dict. §. 5. numero 62. cum Medina in summa, libro 1. capitul. 11. §. 8. Sicut etiam Vega in summa, secunda part. capit. 15. casu 10. seu 8. & in Espejo de Curas, capit. 14. numero 41.

Nam verior est prima sententia, quam tenuit † d. 49
numer. 62. cum Medina, quam etiam tenent Ludou. Lopez, instruction. conscientiæ, 1. tomo secunda parte capit. 23. & 31. & alij relati per Enriquez in summa, li. 7. cap. 13. §. 3. in gloss. litera y. qui dicit probabilem in gl. litera z. sequenti, quamuis in text. tenet contrarium, & nouissime loquitur hanc sententiam, Pet. Ledesma in summ. de Sacrament. Ordinis, ca. 7. dub. 5. prima conclusionis.

Et ratio est, nam in Bulla Cruciatæ datur † facul- 50
tas confessario electo, per eam absoluendi à qualibet censura, & suspensio est vere censura, c. quærenti.

de verborum significatione, & est votum.

51 Aiunt tamen dicti Doctores, † quod absolutus à suspensione incursa ob susceptionem ordinum ante ætatem legitimam, non potest adhuc celebrare ante completam ætatem, quod comprobatur *ex c. ante vel non est compos, de temporibus ordinatio.* & quod tradit Suarez, *dict. 5. tomo disputatione 31. sectione 1. numero vigesimotertio.* & declaratione Sanct. Congregationis Concilij, *super capit. sexto, sessione vigesimaquarta, de reformat.* quæ sic ait. *Item Congregatio censuit, si is clericus peruenit iam ad ætatem legitimam, posse Episcopum cum illo dispensare, tam super irregularitate quam suspensione, ex delicto occulto tamen proueniente, quia se fecit promoueri, non in ætate legitima, si nondum ad ætatem legitimam peruenerit clericus, Episcopum non posse, sed petendam absolutionem à Sede Apostolica.*

52 Nec prædictæ sententiæ obstat dict. † argumentum desumptum ex Bulla Latina, cui respondet P. Ledesma, quod non dari talem facultatem Commissario non arguit, nec conuincit quin eam habeant confessarij, & rationem differentiæ esse quod Commissarius procedit in foro exteriori, & non vult Papa, quod habeat istam authoritatem in tali foro. At confessarius procedit in foro conscientiæ, & in ordine ad confessionem, & non est inconueniens, quod confessarius habeat istam authoritatem in tali foro.

53 Sed ista responsio non † omnino satisfacit, nam verius est posse confessarium virtute Bullæ absoluere à censuris, extra confessionem, vt per Enriquez *libro septimo, cap. decimotertio, §. secunda.* & Emanuel Rodriguez, *in dict. addition. ad §. non numero 47. & 59. & §. decimotertio, numero quarto, & quastion. regul. 1. tomo, quastion. 20. articul. septimo, & quastion. 61. articulo septimo, & ipsum Ledesma, de excommunicatione capit. octauo, contra Nauarr. in Manual. capit. vigesimasexto, numero 31. & consilio 48 numero vndecimo de sententia excommun.* Cordoua in summ. *quastion. 19.* Ludouicus Lopez, *2. tom. 2 parte capit. octauo & 19.* Vegam in summ. *1. part. cap. sexto, casu 49.* Zechum de sacramentis, *de pœnitentia capit. 19. 22. dicto.* *Sorbo in compendio Mendicantium, verbo casus reseruati*, Suarez *dict. 5 tom. disputatione 7 section. 4. num. 35.* & Zerolam in praxi Episcopali, *1. p. verb. absoluti. §. 1. respons. 3.*

54 Quorum opinio vera esset, † si adesset clausula, eorum confessionibus auditis, aut in foro conscientiæ, vt in Iubileis, quæ tamen in Bulla non adest, sed simpliciter datur facultas eligendi confessarium, qui eos possit absoluere à quibusuis peccatis, & censuris.

55 Et insuper verius est absolutionem à censuris † virtute Bullæ, aut Iubilei, nisi in eo dicatur, in foro conscientiæ tantum suffragari, valere pro foro exteriori, quando facta est satisfacta parte, Medina *in summ. lib. 2. cap. 12.* Eman. Rodriguez *in Explicatione Bullæ, §. 9. num. 55. ad fin. & in addition. num. 49. & 51. & in summ. 1. tomo cap. 83. num. 9. & quastion. regul. 1. tom. d. q. 10. art. 6. & dict. quastion. 61. art. 6.* Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 10. §. 4. num. 5* Bobadilla in sua politica, *libro 2. cap. 19. num. 46.* Vega in summ. *1. part. capit. 6. casu 51* & in Espejo de Cusas, *cap. 12. nume. 75.* Sorbo *in d. compendio Mendicantium in resolutio. absolutionum, pag. 57.* & alij relati per Enriquez *dict. §. 2. in gl. litera V.* & accedit decis. Rotæ 573. *libro 3. p. 3. diuersorum.*

56 Pro quo facit declaratio perpetua Pij V. † facta in Iubileo *anni* 1568. relata per Emanuel Rodriguez, Vegam, & Sorbo ibi, & per Ioan. Gutierrez, *canon. q. lib. 1. cap. 2. numero 18.* cui ipse non bene satisfacit, tenens contrarium cum Couarru. *in* † *cap. alma* 57
mater, 1. part. § 12. num. 16. Mar. Ledesma *2. parte 4. q. 26. art. 2.* & Nauarr. *consil. 23. de pœnitentia & remissa. & consil. 11. de sententia excommun. alias consil. 51. & 52. de sententia excommun.* cum quibus etiam tenent Cosmas Philiar. *de officio sacerdotis 1. parte libro 3. cap. 27. ad fin.* Zerola *in d. pr. xi, 1. parte verb. absolutio. §. 2. & parte verb. ordo. §. 4. dicto 5.* Doctor Frechilla, *de excom. art. 1. 4. part. n. 73 dub. & art. 5. n. 2.* Toletus in sum. *lib. 1. cap. 14 versi. 8 & 9.* dicens, hunc esse stylum Romanæ Curiæ, in editione Romana, & Sayrus *de censuris, lib. 2. cap. 20. num. 31.* & sequitur Suarez *dict. disp. 7. sect. 5 num. 21.* quando facultas absoluendi conceditur, solum in ordine ad sacramentalem confessionem.

Et similem declarationem perpetuam fecit † Greg. 58
XIII. in Iubileo *anni* 1572. quam refert D. Penna in directorio Inquisitorum *comment. 25.* quamuis ipse videatur etiam tenere contrarium.

Quare dicto argument. ex † Bulla Latina ego res- 59
pondeo, quod ibi non agitur de suspensione incursa propter ordines male susceptos, sed de irregularitate propter ordinum malam susceptionem contracta, vt qui excommunicatus, seu suspensus ordinatur, &c. Nauarrus *capit. 27. numero 241. sic enim ait.*

Item similiter conceditur facultas d. Commissario dispensandi, & componendi super irregularitate cum iis, qui quibuslibet Ecclesiasticis censuris legati Missas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrauerunt, seu alias illis se immiscuerunt, & super alia quilibet irregularitate, præterquam ratione homicidij voluntarij, aut simoniæ, vel apostasiæ à fide, aut hæresis, vel propter malam ordinum susceptionem contracta.

Ex quibus obiter videbatur, quod breuia, seu pri- 60
uilegia religionum, † quod eorum fratres non possint vti Bulla Cruciata, seu aliis priuilegiis quoad indultum eligendi confessorem, & absolutionem casuum reseruatorum, concessa mendicantibus, & aliis per varios Pontifices, vt per compendium mendicantium, Bernardorum, & Societatis Iesu, verb. absolutio. & Cruciata, & Parasellum, *de priuilegiis Minimorum, cap. 10.* & Sorbo *in dict. compen. mendican. verb. Cruciata*, & Eman Rodriguez, *in d. Explicatione Bullæ, §. 9 num. 24. & quastion. regularium, 1. tom. q. 21 art. 10.* & Enriquez, in summa. *lib. 6. c. 6. §. 9. & c. 16. §. 7. & lib. 7. cap 22* & nouissime quibuscumque Religionibus, per Clem. VIII. 25. Nou. 1599. derogatur per sequentes Bullas, & clausulas derogatorias ibi positas.

Sed nihilominus contrarium † dicendum est, nam 61
illa Breuia non sunt priuilegia contraria Bullæ, sed declaratoria illius, & intentionis Papæ, quod sub indulto eligendi confessorem, non comprehendantur religiosi, vt patet in Breui Pij V. posito per Eman. Rodriguez *in d. Explicatione Bullæ ad fin. & in d. breui Clementis VIII.* in quibus perpetuo declaratur cõcessionem Cruciatæ, & aliorum priuilegiorum, seu indultorum particularium, quæ ab Apostolica Sede concedi solent, quantum ad articulum eligendi confessorem, & absoluendi à casibus reseruatis, cum fratribus, & monialibus ordinis Prædicatorum, & etiam aliorum quorumcunque ordinum, locum minime habere, nec censeri, sed suæ intentionis existere, quod iidem fratres, & moniales, quantum ad sacramentum pœnitentiæ seu confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subiecti sint.

62 Nec facit ad † propositum dicta facultas, quæ datur Commissario suspendendi omnes indulgentias, & facultates, non tamen concessas ordinum mendicantium Superioribus, quoad eorum fratres tantum, quamuis Theologi eam adducant ad resolutionem huius quæstionis, nam dicta Breuia, non possunt dici indulgentiæ, nec facultates, sed potius prohibitiones, seu declarationes. Et prædictam sententiam tenet Mar. Ledesma, *secunda parte, 4.*
63 *quæst. 29. articulo 2.* † collector priuilegiorum *in compendio mendicantium, verb. Cruciata, & verbo absolutio, quoad fratres*, & ibi Cordoua *in annotationibus, & super regul. D. Franc. cap. 7. quæstione 8. pun. secundo, & compendium Bernardorum, verb. Bulla Cruciata*, & Parasellus sup. *& compendium Societatis*, & Sorbo, *verb. Cruciata.*

64 Et ita tenendum est † tanquam certum, maxime stante declaratione S. Congregationis Concilij data Archiepiscopo Valentino, tempore Gregorij XIII. quam ponit, & vidisse ait Eman. Rodriguez, *d. num. 24.* quæ sic se habet, *Cong. Concilij censuit quatenus gratia ex Bulla Cruciata pertinet ad moniales, non posse vigore facultatis in eadem Bulla concessa alias confessarios, præter eos, qui ad audiendas ipsarum monialium confessiones ab Ordinario approbati fuerunt, eligere*, quam etiam ponunt Carb. *sup. & P.* Ledesma *in sum. de pœnitentia, c. 13 dub. 13.*

Quamuis contrarium practicetur, ex sententia
65 † multorum Theologorum, maxime regularium.
Nec iuuat dicere, quod illa Breuia non sint recepta,
66 † nam cum sint declaratoria, quod Papa non intendit illud indultum eligendi confessorem regularibus concedere, nihil refert, quod sint recepta, vel non, nam non receptio non potest facere, quod illud indultum sit concessum, aut extendatur contra inten-
67 tionem concedentis, & † similiter ex quo sunt declaratoria non requiritur, quod sint promulgata, aut intimata solemniter, nec etiam requiritur intimatio d. declarationis S. Cong. quicquid dicat Lud. Lopez *instruct. confe. 2 tom. 2. p. c. 8 pag. 813. vt alias in præfatione dicitur.*

68 Nec promissio Superiorum religionum, † & eorum tacita licentia potest extendere dictum indultum Bullæ, nec potest aliquid operari, cum ipsi id permittant, tanquam concessum à Papa, cum tamen revera non sit, imo nec expressa licentia Prælatorum sati sufficit ex d. Breui Pij V. & Clementis VIII.

69 Nec rursus iuuat dicere, † quod Superiores regionum tacite renuntiarunt dicto priuilegio, nam vt apparet ex dictis Breuibus, non tam est priuilegium, quam declaratio *dict. indulti*, & intentionis
70 concedentis: sed circa *dict. constitutionem* † Sixti V. contra clericos male promotos, aduertendum est iam, quod Clemens VIII. anno incarnationis Dominicæ 1595. pridie Calendas Martij Pontificatus sui anno quinto, qui à Natiuitate Domini est 1596. Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, sua perpetuo valitura constitutione, supradictam constitutionem Sixti V. ad terminos sacrorum Canonum, ac constitutionis Pij Papæ II. quæ incipit. Cum ex sacrorum, & ad dispositionem decretorum S. Concilij Trident. restrinxit, & reduxit, nec non censuras, & pœnas in ead. Sixti constitutione, contra quoscumque, præterquam contra simoniace ordinantes, & ordinatos, inflictas, has enim voluit in suo robore permanere, moderatur, & aboleuit, quam constitutionem Clementis adducit Sayrus de censuris, *libro 4. cap. 17. ad fin.* & Thom. Sanchez de matrimon. *lib. 7. disput. 49 num. 10.* & refert Eman. Rodriguez *quæst. regul. 1. tom. quæst. 10. art. 13* & Suarez *dict. 5. tomo disput. vltima, sect. 3. n. 41. 42. 43. & 64. & sect. 5. n. 6. ad fin.* & post hæc Gonçalez, *glos. 15. num. 128.* quāuis Zerola in praxi, *2. parte verb. ordo. §. 3. & 8. & verb. irregularitas, §. 2.* dicat, quod illa fuit reuocata, & reducta ad terminos iuris per Gregorium XIV.

Quemadmodum Greg. XIV. per suam consti- 71
tutionem datam *anno* 1591. † pridie Calendas Iunij modificat, & moderatus est aliam constitutionem ejusdem Sixti V. contra abortum procurantes, & idem Clemens VIII. per breue datum 2. *April.* 1602. *anno* 11. constitutiones & eiusdem Sixti, de forma, & qualitatibus admittendi religiosos, quoad eam partem, per quam ibi professio nulla declaratur, ad terminos iuris, & sacrorum Canonum reduxit pœnas contra Superiores, qui earundem constitutionum formam non reseruauerint, aut aliter, quouismodo, contrafecerint, in ipsis constitutionibus inflictas saluas relinquendo.

Vnde cessat pœna † suspensionis in d. constitu- 72
tione Sixti contra male promotos, posita contra ordinatos sine titulo, & standum erit in hoc decreto S. Concilij Trid. & declarationibus. S. Congreg. sup. adductis Gonçalez sup.

Quarto dubitatur, † qui titulus requiratur ad 73
sacros ordines, in quo dicendum est, quod de iure antiquo Episcopus poterat clericos promouere ad plures, & diuersos titulos. Primo, ad tit. beneficij, *d. c. neminem, & c. sanctorum 70. dist.* ex quibus Canonibus, vt recte explicat Quintanaduennas *d. lib. 3. ex n. 11. & ex nu. 27.* nemo poterat ordinari nisi ad tit. beneficij, seu certæ Ecclesiæ, vsque ad tempora Alex. III. & Innocen. III quorum sunt *c. Episcopus, & c. suis de præbend.* & de hoc tit. certæ Ecclesiæ ad ordines loquitur Epistola Alex. III. ad Alphonsum Castellæ Regem, quam ponit conciuis noster Gil. Gonçalez portionarius Ecclesiæ Salamantinæ in sua historia de Salamanca, *li. 2. c. 15.* in qua Papa ait quod Petrum Salamantinum Episcopum in sacerdotem, certo sibi in vrbe titulo assignato, promouit, & non loquitur de titul. Cardinalatus, vt male intelligit ille.

Secundo ad titulum proprij patrimonij, vt postea statuerunt Alex III. & Innoc. III. *in d. c. Episcopus, & c. suis*, & consequenter etiam ad titulum pensionis Ecclesiasticæ. Tertio, ad tit. paternæ hæreditatis, *d. c. Episcopus.* Quarto ad tit. alieni beneficij, *c. postulasti de iure patr. c. per tuas. el. 3. & c. pen. de simonia*, vbi Doct. & Abb. *in c. cum secundũ Apostolum, de præbend. n. 11.* Felin. *in c. in nostra, de rescrip. col. 34. n. 51.* Lamber. *de iure patr. lib. 4. q. 5. art. 6.* Quintanad. sup. *à num. 19.* de quo Gamb. *de officio legati lib. 6. ex n. 131.* Quinto ad tit. stipendij ab Episcopo sibi assignandi super fructibus suæ mensæ Episcopalis *ad c. 2. & c. Episcopus de præben. Abb. d. n. 11.* Sexto ad tit. pensionis, seu stipendij à laico in titul. ei assignati super bonis suis, Rota *decis. 11. de præbend. in antiquior. & 59. de rescrip. in antiquis*, Felin. *in c. postulasti, de rescr. n. 8. & in dict. cap. in nostra col. 30.*

Hodie vero ex S. Concilio d. c. 2. non videtur † 74
quis posse promoueri ad sacros ordines, nisi ad tit. beneficij pacifice possessi, & etiam patrimonij, vel

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pensionis Ecclesiasticæ, vbi Episcopus pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum iudicauerit assumendum, quæ tamen necessitas, vel saltem
75 commoditas regulariter adest, præsertim in † personis doctis, & probatæ vitæ, & ideo regulariter potest quis etiam hodie ordinari ad tit. patrimonij, vel pensionis, Flam. Paris. *d. lib. 2. q. 6. n. 8.* & ita practica-
76 tur pro quo conducit sequens declaratio S. Congr. † Concilij, *cum ad patrimonij, vel pensionis Eccles. tit. ordinari non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiarū suarum,* iux. c. 2. sess. 21. *clerici autem absentes, Ecclesiis necessitatem habentibus, aut subuenire, aut vtilitatem aliquam afferre non possunt, quæritur, an huiusmodi clericis literas dimissorias Episcopus concedere possit? Congregatio censuit posse, & ad eum spectare.*

Quod ampliatur primo, quod habens patrimoniū
77 † sufficiens potest promoueri ad sacros ordines, licet expresse non assignetur sibi patrimonium in titulum, nec dicatur ad titulum patrimonij, sed satis est, quod illud habeat, & succedit loco tituli, gloss. *in capit. si Episcopus, verbo titulum. de preben. d. in sexto.* Abba. *in capit. tuis, numero tertio. de prabend.* & Gambarus *dict. lib. 6. numero* 137. & fauet Concilium *dict. capit. 2.*

78 Si tamen aliquis † haberet plura bona, seu beneficia, & ad titulum aliquorum specialiter, seu nominatim ordinaretur, illa solum essent titulus, & non alia.

79 Secundo ampliatur, vt etiam ad titulum † donationis possit quis ordinari, Zechus *de republica Ecclesia. cap. de clericis, sub num. 7. versi. 84.* vt in sequentibus declarationibus S. Congregationis 1. *ad titulum donationis alicuius potest quis ordinari, si ita Episcopus iudicauerit assumendum pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiarum, & si donatio est realiter vera, & non ficta, quæ deinceps alienari non possit, absque Episcopi licentia, donec beneficium sufficiens adeptus fuerit, vel aliunde habeat vnde viuere possit.*

Secunda, *potest aliquis ad sacros ordines promoueri ad titulum bonorum, quæ donantur, si tamen Episcopus iudicauerit eum assumendum pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum donationesque huiusmodi vere, & absque vlla fraude in forma valida fiant de tot bonis, quod promouendo sufficiat ad vitam honeste sustentandam, quæque deinceps nullo modo alienari possint sine licentia Episcopi, donec beneficium sufficiens adipiscatur, vel aliunde habeat, vnde viuere poterit.*

80 Tertio ampliatur, † vt etiam familiares triennales Episcoporum, alias sibi non subditi possunt ab eis ordinari ad titulum patrimonij, vel pensionis, Mart. Anton. Genuen. *dict. capit. 81. numer. 3.* cum Flam. Parisio, *de resignatione benefic. libro quarto, quæstione 2. numero 91. qui ait, quod text. Concilij Tridentin. capit. nono, sessione 23. de reformatione, die 14. Aprilis 1575. per Sanct. Congregationem fuit ampliatus procedere, si familiari dederit sufficiens patrimonium*, & sunt sequentes declarationes eiusdem Sanct. Congregationis.

81 Prima, † *pro necessitate, & commoditate Ecclesiarum ad titulum patrimonij, possunt etiam ordinari familiares triennales Episcoporum,* iuxta formam capituli noni, sess. vigesima tertia. *Sed tamen debent ascribi Ecclesiis, pro quarum necessitate sunt ordinati,* iuxta idem, cap. 16. sess. 23.

Secunda, *Episcopus ordinat familiarem suum, ad titulum pensionis, si pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum iudicat ordinandum.*

Tertia super d. c. 9. † *Familiaris Episcopi, de quo* 82 *hoc decretum loquitur, potest etiam ordinari ad titulum patrimonij si illud sufficiens habuerit, si Episcopus ita iudicauerit pro necessitate, aut commoditate suæ Ecclesiæ, & certæ Ecclesiæ ascribatur, vbi suo munere fungi debeat,* iuxta c. 16. infra hac eadem sess.

Quarta super d. c. 16. ibi, *non ascribatur, quod etiam locum habeat in familiaribus triennalibus Episcoporum, qui ad titulum patrimonij possint promoueri, nam & ipsi debent ascribi alicui Ecclesiæ ordinantis.*

Circa † quod † tamen de ascribendo certæ Eccle- 83 siæ videnda sunt dicta infra, *à n. 98.* & triennium in terminis, *dict. cap. 9.* sufficit, quod incipiat antequam fuisset Episcopus, vt S. Cong. censuit super *d. c. 9.* his verbis, *ex identitate rationis sufficit, quod triennium inceperit, antequam fuisset Episcopus.*

Debebit tamen Episcopus statim re ipsa † benefi- 84 cium illi conferre, *ex d. c. 9.* quod habet locum, etiam in minoribus, & prima tonsura, Nauarr. *consil. 11. de temporibus ordinatio.* Rota *decis. 73. 1. part. 1. diuersor.* Emanuel Rodriguez *in summ. 2. tom. ca. 14. num. 10.* P. Ledesm. *c. 8. 5. concl. & censuit S. Cong. vt in sequenti declaratione super eo. Habet locum hoc decretum, etiam in minoribus ordinibus, vt teneatur Episcopus, etiā conferre beneficium, ac etiam, in prima tonsura.* & illud verbum *statim*, intelligitur, id est, incontinenti, & † abs- 85 que interuallo, Flam. Paris. *d. lib. 4. quæstion. 2. n. 95.* vt in sequenti declaratione, *sup. d. c. 9. ibi statim, incontinenti, & sic censuit Cong. quod Episcopus, qui contulit primam tonsuram familiari suo non subdito, qui tamen per quinquennium secū commoratus est, non dicatur satisfecisse huic decreto per collationem beneficij illi factam infra annum, etiam in vndecimo mense, post d. primam tonsuram.* Refert Flaminius supra *numero 92. dicens, die 21. Maij* 1586. *Congregationem Concilij, ita censuisse.*

Non tamen potest Episcopus dispensare † cum 86 suo familiari triennali, alias non subdito super illegitimitate, etiam ad minores ordines, Nauarrus *consil. 13. de temporibus ordinatio.* & Genuen. *d. c. 81. nu. 3.* Eman. Rodriguez, & P. Ledesma sup. nec super interstitiis, Nauarr. *consil. 12. eod. titul.* & Genuen. † ibi 87 Mandos. & Ledesm. nisi pro Ecclesiæ suæ vtilitate, vt in sequenti declaratione S. Congreg. *Cong. censuit, & declarauit, quod licet Episcopus possit ordinare familiarem suum triennalem, sibi alias non subiectum, & dare illi dimissorias ad ordinandum à quocumque, dispensare tamen non potest super interstitiis, de quibus c. 13. & 14. nisi pro Ecclesiæ suæ vtilitate.* Licet in interstitiis, & quacunque irregularitate posse Episcopū laico familiari dispensare, teneat Thom. Sanch. *lib. 8. disp. 1. n. 25.*

Et ista intellige de familiari non habente † ibi an- 88 tea beneficium, prout loquitur Concilium, nam si haberet beneficium, posset Episcopus ratione illius eum ordinare, tanquam subditum, dispensareque in illegitimitate, & interstitiis, licet non esset triennalis, nec statim ei beneficium conferret, sicut quēlibet alium beneficiatum suæ diœcesis, *iux. capit. cum nullus, de temporibus ordinationum in 6.* & ibi Doctores, & Rebuff. in praxi, *titul. de clericis, & à quibus nu. 24. & quæ diximus cap. præced.* & ita sentit Flam. Paris. *d. lib. 4. quæst. 2. à num. 93.* quicquid Mart. Anto. Genuen *cap. 47. num. 3. difficultat.* Et ita sunt accipienda, quæ tradit Zerola in praxi Episcopali *1. par. verb. ordo. §. 5. 6. & 7.* qui satis confuse, & inuolute loquitur prout solet. † aduertendum est autem, 89 quod si quis ordinaretur ad tit. patrimonij, sine vlla necessitate, vel commoditate Ecclesiæ, contra decre-

tum Concilij *d. cap. secundo.* nullam incurreret pœnam vel suspensionem, etiam stante *d. constitutione* Sixti V. contra male promotos, quoniam in hoc casu, nec Concilium, nec d. constitutio Sixti, vllam
90 pœnam imponunt, nec obstabant illa verba † d. constitutionis, *vel alias male promouerit,* quia non comprehendunt hunc casum supra specificatum *ad l. doli clausula ff. de verborum obliga. & l. sancitio legum ff. de pœnis.*

91 Et in particulari redeundo † ad id vnde digressi fuimus, quod hodie stante dispositione Concilij *d. cap. 2.* non posse quis ordinari ad titulum paternæ hæreditatis, quantumuis pater sit diues, & pauper nō dicatur, qui patrem habet diuitem. Surdus de alimentis, *tit. primo, quæstion. 25. numer. 12. & quæst. 33. n. 30. & quæst. 103. numer. 3. & quæst. 108. numer. 8. & titul. 7. quæst. 37. num. 3.* Molina de iustitia *tomo 1. tractat. 2. disputat. 146. vers. illud præterea,* & Thom. Sanchez de matrim. *d. c. 8. disp. 19. num. 21.* tradit Fla. Parisius *d. lib. secundo quæst. sexta num. vigesimooctauo,* namque requiritur, quod vere, & realiter habeat patrimonium quod sit, vel ex hæreditate patris, vel ei do-
92 natum † à patre, vel alio, vt patet *in d. c. 2.* Concilij ibi, *patrimonium vero, vel pensionem obtinentes,* & ibi *quoque prius perfecte, patrimonium illud, vel pensionem vere ab illis obtineret.* & patet etiam ex declaratione Congregat. infra adducta, *n. 96.*

93 Et, quod ad titulum alieni beneficij, vel † stipendij ab Episcopo assignandi super fructib. suæ mensæ non possit hodie quis ordinari, fuit decisum per S. Congregationem Concilij, vt in declaratione seq. *ante promulgationem Sanct. Concilij Tridentini Episcopus poterat promouere clericos suos ad diuersos titulos, ad tit. beneficij,* cap. sanctorum. 70. distin. *2. ad titulum paternæ hæreditatis,* cap. Episcopus, de præben. in fin. *seu ad titulum proprij patrimonij,* cap. tuis de præben. *3. ad titulum alieni benefic.* cap. postulasti de iure patron. cap. per tuas d. 3. de simonia, & *Felin.* in cap. in nostra de rescrip. col. 54. n. 31. *4. ad titulum stipendij ab Episcopo sibi assignandi super fructibus suæ mensæ Episcopalis* ad c. Episcopus de præbē. *Abb.* in ca. cum secundum. nu. 11. col. 5. *ad titulum pensionis, seu stipendij à laico assignandi, Rota* decis. 11. de præben. in antiquioribus, & 39. de rescrip. in antiquis cum aliis, *quæritur an, cum vrgeat necessitas, vel commoditas Ecclesiarum suarum, poterit ad omnes supradictos titulos clericos promouere? Cong. censuit, quoad tertium, & quartum, non posse, quoad secundum, in terminis tantum, in quibus Concilium loquitur, nempe pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, & dummodo talis laicus sit vere facultatibus idoneus, atque in forma valida obliget se, suosque successores ad præstandum hoc stipendium, & nō alienandum sine licentia Episcopi, illa bona super quibus assignatum erit illud stipendium, hocque obligatio duret, donec ordinatus beneficium sufficiens, seu pensionem aliunde erit adeptus.*

94 Et quamuis in illa declaratione dicatur † posse quem ordinari ad titulum pensionis, seu stipendij à laico assignati, in terminis Concilij, nempe pro necessitate vel vtilitate Ecclesiæ, id tamen ita accipiendum est, si laicus imponat, & assignet talem pensionem, seu stipendium super certa re fructifera ad modum census vitalitij. Tunc enim pensio illa seu ius illam percipiendi, quod potest vocari census, seu annuus redditus, est ius quoddam reale proprium illius, atque adeo, ad tit. proprij patrimonij ordina-
95 tur, sicut posset ordinari ad titulum † census, quem ipse ordinandus alias haberet, siue ad suam vitam, siue perpetuus, etiam redimibilis cum annui redditus inter immobilia computentur, *clem. exiui. §. cumque annui redditus, de verborum significatione,* Tiraq. *de retractu Lignagier. §. 1. gl. 6. ex nu. 4.* Aut Gabr. *de verborum significatione, concl. 8.* & Rodoanus *de rebus Ecclesiæ, non alienan. rub. 13.* Couar. *li. 3. vari. c. 7. nu. 2. versi. 2.* Matienço *in l. 7. tit. 11. li. 5. recopilatio. gl. 1. à n. 18. &* Solis, qui plures citat. de censibus, *l. 1. c. 7. n. 2. & l. 2. c. 3. à nu. 3. & 2. tom. l. 1. c. 1. n. 3.* Quamuis in censu redimibili, quia attento futuro euentu, & redemptionis tempore inter mobilia censeatur, Molin. de Hispan. primog. *l. 1. c. 10. n. 6.* & Licen. Antonius Gomez *de censibus c. 3. n. 4.* adhibenda esset cautio, † 96 vt si redimeretur, pecunia ex iudicis decreto apud idoneas personas deponatur, vt iterum collocetur, vt alias circa maioratus tradit Molina sup. alias enim illud non procedet, vt in declaratione sequenti S. Cong. Concilij, *an per Bullam Sixti V. contra male promotos intelligatur derogatum consuetudini quorundam locorum, vbi propter penuriam sacerdotum, ad sacros ordines promouere solent, qui super alicuius bonis assecurationem habent vitlus, & altarū rerum necessariarum cū cautione certa, sine alio tit. benefic. vel patrimonij, & an in illis incipia laboratibus sufficit ei patrimonium dici poterit, quod habet annuū redditum 25. scutorum, quo ad primum sua sanctitas consulta, non approbat talem consuetudinem, sed vult patrimonium, ad cuius titulum ordinandus promoueri debet, esse rem certam fructiferam, de qua ipse disponere valeat, ac propterea omnino prohibet talem consuetudinis obseruantiam, Quoad secundum vero Ordinarij arbitrio relinquit hoc iudiciū, an tale patrimonium sufficiat, propter diuersitatem locorum, cum in vno sufficiat, quod alibi non erit sufficiens, dummodo animaduertatur bona esse ipsius ordinandi propria, ac ab omni contractuum simulatione, & cæteris, quæ ab amicis, & consanguineis fieri in huiusmodi casibus solent, penitus libera, & aliena.*

Quamuis aliquando ob penuriam sacerdotum, † id 97 specialiter concessum est, vt in declaratione sequenti, *ob penuriam sacerdotum, quandoque concessum est ordinari, sine beneficio, vel patrimonio, dummodo quis spondeat se necessaria ordinandis suppeditaturum.* Et tradit Flam. Paris. *d. lib. 2. q. 6. nu. 11.* & Zechus de republica Eccles. *c. de clericis, sub n. 7. versi. 94.* qui tamen male videtur velle, id posse semper fieri, sine speciali dispensatione Papæ.

Nec poterit quis † ordinari ad titulum seruitij in 98 aliqua Ecclesia, cui ascribatur, vt male aiunt Flam. Paris. sup. *num. 55.* Salcedo *d. cap. 10. num. 9. in nouissima editione,* Zerola in praxi Episcopali, *1. par. verb. dimissoria, §. 4. 1. dub.* & Genuen. *d. cap. 81. sub nu. 2.* & allegant Mayolum, supra *num. 2.* qui tamen id clare non dicit, nec id probat capitulum Concilij *sess. 23. de reformatione* †, nam ibi non agitur de promouendo ad 99 titulū seruitij in aliqua Ecclesia, sed de promotis ad titulum patrimonij ascribendis seruitio alicuius Ecclesiæ, pro cuius necessitate, vel vtilitate promouētur. † Quamuis non potest cogi quis, vt gratis inser- 100 uiat illi Ecclesiæ, pro cuius necessitate, vel vtilitate, seu commoditate assumitur, vt censuit S. Cong. & *ita colligitur, ex sequenti declaratione S. Congregationis super † d. cap. 16. hoc fiat in ipsa promotione, nam* 101 *postea fieri non potest, ordinatus enim ad titulum patrimonij, & nulli Ecclesiæ tempore ordinationis ascriptus, non potest amplius ascribi.* Nec Flamin. ibi refert, ita definisse S. Congreg. † vt ei imponit Salcedo, & Ge- 102 nuen. sup. sed quod ascriptus certe Ecclesiæ à nullo

Episcopo recipiendus est, sine Ordinarij licentia. *Et in declaratione sequenti super dicto cap. 16. decreui iuxta hoc decretum certæ Ecclesiæ ascriptum, à nullo Episcopo recipiendum esse sine Ordinarij licentia, secus si nullum beneficium habeat ad titulum requiratur, si nullius loci sit ascriptus, quia tunc ab omnibus Episcopis recipi potest, & suus Ordinarius dimissorias concedere debet.*

103 Quæ tamen ascriptio alicui Ecclesiæ, † non videtur obseruari, nec esse in vsu, vt videmus, & admonet Quintanadueñas *dict. lib. tertio numer.* [illegible].

104 At seminarista potest ordinari ad titulum † seruitij beneficij seminario vniti, vt S. Congregatio censuit his verbis: *compertum Collegium seminarij non posse ordinari ad titulum seminarij, nisi sit causa seruitij beneficij, quod forsan esset seminario vnitum, potest enim ordinari sub certa assignatione fructuum in seminario facta causa inseruiendi beneficio, cuius seminario, & cui inseruiat, donec aliter prouisum fuerit de congrua sustentatione.* Flam. sup. num. 32. & Salcedo dicto numer. [illegible] Zerola *praxi par. verb. seminarium*, §. 6. & Zech. *de cap. de clericis sæc.* nu. 7. *ver.* & Genuen. *d. c.* 8. *sub* [illegible].

105 Et ex d. decreto Concilij c. 2. & declaratione S. Congregationis supra adducta n. 96. apparet patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, debere consistere in re immobili, & fructifera, & consequenter non posse quem ordinari, ad titulum patrimonij, immobilibus, & alias tanquam ordinatum sine titulo sufficienti, & legitimo incurrere pœnam, si qua esset posita contra ordinatos sine titulo, quamuis contrarium teneant Nauar. *consil. vnic. quæ-*

106 *stione de temporib. † ordinat.* & Zerola *praxi 2. p. verb. dimissoriæ*, §. 8. nempe talem non incurrere ex eo aliquam censuram, curare autem debere, vt quam primum titulus bonorum mobilium conuertatur in bona immobilia ad mentem Concilij Triden. & sequitur Flam. Paris. *supra nu.* 14. & quamuis contrarium sentiant Ludo. Lopez, Man. Rodriguez, & Ledesma infra relati, n. 151.

107 Apparet etiam, *ex d. decreto Concilij, † & declarationibus adductis* beneficium, vel patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, debere esse sufficiens ad victum honestum, Nauar. *consil.* 14. *n.* 2. *& consil.* 23. *de temporibus ordinatis, & de oratione cap.* 21. *n.* 11. Salcedo supra n. 4. & 11. Flam. Paris. n. 15. Enriquez *li.* 10. *c.* 17. §. 3. Man. Rodriguez *2. to. c.* 19. *n.* 3. *&* 6. & P. Ledesma *2. p. c. 7. de Sacramento Ordinis, con.* 5. *&* 7.

108 Quod procedit non solum, † si beneficium sit nouiter erectum, sed etiam si esset antiquum. Candelabrum aureum in d. explanatione constitutionis Sixti V. notab. 11.

109 Quod etiam verum erat de iure antiquo, *c. Episcopus, & c. cum secundum, de præb.* quamuis aliud de iure antiquo in beneficio dicat Nauar. ibi, quem sequitur Man. Rodrig. *sup.* d. *n.* 6. reprehēdit tamen Salcedo *d. n.* 4.

110 Potest tamen quis promoueri † ad sacros Subdiaconatus, & Diaconatus ordines ad titulum beneficij, non obstante, quod non lucretur illius fructus, nisi post susceptum presbyteratus ordinem, vt S. Cong. Concilij censuit, his verbis, *potest Episcopus ordinare subditos suos ad ordines Diaconatus, & Subdiaconatus ad titulum, portionem Ecclesiasticam manuteneant, non obstante, quod non participent de fructibus illarum, nisi post susceptum Presbyteratus Ordinem.*

111 Et beneficium debet habere † redditus certos, nec potest quis ordinari ad tit. beneficij, quod habet redditus incertos, vt ex S. Congregat. tradit Mar. Ant. Genuen. *d. n.* 2. & quod beneficium, † aut patrimonium dicatur sufficiens in proposito, relinquitur arbitrio boni viri, & prudentis Ordinarij, *argu. l. 1. ff. quando minor, ff. de iure deliberan.* vt per Salcedum d. n. 4. Flam. Paris. n. 14. Man. Rodri. n. 9. Vgolin. *d. c.* 61. *de irregul. n.* 6. Zerolam in praxi Episcopali, 1. *par. verb. dimissoriæ*, §. 5. 4. *dubio n.* 2. *p. vol. ver. ad fi.* Genuen. *d. n.* 2. & Ledes. *d. concl.* 7. vt patet ex declaratione adducta, *num.* 96. etiam vt alias S. Cong. censuit, *Quantitas patrimonij, ad quod quis promoueri possit, non taxatur, sed remittitur ad terminos Concilij.* 112

Sufficit tamen, † quod sit sufficiens ad honestam, & commodam sustentationem cuiuslibet clerici, nec opus est attendere ad qualitatem ordinandi, vt nobilitatem, & eorum conditionem, & ius antiquum solum requirit sufficientiam ad honeste viuendum, ita vt non cogatur mendicare. Et ita tenet vt probabilius Paludan. *d. concl.* 7. cum Nauar. *d. c.* 21. *de orat. n.* 12. qui tamen ibi ad non effcit. 113

Quamuis contrarium teneant † Rebuf. *in praxi, tit. de rep. cap. in forma communi, n.* 24. Cabas Pereira *in l. si Curatorem habens, C. de in integrum restit. ver. Iesus, n.* 12. Salcedo *d. n.* 4. Zerola sup. Man. Rodrig. *d. n.* 9. & Candelabrum *d. nu.* 11. dicentes, attendendam esse qualitatem ordinandi, & nobilitatem, &c. Quorū sententia mihi videtur rigida, nec in praxi seruari, nam in proposito nō requiritur, quod possit viuere decenter, iuxta suam qualitatē in particulari, sed iuxta qualitatem clerici. Et sic est accipiendum quod tradit Nauar. *de orat. consil.* 1. *n.* 3. *verf. licet, quod Concilium, &c. n.* 3. *verf. contra tamen, & nu.* 8. *& in miscell.* 17. & Flam. Paris. de resigna. *lib.* 5. *q.* [illegible] *n.* 155. *&* 156. qui dicunt, quod Concilium d. c. 2. dum statuit, ne quis ratione beneficij ad sacros ordines promoueatur, nisi illud sit ad victum honeste sufficiens, non est intelligendum de beneficio quod sufficiat ad viuendū decenter, & commode, iuxta qualitatem personæ, sed de beneficio, quod sufficiat ad viuendum, ita vt non cogatur mendicare, & sic beneficium valoris 30. vel 40. aureorum, & communiter beneficiū 50. aureorū haberi pro sufficienti ad ordinem sacrum, qui tamen male ponit differentiam, † inter posse viuere honeste, & posse viuere decenter, seu cōmode, nā idē sunt, & Conc. d. c. 2. pro eodem sumit tex honeste, & verbum cōmode. Et Mar. An. Genuen. supra † ait Neapoli non ordinari, nisi habentes ad minus annuos redditus ducatorum triginta sex, & in sinodo Placentin. facta sub Episcopo † Vincentio Bonardo, impressa Romæ *anno* 1598. *titulo* 11. *c.* 2. dicitur ad sacros ordines promouendi, oportet vt vel beneficium habeant Ecclesiasticum, vel patrimonium, quorū vtriusque valorum sit ducatorum viginti quinque, & salten realiter, & cum effectu possideant. 114 115 116 117 118 119

Ex quibus infertur primo, quod obtinens beneficium, etiam † curatum non sufficiens ad honestam sustentationem, non potest, nec tenetur ad eius titulum sacris ordinari, vt censuit, S. Cong. Concilij his verbis, *quæritur, an obtinens parrochialem Ecclesiam insufficientem ad victum teneatur promoueri ad sacerdotium infra annum, iuxta c. licet canon. cum Concilium videatur declarasse d. c. licet intelligi de beneficio Ecclesiastico sufficienti ad victum, non prohibeat posse promoueri ad sacros ordines. Cong. censuit non teneri, sed tamen expedire, vt sanctissimus declaret eum debere dimittere, sanctitas sua probauit hanc sententiam, ipse dimittat.* 120

112 Secundo infertur sacris ordinatos † ante Conc. ad titulum non sufficientis beneficij, vel patrimonij, non posse promoueri ad ordines superiores, nisi forte adepti essent vnde congrue sustentari possent, vt censuit S. Cong. Conc. in vna Seguntina his verbis, *quid agendum sit de his, qui aliquos ideo, aut propter eorum sufficientiam, vel Eccles. caliditatem, ad titulum sufficientis patrimonij, vel benefic. ante Sixti constitut. publicationem fuerint ad sacros, non tamen ad Presbyt. ordines promoti, de iam promotis ad titulum non sufficientis patrimonij, vel benef. respondet Cong. non promouendos ad ordines superiores, nisi ea sequuti fuerint, vnde congrue sustentari poterunt.*

113 Et in vna Surrentina, sic responsum est. *Si † quis ante Concilium iam erat Subdiaconus ordinatus absque titulo beneficij, poterit is postea absque titulo promoueri, dummodo saltem patrimonium habeat.* Refert Suarez

114 sup. n. 39. & † dicit idem essesi quis post Concilium, absque vero titulo Diaconus, vel Subdiaconus factus est, nam etiam sublata suspensione non potest, sine vero titulo alium ordinem suscipere.

115 Tertio infertur habentem beneficium, vel † patrimonium insufficiens, non posse promoueri etiamsi cum eo, & pitantiis, & aliis emolumentis, quæ ex exercitio sacrorum ordinum lucrari potest, haberet honestum victum, & etiamsi Episcopus obliget se suppleturum, nec etiam qui ex industria, & honesto officio, vt musicus, vel grammaticus potest sustentari, quamuis habens beneficium insufficiens de per se, iuncto tamen patrimonio, sufficiens possit ordinari, vt per Zerolam, *d. 1. p. verb. dimissoria*, §. 52. *dub.* & Genuen. *d. n.* 2. Et censuit S. Cong. Concilij,

116 in vna Seguntina, his verbis, † *an clericus aliquis idoneus habens beneficium insufficiens de per se, sed iuncto patrimonio habeat quod sufficiat ad honestam vitæ sustentationem, promoueri*, cong. censuit posse Episcopū, iuxta formam c. 2. sess. 21. *non obstante Bulla Sixti Papæ V. quod si cum beneficio, aut patrimonio insufficienti iungantur pitantiæ, eleemosinæ, anniuersaria, confraternitates, & alia emolumenta, quæ ex celebratione Missarum in exercitio sacrorum ordinum, si ad eos promoueantur, percipere, & lucrari possunt, quæ omnia ad victum honeste sufficiant, an poterunt promoueri, etiam si cum beneficio, aut patrimonio insufficienti iungantur pitantiæ, eleemosinæ. Cong. respōdit non posse, an possit promoueri, etiā si nihil prædictorū vel minus sufficiēter haberet, si Episcopus obliget se suppleturū, quod ad alimēta sufficiat, quæque habens, vnde se sustentare possit, etiā si Episcopus obliget se suppleturum alimenta, censuit itemnon posse. Quod si autem habeat, quod ex industria, vel honesto labore lucretur, puta, quod musicus, magister grammaticæ, pictor, aut alterius licitæ professionis, id quod sit sufficiens ad sustētationem vitæ, an possit promoueri, de industria vel honesto labore, censuit item non posse.*

117 Quarto infertur, non posse quem ordinari, ad titulum literaturæ, † quantumcunque sit literis gradu, & Collegio insignis, vt tenent Salcedo, *dict. cap.* 18. *n.* 7. *in nouissima editione*, Genuen. *d. nu.* 2. & Pet. Ledesma *d. c.* 7. *ante vltimam conclusionem*, & ita etiam

118 tenet Manuel Rodriguez supra n. 15. saltem † in Baccalaurio, in Theologia, vel iure canon. qui est bonus Scholaris, & ita censuit S. Cong. vt patet in declaratione sequenti, *in Concilio Vlixbonen. decretum fuit promouendos ad titulum literaturæ, cui Sanctissimus doleris, & dixit se daturum breue Cardinali Portugaliæ, vt solos Doctores in iure canon. vel Theologia possit ipse Cardinalis prauia examine à se facto promouere ad sacros ordines, ad eum titulum literaturæ, qua in re suam gratiam fecerit eam.*

Quamuis contrarium teneant plures moderni, † 119 Cordoua in summ. q. 36. Enriquez *dict. l.* 10. *cap.* 17. *ad fin. & lib.* 13. *cap.* 37. §. 2. *& li.* 14. *ca.* 5. §. 3. *Maxime gl. c. & Vega* 1. *par. summæ, cap.* 1. 57. *casu primo*, qui dicunt, ita practicatū, & Enriquez ait tenuisse multos Doctores consultos, & post hæc Gonçalez *ad regul. de mensibus gloss.* 4. *numer.* 36. dicens, ita consuluisse, quorum sententia alias mihi vera visa fuerat ex æquitate, † & Epicheia. 5. infertur non posse quem promoueri ad titulum de futuro, & in spe etiam certa, puta ad beneficium, quod quis expectat, seu ad quod est præsentatus, nominatus, vel postulatus, cum Concilium clare requirat titulum de præsenti habitum, & possessorium, & ita contra Mayolum *d. l.* 4. 15. *num.* 5. quem sequitur Sayrus de censuris *l.* 4. *c.* 14. *numer.* 19. recte tenuit Salcedo sup. *numero* 6. & Man. Rodr. *nu.* 10. & Ledesm. *supra post octauam conclusionem*, inde inferens nominatum, & electum in concursu, ad parochialem vacantem in mense Apostolico, non posse interim ad eius titulum ordinari, & ante Concilium † docent Io. Andr. & Francus *si Episcopus de præben. in* 6. vnde subinfertur non posse aliquem promoueri ad † titulum coadiutoriæ etiam perpetuæ, cum futura successione. Ledesma *supra* 11. *conclusion.* 2. *difficultate*, nisi forte ratione illius habeat congruam, † tunc enim posset ordinari ad titulum illius, non tanquam ad titulum beneficij, sed illius iuris percipiendi congruam assignatam, tanquam ad titulum pensionis. ita Nauar. *de oratione c.* 20. *n.* 18. Salcedo supra *nu.* 7. Man. Rodriguez, *n.* 13. & Ledesma ibi. & ita erit intelligendus Gonçalez *gloss.* 5. § 9. *n.* 8. qui absolute ait, quod potest quis ordinari ad titulum coadiutoriæ. 120 121 122

§. 1.

De aliis Dubiis.

SVMMARIA.

AN ordinatus ad titulum beneficij non possessi aliquam pœnam incurrat, numero 133 cum sequentibus, soluitur non incurrere licet peccet, & licet ex constitutione Sixti iam reuocata incurreret suspensionem.

An ordinatus ad titulū patrimonij, alias sufficientis, qui tantundem, vel multum debet, dicatur ordinatus sine titulo sufficienti, & incurrat pœnam positam contra ordinatum sine titulo, n. 136. cum seqq. vsque ad 145 resoluitur negatiue.

An, si quis fuerit sacris ordinatus ad titulum beneficij possessi sine Canonico titulo peccet, & incurrat pœnam, si qua esset contra ordinatos sine titulo, numero 146. cum sequentibus, resoluitur probabiliter negatiue.

Si capitulum sede vacante, infra annum daret dimissorias alicui arctato ratione beneficij de facto possessi, non haberent locum pœna Concilij, n. 149.

An ordinatus ad titulum patrimonij donati cum pacto de non petendo, seu de illo reddendo, sit ordinatus sine titulo, & incurrat aliquam pœnam, numero 150. cum sequentibus, resoluitur ordinatum cum patrimonio, seu donatione filiis, esse ordinatum sine titulo, secus vero in ordinato cum patrimonio donato cum pacto, seu conditione de illo reddendo post ordinationem.

Filiæ dotatio quæ censeatur, numer. 155. cum sequentibus.

Melioratio facta filio pro suscipiendis ordinibus, etiam sine traditione est irreuocabilis, n. 156. 157. & 158.

An donatio pro suscipiendis ordinibus filio simpliciter facta conferri debeat seu imputari in legitimam, nu. 159. resoluitur affirmatiue contra aliquos relatos. nu. 160.

Textus in c. penul. & c. per tuas de simonia, solum agit de ordinato cum pacto simoniaco facto cum ordinante, seu præsentante ad ordinem, quale non est pactum, de restituendo patrimonio donato, factum cum donante, num. 168.

Donans patrimonium alicui ad se diues potest apponere pactum, & conditionem de eo reddendo, cum ordinatus habeat aliàs vnde viuere possit, n. 169.

Ordinatus ad titulum patrimonij, quod fuit remunciatum, seu restitutum donatori ante ordinationem, siue libere, siue ex pacto apposito, est ordinatus sine titulo, n. 170. & idem, si interuenit pactum, seu conditio de illo restituendo ante ordinationem, quamuis de facto nõ sit restitutum, n. 171.

Renuntiatio patrimonij donati facta, antequam ordinetur valet, nec est simoniaca, quamuis renuntiatio alimentorum præstandorum ab ordinante, vel præsentante, non valeat, n. 172. cum sequentib.

Ordinatus ad titulum patrimonij, qui post ordinationem illud retro donat, vel alienat, quamuis peccet, non incurrit suspensionem, nec est ordinatus sine titul. n. 175. & 176.

Alienatio patrimonij, ad cuius titulum quis est ordinatus, est nulla ex concilio, quod tollit potentiam alienãdi, per illa verba, alienari nullatenus possint, maxime propter verbum nullatenus, quod inducit nullitatem actus ipso iure, n. 176. cum sequentibus licet ante Concilium posset alienari, n. 181.

Ordinatus sacris ordinibus ad titulum patrimonij, si illo renuntiante ad superiores promoueatur, non est suspensus, nec promotus sine titulo, quia renuntiatio est nulla, n. 182. nisi renuntians desiueret possessionem, quæ ex actu nullo amittitur, & transfertur, n. 183.

An valeat alienatio patrimonij, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, facta sine licentia Episcopi, si tunc habet beneficium, vel aliàs vnde viuere possit, num. 184. cum sequentib. resoluitur valere.

Potest occurrere necessitas, seu causa, vt possit, & debeat dari licentia alienandi patrimonium, etiamsi ordinatus aliunde non habeat vnde viuere possit, nu. 187. & 188.

Cum Episcopus ex iusta causa daret licentiam alienandi patrimonium, Episcopus maneret securus, etiamsi ordinatus non haberet aliunde vnde viuere possit, si tamẽ sine iusta causa daret licentiam, alienatio teneret, Episcopus tamen vltra peccatum maneret obnoxius ad prouidendum ordinato, n. 189.

Licentia alienandi patrimonium non potest dari per vicarium Episcopi sine speciali mandato, & Episcopus in proposito quis intelligatur, n. 190.

Beneficium, ad cuius titulum quis sacris fuit ordinatus, non potest resignari, nisi facta mentione, quod ad illius titulum fuit ordinatus, & constito, quod aliunde viuere possit, nec sufficit postea cõstare, quod tempore resignationis haberet vnde viuere posset, contra Zanallos, n. 191. & 192.

Adeo facienda est mentio in resignatione beneficij, siue coram Papa, siue coram Ordinario, quod ad illius titulum fuit ordinatus, quod id traditum est pro forma, nec potest adimpleri per æquipollens, & aliàs nulla est resignatio, n. 193. & 194.

Resignatio facta ab eo, qui non habet vnde viuere possit, etiam de beneficio ante Concilium obtento, est nulla, nu. 195. & habet etiã id locum, licet beneficium sit iuris patronatus, n. 196.

Ratio, quare prohibetur quis libere resignare beneficium ad cuius titulum est sacris ordinatus num. centesimo nonagesimoseptimo.

In sacris constitutus, non potest vllo modo beneficium resignare, etiamsi ad illius titulum non sit promotus, nisi aliunde habeat vnde viuere possit, vt in constitutione Pij V. n. 198.

Licet ista constitutio loquatur in resignatio. factis coram Ordinario, tamen seruatur, & habet etiam locum in curia, n. 199.

In curia non admittitur resignatio in sacris constituti, nisi cum clausula, quod resignans aliunde habet vnde viuere possit, quæ respicit substantiam gratiæ, & eius verificatio committitur Ordinario, nu. 200. cum sequentibus.

Clericus in minoribus, non solum potest libere alienare patrimonium, etiamsi ad illius titulum sit promotus, sed etiamsi resignare beneficium, licet non habeat aliunde vnde viuere possit, nec facta mentione, quod ad illius titulum sit promotus, n. 203.

Quæ dicatur congrua sustentatio, vt valeat alienatio patrimonij, & resignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus, n. 204. cum sequentibus resoluitur relinqui iudicis arbitrio, attenta qualitate personæ, resolutiones Rotæ, n. 208. & 209.

Quod dicitur de patrimonio, & beneficio, ad cuius titulum quis sacris ordinatur, procedit etiam in patrimonio, vel beneficio succedente, & subrogato loco illius, num. 210.

Beneficium, per cuius assecutionem vacat illud ad cuius titulum fuit quis ordinatus, non potest dici subrogatum loco illius, n. 211.

An valeat renuntiatio beneficij, ad cuius titulum quis sacris fuit ordinatus, facta cum pensione sufficienti ad congruam, non tamen facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus, numero 312. cum sequentibus. resoluitur non valere, etiam in foro conscientiæ.

Idem in permutatione, nisi sit æquiualens, numer. 217. & 218.

An decretum Concilij, quatenus prohibet resignationem beneficij, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, procedat etiam in priuationibus, & renunciationibus inductis à iure, nu. 219. resoluitur negatiue, numero 220. & sic non procedere in resignatione ex decreto, numero 221.

An d. decretum, quatenus prohibet alienationem patrimonij, procedat in alienatione voluntaria, non autem in necessaria, n. 222. & 223. vbi quod procedit etiam in necessaria.

Statute, quod resignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, facta contra formam Concilij est nulla, an beneficium non vacet, sed remaneat penes resignantem, nu. 224. cum sequentibus, resoluitur in resignatione facta coram Papa beneficium nõn vacare, secus in facta coram Ordinario ab eo, qui aliunde non habebat vnde posset commode sustentari, ex constitutione Pij V. & numer. 228. ponuntur declarationes S. Congregationis.

An debeat adimpleri iuramentum de resignando beneficium, ad cuius titulum fuit ordinatus, vel non reuocando procuratorem ad resignan. cum non habeat aliàs vnde sustentari possit, n. 236. cũ sequentib. resolu-

tur

tur negatiue, & ita dari absolutionem ad cautelam à dicto iuramento.

Valet reuocatio procuratoris constituti ad resignandum ex causa permutationis, vel aliàs etiam cum iuramento, num. 235. contra aliquos relatos, num. 235. datur tamen necessaria absolutio iuramenti, cum iuramentum posset sine peccato seruari, nisi iuratus sit sacris ordinatus, n. 237.

Resolutio Rotæ, quod à concordia in beneficialibus licitum est recedere ante beneplacitum sedis Apostolicæ, num. 238. nec recedens tenetur ad expensas alterius partis, n. 239.

133 QVinto principaliter dubitatur † an ordinatus ad titulum beneficij, cuius possessionem non est adeptus, aliquam pœnam incurrat. in quo Nauarr. *cons. 15. de temporibus ordinationum*, docet nullam pœnam incurrere, nam licet Concilium *d. cap. 2.* requirat possessionẽ pacificam beneficij, vel patrimonij, ad cuius titulum quis ordinatur, tamen Concilium inducit ius nouum, quoad requisitionem possessionis, quæ de iure antiquo non erat necessaria, & consequenter ob eius defectum nulla erat de iure antiquo pœna imposita, & Concilium solum innouat pœnas antiquis iuribus impositas, sequuntur Flam. Paris. *d. q. 6. n. 7.* & Man. Rodriguez *d. c. 15. nu. 11.* & Salcedo. *d. c. 18. n. 7. in nouissima editione*, qui ta-
134 men fatetur istũ peccare, † arbitraria pœna pro modo culpæ esse puniendum, nisi quando bona fide, & candido animo solo titulo, sine possessione fuit ordinatus, quia putabat titulum sine possessione sufficere, quando non stabat per eum, quo minus possessionem adipisceretur, sed fuit de facto impeditus, tunc enim non peccat in foro conscientiæ, vt ait Nauarr. *d. cons. 15. n. 4.* & Man. Rodriguez vbi proxime: sequitur etiam P. Ledesma *d. c. 7. concl. 5.* qui
135 tamen recte ait, quod ex d. constitutione † Sixti V. contra clericos male promotos, talis incurreret suspensionem, nam d. constitutio imponebat suspensionem contra promotos sine titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij, quæ verba debebant intelligi de titulo possesso, iuxta tenorem Concilij, cuius obseruantiam prætendebat d. constitutio, quæ tamen iam est reuocata, vt supradictum est.

Sexto dubitatur an ordinatus ad titulum patri-
136 monij alias sufficientis, † qui tantundem debet, vel saltim est tanto ære alieno grauatus, vt eo soluto nõ remaneat patrimonium sufficiens ad eius sustentationem, dicatur ordinatus sine titulo sufficienti, & incurrat pœnam positam contra ordinatum sine titulo, in quo videtur respondendum affir. nam bona intel-
137 liguntur cuiusq; quæ deducto ære alieno † supersunt *l. sub signatũ. § bona ff. de verborũ significatione, l. cogi ff. ad Trebellianum*, siue debita sint contracta ante acquisitum patrimonium, siue postea, tamen antea ordinationem: nam cum tunc possit illud alienare, poterit etiam se obligare, & debita contrahere, quæ ex eo solui debeant: & ita videtur tenere Suarez *d. 5. tõ.*
138 *disputatione vlt. sectione 3.* † *n. 25.* ait enim titulum non posse verum, ac legitimum reputari, cum ad illum fundandum contracta sint debita æqualia, vel maio-
139 ra, quæ aliunde solui non possint. Sed Nauarr. † *cons. 18. de temporibus ordinationum* tenet illud esse verũ quando æs alienum est contractum ante patrimonium quæsitum, & potest, & debet solui de illo, vt quando debetur pure & statim peti potest, & nulla iusta executione impediri, secus, quando cœpit deberi post patrimonium quæsitum, etiam ante ordinationem, de quo non debebat, nec poterat solui, per præfectum Concilium Triden. & ita tacite fuit contractum sub conditione tacita, si post ordinationem haberet vnde solueret. sequuntur Man. Rodriguez *n. 1.* & Ledesma *d. concl. 4. difficultate supra*, Flam. Paris. *d. q. 6. n. 12.* dicens, quod si debet tantundem, quãtum valet res donata, non videtur suspensus, vt respondit Nauarr. † quorum sententia posset proce- 140
dere, quando ille se obligasset, & debitum contraxisset ad soluendum, postquam esset ordinatus, secus si se obligasset, etiam post patrimonium quæsitum ante ordinationem, tamen absolute, aut ad certum tempus sine mentione, quod esset ordinatus; ad soluenda enim debita post ordinationem † contracta, 141
seu in tempus, quo esset ordinatus, expresse non videtur posse alienari, etiam cum authoritate iudicis patrimonium, ad cuius titulum quis est ordinatus; quamuis enim ista alienatio videatur necessaria, habuit principium voluntarium, ex quo sua voluntate æs alienum contraxit, & sic in ea habet locum prohibitio Concilij ad tradita per Tiraquellum *de retractu lignagier § 1. gl. 14. ex n. 13. ad 17.* & Parlad. rerum quotidianarum *l. 1. c. 3. n. 43.* Auend. *resp. 15. num. 6.* Marien. *in l. 5. tit. 11. l. 5. recop. glos. 1. num. 6.* Girond. de Gabellis *5. p. num. 50.* & Solis *de censib. 3. tom. lib. 4. cap. 1. numer.* & alias posset per indirectum alienare patrimonium, quod non est permittendum *reg. cum quod vna 84. libr. sexto cum concordan.*

Secus vero si se obligasset absolute, aut ad certum tempus † sine mentione, quod esset ordinatus, et- 142
iam post patrimonium quæsitum, nam tale debitum videtur soluendum ex patrimonio, quod transit cum suo onere, maxime si debitum ea cum hypotheca bonorum, nec Concilium prohibet alienationem, seu obligationem patrimonij, antequam ad eius titulum sit ordinatus sacris, præterea videtur verum quod ait Mar. Ant. Genuen. *de ea. 81. n. 2.* nempe,
† quod potest quis ordinari ad titulum donationis, 143
etiamsi tantundem debeat, dummodo donatio sit facta ad sustentationem ordinationis, cum alienare non possit ex *d. c. q. 2.* Nauarr. *cons. 13. de temporibus ordinatis.*

Quod tamen videtur accipiendum † quando or- 144
dinatio fuit causa finalis, siue conditio donationis, secus si impulsiua *ad l. 2. § fi. cum l. sequen. ff. de donatio.* & ibi Doctores, seu quando donatio fit, vt possit ordinari, tunc enim donatio est omnino pura, & libera, sicut de legato mulieri facto, vt possit nubere, dicit Couarr. *in c. 3. de testamen. sub. num. 11. vers. 2.* apparet, cum Baldo *cons. 149. n. 4.* nihilominus tamẽ ex alia ratione videtur posse absolute † dici ordina- 145
tum ad titulum patrimonij alias sufficientis, non esse ordinatum sine titulo etiamsi tantundem debeat, & quandocunque debita contraxerit, quia clericus, non tenetur vltra quam facere possit *capit.* Odoardus, de solutio. & ibi Abb. & doc. Gig. *de pensio quest. 35. numer. 8. & quest. 62. numer. 22.* Couar. *lib. 2. vari. cap. 1. num. 9.* Baeça *de inope debitore c. 17.* & Io. Gutierrez *de iuram. confirm. 1. par. cap. 17.* Doctor Paz *in praxi 3. par. 2. tom. c. num. 4.* & Marches. *de commissio. 1. par. cap. 3.* de commissione super dilationibus moratoriis. & sic ille non videtur ordinatus sine titulo cum quandocunq; debita contraxerit, non teneatur vltra quam facere possit, & consequenter patrimonium, ad cuius titulũ fuit ordinatus non possit alienari ad illa soluenda, facit quod tradit Suarez supra *n. 26. post Moyolum de irregularitate l. 2. c. 11. n. 15.*

146 Septimo dubitatur an si quis fuerit † sacris ordinatus ad titulum beneficij, in cuius possessione pacifica est, non tamen habet in eo Canonicum titulum, sed est reuera intrusus, peccet mortaliter, & incurrat pœnam, si qua esset posita contra ordinatos sine titulo, in quo videtur respondendum affirmatiue, nam cum beneficium illud † non sit suum, vt
147 supponitur, videtur ordinatus sine vero titulo, nisi bona fide, & candido animo existimans habere canonicum titulum, sit promotus, tunc enim excusaretur à peccato, & consequenter à pœna ad tradita per Nauarr. *dict. cons. 13. numer. 4. & citatos supra numer.* 154.

148 Nihilominus tamen probabilis † videtur absolute pars negatiua, nam ad istum effectum, & vt non dicatur ordinatus sine titulo, sufficit sine fraude de facto pacifice possidere beneficium, esto, non habeat legitimum titulum, *vt colligitur ex Concilio d. ca.* 2. quod ad hoc solum requirit, quod legitime constet ordinandum beneficium pacifice possidere, & ita videtur tenere Nauarr. *cons. 14. de temporibus ordinat.* quamuis respectu patrimonij videatur requiri etiam legitimus titulus ex illis verbis, *absque obtineri*, & ex prædictis, sicut in simili videtur, quod
149 si capitulum, sede vacante, † infra annum daret dimissorias seu reuerendas alicui arctato ratione beneficij de facto possessi non haberent locum pœnæ statutæ à Concilio *sess. 7. de reformatione c.* 10.

150 Octauo dubitatur, an ordinatus † ad titulum patrimonij sibi donati cum pacto de non petendo, seu de illo postea reddendo, & restituendo, sit ordinatus sine titulo, & incurrat aliquam pœnam.

151 In quo dico primo, † quod ordinatus cum patrimonio ficto, seu donatione ficta, & non vera, esset reuera ordinatus sine titulo, & incurreret pœnam suspensionis positam contra ordinatum sine titulo per constitutionem Sixti V. quæ tamen, vt diximus, est iam reuocata, *vt patet ex declarationibus supra adductis n. 79.* & docet candelabrum aureum *in explanatione. d. constitutionis notabil.* 14. Espino *de testamen. gloss.* 18. *numer.* 75. P. Ledesma *d. c. 7. de sacram. ordinis conclusione. 6. quanta difficultate, & Suarez supra num.* 55.

Nam qui recipit patrimonium non vere, sed fi-
152 cte donatum ad istum † effectum tenetur illud in conscientia restituere, quia non est suum vllo modo, quamuis in foro exteriori constando de fraude, & fictione merito illo priuaretur in pœnam talis fictus donator. Lud. Lopez *instruct. negotiantium lib. 2. c. 45. vers. tam quædam dubiola*, Man. Rodriguez *d. 2. tom. c. 15. n. 7. & P. Ledesma ibi*, qui tamen male ponunt exemplum in recipiente pecuniam mutuatam ad præsentandam Episcopo, dicendo, quod de illa erat sibi facta donatio, vt ad illius titulum ordinaretur, cum patrimonium debeat consistere in re immobili, vt supradictum est, *n.* 105. & Tho. Sanchez *de matrimonio l. 8. disputatione.* 32. *n.* 8.

153 Et ficta donatio censetur quando † inter ipsos donatorem, & donatarium dictum est, illam fieri propter formam, & ad apparentiam, non vere, & animo donandi, seu quando facta est cum pacto, de non vtẽdo illa, seu de non petendo donatum, nam ista est donatio verbalis tantum, & non realis. Quintanadueñas. *d. l. 3. n. 69. & alij.*

154 Quamuis Angulo *in l. 6. de las † mejoras gloss. 4. n. 9. alias gloss. 10. n. 5.* dicat, quod donatio facta causa ordinum suscipiendorum, etiam ab extraneo, quantumcunque donatarius promittat non se vsurum tali donatione, infringi non poterit propter ius quæsitum 3o. *Episcopus cap. tuæ de præben.* sicut in donatione, seu melioratione facta causa matrimonij, vnde videbatur donationem factam, etiam ficte causa ordinum suscipiendorum valere, sed respondetur in præsenti, † non agi de præiudicio tertij, sicut in ma- 155
trimonio carnali, nam Episcopus, qui non fuit in culpa, & deceptus ordinauit aliquem sine vero patrimonio, non tenetur eum alere. Decius *in c. 2. ad fi. & in c. Episcopus n. 13. de præben.* Nauarr. *cons. 4. & vlt. de temporibus ordinatio.* Fla Patif. *d. l. 2. q. 6. n.* 18. & Tho. Sanchez de matrimonio. *lib. 8. disputatione* 32. *n.* 8. & dictum est supra *num.* 33. & Episcopus qui fuit in culpa, quia sciuit, vel debuit scire, sibi imputet.

Melioratio tamen facta filio pro † suscipiendis or- 156
dinibus, etiam non interueniente traditione, erit irreuocabilis *iuxta. l. 17. Tauri, quæst. 3. tit. 6. lib. 5. recopilationis*, in ea enim versatur causa onerosa cum Episcopo, qui alias non ordinaret, ne de suo aleret, & sic post sacros ordines susceptos à parentibus reuocari non potest, ita Cifuen. *in d. l. 17. n.* 1. Couar. *in c. Raynaldus de testam. § 2. n.* 7. Auendanno *resp. 17. in fi.* Tell. *in d. l. 17. num. 81. & 82.* Matienço *d. l. 1. glos. 9. n.* 8. Salcedo *d. c. 8. n.* 15. Angul. *d. l. 1. glos. 7. num.* 15. Aceuedo *in l. 10. tit. 6. lib. 5. recopilat. num.* 31. Io. Gutierrez *pract. lib. 2. q. 65. nu.* 7. Morquecho *diuisione bonorum li. 3. cap. 6. num.* 99. & Man. Rodriguez. *d. c. 15. nu.* 8. quamuis contra teneat Espino *d. glos.* 18. *num.* 75. & idem esset † in donatione, quæ non esset data pro 157
3. & 5. vt per Angulum ibi & glos. 2. *num.* 5. vnde etiã idem erit de iure communi. Igneus *in l. 3. §. subuentur ff. ad sillan. nu.* 170. Couar. Tell. Matië. & Gutier. 158
ibi maxime iuxta tradita per Caldas Pereiram *in l. si curatore habens C. de in integrum restitutione, verbo, læsis, n.* 103. Iosephum Gonçalez, Flores *variarum* 1. *q.* 11. *n.* 24. & Mendez de Castro *in l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis, n.* 165.

Et an donatio, pro suscipiendis ordinibus filio simpliciter facta † conferri debeat, seu imputari in 159
legitimam, verior videtur sententia, quod conferri debeat, seu imputari, quia est donatio ob causam necessariam, seu quasi, & id quod datur filio, non consumitur in adeptione ordinum, sed datur, vt illud post susceptos ordines habeat ad ipsius alimenta, & congruam in eo statu, sustentationem, & facit. *l. omnimodo, §. imputari. C. de in officioso testamento*, nam id est de se alienabile, & transmissibile ad hæredes, & ideo debet conferri, & imputari, esto, sit quasi Castrense peculium, quam sententiam tenent Couar. & in additiono ibi supra Auendanno *de resp.* 17. *Menchaca de successionum creatione. lib. 3. § 21. nu.* 44. Did. Perez *in l. 4. tit. 12. l. 3. ordinam.* Salcedo *supra num.* 16. Angulo *in lib. 9. glos. 3. num.* 15. Ayora de partitio. 2. *p. q.* 13. Io. Gutierrez *d. q.* 65. Man. Rodrig. *d. c.* 15. *num.* 8. Molina de iustitia 1. *tom. tract. 2. disputatione.* 238. & 241 *ad fi.* & P. Ledesma *d. c. 7. 6. concl. ad fi.*

Quamuis contrarium post Fabriũ, Igneum, Aym. Cassaneum, & Rebuffum *in † praxi titulo de rescriptis in forma communi num.* 25. teneant Ant. Gomez 160
in l. 29. Tau. n. 21. & ibi Tellius, *nu.* 16. Dueñas *regula* 222. *nu.* 3. Rojas de successio. *cap. 7. à n.* 46 Matienço *in l. 3. tit. 8. glos. 2. numero* 14. Aceuedo *l. 10. t. 6. n. 29. & 30. lib. 5. recopilat.* Gratian. *regul. 95. numero* 6. & Quintanadueñas *d. lib. 3. Eccles. 2. p. præcipue ad fi.* & videtur tenere Caldas Pereira. *d. verbo læsis n. 113. &* 132. Espino glos. 18. *à n.* 66. Mendez de Castro *in d. l. cum oportet, nu.* 165. & Velazquez de Auendanno *in d. l. 29. Tauri glos. 3. n.* 8.

Dico se-

161 Dico secundo, † quod ordinatus cum patrimonio sibi donato cum pacto seu conditione de illo reddendo, & restituendo, post ordinationem, non potest dici ordinatus sine titulo, nec incurreret vllam pœnam seu suspensionem, etiam stante d. constitutione Sixti V. nam ille reuera est ordinatus cum patrimonio vero, & non ficto, illa enim est vera donatio, ex
162 qua transfertur dominium in donatarium † licet cũ illo pacto, seu modo, ad titulum de donatio. quæ sub modo, & longe diuersa est quamuis doctores videantur confundere ab illa, quæ fit cum pacto de non vtendo illa seu de non petendo donatum, quæ est verbalis tantum, vt dixi.

163 Nec obstat dictum pactum, seu conditio de reddendo, & restituendo post ordinationem, quod obligat, salua [illegible] *in foro conscientiæ* [illegible] *vers. si vero.* Lud. Lopez *instruct. negotiantium. 1. tom. c.* 24 [illegible] 278. quia vbique est nullo modo obli-
164 gare, quod est contra dispositionem concil. *d. c. 2.* † quod prohibet [illegible] remitti patrimonium, ad cuius titulum quis est ordinatus sine licentia Episcopi, & sic dictum pactum, & conditio non valet. *d. l. pacta, quæ contra [illegible] de pactis* [illegible] *d. c. 2.* [illegible] M. Ferrarien. [illegible] Decius *à n.* 67. & Ripa *à n.* 76. & quod tradit Couar. *d. 2. p. c. 8. § 3. nu.* 9. & cum eo Matienço *in l. 6. glos. 8.* [illegible] *lib. 5. recopil.* Espino *glos.* 18. *à nu.* 48. & Molina *de iustit. 1. tom. tract. 2. d.* [illegible]

165 Et ita in proposito tenent † Man. Rodriguez *d. c.* 15. *n.* 5. & P. Ledesma *d. c. 7. sexta conclusione, 3. difficultate*, & videtur tenere Enriquez *l. 13. c. 37. § 2.* & Card. Toletus *d. l. 1. c. 48. vers.* 5.

166 Quamuis contrarium, nempe illum † esse suspensum, teneant Nauar. *in man. c. 27. n. 158. & cons. 14. n.* 2. [illegible] *consil.* 12. [illegible] *de temporibus ordinat.* Mart. Ledesma. *2. part. 4. quæst. 15. ar. 2.* Pedraça *in summa* [illegible] *de suspensione.* Ludo. Lopez *d. c.* 278. [illegible] Graff. *d.* [illegible] *c. 97. n.* 67. *Lechus de casibus reseruatis* [illegible] 19. [illegible] Vega in espejo de Curas *c. 12. n.* 426. Sayrus de censuris *l. 4. 15. n. 3.* & Quintanadueñas *d.* [illegible] 99. & [illegible] 9. 527 *n. 15. ex c. per tuas* [illegible] *de simonia*, & Salcedo *d. c. 18. n.* 11. dicens talem absque dubio sine titulo ordinari, & Tho. Sanchez supra dicens, cum fuisse veram donatio, sed fictam, nec acquisiuisse donatarium dominium rei sic donatæ, & sic sine patrimonio ordinari, & Suarez supra num. 55. dicens dici
167 posse † procedere decisionem. *d. c. penul. & c. per tuas*, quando quis ab aliquo accepit titulum patrimonij sub pacto occulto iterum dandi, si donatio illa simpliciter facta sit ad finem suscipiendi ordines illo titulo, quia tunc ille qui patrimonium confert, habet vicem præsentantis ad ordines, si tamen simpliciter fit, quamuis alter postea illa vtatur ad effectum suscipiendi ordines, [illegible] ideo dubium esse legem penalem ad illum casum extendere, ex alio tamen probabiliori fundamento opinari hunc, qui per dolum & fraudem quomodocumque ficto tit. ordinatur, manere suspensum scilicet ex vi *d. c. cum nostra, & [illegible] constitutionis Sixti V.* hæc Suarez.

168 Nec obstat textus *in d. cap. per tuas.* † & *in d. cap. penult.* quia, vt supra dictum est, [illegible] solum agit de ordinato cum pacto simoniaco de non petendo promissionem [illegible] ab ordinante, vel beneficiario cum præsentante ad ordinem, at donatio patrimonij, & pactum de illo restituendo, est res separata, & distincta ab ordinatione, ex qua non incurritur simonia, quicquid dicat Espino. *d. glos.* 18. *n.* 73. & consequenter nec suspensio. *d. c. per tuas, & c. penul.* nec dare alicui patrimonium est spirituale, imo secus, & cum potest, non ergo pactum de restituendo efficit simoniam. Toletus *dict. capit. 48. vers.* 4. qui ait, quod hunc casum supradictum de pacto facto non cum ordinante, aut præsentante, non indicere suspensionem decretum, seu declarat [illegible], & sic seruatur, nec potest dici donantem patrimonium, etiam ad finem suscipiendi ordines, præsentare ad illos, id enim proprium est beneficiati præsentantis ad titulum suæ Ecclesiæ, seu beneficij.

Donans autem patrimonium alicui ad ordines re- 169
cte poterit apponere pactum, † & conditionem de eo reddendo, cum ordinatus habuerit beneficium sufficiens, vel aliud vnde viuere possit, quia tunc non est contra Concilium.

Dico tertio, quod si quis fuerit ordinatus ad titulum patrimonij, † quod fuit renuntiatum [illegible], 170
seu restitutum donatori ante ordinationem, siue libere, siue ex pacto apposito, est reuera ordinatus sine titulo, & sic incurreret suspensionem stante d. constitutione Sixti. V. alias non, sed solum peccaret mortaliter. Sayrus *d. lib. 4. cap. 15. num.* 13. nam alienatio patrimonij ante ordinationem, non est vllo iure prohibita, etiam si esset donatum specialiter ad istum effectum, & sic ille tempore ordinationis iam non habet titulum.

Et idem videtur si interuenit pactum, † seu pro- 171
missio, aut conditio de illo restituendo ante ordinationem, quamuis de facto non fuerit antea restitutum, dicta enim obligatio facta in tempore & pro tempore habili ad *l. cessio ff. de receptis arbitris, & l. cum dicitis de dolo, & ceteris* & quæ ibi notantur, nec in præsenti intrat remedium *c. Odoardus, de soluti.* quod non tenetur vltra quam facere possit, cum sit debitor speciei.

Nec obstat quod ait † Nau. *d. c. 27. n.* 158 quem se- 172
quitur candelabrum aureum *de suspensione n.* 31. quod talis renuntiatio patrimonij donati facta antequam ordinaretur, non videtur valere per ea, quæ omnia dicunt *in d. c. penul. de simonia*, etiamsi esset iurata iuxta Ananiam, & Felin. contra Panor. ibi. & quod iste incurrit suspensionem *d. c. penul.* vt etiam dicit Quintanadueñas *d. c.* 69. qui tamen tenet talem renuntiationem, seu remissionem valere, quia ibi ordinari cum simulatione patrimonij, quod nullum est, nam vt ex superioribus apparet, *dec. si d. c. penul.* † non 173
facit ad propositum de patrimonio, solum enim agit de pactis, & iuramento simoniaco de non petendo prouisionem ab ordinante, vel præsentante ad ordinem, & sic de renuntiatione simoniaca alimentorum ab illis præstandorum, quæ non valet etiam cum iuramento, vt contra Panor. *ibi numero* 4. decretum, valere quod ordinatum, qui non potest aliquid petere contra iuramentum, & sequitur Toletus *d. cap. 48. vers.* 5. tenent Man. Soginus (?) Ananias & Felinus. 1. tom. quia simoniacum etiam, quia contra bonum publicum, quia quod ordinator, & præsentator tenentur prouidere ordinato, fuit inductum propter bonum publicum, ne in opprobrium totius cleri, & ordinis clericalis mendicare cogatur: vnde succedit regula *c. si diligenti de foro compet.* ex qua ratione etiam post ordinationem, non valet quicquid contraxerit *glos.* [illegible] *in c. si Episcopus de præb. in 6.* quam

sequitur Abb, Anan. & Fel. ibi & Nauar. & Quintanaduennas supra, vt in proposito de patrimonio
174 renuntiato † ante ordinationem, seu donato cum pacto de non petendo, non adest vlla simonia, quia est res separata, & distincta ab ordinatione, vt dictum est, & consequenter non incurritur suspensio. *dict. c. penul.* nec respectu donatoris adest alia obligatio ad prouidendum ordinato, quam, quæ insurgit ex ipsa donatione, vnde, si fuit ficta, aut ante ordinationem renuntiata, nulla remanet obligatio contra illum.

Dico quarto, quod ordinatus ad titulum patrimonij,
175 qui post ordinationem † illud retro donat, seu renuntiat, vel alienat, quamuis peccet mortaliter, quia facit contra prohibitionem concilij, maxime, cum sit facta ob bonum publicum principaliter, & fauorem totius ordinis clericalis, & sic castigari posset per Episcopum, tamen non incurrit vllam suspensionem Nauarr. *d. numer. 158. vers. 2. quod n. d. cons. 12.* *Salcedo supra numer.* 13. Ioan. Gutierrez *pract. libr. 2. quæst. 65. numero* 10 Quintanaduennas supra. Zauallos *d. quæstione 527. numero* 9 Lud. Lopez *vbi proxime candelabrum aureum supra numer.* 30. Cast. *d. lib. 1. capit. 97. numer. 67.* Man. Rodriguez *d. capit. 15. num. 4.* Zechus *d. casu. 1. de suspensione, numer.* 19. 30. *casu.* Lucius supra, & Ledes. *d. cap. 7.* Toletus *d. capit. 48. vers. 18. ad fin.* Sairus *d. lib. 4. capit. 15. num. 23. ad fin.* & Suarez *supra num.* 38 quamuis contrarium sine fundamento teneant Iiar Medina *in sum. libr. 1. capit. 11. §. 58. de suspensione ad fin.* & Vega *in sum. 2. p. c. 34. casu 86. ad fi. & c. 108. casu 2.*

176 Et ratio est, quia iste non est ordinatus † sine titulo, & sic non esset suspensus, etiam stante suspensione contra ordinatum sine titulo, & nullo iure talis pœna reperitur imposita contra ordinatum retro donantem, vel, alienantem patrimonium, ad cuius titulum fuit ordinatus, sed solum, quod renuntiatio & alienatio est nulla ex Concilio. *d. c. 2. ibi, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint,* quæ verba inducunt nulli-
177 tatem † ipso iure, quia tollunt potestatem alienandi ad tradita per Bart. & Ias. *ex numero 16. & alios in leg. gallus ff. de liberis, & posthum.* Ioan. Nicol. Gimon. *in enchir. beneficiorum, titulo 3. c. 3. numero* 7. Tiraquellum *post leges connubiales glos. 2. seu quarta à numero* 11. Gratian. *regul.* 484. Ioan. Gutierrez *in Rep. l. nemo potest ff. de legatis primo à numero* 145. & Thom. Sanchez *de matrimonio libro 6. disputatione* 38. *numero* 20.
178 maxime propter verbum, *nullatenus,* † quod inducit nullitatem actus ipso iure *glos. in c. cum. 1. verbo nullatenus de sequestratione possess.* Felin. *in c. cum accessissent, numero 8. de constitutio.* Corsetus *in singul. verbo nullatenus,* & Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur,*
179 *numero 95. & ita* pro posito † tenent Nauarr. *cons. 17. numero 2. & 21. numero 4. & consil. 22. de temporibus ordinatio.* Flam. Paris. *d. lib. 2. q. 6. numero* 16. Quintanaduennas *d. l. 3. numer. 73.* Zauallos, *d. quæstion.* 527. *numero.* Molina *dicto primo tom. tract. 2. disputatione.* 238. *ad fin.* & Thom. Sanchez *d. lib. 6. disputatione, 32. numero septimo* & Toletus *vbi proxime.*

180 Et quo conuincitur sententia † P. Ledesmæ. d. c. 7. *conclusione. 6. difficul. 1.* dicentis, probabilius esse quod talis alienatio, vel remissio est valida, quia Concilium non facit incapacem ad transferendum dominium, in quod videtur inclinare Suarez *supra num.* 38.

181 Quamuis ante Concilium posset † alienari sine licentia Episcopi patrimonium ad cuius titulum quis fuit ordinatus. *gloss. fin. in c. vnic. de præben. & ibi I-mola & Abb. numero 3.* Felin. *in capite Ecclesia S. Mariæ de constitutio. numero. 10 & ibi* Decius, *numero* 17. Selua dicens *d. gloss. ab omnibus approbatam de benef. 1. parte quæstione 3. n. 21.* Couarr. *in d. capite Raynaldus de testam. §. 2. numero* 7. Redoan. *de rebus Ecclesiæ. Rubrica 33 casu* 13. Gratian. dicens *communiter receptum regula* 165. *numero* 7. Ioan. Gutierrez *d. lib. 2. pract. q. 65. numero 10. & 11.* & dicit communem Zauallos. *d. quæst. 527. num. 1.* licet numero 2. & 3. dicat contrarium etiam esse communem quam tenent Io. And. Domin. & Francus *in d. c. si Episcopus de præben. in sexto,* quando fuit expresse in titulum assignatum, & Solis *de censibus 2. tom. lib. 2. capite 3. numero* 12. vbi a. tam eo censum constitui non posse, nisi seruata forma præfixa à Concilio.

Vnde infert Nauarr. *d. cons. 17. & 21.* † quod ordinatus sacris ordinibus ad titulum patrimonij, si illo renuntiato ad superiores promouetur; non est suspensus, nam non præstat impedimentum, quod de iure non sortiuntur effectum, vt habet regula iuris in sexto, & dicta renuntiatio est nulla, ex d. decreto Concilij & sic non potest dici ad superiores promotus sine titulo sequitur Flam. *dict. quæstione. 6. numero 17.* & Salcedo *dict. capite 18. numero 13. in nouissima editione.* 182

Sed si renuntiatio ita facta est † vt renuntians desineret possessionem, quæ ex actu nullo amittitur, & transfertur. *l. 1. §. si vir vxori ff. de acquire. possessione,* & ibi Doct. Rota *decis. 519. & 612. num. 2. p. 1. diuersorum* non videretur. d. sententia posse procedere stante decreto Concilij *d. capite secundo & d. constitutione Sixti Quinti. iuxta supradicta dubia. quinto. à numero.* 133. 183

Nono dubitatur, an valeat alienatio, † seu renuntiatio patrimonij, ad cuius titulum quis sacris fuit ordinatus, facta sine licentia Episcopi, si tunc habet beneficium, seu alias vnde congrue viuere possit. 184

In quo Quintanaduennas *d. l. 3. n. 72.* † cum Bursato *cons. 178 n. 55.* (*l. 2.* voluit allegare, *n. 35.* qui tamen id non dicit) docet, quod Episcopi authoritas vbique necessaria sit, etiam quando alias habet vnde viuere possit, & quod, si Episcopus aditus alienationi consenserit, faciet quidem suo periculo, nam si patrimonium, vel beneficium ordinato clerico ad victum non suppetit, ipse de suo iusta præbebit, rursus, si suppetet, & alienari patrimonium Episcopus iniuriose perneget, merito iudex superior appellabitur. eandem sententiam scio tenuisse D. Sahagun in *lectura in de præb.* 185

Nihilominus tamen in hoc dubio † verius videtur contrarium, nam Concilium. *d. c. 1.* solum statuit quod deinceps sine licentia Episcopi matrimonium alienari non possit, donec aliunde habeat vnde viuere possit, atque adeo cum aliunde habet vnde viuere possit, non est prohibita alienatio sine licentia Episcopi, sed potius videtur permissa *ad l. cum prætor. ff. de iudiciis,* maxime cum de iure communi posset alienari absolute, vt supradictum est *numero.* 181. quod in casu dubij non censetur correctum, & ita videtur tenere Flam. Paris. supra *num.* 15. & expresse tenet Zauallos *d. q. 527. n. 8. & q. 561. ex num. 22. maxime n. 30. & seq.* 186

Sed dices quando ordinatus † non habet aliunde vnde viuere possit, ad quod requiritur licentia Episcopi ad alienandum patrimonium, cum tunc non debeat dari, sed negari respondetur posse occurrere talem necessitatem, † seu causam ita vrgentem, vt possit, 187

possit, ac debeat dari licentia alienandi patrimoniũ etiamsi ordinatus aliunde non habeat vnde viuere possit, verbi gratia, si ipse, aut parentes eius essent captiui, ad suam redemptionem vel parentum deberet dari dicta licentia, similiter si pater, aut frater clerici, essent ob homicidium, vel aliud delictum perpetratum puniendi pœna mortis, nisi parti accusanti pro remissione daretur certa quantitas, si filius, aut frater clericus vellet subuenire patri, aut fratri in hac necessitate dando illam quantitatem, quã tamen dare non posset, nisi vendendo, seu alienando patrimonium, iustissima causa esset id faciendi, & iusta etiam causa esset ad prouidendum sorori, quæ alias esset in magno periculo perdendi se, & cũ
189 Episcopus ex iusta causa daret † licentiam alienandi patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatus, ipse Episcopus maneret securus, etiamsi ille non habeat aliunde vnde viuere possit, si tamen sine iusta causa daret licentiam, alienatio teneret, nam Concilium solum prohibet alienationem sine licentia Episcopi, siue bona, siue mala, ipse tamen Episcopus vltra peccatum maneret obnoxius ad prouidendum ordinato, vt inquit Quintanaduennas supra, vel ad dandum ei tantundem, sicut tenetur quando eum ordinaret sine titulo, nec hanc licentiam alienandi
190 patrimonium videtur posse dare † vicarius Episcopi sine speciali mandato, & si sine facultate aut sine iusta causa eam daret, teneretur, sicut de Episcopo diximus, faceret enim causam suam, & Episcopus in proposito videtur intelligendus Episcopus domicilij alienantis, vel loci, vbi res est, aut etiam originis
191 ad † Ant. Gomez *secundo tom. variarum c. 14. num. 17.* & Simoncellum *de decretis. lib. 1. tit. 1. à n.* 69. ait etiam Zauallos vbi proxime absque licentia Ordinarij valere resignationem beneficij, ad cuius titulum quis sacris fuit ordinatus, si postea constiterit ordinatum tempore resignationis beneficij habere aliunde vnde commode viuere possit.

192 Sed hoc de beneficio † non est recte dictum, nec potest procedere, nam Concilium dicto cap. secundo expresse dicit, quod beneficium, ad cuius titulum quis sacris fuit ordinatus, resignari non possit, nisi facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quod aliunde commode viuere possit, & aliter facta resignatio nulla sit, atque adeo in resignatione beneficij non sufficit postea cõstare resignantem tempore resignationis habere aliunde vnde viuere possit, sed tempore resignationis debet fieri mentio, quod ad illius titulum fuit promotus, & ante admissionem constare superiori, quod aliunde habet vn-
193 de viuere possit, & adeo verum est † faciendam esse mentionem, in resignatione beneficij siue coram Papa siue coram Ordin. quod ad illius tit. fuit ad sacros promotus, quod id traditum est pro forma, nec potest ampleri per æquipolles, vt censuit San. Congregatio Concilij de anno. 1585. vt in sequenti declaratione: *Fuit dubitatum an pro forma traditum esset, vt resignans teneatur facere mentionem se ad titulum illius fuisse promotum, adeo quod per æquipollens adimpleri non possit, & fuit resolutum pro forma traditum esse à Concilio stante clausula annullatiua, & quod Concilium negatiue loquatur* Iass. in l. quod sit nominatim prima ff. de liberis, & posth. *Felin. in c.* cum dilecta de rescrip. *quo stante per æquipollens, non potest adimpleri,* Flamin. Parisius *dicto lib. 2. q. 6. n. 39. & li. 5. q. 9. tot. n.* 175. & ita si de hoc non fuerit facta mentio, nullam esse resigna-
194 tionem † fuit resolutum per Rotam *in vna Salamãtina Coram D. Orano de mense Mar. eiusdem anni* 1588. *& in vna Hispalen. coram illustrissimo Pluto 17. Iunij eodem anno* Flam. Parisius *dicto num. 39. & dicto n.* 175. & idem fuit resolutum in vna Aretina plebis 4. *Decemb. 1610 coram D. Mellino supra adducta 1. p. c. 5. n.* 438. nec sufficere expressionem, quod resignanti remanebat vnde viueret, & post tradit Gonçalez *dicta gloss. 5. §. 10. numer* 35. dicens idem resolutum in Mutinen. Canonicatus, de qua infra *n.* 218

Et resignatio facta ab eo, † qui non habet vnde viuere possit, etiam de beneficio ante Concilium obtento, est nulla ex dicto decreto, vt S. Congregatio censuit super eo, *ibi nulla sit, quæritur an habeat locum etiam eo casu quo renuntiatum fuit beneficium longe ante concilium obtentum ab eo qui non habet vnde viuere possit, litigatur enim inter resignantem, & resignatarium, respondit Congregatio propter generalem rationem decreti positam in principio huius capituli comprehendi tam beneficia obtenta ante Concilium, quam post.* 195

Et habere etiam id locum, licet † beneficium sit iuris patronatus, fuit resolutum *per d. S. Congregationem super d. c. 2. his verbis, habent etiam locum omnia hæc etiamsi beneficia essent iuris patronatus.* 196

Et ratio, quare † prohibetur quis libere resignare beneficium, ad cuius titulum est sacris ordinatus, nam non potest ordinari sine titulo, ne cum ordinis dedecore mendicare, aut aliquem sordidum quæstum exercere cogeretur, vt supra dictum est in prin. & eadem ratio viget, ne quis posset resignare beneficium ad cuius titulum fuit ordinatus Flaminius Parisi. in d. libro secundo quæstion. 6. numer. 4. & 55. 197

Quinimo in sacris † constitutus non potest vllo modo beneficium resignare, etiamsi ad illius titulum non sit promotus, nisi aliũde habeat vnde commode viuere possit, vt in constitutione Pij V. 56. in ordine suarum constitutionum incipien. quanta Ecclesiæ data calendis Aprilis. 1568. ibi, *sed nec horum vllus sacro ordine mancipatus, nisi Religionem ingressurus, valeat vllo modo beneficium, vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit quo vita possit commode sustentari.* 198

Quæ constitutio, † licet loquatur in resignationibus factis coram Ordinario, tamen seruatur, & habet locum in curia, quia militat eadem ratio in proposito, vt fuit solutum *in vna Lucana. 5. Decemb.* 1586. *coram D. Orano,* Flaminius Parisius. *l. 14. n. 3. & n. 1. q. 9. † vltima n. 76.* in qua quidem curia non ad- 199
mittitur resignatio alicuius in sacris constituti, nisi cum clausula, quod resignans aliunde habet vnde 200
commode viuere posset. † Quæ respicit substantiam gratiæ, nam attento stilo alias non solet concedi, vt fuit resolutum *in d. Lucana.* Flaminius, Parisius, *dicto* 201
lib. 2. † *q. 6. nu. 41. & dicto. l. 3. q. 14. n. 6.* cuius verificatio committitur Ordinario, si resignatio est forma dignum, vt quotidie videmus, *de quo vide dicenda infra 6. p. c. 2. dubio. 11. n. 131.* 202

Clericus autem in † minoribus ordinibus tantum constitutus non solum potest libere & absolute alienare patrimonium, etiamsi ad illius titulum sit promotus, sed etiam potest resignare beneficium, licet non habeat aliunde vnde viuere posset, nec facta mentione, quod ad illius titulum sit promotus siue renuntiatio fiat coram Ordinario, siue coram Papa. nam nec concilium, nec dicta constitutio Pij V. loquuntur de constitutis in minoribus, quia in eis cessat ratio dedecoris ordinis. Flaminius Parisius *dicta* 203

q.14.n.1.& 2.& dicta q.vltima, n.78.D.Ioan.Gutierr. c.q.41.n.10.& Zaual.dicta q.561.n.26. & ita in resignationibus per eos factis non ponitur supra dicta clausula, sed in præsenti offert se difficultas, quæ di-
204 catur congrua sustentatio, † vt valeat alienatio patrimonij, & resignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus, in qua Zauallos, d.q.561.ex n.27. ait, relinqui iudicis arbitrio, qui considerata qualita-
205 te † personarum locorum, & temporis, iudicabit, solere tamen de stilo curiæ pro congrua sustentatione centum pro rectore designari, verius tamen se existimare quod hodie illa dicatur congruæ sustentationis retentio, si ordinatus detinet beneficium 50. aureorum, cum illa quantitas reputetur ab Ordinario sufficiens à principio, vt clericus sacris ordinibus insigniri valeat, Flaminius dicta quæst. vlt. nu.156. quia nihil est in iure tam naturale, quam vt omnis res dissoluatur per quascunque causas nascitur.

206 Vnde vult Zauallos, † quod illa quantitas, quæ est sufficiens à principio, vt quis ad sacros Ordines promoueatur, erit etiam sufficiens, vt patrimonium, ad cuius titulum est promotus, possit alienari, & resignatio beneficij, ad cuius titulum est promotus, sortiatur effectum, & dicatur resignans aliunde habere vnde commode viuere possit, vt requirit concilium, & consequenter non erit attendenda quoad hoc qualitas personę, vt nobilitas, literatura &c. sed honesta, congrua & commoda sustentatio respectu cuiuslibet clerici, iuxta d.3.n.114. bene tamen verũ est, cum minori quantitate solent Ordinarij contentari, & satisfieri ad effectum ordinandi aliquem quam ad istum effectum.

207 Quinimo ad istum effectum † videtur attendenda qualitas personæ, vt tenent Fuscus de visitat. lib.2.c. 28.n.19.& Flaminius Parisius dicta q. vlt. n.181. maxime in resignationibus quæ fiunt coram Papa, in quibus, vt diximus, semper dicitur, quod resignans aliunde habet vnde commode viuere possit, vt in vna Hispalen. dimidiæ portionis.20. Iun.1591. coram D. Orano. in qua fuit resolutum, quod pro sustentatione commoda
208 † non sufficit quoad necessariam sustentationem sine penuria sufficit, glossa in c. periculoso. §. sane, verbo, absque penuria. & ibi Gemin. Francus & alij de statu regularium l.6. Abb. in c.1. nu.4. de institutio. Rebuffus de congrua n.78. quæ commoda sustentatio consideratur inspecta qualitate personæ, & loci, vbi moram trahit ad tradita per Ancarr. cons. 383. ad fi. Aym. consi.189. in fi. Et facit decisio 1. in causa Abulen. beneficij infra adducta 6.p.c.2. dub. 4.n.47.& vide ibi dicta dub.11. sub dubitatione a n.286.

209 At in vna Brigien. parochialis. 20. † Nou.1598. coram D. Penna Rota habuit pro congrua resignantis, ex qua commode sustentari possit, vt dicitur in literis resignationis 55. ducatos, quos habebat ex patrimonio, & pensione in resignatione reseruata, maxime accedente iudicio Ordinarij qui expediuit resignationem, & considerandum est tempus resignationis, quibus accedebat, quod cum Rota solita sit assignare 50. pro congrua vicario, similiter pro congrua istius videbatur sufficere 55. & quamuis in literis dicatur, dummodo aliunde, nõ excluditur, quin pensio sit in ea computanda, quoniã verbum, aliunde, ponitur ad exclusionem beneficij resignati, non autem pensionis.

210 Id autem, quod dicitur † de patrimonio & beneficio, ad cuius titulum quis sacris ordinatur, vt patrimonium non possit alienari, sine licentia Episcopi, donec aliunde habeat vnde viuere possit, nec beneficium resignari, nisi facta mentione, quod ad illius titulum sit promotus, & quod titulus debeat esse perpetuus, vt quæ supra 1.p cap.2.a numero 83.& quod patrimonium consistat in re immobili fructifera, de quo supra numer.105. &c. videntur habere locum, & procedere etiam in patrimonio, vel beneficio succedente, & subrogato loco illius, ad cuius titulum fuit ordinatus ex regula, quod subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, & subrogatum intelligitur cum qualitatibus eius, cuius loco subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus, cum aliis per Ias. ibi & Tiraquel. de retractu lignagier. §.1. glossa 10. numer. 80 & Mantienço in l.1. ti.4. gloss. 8. nu.1. & l.16 tit.10. gloss.3. nu.2. lib.5. recopilationis & subrogatum debet esse eiusdem iuris, & cõditionis, cuius est illud, in cuius locum subrogatur, & debet esse tale, quod à principio potuerit esse. Bal. per textum ibi in l. Parabolam. C. de Episcopis, & clericis, & conducunt decisiones Rotæ in causa Salamantina coadiutoriæ infra adductæ 4. part. capite quinto ad fin.

Beneficium autem, per cuius † assequutionem 211
vacat illud, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, non videtur posse dici subrogatum loco illius, cum illa vacatio inducatur à iure propter incompatibilitatem.

Decimo dubitatur an valeat † renuntiatio bene- 212
ficij, ad cuius titulum quis sacris fuit ordinatus, facta cum pensione sufficienti ad congruam sustentationem, non tamen facta mentione quod ad illius titulum fuit promotus.

In quo Nau. consi. 9. de † renuntiatione, tenet va- 213
lere tamen renuntiationem saltem in foro conscientiæ, sequuntur Flam. Parisius. d.l.2. quæstione sexta nu. 41.& Man. Rodriguez. dict. secundo tomo. capite 15 numer. 12.

Verius tamen est non valere, quia † vt dictum est 214
supra n.193. id traditum est pro forma, & indistincte annullatur resignatio aliter facta. Et ita tenet S. Congregatio Concilij, † vt in sequenti declaratione super. d. 215
c. Præsupposita supplicatione resignationis parochialis, de qua agitur per D. Gasparem in fauorem D. Ioannis de Miron, cum reseruatione pensionis 180 ducatorum prædicta D. Gaspari soluenda, & quod in eadem supplicatione d. D. Gaspar narrauit, quod per quinquenniũ dictã parochialem possederat, an in casu, de quo agitur, intret Concilium Trid. hoc cap. Congregatio censuit Concilium intrare.

Et quod talis resignatio sit nulla † etiam in foro 216
conscientiæ expresse tenet dicens longe probabilius P. Ledesma. d. capite septimo post decimam conclusionem.

Vndecimo dubitatur, an etiam id † procedat in 217
permutatione, vt sit nulla non facta mentione quod ad titulum beneficij permutati fuit sacris ordinatus.

Et respondetur procedere, nisi † permutatio sit æ- 218
quiualens vt S. Congregatio censuit super dictum cap. 2. ibi si aliter facta resignatio nulla sit, Congregatio censuit hoc non procedere æquiualenti. Et quod procedit etiã in permutatione tradit post hæc Gonçalez dicta glo. 5. §.10. a n. 43. dicens resolutum in Mutinen. Canonicatus 19. Nou.1602. coram D. Lita vbi fuit supra dictum competere resignanti actionem spolij, etiãsi permutatio non potuerit habere effectum ex noua culpa resignantis, quia in examine fuit reprobatus, neque obstare illi constitutionem Gregorianam de publican. resignationibus.

12. Du-

219 12. Dubitatur an decretum † quatenus prohibet resignationem beneficij, ad cuius tit. quis fuit sacris ordinatus, nisi aliunde habeat vnde viuere possit, procedat etiam in priuationibus, & renuntiationibus inductis à iure, vt per assequutionem alterius incompatibilis.

220 Et respondetur negatiue, † nam Concilium ibi solum tollit renuntiationes voluntarias vt S. Congregatio censuit super dicto c.2. his verbis, hoc decretum prohibet resignationes voluntarias, non autem priuationes. Et facit quod tradit Naua. in capite accepta. de restitutione spolia. illamo oppositionis solutione, num.4.

221 Vnde infertur d. decretum, † non procedere in resignatione facienda ex decreto per Papam apposito in gratia alterius incompatibilis, & in ea non erit opus facere mentionem, quod ad illius titulum fuit sacris ordinatus, ex quo est resignatio necessaria immissa a Papa.

222 Infertur etiam videtur, quod d. † decretum, quatenus prohibet alienationem patrimonij, ad cuius titulum quis fuit sacris ordinatus, procedit in alienatione voluntaria, non autem in necessaria, vt ea, quæ fieret causa debitorum, nisi ea fuisset contracta in fraudem dicti decreti, & facit. l.1.C. de prædiis minorum.

223 Nihilominus tamen supra 6. dubio † à n. 139. dictum est contrarium, maxime quando debita fuit contracta post ordinationem, seu tempus illius, & quia clericus non tenetur vltra quam facere possit, & ista alienatio habet principium voluntarium, & d. legis prima. potest responderi, quod alienatio rerum minorum, non ita absolute prohibetur.

224 13. Dubitatur stante, quod resignatio beneficij, ad cuius titulum † quis fuit sacris ordinatus, facta contra tenorem & formam dicti decreti, est nulla, an ita sit nulla, vt beneficium non vacet, sed remaneat penes resignantem.

225 Et quidem, quod attinet id † resignationem factam coram Papa, certum est beneficium non vacare, sed ius remanere penes resignantem, nam cum resignatio non tenet ius non abdicatur à resignante.

226 Ex qua ratione idem etiam erat † dicendum in resignatione facta coram Ordinario, stando in terminis Concilij supra, & ita resolute tenet Zauallos supra. d. q.561. num.42. in resignatione beneficij, ad cuius titulum fuit aliquis ordinatus, non retenta congrua sustentatione, cum sit nulla vt in d.c.2. non vacare beneficiũ, & sic non esse necessarium nouum titulum nec collationem.

Ex constitutione tamen Pij. V. 58. de qua supra n-
227 in resignatione † beneficij, ad cuius titulum aliquis sacris fuit ordinatus, facta coram Ordinario cum resignans non haberet aliunde quo posset commode sustentari, dicendum est beneficium vacare, nec resignantem posse ad illud redire, sed de eo vti vere vacante libere prouidendum, non per Ordinarium ipsum, sed per Papam, siue alios superiores Ordinarij, qui talem resignationem admisit, aut patronos, si beneficium est iuris patronatus iuxta aliam constitutionem eiusdem Pij V. 42. datam sexto Idus Augusti 1567. quam alias ibi in suo robore relinquit, & Ordinarius admittens talem resignationem incurrit pœnam suspensionis à collatione beneficiorum ibi impositam, & tenetur ipsum resignantem alere, vt censuit S. Congregatio Concilij, vt per Flam. Parisium dicto l.2.q.6.n.41.& 42.& apparet in declarationib.
† sequentibus super dicto c.21. Beneficium semel à se a- 228
lienat, puta illud resignauit in manus Ordinarij, illud idẽ amplius recuperare non potest, si resignatio facta est post bullam Pij V. sexto Idus Augusti 1567. qua eiusmodi resignationes beneficiorum fieri prohibuit in manus Ordinariorum, ac si factæ essent, statuit beneficia ipsa vere vacare, & à Sede Apostolica, vel à superiorib. Ordinariorum ipsorum posse conferri, neque vero ab ipso Ordinario eadem resignans fuerat admittenda, si resignans, cum presbyterij ordini esset adscriptus, nihil aliud præterea habebat quo vitam suam commode sustentare posset, cum Sanct. Dominus noster altera bulla edita calendis Aprilis, 1568. huiusmodi resignationes prohibuerit admitti, & quia Ordinarius huic interdicto non paruit, sua sanctitas hac re voluit resignantem ab eo Ordinario alendum esse, aut alia ratione illiusmodi prouidendũ, eique ipsum beneficium resignatum omnino ademandum, & in eo instituendum [illegible] eo, qui fuerit à patrono præsentatus. Secunda, si Ordinarius, non habens facultatem admittendæ resignationes sibi à Pio. V. in certis casibus sublatam, hanc resignationem admiserit beneficij, adquod resignans ordinatus erat, beneficium vacat Apostolicæ Sedi, sed ordinarius illi de proprio prouidere tenetur. Tertia, ordinarius, qui admiserit resignationẽ factam ab aliquo presbytero, qui nihil aliud, præter id beneficium habebat, vnde commode se sustentare possit, tenetur eum alere, nec potest eidem beneficium illud resignatum restituere, sed in eo institui debet ille, qui præsentatus fuerat à patrono. Quarta ibi neque ea resignatio admittatur. Et pœnam admittentibus imponit Pius Quintus. in Bulla Calendis Aprilis. 1568. incipien. Quanta Ecclesia Dei.

In resignatione vero facta coram † Ordinario ab 229
eo, qui aliunde commode viuere potest, non tamen facta mentione, quod ad illius titulum sit promotus, videtur standum esse Concilio, & per eam non vacare beneficium, quia constitutio Pij. V. non loquitur in hoc casu.

Decimo quarto dubitatur, an, si † habens benefi- 230
cium ad cuius tit. fuit ordinatus, iurauerit illud resignare, vel procuratorem constitutum ad resignandum non reuocare, cum non habet alias vnde sustẽtari possit, teneatur adimplere tale iuramentum.

In quo breuiter respondetur † negatiue, quia est 231
contra dispositionem Concilij cap. si diligenti de foro competen. ibi, nec iuramentum, & iuramentum non est vinculum iniquitatis. c. quanto, c. Quintauallis de iureiurando, regula, non est obligatorium, in sexto cum aliis.

Et ita dabitur ad cautelam absolutio † à dicto iu- 232
ramento, vt per Sanctam Congregationem Concilij in declarationibus sequentibus super dictum capitulum secundum Prima, qui beneficium, ad quod fuit ordinatus, resignare iurauerit, pœnitentia imposita est absoluendus, ne resignet. Secunda, cum habens Parochiam iurasset non reuocare procuratorem, quem fecerat ad resignandum, petiit se absolueretur à iuramẽto, quo loco visum est procuratorem posse reuocari. Flam. Paris. dicto libro secundo, quæstione sexta, numero 43.

Nec obstat decisio Rotæ octaua de procurator. 233
in antiquis, quæ habet, † quod constituens procuratorem ad resignandum beneficium ex causa permutationis cum iuramento de non reuocando, non potest valide reuocare, & adducit Felinus in c.a. ex p. decani, de rescrip. numero.12. & in dicto capite si diligenti nota Fall. nu.32. Aufrerius ad Capellam Tholos.

234 *bened.num.*61. quia iste decisio non loquitur, nec procedit, vbi resignatio est contra iuris dispositionem vt in proposito, & præterea dicta decisio Rotæ, & 235 Capellæ Tholosanæ, vbi, quam sequitur Ioan. Nicol. Gimon. *in enchiridio benef. titulo quinto, cap. quinto ex numer. tertio*, non est in vsu, sed indifferenter practicatur, quod in quibuscunque resignationibus hinc ex causa permutationis, siue alia quacunque ratione correspectiua, locus sit pœnitentiæ, donec resignatio per superiorem sit recepta, & admissa, nec darentur per cancellariam literæ ad cogendum via iuris partem renitentem, vt seruetur contenta, vt post Hieron. m. Paulum in pract. cancellariæ vers. duo tractarunt, tradit Massa Gallesius *de obligantibus in forma cameræ, secunda parte ad sextam particulam, quæstione prima, numero tertio*, qui etiam ait, suo tempore in pluribus casibus Rotam iudicasse Flamin. Parisius *libro nono, quæstione 31.* & sic sunt tradita per Couarr. *in capite quamvis pactum, 2. parte. 3. 1. num. 5.*

234 Quamuis P. de Vbaldis *de permutatione benef. numero. 40.* post Feder. *cons. 11. col. vltimo. 38.* teneat, si beneficiati tractantes de permutatione beneficiorum promiserunt, ad inuicem fide data procurare permutationem fiori per illos, qui habent authoritatem, & consentire, altero instante posse superiorem compellere renitentem ad permutandum, & si omnino nollet, posse inuitum illum transferre, de quo tamen dubitat Bellam. *eodem tit. col. secunda pag. quæstion. 5.*

Videtur tamen necessaria absolutio dicti iuramenti 237 non vt incurratur periurium, cum iramentum posset sine interitu salutis æternæ seruari, nisi iurans sit sacris ordinatus, maxime ad titulum illius beneficij, nec aliunde habet vnde viuere possit, sicut in testamento iurato, vt per Couarr. *in rubrica de testam. secunda parte numero. 15.* & Fla. n. Paris. *supra numer 33.*

Et facit resolutio in causa Toletana, & Abulen. 238 pensionis coram D. Reomano *anno. 1553.* vbi fuit tentum a concordia, *in beneficialibus licitum esse recedere ante beneplacitum Sedis Apostolicæ. Prima, quia in contractibus innominatis re integra est locus pœnitentiæ. l. si pecuniam, & ubi glossa de conditione ob causam. Secundo quia concordia in beneficialibus, non valet etiam cum iuramento, capit. constitutus, & capit. super eo de transactio. nec clausula salvo beneplacito quicquam operatur ante confirmationem Papæ, quoad validitatem concordiæ, licet oppretur., ne partes incurrant pœnam contrahendo super re spirituali, adeo quod si ante quam superueniat beneplacitum, pœnitentia interuenerit irritabitur concordia Abb. cap. super eo in fi. de conditio. appositis. Ita in d. Toletana, & Abulen. & dilata fuit prius esse tentum in Cæsaraugustana concordia coram D. Rastellen. 1542. vbi decisione Putei. 353. libro primo & in Tarraconen. concordiarum Decan. & per Vrtallum decision. 184 seq. primo in manuscriptis, & tradit etiam Cæsar de Grassis decision. 191. num. 8. & Rota decision. 574. num. 2. par. 2. diuersorum, & post hæc Gonçalez glos. 12. à num. 80. qui à numer. 83.* ait, quod in hoc casu pars, quæ recedit, & pœnitet, tenetur subministrare alteri parti omnes expensas iam factas ratione d. concordiæ, vel resignationis, vt alias tradit Io. Gutier. *can. 41. c. 22 num. 19. argum. l. si pecuniam ff. de condictione causa data*, sed id mihi non placet, nam cum recedens suo iure vtatur, non tenetur ad expensas alterius partis, nec obest *d. l. si pecuniam*, quia loquitur de contracta innominato, qui non interuenit in proposito proprie.

TER-

TERTIA PARS, DE OBLIGATIONIBVS ET ONERIBVS, CONTINET QVATVOR CAPITA.

CAP. I.

De obligatione recitandi.

SVMMARIA.

QVodlibet beneficium obligat saltem ad recitandum horas, cum detur propter officium, n. 1.

Non recitantes etiam ante sex menses peccant mortaliter & post sex menses ab obtento beneficio fructus suos non faciunt pro rata omissionis officij & temporis, n. 2.

Literam constitutionis Concilij Lateranen. 2. in. qua referunt, n. 3. quam male mutant aliqui, n. 4.

Dicta constitutio enumeratur, & declaratur per constitutionem Pij V. 238. quæ hic ponitur n. 6.

Istam constitutionem Pij V. quæ adducunt, & explicant, n. 6.

Beneficiati non recitantes, non tenentur ad restitutionem fructuum ex iure naturali, & diuino, sed ex iure positiuo n. 7. & ita de iure antiquo non tenebant eos restituere, n. 8. contra aliquos relatos, n. 10.

Verbum statutorum, est iuris non traditionum, n. 9.

Regula, quod datum ob causam, eam non secuta repeti potest, explicatur, n. 11. 12. & 13.

Obligatio recitandi, quam habent beneficiati, sicut illa, quam habent in sacris constituti, non est tollitiua, sed relaxatiua ex præcepto Ecclesiæ, n. 14. & 15. contra aliquos relatos num. 15.

Beneficiatus omittens aliquod seruitium, seu munus ratione illius, non tenetur ad restitutionem, sed illud supplere, si potest, nec qui non residet in benef. residentiam requirente, n. 16.

Beneficiatus non recitans intra sex primos menses facit suos indistincte fructus suos, quicquid aliqui dicant, n. 17. vsque ad 23.

Beneficiatus omittens officium primo semestri, non tenetur ad restitutionem etiamsi per aliquod tempus horas persoluerit, & postea omittat contra Summam Coronam, n. 24. & 25.

Beneficiatus, qui bona fide, & absque mortali omisit recitare, etiam post sex menses, non tenetur ad restitut. num. 26.

Etiam pro omissione vnius, aut duorum dierum, aut vnius horæ est obligatus restituendi pro rata, n. 27.

Non recitantes tenentur restituere in integrum omnes fructus, etiamsi beneficium sit curatum, vel habens alia onera contra aliquos, n. 28. vsque ad 34.

Restitutionem distributionum quotidianarum, seu grossæ Canonicatuum, quam Canonici alias chori interessentes amittunt si non recitationem horarum, acquiritur fabricæ, vel pauperibus, & non aliis Canonicis, seu mensæ capitul. licet alias soleant aliis accrescere, n. 35. & 36. & idem in redditibus pensionis amissis, ob non recitationem officij parui, n. 37.

Quodlibet beneficium, etiam tenue, obligat ad horas contra aliquos, n. 38 39. & 40.

Beneficium nullos omnino habens redditus, non obligat ad horas, n. 41. non solum, quod nunquam habuit redditus, quod tenuia beneficium dici non potest, nam beneficium non debet esse sine redditibus, n. 42. & 43. sed etiam, quod ab initio eos habuit, n. 44.

Et si beneficium habeat redditus, si tamen illud habens neque per se neque per alium percepit, nec per eum stat, in posterum est percepturus, non tenetur recitare, num. 45.

An qui habet solum tit. beneficij, reseruatis alteri omnibus fructibus teneatur recitare, n. 46. cum seq. vsque ad 59. vbi ponuntur variæ sententiæ, & resolutur distinguendo.

An nouus Canonicus teneatur recitare primo anno in quo non lucratur ex statuto, vel consuetudine Ecclesiæ, n. 60. cum sequentibus vsque ad 77. resolutur tenere, si saltem lucrantur horas, seu distributiones quotidianas, aut si fructus reseruantur post mortem, aut si per ipsas stat. si vero nihil lucrantur, etiam de facto non tenetur.

An ratione beneficij teneatur quis recitare etiam ante possessionem quæsitam, n. 78. ponuntur sententia dictorum vsque ad n. 83.

Certum est non teneri recitare, qui adhuc ius in beneficio non habet, licet habeat ius ad illud, n. 84.

Certum etiam est teneri recitare beneficiatum, si habet possessionem beneficij, aut per eum stat. numer. 85. quod videtur etiam habere locum in habente possessionem beneficij, maxime cum fructibus, licet non pacificam, sed cum lite contra aliquos, num. 86. cum seqnen.

Videtur etiam id habere locum in habente possessionem beneficij sine titulo, n. 90. quamuis præsumptus, cuius collatio non valet, non tenebitur recitare ante possessionem, etiamsi per eum steterit, n. 91.

Habens collationem beneficij acceptatam tenetur recitare licet nondum acceperit possessionem, nec per eum steterit. n. 92. quando præsumptio est certa, quamuis contraria sententia non videatur improbabilis, n. 93. cuius fundamentum refunditur, n. 94. nec Nauar. tenet

234 *bened.num.*61. quia iste decisio non loquitur, nec procedit, vbi resignatio est contra iuris dispositionem vt in proposito, & præterea dicta decisio Rotæ, & 235 Capellæ Tholosanæ, vbi, quam sequitur Ioan. Nicol. Gimon. *in enchiridio benef. titulo quinto, cap. quinto ex numer. tertio*, non est in vsu, sed indifferenter practicatur, quod in quibuscunque resignationibus hinc ex causa permutationis, siue alia quacunque ratione correspectiua, locus sit pœnitentiæ, donec resignatio per superiorem sit recepta, & admissa, nec darentur per cancellariam literæ ad cogendum via iuris partem renitentem, vt seruetur contenta, vt post Hieron. m. Paulum in pract. cancellariæ vers. duo tractarunt, tradit Massa Gallesius *de obligantibus in forma cameræ, secunda parte ad sextam particulam, quæstione prima, numero tertio*, qui etiam ait, suo tempore in pluribus casibus Rotam iudicasse Flamin. Parisius *libro nono, quæstione 31.* & sic sunt tradita per Couarr. *in capite quamvis pactum, 2. parte. 3. 1. num. 5.*

234 Quamuis P. de Vbaldis *de permutatione benef. numero. 40.* post Feder. *cons. 11. col. vltimo. 38.* teneat, si beneficiati tractantes de permutatione beneficiorum promiserunt, ad inuicem fide data procurare permutationem fiori per illos, qui habent authoritatem, & consentire, altero instante posse superiorem compellere renitentem ad permutandum, & si omnino nollet, posse inuitum illum transferre, de quo tamen dubitat Bellam. *eodem tit. col. secunda pag. quæstion. 5.*

Videtur tamen necessaria absolutio dicti iuramenti 237 non vt incurratur periurium, cum iramentum posset sine interitu salutis æternæ seruari, nisi iurans sit sacris ordinatus, maxime ad titulum illius beneficij, nec aliunde habet vnde viuere possit, sicut in testamento iurato, vt per Couarr. *in rubrica de testam. secunda parte numero. 15.* & Fla. n. Paris. *supra numer 33.*

Et facit resolutio in causa Toletana, & Abulen. 238 pensionis coram D. Reomano *anno. 1553.* vbi fuit tentum a concordia, *in beneficialibus licitum esse recedere ante beneplacitum Sedis Apostolicæ. Prima, quia in contractibus innominatis re integra est locus pœnitentiæ. l. si pecuniam, & ubi glossa de conditione ob causam. Secundo quia concordia in beneficialibus, non valet etiam cum iuramento, capit. constitutus, & capit. super eo de transactio. nec clausula salvo beneplacito quicquam operatur ante confirmationem Papæ, quoad validitatem concordiæ, licet oppretur., ne partes incurrant pœnam contrahendo super re spirituali, adeo quod si ante quam superueniat beneplacitum, pœnitentia interuenerit irritabitur concordia Abb. cap. super eo in fi. de conditio. appositis. Ita in d. Toletana, & Abulen. & dilata fuit prius esse tentum in Cæsaraugustana concordia coram D. Rastellen. 1542. vbi decisione Putei. 353. libro primo & in Tarraconen. concordiarum Decan. & per Vrtallum decision. 184 seq. primo in manuscriptis, & tradit etiam Cæsar de Grassis decision. 191. num. 8. & Rota decision. 574. num. 2. par. 2. diuersorum, & post hæc Gonçalez glos. 12. à num. 80. qui à numer. 83.* ait, quod in hoc casu pars, quæ recedit, & pœnitet, tenetur subministrare alteri parti omnes expensas iam factas ratione d. concordiæ, vel resignationis, vt alias tradit Io. Gutier. *can. 41. c. 22 num. 19. argum. l. si pecuniam ff. de condictione causa data*, sed id mihi non placet, nam cum recedens suo iure vtatur, non tenetur ad expensas alterius partis, nec obest *d. l. si pecuniam*, quia loquitur de contracta innominato, qui non interuenit in proposito proprie.

TER-

TERTIA PARS, DE OBLIGATIONIBVS ET ONERIBVS, CONTINET QVATVOR CAPITA.

CAP. I.

De obligatione recitandi.

SVMMARIA.

QVodlibet beneficium obligat saltem ad recitandum horas, cum detur propter officium, n. 1.

Non recitantes etiam ante sex menses peccant mortaliter & post sex menses ab obtento beneficio fructus suos non faciunt pro rata omissionis officij & temporis, n. 2.

Literam constitutionis Concilij Lateranen. 2. in. qua referunt, n. 3. quam male mutant aliqui, n. 4.

Dicta constitutio enumeratur, & declaratur per constitutionem Pij V. 238. quæ hic ponitur n. 6.

Istam constitutionem Pij V. quæ adducunt, & explicant, n. 6.

Beneficiati non recitantes, non tenentur ad restitutionem fructuum ex iure naturali, & diuino, sed ex iure positiuo n. 7. & ita de iure antiquo non tenebant eos restituere, n. 8. contra aliquos relatos, n. 10.

Verbum statutorum, est iuris non traditionum, n. 9.

Regula, quod datum ob causam, eam non secuta repeti potest, explicatur, n. 11. 12. & 13.

Obligatio recitandi, quam habent beneficiati, sicut illa, quam habent in sacris constituti, non est tollitiua, sed relaxatiua ex præcepto Ecclesiæ, n. 14. & 15. contra aliquos relatos num. 15.

Beneficiatus omittens aliquod seruitium, seu munus ratione illius, non tenetur ad restitutionem, sed illud supplere, si potest, nec qui non residet in benef. residentiam requirente, n. 16.

Beneficiatus non recitans intra sex primos menses facit suos indistincte fructus suos, quicquid aliqui dicant, n. 17. vsque ad 23.

Beneficiatus omittens officium primo semestri, non tenetur ad restitutionem etiamsi per aliquod tempus horas persoluerit, & postea omittat contra Summam Coronam, n. 24. & 25.

Beneficiatus, qui bona fide, & absque mortali omisit recitare, etiam post sex menses, non tenetur ad restitut. num. 26.

Etiam pro omissione vnius, aut duorum dierum, aut vnius horæ est obligatus restituendi pro rata, n. 27.

Non recitantes tenentur restituere in integrum omnes fructus, etiamsi beneficium sit curatum, vel habens alia onera contra aliquos, n. 28. vsque ad 34.

Restitutionem distributionum quotidianarum, seu grossæ Canonicatuum, quam Canonici alias chori interessentes amittunt si non recitationem horarum, acquiritur fabricæ, vel pauperibus, & non aliis Canonicis, seu mensæ capitul. licet alias soleant aliis accrescere, n. 35. & 36. & idem in redditibus pensionis amissis, ob non recitationem officij parui, n. 37.

Quodlibet beneficium, etiam tenue, obligat ad horas contra aliquos, n. 38 39. & 40.

Beneficium nullos omnino habens redditus, non obligat ad horas, n. 41. non solum, quod nunquam habuit redditus, quod tenuia beneficium dici non potest, nam beneficium non debet esse sine redditibus, n. 42. & 43. sed etiam, quod ab initio eos habuit, n. 44.

Et si beneficium habeat redditus, si tamen illud habens neque per se neque per alium percepit, nec per eum stat, in posterum est percepturus, non tenetur recitare, num. 45.

An qui habet solum tit. beneficij, reseruatis alteri omnibus fructibus teneatur recitare, n. 46. cum seq. vsque ad 59. vbi ponuntur variæ sententiæ, & resolutur distinguendo.

An nouus Canonicus teneatur recitare primo anno in quo non lucratur ex statuto, vel consuetudine Ecclesiæ, n. 60. cum sequentibus vsque ad 77. resolutur tenere, si saltem lucrantur horas, seu distributiones quotidianas, aut si fructus reseruantur post mortem, aut si per ipsas stat. si vero nihil lucrantur, etiam de facto non tenetur.

An ratione beneficij teneatur quis recitare etiam ante possessionem quæsitam, n. 78. ponuntur sententia dictorum vsque ad n. 83.

Certum est non teneri recitare, qui adhuc ius in beneficio non habet, licet habeat ius ad illud, n. 84.

Certum etiam est teneri recitare beneficiatum, si habet possessionem beneficij, aut per eum stat. numer. 85. quod videtur etiam habere locum in habente possessionem beneficij, maxime cum fructibus, licet non pacificam, sed cum lite contra aliquos, num. 86. cum seqnen.

Videtur etiam id habere locum in habente possessionem beneficij sine titulo, n. 90. quamuis præsumptus, cuius collatio non valet, non tenebitur recitare ante possessionem, etiamsi per eum steterit, n. 91.

Habens collationem beneficij acceptatam tenetur recitare licet nondum acceperit possessionem, nec per eum steterit. n. 92. quando præsumptio est certa, quamuis contraria sententia non videatur improbabilis, n. 93. cuius fundamentum refunditur, n. 94. nec Nauar. tenet

contrarium, & Man. Rodr. est sibi contrarius numero 95.

Contraria opinio procederet in Canonico, qui nihil potest quaerere de fructibus ante possessionem, n. 96.

Nesciens recitare non est licitum accipere beneficium sibi collatum, nec illud praetendere secundum Nauar. & alios. num. 97. sed haec sententia videtur nimis rigida, nu. 98.

Expectantes beneficia ratione expectatiuae, vel resignationis, quae in eorum fauorem fit, aut praesentationis, electionis, seu nominationis de eis factae, mandati ve de prouidendo, sicut, & qui volunt sacris initiari, debent sibi parare breuiarium, discere que modum recitandi, num. 99.

An etiam teneatur recitare habens promissionem, & titulum benef. in cuius possessione est alius, contra quem litigat, aut neuter, n. 100. sententia negatiua, 101. aff. nu. 102. quae placet, quando esset certa, aut quasi certa victoria illius n. 103. alias secus, n. 104.

An qui habet beneficium in commendam teneatur recitare, nu. 105. & 106. resoluitur teneri, si est ad vtilitatem commendatarij, secus vero si est ad vtilitatem Ecclesiae.

An coadiutor propter coadiutoriam teneatur recitare, nu. 107. & 108. & 109. ponuntur sententiae doctorum, & resoluitur non teneri.

An habens plura beneficia teneatur pluries dicere officium n. 110. cum sequentibus resoluitur negatiue.

Habentes cum beneficio seu ordine sacro pensionem non tenentur recitare officium paruum B. Mariae, sed satisfaciunt recitando officium maius, n. 117.

Pensionarius clericus, si efficiatur miles Ordinis militaris cum indulto retinendi pensionem, non tenetur ad horas B. Mariae, sed sufficit, quod recitet orationes à Religione praescriptas, n. 118.

Pensionarius, qui non habet sacrum ordinem, seu beneficium, potest omisso officio paruo recitare officium maius, nu. 119.

Qui habet plura beneficia iniuste sine legitima dispensatione, non tenetur pluries recitare. n. 120.

An habens plura beneficia omittens officium peccet tot peccata, quot habet beneficia, an vero vnum solum, n. 121. cum sequentibus, resoluitur, nõ peccare nisi vnum solum, etiamsi cum beneficiis haberet ordinẽ sacrum, & idem est in frangente ieiunium, vel non audiente missam, quando concurrit duplex vigilia, vel festum.

An omittens vno die omnes septem horas committat vnũ tantum peccatum, an tot peccata quot sunt horae, numer. 131. cum sequentibus resoluitur vnum tantũ peccatum committere, etiamsi plures id proposuerit, nisi facta sit interruptio per poenitentiam, seu actum contrarium.

Si quis omittit recitare officium vnius mensis, vel anni, tot sunt peccata, quot diebus omisit, licet secus sit in actu voluntatis, qua id proposuit in genere, numer. 139. & 140.

Supposito, quod omittere vno die horas, etiam omnes, est vnum tantum peccatum, an sit in confessione explicandum, quot horas omisit, num. 141. cum sequentibus, resoluitur esse explicandum, & declaratur quando circumstantiae notabiliter aggrauantes sint confitendae.

An beneficiarius dicens officium per aliud breuiarium à Romano, vel dicens de sancto, cum erat de feria, satisfaciat ita, vt non peccet, saltem mortaliter, nec teneatur ad restitutionem, numer. 145. cum sequentibus, resoluitur contra aliquos, non solum qui crebro, sed etiã qui vno aut altero die id faceret, non satisfacere, sed peccare mort. aliter, & teneri ad restitutionem fructuum.

An possit esse peccatum, quod alias esset veniale, ratione praecedentium fiat mortale, & quando, & an omittens seu iurans quotidie recitare, aliquid paruum, vel dare eleemosinam paruam, nunquam peccet mortaliter, etiamsi per multos dies id omittat, numer. 167. cum sequentibus.

Qui recitaret de vno sancto, cum esset recitandum de alio, si est parua differentia inter vnum, & alterum officium sufficiet repetere particularia illius officij, numer. 175.

Qui recitauit de sancto, cum esset recitandum de feria, vel è contra, quia forte calendarium, quod vidit, erat erratum, aut sequendo sententiam peritorum, quae postea apparet falsa, probabile est, quod satisfacit, numer. 176.

An priuilegium Innocentij IIII. concessum, fratribus Minoribus, quod ratione itineris, seu alterius iustae causae existentes extra suos Conuentus, possint recitare non iuxta ordinem Breuiarij Romani, sit reuocatum per Bullam Breuiarij Pij V. n. 177. cum sequen. resoluitur esse reuocatum.

Priuilegium concessum per Martinum V. patribus S. Hieronymi, quod infirmi, & senes satisfaciant obligationi, recitando aliquos Psalmos, & aliud Minorum, & alia similia, non videntur reuocata, quia non sunt contra dictam Bullam, n. 180.

An beneficiatus recitans sine debita attentione teneatur ad restitutionem fructuum, n. 181. cum sequen. resoluitur eum non satisfacere, sed teneri ante lapsum diei repetere contra aliquos, & sic teneri ad restitutionem fructuum contra illos & alios.

An qui dicit officium cum debita attentione, sine intentione tamen, & animo satisfaciendi, satisfaciat, an teneatur iterum recitare, numer. 189. cum sequentibus, ponuntur sententiae Doctorum, & resoluitur satisfacere, & respondetur rationibus aliarum sententiarum.

Certum est, etiam in opinione aliorum, non esse necessariam actualem intentionem satisfaciendi, sed sufficere virtualem, n. 209. & quando illa sit ibi, & num. 210. & 211.

An beneficiatus non potens recitare per se, qui tamen potest cum socio, teneatur sic recitare, n. 212 cum seq. ponuntur opiniones Doctorum, & concordantur.

An qui propter infirmitatem non potest totas horas recitare, potest tamen partem, teneatur illam recitare, num. 216. cum seq. ponuntur sententiae Doctorum, & resolutio.

Laudes, quamuis sint vna hora cum matutino, tamen possunt ab illo diuidi, & recitari per modum horae distinctae. n. 224. dicendo in principio, Pater noster, & Aue Maria. n. 225.

Alia de Materia Horarum Canonicarum, apud quos sint videnda, n. 227.

CVm beneficium datur propter officium, vt supra dictum † est. 1. par. c. 2. num. 59. quodlibet beneficium Ecclesiasticum obligat, saltem ad recitandum Horas Canonicas, cap. fin. 92. distin. & facit tex. in cap 3. & in ca. diuersis fallaciis, de clericis coniugatis, Dict. in c. 1 de celebratione Miss. Nauar. de oratione, c. 7. n. 3. Durãdus de ritib. Ecclesiae Catholicae, li. 3. c. 22. nu. 7. & 8. Card. Bellarm. 3. tom. vltima controuersia 3. controuersiae, li. 1. ca. 19. & est communis sententia, vt per Valentiam, 3. tom. sup. 2. 2. disputatione 6. qua. 2. pun. 10. circa secundum, 2. concl. Açor in institutionibus moralibus l. 10. c. 3. & P. Ledesmam in sum. 2. par. tract. 9. c. 4. 6. conclusio. 1

2 Alioquin non recitantes, etiam ante sex † menses, peccant mortaliter, & post sex menses ab obtento beneficio fructus suos non faciunt pro rata omissionis officij, & temporis, sed eos restituere tenentur fabricis, vel pauperibus, ex constitutione Concilij Lateranen. vltimi sub Leone X. sess. 9. §. Statuimus, cuius literam refert Nauar. de oratione d.
3 cap. 7. num. 31. & praecipue, † cap. 11. n. 61. Gigas de pensio. q. 30. Bernard. Diaz de Luco in pract. crimin. c. mon. 54. alias 49. Grego. Lopez, in l. 34. tit. 6. par. 1. verb. en la Iglesia, Sandoual, in tract. de officio Ecclesiastico, canon 5. nar. cap. 5. M. Ant. Cuchus in institutionibus maioribus. l. 5. tit. 7. n. 39. Fuscus de visitatione, l. 2. cap. 20. n. 21 Durandus, d. lib. 3. c. 25. num. 7. Summa Corona, 1. par. d. cap. 1. n. 92. Açor. d. l. 10. c. 14. q. secunda & tertia & alij.

4 Quam diuinando male mutant Sotus de † iustitia & iure, l. 10. q. 5. art. 6. & Menochius de arbitrar. l. 2. casu 429. n. 10. qui tamen in additione 6. n. 2 recipit iam lectionem communem.

5 Quae constitutio innouatur, † & declaratur per constitutionem Pij V. 1. §. quae sic ait. Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam, ex proximo Lateranen. Concilio.

6 Quam constitutionem adducit, † & explicat Nauar. d. c. 7. a nu. 31. & in Manual confess. cap 25. nu. 122. & sequen. Fuscus supra n. 22. Azeuedo in l. 27. tit. 3. l. 1. recop. l. numer. nono. A. Rochus Veronen. de visitatione, verbo diuinum officium. Durandus dicto cap. 25. numer. septimo & Summa Corona, vbi supra, numero 93.

7 Ex qua constitutione Concilij Lateranen. † ac Pij V. infertur, 1. beneficiatos non recitantes officium diuinum, non teneri ad restitutionem fructuum, ex iure naturali, & diuino, sed ex iure positiuo dict. Concilij, & constitutionis Pij V. in poenam peccati impediente acquisitionem illorum, quicquid dicat Gabriel Vazquez, tit. 1. tom. 1. disput. 168. a numer. 33. contra expressa verba dict. constitutionum. Si enim ex iure naturali ad id tenerentur, etiam primis sex mensibus omittentes officium tenerentur illos restituere.

8 Et ita de iure antiquo, † ante d. constitutionem Concilij Lateranen. verior erat sententia, beneficiatos non recitantes, non teneri restituere fructus interim perceptos, quam tenet Innoc. Io. And. Butrius. Cardin. & Panorm. num. 8. in cap. 1. de celebratione Missar. & sequuntur Fel. in c. postulasti, n. 7. de rescrip. Ias. in l. si quamaries, n. 6. C. de testam. militis, Cosmas Guinier. in prag. sanctione, tit. qualiter horae canon. sunt dicendae, verb. tenetur, summa Rosella, verb. clericus, 4. n. 23 Siluest. eodem verb. clericus, 4. n. 16. quaest. 25. qui alios citat, & dicit, ita tenere pene omnes, Armilla verb. beneficium, num. 68. & verb. clericus, num. 27. Nauar. dicens communem de oratione d. c. 7. n. 31. & c. 10. n. 56. & c. 21. num. 58. & 90. Didacus Perez ad Villad. de irregular. cap. num. 12. Cuchus d. tit. 7. num. 39. P. Grego. de benef. cap. 6. num 12. & Açor. d. l. 10. cap. 14. quaest. 1. quam etiam dicit communem Couar. l. 3. variar. c. 13. n. 10.

9 Pro qua etiam facit, † quod verbum, statuimus de quo in d. constitutione est iuris noui inductiuum, gloss. in cap. vt litigantium, de officio ord. in sexto, & in Clementina fin. de rescrip. verb. statuimus, Felin. in capit. 2. de iudic. numer. decima & Nauar. de spoliis §. 3. numer. 3.

Quamuis cõtrariam sententiam tenuerit Calder. † in d. c. 1. quam sequuntur Dominicus d. cap. fin. de re- 10
scrip. in sexto, & in c. si Canonic. 4. si vero per tex. ibi, qui tamen parum facit, vt per Felin. sup. de off. ordin in sexto, Decius in cap. cum omnes de constit. 2. lect. ar 4. nu. 16. dicens, veriorem videri in puncto iuris, saltem in foro conscientiae. Ripa in leg. si. C. de reuocan. donat. q. 66. Angelus in sum. verb. hora can. § 11. Tiraq. in tract. cessante causa, 1. p. nu. 46. Gamb. de officio legati. l. 6. num 318. Simancas de Catholicis institutionibus c. 9. n. 8. Baeça de decima tutori praest. c. 11. nu. 6. A. Rochus supra. Durandus, d. c. 25. n. 7. & P. Ledes. d. tract. 9. c. 4. circa 21. conclusionem, pag. 1088 in parte respondente recitationi horarum, Sotus d. l. 10. q. 5. ar. 6. Valentia d. disp. 6. q. 2. pun. 10. circa 8. vers. respon. per dist. & Gabr. Vazquez, d. tom. disput. 160. n. 31. & seq. & disput. 168 n. 34 & in beneficiis sine cura, P. Nauar. de restitutio. l. 2. c. 2. n. 216. & Arragon. 2. 2. q. 63. art. 13. & videtur tenere Lud. Carbo. de restitutione, q. 61. 11. & 14. dictis.

Quorum praecipua ratio est, † quae sumitur ex c. 11
fin. de rescrip. in 6. quod beneficium datur propter officium, vbicumque autẽ aliquid datur ob causam, causa non secuta repeti potest, vt in titulo de cõdictione ob causam. Cui tamen respon. quod licet † benefi- 12
cium detur propter officium, non tamen datur sub conditione officij, sed sub modo, & onere, vnde modo, & onere non seruato adhuc fructus erant beneficiati, ratione tituli, quem habet in beneficio, vt inquit Siluester, supra, & illa regula, quod datum ob causam, † causa non secuta repeti potest, nõ videtur 13
procedere in eo, quod dãt ob causam perpetuam, & successiuam, id est cũ onere perpetuo, & successiuo, vt in proposito; maxime, quod obligatio recitandi, quam habent beneficiati, sicut illa, quam habent in sacris constituti, non est iustitiae, sed religionis, ex praecepto, & instituto Ecclesiae, vt † videtur tene- 14
re Nau. d. cap. 2. n. 205. & Arragon. d. art. 13. vers. alterum. Et Enriquez. & Açor infra citandi, n. 25. vbi etiam diximus, & idem Açor d. lib. 10. cap. 1. & 4. vltima quaest. & cap. 13. quae. 9. & d. cap. 14 quaest. 1. quamuis esse iustitiae male teneãt, Io. de Lignano, de horis can. in rep. Clemen. dignum, † de celebratione Missarum, 15
q. 3. Alb. de Ferra. eod. tract. nu 8. Cos. supra. Siluest. verb. hora, n. 3. Nauar. d. c. 7. de oratione n. 3 Sotus d. art. 6 & Durandus d. c. 22. n. 8 in fin. & c. 23 n. 3.

Et facit, nam beneficiatus, seu capellanus, † qui o- 16
mittit aliquod seruitium, seu munus iniunctum, vt Missam, vel cantare Euangelium, seu Epistolam, non tenetur ad aliquam restitutionem, sed illud supplere, si potest, quicquid dicat Ludo. Carbo d. q. 61. 14. dicto, quamuis ista videatur obligatio iustitiae, & officij. Item non residens in suo beneficio residentiam requirente, non tenetur ad restitutionem fructuum, nisi alias priuetur, Abb. in d. c. 1. n. 8. & Felin. in cap. d. 4. de praescrip. n. 13. vers. 6.

Vnde subinfertur beneficiatum † non recitantem 17
intra sex primos menses facere fructus suos etiamsi sciat recitare, & non velit, sed solum peccare mortaliter. Nauar. supra, & consi. 19. de celebratio. Missar. Grassius in decis. aureis casuum conscientiae, leg. 2. cap. 50. numer. 13. & cap 51. numer. 3. Açor. dict. cap. 14. quaest. 2. 3. & 4. & Cardin. Toletus in sum. lib. 2. c. 12. vers. primum sit.

Quamuis Durandus d. c. 25. n. 7. † cum Nauar. con- 18
tra Sotum sentiens in d. Concilio Lateranen. retinendam vocem, post sex menses, quae etiam legitur in d. constitutione Pij V. in qua Concilij verba fideli-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ter scribuntur, à Nauar. tamen dissentit, dum existi-
mat beneficiarium, qui non recitat horas intra sex
menses, non teneri ad restitutionem, nam argumen-
tum, inquit Durandus, à contrario sensu, post sex
menses tenetur, ergo ante sex menses non tenetur.
Argument. l. cum praetor. ff. de iudic. c. cum Apostolica, de
his quae fiunt à Praelat. cum vulgatis, non semper effi-
cax est, vbi praesertim sequeretur absonus, & absur-
dus intellectus, à quo etiã Nauarr. dissentit, Menoch.
d. additione, casus 429. num. 5 Sed certe, quicquid ipsi
19 Durandus, & Menoch dicant, negari non † potest
Concilium Lateranen. & Pium V in d. constitutione
clare, & euidenter sentire, quod beneficiarius intra
menses officium non dicens, non tenetur ad resti-
tutionem fructuum, solum. n. obligant beneficiarium
non recitantem ad restitutionem, si post sex men-
ses ab obtento beneficio officium non dixerit, & sic
conditionaliter, sub ista conditione, non alias. Et
20 Pius V. in sua constitutione, † id euidentius ostendit
in vers. item ille, vbi ait, quod qui primis sex men-
sibus officium non dixerit, graue peccatum intelli-
gatur admisisse, & non dicit, quod fructus suos non
faciat, seu quod illos debeat restituere sicut de non
dicente officium post sex menses dictum erat.
Vnde etiam conuincitur sententia Cerolae in pra-
21 xi Episcopali, 1. p. verb. beneficium, † § 4. dub. 1. tenen-
tis, quod si infra sex menses nesciat recitare officium,
excusatur, & facit fructus suos, ex indulgentia Con-
cilij Lateranen. & constitutionis Pij V. si vero scit,
& nolit recitare peccat mortaliter, & non facit fru-
ctus suos, quia illius temporis spatium fuit indul-
tũ, vt possit edoceri: quem sequitur Laelius Zechus,
22 † de republic. Ecclesiastica, tract. de beneficiatis,
numer. 7. versic. tenetur demum beneficiatus, dicens,
tutiorem esse istam opinionem, licet & contrarium,
quoad fructus, in hoc 2. casu sustineri posset, cum ius
id tempus indulgeat, conuincitur inquam ista sen-
23 tentia Zerolae ex dictis, maxime ex † d. vers. item ille,
nec hic agitur de indulgentia, sed Concilium Late-
ranen. & Pius V. solum voluerunt obligare ad resti-
tutionem beneficiarium, qui post sex menses offi-
cium non dixerit.
24 Subinfertur etiam beneficiarium † omittentem
officium primo semestri non teneri ad restitutionẽ
fructuum, sed illos suos facere, non solum, si statim
post collationem beneficij incipiat officium dimit-
tere, sed etiam, si per aliquod tempus susceptum be-
neficium horas persoluerit, & postea incipiat illas
25 omittere; quamuis in † hoc secundo casu contrariũ
teneat Summa Corona, d. 1. par. c. 1. n. 92. vers. 3. nota.
dicens, tunc non suffragari ei hoc tempus sex men-
sium, sed pro qualibet die, qua officium dimiserit ra-
tam beneficij amittere, quae sane sententia videtur
contra d. constitutiones, & sine fundamento, & se-
cundum eam esset melioris conditionis plus delin-
quens, quam minus delinquens, quod est absurdum.
26 Subinfertur etiam beneficiatum, † qui bona fi-
de, & absque mortali peccato omisit recitare, etiam
post sex menses, non teneri fructus restituere, vt
per Açor d. c. 14. q. 7.
Secundo principaliter infertur contra Sotum, d.
27 art. 6. Menoch. d. casu. 429. Bar. Medi † in sum. l. 1. c. 14.
§. 11. Ludo. Lopez instruct. conscien. 1. tom. c. 245. & 2.
tom. c. 105. & Vegam in sum. 1. par. cap. 36. casu 1. & 2.
& cap. 1.8. casu 18. etiam pro omissione vnius, aut
duorum dierum, aut vnius horae esse obligationem
restituendi pro rata, vt clare dicitur in d. constitutio-
nibus, & recte aduertunt Nauarr. de oratione, c. 21. n.
60. & 61. Angles in floribus Theolog. q. de restitutione,
q. de rest. facienda, propter negligentiam Eccles. art. 1.
Nauar. n. 207. & Arrag. sup. Man. Rodrig. in explica-
tione Bullae compositionis casu 1. dub. 1. & in sum. 1. tom. c.
145. n. 1. Grassis d. l. 2. cap. 51. n. 9. Summa Corona d.
cap. 1. n. 93. not. 2. Vival. d. in append. Candelabri aurei, c.
1. n. 32. Açor d. c. 14. q. 7. & P. Ledesma, supra.
Tertio infertur, † non recitantes teneri restitue- 28
re in integrum omnes fructus interim perceptos,
etiamsi beneficium sit curatum, vel habens alia one-
ra, vt Missar. &c. Quamuis contra teneant Sotus Bar.
Med. & Arragon. sup. Lud. Lopez, d. cap. 245. & 105.
Man. Rodrig. d. cap. 145. num. 4. Enriquez † in in sum. l. 29
13. c. 13. §. 2. Vega d. casu 1. & 2. Tolet. d. l. 2. c. 12. secun-
dũ dicta. Zechus de benefici. & pensione cap. 5. circa fi-
nem & P. Ledesma sup. d. pag. 1088. & seq. & inclinant
Io. Baptista Corradus, in responsi. casuum conscientiae.
q. 240. in additione, & Lud. Carbo. d. q. 81. 13. dict. di-
centes, non tenere restituere, nisi partem corre-
spondentem obligationi recitandi horas. Quarum
sententia, quam alij moderni Theologi † Hispani 30
sequuntur, nunquam mihi placuit, nam est clare con-
tra d. constitutionem Concilij Lateranen. quae loqui-
tur etiam de beneficio cum Cura, & clarius contra
d. Constitutionem Pij V. qui innouando, & declaran-
do d. Constitutionem Concilij statuit, vt qui horas
omnes Canonicas, vno, vel pluribus diebus inter-
miserit, amittat omnes beneficij fructus, qui il-
li, vel illis diebus responderent, si quotidie diui-
derentur, qui vero matutinum, tantum dimidiam,
qui caeteras omnes horas, aliam dimidiam, qui
horarum singulas, sextam partem fructuum eiusdem
diei amittat.
Vnde cessant, explicationes † seu euasiones Bar. 31
Medin. Arrag. Lud. Lopez, & Manuel. Rodriguez,
sup. dicentium, quod d. constitutio Pij V. loquitur
de beneficiis non habentibus aliam obligationem
quam recitandi, vel quod est intelligenda de ista
parte fructuum, quae in beneficio correspondet ob-
ligationi recitandi; Prima enim explicatio conuin-
citur ex verbis expressis d. constitutionum, quae lo-
quuntur etiam de beneficio cum Cura. Secunda et-
iam conuincitur ex verbis expressis earundem con-
stitutionum, maxime Pij V. quae agit de restitutione
omnium fructuum beneficij.
Nec etiam quicquam valet alia responsio † Me- 32
dinae sup. & Lud. Lopez d. c. 245. quam ponit etiam
Corradus sup. quod d. constitutio Pij V. in ea parte
est poenalis obligans, quando iudex id mandauerit.
nam quamuis sit poenalis, tamen cum impediat ac-
quisitionem fructuum, ex quo dicit illos non face-
re suos, obligat ante iudicis sententiam, iuxta com-
munem omnium sententiam, de qua infra 11. p. c. vlt.
n. 9. & aduertunt in proposito, Nauar. sup. n. 207. &
Summa Corona d. n. 93. not. 7. & etiamsi non impe-
diret acquisitionem fructuum, obligaret in conscien-
tia ad eorum restitutionem, secundum Gabr. Vaz-
quez d. disputat. 168. n. 30.
Et hanc nostram † sententiam tenet Nauarr. sup. 33
n. 207. qui ait, quod suppositis d. constitutionibus,
vix tandem audet admittere d. sententiam Bar. Me-
dinae, cum apertissime decernant, & statuant, & in
curatis beneficiis ob horarum dimissionem fructuũ
perceptorum restitutionem faciendam, eosque suos
non facere, sed iniuste possidere, & quod etsi rigi-
dum, in curatis saltem videatur, attamen salutare, &
iustum videtur. Tenent etiam Valentia, vbi proxime,
† dum ait in poenam esse statutum iure canon. ex d. 34
consti-

constitutionibus, quod restituantur pro rata tem-
poris, & omissi officij omnes fructus, post illud se-
mestre, & optime Açor d. l. 10. c. 14. q. 5. & Gab. Vaz-
quez, d. disput. 160. n. 33. & 34. vbi ait: Ecclesiam decre-
uisse restitui omnes fructus, etiamsi debeatur ob alia mi-
nisteria, quando praetermissa fuit horarum recitatio, & de-
bere restituere omnes fructus beneficiarium, qui vere o-
misit officium recitandi, & melius d. disput. 168. n. 34. &
35. vbi inquit: quod id, quod ait Sotus legem illam Con-
cilij Lateranen. non priuare omnib. fructibus, sed ratio-
ne aliorum ministeriorum spiritualium, aliquam partem
retinere posse, sine fundamento est, cum plane lex illa om-
nib. fructib. simp. priuet, & hunc sensum eam plane ex-
plicarit Pius V.
35 Quarto infertur contra Nauar. de oratione, † c. 7.
n. 34. & 35. & in man. c. 25. n. 123. & consil. 10. n. 2. & 3.
de celebratio. Missar. & Nau. n. l. 2. c. 1. n. 212. Arrag.
d. q. 83. art. 13. versic. solet à quibusdam. Cosmam Phi-
liarcum, de offic. sacerdot. 1. p. lib. 1. c. 12. Ludo. Lopez. d.
cap. 425. & 105. Grassis d. l. 2. c. 51. n. 12. Man. Rodri-
guez d. cap. 145. num. 3. Vegam, d. 1. par. c. 128. casu. 18.
Ludo. Carbo. d. q. 81. 12. dicto, Card. Toletum, d. l. 2. c.
12. vers. dicto, & Açor d. cap. 14. quaest. 11. restitutionem
distributionum quotidianarũ, seu grossae Canonica-
tuum, quas Canonici, alias choro interessentes amit-
tunt, ob non recitationem horarum, iuxta d. consti-
tutiones fieri oportere fabricae, vel pauperibus, &
non aliis Canonicis, seu mensae capitulari: † quamuis
36 distributiones, seu grossa amissa per aliquẽ Canoni-
cũ soleant aliis accrescere, vel remanere in mẽsa, vt
dicetur infra c. seq. 24. dubio, à nu. 443. secus tamen
in amissis, ob non recitationem horarũ ab illis, qui
alias lucrifacerent iuxta ea, quae dicemus d. cap. seq.
27. dubio, à num. 514. cum enim amittantur ex d. con-
stitutionibus statuentibus restitutionem faciendam
esse fabricae, vel pauperibus illis erunt restituendae,
& consequenter in eis habebit locum Bulla compo-
sitionis, quamuis non habeat locum in distributio-
nibus alias male perceptis, quae debentur, & accre-
scunt aliis clericis interessentibus horis, seu mensae
capitulari, vt per Man. Rodrig. in explicatione Bullae
compositionis, casu 1. dub. 2. num 16. Lud. Lopez instr.
consc. 1. tom. 2. par. cap. 10. & Vegam in sum. 1. p. c. 45.
casu 14. & Enriquez in sum. l. 7. c. 36. §. 3. & similiter
redditus pensionis amissi, non ob recitationem of-
ficij parui † B. Mariae, sunt restituendi fabricae, vel
pauperibus, & non beneficiario, & in eis habebit lo-
cum compositio, quamuis alias amissi sint restituen-
di beneficiario, seu titulari, vt dictum est sup. 1. p. c.
5. n. 133.
37 His sic constitutis, † & permissis oportet aliqua
dubia difficilia in hac materia examinare, & primo
dubitatur, an quodlibet beneficium, etiam per exi-
guum, & tenue obliget ad horas Canonicas, in quo
Sotus d. dub. 10. q. 5. art. 3. tenet non obligare ad horas
38 beneficium valde tenue, quod saltem non adiuuat
bonae parti sustentationis clerici, seu non praebet
mediocrem sustentationis partem, quia illud pro
nihilo reputatur; sequitur Arragon d. qu. 83. art. 12.
dicens, quod Sotum communiter sequuntur recen-
tiores Theolog. Man. Rodrig. d. 1. in sum. c. 240. n. 3.
Vega 1. part. cap. 128. casu 13. P. Ledesma d. 2. par. tract.
9. c. 4. 6. conclus. 4. difficul. Soti opinionem non vide-
ri extra rationem inquit Sandoual. de offici. Ecclesia-
stico 5. par. c. 9. & nouissime sequitur. Lessius de iust. &
iure, li. 2. c. 54. dub. 31.
39 In contrarium tamen est vera & † communis, &
vera sententia, nempe beneficium quantumuis te-
nue obligare ad horas Canonicas, tenet gl. in c. cleri-
cus vers. 91. dist. quam ibi sequuntur Doct. & in c. 1. de
celebrat. Missarum, Cardin. in Clement. 1. eod. tit. num.
6. Io. de Lignano, q. 3. & Abb. de Fet. num. 10. de ho-
ris Canonicis, D. Anton. in sum. 3. par. tit. 13. capit. 4. §.
4. Rosella verb. hora Canonica, num. 1. Tabiena verb.
hora § 2. Siluest. eadem verb. num. tertio Armilla verb.
hora canonica, num. 1 Cosmas in pragmatica dicto tit.
qualiter horae Canonicae sunt dicendae, verbo teneantur,
Nauar. dicens communem, & recte probans de ora-
tione, cap. 7. n. 27. & c. 21. n. 11. & in man. c. 25. n. 102.
& cons. 3. nu. 1. ne clerici, vel monachi. Mart. Ledes. di-
cens, esse sententiam communem, 2. 4. quaest. 15. artic.
4. dub. 5. Sandoual d. c. 5. Couar. d. l. 3. variarum. c. 13. n.
8. vers. 12. Io. Medina. de oratione, q. 7. Cuchus d. l. 5. ti-
tul. 7. num. 9. Durandus d. l. 3. c. 22. n. 10. Cosmas Phi-
liar. d. 1. part. 1. l. cap. 4. & 9. dicens etiam communẽ,
& recte probans Grassis d. lib. 1. cap. 30. n. 18. Fr. Lu-
do. Peia in responsio. casuum conscientiae, casu 54. Sum-
ma Corona d. 1. par. c. 1. n. 92. Io. Baptista Corradus
in responsis casuum d. qu. 240. dicens communem, &
vniuersalem opinionem, Valentia. d. 3. tom. disputat.
6. q. 2. pun. 10. circa septimum, Cerola in d. praxi Epis-
copali, 1. par. verb. beneficium, §. 4. & verb. hora Cano-
nica, §. 2. Toletus d. l. 2. cap. 14. 5. causa, & Victorellus
in annotationibus ad eum d. l. 2. c. 12. dicens etiam
communem, & Açor, dicens etiam communem, d. l.
10. c. 3. quaest. 3 cui magis accedit Ludo. Lopez 1. tom.
instruc. conscientiae, c. 244. & 2. tom. c. 105.
Quae sententia probatur ex eo, † nam ob quodli- 40
bet beneficium, quantũuis simplex, & exiguum, de-
putatur quis ad laudandum & rogandum Deum, ei-
que inseruiendum pro populo, seu Ecclesia ab ea re-
cipiens aliquem prouentum, licet sibi sustentando
imparem, & sibi imputet, qui tale beneficium acce-
ptauit, & nullus canon eum excusat, & facit d. consti-
tutio Pij V. vers. declarantes, ibi, & qualiacumque a-
lia beneficia.
Si tamen beneficium nullos omnino redditus ha-
beret, non obligaret ad horas, † quia cessat tunc ra- 41
tio obligationis, cum nullum stipendium ab Eccle-
sia recipiat, & ita sentit Nauar. sup. & alij licet contra
teneat Cerol. d. §. 4. d. 6. quem sequitur Zech. de re-
pub. Eccles. d. tra. de beneficiatis, nu. 7. vers. tenetur de-
mum benefic.
Quod non solum procedit in beneficio, † quod 42
nunquam habuit redditus, quod reuera beneficium
dici non potest, sed est beneficium fictum, & de vẽ-
to, & sic non potest permutari, seu resignari, Sarnen.
in reg. de annali, q. 47. Nauar consi. 8. n. 14. & 18. de iu-
re patron.
Nam beneficium non debet esse sine redditibus. 43
Ferretus † consi. 312. numer. 1. cum sit ius percipiendi
fructus, vt in diffinitione beneficij, de qua sup. 1. part.
cap. 2.
Sed etiam in beneficio, † quod in initio, & tem- 44
pore fundationis habuit redditus, sed temporum ca-
lamitate perierunt, nam quamuis illud sit beneficiũ
in potentia, & habitu, & sic possit permutari, & re-
signari, vbi sup. & Ham. Paris. sic intelligendus, de re-
signat. benefi. l. 2 q. 8. tamen non est beneficium actu,
vt per Valentiam, dict. tom. disput. 6. q. 16. pun. 3. ver-
sic postremo circa eund. qui ait, quod qui habet bene-
ficium, sine fructibus non censetur absolute, & pro-
prie habere beneficium, saltem actu, & militat ratio
dicta, & conducunt tradita per Gonçal glos 55. à nu-
mer. 26.
Immo & beneficium habeat redditus, † & sita- 45

tum illud habens, neque per se, neque per alium percipit vllos fructus, (aliam) distributiones, nec per eum stat, quominus illos percipiat, nec in posterum percepturus est, seu sperat percipere pro eo tempore, ratione forte belli, vel alia causa non tenetur ratione illius beneficij recitare, cessat namque in eo ratio obligationis, tenetur enim beneficiatus ad officium diuinum, quia stipendium habet Ecclesiasticũ, ita Caiet. *in sum. verb. hora Canonica, §. 1.* Armilla *eodem num.* 1. Nauar. *d. cap. 7. num. 1?. & d. cap. 25. num.* 103. Angeles, *supra* Philiar. *d. lib. 1. c. 3. in prin.* Fr. Ludo. Lop. *d. cap.* 24. & 105. Graffiis, *d. capit.* 50. *num.* 16. Durandus *d. cap. 2. nume.* 10. *ad fin.* Flam. Paris. *de resignat. lib. 2. q. 9. numer.* 3. Fr. Man. Rodrig. *d. cap* 140. *num.* 4. & 143. *in fine.* Vega *d. cap.* 128. *casu* 12. & 13. Valen. *d. punct.* 10. *circa septimum.* Toletus *d. c. 14. sexta causa.* Açor. *lib. 10. cap. 4. 6. quæst.* Eman. Sa, *verb. hora Canonica, num.* 1. & P. Ledesma *d. tract. 9. cap. 4. 13. conclus.*

46 Vnde secundo dubitatur, † an qui habet solum tit. beneficij, reseruatis alteri omnibus fructibus loco pensionis, teneatur horas recitare, in quo sunt variæ sententiæ.

47 Prima sententia est Io. Medinæ, † *de oratione, q. 7.* dicentis teneri, ex quo habet titulum, & beneficium cum illo onere acceptauit, & consensit tali fructuum reseruationi, alias neuter eorum teneretur ad horas, nam pensionarius ad eas non tenetur, sequitur Nauar. *de oratione, cap. 7. numero 30. & cap. 20. numer.* 15. vbi Nauarr. id dicit procedere non solum in eo, qui potest aliquos fructus percipere seruiendo per se beneficio, sed etiam in eo qui recepit beneficiũ consentiendo, vt Papa reseruet non tantum fructus, sed etiam seruitium, omnemque administrationem, ex d. ratione Medinæ, quæ videtur inquit, generalior, & firmior, sequitur etiam Graff. *d. cap. 50. num.* 7. & Zerola *verb. beneficium, q. 4. dub.* 4. vbi generaliter etiam ait, quod qui habet possessionem, sed non percipit fructus beneficij, tenetur recitare, & hæc sententia magis placet Açor. *libro decimo, capit. quarto, quinta quæstione,* quamuis vtraque opinio, nempe etiam Soti sequens sibi videatur probabilitatem habere.

48 Secunda sententia est Soti, † *d. lib. 10. q. 5. art. 3.* qui docet habentem titulum beneficij, sine fructibus, ex concessione Pontificis eosdem fructus alteri reseruantis, non teneri ad horas, ex quo ille non potest fructus percipere, nec est illi imputandum, qui tale beneficium acceptauit, nam quod authoritate Pontificis fit, alteri imputari non debet, maxime, quod eo ipso, quod Papa beneficium suis fructibus priuat videtur possessorem ab obligatione recitandi absoluere, sequitur Arrag. *d. quæstion. 83. artic.* 12. & Fr. Lud. Neia *sup.* Cuchus *d. lib. 5. tit. 7. numer.* 14. & P. Ledesma *d. tract. 9. cap. 46. concl. 3. difficulta. 5. &* 30. Et hanc sententiam tenet etiam Gamb. *de off. legati lib. 6. nu.* 332. qui ait, quod habens titulum beneficij simplicis non requirentis ordinem sacrum non tenetur ad horas Canonicas, si alius percipiat fructus.

49 Tertia sententia est † Nauar. *in man. c. 25. n.* 104. & Sandoual. *d. 5. p. c. 5.* Cord. *in sum. q. 136. punc. 2. & in q. l. 1. q. 21. p. 3.* Philiarchi *d. l. 3. c. 3. ad fin.* Fr. Lud. Lop. *d. c.* 144. & *d. c.* 105. F. Em. Rod. *d. c. 140. n.* 4. Vegæ *1. p. c. 128. casu* 12. Corrad. *d. qu. 240. in additione* Toleti, *d. c. 14. ad fi.* & videtur Cuchi, *dicto numer.* 14. qui dicunt primam sententiam procedere, quando solum sunt reseruati fructus; tunc enim qui habet titulum, posset seruiendo per se beneficio, aliquos fructus percipere ratione seruitij pro quo tenetur satisfacere is, cui sunt reseruati omnes fructus, qui intelliguntur deductis oneribus. Secundam vero sententiam procedere in eo, qui consensit, quod resignanti reseruarentur omnes fructus, ac seruitium, & tota administratio beneficij, nam is nihil potest percipere ex beneficio, neque seruire, & tunc addit.

50 Cordo F. Lud. & Vega, † *ibi,* resignantem teneri ad horas, ex quo habet totum onus, & fructus beneficij, & alter solum habet titulum, cum spe habendi beneficium cum fructib. quasi per viam regressus, quod etiam ait Philiarc *sup.* quia interim pensionarius, cui incumbit omne seruitium, & omnis administratio, est reipsa beneficiatus, qui etiam consequitur, tenetur ad officium.

51 Quarta sententia est Nauar. qui in hac re † videtur varius *de oratione cap. 21. numero* 12. quod sententia Soti procedat in eo, qui succedit in beneficio, cuius omnes fructus, & administratio reseruata fuit ex prædecessoris sui consensu, sententia vero Io. Medinæ procedit in eo, qui consensit tali fructuum reseruationi, nam cum eius consensu facta sit reseruatio per eum videtur stetisse, quominus fructus percipiat, & cum Papa de ijs suo consensu reseruet, non potest dici velle illum absoluere ab onere recitandi.

52 Hæc sunt quæ Dd. † dicunt in hoc difficili dubio quod non est inutile, nam quamuis modo huiusmodi reseruationes fructuum non soleant concedi, aliquando forte concedentur, vt solebant, & modo etiam conceduntur in fauorem Cardinalium, vt videmus, & testatur Flam. Parisius de resignatione *benefic. libro sexto quæstione prima numero* 36. & 46.

53 Mihi videtur in primis † distinguendum esse inter beneficia habentia residentiam, seu seruitium, & inter non habentia, vt præstimonia; & loquendo de beneficiis habentibus residentiam, seu seruitium, dico primo, quod † si tantum sunt reseruati 54 fructus, habens titulum tenetur ad horas, siue ex eius consensu sint reseruati, siue ex consensu prædecessoris, ex ratione tertiæ sententiæ, facit declaratio S. Congrega. Concilij infra adducta II. *parte capite* 5. *num* 6.

55 Si vero sunt reseruati fructus † cum seruitio, ac tota administratione, habens titulum, etiamsi ex eius consensu sit facta reseruatio, non tenetur ad horas, sed is, in cuius fauorem facta est huiusmodi reseruatio, vt recte dicunt Cordoua, Fr. Lud. Vega, & Philiar. *sup.* & Flam. Paris. sic intelligendus, *l. 2. q. 9. n.* 5. nam talis æquiparatur titulari, Sarnen. † *de reg. de* 56 *annal. q.* 60. Flam. Paris. *l. 3. q. 5. n.* 34. & *l. 6. q. 1. n.* 43. & in re & effectu est beneficiatus, sicut antea, & nihil videtur in resignatarium transtulisse, nisi nudum titulum sine effectu, qui regressui, accessui, vel coadiutoriæ æquipollet, Sarnen. *in reg. de publican. qu. 2. 2. casu* Flaminius Parisius *d. quæstione 9. numero 5. & d. q. 1. numero 45. & lib. 11. quæstione 5. numero* 29. & Philiar. *sup.*

57 Quamuis verum sit dari possessionem, & vacationem respectu d. tituli, Cresc. *dec. 1. 10. de renunt.* Cæsar de Grassis *dec.* 33. Rota *dec. 597. p. 1. diuersa.* & fuit dictum in causa Abulen. Canonicatus, de anno 1573. vt *in decis. 427. parte 1. diuers.* & in Hispalen. beneficij Sancti Iacobi, 22. *Iunij* 1579 coram sanctissimo, & in Taruisina Canonicatus, 23. Iunij 1600. coram D. Corduba.

Loquen-

58 Loquendo vero † de beneficiis non habentibus residentiam, seu seruitium, vt præstimoniis, dico, quod habens titulum tenetur ad horas, si ex eius consensu fructus sunt reseruati, ex ratione adducta in prima & quarta sententia; si autem sunt reseruati ex prædecessoris consensu, tunc habens titulum, qui successit in tali beneficio, non tenetur ad horas, quia per ipsum non stat, nec stetit quominus fructus percipiat, nec etiam tenebitur ad officium illius is, in cuius † fauorem talis reseruatio facta est, 59 quia solum est pensionarius, seu loco pensionarij, Sarnen. *sup.* & Flam. Paris. *l. q. 1. n.* 43. & 44. Mand. *reg. 34. q.* 30.

60 Tertio dubitatur, an noui Canonici, † seu præbendati teneantur recitare primo anno, in quo ex statuto, vel consideratione Ecclesiæ non lucrantur.

61 In quo, vt certa † ab incertis separemus, dico, quod si saltem lucrantur horas, seu distributiones quotidianas, vt in nostra Ecclesia, tenentur recitare, licet non lucrentur grossam, vt patet ex supradictis, & tenet Nauarrus *dict. cap. 7. de oratione numero* 30.

62 Secundo dico, quod licet nihil penitus lucrentur, † si tamen illi fructus reseruantur post mortem, tenentur recitare, quia quod differtur non aufertur vt alias ex sententia S. Congregationis Concilij dicemus infra, II. *p. c. 5. n.* 6. & ita in proprio tenet Açor *d. l. 10. c. 4. q.* 4. & videtur tenere Palud. *in 4. dist. 15. q. 5. 1. art. 5. concl.*

63 Difficultas est quando nihil penitus † lucrantur, etiamsi inseruiant, nec reseruatur post mortem, sed cedit antiquis, inter quos diuiditur, aut fabricæ, seu alteri pio operi.

64 Et videtur nihilominus teneri recitare, ex † *extrauag. Suscepti. de electione,* nu. 2. ?& in communibus, sub tit. *ne Sede vacante,* ex quarum beneficiatis tribuitur medietas fructuum, vbi ex priuilegio, consuetudine vel statuto fructus primi, aut alterius anni defuncto, vel fabricæ, aut Ecclesiis, vel aliis personis applicantur in totum, vnde ratione illius partis fructuum, quam percipiunt, tenebuntur recitare, vbi illa extrauagans fuerit in vsu iuxta dicta, vt per Nau. & Açor supra.

65 Sed difficultas procedit vbi illa † extrauagans non est vsu recepta, aut est subrogata consuetudine, cui 66 standum esse ait Açor, *supr.* & facit, nam illa solum † videtur simpliciter derogare consuetudinibus præteritis, sicut etiam priuilegiis, & statutis a Papa confirmatis, nec damnat consuetudinem ad Couar. *l. 3. variar. c. pite* 13. *numero* 4. & quod d. Extrauag. non est recepta, sed vsu abrogata tradit Vuamesius *consil.* 213.

67 Et quod immemorabilis sublata non † intelligatur per *d. Extrauag. Suscepti,* generaliter derogantem consuetudinibus, ex Gabr. *de clausula general. c. 3. n.* 42. Rum. *cons. 15. n. 30.* & ita fuit dictum in causa Burgen. quindemiorum 8. Martij 1599. coram D. Lita, & 15. Maij 1600, coram D. meo Corduba, Vltra quod dicta Extrauagans, solum videtur loqui in priuilegio, consuetudine, vel statuto applicando aliis fructus primi anni beneficiorum, tanquam fructus illorum beneficiorum, & non in statutis, ex quibus noui Canonici non lucrantur primo anno, sed fructus remanent in mensa, ac si non residerent. In qua 68 difficultate Açor † *sup.* plane ait, prædictos Canonicos debere recitare quando fructus quos ipsi amittunt, reseruantur aliis Canonicis antiquioribus in quos distribuuntur, siquidem eodem priuilegio recentes Canonici gaudebunt postquam antiquiores euaserint.

69 Quando vero illi fructus in alios pios vsus impenduntur † referi duas opiniones, primo negantem, quoniam nullos eo anno, fructus acquirunt, nec vnquã eos sunt percepturi, nec per ipsos stat quominus eos percipiant: Secundo affirmantem, quia beneficiarius propterea quod sua sponte beneficium accipit, suscipit in se quicquid oneris inest beneficio, & subiicit se legibus, statutis, consuetudinibus, ac Ecclesiæ in qua est suũ beneficium, & ait vtramq; probabilem esse videri secundam tamen magis probabilem apparere.

70 Sed quantum ad primam, illa † ratio Açoris non conuincit, nam potest contingere, quod ille nouus Canonicus decedat, aut alias desinat esse Canonicus antequam illo iure, & priuilegio, tanquam † an- 71 tiquus gaudeat. Quantum ad secundum d. ratio Secundæ sententiæ petit principium, an tali beneficio insit onus recitandi, supposito quod pro illo anno non habet fructus. Vnde absolute † verius videbatur 72 iure non teneri recitare nouos Canonicos, ex quo pro illo anno nullos fructus percipiunt, nec percepturi sunt iuxta supradicta.

73 Et idẽ videtur vbi esset † statutum, seu consuetudo, quod beneficiati nondum promoti ad sacrũ Presbyteratus, Diaconatus, seu Subdiaconatus ordinẽ nullos fructus percipiant, nam non tenerentur interim recitare, dum non staret per eos quominus, ad dictos ordines promouerentur.

74 Hodie tamen per S. Concilium Trid. *sess. 24. de reform.* † *c. 14. & constitutione* 106. Pij V. *de quibus* Açor *supra* non meminit, reiiciuntur & abolentur, an quam prauæ, & scandalosæ prædictæ constitutiones, & consuetudines, etiam ab immemorabili tempore obseruatæ, & authoritate Apostolica confirmatæ, vbi fructus omissi per nouos Canonicos cedunt antiquis, & non conuertuntur in pios vsus, aut vbi prædicti fructus vltra semestre in pios vsus reperiuntur cõcessi, dimidia pars tribuitur nouis Canonicis ex d. constitutione Pij V. vnde iam prædicti noui Canonici tenentur recitare, cum fructus percipiant, & lucrentur, non obstante d. consuetud. & statutis, nisi quando intra semestre fructus omnes in pios vsus reperiuntur concessi.

75 Sed quia aliquot Ecclesiæ † non receperunt d. decretum Concilij, & constitutiones Pij V. vt ait Nauarrus supra, adhuc est difficultas, an in illis Ecclesiis, vbi adhuc seruantur d. consuetudines, & statuta, quod noui Canonici nihil penitus percipiant, teneantur recitare, & Nauarr. sup. ait, se credere † quod 76 tunc nouus Canonicus excusaretur à recitando, etiamsi de iure deberentur † illi fructus, quia cum non posset eos sine magna impensa, & lite molestissima contra suam Ecclesiam exigere, satis videtur non posse eos recipere, & sentit F. Man. Rodriguez *in add. ad bullam compositionis, n.* 9. quod mihi placet, & vide circa prædicta quæ dicemus infra *d. II. p. c. 5. à n.* 149. & particulariter, n. 165. Illud etiam certum videtur, † quod transacto primo anno, in quo poterat 77 nouus Canonicus facere primam residentiam, quam tamen non fecit, tenetur in sequentibus, & in illo, in quo illam facit recitare, quamuis tunc nihil penitus lucretur, nisi peracta prima residẽtia, quia per ipsum stat quominus tunc lucretur, quia illam antea non fecit.

Quartum dubium, † an ratione beneficij teneatur 78

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quis recitare, etiam ante possessionem quæsitam. In quo dubio aliqui dicunt non teneri ad recitandum, donec possessionem capiat, vel stet per eum, quia fructuum perceptio à possessione incipit. Palud. in 4. dist. 15. q. 5. 1. artic. 5 concl. Turrecrem. in § 1. dist. 91. art. 14. Quam opinionem sequitur Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 9. n. 15. Dicens veriorem ac crebriorem & in praxi obseruatam opinionem, vt sit
79 obligatus † recitare horas post captam possessionem, quia tunc fructus percipit, & incurrit pœnam restitutionis fructuum, si post sex menses ab obtento Beneficio non recitauerit horas, vt expresse dicitur in d. constitutionibus Concilij Later. & Pij V. & ita tenet Naua. cons. 14. de celebrat. Missar. quod in nouis est 17. sequitur Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 419. n.
80 24. dicens sextam causam † excusantem à recitatione horarum esse, quando Clericus adhuc re ipsa non possidet Beneficium, etiamsi binas obtinuit sententias, vt respondit Nauar. d. cons. 14. non enim dicitur adhuc obtinere Beneficium, pro quo tenetur dicere officium, nec percipit fructus, qui dicuntur loco mercedis operæ, & laboris. eandem opinionem se-
81 quuntur Enriquez † in sum. libro 13. capite 13. §. 2. ibi, dic possessionis Beneficij, F. Man. Rodriguez in sum. 1. to. c. 145. n. 1. & cũ eo Vega 1. p. c. 128. casu 18. ad si qui aiunt nullum Beneficiatum teneri recitare horas canonicas ratione Beneficij, si non habet iam pacificam possessionem ipsius, vt probat Nauar. d. cons. 14. de celebrat. Missa. & P. Ledesma 2. p. sum. tract. 9. c. 4. 6. conclus. 9. diffinitione, & Açor. lib. 10. c. 4. q. 7. dicit probabilem esse Flam. Paris. sententiam, quia certe
82 sæpe contingit, † vt quis beneficiũ impetret, & obtineat, & deinde, cum per se, vel per alium possessionem nancisci contendit, videt se nihil impetrasse, aut quia Beneficium non valebat, aut quia alius antea impetrauerat, aut multis aliis de causis.

83 Alij autem in hoc dubio tenent contrariam sententiam, dico † primo certum esse non teneri recitare eum, qui adhuc ius in re in Beneficio non habet quia ius canon. solum obligat ad recitandum Bene-
84 ficiatos, seu habentes † Beneficium, qualis non est, qui non habet ius in re in Beneficio, etiamsi habeat ius ad illud, vnde præsentatus electus, seu nominatus ad aliquod Beneficiũ nõ tenetur ratione illius recitare, imo nec is, cui collatio facta est ante collationem acceptatam ita Nauarrus. d. cons. 17. alias 14. de celebrat. Missar. & d. c. 7. de oratione num. 29 Philiarcus d. l. 1. c. 5. Graff. d. l. 2. c. 50. n. 16. Açor l. 10. c. 4. 4. qu. ad fin. & 12. vers.

85 Dico secundo certum etiam esse teneri recitare Beneficiatum, si habet † possessionem Beneficij, aut per eum stat quominus illam habeat, paria enim sũt habere possessionem, & per eum stare quominus habeat. Paludan. & Turrecrem. supra & Nau. d. c. 7. nu. 28. Cordoua, in sum. d. q. 186. pun. 4. Philiar. d. c. 3. Vega d. c. 128. casu 13. vers. 3. Toletus d. l. 2. c. 14. circa fin. Açor libro 10. capite 4. 6. quæst. & P. Ledes. d. tract. 9. c. 4. 13. concl.

86 Quod videtur etiam † habere locum in habente possessionem Beneficij, maxime cum fructibus, licet non pacificam, sed cum litigio. Açor. d. c. 4. 9. quæstionis. P. Ledesma d. c. 4. 6 concl. 10. differentia. dicat quod si vnus possidet Beneficium, & est lis super proprietate, ita, quod possessor non accipit fructus, quia sunt sequestrati durante lite; & est dubium in
87 negotio. † est multum apparens, quod nullus tenetur recitare, etiam possessor, quia pro hinc non recipit fructus, & est magnum dubium, an illos recipiet, & quamuis Zerola d. verb. Beneficium. §. 4. d. n. 8. quem sequitur Zechus. d. c. 7. vers. tenetur demum beneficiatus, dicat, quod ille, qui nec habet possessionẽ
88 pacificam, † quia in ea turbatur, nec percipit fructus sed litigat, non tenetur recitare, quia habet sex menses indulti ad non recitandum, & quia dubius est litis euentus, & posset esse, quod beneficium etiam perderet, & nihil percipit, & si vinceret, dicit, quod si non recitauit, quia nesciuit, posset solum accipere fructus interim perceptos, quos euicit, vt illorum sex mensium, quibus gaudebat indulto, reliquos vero, vel fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus tenetur cõferre, sed certe Zerola male, & barbare loquitur quod dicit de indulto, ex supradictis † apparet effe- 89
ctum, & si ratione dubij litis euentus ille esset excusatus à recitando, nõ teneretur, si vinceret, restituere fructus, etiam post semestre perceptos iuxta supradicta, fructus autem sex mensium non teneretur restituere, etiamsi sciret recitare, & non recitasset, & siue teneretur, siue non teneretur recitare, vt ex supradictis etiam apparet.

Videtur etiam secundum dictum habere locum in habente possessionem Beneficij sine iusto titulo † quia non debet esse melioris conditionis stultus, 90
quam sapiens c. cum qui de præb. in 6. Açor. d. q. 9. & ita videtur tenere Nauar. de oratione Miscel. 15. alias. 60. & Philiarcus, d. l. 1. c. 8. 2. concl. relati infra. dub. 7. n. 120. quamuis ipse Nau cons. 3. de etat. & qualitat. n. 1. dicat possidentem Beneficium sine iusto titulo vere non teneri ad dicendas horas, quia vere non habet beneficium, verum est tamen, † quod prouisus, 91
cuius collatio non valet, non tenebitur recitare ante adeptam possessionem, etiamsi per eum steterit quominus illam adipiscatur, argumento eorum quæ dicemus infra 11. p. c. 5. n. 173.

Dico tertio habentem collationem † beneficij 92
acceptatam teneri recitare, etiamsi nondum acceperit possessionem, nec per eum steterit quominus illam capiat, nam per solam collationem acceptatam quæritur ius in beneficio, & fit beneficium eius, cui collatum est, c. si tibi absenti, & c. pen. & ibi glo. de præb. in 6. Mando. reg. 3. Canc. q. 13. nu. 5. atque adeo is vere dicitur beneficiatus, & habere seu obtinere beneficium Rebuf. in concord. tit. de collatio. §. volumus ver. obtineat, & in forma mandati Apostolici ver. obtinet, & fructus ei debentur tanquam domino. Ita Nauarr. d. c. 7. de oratione n. 28. & 29. & in d. cons. 17. de celebrat. Missar. Philiar. d. c. 3. Graff. d. c. 50. n. 16. & c. 51. n. 4. † 93
Zerola dub. 3. & Zechus supra, & citandi infra n. 102. quorum opinio videtur probabilior intelligendo; quando prouisio est certa, quamuis contraria non videatur improbabilis & ita nouissime Lessius, 5. dubitatione 30. nec obstat fundamentum † contrariæ o- 94
pinionis, nam licet actualis perceptio fructuum incipiat à possessione, tamen ei debentur à die acceptatæ collationis, vt dictum est, & qui habet collationem acceptatam dicitur vere obtinere beneficium, cum per eam quæratur ius in re, vt etiam dictum est, † & Naua. d. cons. 14. seu 17. non tenet con- 95
trarium, sed quod dictum est. 1. & 3. dicto. & F. Ma. Rodriguez est sibi contrarius supra capite 140. numero quarto.

Et contraria opinio, vt recte inquiunt † Nauarr. 96
d. capit. 7 num. 29 & Philiar. & Zerola vbi proxime, procederet in Canonico, qui nihil potest quærere de fructibus Can. ante possessionem acceptam.

Vnde infert Nau. de oratione † cap. 11. n. 20. & 38 97
& Miscel 61. alias. 97. nescienti recitare officium diuinum

uinum non esse licitum accipere beneficia sibi collatum, nec illud prætendere, cum non possit statim exercere onus recitandi, quod beneficium ipsum habet annexum, facit l. adeo cum. § fin. ff. ad l. Aquil. & sequitur Graff. d. c. 51. n. 8. & c. 54. n. 10. & Flam. Paris. d. l. quæstion. ... numero 17. & Açor. l. 10. capit. 15 q. 8. dicens id habere locum, nisi bona fide putet se statim post beneficium opportuno quoque tempore recitaturum.

98 Verum hæc sententia † videtur mihi nimis rigida, nec ius videtur eum tanto rigore ad horas obligare, sed satis erit habito beneficio statim addiscere mo-
99 dum recitandi. † expectantes tamen beneficia ratione expectatiuæ, vel resignationis, quæ in eorum fauorem sit, aut præsentationis, electionis, seu nominationis de eis factæ, mandatiue de prouidendo, sicut & qui volunt sacris initiari, debent sibi parare Breuiaria discereque modum recitandi, vt habito beneficio, quod sperant, possint statim suo muneri recitandi satisfacere, vt inquit Nauar. d. c. 11. n. 28. & Flam. Paris. d. q. 9. n. 18.

100 Maior difficultas est, † an etiam teneatur recitare habens prouisionem, & titulum beneficij, in cuius poss. est alius, contra quem litigat, aut neuter, in quo Palud. in 4. d. 15. q. 5. & Car. V. ... Turrecremata in
101 c. 1. 91. d. † Soto d. l. 10. q. 5. art. 4. & F. Lud. Beia. dict. casu 54. docent non teneri, ex quo solum habet titulum litigiosum, idem tenet P. Ledesm. dict. tit. 9. c. 4. 6. conclu. 10. diff. dicens, quod quando nullus est in possess. nullus tenetur recitare, quia nullus habet, nec possidet beneficium Ecclesiasticum, & alias ratione vnius beneficij, super quo plures litigat, tenentur omnes recitare, si vero vnus est in possess. & eius ius est certum ita, quod illi sunt applicandi fructus, licet eos actualiter non percipiat, ille tenetur recitare.

102 Contrarium tamen tenent † Nauar. d. c. 7. n. 28. & in man. c. 25. n. 105. & Cachus lib. 5. tit. 7. n. 14. Cord. d. q. 186. pun. 3 Philiar. d. c. 3. vers. 4. F. Lud. Lopez d. c. 144. & 105. Arragon. d. q. 83. art. 1. 15. casu. F. Man. Rodriguez. d. c. 146. n. 4. & Vega d. c. 128. casu 11. vers. 4. ex eo quod fructus percepti, saltim post litis contestationem, actori debentur, si vincat l. & ex diuersis § 1. ff. de rei vendic. & l. certum. C. eod.

103 Quæ sententia mihi placet quando † esset certa aut quasi certa victoria illius, & tenet Toletus d. lib. 2. c. 14. circa finem Romæ editione, vbi ait, quod qui sperat certo percepturum se fructum etiam illius temporis præsentis, quia certa est iustitia vt fit quando ipse est spoliatus, & pars aduersa intrusa, tunc tenetur recitare ex tunc, & P. Lede. sibi non constans d. c. 4. 13. conclu. vbi ait, quod si quis litigaret super beneficio, & esset circumferendam esse sententiam in suũ fauorem, & fructus illi applicandos, teneretur recitare, licet non haberet possessionem, nec reciperet fructus, alias enim si causa esset dubia, seu diffi-
104 cilis, † vt quia est probabilitas, seu opinionũ conflictus, ex vtraque parte durum esset pro re dubia, & incerta illum non habentem possessionem beneficij interim obligare ad recitandum, & sic hoc casu haberet locum prima sententia, etiamsi crederet, & speraret se futurum in lite superiorem, & fructus percepturum, vt inquit Açor. dict. libro 10. capite 49. quæst.

105 Quinto dubitatur, † an qui habet beneficium in commendam, teneatur horas recitare, in quo dicendum est, teneri si commenda est ad vtilitatem ipsius commendatarij, quia censetur legitimus, & canonicus titulus, seu habet vim, & effectum tituli, vt dicetur infra sep. p. c. 4. & talis commendatarius potest suos fructus percipere, ita Io. Medina, de orat. q. 7. Nauar. c. 20. n. 16. Cordoua in sum. q. 186. pun. 3. Arrag. q. 83. art. 1. Graff. lib. 2. c. 50. n. 22. Fr. Man. Rodr. 1. to. c. 140. & Vega 1. p. c. 128. casu 13. vers. 107 Açor. lib. 10. c. 3. 6. quæstion. & P. Ledesm. tract. 9. cap. 4. 6. conclusione 6. diff. ...

Secus si commenda est ad † vtilitatem Ecclesiæ, 106
per quam non datur licentia disponẽdi de fructibus sicut verus beneficiatus, nam tunc non tenetur commendatarius ratione illius recitare, quia non censetur titulus, nec habet vim, & effectum tituli, sed simplex causa custodiæ, vt in d. c. 4. dicetur.

Sexto dubitatur, † an coadiutor propter coadiuto- 107
riam teneatur horas recitare, in quo Io. Medina d. q. 7. ait coadiutorem ad horas non teneri, nisi quando ipse in defectum principalis onus Ecclesiæ in se suscepit, ad hoc enim datur coadiutor, vt deficiẽte principali eius vices suppleat, & sic principali horas per se dicente, & excusationem ad eas omittendum non habente, non erit coadiutor ratione coadiutoriæ obligatus eas dicere.

Nauar. vero d. c. 29. n. 18. docet coadiutorem etiam cum futura † successione, & congrua teneri facere 108
omnia, & sola illa ad quæ datus est coadiutor, & ita si datus sit, ad dicendum omnes horas nomine alterius, tenebitur ad omnes illas; siue ad aliquas solas, ad eas duntaxat, & si solum ad canendum, ad id tantum, & si omnibus diebus, tenebitur illis, & si aliquibus, iis solis, quia causa limitata limitatum producit effectum, sequitur Fr. Man. Rodrig. d. c. 140. numero octauo, dicens coadiutores teneri recitare horas, si sunt dati ad illas recitandas pro beneficiato, secus si sunt dati ad alia ministeria, idem Veg. vbi proxime.

At ego existimo coadiutorem etiam perpetuum 109
& cum congrua † ac futura successione, non teneri ratione coadiutoriæ, cum non sit beneficium, recitare horas priuatim, nec enim datur ad id, sed ad residendum, & exercendum alia munera incumbentia principali, qui horas priuatim recitabit, & ita praxis videtur habere, & tenet Açor, lib. 10. capite 4. 1. quæst.

Septimo dubitatur, † an habens plura beneficia te- 110
neatur pluries dicere officium, in quo respondendum est negatiue, sed vno officio satisfacere, vt habet consuetudo Ecclesiæ, & tenet D. Thom. quodlibeto, 1. artic. 13. Palud. in 4. dist. 15. quæstion. 5. 1. art. 5. conclu. Io. de Lignano, quæst. 9. & Abb. de sententia, ex num. 30. ad 34. de horis Canonicis, & Cosmas in pragmat. sanct. tit. qualiter horæ sunt dicendæ, verb. tenentur, & ibi Probus Nicol. Plouè de horis Canon. 13. q. Cachus lib. 5. tit. 7. nu. 6. 4. Cosmas Philiarch. d. l. 2. c. 8. Enriq. in sum. l. 5. c. 5. §. 6 in glo. litera Q. Durandus de ritibus l. 3. c. 22. numero 9. & Açor dict. cap. 4. 10. q. Quamuis contrarium videatur tenere Dionysius Carthu. contra pluralitatẽ beneficiorum, art. 8. & quamuis scrupulose in hoc loquatur Nau. de oratione Miscel. 15. alias 60.

Quæ sententia probatur † non ex ratione Nau. ibi 111
quod consuetudo, & dispensatio ipsa obtinendi duo videtur quodammodo ex eis facere vnum ad effectum, vt tantum teneatur dicere vnas horas, sed ex ratione D. Thom. quod debitum officij diuini, quod debet Deo, per se ipsum debet exoluere, & quia Laudes Deo debet quasi vnus homo, sufficit quod semel dicat officium.

Pro-

112 Probatur etiam ex ratione Philiar. supra, † quod obligatio sumenda est iuxta intentionem obligantis, intentio autem obligantis ad horas Canonicas non est, vt iuxta numerum causarum, quibus est annexa obligatio illas recitandi, toties recitentur, sed vt vnus homo ad illas obligatus semel recitet, etiamsi pluribus de causis obligetur, quarum quælibet per se sufficiat, vt in ordinato tribus sacris ordinibus & in habente cum sacris ordinibus beneficium, qui solum tenentur semel recitare. Præterea ius obligans beneficiatos ad diuinum officium solum eos obligat ad vnum officium in die dicendum siue vnum habeant, siue plura beneficia, alias enim absurdum esset dicere, quod habentem septem beneficia ad septies in die dicendum obligaret.

113 Et confirmatur, nam cum officium † diuinum sit suis horis distinctum, & per totum diem distributum, & accommodatum, non esset aptum, nec congruum obligare ad illud pluries recitandum in die,
114 & conducit simile de Missa, † nam quamuis in vno die concurrat duplex festum, vt Dominica, & aliud de præcepto, non obligat ius ad audien. duas Missas, sed vnam solam.

115 Nec est simile † de alijs obligationibus nempe celebrandi Missas, & similibus, quæ beneficiis sunt annexæ, quia vt recte inquit Philiar. *supra* illæ obligationes, magis respiciunt ipsa opera & eorum multiplicitatem per ipsos beneficiatos, vel alios adimplendã, quam vnitatem ministri, & talis est intentio obligantis ad ea. Ex quibus cessant argumenta Nauarri supra decantis eã vix dissolubilia.

116 Vnde infertur, quod † habentes cum beneficio, seu sacro ordine pensionem non teneantur recitare officium paruum B. Mariæ, sed satisfaciunt recitando officium maius, quia intentio Pij V. in constitutione supra adducta non fuit istos obligare ad duo officia, sed illos, qui solum obtinent pensionem, vt Clerici, nec alias tenebantur recitare horas canonicas, obligare ad officium paruum B. Mariæ, vt recte docet Philiarch. *d. c. 8. 3. concl. & c. 2. ad fin.* & ita pra-
117 cticatur, † vt tenet Nauarrus. *consi. 22. de celebratione Missar.* vbi etiam amplius ait, pensionarium clericum si efficiatur miles ordinis militaris cum indulto retinendi pensionem, non teneri ad horas B.
118 Mariæ, sed sufficere quod orationes † Dominicas, & Angelicas a Religione præscriptas, quæ sunt loco horarum teneat etiam Açor *lib. 10. c. 4. 3. q.* & sequitur F. Man. Rodri. *1. tom. 140. n. 5.* Vega. *2. p. c. 65. casu 1.* P. Ledes. *2. part. tract. 9. capite 4. 6. conclusione 2. difficultate.*

Vnde etiam pensionarius, qui non habet sacrũ or-
119 dinem, † seu beneficium, posset, dimisso officio paruo B. Mariæ, recitare officium maius, & pinguius satisfaceret.

120 Item infertur † contra Palud. *supra* Nauarr. *d. Miscell. 15. al. 60. ad fi.* & Philiarchum *d. c. 8. 2. concl.* etiam illum, qui habet plura beneficia iniuste sine legitima dispensatione, non teneri ad recitan horas plures quotidie, nec peccare non recitando quotidie plures horas, sed solum retinendo illa sine dispensatione legitima, nam, vt diximus, ratio excusandi habentem plura beneficia legitime non est illa, quam tradit Nauarr. & licet D. Thomas, & alij loquantur in habente plura beneficia licite, non ideo volunt habentem illa licite teneri ad pluries recitandum.

121 Quo stante, quod habens † plura beneficia non tenetur, nisi ad vnum officium semel recitandum succedit difficultas, an illud omittens peccet tot peccata, quot habet beneficia, an vero vnum solum.

In qua videbatur, † dicendum tot peccata com- 122
mitti, quot sunt beneficia, nam, cum quodlibet beneficium de per se ad horas obliget, plures huiusmodi concurrunt tituli, & rationes obligationum, & plura specialia præcepta, atque ideo plura peccata; sicut in simili dicitur frangentem ieiunium in vigilia S. Matthæi, † quando incidit cum die quatuor tem- 123
porum, vel non audientem Missam in dominica, in qua decurrit aliud festum de præcepto, duo peccata numerica committere Nauar. *in Man. cap. 11. nu. 4.* quem sequuntur F. Lud. Lopez *in instruct. consi. 1. tom. capite 29. & 40. & 2. tomo, capite 112.* & F. Emanuel Rodriguez *in summ. 1. tomo capite vigesimotertio* & alij.

Nihilominus † tamen contrarium est dicendum 124
scilicet nõ peccare nisi vnum peccatum, vt tenet Enriq. *d. §. 6.* & Açor *lib. 4. c. 2. 6. q.* & ratio est, na quamuis quodlibet beneficium cursum obligaret de per se ad horas, tamen, cum in vna persona iunguntur ratione omnium vna solum resultat obligatio recitandi, non plures.

Quod procedit † etiamsi cum beneficiis habe- 125
ret ordinem sacrum: nam adhuc non committeret, nisi vnum peccatum, vt ibi aiunt Enriquez, & Açor.

Ex quo confirmatur † id quod supra *num. 14.* dixi, 126
obligationem recitandi, quam habent beneficiati, sicut illam quam habent in sacris constitut. non esse Iustitiæ, sed Religionis, si enim esset iustitiæ, habens cum beneficio sacrum ordinem, peccaret duplici peccato, nempe contra iustitiam ratione beneficij, & contra Religionem ratione sacri ordinis, vt tenet Tho. Sanchez *de matrim. lib. 9. disputat. 15. nu. 6.* sed male.

Et facit, † quod ait P. Ledesma *in Summa. 1. p. de* 127
excommun. cap. 5 ad fin. quod in communicatione excommunicati duabus excommunicationibus non peccatur magis, quia non est nisi vnum præceptum, & sub eadem ratione formali non communicandi.

Non obstat † simile contra adductum, quia ve- 128
rius est ibi, non committi, nisi vnum peccatum, vt contra Nau. tenent Enriq. *d. §. 6. & lib. 12. c. 10. §. 3. in gloss. litera* O. & recentiores, vt per eundem *d. §. 6. in gloss. lit. S.* & Gabr. Vazquez *12. disputat. 98. nu. 8* Açor *d. li. 4. c. 2. 6. q. & li. 7. c. 2. 7. q. & c. 31. 7. q.* & P. Ledes. dicens probabilius *in sum. de pœnitentia, c. 19. pag. 641. & 2. par. sum. tract. 27. c. 2. 6. concl. 2. dub.* Thom. Sanchez *supra*, nam, cum ista diuersa † præcepta eiusdem 129
speciei circa eandem numero materiam versentur, in idem recidere videntur, & non videtur multiplicanda malitia; nisi vbi per illum actum fit iniuria pluribus, † vt in adulterio coniugati cum coniugata. 130
Tho. Sanchez, ibi, *vnde in confessione non erit opus exprimere, quot beneficia habet omittens beneficium,* nec in terminis dict. similis, quod concurrebat duplex † 131
vigilia, sed festum etiam in opinione tenentium confitendas esse circumstantias, intra eandem speciem notabiliter aggrauantes, illud enim non videtur aggrauare notabiliter, vt recte inquit Gabr. Vazquez, *dict. disputatione 98. ad finem* & Thom. Sanchez *supra*, & comprobatur ex doctrina P. Ledesm. *supr. adducta 127.*

Octauo dubitatur, † an omittens vno die omnes 132
septem

septem horas Canonicas committat vnum tantum peccatum, an vero tot peccata, quot sunt horæ. Respondetur vnum tantum peccatum committere, quia omnes horæ sunt vna oratio, seu vnum officium cadens sub vno præcepto, licet peccatum tanto sit grauius quanto plures horæ omittuntur, ita Io. de Lugano. §. 7. Nicol. Plouc. *8. de horis Cano.* Rosella *ver. hora Cano. n. 7.* Syluest. *verb. hora, n. 5. vers. & nu. 16* Nauar. *d. c. 7 de orat. n. 7.* Cochus. *l. 5. n. 48.* Angl. *in floribus, de orat. 19. q. 5. d.* Philiar. *d. l. 2. c. 12.* Grassi *lib. 2. c. 51. n. 14.* Enriq. *d. §. 6.* Flam. Paris. *li. 1. q. 9. n. 8.* F. Lud. Lop. *2. to. c. 105* Man. Rodri. *1. tom. d. c. 140. n. 16* Vega *1. p. c. 128 casu 3.* Valen. *d. 3. disp. 6. q. 2. pun. 10.* ... *8. vers.* ... Zerola *verb. hora* ... Açor. *lib. 10. c. 7. 4. q.* Eman. Sa, *verb. hora, n. 14.* & P. Ledes. *d. 2. p. tract. 9. c. 4. concl. 14. 1. difficul. & Cor.*
133 *d. quæst. 240.* Quamuis contrarium teneat Tabiena, † *verb. hora, n. 18.* & videatur tenere Toletus *d. lib. 2. c. 12.* dicit enim non recitantem mortaliter quidem, & multipliciter in singularum horarum omissione peccare. Et quamuis D. Anton. *in sum. 3. p. tit. 13. c. 4. §. 5.* dicat omittentem omnes horas vnius diei non propterea committere septem peccata mortalia, sed vnum, & tanto grauius, quanto plus de ipso dimittit, quia totum officium vnius diei cadit sub vno præcepto, c. dolentes. de celebratione Missarum, si autem dimisit aliquas horas puta. 1. 3. & Completorium, tria peccata mortalia commisisse, & sic de ce-
134 teris. Sed certe non loquitur consequenter, † & eius sententia, & quod dicit Toletus, solum procedit in eo, qui sciens vnius horæ officium omittit, cum tamen decernat ceteras horas recitare, & deinde adueniente tempore, quo aliam horam deberet dicere, eam quoque scienter omittit, vt per Açor s. Sed quando vno actu vellet omittere solum matutinum,
135 † & postea alio actu distincto vellet omittere, 1. & 9. Tunc enim essent distincta peccata, vt inquit P.
136 Ledes. s. & ita etiam procedit quod ait Vega s. *casu 2.* quod qui omisit aliquas horas interpollatim, verbi gratia, omisit primã, & postea recitata 3. omisit 6. & sic de reliquis, toties peccat quoties omisit recitare.

137 Quinimo, & si is, qui omisit omnes horas, † vel partem illarum pluries recordatas fuerit, & proposuerit eas non dicere, non est opus id exprimere in confessione, sed adhuc solum est vnum peccatum, nisi interruptio facta sit per pœnitentiam, seu actum contrarium ex Cano. *in relectio. de pœnitentia, p. 5.* & F. Lud. Lop. *summ. 51.* & Philiarco *2. p. l. 2. c. 12. de numero*, & quæ tradit Arrag. *2. 2. q. 62. art. 8. ad secundum*, & ita in terminis tenet idem F. Ludo. Lop. *2. tom. d. c. 105.* & P. Ledes. supra.

138 Quicquid dicunt Rosel. Syluest. Naua. Cochus, † Angles, Philiar. Grassi. Enriq. Flam. Paris. F. Man. Rodrig. Vega, Valent. Zerola, & Corrados sup. citati, *n. 131.* & etiam Açor *ibid* consequenter ad ea, quæ tradit *libro. 4. capite. 4. 4. quæstione.* & Gabr. Vazq. *12. disputat. 75.* & Suar. *4. tomo de pœnitentia, disputat. 22. sect. 5.*

139 Et similiter ait P. Ledes. supra esse vnum, † & idẽ peccatum, licet multo grauius, si quis recitare omitteret officium diuinum vnius mensis, vel anni. Sed
140 certe fallitur in hoc Ledesma, nam licet id verum † sit in actu voluntatis, quo id proposuit in genere, & in communi, tamen sequuta postea omissione in actu, tot sunt peccata, quot diebus omisit recitare, sicut qui omittit ieiunare tota Quadrag. seu audire Missam in omnibus festis anni, tot peccata committit, quot sunt dies obligationis: nam pro quolibet die est distincta numero obligatio, seu distinctum præceptum, vt infra n. 166.

Sed supposito, quod omittere in vno die horas
etiam omnes, est vnum tantum peccatum, † dubita- 141
tur, an sit in confessione explicandum, quot horas omisit, an vero sufficiat dicere, commisi vnum peccatum mortale in non recitando. Et Doctores supra
citati, n. 131. communiter tenent, † id esse explicandum, 142
quia peccatum est magis, vel minus graue notabiliter iuxta numerum, & quantitatem horarum omissarum, quod mihi placet, nam licet sit magna con-
trouersia inter Doctores, † an circumstantiæ notabi- 143
liter aggrauantes intra eandem speciem sint necessario confitendæ, de quo post alios Nauar. *in c. de pœnitentia dist. 5. a n. 5. & in manu. c. 6. n. 7.* Philiar. *2. p. li. 2. c. 12.* Candelabrum aureum, *de confessione, n. 43.* Fr. Lud. Lopez *instruct. consc. 1. tom. c. 19.* Summa Corona *1. p. c. 2. n. 4.* Fr. Man. Rodrig. *in sum. 1. tom. c. 53. nu. 3.* Toletus *lib. 3. c. 7.* P. Ledes. *in sum. de sacram. pœnitentia, c. 18. 4. concl.* & Suarez *d. 4. to. disp. 22. sect. 3.* & plures relati per Vegam *in sum. 1. p. ca. 36. casu 21.* & in Espejo de Curas *c. 11. nu. 178* in ea sit sententia, quod
notabiliter aggrauantes † ex parte obiecti sunt con- 144
fitendæ, aggrauantes vero ex parte subiecti, vt circumstantiæ intensionis, & durationis actus non sint confitendæ, vt per Enriquez *libr. 5. cap. 7. § 6.* Valentiam *4. to. 2. disput. 7. q. 11.* Quia circumstantia ex parte obiecti de se est perceptibilis, & facilis cognitu, non sic quæ se tenet ex parte subiecti. Tum etiam quia, vt ait Valen. ibi circumstantia, ex parte obiecti non tam est circumstantia actus in particulari, quam determinatum illius obiectum morale, atque adeo quiddam pertinens ad illius substantiam, saltem indiuiduo. Circumstantiæ vero, quæ propriæ sunt circumstantiæ & accidentia actus, etiam in indiuiduo, vt intensio, & duratio non sunt confitendæ, quia alioqui præceptum confessionis esset durum, & prope intolerabile, quicquid dicat Zumel. *1. 2. quæst. 75. articulo sexto dub. 1.*

Nono dubitatur, † an beneficiarius dicens offi- 145
cium per aliud Breuiarium a Romano, verbi gratia per Breuiarium Cisterciense, seu S. Domi. vel dicens de sancto, cum erat dicendum de feria, satisfaciat suæ obligationi, ita vt non peccet saltem mortaliter, nec teneatur ad fructuum restitutionem. Et videbatur
satisfacere, † ex doctrina Caietani *in sum. verb. hora* 146
Canonica, c. 1. Syluest. *verb. hora, q. 12. n. 15.* Armillæ, *verb. hora Canonica, n. 7.* Soti *d. li. 10. q. 5. art. 4.* B. Medinæ *in sum. li. 1. c. 14. § 11.* Angles *de oratione, q. 10. 10. difficultate*, Cochi *d. lib. 5. tit. 7. n. 61.* F. Lud. Lop. *2. to. c. 105.* Vegæ *d. 1. p. c. 128. casu 17.* & Zerolæ, *verb. hora Canonica, § 6* qui docent non esse peccatum mortale mutari Breuiarium, nec recitare de sancto, quando esset recitandum de feria, sed solum veniale quando adhibitum, & sine rationabili causa fieret, nam substantia præcepti consistit in hoc, quod Canonicæ horæ dicantur, & non in qualitate horarum, quæ solum est seruanda, tanquam iussa, & debita ceremonia, ritus, & modus, seu de qua non est aliud præceptum, quam consuetudo, quæ si vim habet præcepti, non est tam stricte interpretanda, quam sententiam admittit Nauar. *de oratione, c. 21. n. 23.* & F. Man. Rodri.
in sum. 1. tom. † *c. 141. n. 3. & c. 144. & q. reg. 1. to. q. 42. ar.* 147
8. ad fi. quoad vnum, vel alterum diem tantum, alias dicit peccare mortaliter, quoniam trãsgreditur præceptum, quo iubemur omnes recitare horas, secundũ formulam Breuiarij, quam sequi præcipimur, quod

etiam tenent Arrag. d. q. 83. ar. 12. dub. 5 propter Bul-
148 lam Breuiarij Pij V. dicens, quod † quiuis non existi-
met esse peccatum mortale, vno, aut altero die offi-
cium diurnum peruertere recitando, scilicet horas
de vno sancto in die, quo Breuiarium præcipit, vt
officium fiat de feria, qui crebro, & frequenter id
faceret procul dubio mortaliter peccaret, & nouis-
sime P. Ledesm. dict. tract. 9. cap. 4. 15. & 16. concl. ad-
149 dens tamen peccare mortaliter † eum qui mutat of-
ficium recitando officium notabiliter minus eo,
quod debebat recitare secundum Ordinarium etiam
semel.

150 Mihi autem videtur dicendum, non solum † qui
crebro, & frequenter id faceret, sed etiam qui vno
aut altero die, non satisfacere suæ obligationi, sed
peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem fru-
ctuum beneficij, vt patet ex Bulla Pij V. posita in
princ. sui Breuiarij, vbi omnia alia Breuiaria, nō an-
tiquiora 200. annis abrogat, & subdit in hæc verba:
151 *Statuentes † Breuiarium ipsum nullo vnquam tempore,
vel totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid ad-
dendum, vel omnino detrahendum esse, ac quoscumque,
qui horas Canonicas ex more, & ritu ipsius Rom. Eccle-
siæ, iure, vel consuetudine dicere, vel psallere debent, pro-
positis pœnis per Canonicas sanctiones constitutis in eos,
qui diuinum officium quotidie non dixerint, ad dicendū,
& psallendum posthac in perpetuum horas ipsas diur-
nas, & nocturnas, ex huius Rom. Breuia. præscripto, &
ratione omnino teneri, neminemque ex iis, quibus hoc
dicendi, psallendique munus necessario impositum est, nisi
hac sola formula satisfacere posse.*

Ex quibus verbis manifeste patet non recitantem
152 † per hoc Breuiarium, nec secundum ipsius præscri-
ptū, rationem, & formulam, atque secundum ipsius
Reg. & rubricas, non satisfacere suæ obligationi, sed
incurrere pœnas constitutas in non recitantes, atque
adeo obligationem restituendi fructus beneficiorū,
& sic, cum in d. Bulla expresse præcipiatur qualitas, &
modus horarum, cessat hodie d. ratio Caietani, & a-
liorum citatorum, quod de qualitate horarum non sit
aliud præceptum, nisi consuetudo &c. quinimo idem
olim præcipiebatur existimo in Breuiariis vniuscu-
153 iusque Ecclesiæ † seu Diœcesis, & hodie etiam in
Breuiariis Religionū, quæ sunt in vsu, & est confor-
me iuri antiquo *c. de his. c. placuit 12. distin. & argum.*
154 *Clemen. de celebr. Missar.* Alber. de Ferrariis † *de ho-
ris can. nu.* 94. Nic. Plorie de modo dicendi horas in
princ. facit declaratio S. Congreg. Concilij relata per
155 d. seu apostillam ad Consilium Nau. 15. *de celebrat.* †
Missar. quæ censuit habentes Breuiarium ante 200.
annos institutum non satisfacere recitando etiā extra
chorum iuxta formam Breu. noui Pij V. quod in sua
Ecclesia non fuit receptum de consensu Episcopi, &
Capituli, vt etiam tenuisse videtur Nau. *consi. 5. ad 2.
q. 3. & consi. 16. eo. tit.* quamuis *d. consi.* 15. contrarium
videatur tenere. Tertio facit etiam in simili de Mis-
156 sali alia declaratio S. Cong. † super *c. de indice libro-
rum, & catechismo, Breuiario, Missali. sess. 25.* quæ sic
ait. *Celebrantes alio Missali, non hoc reformato, qui a-
liàs tenentur ex Bulla Pij V. posita in Missali Romano,
incurrunt in peccatum mortale, si scienter, & absq; iusta
causa id fecerint.* Et hanc nostram sententiam vide-
tur tenere Belarm. *d. 3. tom. vltima controuersia. 5. con-*
157 *trouersia lib. 1. c. 18.* & Graff. *lib. 2. c. 51. n. 10.* † vbi ait, te-
neri ad restitutionem fructuum beneficiatum dicē-
tem officium, non tamen conforme Breuiar. Roma-
no, vel Ecclesiæ matrici, vt in Bulla Breuiarij habe-
tur, quamuis in eo, qui diceret officium de sancto, cū
de feria dicere debuisset. *q. 53. c. 12.* tenet d. sententiā
Felin. & Cosmas Philiarchus, *d. l. 1. c. 6. 3. concl.* ait
modo per Bullam † Pij V. esse etiam preceptum de 158
officio determinato, vnde si fieret de sancto illo die
minime occurrente, quia officiū est breuius, credere,
inquit, esse mortale, quia videtur etiam quidam con-
temptus, & summa Coro. *1. par. c. 1. c. 100.* ait, non li-
cere immutare officium, nam per d. Bullam Pij V.
precipitur, † vt obseruetur vniformitas Breuiarij no- 159
ui, tam in seruientib. choro, quam priuatim, & domi
recitantib. itaque si alio Breuiar. vsi fuerint, ac si non
recitassent censebitur, vnde qui diceret de sancto in
die, quo dicendum esset de feria, vel contrà, non satis-
facit, etiamsi ex aliqua inaduertentia id accideret, &
postea aduertit in tempore, quo potest reiterare, &
non reiterat, nec sufficit illud pro die sequenti satis-
faciendo reseruare. Hęc Summa Corona, & Corra-
dus *in d. respon. casuum conscientia, q. 243. a d. prin.* ait
clericos seculares, vel quoscunque regulares, qui ce-
lebrant secundum Breuiarium Romanum, † teneri 160
obseruare de necessitate, pro vt Pius Quint. ordina-
uit, reformauit, & condidit nouum Breuiarium, tā in
communi, quam in priuato, ita vt, si aliter celebraue-
rint, non satisfaciant, puta, si quādo de feria celebra-
ri sit notatum, & celebrauerint de sancto, mortali-
ter peccare, non satisfaciendo, quamuis inaduer-
tenter contingat, & nisi de vno soluatur, pro-
ut notatum est, si tamen tempus suppetat. hęc Cor-
radus, quamuis in fine d. q. referat sententiam Arrag.
de qua s. & Valentia. *d. 3. tom. disp. 5. q. 2. pun. 10. circa 3.*
ait d. sentētiam Caietani habere † maiorem difficul- 161
tatem in Breuiario Romano propter d. Bullam Pij
V. in qua pręcipitur omnib. ad quos breuiariū per-
tinet, dicere officium secundum formulam huius Ro-
mani Breuiarij, constat. n. in formula huius Breuiarij,
contineri, vt in feria dicatur de feria, & in festo de
festo, & quamuis idem Valentia † statim dicat, quod 162
posset ad hoc responderi, illud verbum, *secundū for-
mulam huius Breuiarij*, referendum esse ad formulas
aliorum Breuiariorum, quas potissimū nolebat Pius
V. explodere, ita vt sensus sit, dicendum formulā hu-
ius Breuiarij, non alterius, quod fiet, quamuis in festo
dicatur de feria, si tamen per hoc Breuiarium, itaq;
manere posse probabilem opinionem Caietani, ta-
men ista responsio non est bona, nam verba d. Bullę
ibi, *nisi hac sola formula*, & ibi *ex huius Breuiarij præ-
scripto, & ratione*, clare significant recitandū esse non
solum per istud Breuiarium, sed etiam secundū mo-
dum, regulas, & Rub. ipsius, Et Card. Toletus licet *d.
l. 2. c. 13. verb. qualitas.* in impressione Lugd. dicat cum
Caietano, † quando nullus adest contemptus, posse 163
recitari per aliud Breuiarium, dummodo non esset
Romanū nouum, id est cum lectionum, sine priuile-
gio, & in hoc qualitatem non obligare, cum vero de
sancto, vel de feria officiū est, non posse mutari qua-
litatem absque mortali, si ex aduertentia fiat, tamen
in Romana editione ait, ibi sibi non probari opinio-
nē Siluest. Caietani, & Arm. ī. credere. n. qui tenen-
tur recitare officium Romanum, & scienter non re-
citant iuxta pręscriptam formam Ecclesiæ Roma-
næ, aut particularis Ecclesiæ mortaliter peccare, et-
iam quando in particulari recitant, & nouissime A-
çor, *d. l. 10.* † *c. 11. q. 2.* docet, quemlibet clericum iure 164
communi Cano. in officio persoluendo, vti debere
formula suæ diœcesis, vel ordinis ex *d. c. de his, & ca.
placuit. 12. dist.* iure tamen nouo Pij V. vti debere for-
mula præscripta in Breuiario iussu eiusdem Ponti-
ficis edito, vt dicitur in constitutione eidem Breuia-

rio præfixa, quamuis in eo, qui etiam officium de
feria cum esset de sancto, vel e contra etiam scienter
ac data opera, c. 10 *praecedenti*, v. 2. dicat cum Syluest.
Eccl. satisfacere, nec teneri repetere, & tantum pec-
catum veniale admittere, si scienter id faciat.

165 Et contra opinionem Nau. † & Fr. Man. Rodr.
& Arrag. supra recte aduertit Vega *d. cap. 138. casu
decimoseptimo*, quod si est peccatum mortale, & non
potest quis frequenter mutare officium, sine pecca-
to mortali, nec etiam poterit id facere vno, vel alte-
ro die, siquidem quolibet die est præceptum re-
citandi distinctum, sicut est præceptum ieiu-
nandi quolibet die Quadragesimæ, & etiam pec-
cat mortaliter, qui definit ieiunare vno die, aut duo-
bus, sicut qui multis: & e conuerso, ego aduerto,
quod si non est peccatum mortale, vno, aut altero
166 die † id facere, nec etiam erit peccatum mortale fre-
pe id facere, nam pro quolibet die est distinctum
preceptum, & officiū cuiuslibet diei est onus illius,
ita quod non transit in alium, & sic defectus vnius,
& alterius diei non potest continuari, & coniungi cū
defectibus aliorum dierum, vt peccatum, quod alias
esset veniale, fiat mortale, tunc enim posterius pec-
167 catum, quod alias esset † veniale, ratione præceden-
tium, ita vt pro vna reputetur saltem mortaliter, vt
recte inquit Gabr. Vazq. 1. 2. *disp.* 146. quæ continua-
tio nullo modo dari potest, cum materia, & obie-
ctum peccatorum præcedentium, & eius obligatio
transit omnino, nec vllo modo remanet, † & alias
168 ex pluribus venialibus non potest fieri vnum mor-
tale, vt apud omnes manifestum est, & tradit Gabr.
Vazquez, *ibi* post D. Tho. *d. disput. duodecima qu.
octogesima secunda artic. quarto*, & ibi Caie. & Bar. Me-
di. & Zumel.

169 Et ideo, qui vouit, † seu iurauit quotidie recitare
orationem Dominicam, seu Angelicam, aut aliquid
paruum, nunquam peccat mortaliter, sed solum ve-
nialiter ratione paruitatis materiæ, etiamsi per mul-
tos dies, & per annum id omittat, si id promisit in
honorem, vel vt onus singulorum dierum, quia ip-
sius cuiuslibet diei obligatio illius fruitur & cessat,
nec in alium transit, vt tenet Sotus *de iustitia & iure,
l. 7. q. 1. a. 2. art.* 1. Angles *in florib.* Nicol. *q. de voto, art.
2. 1. difficultate.* Arrag. 2. 2. *q. 88. art.* 1. Gabr. Vazquez *d.
disp. 146 nu. 6.* & Summa Corona *de voto sub* n. 8. A-
çor *l. 11. c. 5. 3.* Enriquez *in materia de voto*, & alij, &
idem erit in vouente, seu iurante dare quotidie elee-
170 mosinam paruam, si id promisit, vt onus † singulorū
dierum, ita vt obligatio sit pro illo die, & cum eo fi-
niatur, nam tunc eadem militat ratio, quod non po-
test fieri continuatio materiæ, & paruarum quanti-
tatum, & obligationum, vt recte tenent Gab. Var-
quez. Açor & Enriquez.

171 In hoc solum videtur esse differentia, † quod qui
absolute & simpliciter vouet seu iurat, quotidie a-
liquid recitare, videtur id promittere, vt onus dici, i-
ta vt etiam ipsa temporis determinatio per se cadat
sub voto, vt inquit Arrag. *sup.* licet in hoc cōtra sen-
tire videatur. Gab. Vazq. *dub. 6.* qui vero absolute,
& simpliciter vouet, seu iurat dare quotidie aliquam
eleemosinam, non videtur, id promittere, vt onus
diei, ita vt dies præsumatur ad finiendam obligatio-
nē, sed potius præsumitur, vt terminus solutionis, ne
vltra diem differatur, & hoc est, quod dicit Arrag. s.
quod in hoc voto tantum res promissa per se cadit
sub voto, tempus secundario, & sic semper manet ob
ligatio ad reddendum promissum, quamuis tempus
transeat.

Et ita recte Sotus *vbi sup.* absolute † facit distin- 172
ctionem inter illa vota, dicens, quod qui votum emi-
sit quotidie recitandi aliquid paruum, & si id quoti-
die amittat, nunquam mortaliter delinquit, secus
qui vouit quotidie obolum erogare pauperib. tunc
enim licet vnius, aut duorum dierum omissio non sit
mortalis, tamen quod hodie nō tribuit cras tenetur,
quare vbi debiti summa excreuerit mortalis fit cul-
pa. Et sequuntur Arrag. Sum. Coron. & Enriq. *sup.*
& Pet. Ledesm. *2. p. sum. tract. 10. ca. 3. du. 1.* & id quod
dicit de vouente Eleemosinam tradit etiam N. Me-
dina *d. q. 88. art. 4.*

Nec est admittenda sententia † Cani, F. Io. de la 173
Penna, Mantij, Fr. Lud. Lopez *instr. 1. tr. c. 42.* F. Man.
Rod. *in sum. 2. tom. c. 99. num.* 1. Graff. *li. 2. cap. 13. n. 4.*
& Cunigæ *de voto, q. 4. n. 31.* & Valentiæ *3. tom. disp.
6. q. 6.* tenentium contra Sotum in eo quod dicit de
vouente recitare quotidie aliquid paruum, quorum
sententia solum erit vera quando id vouens præfi-
niret diem non ad faciendam obligationem, sed † vt 174
terminum solutionis, ne vltra diem differatur, & ex-
plicite haberet talem intentionem, vt per Gab. Vaz-
quez. & Açor *sup.* iuxta quod etiam est accipiendus
Zumel. s.

Sed quamuis † qui recitaret de sancto, etiam ex 175
inaduertentia, seu obliuione, quando esset recitan-
dum de feria, vel e contra, nō satisfaciat, sed teneatur
iterum recitare iuxta dicta, tamē qui recitaret de vno
sancto, cum esset recitandum de alio si est parua dif-
ferentia inter vnū & alterū officiū, sufficiet repetere
particularia illius officij, vt hymnū, antiphonas, le-
ctiones, Toletus *d. l. 2. c. 13. vers. tamen notandum est.*

Idq; probabile existimo, † quod qui recitauit de 176
sancto, cum esset recitandum de feria, vel e contra,
quia forte calendariū, quod vidit, erat erratū, aut se-
quendo sententiam peritorum, quæ postea apparet
falsa, satisfacit, ex quo adhibuit debitam diligētiam,
nec tenetur iterum recitare, etiamsi intra eund. diem
constaret de errore, sicut qui semel facit restitutio-
nem illius, quod debet, sequendo opinionem proba-
bilem, & doctorum hominum, satisfacit, nec tenetur
iterum restituere, licet postea appareret illam opi-
nionem esse falsam, & quod alteri erat facienda resti-
tutio, & non cui facta est. Bannes. *2. 2. q. 31. art. 7. 2.
dub. 3. & 4. conclu.*

Sed licet restat † difficultas an priuilegium Innoc. 177
IIII. fratribus Minoribus, quod ratione itineris,
seu alteri' iustæ causæ existentes extra suos Conuē-
tus possint recitare cum aliis, vel per se officium di-
uinum, non iuxta ordinem breuiarij Romani, sit re-
uocatum per dictam Bullam Pij V. in qua reuocan-
tur omnes permissiones, ac consuetudines, & statuta,
nec non priuilegia, licentiæ, & indulta recitandi mo-
re, & ritu Breuiariorum suppressorum.

In qua † difficultate F. Man. Rodrig. *d. 1. tom. ca.* 178
141. c. 2. & cum eo Vega *d. c. 128. casu* 25. docent, non
esse reuocatum, quia illa reuocatio intelligitur de
priuilegiis, ex quibus omittitur formula recitandi
Breuiarij Romani semper, non de priuilegio parti-
culari, pro aliquibus diebus ex iusta causa, quæ sen-
tentia non videtur improbabilis. P. Ledesm. *d. tract.
9. capit. quarto circa 15 concl. nu. 3.* sed posse optime
sequi.

Verum mihi † non placet, verius enim videtur 179
ex d. Bulla Pij V. esse reuocata omnia priuilegia re-
citandi per aliud Breuiarium à Romano, etiam pro
aliquibus diebus, & facit, quod alias in simili circa
priuilegia non seruandi interdicta in aliquibus die-

bus tantum, ex sententia S. congregationis dicitur *c.seq.num.*278. quamuis priuilegium concessum per Martinum V. patribus S. Hieronymi, quod infirmi,
180 & senes satisfaciant obligationi recitandi, † recitando aliquos psalmos, & priuilegium concessum per Leonem 10. Fratribus Minoribus, quod interim satisfaciant recitando aliquid iuxta dispositionem suorum Prælatorum, & alia similia non videantur reuocata, vt aiunt F. Man. Rodriguez Vega, & P. Ledes. *supra*, quia non facit contra d. Bullam.

181 Decimo dubitatur, an beneficiatus † recitans officium sine debita attentione, teneatur ad restitutionem fructuum, in quo inprimis certum est recitantem sine debita attentione ex industria, seu pro-
182 posito, saltem virtuali ob negligentiam † notabilem non satisfacere, sed teneri ante lapsum diei repetere sub peccato mortali. Naua. *de oratione cap.*13 *num.*18. & *c.*20.*n.*31. Soto *l.*10.*q.*5.*art.*5. N. Medi. *in sum. l.*1.*c.*4.§.11. Angles *in floribus de oratione qu.*5.4. *difficultate.* P. Nau. *de restitutione, lib.*2.*c.*2.*n.*240. Arrag. 22.*q.*83.*ar.*13. *versi. est aliud dubium.* Enriq. *in summa, lib.*5. *c.*15.§.2. Fr. Lopez 2.*tom.c.*103. F. Man. Rodrig. 1.*tom. c.*143.*n.*3. Vega, 1.*par.c.*128, *casu* 20. Valen. 3.*tom. disput.*6.*q.*2.*pun.*10. *circa* 8. Açor. *li.*10.*c* 12.*q.*6. P. Ledes. *d.tract.*9.*q.*4.20.*concl.* & Gab. Vazquez 12.*to.*2. *disput.*160.*n.*30. & 31.

183 Quamuis † contrarium tenuerit Ioan. Medina *de oratione q.*15.*de* 2. ex ratione quod secundum Caietanum præceptum dicendi horas distinctum est à præcepto dicendi eas cum attentione, nam præceptum eas dicendi absolute prius fuit latum, deinde in ca. dolentes de celebratione Missarum fuit latum præceptum de attentione, vnde qui horas dixit sine debita attentione satisfacit præcepto primo de dicendis horis, etiamsi non satisfaciat secundo de attentione, & ita non tenebitur eas redicere, & si de defectu deuotionis & attentionis teneatur pœnitere, cũ quo tenet Cord. *l.*4.*q.*13 *ad fi.*

184 Sed huic rationi cum Valentia † supra respondetur primo; dato illud esset distinctum præceptum, nihilominus tamen teneretur talis iterum dicere, vt ita diceret attente, & satisfaceret secundo præcepto præscribenti modum, secundo falsum esse, quod ista duo præcepta in re sint distincta, vtroque enim pręcepto, vtrumque iniungitur, & dicere attente, sed
185 in secundo præcepto † expressius declaratur modus dicendi attente, in primo autem expresse quidem non modus, sed solus actus ipse dicendi officiũ in quo tamen implicite continebatur modus dicendi attente, tanquam modus substantialis orationis, B. Medin. *d.*§.11. Enriq. *d.cano.*15.§.2. F. Lud. Lopez. 1. *tom.c.*246. & 2.*tom.d.c.*103. Suar. 5.*tom. disput.*4.*sect.* 2.*n.*16. P. Ledesma supra, & sic est intelligendus Caietanus, & quod non sint duo Ecclesiæ præcepta, sed vnum tantum de recitandis horis attente dicit probabilius, & verius Açor *dict. cap.*12.5.*q.* & tenet Suarez *ibid.*

186 Hoc supposito ad dubium † propositum respondendo dicendum est, talem teneri ad restitutionem fructuum, non secus ad eum, qui horas minime dixit. Et ratio præcipua est, nam cum attẽtio sit modus substantialis, nec satisfaciat præcepto Ecclesię, vt diximus, non dicitur recitasse, qui sic recitat, atq; adeo in eum habet locum pœna restitutionis imposita cõtra non recitantes, & ita tenent Nauar. *d.c.*20.*nu.*32. P. Nauar. *d.n.*240. & *seq.* Graff. *l.*2.*c.*51. *nu.*7. F. Man. Rodrig. *d.c.*143.*nu.*1. Vega *d.cap.*128.*casu.*20. & non P. Ledes. *d.ca.*4 *circa* 21. *conclusionẽ pag.*1090 & magis placet Açori *d.capit.*12.6.*quæstione* & *capit.*14.8. *quæstione*, & sentit Suarez *vbi proxime, numero* 27.

Quamuis contrariam sententiam † teneat Cor. 187 cum Io. Med. supra consequenter ad d. suam opinionem, de qua *n.*185. & cum Castro *de lege pœnali l.*2.*c.*5. Enriquez *l.*9.*cap.*25.§ 5. & Toletus *d.l.*2.*c.*12.4. *dicta*, quam etiam dicit probabilem Açor supra ea ratione, quod restitutio fructuum est pœna iure Canonico tantum constituta in beneficiatos, qui diuinum officium omittunt, cui tamen respondetur ex dictis, & aliquo modo tenet F. Ludouicus Lopez *d.cap.* 246. & 103. cum Soto *de art.*5.*q.* 6. qui tamen † vt recte inquit Nauar. *supr. num.*238 loquitur con- 188
sequenter ad quandam suam quam ibi tenet opinionem supra à nobis refutatam secunda illatione *num.* 27. quod dimittens officium pro vno aut duobus diebus non tenetur ad restitutionem, vnde eam reddit rationem, quoniam neque si officium prætermitteret, obligatus esset, & sic solum loquitur de eo, qui vno, aut duobus diebus recitaret sine debita attentione, & consequenter potius tenet nostram sententiam in hoc dubio, pro qua eum citat Açor *supra*, & eam etiam tenet Ga. Vazq. *supra à n.*32 cuius tamen ratio, & restrictio non placet.

Vndecimo dubitatur, an qui † dicit officium 189 cum debita attentione, sine intentione tamen & animo satisfaciendi obligationi, & præcepto, sed animo postea iterum dicendi ad satisfaciendum, aut causa deuotionis, recreationis, vel alia simili, nihilominus satisfaciat, an vero teneatur iterum recitare sub peccato mortali, & obligatione restituendi, & simile dubium est de audiente Missam in die præcepti, sine animo satisfaciendi præcepto, sed deuotionis, vel alia causa. In hoc dubio Nau. *de oratione cap.*13.*n.*16.17. & 18. & *c.*16.*n.*73. & 74. & *c.*20.*num.* 30. † tenet non satisfacere, quia actus agentium non 190
operantur vltra eorum intentionem. *l. non omnis. ff. si certum petat.* eand. sententiam tenet Io. medina *de oratione q.*19.*vers. de tertio*, probat † à simili, nam si de- 191
beo Petro decem & do illi decem animo donandi, non debitum soluendi, non liberor à priori debito, & si promisi alicui vnum equum, & do illi equum, non animo complendi promissum, sed donandi, non maneo liber à promissione, item si stipendium ab aliquo accepi, vt pro eo Missam celebrarem, & postea non ob stipendium, sed gratis, aut ob aliam causam pro eo celebro, non maneo liber à debito, igitur ita in proposito. & sequuntur Mar. Ledes. 2 *par.*4.*q.*16. *art.*6.*du.*5. Sandoual *p.*6.*c.*14. Francolinus *de tempore horarum* † *Cano.c.*27.*n.*1. F. Lud. Lop. *in instru. negotiand.* 192
1.*c.*53. Enriq. *in sum. l.*9.*c.*25.§.6. Fr. Man. Rod. 1.*tom. c.* 43.*nu.*2. Vega *d.c.*128. *casu* 22. & nouissime P. Led. *in sum.*1. *par. de Sacramento Eucharistiæ c.* 27. 10. *con.* vbi reddit rationẽ, quia adimpletio pręcepti est op' obedientiæ. & 2.*p. tract.*9.*cap.*4.*con.*20.2 *difficultate,* & *conclusione vltima*, & hanc sententiam tenet etiam † Philiar. *d.lib.* 1 *cap.* 6. vbi ait, quemlibet ad offi- 193
cium obligatum teneri sub peccato mortali à principio officij habere actualem, vel saltem virtualem intentionem satisfaciendi obligationi de recitando, & reddit rationem, quia recitatio officij debet esse actus humanus, & ex deliberatione, eãdẽ ratione tradit Nunno 3.pa.q.83.art.6. nempe, quia omnis actus humanus debet esse liber & voluntarius, at Arrag. *d.q.*83.*art.*13.*ver. sed dubitabis.* † inquit, 194
quod quamuis d. sententia Medinæ sit valde probabilis

bilis atque secura, non tamen minus probabile putat, quod qui ita officium dixit, tenetur iterum ead. die de nouo officium recitare vel intra eand. mutare animum, atque habere animum satisfaciendi, tota enim illa die viget præceptum Ecclesiæ cui tenetur velle obedire, & ad id sufficiens videtur animi mutatio, supposito, quod iam debite officium di-
195 xerit, hoc autem de mutatione † voluntatis intra tẽpus præcepti tunc esse necessarium ait Sua. 3 *tom* 3. *pa.q.* 88.*sect.*3 quando cum voluntate audiendi Missam, seu recitandi coniungitur voluntas formalis cõtraria pręcepto, vt si quis dum ex deuotione Missam audit in die festo hunc actum formalem habeat, nolo hac Missa implere præceptum, & in illa voluntate persistat, quia casu per illam actum, vt sic, reuera non implet præceptum, quia nullo modo obeditur illi, quia implere præceptum actus est obedientiæ, qui sine voluntate non sit, satis tamen est, vt voluntatem mutet intra tempus præcepti, & velit auditione pręcedentis Missæ satisfacere præcepto, nam solum ibi defuit obedientia voluntatis, quæ adiungitur per subsequentem voluntatem, quando vero non adest voluntas contraria præcepto, ait sufficere ad illud implendam voluntatem audiendi Missam, seu recitandi, etiamsi formaliter non sit sub intentione implendi præceptum, quia omnis, qui non excludit, censetur virtualiter includere intentionem implendi præceptum in ea voluntate, qui vult efficere actum præceptum, & sic qui summo mane Missam audiuit ex deuotione existimans non esse diem festum, quamuis postea sciat, non tenetur ad aliam Missam audien. sed ad summum ad volendum satisfacere præcepto per priorem actum, imo neque hoc
196 in rigore esse necessarium, sed solum vt iudicet, † se satisfecisse præcepto. hæc Suarez, cuius tamen sententiam, quod satisfit in illo casu mutare voluntatem intra tempus præcepti, improbat P. Ledes. *sup.* cum Mar. Led. Medin. & aliis, & Nunno, nouissime Açor *l.*7.*cap.*2.*quæstion.*6. & *lib.*10.*cap* 8. *quæstione septima* & *cap.*11.*q.*8. & 9. in hoc dubio docet, quod qui dicit
197 officium, † aut audit Missam cum animo non satisfaciendi præcepto, non satisfacit, cum habeat voluntatem contrariam, sed debet repetere, nec sufficit voluntatẽ mutare, qui vero inscius, vel immemor præcepti recitaret, aut nesciens esse diem festum casu Missam audiret, satisfaceret, cum non habeat voluntatem contrariã non satisfaciendi, solum enim præcipitur, vt sponte, & voluntarie recitemus, vel audiamus.

198 Sed illis † sententiis omissis mihi † placet sententia aliorum absolute dicentium, recitantem, seu audientem Missam cum debita attẽtione, sine intentione, & animo satisfaciendi obligationi, & præcepto, nihilominus satisfacere per istum actum, quia præceptum non requirit intentionem implendi in actu signato, sed tantum in actu exercito, nam solum obligat ad substantiam actus, nempe ad recitandum, seu audiendam Missam, non autem ad hoc, vt quis peculiari alio actu volũtatis, & in actu signato velit etiam satisfacere præcepto, & qui recitat, vel audit Missam, quantumuis nolens satisfacere, vere nihilominus recitat, & audit Missam, atque adeo eo ipso vere satisfacit præcepto, nec est in potestate alicuius præcepto non satisfacere, posito, quod velit officium recitare, itaque ineptum etiam esset, velle tunc non satisfacere, & intentio non satisfaciendi secluso voto, non obligat; ita tenet Valentia *dict.*3. *tom. disput.*6. *quæstion.*2.*pun.*10. *circa vltimum ad fin.* & multi tomistæ 1. *secunda qu.*100.*artic.*9. & alij moderni P. Gab. Vazq. Martinez, & Casa sola societatis Iesu.

Loquuntur enim de eo, qui † voluntarie recitat, vel 199 audit Missam, & non inuitus, & per vim præcisam, seu violenter, nam qui sic faceret, non recitaret, seu audiret Missam vere.

Et ad rationem † aliarum sententiarum Resp. ad 200 rationem Nau. quod actus agentium non operantur vltra eorum intent. Resp. quod ea procederet, si requireretur in proposito intentio satisfaciendi præcepto, at cum ea non requiratur, sed solum faciendi actum, vt dictum est, nihil facit contra nos ista ratio.

Ad rationem † Ioannis Medinæ, Resp. esse discri- 201 men, quod in illis casibus interuenit obligatio Iustitiæ, cui non satisfacit qui dat ex liberalitate, at in proposito non est obligatio Iustit. sed Relig. vt sup. diximus, *n.*14 & qui recitat officium, vel audit Missam cum debita attentione, quamuis nolit tunc pręcepto satisfacere, tamen facit tunc actum Religionis præceptum, vt recte inquit Valentin. *supra.* Vnde etiam ad rationem Suarez & P. Led. quod implere præceptum est actus † obedientiæ, qui sine vo- 202
luntate non fit, Respon. quod huiusmodi obligatio recitandi, vel audiendi Missam, est religionis, ex cuius motiuo, & intuitu id præcipitur, & solum obedientiæ generalis, quæ versatur circa omnia præcepta, non vero obedientiæ spiritualis, in qua posset procedere ista ratio, & ita Enriquez *dict.*§.6. *in gloss. litera* A. fatetur quod præceptum Ecclesiæ, & legislatoris intentio non obligat ad præceptum ex inobedientia, sed propter proprium motiuum Religionis.

Etenim in hoc puncto ad sciendum quando faciens † actum, sine intentione satisfaciendi, satisfa- 203
ciat obligationi, & præcepto, vel non, considerare oportet, an talis exerceat nihilominus actum virtutis, ad quem formaliter tenetur, nec ne. Vnde qui tenetur ex voto ad aliquem actum, † non satisfacit huic 204
obligationi, per actum factum sine intentione adimplendi votũ, quia nõ est actus Religionis circa adimplet voti, ex quo satisfit vltimæ rationi de voto adductæ per Patrem Ledesma 2.*d.*10.*concl.* & similiter, qui tenetur ad aliquid ex pœnitentia iniuncta à confessario, † si illud faciat sine intentione adimplẽ- 205
di illam, non satisfacit, quia vt sic, non est actus pœnitentiæ, & satisfactionis sacramentalis.

Ad impletionem † vero, seu voti fractionem cu- 206
ius libet præcepti seu voti negatiui satis est non agere actum prohibitum.

Ad rationem Philiarchi Resp. quod ex eo, quod † 207
quis recitat sine intentione satisfaciendi, non desinit esse actus humanus, & ex deliberatione supposito, quod velit recitare, nam loquimur de eo, qui recitat † animo orandi, & qui diceret officium non animo 208
orandi, sed aut legendi, aut psalmos addiscendi, teneretur illud iterare siquidem orare obligatur, & talis non orat, vt constat, & recte inquit Arrag. *supra*, & Açor *d.c.*8.*q.*7. & *c.*12.*q.*5.

Tandem in hoc dubio † aduertendum est, cer- 209
tum esse in opinione Nau. Medinæ, & aliorum *supra*, non esse necessariam actualem intentionem satisfaciendi, sed sufficere virtualem, vt in eo, qui animo deliberato caperet Breuiarium, aut iret ad Ecclesiam, vel aliud simile faceret, ita, vt interrogatus, quare id faceret, vere responderet, se id facere ad recitandum, & satisfaciendum suæ obli-

gationi, vt recte inquit Nau. d.c.11.nu.16.& 17. Enriquez supra. F. Man. Rodr. d.c. 143. n. 4. Vega d.cap. 128. casu 13. & P. Ledesma supra.

210 Non tamen recte ait † F. Man. Rodri. d.1. tom. c. 143. nu. 2. contra Mar. Ledes. & F. Lud. Lopez supra, quorum sententiam ait probabiliorem Pater Ledes. d. concl. 10. eum virtualem intentionem habere qui audit Missam ex deuotione in die præcepti, ignorando esse festum, atque ideo satisfacere, quod etiam ait Enriq. dicens interpretatiue voluisse implere præceptum, & Suarez supra, & ait probabile P. Ledesma ibi, nam licet certum videatur, quod si sciret esse festum vellet ea Missa satisfacere præcepto, tamen con- 211 ditionalis † nihil ponit in esse, & sic solum poterat dici esse habitualem intentionem, non virtualem, cum non præcesserat actus, in cuius virtute illa esset, vt inquit F. Ludo. Lopez supra, & consequenter in eorum opinione ille, non satisfaceret præcepto, nam vbi intentio requiritur, non sufficit habitualis, vt alias dicitur in materia sacramentorum de intentione ministri.

Duodecimo dubitatur, an beneficiatus non potens recitare per se, qui tamen potest cum socio al- 212 ternatim commode recitare, teneatur † sic recitare. In quo Nau. de oratione, c.11. n.13. & 14. & in manu. c.25. nu.100. tenet, quod qui potest cum socio recitare, & eum habet, vel habere commode potest, quia habet redditus Ecclesiasticos, vel patrimonij, ad cuius titulum sit ordinatus, quibus socio satisfacere possit, tenetur cum eo recitare, quia tunc cessat ratio eum excusans, & quia alias sequeretur, quod ille, qui sanus, vel alias non impeditus solebat dicere horas cum suis familiaribus, excusaretur ab eis propter tantillum oculorum dolorem, vel lippitudinem impedientem a lectione horarum, etiamsi partem sui memoriter teneret, quod est absurdum, sequitur Philiar. d.l.1.ca. 10.1. conc. † Arrag. d.q. 83. art. 11.1. causa prætermittendi 213 officium. Graff. l. 2. c. 54. n. 1.3. & 10. F. Man. Rodrig. 1. to. c. 144. n. 1. Vega d.c. 128. casu 16. Valen. supra d. pun. 10. circa septimum 1. causa. Açor l.10.c.13.q.3. & 6. P. Led. d. tract. 9. c. 4. 9. concl. 4. diff. & videtur tenere Fuscus de visitatione l.2.c.20.nu.25. qui omnes dicunt, quod qui commode potest habere socium, etiam cum mercede tenetur cum eo recitare.

214 At Enriquez in materia † de oratione tenuit, non teneri quem recitare cum socio, licet eum habeat, & cum eo commode recitaret posset, quia nec tenetur audire impeditus recitare. Syluest. ver. hor. n.5. Nau. d. c.11. n.6. & 7. Cuchus l.5.t.7.n.24. F. Man. Rod. q. regu. 1. to. q. 42. art. 10. Tolletus l.2. c. 14. 1. causa, & quod ita tenent quidam docti contra Nau. etiamsi magnos redditus Eccl. habeat, licet consulendus sit eum habere.

215 Mihi videtur has opiniones sic posse † concordari, vt prima procedat in eo, qui sanus solebat cum socio recitare, nam cum solitus esset antea cum socio recitare, non debet postea cum eo nolle recitare, ex eo quod per se iam recitare non possit, & idem videtur in eo, qui postquam fuit impeditus per se recitare, consueuit cum socio recitare, tenebitur enim eod. modo id continuare, nisi forte isti antea haberent socium gratis, & sine expensa, & postea cum non inuenirent sine stipendio, & expensa nam non videtur cogendus eum cum stipendio de nouo accipere, Secunda vero in eo, qui antea non solebat cum socio recitare.

Decimo tertio dubitatur, an qui † propter infir- 216 mitatem non potest totas horas recitare, potest tamen commode partem, teneatur illam recitare, in quo Nau. d.c.11. a n.13. tenet, quod si potest recitare maiorem partem horarum, tenetur, alias non, quem sequitur Açor. l.10. c.13. q.4. & 5.

Philiarcus d.l.1.c.10. ait, † quod si potest recita- 217 re maiorem, vel æqualem, aut fere æqualem partem, tenetur illam recitare, si vero solum minorem, non tenetur. Graff. d.l. 2. c. 54. n.3. & 4. & † cum eo Vega 218 d.c. 128 casu 1. videntur velle absolute, quod qui non potest recitare totum officium, tenetur recitare partem meliori modo, quo potest, & quæ memoriter scit, & P. Led. d. tract. 9. c. 4. 9. concl. 3. diff. docet, quod qui † propter infirmitatem non potest recitare totum officium, tenetur recitare illam partem, quæ non fuerit 219 causa notabilis nocumenti saluti, sicut qui non potest ieiunare totam quadragesimam, tenetur ieiunare diebus quibus potest, & sic qui non potest recitare matutinum, ob defectum visus, aut quia sequetur notabile nocumentum, potest tamen commode recitare horas diei, tenebitur illas recitare.

At F. Man. Rodrig. † in sum. 1. tom. c. 144. postquam 220 retulit dictam opinionem Nauarri, quod infirmus potens recitare maiorem partem officij diuini sine periculo suæ salutis, tenetur illam recitare, ait, se habere opinionem non esse vtendum cum infirmo huiusmodi rigore, nisi quando clare apparet, quod potest id facere, tum quia esset inquietare illum, & ponere ei scrupulos, qui tempore infirmitatis solent esse magis molesti, tum etiam, quia in rebus moralibus non debent admitti opiniones causantes perplexitatem, qualis est ista, quia non potest facile determinari an possit infirmus recitare medietatem, vel tertiam partem officij diuini, quod etiam tenet 1. to. q. regularium q. 42. art. 10.

Mihi videtur primo, quod quamuis † non potens 221 recitare totum officium posset recitare maiorem partem illius, si tamen illa pars esset soluta, & quæ non faceret aliqualem compositionem horæ, quæ est quod artificiale, & compositum ex diuersis partibus, non tenetur illam recitare, verbi gratia, quamuis posset recitare omnes psalmos, aut psalmos & hymnos horarum quos memoriter scit, tamen quia illi, vt sic, non faciunt aliqualem compositionem horæ, non teneretur illos recitare, licet sit maior pars officij.

Secundo videtur, quod qui non posset recitare 222 matutinum cum laudibus, non teneretur reliquas horas recitare, quamuis illas posset, quia matutinum cum laudibus, licet non sit maior pars officij, tamen est prima, & præcipua pars illius, & ita excusatur, † 223 nec obstat simile de ieiunio quadragesimæ, nam, vt supradictum est ibi, est præceptum distinctum pro quolibet die, hic vero est vnum tantum præceptum pro toto officio diei, & sic non est simile.

Tertio videtur, † quod qui posset recitare sine 224 Matutino Laudes cum reliquis horis teneretur ad illas, ex quo sunt multo maior pars officij, & quamuis Laudes sint vna hora cum Matutino, vt iam certum est cum communi, quicquid Nau. de oratione. c. 3. n.17. & 28. & Man. Rodrig. in sum. 1. to. c. 140. n. 1. cum aliis dicant, tamen possunt ab illo diuidi, & recitari per modum horæ distinctæ, vt Ecclesia facit in die Natiuitatis Domini, saltem ex aliqua iusta causa, etiam leui, & si absque vlla causa fieret, non esset, nisi veniale peccatum, vt per Francolin. c.27. Man. Rod. supra ca. 141. n.5. Vega d.c. 128. casu 26. Toletum in sum. l.2. cap.13. vers. hoc tamen, & ibi Victorellum in notat. Açor l.10.c.8. qu. quarta & Petrum Ruiz Alcoholadum in Rubric. de laudibus, qui ait esse vsum practicorum. Et ita practicatur dicendo, † in 225 princi-

principio Laudum Pater noster, & Aue Maria, et in principio aliarum horarum, & in fine Matutini orationem, benedicamus Domino, fidelium animæ, & Pater noster, vt in fine aliarum horarum, vt ibi dicit P. Ruiz, licet id non esse necessarium dicat Açor ibi, & alij moderni, sed certe cum recitentur per modum horæ distinctæ, ita videtur faciendum iuxta modum aliarum horarum & regulas Breuiarij, & quod in principio Laudum sit dicendum Pater noster & Aue Maria, & in fine Matutini Pater noster, quando dicuntur separatim, tenet Nauar. d. cap. 3. num. 64. Manuel. Rodr. d. nu. 5. & Victorellus supra.

226 Cum infirmus, † vt recte inquit Manuel Rodrig. supra, d.c. 144. non est vtendum prædicto rigore, nisi clare constet quod potest id commode facere, vnde raro infirmi tenebuntur aliquid recitare.

227 Hæc sunt quæ † de horis Canonicis, quas beneficiati recitare tenentur, visa sunt dicenda, alia de hac materia horarum videri poterunt apud Ioan. de Lignano, & Alb. de Ferrariis, Nicolaum Plone de horis Can. Nau. de oratione, & in Man. c.25. a n.96. & num. 122. & 123. Sandoual. de officio Canon. Guerrero in speculo. cap. 13. Cuchum in institut. maioribus l. 5. tit. 7. de horis Canonicis. D. Ant. in sum. 3. p. tit. 13. c. 4. Sotum de iustit. & iure l. 10. q. 5. Io. Medinam C. de oratione, Mancellum, Francolinum in tract. de tempore horarum Canonicarum. Ioann. Stephanum Durandum de tribus Ecclesiæ Catholicæ lib. 3. per totum. Caietanum, & Arrag. 22. q. 83. ar. 12. & 13. Bellarminum 3. tom. vltima controuersia tertia controuersiæ, lib. 1. & cap. 10. Valentiam 3. tom. disputat. 6. q. 2. pu. 10. Tabienam, Rosellam, Angelum, Syluest. Armillam, Caietanum, & Man. Sa. verbo hora, Cosmam, Philiarchum de officio Sacerdotis 2. par. 1. lib. Iacobum de Graffiis in decis. aureis casuum conscientiæ, lib. 2. a c. 50. ad 54. Summam Coronam. 1. p. cap. 1. ex num. 32. Ludo. Lopez instruct. conscientiæ 1. tom. cap. 144. & seq. & 2. to. ex c. 102. ad 105. Man. Rodrig. in sum. 1. tom. ex c. 140. ad 145. Vegam in sum. 1. part. cap. 28. Ioann. Baptistam. Corradum in responsis casuum a quæst. 140. ad 146. Cardin. Toletum in sum. l. 2. a cap. 10. ad 14. Açor institut. moralium lib. 10. ex c. 1. vsque ad 16. & P. Ledes. in sum. 2. part. tract. 9. c. 4.

CAP. II.

De residentia.

SVMMARIA.

OMnia Beneficia, etiam simplicia de iure residentiam requirunt, num. 1. exceptis præstimoniis, num. 2.

Ex generali consuetudine Beneficia simplicia residentiam non requirunt, numer. 3. resoluuntur Rota ad hoc, numer. 4. 5. 6. & 7. declarationes S. Cong. 15. n. 8. & 9.

Dicta consuetudo generalis non residendi in beneficiis simplicibus cessat, vbi aliud sit indultum de iure speciali, seu vbi adest statutum, & particularis consuetudo, n. 10. resolutio Rota n. 11. & 12.

Quæ Beneficia requirunt personalem residentiam, & de causis excusantibus a residentia, ac de residentia Beneficiatorum, qui agunt, numer. 13. & 14. & 15.

Episcopi, & alij Pastores, etiam Parochi tenentur residere, non solum de iure Canonico, sed etiam de iure diuino, ac naturali, n. 16.

Circa residentiam Episcoporum, ac Curatorum est constitutio Pij IIII. & V. n. 17.

Quomodo teneantur residere Episc. & Curati, & quanto tempore abesse possint remissiue, n. 18.

An Curatus possit abesse, per duos menses absque licentia Ordinarij, ex causa, quæ sibi iusta videatur, num. 19. cum sequentibus, resoluitur contra Nauarrum & alios non posse, & adducuntur declarationes S. Cong. n. 20. & seqq.

An Parochus, qui abfuit per duos, aut vnum mensem absque licentia Ordinarij in scriptis, vel absque aliqua honesta causa fructus suos non faciat, numero vigesimo quinto cum sequentibus resoluitur suos non facere, & respondetur cuidam declarationi S. Congregationis, quæ videtur obstare.

Fructus amissi ob non residentiam, restituendi sunt fabricæ Ecclesiarum, aut pauperibus loci, nec habet locum compositio, n. 30.

Huiusmodi fructus ab Episcopo restituendi possunt restitui fabricis Ecclesiarum, aut pauperibus diœcesis, quibus maluerit, restituendi vero a Parocho debent restitui fabricæ Ecclesiæ suæ, aut pauperibus ipsius Parochiæ, num. 31.

Quo ad illos fructus, quos Parochi pro rata absentia suos non fecerunt, non sunt obseruanda interualla, eademque ratio, de quibus cap. 1. sess. 6. n. 32.

An Parochus habens iustam causam, & necessitatem discedendi notariam, possit discedere, non petita licentia, n. 33. & 34. resoluitur, non posse, nisi sit periculum in mora.

Ad absentiam Parochi licentia tacite non sufficit numero 35.

Qui bona fide abfuit sine licentia videtur esse liber a culpa, & pœna amissionis fructuum in foro conscientiæ, licet secus in foro exteriori, n. 36.

Parocho habenti re vera iustam causam absentiæ, non satis est petere licentiam, ea non obtenta, sed debet recurrere ad Superiorem, nec interim potest abesse n. 37. 38. & 39.

Episcopus non potest occupare Parochum in suo seruitio vltra bimestre contra Henedam, & Syluest. nu. 40. & 41. ponuntur declarationes S. Cong. circa hoc n. 42. alia declaratio, quæ videtur obstare, nu. 43. cui resp. numero 44.

Reprobatur cons. Nau. 15. Clericis non residen. nu. 45. & consi. 5. de ætate, & qualitate n. 46.

Nec lis, nec prosecutio eius super Parochiali, est regulariter iusta causa absentiæ vltra bimestre, nu. 47. prosecutio tamen litis super iuribus, & bonis ipsius Parochialis, est iusta causa absentiæ, licet non ad multum tempus n. 48.

Lis nec ipsius prosecutio super Dignitate, aut Canonicatu non excusat possessorem a residentia vltra tempus a Concilio permissum, persecutio vero litis super iurib. seu bonis Dignitatis, seu Canonicatus excusat, n. 49. vbi ponitur resolutio Rotæ. Nec requiritur licentia Superioris, non tamen prosequens litem super iuribus suæ Dignitatis lucratur fructus Canonicatus, n. quinquagesimo.

Difficile videtur statutum, quod prosequenti litem sibi motam super præbenda post triennalem possessionem habeatur pro præsenti n. 51.

An Parochus, qui residet in Parochiali, non tamen per se exercet officium, sed per substitutum, teneatur ad restitutionem fructuum, n. 52. resoluitur, non teneri, quamuis non resideat, vt debet, sicut etiam, quia male facit officium suum, n. 53.

De iure communi docentes in scholis Theologiam, vel in

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Canonicum, & studentes per quinquennium in eis excusantur à residentia, & in absentia fructus percipiunt n.54. sed debent studere in studio generali, seu celebri Vniversitate, n.55.

Studium generale est, quod est erectum, & institutum per Papam, Regem, seu Principem, seu quod habet studium ex privilegio, aut consuetudine immemorabili, num.56.

Inter studia approbata est Vniversitas Salamantina, quæ habet Bullam Eugenij 4. quæ dicitur Eugeniana, id concedens dantibus in ea operam cuicumque facultati licitæ, & honestæ, quod Privilegium habet etiam Vniversitas Compluten. & Vallisoletana, n.57. tenor Eugenianæ ponitur n.58.

An quoad docentes id sit intelligendum de iis, qui docent conducti, seu salariati, aut ratione cathedræ, & non de iis, qui sponte, & voluntariè legunt, n.59. cum seq. resolvitur intelligendum esse, etiam de iis, qui sponte, & voluntariè legunt, sine stipendio, cum licentia tamen, & ordine Vniversitatis, etiam ius Canonicum.

Quod possint simul de una Ecclesia dare studium, est arbitrarium, n.67.

An hodie stante Concilio d. Privilegium procedat in Parochialibus, & curatis, n. 68. cum seq. referuntur sententiæ Doctorum, & resolvitur non procedere, ex Congre. Concilij.

Quoad Canonicatus, & alia beneficia residentiam requirentia, d. privilegium manet incorrectum, n. 85. Et sic in eis Ordinarius tenebitur dare licentiam absentiæ ratione studij, alias poterit recurri ad Superiorem, numer.86.

Ista licentia videtur hodie debere peti à Superiore, & non posse quem sine ea abesse ratione studij, cum requiratur inspectio ætatis, & an sit aptus, licet in docentibus non requiratur n.87.

Etiam de iure antiquo videbatur requiri licentiam Prælati, n. 88. & 89. ubi explicatur c. relatum de clericis non residen. Nisi consuetudo, aut privilegium sit in contrarium, n.90.

Ex d. capite, relatum sumitur regula, quod ut Beneficiatus licitè se absentet, requiritur causa, & licentia Prælati n. 91. quamvis de consuetudine possit induci, ut non requiratur licentia n.92.

Explicatur c. fi. de magistris, num.93. ex quo tamen verius est de iure antiquo, non requiri d. licentiam, nu. 94. sed per illud est correctum d. capitulum relatum, quoad causam studij n.95.

In casibus, in quibus absentes habentur à iure, pro præsentibus, non requiritur lic. Prælati, num. 96. & regula d.c. relatum intelligitur de causis honestis, non tamen expressis in iure n.97.

Canonicis non potest Ordinarius ultra tempus à Concilio permissum dare licentiam absentiæ, n.98.

Decreta Concil. Toletani, & Compostellani, & concordia super illis, n. 99. & 100.

Non potest tamen Episcopus dare licentiam & dispensare ratione studij ad septennium, sed solum ad quinquennium, num.101. ubi ponuntur declarationes S. Con.

Etiam pro studio Theologiæ non potest Ordinarius dare licentiam ad septennium, nec potest dari licentia ad studium Philosophiæ, & Logicæ, etiam ad transeundum ad Theologiam, numer. 102. & 103. licet secus ex privilegio Eugenianæ, num. 104. 105. & 106.

Vbi habeatur, seu unde colligatur in Concilio Trid. derogatio d. privilegij de percipiendis fructibus in absentia ratione studij, quoad Parochiales, n.107. cum seq.

Cum per Concilium sit derogatum d. privilegium insertum in iure, est etiam derogatum privilegium d. Eugenianæ, quoad Parochiales, & ita fuit practicatum, num.110.

In Beneficiis, etiam simplicibus residentiam requirentibus ex fundatione non habet locum d. privilegium, num.111.

Licet Canonicus absens ratione studij percipiat fructus præbendæ, non tamen distributiones quotidianas, nu. 112. nisi Canonicatus consistat solum in distributionibus, num.115. cum seq. ubi adducuntur declarationes S. Congreg.

Studentes in Ecclesiis Cathedralibus non gaudent d. privilegio de percipiendis fructibus in absentia, numer.117.

Quid dicendum sit de Canonico lecturæ, seu Theologali, num.118. usque ad 122. & quid de Canonico, qui prædicaturus est in ipsa Ecclesia. numer. 123. 124. & 125.

Pœna Beneficiati non residentis in Beneficio residentiam requirente, est privatio Beneficij, numero. 126. debet tamen prius moneri, ut resideat. n.127. nec sufficit monitio facta tempore datæ licentiæ, num. 128. & sic propter absentiam non est quis ipso facto privatus Beneficio, n.129.

Ad procedendum contra Beneficiatum ratione non residentiæ, non est necessaria solemnis citatio nec solemnis privatio, requiritur tamen privatio, licet non solemnis expressa, vel tacita, n.130.

In Parochiali, seu Beneficio curato non residens est privatus ipso iure ex ca. extirpandæ. §. qui vero in fi. de præb. n.131. & seq. quod inducit de novo istam privationem ipso iure, & sic Respondetur iuribus contrariis, n.132. & 133.

An privatio ipso iure, de qua in dict. §. qui vero, referatur etiam ad casum de Parochiali annexa, nu. 134. cum sequentibus resolvitur contra communem non referri.

An ut incurratur d. pœna privationis ipso iure ob non residētiam in Parochialibus, requiratur monitio præambula, n.135. cum seq. resolvitur contra alios non requiri.

Dicta pœna privationis ipso iure ob non residentiam in Parochialibus, quæ forte per desuetudinem erat abrogata, videtur hodie cessare stante Concilio Trident. n.139.

Obtinentes in Cathedralibus, & Collegiatis Dignitates, Canonicatus, aut Portiones, si non resideant, ut debent etiam moniti, non possunt hodie statim privari, sed primo anno dimidia parte fructuum, & 2. omnibus, numero 140. cum seq. ubi ponitur resolutio Rotæ, & declarat. S. Congregat. & idem in aliis Beneficiis simplicibus residentiam requirentibus numero 141. & seqq.

Ad prædictam pœnam privationis fructuum non est opus præuia monitione, ut resideat, n.145.

Huiusmodi fructus, quibus ob non residentiam Canonici privandi sunt, debent applicari Ecclesiæ, & eius fabricæ quatenus indigeat, alias alteri pio loco nu. 146. 147. contra Nau. n.148.

Ista pœna non potest remitti ab Episcopo. n. 149. quamvis ante sententiam possit ex causa minuere, vel augere. n.150 ubi ponitur declaratio S. Con.

Si Episcopus dissimulet, & non privet, non tenebitur Canonicus absens fructus illos, quos alias fecit suos, restituere in foro conscientiæ, licet peccaret Episcopus

dissi-

dissimulando absque iusta causa, quæ est pœna imponenda per sententiam n.151. & 152.

Si Canonicatus, seu Præbenda nullos haberet fructus in absentia, qui nunquam resedisset pro primo & secundo anno, & sic non haberet fructus, quibus privari posset, puniendus esset pœna arbitraria citra privationem, numer.155.

Quomodo sit procedendum contra non residentes, maxime ad privationem, num.154. cum seqq. ubi resolvitur quod ut privetur Beneficio, absentia debet esse semestris, & prius trina monitio per edictum præcedere, quando nescitur ubi sint, vel commode citari non possunt, alias debent personaliter citari, & sufficit una monitio, etiam extraiudicialis, nec debent expectari per sex menses, & ponuntur declarationes S. Cong. & decisiones Rotæ.

Ad procedendum contra absentes ad alias pœnas, præter privationem, non est necessaria trina citatio per edictum, sed sufficit una peremptoria, nu.160.

Executio d. pœnarum contra Parochos non residentes suspendi non potest privilegio, statuto, familiaritate, exemptione, appellatione, aut inhibitione, nu.161. non tamen tollitur appellatio devolutiva. n.162.

An obligatio residentiæ solum procedat in habentibus vere Curam animarum, & Beneficia curata, an etiam in habentibus exercitium Curæ, n.163. cum seq. resolvitur etiam in illis procedere sicut etiam in habentib. Beneficium Curatum in commendam, & coadiutoribus Rectorum, & ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis, & quomodo in illis procedat declaratur.

An Parochi, quibus à Papa datus est coadiutor perpetuus, teneantur ad residentiam, an vero excusentur ab ea num.171. cum seq. resolvitur non excusari, ut nec etiam, qui habet Vicarium perpetuum, nisi tota cura in eum legatione translata sit.

Circa residentiam Parochorum ponuntur aliqua declarationes S. Cong. nu.179.

OMnia Beneficia simplicia, de iure residentiam requirunt, capite fin. de rescript. in sexto cum aliis
1 † glossa in Extrav. execrabilis, de præb. in extravagantib. Ioannis 22 versiculo quantum verb. Ecclesiastica. Albertus Sbrotius de vero, & perfecto Clerico, libro secundo capite 44. Selua de Beneficiis, 4. parte quæstione prima Rebuffus in praxi titulo de dispensatione de non residendo, numero 7. Ioan. Nicol. Gimontius Enchiridio Benefic. titulo 3. capite primo ex numero 10. Bened. Capra reg. 90. numero 108. Navarrus in man. ca. 25. numero 120. Hoieda de incompatib. benefic. capite 17. nu. 14. P. Gregorius de Benefic. capite septimo. Flaminius Parisius de resignatione Benefic. libro 1. quæstione 10. numero tertio & 66. Zerola praxi Episcopali prima parte versi. privatio, §. quarto, tertio principali. Lælius Zechus de munere Episcopali capite quinto numero 3. & alijs, exceptis tamen præstimoniis, seu præstimonialibus portionibus, quæ ex sua institutione nullum fere onus videntur habere annexum, præter recitatio-
2 nem horarum, † Navarrus de oratione Miscel. 48. alias 42. numero primo Anglef. in floribus Theolog. 9. quæstione de restitutione facienda propter negligentiam Ecclesiasticorum. 1. diffinitione dub. 1. Puteus decisione 371. libro tertio & novissime Açor institutionum moralium. li.10.c. 4. ad fi. quicquid velit Hoieda supra numer.25.

At ex generali consuetudine Beneficia simplicia
3 † residentiam nō requirunt. Alber. Sbrotius n.1. Rebuffus. 8. & Hoieda 25. ubi & Mandos. reg. 1. cancell. 9. 14. num.8. & de signatura gratiæ, tit. de dispensatione de non residendo. versic. Beneficia omnia, de monasteriis, quæst.39. & ad Lapum alleg. 117. littera. D. Ferretus consi. 112. num. 1. Menoc. de arbitr. lib. 2. casu. 202. n.75. D. Io. Ocon Regius senator, in Rep. c. 1. de clericis nō residen. à 6. nu. 52. Flam. Parif. d. q. 10. num. 366. & 67. Zerola d. & versi. Beneficium. §. 7. sub. 8. concl. principali. Zechus d. cap. 5. n. 2. & de Republica Ecclesiastica. tit. de Beneficiatis. sub. nu. 6. versi. quod si Beneficium sit simplex, & Rota dec. 485. numer. 2. part. 1. diversorum, & Cæsar de Grassis dec. 115. numero tertio & post hæc Gonçalez ad reg. mensium. glossa quinta numero vigesimo. & glossa decima quinta numero vigesimo sexto.

Et ita in una Conchen. Beneficij de Valen. 30.
Mar. 1582. † coram illustrif. Card. Lancelloto fuit 4
resolutum istam qualitatem, quod nō requirāt personalem residentiam, non esse verificandam, & in una Virdunen. Canonicatus. 13 Feb. 1587. coram D.
Gipsio fuit dictum, non esse † opus probare, quod ca- 5
pellania obtenta narrata in gratia non requirat residentiam, cū Beneficia simplicia de generali consuetudine residentiam personalem non postulent. Alex. consi. 1. n.
2. lib. 7. Fel. in c. dilectus. 2. n. 1. de rescrip. & in una † 6
Segobien. Canonicatus 14. Novem. 1588. coram illust. Card. Plato fuit dictum, nō obstare quod non fuerit iustificatum Beneficia obtenta personalem residentiam non requirere, ut fuit expressum, quia hæc qualitas non est verificanda, ut fuit resolutum in dict. Conchen.

Quod etiam fuit dictum in una Nucerina Bene- 7
ficiorum. 30. Octo. 1592. infra adducta 5. p. c. 5. nu. 64. & in una Legionen. Præstimoniorum 17. Nov. 1592. coram illustrif. Card. Pamphilio infra adducta. 6. p. c. 4. n. 42. & in una Abulen. Beneficij. 30. Oct. 1595. coram illustrif. Card. Blancheto infra adducta. 11. p. c. 3. n. 299. & in eadem. 29. Iun. 1596. coram D. Lita adducta. d. 6. p. c. 2. dub. 4. num. 47. Vt in una Mediolanen.
S. Congregatio Concilij ita censuit. † Episcopus non 8
potest cogere obtinentes Beneficia simplicia aliquod personale servitium suis Beneficiis impendere, cum ex antiquissima totius Ecclesiæ consuetudine, non nisi ad officium recitandum, teneatur. Et Card. Burgen. sic respondit,
ead. S. Congregatio, obtinens Beneficium, † quod sit 9
simplex, & sine cura animarum, & extra Ecclesiam collegiatam, nec personalem residentiam ob aliam causam requirēs, non tenetur in eo residere, sed ad inserviendum illi per alium, qui probatus sit ab Ordinario. Tertia, nō fuit mens Pij V. in Bulla de residentia edita, 8. Iulij. 1569. incipien. cupientes cogere habentes Beneficia simplicia, in eis residere. Quarta, in una Calagurritana, Episcopus non potest cogere aliquem in Beneficio simplici residere. Quinta, obtinens beneficium, licet id sit titulus alicuius sancti, dummodo sit simplex, non tenetur in eo residere, nec ad residendum eum cogere potest Episcopus. Sexta, Congregatio censuit nihil innovandum in Beneficiis simplicibus, quæ etiam Clericatus nuncupantur in Ecclesiis Parochialibus vel alibi constitutis, quorum fructibus possessores gaudent, nullū servitiū, nec per se, nec per substitutos præstando, ut possint cogi, vel per se ipsos, vel per substitutos inservire, si tanto tempore possessores non fuerint coacti ad aliquid istorum, nec apparet, quod ad certam sint obligati satis si dicunt horas Canonicas.

Faciunt etiam aliæ declarationes † adductæ infra 10
septima parte capite primo numer. 87. & quæ ibi dicemus.

Aduertendum vero est, † quod d. consuetudo ge- 11

neralis non residendi in Beneficiis simplicibus cessat vbi aliud sit inductum de iure speciali. Fel. in d. c. dilectis .2. n. 1. de rescrip. Iac. de Graf. in dec. aureis casuum conscientiæ l. 2. c. 59. seu vbi adest statutum, & particularis consuetudo in contrarium: Zerola. dict. verb. beneficium. §. 7. 3. conclu. 8 conclu. principalis, & d. verb. priuatio. §. 4. 3. dicto principali. 1. dubio. Et fuit resolutum in vna Calagurritana Beneficij de Nauarrete. 20 Iun. 1588. coram D. Pamphilio. in qua fuit dictum, *quod Beneficia, etiam simplicia, possunt ex statuto particulari, vel consuetudine alicuius Ecclesiæ personalem residentiam requirere.* Innoc. in c. fi. in prin. vers. sed tamen, *Card. n. 1. Abb. 3.* de clericis non residen. *vt in Beneficiis Ecclesiarum de Nauarrete, & Fuen mayor, in quibus adest constitutio synodalis Calagurritana, de cuius validitate non est ambigendum, cum sit facta in synodo generali ad not.* in c. quod super his, de maioritate. & obed. *& particularis consuetudo residendi, de qua bene testes deponunt, qui reddunt bonam causam scientiæ, quia viderunt, quod Capitulum solitum fuit compellere absentes ad residendum, & quod non admittebat Capellanos, sed non venientibus retinebant fructus Beneficiorum suorum, & enumerant plures actus particulares in quibus dicunt, ita vidisse fieri, & seruari, & sic bene probant istam consuetudinem iuxta not.* in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, *& per Bart. & alios* in l. de quib. de leg. *præsertim concurrentibus quampluribus iuramentis de personaliter residendo iuxta formam statuti præstitis ab omnibus Beneficiatis, qui ab anno 1537. vsque ad præsens fuerunt admissi, quorum aliqui etiam fuerunt coacti ad illud obseruandum, vt patet ex pluribus actibus, & monitoriis, & ex sententia lata per Cardinalem Lancellotum in qua fuit priuatum D. Larguas, qui iurauerat teneri ad residendum personaliter & fuit condemnatus ad restitutionem fructuum perceptorum pro tempore quo non resedit, quæ sententia fecit transitum in iudicatum, & fuit executioni demandata, & cum respiciat statum Ecclesiæ ad nota. per Abb.* in c. cum omnes ex nu. 4 *Fel.* 7. de constit. *facit ius quod omnes iuxta notata* in l. ingenium. ff. de statu homin. *Alex. post alios* in l. sæpe de re iudicata. *Nec obstat, quod huiusmodi consuetudo non sit præscripta spatio. 40. annorum, quia cum ius commune illi non resistat, sed potius assistat, ex quo de iure quodlibet Beneficium residentiam requirit, sufficit decennalis possessio glos.* in c. fi. de consuet. in 6. *Fel.* in c. statuimus de maior. & obed. *Ballus* de præscrip 5 p. principalis q. 12. *& fuit late deductum, & resolutum coram D. Lancetano de anno. 1585. in causa Valentina emolumentorum, & consuetudo generalis non residendi in simplicibus cessat vbi adest statutum, & particularis consuetudo in contrarium, ad tradita per Innoc. & Card.* c. fi.

12 Et in vna Cæsaraugustana † fructuum 4. Iun. 1600. coram D. Dieco Corduba fuit etiam dictum, quod aliqua Beneficia simplicia possint personalem residentiam requirere ex constitutione, consuetudine seu particulari statuto Ecclesiæ.

13 Quæ autem Beneficia requirant † personalem residentiam tractant post alios Hojeda *d. c. 17. a num.* 1. Flam. Par. *de resignat. Benef. l. 1. q.* 10. D. Io. Ocon. *in d. c. primo de clericis non residen. in sexto ex numero quadragesimo quinto ex num.* 40. & Licentiatus Ant. Gomez, qui accepit ex d. rep. D. Io. Ocon. *in explicatione Bullæ Cruciatæ capite septimo ad 4. clausulam ex numero 15.*

14 Qui etiam ibi agunt de causis † excusantibus a residentia, de quibus etiam, ac de residentia Beneficiatorum, agunt Alb. Sbrotius *d. l. 2. c.* 44. Selua. 4. *p. q.* 1. & *seq.* & præcipue q. 6. Gigas *in tract. de resid. Episcop.* Rebuf. *in prax. tit. de dispensat. vsue de non residendo, & in rep. a. ex suspendo §. qui vero, de prab. circa* 4. *Abbatis quæst. & in tract. de priuil. scolarium priuil.* 31. Ber. Diaz & præcipue Salcedo *ibi in pract. crim. Can. cap.* 52. Couarr. *lib. 3. vari. c.* 13. Nau. *in man. c. 25. a nu.* 120. Mayolus *de irregularitate lib.* 3. c. 5. Pe. Greg. *de benef. cap.* 7 Sotus *de iustitia & iure lib.* 10. *q.* 3. *art.* 1. *cum seqq.* Rosella Syl. & Armilla *verb. residentia.* Angel. *verb. clericus.* 7. Lud. Lop. *instruct. consc. 1. tom. cap.* 147 148. & 149. Man Rodri. *in sum. 2. tom. cap. 33. cum seqq.* Ioann. Bapt. Corradus *in resp. casuum conscien. in quæstione* 317. Eman. Sa. *verb. residentia.*

Et viden. sunt Concilium prouinciale † Mediolanen. 15
1. tit. de resid. & 5. p. 3. eod. tit. & Bononien. primum factum ab illustrissimo Card. Paleotto anno. 1586 quod habetur in Archiepiscopali Bononien. 4. *p. tit. de resid.* in quibus continentur multa notatu digna, quæ sumpta sunt ex ipso Concil. Trid. & ex declarationibus S. Cong.

In quo vt aliqua adnotemus, præsertim circa noua decreta, dico primo, quod † Episcopi & alij Pastores, 16
etiam Parochi, tenentur personaliter residere, non solum de iure Canonico, sed etiam de iure diuino, ac naturali, ex quo tenentur pascere gregem sibi commissum, vt in S. Concilio Trid. *sess. 6. cap. 1. de refor* & docent post alios Caiet. 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 5. *& in sum. verb. Beneficium Ecclesiasticum.* Carranza & Fran. Torren. *de resid* & Gigas *c.* 1. Soto *d. lib. 10 quæst. 3. per totum, & in apologia contra Catharinum. cap.* 1. Alph. de Castro *de iusta hæreticorum punit. lib. 3. cap.* 4 Corduba *lib.* 1. *q.* 19. Valentia. 3. *tom. disput.* 10. *quæst. 4. pun.* 5 Paulus Grisaldus *in dec. Catholicis, verb. Episcopus* Bort. *de synodo 3. p. art. 1. numer.* 150. Cou. qui alios refert *d. c. 13. n.* 9 Nau. *d. c. 25. n.* 121. Vargas *de Episcopor. iurisdictione, axiomate* 12. Ferretus *cons. 32. ex n.* 14. Salcedo *d. c. 52. litera A.* Aceuedo *in l. 27. tit. 3. lib. 1. recop. n.* 8. Melchior Gallego *in tract. de Parochis. obligatione tempore pestis. 2. p. disp. 1. a nu.* 46. D. Io. Ocon. *in d. c.* 1. 39. Quintanaduenas Eccl. *lib. 4. n. 50. &* 51. Cenedo *in collectanea 30. ad 6. nu.* 2. Zauallos *q. 585. a n.* 1. & Angles § 1. *difficultate.* Vualdus *in append. sui candelabri aurei c. 9. n. 6. &* 7. Corradus *supra* Zechus *de casibus reseruatis cap. 3. & d. tit. de Beneficiatis n. 6. & de munere Episcopali c. 5. n.* 3. Vega *in Espejo de curas c.* 17 & alij contra Catharinum cuius sententiam videtur tenere Tho. Campegius *in tract. de resid. Episcopor.*

Et circa residentiam † Episcoporum. ac Curatorum 17
est *const.* Pij 4. 115. & circa residentiam Curatorum est alia *constitutio* Pij Quinti. 64. in ordine in bullario.

Quomodo autem teneantur residere Episcopi † 18
& Curati, & quando, & quanto tempore abesse possint, traditur in didecretis Concilij præcipue *in d. c. 1. sess. 23.* vbi etiam de pœnis non residentium ac *in d. constitutione* Pij IV.

Circa quod dubitatur. 1. an † Curatus possit abesse 19
per duos menses absque licentia Ordinarij ex causa, quæ sibi iusta videatur. In quo Nauarr. *d. capite 25. numero* 121. *versiculo* & quamuis. ait, quod quamuis litera *d. capite* 1. versiculo, *discedendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam vltra bimestre tempus, nisi ex graui causa non obtineant,* in vtramque partem flecti possit, arbitratur posse abesse, tum quia ante Concilium id licebat, & a iure antiquo non est recedendum sine nouo expresso *l. præcipimus C. de appellat.* tum quia Episcopo, qui magis residere tenetur,

netur, permittitur, & Concilium dicit eadem omnino seruanda in Curatis inferioribus, quæ in Episcopis, & quia est pars benignior, sequuntur Salcedo *d. cap. 52. litera C. versiculo illud vero,* qui ait ita non semel consuluisse, & obtinuisse, licet quidam imperitus iudex ex *capite quodam*, prout illi de more erat, contrarium iudicauit. Et Quintanaduennas *d. libro quarto n.* 76. Cenedo *d. collectanea.* 30. *ad sextum numero tertio.* Zerola *verb. priuatio. §. quarto dubio tertio, & tertio dicto secunda dubitatio, & verb. Parochus §. secundo* Lud. Lopez. *d. 1. tomo cap.* 148. Emanuel Rodriguez *d. 2. tom. cap. 36. in fin. & in explicatione Bullæ compositionis numero* 18 Corradus *d. q.* 317. Eman. Sa. *de verb. residentia numero septimo* & Zechus *d. casu*
20 3. *versic. sed quia in Tridentino*, quem † sequitur Vega d. c. 18. ait talem non teneri ad restitutiones cum vera causa subsit, licet crederet peccare ob non inobedientiam non petendi licentiam. *et de Rep. Ecclesiastica d. titulo de Beneficiatis numero sexto* præsertim *ad finem* absolute tenet sententiam Nauarri, quam sibi veram semper visam fuisse ex verbis & mente
21 Concilij † ait Zauallos *qu.* 585. *numero sexto* vidisse tamen in oppositum declarationem Congregationis Cardinalium, & ita praxim recepisse, vt absque licentia non posse Parochus recedere, etiamsi absens fuerit propter Ecclesiæ vtilitatem, quare necessariam esse ordinarij licentiam inscriptis, & gratis concedendam secundum Concilium.

22 Contra Nauarrum tenet D. Ioan. Ocon. *in d. c.* 1. *numero* 51. nam si attentius, inquit, † considerentur verba Concilij, ex eis aperte deducitur semper necessariam esse Episcopi licentiam in scriptis, etiam ad duos menses, & quod ita praxis quotidiana obseruat, vt etiam ait Zauallos vbi proxime, & quod illud est Concilij intentum, quod ad bimestre tempus quæcumque causa erit iusta, veluti recreationis, vel visitandi amicos, seu propinquos. vltra bimestre autem exigitur grauis causa, & quæ talis Episcopi arbitrio reputetur, & faciunt verba Concilij præcedentis, *ita tamen, vt quandocumque eas causa prius per Episcopum cognita, & probata abesse contingeret.* Sequitur Lic. Antonius Gomez *in d. explicatione Bullæ c. 7. ad 4. clausulam. numero.* 22. & ista vera intelligentia Concilij.

23 Et ita declarauit † S. Congregatio Concilij, vt in sequentibus declarat super *d. c. 1. sess.* 23. prima vbi *vltra bimestre tempus, etiam non per bimestre tempus possunt abesse Parochi sine licentia Episcopi, & valet constitutio Episcopi, vt Parochi possint abesse vltra duos dies sine licentia, vt hic.* Secunda, *Episcopus potest prohibere Parochis sub pœna pecuniaria arbitraria, quæ tamen dimidium non excedat, ne vltra biduum a sua Ecclesia possint abesse non tamen id prohibere potest sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & quod ad Canonicorum absentiam pertinet, tempus, & pœna obseruari debet, prout præscribitur a Concilio Tridentino* sessione 24. capite 12. versic. præterea obtinentibus. refert Zerola. *d. ver. priuatio. §. 4. 2. dub. & per. edicta. 2. 5.* & Zerolus *d. numer. 6. ad fin.* Tertia. *nec potest per hebdomadam abesse non petita, vel non obtenta licentia, etiam relicto Vicario idoneo ab ipso Ordinario approbato.* Est etiam declaratio Abulen. infra adducta 9 *parte capi-*
24 *te 2. dubio. 19. numero. 195. ad secundum.*

Et ratio sonat † d. Concilium Prouinciale Bononien. 4. *pa. titul. 6. de residentia. §. de causis excusantibus a residentia Curatos vers. l. item modicum,* vbi dicitur quod ad breue absentiæ spatium, veluti ad duos vel tres dies licentiam in scriptis obtinere nō oportet.

Secundo dubitatur, an Parochus, qui affuit per duos, aut vnum mensem † absque licentia Ordina- 25
rij in scriptis, vel absque aliqua honesta causa, pro tempore absentiæ fructus suos non faciat, sed eos tenetur restituere.

In quo consequenter dicendum est, non facere † fructus suos ex quo abest, contra tenorem d. decre- 26
ti imponentis huiusmodi pœnam & facit declaratio S. Congregationis Concilij, quæ sic ait, *fructus amittuntur dumtaxat pro rata illius temporis, quo quis abest sine licentia, nec potest componi restitutio debita fructuum male perceptorum cum obtinentibus Bullam cruciata, vel vigore aliorum priuilegiorum, & facultatum obtentarum per Concilium.*

Sed videtur obstare alia declaratio eiusdem Congregationis, † quæ sic ait, *cum Episcopi, qui vltra tres* 27
menses singulis annis a propria Ecclesia absunt, pro rata temporis absentiæ fructus suos non faciant, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta illos sibi detinere possint iuxta cap. 1. sess. 23. de refor. *quæritur, an id habeat locum etiam in Curatis inferioribus, ita vt Episcopus debeat cogere Parochum, qui tempore sui antecessoris per biennium, & forsan amplius non resedit, licet nunc resideat ad restituendos fructus illius temporis, quo absens fuit, cum ad residendum, nec etiam per edictum monitus fuerit; an vero contra Curatos inferiores ad effectum; vt similem pœnam incurrant, requiratur citatio saltem per edictum, quemadmodum verba d. c. 1. paulo inferius videntur, innuere, dum subditur, quod si per edictum Cong. respondit Curatum inferiorem, qui vltra duos menses abfuit a sua residentia posse, & debere cogi per Episcopū, ad restitutionē fructuū pro rata tēporis absentiæ iuxta* c. 1. sess. 23 *neque ad eam rem requiri citationem, vel monitionem.* In qua declaratione solum dicitur teneri ad restitutionem fructuum qui vltra duos menses abfuit.

Respondetur tamen istam † declarationem non 28
negare, quin teneatur etiam ad restitutionem fructuum, qui intra bimestre affuit per aliquod tempus considerabile absque licentia Ordinarij, vel absque aliqua honesta causa, sed loqui de eo, qui vltra duos menses affuit, quia ad illos regulariter adest licentia & causa. † nam etiam Episcopus, qui per duos 29
aut tres menses abesset a sua Diœcesi absque æqua causa aut cum vllo Gregis detrimento, non faceret fructus suos pro rata temporis absentiæ ex *d. cap. 1. vers. si quis autem.* Et ita Concilium Bononien. *d. tit. 6. de resid. §. de pœnis non residentium ad §* vbi affert d. declarationem, simpliciter loquitur.

Et fructus amissi ob non residentiam † restituen- 30
di sunt fabricæ Ecclesiarum, aut pauperibus loci, nec habet locum compositio, vt *in d. c. 1. vers. si quis autem, & vers. eadem omnino, & declaratione supra adducta n. 26.* & tradunt Nau. *d. c. 25 n. 121 & cons. 20. n. 4. de celebrat. Missar.* Emanuel Rodriguez *in explicatione Bullæ compositionis d. n. 18* Enriq. *in sum. lib. 7. cap. 36. §. 3.* & illud Lopez *instruct. conscientiæ 1. tom. 2. parte cap.* 10.

Et intellige huiusmodi fructus ab † Episcopo re- 31
stituendos, posse restitui fabricis Ecclesiarum, aut pauperibus Diœcesis, quibus maluerit, restituendos vero a Parocho, debere restitui fabricæ Ecclesiæ suæ Parochialis, aut pauperibus ipsius Parochiæ, & si non reperiantur pauperes intra limites Parochiæ, restituendi sunt præcise fabricæ Ecclesiæ, etiamsi pro tunc non indigeat, vt in sequenti declaratione S. Congregationis. *Congregatio censuit Episcopum Ordinarium debere applicare fructus non residentium, de*

quibus in hoc decreto, fabricæ Ecclesiæ Parochialis, etiamsi non indigeat, nec pauperes intra limites reperiantur, quæ potest tamen in dies indigere, saltem quoad ornamenta.

32 Nec quoad istos fructus, † quos Parochi pro rata absentiæ suos non fecerunt, sunt obseruanda interualla eademque ratio de quibus *cap.1 sess.6.* vt in sequenti declaratione S.Congreg. *An Episcopus procedens per subtractionem aduersus Parochos non residentes iuxta Concilium Triden. teneatur obseruare eadem interualla, eandemque rationem, quæ contra Episcopos non residentes statuit* c.1. sess.6. *Congregatio censuit teneri quoties in pœnam omissæ residentiæ vult subtrahere partem fructuum, quos suos fecerunt, non vero teneri obseruare eadem interualla in executione facienda super illis fructibus, quos Parochi pro rata temporis absentiæ suos non fecerunt.*

33 Tertio dubitatur, an Parochus habens † iustam causam, & necessitatem discedendi notoriam, possit discedere, non petita licentia ab Ordinario, maxime
34 ob distantiam loci, & dicendum est † non posse, nisi talis necessitas se offerat, quæ non patiatur dilationem, sed sit periculum in mora petendi licentiam, & tunc quam primum debet certiorare Ordinarium de discessu, & necessitate occurrente, vt de causa cognoscat, & det licentiam, nisi in breui sit reuersurus, Abbas *in capite relatum de clericis non residen. numero sexto*, Selua *quarta parte quæstione sexta circa finem*, Angelus *in sum. verbo Clericus. 9. tertio* vt in sequentibus declarationibus Sanctæ Congregationis. *Congregatio censuit solam distantiam loci, etiam cum necessitate eo discedendi, non excusare Parochum, vt possit abesse à sua Ecclesia sine licentia in scriptis obtenta, nisi talis necessitas repente se offerret, quæ non pateretur dilationem huiusmodi licentiam petendi, quo casu quam primum de discessu, & necessitate Ordinarium faciendum certiorem esse, vt de causa cognoscere possit.* Secunda, *nec est liber à culpa, & à pœna amissionis fructuum qui velut per quatuor mensium spatium ex vrgenti admodum causa ad curandam suam valetudinem, morbo graui instante, pro huiusmodi absentia non petit licentiam ab Episc. qui bona fide putauit euidentiam causæ satis esse, nisi periculum esset in mora petendi licentiam, vt supra dictum est.*

35 Confirmatur, nam ad absentiam † Parochi etiam licentia tacita non sufficit, vt in seq. declarat. eiusd. S.Cong. *nec sufficit licentia tacita, sed oportet quod sit expressa iuxta formam decreti Concilij*, facit quod dicitur infra *5.p.c.4.n.233.*

Id autem quod dicitur in præced. declaratione de
36 eo, † qui bona fide abfuit sine licentia, non videtur procedere in foro conscientiæ, sed solum quoad forum exterius, nam, si bona fide, & animo sincero processit, videtur in foro conscientiæ cessare culpa, & consequenter etiam pœna, vt in simili de non faciente professionem fidei dicetur *cap. seq. 19. dubio nu.66.*

37 Quarto dubitatur, an Parocho † habenti vere iustam causam absentiæ, satis sit petere licentiam ab Ordinario, licet eam non concedat, ita vt sufficiat licentia petita, & non obtenta. Et respondetur negatiue. Ab. *in d.c. relatum, n.5.* & ita censuit Sanct. Congreg. Concilij, vt in sequenti declaratione. *Nec Parochus habens iustam causam abeundi extra Parochiam per duos menses, aut tres, satisfaciet suæ conscientiæ, si petat licentiam iurans, se grauem habere causam, quam non expediat manifestare, vt sic petita licentia abesse possit, licet Episcopus non concedat: similiter abesse nō potest in casu, quo causam rationabilem expresserit, quam vt bonus, & æquus rationabilem iudicare: sed rigidus Prælatus ... iniquam iudicat, & licentiam denegat, vel quia mouetur suspicione quod ficta sit, cum tamen sit vera, sed habere potest recursum ad Superiorem.*

Et quod Parochus postulans † ex iusta causa licentiam absentiæ, recusante Episcopo, possit recurrere & appellare ad Superiorem, tradit Concilium Bononien. *d. tit.6. de resid. §. de causis excusantibus a residentia Cur. vers. ad fin.* & citari infra *numero octuagesimo sexto.* 38

Non poterit tamen interim † pendente appellatione abesse, etiam constituto Vicario, vt male videntur sentire D. Ioa. Ocon. *d.d.56.* & Lic. Ant. Gomez *n.32.* cum interim non habeat licentiam, vt requirit Concilium. 39

Quinto dubitatur, an Episcopus † possit occupare Parochum in suo seruitio, puta in visitatione officio Prouisoris, seu Vicarij, aut Fiscalis, vel in alio seruitio suæ Diœcesis vltra bimestre, & respōdetur non posse vt docet Eman. Sa. *verb. residentia, nu.1.* dicens quod secundum Cōgregationem Concilij, seruitium Episcopi, aut Cathedralis, aut Inquisitionis, non excusat Parochum à residentia, & post hæc Gōçalez *glos. 6. a n.255.* quamuis Hoieda *d. c.17. n.29. 8. casu*, † & *2.p.c.10.n.15.* cum Syluestro *verb. residentia, nu.7.* teneat etiamsi Beneficium sit curatum, nihilominus eum, qui est in seruitio Episcopi excusari à residentia. 40 41

Circa quod sunt sequentes † declarationes d.S.Cong. super d.c.1. *Episcopus non potest vti opera Parochi in visitatione, vel in alio seruitio suæ Diœcesis, nisi pro tempore bimestris duorum mensium, & tunc pro tempore idoneus Vicarius deputaretur*, consonat conciliū Bonon. *d. § de causis excusantibus a residentia Curatos, versic. pen.* vbi sic habetur. *Nec illo etiam casu requiritur licentia in scriptis, cum Episcopus Parochi opera in visitatione, aliaue Diœcesis sua munere, non tamen vltra bimestre spatium vtetur, relicto tamen ibi Vicario idoneo ab ipso Ordinario approbato*, Secunda, *item cum* eod. cap. *statuatur, vt quandocunque Curatos abesse contingat, causa prius ab Ordinario cognosci, & probari debeat, quæritur an Curati, qui in seruitio Episcopi in Diœcesi, vel extra commorantur, & propterea a suis Ecclesiis absunt, pœnas non residentium incurrant, cum ex eo, quod Episcopus hoc sciat, & tacet, huiusmodi causa approbare videatur, Congregatio Concilij respondit, non licere Episcopo suorum, vel etiam Cathedralis Ecclesiæ negotiorum causa permittere, vt Curati extra ipsorum curam maneant, etiam constituto Vicario idoneo*, Consonat concilium Prouinciale Mediolanen. *5.p.3 tit. de residentia*, vbi sic habetur, *vt ne absentia ... quidem curam, vel ad vicarijs munus, vel ad sanctæ etiam inquisitionis officium, nec vero ad aliud quicquam opera sacerdotis curam animarum gerentis Episcopus ita vtatur, vt ab Ecclesia, Beneficium in cuius curam traditur diutius absit, at muneri debita residentia personalis desit*, Tertia, *non excusat a residentia officium sub litteris Apostolicis, nec lis super ipsa Parochiali, nec licētia concessa ab Episcopo, cū ipsi in cedere nequeat, negotia communis publica loci excusant ad tēpus, si legitime ductū sit de mandato, nec excusatur Rector a residentia ob defectū, nec si habet officium Inquisitionis, & licet maior pars fructuum sit alteri reseruata, non excusatur possessor a residentia*, consonat d. Concilium Mediolanen. 5. vbi supra & *vers. 2.* & vers. *ne illi quidē.* Quarta *quandocunque Episcopus dispensauerit-*

in residentia, per aliquod tempus, vt puta octo mensium, relicto tamen idoneo Vicario in Parochiali, vt Rector alicuius operi pio vacare possit, verbi gratia fabricæ nouæ fieri, Et declaratio 6. infra adducta sub *n.179.* & aliæ quas adducit Gonçalez *d.n.258.*

43 Sed supradictis maxime *d.1.* † *declarationi* obstat alia declaratio S.Con. quæ ait Episcopum posse pro visitatione vti opera Parochi ad quatuor menses his verbis, *Episcopus potest pro visitatione sua Diœcesis vti opera Parochi, qui tamen ob eam causam vltra quadrimestre singulis annis abesse non potest a sua Parochia, & interea debet poni in ea idoneus Vicarius congrua portione fructuum d. Parochiæ arbitrio ipsius Episcopi assignata*, vt habetur inter declarationes *nu.60. seu. 63.* de qua declaratione meminisse videntur Zechus de casib. reseruatis *d. casu 3 de resid. num.1. vers. an ordine*, & Vega *in lib. Expos. de Curat. d.c.17.*

44 Respondetur † quod illa declaratio videtur iam sublata, & correcta per declarationes adductas, maxime primam, quæ non possunt in dubium reuocari, cum eis consonet dictum Concilium Bononien. quod est approbatum per ipsam S. Congregationē & etiam d. Concilium Mediolanen. & ita etiam eam ponit Gonçalez *supra n.258*

45 Ex quibus apparet † falsum esse *cons.* Nau. 15. *de clericis non residen.* vbi docet Parochum, etiam post Concilium, posse de licentia sui Ordinarij ex iusta causa, nempe, vt sit Vicarius generalis alterius Episcopi, etiam ad multum tempus abesse, vbi Apostilla recte aduertit S. Cōgregationem, vt refertur, cēsuisse contrarium, & sic vidisse licentiam peti à Sede Apostolica, & refert Zerola *verb. Parochus, §. 6.* maxime in Parocho existente Vicario alterius Episcopi, in quo loquitur Nauarrus, & reprobat istud concilium Gonçalez *sup. num. 259.* dicens hodie non esse securum.

46 Videtur † etiam falsum *consilium* eiusdem Nau. 5. *de ætate, & qualitate*, vbi ait, quod prælatus Ecclesiæ Collegiatæ Curatæ inseruiendo Episcopo excusatur à residentia, & potest fructus percipere, si magna causa vrgeret Episcopū ad retinendum eum in suo seruitio.

47 Sexto dubitatur † an, quamuis lis super Parochiali non excuset à residentia, vt in tertia declaratione supra adducta, *numer.* 42. & in alia adducta infra 11. *part. cap.5. num.121.* prosecutio tamen ipsius litis sit interim iusta causa absentiæ. Et dicendum videtur non esse regulariter iustam causam absentiæ vltra bimestre.

48 Prosecutio † tamen litis super iuribus, & bonis ipsius Parochialis est iusta causa absentiæ, *c. ex part. 2 de clericis non resident.* Nauarr. *cons. 14. eod. tit.* ex qua etiam causa in parochiali non debet dari licentia ad multum tempus, maxime hodie stante Concilio *d.c. 1. sess.23.*

Similiter etiam lis, & ipsius prosecutio super Di-
49 gnitate, † aut Canonicatu non excusat possessorem à residentia, vltra tempus à Concilio permissum, *sess.24. cap. duodecimo. de reformat.* prosecutio vero litis super iuribus, seu bonis Dignitatis, aut Canonicatus sic excusat à residentia, & lucratur fructus in absentia. *d. cap. ex parte, & cum non deceat. de elect. in 6.* & in terminis docet Nauarr. *d. consil.14.* & fuit resolutum in vna Burgen. iurisdictionis 4. Maij coram illustrissimo Cardin. Seraphino, quod 1584. *defensione Ecclesiæ, seu iurium suæ Dignitatis, est absens habetur pro præsenti ad effectum lucrandi fructus*, d. cap. ex parte. & d. cap. cum non deceat. *Hostiens.* in summ. eodem tit. de Clericis non residen. numer. 2. *Afflict.* decis. 289. num.33. & *ideo sequestrum seu substitutus, positum per Ordinarium, ne respondeatur ei de fructibus, est reuocandum, nec obest decretum Concilij,* sess. 24 cap.12. & sess.23 cap.1. *quia non detrahit quicquam dispositioni iuris communis, quinimo* in dicto capite 12. *remittit se ad sacrorum Canonum constitutiones.*

Nec ad huiusmodi † absentiam pro causa Eccle- 50
siæ, & prosecutione litis super iuribus, seu bonis Dignitatis, seu Præbendæ requiritur licentia Superioris, quia ius ipsum eam dat, vt patet ex *d. iuribus*, & dicetur infra *a num. 94.* licet contra teneat Nauarrus *d. cons.* 14. qui etiam male sentit quod prosequens litem super iuribus suæ Dignitatis lucratur etiam fructus Canonicatus, quem simul obtinet in eadem Ecclesia, quod non videtur verum, quia non agit causam Canonicatus, & ex declaratione infra adducta, *n.312.* vbi dicetur.

Vnde difficile videtur statutum huius Ecclesiæ,
Abulensis, † quod prosequens litem sibi motam su- 51
per Præbenda post triennalem pacificam possessionem habeatur pro præsenti, & lucretur.

Septimo dubitatur † an Parochus, qui residet in 52
Parochiali, non tamen per se exercet officium Parochiale, nec administrat sacramenta Parochianis, sed per substitutum, seu Vicarium, faciat fructus suos, an vero illos teneatur restituere. In quo dicendum est, quod quamuis ille non resideat, vt de-
bet, debet enim non per Vicarium, † sed per se 53
ipsum illi deseruire, & iniuncto sibi officio defungi. *cap. ex tua parte. §. qui vero. de præbend.* & Concilium Tridentin. *dict. cap. 1.* nam residere intelligitur cum effectu. Grassis *in decisionibus aureis casuum conscientiæ, libro 2. cap. 97.* & Zechus *de munere Episcopali, capit.5. num. 1.* nihilominus non videtur teneri ad restitutionem fructuum, nam Concilium ibi solum ponit hanc pœnam amissionis fructuum contra absentes, & non residentes, iste vero non potest dici abesse, & non residere, quamuis officium suum non exerceat, & pœnæ non sunt extendendæ, vt est vulgare, maxime impositæ ipso iure, vt alias dicemus infra 11. *parte capit. vltimo dub.7. ad fin. n. 105. & 106.* sicut etiam qui male facit suum officium Parochus, seu Episcopus, non ideo amittit fructus ipso iure.

Octauo dubitatur † de iure communi an docentes 54
in scholis Theologiam, vel ius Canonicum, dum publice in die docuerint, & studentes in eis per quinquennium excusantur à residentia, & in absentia fructus suorum Beneficiorum percipiant, capit. fin. de magistris vbi Abbas Anania, & Felin. *cap. licet. de præbend. cap. cum ex eo. de electione & cap. 2. de priuileg. in 6. clem. 1. §. cæterum. versic. sane de statu monach.* Felinus *consilio* 18. Rebuffus *in praxi tit. de dispensatione de non resid. num.25. & in tract. de priuileg. scholarium priuileg. 29. & 31* & late Horatius Lucius *eod. tractat priuileg. 99. & 100.* Nauarrus *in man. capit. 25. num. 110.* Hoieda *de incompatibili. cap. 17. num. 18.* Salcedo *in praxi cap. 52* Fuscus *de visitatione, libro 2. capit. 29. numer. 10.* Lic. Anton. Gomez *in explicatione bullæ Cruciatæ cap. 7. ad 4. clausulam numero 27.* Syluest. *versic. residentia, num. 7.* Armilla *verb. beneficium. numer. 61.* Angles *de restitutione facienda propter negligentiam Ecclesiasticarum 1. difficult. dubio 1. conclusione vltima.* Ludouic. Lopez *instruct. conscientiæ 1. tomo cap. 149. versic. sed quadruplex.* Emanuel Rodriguez *in summa. 2. tomo capit. 13. numero 2. & 2. tomo*

capite 36. numer. 2. & in addit. ad bullam compositionis numer. 4. ad fin. & numer. 5. Vega *in summ. 1. part. cap. 36. casu 41.* Candelabrum aureum *in appendice capite 9. numer. 15. & 14. & lin. 5. verb. residentia, numer.* 8 & alij citati, *supra numer.* 14. qui dicunt non requiri licentiam Prælati, quia ius eam concedit. *d.*
55 *cap. fin.*

Sed debent studere † in studio generali, seu celebri Vniuersitate *capit. tua. de clericis non resident. & d. cap. 2. de priuil. in 6.* Rebuffus *d. priuileg. 53. num. 8, & in concord. tit. de collatio. §. primo, verb. studij generalis.* Horatius Lucius *de his qui gaudent priuilegiis scholarium, numer. 23. ad fin. d. tract.* Didacus Perez *in leg. prima titulo 10. libro primo ordin.* Zerola *verb. studiū. §. 4.* Flores de Mena *quæstione 24. numero 19.* & Zechius *de republica Ecclesiastica titulo de clericis numero 7. versic. 18.* & patet ex declarationibus Sanct. Congregationis infra positis *numero* 81. & 117. & decreto Concilij Mediolanen. de quo *nu.* 81. & vide Cosmam Guimier. *in pragmat. sanctione in proœmio. §.*
56 *quibus attente, verb. generalium.*

Et studium generale est, † quod est erectum, & institutum, per Papam, Regem, seu Principem. Cosmas *ibi verbo studiorum;* & Didac Perez *supra,* seu quod habet studium ex priuilegio, aut consuetudine immemor. Cosmas *dict. verbo generalium.* Pacianus *de probat. libro secundo cap. 43. numero* 48 & Ho-
57 rat. Lucius *ubi proxime,* qui ponit varia studia approbata. Inter quæ † est Vniuersitas Salmantina toto Orbe celeberrima, quæ habet Bullam Eugenij IV. quæ dicitur Eugeniana, id concedentem dantibus in ea operam cuicunque facultati licitæ, & honestæ, vt per Didacum Perez *in dict. leg. prima. titulo 10. & libro 8. titulo secundo, gloss. 2. libro 1. ordin.* & D. Ioannem Ocon. *in dict. cap. 1. de clericis non resident. in sexto, numero* 37. quod priuilegium, vt audiui, habet et-
58 iam vniuersitas Compluten. & Vallisoletana, cuius Eugenianæ tenorem hic ponere placuit, † qui talis est.

EVGENIVS *Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Qui creditum sibi a Domino sensualitatis humanæ talentum virtuosis actibus lucri facere quærentes, in agro literarum studij cupiunt acquirere summam Margaritam, quæ suos vtique prouehit, & illustrat possessores, ac domum Dei multipliciter insignit & decorat, Apostolicis sunt priuilegiis & gratiis merito confouendi, eoque decet opportunitatibus ipsorum benignius consuli, quo ex eorum profectibus, etiam in Dei Ecclesia fructus vbertius succedere poterunt ampliores. Ad venerabilis itaque Salamantini propagationem studij, quod virtuosorum, doctissimorumque virorum multitudinem produxit innumeram, paterna dirigentes considerationis intuitum, ac actibus inibi Scholasticis, pro tempore vacantes, vt illis liberius intendere decentiusque sustentari valeant Apostolicis fauoribus, & gratiis prosequi cupientes, dilectis filiis, Rectori, ac vniuersis & singulis Doctoribus, Magistris, Licentiatis, Baccalaureis, Scholaribus Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam regularib. Vniuersitatis Studij Salamantini huiusmodi præsentibus, & futuris authoritate præsentium indulgemus statuimusque, & ordinamus, vt eorum singuli, etiam perpetuis futuris temporib. inibi in quacunque facultate licita, & honesta per octo menses continuos, vel interpolatim legendo, aut alias huiusmodi literarum studio insistendo, fructus, redditus, & prouentus omnium, & singulorū suorum Beneficiorum Ecclesiasticorum sæcularium, & regularium cum Cura, & sine Cura, quæ in quibusuis Ecclesiis, siue locis ad præsens obtinent, ac in posterum obtinebunt, etiamsi Canonicatus, & præbendæ, Dignitates personatus, perpetuæ administrationes, & officia in Cathedralib. ac Metropolitanis, seu Collegiatis Ecclesiis, & Dignitates ipsæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis post Pontificales maiores, aut in Collegiatis Ecclesiis huiusmodi principales, seu Conuentuales fuerint, & ad huiusmodi Dignitates, personatus, administrationes, vel officia consueuerint, qui per electionem assumi, eisque Cura immineat animarum, cum ea integritate (quotidianis distributionib. duntaxat exceptis) libere percipere valeāt, cū qua illos perciperent, si in Ecclesiis, siue locis huiusmodi personaliter residerent, & ad residendum in eisdē minime teneantur, nec ad id à quoquam compelli possint inuiti, fructus quoque, nec non redditus, & prouentus præfatos, quibusuis personis, etiā laicis, cum quibus suas, & eorundem beneficiorū conditiones poterūt efficere meliores ad tempora, de quib. eis videbitur arrendare, locare, vel ad firmam, seu annuam pensionem concedere possint diœcesanorū locorum, vel aliorum quorumlibet, super hoc licētia minime requisita, non obstantibus, si Rector, Doctores, Magistri, Licentiati, Baccalaurij, & Scholares prædicti primam in eisdem Ecclesiis, siue locis non fecerint personalem residentiam consuetam, ac etiamsi alias ipsis, quod huiusmodi studio insistendo, aut in Romana Curia, seu aliquo Beneficiorum suorum Ecclesiasticorum residendo, vel alias eorū fructus redditus, & prouētus, perpetuo, vel ad certū tempus forsitan durans aut elapsum percipere possint, Apostolica, vel ordinaria fuerit authoritate concessū, nec nō fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, per quam concessiones huiusmodi, sine præfinitione temporis fieri prohibentur, & quibusuis aliis Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialib. constitutionibus, nec non statutis, & consuetudinib. Ecclesiarum, siue locorum huiusmodi contrariis iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate vallatis, etiamsi de illis seruandis, & non impetrandis literis Apostolicis contra ea, & ipsis literis non vtendo, etiam ab alio, vel aliis impetratis, seu alias quouis modo concessis ipsi Rector, Doctores, Magistri, Licentiati, Baccalaurij, & Scholares præstiterint, hactenus, vel in posterum eos præstare contigerit forsitan iuramentum, seu si locorum Ordinariis à Sede Apostolica sit concessū, vel in antea concedi contingat, quod Canonicos, vel non Rectores, & personas Ecclesiarū suarum ciuitatū, & Diœcesum, etiam in Dignitatibus personatibus, administrationibus, vel officiis constitutos per subtractionem prouentuum suorum Ecclesiasticorum, vel alias compellere valeant, ad residendum personaliter in eisdem, aut si Ordinariis prædictis, & dilectis filiis Capitulis Ecclesiarum huiusmodi, vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim a Sede prædicta sit indultum, vel in posterum contigerit indulgeri, quod Canonicis, nec non Rectoribus, & personis Ecclesiarum, Ciuitatum, & Diœcesum prædictarum, etiam in huiusmodi Dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officiis constitutis non residentibus in eisdem, vel qui primam in illis residentiam non fecerint, huiusmodi fructus, redditus, & prouentus suorum Beneficiorum prædictorum ministrare minime teneantur, & ad id compelli non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impedire valeant, quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis, proviso quod Beneficia ipsa propterea debitis non fraudentur obsequiis, & animarum Cura in eis, quibus illa imminet, non negligatur, sed per bonos, & sufficientes Vicarios, quibus de ipsorum Beneficiorum prouentibus necessaria congrue ministrentur, diligenter exerceatur, & deseruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1431. 6 Calendas Martij, Pontificatus nostri anno primo.*

EVGENIVS *Episcopus seruus seruorū Dei, Venerabili fratri Archiepiscopo Toletano, & dilectis filiis Abbati monasterij Sancti Facundi Legionen. diœcesis, ac Scholastico Ecclesiæ Salamantin. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Hodie in fauorem, & pro incremento Studij Salamantinensis, nostras concessimus literas tenoris subsequentis.*

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuā rei memoriā. Qui creditū sibi a Domino sensualitatis humanæ talentum virtuosis actibus lucri facere, quærentes in agro literarum studij cupiunt acquirere summam Margaritam, quæ suos vtique prouehit, & illustrat possessores, ac domum Dei multipliciter insignit, & decorat, Apostolicis sunt priuilegiis, & gratiis merito confouendi, eoque decet opportunitatibus ipsorum benignius consuli, quo ex eorum profectibus, etiam in Dei Ecclesia fructus vbertius succedere poterunt ampliores. Ad venerabilis itaque Salamantinensis propagationem studij, quod virtuosorum, doctissimorumque virorum multitudinem produxit innumeram, paterna dirigentes considerationis intuitum, ac actibus inibi Scholasticis, pro tempore vacantes, vt illis liberius intendere decentiusque sustentari valeant Apostolicis fauoribus, & gratiis prosequi cupientes dilectis filiis, Rectori, ac vniuersis & singulis Doctoribus, Magistris, Licentiatis, Baccalaureis, Scholaribus Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam regularibus Vniuersitatis Studij Salamantin. huiusmodi præsentibus, & futuris authoritate præsentium indulgemus statuimusque, & ordinamus, vt eorum singuli, etiam perpetuis futuris temporib. inibi in quacunque facultate licita, & honesta per octo menses continuos, vel interpolatim legendo, aut alias huiusmodi literarum studio insistendo fructus, redditus, & prouentus omnium, & singulorū suorum Beneficiorum Ecclesiasticorum sæcularium, & regularium cum Cura, & sine Cura, quæ in quibusuis Ecclesiis, siue locis ad præsens obtinent, ac in posterum obtinebunt, etiamsi Canonicatus, & præbendæ, Dignitates personatus, perpetuæ administrationes, & officia in Cathedralib. ac Metropolitanis, seu Collegiatis Ecclesiis, & Dignitates ipsæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis post Pontificales maiores, aut in Collegiatis Ecclesiis huiusmodi principales, seu Conuentuales fuerint, & ad huiusmodi Dignitates, personatus, administrationes, vel officia consueuerint, qui per electionem assumi, eisque Cura immineat animarum, cum ea integritate (quotidianis distributionib. duntaxat exceptis) libere percipere valeāt, cū qua illos perciperent, si in Ecclesiis, siue locis huiusmodi personaliter residerent, & ad residendum in eisdē minime teneantur, nec ad id à quoquam compelli possint inuiti, fructus quoque, nec non redditus, & prouentus præfatos, quibusuis personis, etiā laicis, cum quibus suas, & eorundem beneficiorū conditiones poterūt efficere meliores ad tempora, de quib. eis videbitur arrendare, locare, vel ad firmam, seu annuam pensionem concedere possint diœcesanorū locorum, vel aliorum quorumlibet, super hoc licētia minime requisita, non obstantibus si Rector, Doctores, Magistri, Licentiati, Baccalaurij, & Scholares prædicti primam in eisdem Ecclesiis, siue locis non fecerint personalem residentiam consuetam, ac etiamsi alias ipsis, quod huiusmodi studio insistendo, aut in Romana Curia, seu aliquo Beneficiorum suorum Ecclesiasticorum residendo, vel alias eorum fructus redditus, & prouentus, perpetuo, vel ad tempus forsitan, durans aut elapsum percipere possint, Apostolica, vel ordinaria fuerit authoritate concessū, nec nō fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, per quam concessiones huiusmodi, sine præfinitione temporis fieri prohibentur, & quibusuis aliis Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus, Conciliis, editis generalibus, vel specialib. constitutionibus, nec non statutis, & consuetudinib. Ecclesiarum, siue locorum huiusmodi contrariis iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate vallatis, etiamsi de illis seruandis, & non impetrandis literis Apostolicis contra ea, & ipsis literis non vtendo, etiam ab alio, vel aliis impetratis, seu alias quouis modo concessis ipsi Rector, Doctores, Magistri, Licentiati, Baccalaurij, & Scholares præstiterint, hactenus, vel in posterum eos præstare contigerit forsitan iuramentum, seu si locorum Ordinariis à Sede Apostolica sit concessū, vel in antea concedi contingat, quod Canonicos, nec non Rectores, & personas Ecclesiarū suarum, ciuitatū, & Diœcesum, etiam in Dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officiis constitutos per subtractionem prouentuum suorum Ecclesiasticorū, vel alias compellere valeant, ad residendum personaliter in eisdē, aut si Ordinariis prædictis, & dilectis filiis Capitulis Ecclesiarū huiusmodi, vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim a Sede prædicta sit indultū, vel in posterum contigerit indulgeri, quod Canonicis, nec non Rectoribus, & personis Ecclesiarum, Ciuitatum, & Diœcesū prædictarum, etiam in huiusmodi Dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officiis constitutis non residētib. in eisdē, vel qui primam in illis residentiā non fecerint, huiusmodi fructus, redditus & prouētus suorum Beneficiorum prædictorum ministrare minime teneātur, & ad id compelli non possint per literas Apostolicas nō facientes plenam, & expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earū impediri valeat quomodolibet, vel differri, & quibus quorumcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habēda sit in nostris literis mētio specialis, proviso quod Beneficia ipsa debitis propterea nō fraudētur obsequiis, & animarum Cura in eis, quib. illa imminet, nullatenus negligatur, sed per bonos, & sufficientes Vicarios, quib. de ipsorum Beneficiorum prouētibus, necessaria congrue ministrentur, diligenter exerceatur, & deseruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ 1431. sexto Calendas Martij: Pontificatus nostri Anno primo. Cu-

pientes igitur, ut Rector, Magistri, Doctores, Licentiati, Baccalaurij, & scholares indulti, nec non statuti, & ordinationis literarum huiusmodi consequantur effectum discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut vnus vestrum, per vos, vel per alium, seu alios faciatis eodem authoritate Apostolica Rectori, nec non Doctoribus, Magistris, Licentiatis, Baccalaureis, & scholaribus prædictis, vel procuratoribus suis eorum nominibus fructus, redditus, & prouentus Beneficiorum huiusmodi iuxta præfata nostræ concessionis tenorem integrum ministrari, non permittentes eos, vel ipsorum aliquem per Ordinarios, & Capitula huiusmodi, aut quosuis ad residendum interim in dictis Ecclesijs siue locis compelli, vel alias contra dicta nostra concessionis formam quomodolibet molestari, non obstantibus omnibus prædictis, & eiusdem prædecessoris, quibus cauetur ne quis extra suam ciuitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis extra vnam dietam a fine suæ Diœcesis, ad iudicium euocetur, seu ne iudices a dicta Sede deputati extra Ciuitatem, & Diœcesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, siue alij, vel alijs vices suas committere præsumant, ac de duab. dietis in Concilio general. dummodo vltra quatuor dietas aliquis authoritate præsentium non trahatur, & alijs Apostolicis constitutionib. cæteris contrarijs quibuscumque, aut si Ordinarijs & Capitulis præfatis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem Sede sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra, vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datis Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ quadringentesimo primo, sexto Calendas Martij, Pontificatus nostri Anno primo.

Verum quoad docentes id videtur intelligendum
59 de iis, † qui docent conducti, seu salariati, aut ratione stipendij seu Cathedræ quam habent, non vero de iis, qui sponte, & voluntarie legunt, alias enim quilibet isto modo posset se excusare à residentia. Et ita fuit practicatum in hac Ecclesia Abulen. cum Lic. Rosales Canonico, antequam haberet Cathedram in d. Vniuersitate Salamantina.

Verius tamen est, id intelligendum esse, etiam de iis, qui sponte, & voluntarie legunt sine stipendio, & Cathedra, dummodo legant cum licentia V-
60 niuersitatis, † seu Claustri, siue Collegij doctorum, nam *d. cap. fin. de magistris*, & Concilium Trident. *sess. 5. de reform. cap. 1.* & d. Eugeniana solum requirunt quod publice in scholis doceant seu legant: & ne quilibet hoc titulo velit se à residentia excusare requiritur licentia Vniuersitatis, seu Claustri, quæ non debet eam dare, nisi iis, qui apti, & vtiles vide-
61 antur ad docendum, & † ita fuit declaratum per S. cong. concilij ad instantiam Vniuersitatis complaten. & in vna Gienen. ad instantiam D. Manuelis Sarmienti, tunc canonici Gienen. & nunc Hispalen pro cuius parte in claustro Vniuersitatis Salamantinæ fuit præsentata declaratio, & literæ dictæ S. cong. vbi declarabatur, quod legendo in ista Vniuersitate Theologiam cum licentia claustri, etiamsi non haberet cathedram, nec salarium, deberet percipere in absentia fructus sui canonicatus, in cuius virtute claustrum dedit ei licentiam ad legendum, & pro eius parte fuit etiã præsentata dicta declaratio cum Breui S. D. Clementis VIII. in eius confirmationem, coram Nuncio Apostolico in lite, & causa cum capitulo Ecclesiæ Gienen. super hoc.

Et virtute etiam d. declarationis † claustrum d. Vniuersitatis Salamantinæ dedit postea alias quatuor licentias, quatuor collegialibus eiusdem Vniuersitatis vni præbendato in Ecclesia Legionen. & alteri in Ecclesia Oxomen. & duobus obtinentibus Beneficia curata in illa diœcesi Salamantina. Post quas 62
licentias d. † claustrum fecit actum, seu decretum, quod non posset dari talis licentia alicui, qui non esset graduatus, saltim gradu licentiæ, per illam Vniuersitatem, vt accepi, & mihi scriptum est. 63

Et quamuis d. cap. fin. † & concilium, ac dicta declaratio loquantur in docentibus Theologiam, idem tamen est in docentibus sacros canones, seu ius canonicum, vt per Doctores citatos *num. 54.* & Francu *in d. c. 2. de priuileg. in 6. ad fin.* & alios, & patet ex declarationibus infra adductis, vbi æquiparantur in proposito Theologia, & ius canonicum, licet contra teneant Ostien. *in d. c. fi. de magistris, & in sum. eod. tit. §. fin. & glo. fin.* Ioan. Andr. & Domin. *in d. c. 2.* & alij. 64

Et nouissime post hæc scripta, ad meam instantiam † declarauit S. cong. concilij anno 1605. vt in declaratione infra adducta *nu. 559. ad quartum*, nec obstant illa verba declarationis, dum tamen conducti fuit ab Vniuersitate, nam non vult S. cong. quod sint conducti salario, seu mercede, alias sibi contradiceret, sed quod sint conducti ab Vniuersitate, id est quod doceant cum licentia, & ordine Vniuersitatis, & ab ea adducti, seu admissi. nam & verbum, *conducere*, significat *adducere*, seu *afferre*, vt per calepinum, Vocabularium Ant. & Ecclesiast. 65

Et idem erit in d. Vniuersitate Salamantina † in qualibet facultate honesta, ex d. Eugeniana, & in complutensi. & Vallisoletana, stante eodem priuilegio. 66

Quot vero possint † simul de vna Ecclesia abire studia, est arbitrarium, Abb. *in c. ad audientiam, 6. de clericis nõ resid.* Selua, *de Benef. 4. par. q. 6. n.* 11. Horat. Lucius, *d. priu. 99.* & Zerola *d. verb. studium, §. 6.* 67

Dubitatur inquam, an hodie stante S. concilio Triden. † d. priuilegium procedat in Parochialibus, & curatis Beneficiis. Et videtur etiam in eis procedere, ex *d. c. 1. sess. 5. de reform. ad fin. vers. docentes vero*, vbi confirmatur dispositio *d. c. fin. de magistris*, & quia non est aliquod decretum, in quo priuilegium istud reuocetur. Nec potest dici esse reuocatum per *c. 1. sess. 6. de refor.* vbi reuocantur † priuilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipien. nam illud decretum non loquitur de priuilegiis concessis à Papa aliquibus personis, vt *in c. fi. de rescript. in 6.* 68
69

Nec rursus potest dici derogari † dictæ Eugenianæ *in d. cap. 13. de reform.* ibi, *vel vigore Eugenianæ constitutionis*, nam ista verba non intelliguntur de dicta Eugeniana Vniuersitati Salamantinæ concessa, de qua cum sit Bulla particularis, non meminisset in specie, sed de Eugeniana constitutione, de qua *in Extrauag. tertia de priuileg.* inter communes, vt recte adnotauit ibi additio marginalis d. Horatij Lucij. 70

Quamuis D. Io. Ocon. *in d. cap. 1. num. 59.* † Anto. Gomez *d. c. 7 ad 4. clauf. num. 30.* & Emanuel Rodriguez in d. additione ad Bullam compositionis *num. 4.* dicant, quod concilium ibi derogat priuilegio curialibus concesso ab Eugenio IV. vt residentes Romæ fructus perciperent in absentia. Sed non est tale priuilegium. 71

Nec potest dici huiusmodi priuilegium † esse reuocatum per illa verba præcedentia *d. cap. 1. quolibet* 72

bet priuilegio, quia vbi derogatur simpliciter priuilegiis, in dubio non intelligitur de insertis in iure. *argum. l. decurionibus, C. de si pænar. lib. 12. & l. si quando C. de inoff. test.* Bart. communiter receptus *in Extrauag. ad reprimendum, verb. non obstantibus*, Felin. *in cap. 1. num. 12. & in c. nonnulli, num. 26. de rescript.* Decius *numer. 53* Ripa 79. & Berous 66 *in d. cap. 1. ap. 1.* Vital. *de clausulis, versicul. clausula generalis, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, 1 numer. 1.* Et Hugo Celsus *in eodem tract. versicul. clausula, non obstante aliquo priuilegio*, Crescent. *decision. 16. de priuil.* Anton. Gabriel *de regulis iuris conclus. 9 num. 10.* Curchus *in institutionibus maioribus, lib. 1. tit. 6. numer. 127.* Tapia *in lег. fin. de constitut. Principum, 1. part. cap. 9. num. 15* Fintarius Mandos. *de priuileg. ad instar, glossa 14. num. 2.* Iohannes Gutierrez *in rep. l. nemo potest, ff. de legat. 1. numer. 174* Anast. Geripontius *de indultis Cardinalium. 3. ac tertium.* Nauarrus *consil. 7. numer. 17. de priuileg.* Barbosa *in lег. 1. ff. soluto matrimon. 1. part. numer. 11.* & Emanuel Rodriguez *in addition. ad Bullam, §. 9. numer. 31. & quæstion. regul. tom. 1. q. 8. art. 6. & q. 9. art. 4.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 40. numer. 13. & 25.* & post hæc Gonçalez *gloss. 36. numer. 34.*

73 Et ita scio aliquando fuisse seruatum, nam † D. Sahagun de Villasancte Canonicus Cathedraticus Primarius, in dict. Vniuersitate Salamantina habuit Beneficium Curatum de Almeida Zamoren. diœcesis, & Magister Rodriguez Theologiæ Cathedraticus Cathedræ D. Thom. in d. Vniuersitate habuit Parochialem loci de Lançahita, huius diœcesis Abulen. qui legentes in suis Cathedris percipiebant fructus in absentia, & modo Collegiales supra relati, *numer. 64.* habentes Parochiales in diœcesi Salamantina.

74 Et ita videntur tenere Nauarr. Hoieda, † Salcedo, Horatius, Lucius, Angles, Ludou. Lopez, Emanuel Rodriguez, Vega, Sa, & alij supra qui post Concilium scripserunt. Et particulariter Mayolus, *d. lib. 3. de irregularitate, c. 5 num. 12.* & Candelabrum
75 aureum *in d. appendice*, † *cap. 9. n. 15.* qui dicunt causam prædictam absentiæ ratione studij, ac confirmiles examinandas esse ab Episcopo, & approbãdas in scriptis per Concilium Trid. *d. c. 1. sess. 23.* & Zechus *de casib. reseruatis, d. casu 3. n. 2. & de numere Episcopalis,*
76 *c. 5 n. 4.* † Et Vega *in Epitom. de Curas, d. c. 17.* dicẽtes in hoc tamen hodie esse necessariam licentiam Ordinarij, vt in Bulla Pij IV. quod gratiæ & indulta, de non residendo, & percipiendo fructus ratione studij, non valeant sine consensu Ordinarij, quæ est *ad fin. Concilij*, & in Bullario 113. in ordine.
77 Sed ista constitutio, & † declaratio Pij IV. solum loquitur, & procedit in gratiis & indultis post confirmationem Concilij publicatam, vsque ad diem dict. constitutionis per ordinariam Sanctitatis suæ signaturam, seu pœnitentiariam concessis, vt ex ipsa apparet, & explicat d. Concilium Prouinciale Mediolanen. *1. part. 4. titul. de residentia, vers. intra mensem*, & illa verba, *& conficiendas literas*, intelliguntur *de literis conficiendis supra gratiis iam concessis.*

78 At D. Io. Ocon. & Licentiatus † Anton. Gomez *vbi proxime* dicunt, quod licet priuilegia Vniuersitatum non censeantur derogata, ex *d. cap. 1. sess. 23.* tamen *in d. cap. 1. sess. 6* generaliter derogantur dispensationes, & indulta de non residendo, quibus etiam Eugeniana comprehenditur, exceptis dispensationibus iustis de causis concessis. Itaque hodie vt satisfaciamus requisito *d. cap. 1. sess. 23.* Nempe necessariam esse licentiam in scriptis redactam, necessarium erit, vt absens, vel residens in Vniuersitatibus generalibus habeat nouam licentiam à Papa, vel Episcopo, & quod ita in Supremo huius Regni Senatu iudicio contradictorio, semel atque iterum pronuntiatum est, & hac noua licentia secure percipiunt fructus residentes in studiis, & quieta conscientia deseruiunt per substitutos.

Quæ sententia, † quatenus dicit priuilegia Vniuersitatum esse derogata per *d. cap. 1. sess. 6.* apparet falsa ex dictis *num. 69.* & si essent per illud derogata, non posset Episcopus dare d. licentiam tam longæ absentiæ ex *d. c. 1. sess. 23.* 79

Nihilominus tamen S. Cong. Concilij censuit, & † declarauit ex dictis priuilegiis non excusari à residentia in Parochialibus, & sic Ordinarius non poterit Parochis dare licentiam absentiæ ratione illorum, quæ declarationes S. † Cong. fuere huiusmodi, *sup. d. c. 1. sess. 5.* prima ibi, *priuilegiis omnibus de perceptione fructuum, non excusantur à residentia in Parochialibus; non possunt habere Beneficia incompatibilia ratione illorum priuilegiorum.* Ita in vna Astoricen. censuit Cong. 80
81

Secunda, *quando alicui Parocho conceditur in Curia studendi facultas, vt fructus suos faciat, hæc infra scripta seruari debent, prima vt studeat Theologiæ aut Iuri Canon. in celebri Vniuersitate. Secundo, si est ætatis annorum 35. nulla facultas concedi debet, ideo ætas est exprimenda, & num nisi iam studia incepisset, & illa nondum absoluisset.*

Tertio, ad quinquennium tantum à principio studij computandum licentia hæc est concedenda adiuncta clausula, vt infra annum ad Subdiaconatum promoueatur.

Quarto, Interim cura animarum, per idoneum Vicarium, ab Ordinario eligendum, assignata illi congrua portione fructuum, exerceatur, atque hæc licentia solum locum habet in Parochialibus ante Concilium Trident. obtentis, quia in obtentis post Concilium prædictum licentia non datur, secus in Canonicatibus, in quibus post Concilium Trid. absentes etiam datur studendi facultas. Tertia, *de licentiis percipiendi fructus in absentia, ratione studij, ex Parochialibus, & alijs Beneficijs, itemque de non promouendo, quas in posterum concedere contigerit his, qui in Curia præsentes erunt, is modus seruetur, scilicet vt hi, qui illas petunt, præsentent se personaliter Illustrissimo N. aut Reuerend. Prælato signaturæ sanctissimi, qui ex aspectu, & breui examine videant, an in fraudem id petatur; postea in licentia danda apponantur omnes hæ conditiones. Primo onerétur conscientiæ eorũ, quibus conceduntur, vt debeant vere, & actu ipso in famosa Vniuersitate studio S. Theologiæ, vel S. Canonũ operam dare, alioquin fructus suos non faciant, ac pœna non residentium se incurrere perinde ac si nullam licentiã habuissent. 2. exprimatur in ea ætas impetrantis licentiam cum iuramento, & si fuerit maior 30. annorum, licentia non detur, nisi iam studium incepisset, & adhuc nõ absoluisset, & non concedantur, nisi ad quinquennium, à principio studij computandum cum clausula dummodo intra annũ promoueatur ad Subdiaconatũ. Quarto mãdetur, vt cura animarũ per Vicarium idoneũ ab Ordinario eligendũ gubernetur, assignata ei congrua portione fructuum, pro his vero, qui erunt absentes à Curia licentia commitantur Ordinario loci, vbi est Beneficium, & apponãtur etiã omnes qualitates, quæ supra. Quæ omnia intelligãtur quoad licentias dandas ratione Parochialiũ obtentarum ante confirmationem Concilij Trident. quia*

quoad Parochiales impetratas post confirmationem nulla licentia danda est, vt alias etiam conclusum fuit; insuper admoneatur illustrissimus Pœnitentiarius, vt deinceps, vel abstineat ab his licentiis concedendis, vel saltem præsentibus in curia ipsemet, præuia informatione, vt supra eas concedat, non autem per substitutos, aut officiales suos, atque in his & reliquis extra Curiam dandis obseruet omnia contenta, vt supra abunde dictum est. Quā declarationem refert Zerola. 1. part. versic. studium. Quarta. Cong. die 22. Febr 1590. censuit Parocho causa studiorum non esse dandam licentiam, cum hodie per Concilium non admittantur, nisi, qui per concursum magis idonei fuerint iudicati.

Et ita iuxta has declarationes S. Congregationis habetur in d. Concilio Mediolanen. 1. part. 2. titul. de
82 residentia. versic. in his autem, vbi sic dicitur, † in his autem facultatibus absentiæ studiorum causa, quæ deinceps conceduntur, hæc necessario ponenda sunt, vt verum publico, celebrique Gymnasio Theologiæ, vel sacris Canonibus studeant, vt minores sint 30. annis, aut fuerint, cum in publico Gymnasio iisdem studiis operam dare cœperunt, quæ nunc cupiunt absoluere, vt illud Beneficium, antequam. Trident. Concilium à S. D. N. Pio Quarto confirmaretur, obtinuerint, & idem decretum fuit in Concilio prouinciali Beneuentano. titul. de residentia. cap. 4. vt ait Zerola dict. versic. studium §. 7.

83 Ex quibus declarationibus † apparet priuilegium de percipiendis fructibus in absentia ratione studij esse derogatum per Concilium, quoad Parochiales, saltim post illud obtentas respectu studentium, nam respectu docentium videtur absolute derogatum, etiam quoad ante obtentas, vt patet ex 1. declaratione, quamuis Zerola d. §. 7 qui fatetur rem esse dubiam, dicat, non esse adhuc ablatam Ordina-
84 ris authoritatem † dandi huiusmodi licentiam habentibus Ecclesias Parochiales, quæ eis competit de iure communi, & d. declarationem 3. quam ipse adducit, vt dixi, loqui, quando petitur in vrbe, & dare instructiones obseruandas in concedendis huiusmodi licentiis, quibus etiam vti debeant locorum Ordinarij, si quando eas vellent concedere, ad quas parcissime se debent habere, nam alias essent correcta iura antiqua, & esset contra Bullam Pij IV. quē videtur sequi Zechus de Rep. Ecclesiast. d. tit. de clericis num. 7. 2. vers. 28. sed reuera d. declarationes sunt claræ in contrarium, maxime prima, & d. Bulla Pij IV. nihil facit pro Zerola iuxta supradicta n. 77. & ita post hæc tenet Gonçalez gloss. 6. num. 249. adducens declarationes S. Congregationis his verbis, obtinentibus Parochiales Ecclesias post Concilium Trident. studendi licentia, et in absentia studiorum causa fructus percipiendi non datur.

85 Quoad Canonicatus † vero, & alia Beneficia residentiam requirentia d. priuilegium manet incorrectum, vt apparet ex d. declarationibus, maxime secunda ad fin. & declaratione supra relata numer. 61.
86 Vnde in Canonicatibus, & aliis Beneficiis † non curatis residentiam requirentibus tenebitur Ordinarius dare licentiam absentiæ ratione studij, dūmodo in petente concurrat ætas, & alia requisita iux. d. declarationes, alias poterit appellari, & recurri ad Superiorem ex Abb. in cap. relatum, numer. 6. & cap. tua. num. 3. & ibi Butr. de Clericis non residen. & Felin. in d. c. fi. de magistris, n. 3. vers. 6. limita. Selua de Benef. 4. part. quæst. 7. num. 29. versic. 171. Horat. Lucio d. priuil. 99. Zerola d. verb. studium. §. 1. & verb. residentia, §. 3. Zecho sup. d. vers. 28. & tit. de Beneficiatis, num. 6. & declaratione S. Congreg. supra adducta, n. 37. & Concilio Bononien. de quo num. 38 nam, cum in istis adhuc in suo robore maneat d. priuilegium, ista licentia ab Ordinario danda non est gratiæ, sed iustitiæ, & necessitatis, nisi aliqua causa, & ratio legitima obstet.

Quæ licentia videtur hodie debere peti à Superiori, † & non posse quem sine ea abesse ratione 87
studij, cum requiratur inspectio ætatis, & an sit aptus, & aliorum iux. d. declarationes; saltim in volente studere, in quo illæ loquuntur. Nam in docentibus non requiri licentiam Episcopi nouissime censuit S. Congreg. in declaratione infra adducta, n. 559 ad quartum. Quicquid sit de iure antiquo, & facit alia declaratio S. Congreg. infra adducta, n. 11. & docet Zerola d. verb. studium. §. 1. dicens, quicquid antea sit hodie requiri licentiam Prælati, & ita decreuisse Pium IV. in sua Bulla, de qua sup. n. 76. & 77. & sequitur d. vers. 28.

Quinimo etiam de iure antiquo † verius videbatur 88
ad absentiam, etiam ratione studij, requiri licentiam Prælati, ne indociles, & inepti se conferrent ad studia contra mentem illorum iurium, & ne multitudo nimia idem faceret, vt dicebat Horat. Lucius, d. priuil. 99. Ex d. c. relatum, de clericis non resid. & ibi gloss. verb. Prælatorum, & ibidem Butr. Imola, & Abb. & in cap. tuæ, eod. titul. & Bald. in proœmio Greg. n. 13. Francus in c. 2. de priuil. in 6. n. 4. Oldrad. cons. 220. n. 1. Selua supra, & 4. p. q. 6. 11. casu Boer. dec. 17. n. 15. & alij relati per Horat. Lucium ibi, & Hores. q. 24. n. 19. & ita asserere Doctores aiunt Rebuffus, & Hoied. §. & illa alternatiua, vel studio literarū, in d. c. relatum, non ponitur respectu † licentiæ, sed 89
respectu aliarum honestarum causarum, vt ex ipso text. constat, quicquid dicant Rebuffus, Horat. Lucius, Hoieda, & Salcedo sup. & ita intelligit gloss. ibi dict. verb. prælatorum.

Et ex illo text. sumitur regula, † quod, vt clericus 90
licite se absentet à suo Beneficio, requiruntur duo 1. causa honesta, 2. licentia sui Prælati. Abb. ibi num. 1. & 5. & alij, Selua d. q. 6. circa fin. Angel. in summa, verb. clericus, 7. §. 3. Nauarr. consil. 14. de clericis non residen. num. 1. Quamuis † de consuetudine possit in- 91
duci, vt sine licentia Prælati ex causa rationabili possit se absentare. Selua ib. Grassijs lib. 2. cap. 97. n. 61. qui ait, quod de consuetudine non petitur, nec requiritur in sæcularibus clericis, pro negotiis Ecclesiæ absentibus hæc licentia.

Nec obstat text. in d. c. fin. de magist. ibi, † de licen- 92
tia Sedis Apostolicæ, &c. vbi ius videtur eam licentiā dare, & sic eam habent à iure, vt dicunt Felin. Syluest. Horat. Lucius, Nauarr. Salcedo, & alij sup. quia respondetur licentiam, de qua ibi, esse quoad perceptionem fructuum ab absentia ratione studij, vt apparet ex verbis text. percipiant de licentia Sedis Apostolicæ prouentus præbendarum, &c. Horat. Lucius d. priuileg. 100. limitat. 3. ad absentiam vero ipsam debet procedere licentia Prælati, iux. d. c. relatū, vt sic iura iurib. conformentur, & ita videtur Francus intelligere vbi sup. Et videbatur rationi conforme, † 93
nisi adesset consuetudo in contrarium iuxt. dicta, aut nisi priuilegio particulari aliud expresse cautum esset, vt Eugeniana Vniuersitatis Salamantinæ supra adducta. numer. 58. quæ ait diœcesanorum locorum, vel alterius quorumlibet super hoc licentia minime requisita. Eman. Rodriguez d. additione ad Bullam compositionis numer. 5 quæ clausula, cum sit in fine posita, ad omnia præcedentia plane refertur, capit. Inquisi-

Inquisitioni, de appellatio. Ant. Gabr. de clausulis, conclusi. 9. num. alr.

94 Sed nihilominus verius puto ad † absentiam ratione studij non requiri licentiam, non solum in docentibus, in quibus etiam hodie nō requiritur, vt dixi, sed etiam in studentibus de iure antiquo ex d. c. fi. de magist. nam dando licentiam, vt percipiant fructus in absentia, & sic habeantur pro præsentibus, datur licentia ad absentiam.

95 Nec obest d. c. relatum, † nam retenta interpretatione tradita n. 89. Respondetur illum text. qui est Alexand. III. correctum esse, quoad hoc per d. c. fin. quod est Honorij III. & sic posterius, & vt ex tenore ipsius apparet, inducit ius nouum, & de nouo concedit hanc licentiam, & priuilegium de perceptione fructuum in absentia, vt sentit gloss. ibi verb. licentiæ, dicens, quod est licentia generalis concessa authoritate illius constitutionis, itaque, licet tempore Alexandri III. studium non esset causa legitima absentiæ sine licentia Prælati, iam tamen est talis studium Theologiæ, & etiam Canonum ex d. c. fin. Et
96 similiter in aliis casibus, in quibus absentes † habentur à iure pro præsentibus & residentibus, vt absentes pro negotiis Ecclesiæ & aliis causis legitimis, non requiritur licentia Prælati, quia ius eam dat. Et
97 reg. quæ sumitur ex d. cap. relatum, quod † ad absentiam requiritur causa honesta, & licentia Prælati, intelligitur de causis honestis, non tamen expressis in iure dante licentiam, aut habente pro præsentibus, vult enim ille tex. quod Prælatus possit dare licentiam absentiæ ex honestis causis, licet non expressis in iure, scilicet ad tempus dispensando super residē tia, vt ex cap. licet Canon. ad fin. de election. in 6. quia residētia non debet esse continua, & sine cessatione, sed debet dari aliqua vacatio, & consonat Concilium Triden. dict. sess. 23. de refor. cap. 1. versic. discedendi autem licentiam. & ita sentiunt Abba. Selua. & alij supra citati, & Rebuffus in praxi, tit. de dispensatione, de non residen. num. 51. intelligentes illum text. de dispensatione Prælati, de qua etiam loquitur idem Abb. in c. vlt. eod. tit. de clericis non residen. numer. 4. quem sequuntur Selua, d. 4. part. quæst. 7. vlt. casu, & Botteus d. synodo 4. part. art. 3. num. 152. vbi ait, quod Prælatus inferior Papa potest dare licentiam ex causa absentandi à Beneficio, sed non potest dare indulgentiam causa scilicet non existente, cum hoc sit contra ius commune, & in præiudicium Ecclesiæ.

Sed cum hodie Canonici ac Dignitates, & portiones † obtinentes habeant tempus vacationis & recreationis, nempe tres menses à Concilio concessos, vt in c. 11. sess. 24. de reforma. non poterit Ordinarius, vltra illud tempus eis dare licentiam absentiæ, nisi in casibus à iure expressis, vt infra dicetur numer. 406.

98 Conducit ad prædicta decretum † Concilij Prouincialis Toletani, de anno 1566. actione 4. decreto 23. & Compostellani, actione 2. precato 40. & 41. quæ sunt reducenda ad d. declarationes S. Congreg. & su-
99 per d. decretis Concilij † Compostellani fuit cum capitulis Ecclesiarum d. Prouinciæ sumpta concordia, & à Pio V. confirmata hoc modo. Item in 40. & 41. cap. præcepta actionis vbi disponitur, quod Episcopus det licentiam Capitularibus aptis, vt literarum studiis incumbant, eis prouidendo de necessariis ad victum, cum in Ecclesiis, in quibus consuetudo antiqua est, vt etiam Capitulum hanc facultatem concedere possit, non intelligatur hoc decreto hanc capituli facultatem sublatam esse, nullus autem ibi assignatur etiam à Capitulo seruetur, vt in Breui Pij V. confirmationis † concordiæ, quæ 100
de ordine D. Ioannis de Sanct. Clemente Archiepiscopi Compostellani fuit impressum Salamanticæ, anno 1595. post d. Concilium Compostellanum.

Apparet etiam † ex d. declarationibus non posse 101
iam Episcopum dare licentiam, & dispensare ratione studij ad septennium, vt in d. cap. cum ex eo, de election. in 6. sed solum posse dare licentiam studentibus, ad quinquenniū, iuxt. dict. cap. fin. de magist. quod etiam apparet ex sequentibus declarationibus S. Congregationis, prima, licentiæ, vt aliquis possit abesse causa studiorum à seruitio suæ Ecclesiæ, vel sui Canonicatus, non suffragantur vltra quinquennium impetratæ à die, quo studere cœpit. Secunda, causa studiorum nemo abesse potest vltra quinquennium, & hoc tempore distributiones quotidianas non lucratur. Quamuis Zerola d. verb. studium. §. 1. dicat pro studio Theologiæ posse Ordinarium † arbitrari tempus, & dare licentiam 102
ad septennium ad hoc, vt triennium in Philosophia, & quadriennium in Theologia consummatur, quem sequitur Zechus, de republ. Ecclesiastica, d. tract. de clericis, num. 7. versic. 28. & tertiam declarationem Sanct. Congregationis, supra adductam num. 81. quæ §. tertio loquitur de quinquennio, intelligit de coarctatis de Ecclesia Parochiali, & declarationem hic adductam intelligit de studio iuris. Sed est diuinatio, & prima declaratio hic, & prima adducta d. numer. 181. etiam in Canonicatibus loquuntur, vt patet. † Nec videtur posse dari licentia ad stu- 103
dium Philosophiæ, & Logicæ, etiam ad transeundum ad Theologiā, quia dictæ declarationes, & d. capit. fin. de magistris solum loquitur de Theologia ipsa.

In Vniuersitate tamen Salamantina ex priuilegio 104
Eugenianæ supra adductę † poterit quis operam dare etiam Philosophiæ & Logicę, & alij cuicumque facultati licitę, & honestę.

Sed, cum illa non determinet tempus studij, vi- 105
detur † restringendum ad quinquennium, iux. dict. c. fin. de magist. & d. declarationes S. Congregationis, nihilominus tamen cum iuxta stylum, & ordinem, cursusque d. Vniuersitatis volens † S. Theologiæ o-
peram dare debeat prius Logicę, & Philosophię stu- 106
dio per triennium insistere, & postea ipsius Theologię studio, per quadrienniū, verius videtur, quod qui in dicta Vniuersitate vult Theologię operam dare, possit ex dicta Eugeniana, per septennium abesse, & fructus percipere in absentia triennium in logica, & Philosophia, & quadriennium in ipsa Theologia consumendo.

Sed dices vbi habetur, † seu vnde colligitur in S. 107
Concilio Triden. derogatio dicti priuilegij de percipiendis fructibus in absentia ratione studij, quoad Parochiales?

Respondet istam derogationem colligi, † & de- 108
duci ex dict. cap. 1. sess. 23. quatenus enim statuit, ne Curati abesse possint, nisi causa prius per Episcopū cognita, & probata, & quod discedendi licentiam vltra bimestre tempus, nisi ex graui causa non obtineant, & Sanct. Congregatio Concilij causam studij non iudicat esse grauem hodie in Beneficiis Curatis post Concilium obtentis, vt ea obtinens possit abesse ad studendum, & discendum, ex quo habeatur per examen in concursu, sed saltem in forma dignum factum, cum tribus examinatoribus synodalibus iuxta formam eiusdem Concilij, session. 24. cap. 18. de refor. neque respectu docentium, & legentium ad tam lōgam, imo perpetuam absentiam, cum sint alij, qui id

præstare possint, sine tanto detrimento Ecclesiarum, & animarum.

109 Et cum Concilium in Beneficiis Curatis, † id specialiter disponat in Ecclesiarum, & animarum fauorem derogatur per illud dict. priuilegium in iure insertum de percipiendis fructib. in absentia ratione studij, quoad Beneficia Curata, ad Bart. *in d. extrauagan. ad reprimendum, verbo non obstantibus, num. 12.* Felin. *in cap. 1. de rescript. numero 12. versicul. si diceres, ad fin.* & Barbosa *in lib. 1. soluto matrimonio. 1. par. numer. 7.*

110 Rursus, cum per Concilium, † ibi sit derogatum dict. priuilegium insertum in iure, erit etiam derogatum priuilegium d. Eugenianæ, licet de ea non sit facta mentio, cum contineat priuilegium iuris communis, illud extendendo ad Innoc. Ostien. Imolam, Abb. & alios *in d. cap. primo de rescript.* & ibi Felin. *numer. 1. fallã. secunda, & numero 15. & seq.* Decius *numero 54. & 55.* & Ripam 78. & *glossam. verbi. fallit in cap. 1. de constitut. in 6.* & ibi Franch. *n. 15. & 16.* & Ludo. Gomez *numer. 209.* Et ita audiui practicasse D. Franciscum de Soto Salazar, Episcopum Salamantinum, contra quendam Cathedraticum d. Vniuersitatis, qui habebat quoddam Beneficium Curatum in suo Episcopatu.

111 In Beneficiis † etiam simplicibus residentiam requirentibus ex fundatione, seu institutione, non videtur habere locum d. priuilegium, quia non censetur derogatum fundationi, nisi expresse illi derogetur, & de ea fiat specialis mentio, iuxta infra dicta *4. par. cap. 3. à num. 73. & septima part. cap. primo, à nu. 118.* & alias censuit S. Congregat. circa varia decreta Concilij.

112 Aduertendum est autem, † quod, licet Canonicus absens ratione studij percipiat in absentia fructus suæ Præbendæ, vt *in d. cap. fi. de magist. & in d. decreto Concilij sess. 5. de reformat. cap. 1. ad fin. & in d. Eugeniana,* & apparet ex supra adductis, non tamen lucratur distributiones quotidianas, vt *in dict. cap. licet, de Præbend.* vbi Do. & *in dict. Eugeniana,* ibi; *quotidianis distributionibus duntaxat exceptis,* & in secunda declaratione supra adducta, *numer.* 100. & in adducta infra *numer.* 117. & in sequenti declaratione, super *cap. 3. sess. 21. de reform. Absentia causa studiorū, etiam obtenta licentia à Sede Apostolica, non excusat ab amissione illius tertiæ partis detractæ, sicut nec excusat ab amissione cæterarum distributionū quotidianarū.* Consonat Concilium Prouinciale Mediolanen. *5. parte, 3. tit.* quæ ad distributiones pertinent, *versic. qui studiorum, & seq.* & tradunt Rebuf. *d. priuileg. 31. num. 12.* Horat. Lucius *dict. priuileg. 100. 1. limitat.* Couar. *li. 3. variarum, cap. 13. num. 2.* Hoieda *de incompa. Benefi. cap. 12. num. 8.* Fuscus *de visitatione, lib. 2. cap. 15. num. 12.* Azeuedo *in l. 17. tit. 3. l. 1. recop. numer. 5.* D. Ioann. Ocon. *in dict. cap. 1. de clericis non residen. in 6. ex nu. 9.* Licen. Anton. Gomez *in dict. explicatione Bullæ c. 7. ad 4. clausul. num. 19.* Io. Gutier. *Canon. q. lib. 2. cap. 15. numero 12.* Zerola *1. part. verb. distributiones, §. 3.* & Zechus *de repet. Ecclesi. cap. 24. de Canonicis, nume. 6. versic. 2.* & post hæc Gonçalez, *§. 7. proœm. à num. 178.* Nec dissentit Felin. *consil. 18. & in cap. Iacobus, nume. 1. de simonia.* & quæ sunt distributiones quotidianæ, & quæ non vide infra *dicto secundo, dubitation. 19. à nu. 415.*

113 Sed difficultas est, an, si Canonicatus consistat solum † in distributionibus quotidianis, eas omnes lucretur absens ratione studij. Et quidem videtur dicendum, quod sic ex glossa *in d. c. licet versiculo, distributiones,* quam ibi sequuntur Abbas *numero octauo.* & Doctores. Et Probo ad Monachum *in capitulo primo, de Clericis non residen. in 6. numer. 64.* & sequenti declaratione S. Congregationis Concilij.

Illi, qui licentia legitime obtenta studiorum causa absunt, distributiones omnes quotidianas percipere debent, exceptis incertis, & quotidianis prouentibus, qui tantum inter eos diuidi solent quotidie, qui sacris intersunt, quam eam sic intelligendo afferunt Zerola *dicto versiculo distributiones, paragrapho tertio,* & Zechus, *dict. capit. 24. de Canonicis numero 6. versiculo 2.*

Et in simili est alia declaratio eiusdem Sanct. Congregationis † quæ sic ait. *Canonicatum & Parochialem habens, & residens in Parochiali ex præscripto Bullæ Pij Quinti distributiones quotidianas integras lucratur, si Canonicatus consistit solum in distributionibus non habens Præbendam, & ita Sanctus Dominus noster ex Congregationis sententia decreuit, quod procedit, si vtrique seruire nequit, nam, si ambobus commode seruire posset, lucraretur solum iuxta seruitium, quod præstaret.* Et alia sic ait, *Inseruientes Ecclesiis Parochialibus, & habentes legitima Beneficia in Ecclesiis Cathedralib. vel aliis, seruitoria, quæ residentiam requirant, quorum omnes fructus consistunt in distributionibus quotidianis, possunt omnes percipere, si modo nulla Præbenda distincta fuerint, & omnes de communi percipiantur, nec detur aliquid iis, qui diuinis horis non intersunt, at quando saluo debito seruitio Parochialium, potuerint etiam inseruire Cathedrali, tunc non possunt percipere, nisi quatenus inseruiunt.* 114

Et ita in proposito tenent Rebuffus † & Horatius Lucius *vbi proxime,* & repertorium Felini sic intelligendum *versicul. studentes.* Et Didacus Perez *in d. leg. 1. titulo decimo, lib. 1. ordin.* D. Ioannes Ocon. *in d. cap. 1. numer. decimotertio.* Licent. Anton. Gomez, *dict. numer. 19.* Espino *de testament. glossa 9. numero 29.* & Zerola *supra,* qui dicunt, quod absens causa studij, vel alias priuilegiatus, lucratur omnes distributiones quotidianas, quando omnes fructus in eis consisterent. 115

Quamuis in contrariū † nempe quod non debeat is lucrari omnes distributiones quotidianas, faciat *d. decretum* 41. Concilij Compostellani. *all. 2.* & declarationes, quas infra adducemus *nu. 351.* vbi videas notata, *n. 355.* 116

Aduertendum est etiam, † quod studentes in Ecclesiis cathedralibus non gaudet d. priuilegio de percipiendis fructibus in absentia, vt apparet ex sequēti declaratione Sacræ Congregationis super *d. cap. primo, sessione 5.* ibi: *Scholares in Ecclesiis Cathedralibus non gaudent iisdem priuilegiis, sicut studentes in studiis publicis, vel academiis, intereunt tamen huiusmodi studentes in academiis non percipiunt distributiones quotidianas.* 117

Quid autem sit dicendum † de Canonico habente Præbendā lecturæ Sacræ Scripturæ, seu Theologali, apparet ex declarationibus sequentibus super *dict. cap. 1.* ibi. *Dum publice in scholis docuerint. Idem iudicandum de docentibus in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis.* 118

Secunda, *Theologus quamdiu leget pro residente habetur, & recipiat omnes fructus, præter distributiones quotidianas præsupposito, quod adsit massa grossa, seu Præbenda.* Ita inter alia rescriptum est Episcopo Placentino, anno 1570.

Tertia. *Non debentur lectori distributiones quotidia-*

illius

na pro illis horis, quibus legit ex dispositione iuris communis, Dict. per glossam vltimam in ca. quia nonnulli, de Magist. *quæ dixit Sanctitas sua non loqui respectu illius lectoris, qui in Ecclesia sua legit, ex facultate, de quo hic, tamen S. D. N. Gregor. XIII. audita relatione Congregationis ex gratia illas deberi eis voluit, non modò pro illis horis, vt si mane legant pro horis matutinis, & Missa solemni, sed etiam pro tota die, & ita sæpius consultus respondit.*

Quarta ibi. *Plene gaudeant, & fruantur. Idem censendum est de docentibus in Ecclesiis, qui, quamuis à seruitio chori absentes essent, possunt percipere fructus sui Canonicatus, exceptis quotidianis distributionibus, sed ex gratia diebus, quibus legunt, habendi sunt sicut præsentes in choro, & inseruientes, vt declarauit S. D. N. Greg. XIII. vt supra, sed non gaudent illi lectores Sacræ Scripturæ in Ecclesia aliis priuilegiis, quibus gaudēt docentes in scholis publice.*

Quinta. *An Theologus, vt qui diuinis pro præsente habetur diebus, quibus legit, censendus etiam sit præsens Matutinis, quæ ex antiqua Ecclesiæ consuetudine dicuntur sero præcedenti, pro die sequenti. Congregatio respondit, non censeri.*

119 Vnde apparet, † quod, quamuis antea Sacra congregatio censuisset, quod non debentur Canonico lectori distributiones quotidianæ, etiam pro horis quibus legit, tamen postea S. D. N. Gregorius XIII. voluit illas ei deberi, non modo pro illis horis, quibus legit, ex quo legit in sua Ecclesia. Sed etiam ex gratia pro tota die, qua legit. Gonçalez supra *numer. 180.*

120 Id autem, † quod dicitur in his tribus vltimis declarationibus, Canonicum lecturæ ex gratia habendum esse pro præsenti in choro pro tota die, & ei deberi omnes distributiones quotidianas diebus, quibus legit, ex declaratione Gregor. XIII. intelligendum est quoad horas, quibus non legit, procedere solum in illis, qui gratiam istam specialiter petierint, & impetrauerint, non in omnibus indiscriminatim, vt mihi dixit Auditor Illustrissimi Cardinalis Matthæi Præfecti, S. congreg. Concilij. Quæ intelligentia apparet vera, ex decreto dict. Concilij Prouincialis Bononien. *4. par. n. de resident. §. de causis excusantib. Canonicus à residentia, versicul. sicuti, & Canonicus,* vbi sic dicitur, *sicuti & Canonicus, qui Præbendam præsentialem, aut Theologalem obtinet, dū singuli eorum quæ propria muneris sui sunt fideliter exercent [illegible],* nam ibi solum ei dantur distributiones dum legit.

121 Et ita recte videtur procedere statutum † huius nostræ Ecclesiæ Abulens. quo cauetur, quod Canonicus lecturæ, qui legit sero post Vesperas, habeatur pro præsenti in vesperis, & earum distributiones lucretur.

122 Quamuis in Concilio Compostellano, *actione 2. decreto 39.* statuatur, † quod scripturæ lector, siue ante, vel post meridiem sit lectionem habiturus, omnibus horis, quæ ante meridiē dicuntur, pro præsenti, & interessenti censeatur, dummodo Missæ primæ, aut maiori adsit.

123 Ex quibus difficulter sustineri potest † consuetudo, seu statutum aliquarum Ecclesiarum, quod Canonicus, seu Præbendatus, qui prædicaturus est in ipsa Ecclesia, habeatur pro præsenti, & interessenti in, omnibus horis, & officiis per octo dies ante, meliusque sustineri posset constitutio † dict. Concilij Cōpostellani *d. decreto 39.* quod prædicatori liceat quotiescunque sermonem habiturus est per octo dies integros abesse, dum tamen Missæ maioris sacrificio adsit. Licet non careat etiam etiam difficultate, † bene enim potest sermo compon. & addisci de nocte, quæ est tempus ordinarium studij, & etiam de die ante, vel post horas, & officium diuinum maxime cū commendari soleat per plures dies antea & ad summum videbatur sufficere indulgentia horarum post meridiem. 124 125

Nono dubitatur, † quæ sit pœna Parochi non residentis, in quo dicendum est pœnam Beneficiati nō residentis in Beneficio residentiam requirente esse priuationem beneficij, *cap. conquerente, de clericis non residen.* vbi notant Innocent. & Panormit. *numer. tertio.* & Bernard. Diaz *in praxi crim. Canon. capit. 52. num. 3.* Rebuffus *tit. de dispensat. de non residen. numer. 12.* 126

Debet tamen prius moneri, † vt resideat *cap. ex parte cap. qualiter, cap. inter quatuor, & cap. fin. de clericis non residen. & ibi glossa.* & etiam Panorm. maxime *in d. cap. ex parte, num. 3.* vbi ait, quod mora etiam decennalis non est sufficiens ad priuandum quē Beneficio suo, sed oportet, quod primo moneatur vt redeat, potest tamen aliter puniri de culpa commissa, *cap. si quis Presbyter, cap. si quis in clero, 7. quæst. 1.* Selua *de Benefic. 4. part. quæst. 5.* Capra *reg. nonagesimaprima à n. 46.* Mandos. *de monitoriis, quæstio. 39. n. 2.* & Hoieda *de incompatibil. Benefic. cap. 18. num. 5.* & Rebuffus *sup.* 127

Nec sufficiet monitio facta † tempore datæ licentiæ, vt docet Panorm. *in cap. quoniam frequenter, §. porro, numer. 10. vt lite non contestata,* Selua *dict. quæstio. 5.* 128

Vnde propter absentiam non est quis ipso † facto priuatus Beneficio, vt notat Panorm. *in d. cap. ex parte, numer. 1.* Calder. & Imola *in cap. ex tua, eodem titulo.* Bott. *de synodo, 3. parte artic. 1. numero 70. & 71.* valeret tamen statutum Episcopi id disponens. Bott. *ibi num. 96. & 146.* & Rebuffus *supra numer. 13.* cum aliis. 129

Ad procedendum tamen contra Beneficiatum ratione † non residentiæ non est necessaria solemnis citatio, nec solemnis priuatio, sed sufficit requisitio, seu reuocatio, & spoliatio de facto, ita quod non requiritur ordo iudiciarius, sed sufficit monitio præcedens, & spoliatio subsequens, vt *in dict. cap. ex parte, cap. qualiter, cap. ex tua, & cap. fin. de clericis non resid.* & tradit Abb. *in d. cap. ex parte, num. 4. & in d. cap. fi. num. 2. & in d. §. porro, num. 10. & 11. & in cap. nimis. num. 7. de his quæ fiunt à Prælato.* Oldrad. *consil. 195.* Felin. *in cap. 2. sub num. 3. de rescript.* Selua *d. q. 5.* Gregorius Lopez *in leg. 16. tit. 16. part. 1. verb. tolleret.* Salcedo *ad Bern. Diaz. d. cap. 52. additio. vltim.* & Azeuedo *in l. 27. tit. 3. lib. 1. recopil. n. 1.* quicquid velit D. Sahagunus *c. 2. de sequest. possess. num. 54.* Sed requiritur ex allegatis priuatio, licet non solemnis. Felinus *supra,* expressa, vel tacita, Hoieda *dict. numer. quinto.* 130

In Parochiali autem, † seu Beneficio Curato, non residens est priuatus ipso iure, ob non residentiam, ex text. *in c. extirpandæ, §. qui vero, in fin.* ibi, *alioquin, de Præbend.* vbi inducitur priuatio ipso iure quæ refertur ad omnia præcedentia, & sic ad duos casus, de quibus ibi, nempe, quando habent Parochialem de per se illi non deseruit, & quando habens illam annexam dignitati, seu Præbendæ, non habet in ea Vicarium canonice institutum, ex reg. *cap. Inquisitioni, ple appellat.* cum aliis, quod clausula in 131

fine posita refertur ad omnia præcedentia, de qua Francus ibi, & Fel. *in c. causam, quæ de rescrip.* & Anton. Gabr. *de clausulis, concl. 9* & plus relati per Hoiedam, *d. c. 18. n. 11.*

132 Et ita, quod priuatio inducta † *in d. §. qui vero, in fi.* referatur ad dictos duos casus præcedentes, tenet Innocen. *ibi num. 1. ad fin.* dicens, quod est annexa Præbendæ, non priuabitur Præbenda Ecclesia annexa, sed persona tantum tempore vitæ suæ, sequuntur Abba. *ibi in lectura, numero 11. & in repetit. num. 13. 17. &* 18. Selua 4 *part. quæst. 5.* & Hoieda *dict. num. 11.*

133 Ego vero contra communem longe verius existimo cum † glossa ibi, pœnam priuationis ipso iure, de qua *in d. §. qui vero* minime referri ad casum, de Parochiali annexa, sed solum ad casum de eo, qui non deseruit in Parochiali alteri non annexa: tum quia non videtur posse commode referri ad casum de Parochiali annexa: nam sic dissoluerentur vnio, saltem ad vitam Canonici, & si is infra tempus debitum non poneret, seu non præsentaret Vicarium, Ordinarius, ad quem deuoluitur, posset prouidere de Vicario, &c. Tum etiam ex illis verbis, *qui velit, & possit, quod dictum est ad implere*, quæ referenda sunt ad casum de non deseruiente in Parochiali non annexa, nempe, quod sit conferenda alii qui velit, & possit quod dictum est adimplere, id est, per se ipsum illi deseruire, nec possunt referri ad casum de habente Parochialem annexam suæ Dignitati vel Præbendæ, nam is, cui esset conferenda, non deberet adimplere quod in illo casu dictum erat, nempe in ea habere Vicarium.

134 Nec obstat, ratio contraria, † quod clausula in fine posita debet ad omnia præcedentia referri, maxime ad casum immediatum, nam respondetur, ex quo confirmatur nostra sententia, quod illa verba, *nisi forte Dignitati, &c.* vbi agitur de Parochiali annexa, sunt per modum parenthesis.

135 Sed est difficultas, an ad hoc, † vt incurratur prędicta pœna priuationis ipso iure, ob non residentiam in Parochialibus, & Beneficiis Curatis, requiratur monitio pręambula, in qua difficultate partem affirmatiuam tenet Innocen. *in dict. §. qui vero, n. 2.* ex illa regul. quod ad incurrendam pœnam requiritur pręcedens monitio, quando lex loquitur negatiue sine die, vel tempore, vbi licet si non resederit, de qua Felin. *in cap. 2. numer. 4. de magistris*, Bernard. Diaz *reg.* 474. & alii relati per Hoiedam, *d. cap. 18. num. 12.* qui *num. 19.* sequitur in proposito hanc sententiam Innocen. dicens, eam communem, & singularem dicunt D. Ioan. Ocon. *in d. c. 1. n.* 60. & Licen. Anton. Gomez *vbi sup. n. 33.*

136 Contrariam tamen sententiam, † nempe non requiri monitionem, tenent Abb. *in d. §. qui vero in lectura, n. 12. & in repet. n. 19.* ex gloss. *verb. reddere, in l. 1. C. de his quib. vt indignis*, quam ibi sequuntur Bartol. Bald. Paulus, Angl. Alexan. & Salicet. idem Bart. *in l. in cognitione, ff. ad Sillanianum, & ex c. cupientes, de election. in 6.* & doctrina Speculatoris, *de citatione, §. sequitur, n. 20.* pro qua facit text. *in c. cum dilecti, de dolo & contumac.* facit etiam text. *in capit. quamuis, de officio Ordin. in 6.* ibi, *quam cito commode poterit*, & faciunt 3. & 4. *limitatio*, quas ad dict. regulam tradunt Felin. *numer.* 5. & Bern. Diaz *supra.* & hanc sententiam Abba. tenet Selua, *dict. 4. p. q. 4.* & mihi magis placet.

137 Verum prędictis videntur † obstare iura supra allegata, nempe *c. ex parte, c. qualiter, c. inter quatuor, c. ex tua, & cap. fin. de clericis non resid.* quæ requirunt priuationem, licet non solemnem, præcedente monitione.

Sed omissis solutionibus, † de quibus per Abb. Seluam, & Hoiedam *supra*, dicendum est, *d. c. ex parte, c. qualiter, c. inter quatuor, & c. ex tua*, quatenus requirunt priuationem, licet non solemnem, præcedente monitione, non procedere in Parochialibus, stante decreto *dicti §. qui vero*, quod videtur posterius, & inducit in eis de nouo priuationem ipso iure, ob non residentiam, vt patet ex illis verbis, *authoritate huius decreti.* & hoc est quod vult gloss. *in d. §. qui vero, & d. c. fi.* quod est posterius, non loquitur de Parochialibus, sed de Beneficiis, quæ residentiam exigunt. 138

At dict. pœna † priuationis ipso iure ob non residentiam in Parochialibus, quæ forte per desuetudinem erat abrogata, videtur hodie cessare stante S. Concilio Trident. *dict. capit. primo, session. 23. de refor. versi. quod si per edictum*, vbi concilium liberum esse vult Ordinariis per censuras Ecclesiasticas, & sequestrat. & subtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vsque ad priuationem, compellere Parochos non residentes, & contumaces. Ex quibus satis apparet hodie, Parochum non residentem, etiam monitum non esse ipso iure priuatum Parochiali, alias enim statim procedendum esset ad declarandum illum priuatum, & non esset in arbitrio Episcopi qua via, & quo remedio ex iis vti vellet, vt in sequenti declaratione S. congregationis super *dict. cap.* ibi, *compellere arbitrij est Episcopi qua via, & quo remedio ex iis vti velit, contra non residentes.* Et facit alia declaratio, quæ sic ait. *Parochus, qui non vult in sua Parochiali residere, debere seruato iuris ordine priuari.* Non dicit declarari priuatus, requiritur ergo priuatio, & ita videtur sentire Flam. Paris. *de resignatione Benef. lib. 1. cap. 10. nu. 61.* qui ait stylum seruare, vt si habentes curam animarum discedant absque licentia Episcopi, post monitiones possint priuari, vt etiam exprimitur *in dict. cap. 1. vers. quod si per edictum.* 139

Similiter obtinentes in cathedralibus, & collegiatis Ecclesiis Dignitates, † canonicatus, Præbendas, aut Portiones, si non resideant, vt debent, etiam moniti non possunt hodie statim priuari, sed primo anno, & prima vice solum est priuandus vnusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam Præbendæ, & residentiæ fecit suos, & pro omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit, crescente vero contumacia, contra eos iuxta sacrorum canonum constitutiones est procedendum, nempe ad priuationem, vt intelligunt Flamin. Paris. *supra, numero 63.* D. Ioan. Ocon. *in d. cap. 1. numero 60.* & Lic. Anton. Gomez *dict. cap. 7. ad 4. clausulas, numero 35.* ex decreto S. Concilij Tridentin. *session. 24. de reformat. cap. 12. versic. præterea obtinentibus* & ita S. congregatio concilij ait, *Redarguitur Episcopus, qui primo anno in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia non residentem priuat.* Idemque à fortiori † videtur dicendum in aliis Beneficiis simplicibus residentiam requirentibus. 140 141

Et in vna † caurien. de anno 1592. S. cong. conc. declarauit. *Capitulares, vel dignitates habentes in Cathedralibus pro primo anno absentiæ solum priuari dimidia parte fructuum suæ Dignitatis, vltra distributiones quotidianas, quas perdit, & hoc procedere etiamsi primo anno nullo die resederit talis Capitularis*, † & censuit etiam S. cong. *quod intelligatur de omnib. fructibus tam Præbendæ, quam residentiæ*, quib. pœnis etiam subiacent, qui maiori seruitio sunt astricti, quam 142

144 *in d. decret.* statuitur, vt in sequenti † declaratione S. Congreg. super eo. *Canonici, qui maiori seruitio Ecclesiæ, de quo in hoc decreto, sunt astricti, eisdem pœnis, de quibus hic, si non resederint, subiacent.*

Et ad prædictam pœnam fructuum non est opus

145 præuia † monitione, vt resideat. vt clare colligitur ex d. decreto, & censuit S. Congregatio his verbis. *Congr. censuit Canonicos non esse citandos, aut monendos ad residentiam, nec opus esse intimatione, vt deseruiant iuxta formam huius decreti, sed si abfuerint vltra tres menses, citandos esse ad allegandum quare non debeant puniri secundum hoc decretum, & oportere censuit Congreg. bonum iudicium arbitrari quanto tempore debeat vltra tempus permissum absentes expectare, antequam contra eos pœnas exequatur.*

146 Huiusmodi fructus, quibus ob non residentiam Canonici priuandi † sunt, debent applicari in vsum Ecclesiæ, & vtilitatem illius, ex Congregationis sententia, vt in declaratione sequenti, *fructus Præbend. quibus Canonici, qui abfuerint à seruitio Ecclesiæ vltra tres menses, priuandi sunt, ex hoc decreto applicandi sunt in vsum Ecclesiæ, & vtilitatem illius.* Et in declaratione infra adducta, *numer. 150. & in 2. adducta numero 432.*

Intelligendum tamen est applicandos esse Ec-

147 clesiæ, & eius † fabricæ, quatenus indigeat, alias alteri pio loco arbitrio Ordinarij, non excludendo tamen fabricam ipsius Ecclesiæ, cum sit etiam pius locus, & vt dicitur in declaratione supra adducta. *num. 31.* posse in dies indigere, ex decreto Concilij, *session. 22. cap. 4. de reformatione*, & declaratione infra adducta *numero 426.* & prima adducta, *nu. 432.* quamuis

148 Nauarr. *consilio 3. de Clericis non* † *residenti. numero 1.* respondeat, quod videntur applicandi illi operi pio, an quod arbitrabitur is, qui priuauerit, cum non sit determinatum à Concilio, ex *l. 1 ff. de iure deliberand. cap. de causis, §. 1. de offic. deleg.* quod conuincitur ex decreto Concilij, *d. cap. 3.* vbi id alias determinatur in simili. Circa quod vide dicta infra *2. dubitatio, 10. à n. 445.*

149 Et ista pœna non potest remitti ab Episcopo, † cum non possit dispensare contra Concilium, vt per Nauarr. *vbi proxime.*

150 Quamuis ante sententiam † possit ex causa eam minuere, vel augere *ad l. quod vero, §. pœna grauior ff. de his, quæ notantur infam.*, & Tiraquel. *de pœnis in præfatione, num. 26. cum aliis*, & censuit S. Congregatio Concilij his verbis. *Fructus præbendæ, in quibus Canonici absentes vltra tres menses multantur, sunt applicandi Ecclesiæ, ad vtilitatem ipsius, potest tamen Episcopus hanc pœnam ante sententiam minuere, vel augere, sed non in totum tollere.*

151 Si tamen Episcopus taceat, & dissimulet, † & non priuet, non tenebitur Canonicus absens fructus illos, quos alias fecit suos, restituere in foro conscientiæ, in quo nemo tenetur soluere pœnam, præsertim non impositam ipso iure, sed imponendam per sententiam, vt est ista, donec condemnetur à iudice, sed peccaret Episcopus, si absque iusta causa dissimularet eum punire, ita recte tradit Nauarr. *dict. consil. tertio, de clericis non resid. numero secundo.*

Et quod illa pœna sit imponenda per sententiam

152 † patet ex verbo, *priuetur*, quod non operatur ipso iure, sed per sententiam. Tiraquell. *in leg. si vnquam, verb. reuertatur, n. 177. cum aliis*, & in terminis Rota in causa Caurien. fructuum, coram D. Orano, 10. April. 1592.

Si vero Canonicatus, † seu Præbenda nullos haberet fructus in absentia, sed omnes residendo lucrifierent, tunc qui nunquam resedisset pro primo & 2. anno, & sic non haberet tunc fructus, quibus priuari posset iuxta d. decretum, puniendus esset pœna arbitraria, cum non sit pœna determinata, citra tamen priuationem, iux. dicta. 153

Decimo dubitatur, † quomodo sit procedendum contra non residentes, maxime ad priuationem. In quo dicendum est, quod, vt quis priuetur Beneficio ob non residentiam, debet absentia esse semestris, & prius trina monitio per edictum cum competenti termino præcedere, alioquin est nulla priuatio, vt sæpe Congregatio Concilij respondit, vt in sequentibus declarationibus super dicto *cap.* 1. ibi: *Quod si per edictum citati respicit modum procedendi contra absentes, ibi, vsque ad priuationem intelligendum inclusiue, vsque ad priuationem, dum tamen præcesserunt tria edicta publica, & lapsi sint sex menses, iuxta cap. ex tuæ.* de clericis non residen. Et docent Abb. *in d. c. ex tuæ.* idem Abbas & Doctores *in cap. quoniam frequenter, §. porro, num. 10. & 11. vt lite non contestata.* Selua *4. parte quæst. 5.* Marant. *in speculo aduoc. 6. part. de citatione, num. 91.* Zerola *in praxi Episcopali, 1. parte, verb. priuatio, §. 3. n. 4.* & Zechus *de republ. Ecclesiastica, tit. de Beneficiatis, numer. 6. versic. quod attinet vero ad praxim.* 154

Ex quibus id intelligitur, † quando nescit vbi absens sit, vel commode personaliter citari non potest, alias debet personaliter citari, seu moneri, non tamen requiritur trina monitio, sed sufficit vna, etiam extraiudicialis, iuxta supradicta, nec debet expectari per sex menses, sed tempus erit arbitrarium. Et ita fuit resolutum in vna Gienen. Canonicatus de Vbeda, 11. Decemb. 1587. coram illustrissimo Mantica, & in vna Zamoren. Capellaniæ 12. Iun. 1589. coram eodem, & in causa Terdonen. Præposituræ 17. Martij, & 5. Iun. 1600. coram illustrissimo Seraphino vt in decis. sequentibus. 155

Gienen. Canonicatus de Vbeda, 11. Decembris, 1587. coram D. Mantica.

Fuit apud nos dubitatum, † an Ordinarius Gienen. legitime priuauerit Canonicatu Andream de Godoy, propter non residentiam, & domini dixerunt priuationem non esse legitime factam, nam clericus qui non residet in sua Ecclesia, priusquam Beneficio priuetur, debet personaliter citari, vt eius contumacia conuincatur c. ex parte. c. 1. de clericis non residen. cum consimil. *Abbas* in cap. quoniam frequenter §. porro, n. 10. vt lite non contest. [illegible] *si personaliter citari non possit, quia ignoratur vbi sit, vel longe absit, ita vt commode non valeat citatio ad ipsum peruenire, debet in eius Ecclesia trina citationis edictum publicari, & post vltimum edictum per sex menses expectari, vt colligitur* ex cap. ex tuæ, de Clericis non residen. *& ita intelligit d. Ioan. Andr.* ibidem in princ. *& Ioan. Anania*, numer. 1. *Abbas* n. 10. *idemque Abbas apertius scribit* consil. 67. numer. 2. lib. 1. *quare, cum supradictus Andreas de Godoy, post vltimum edictum propositum, nondum sex mensibus elapsis fuerit præcipita festinatione priuatus, huiusmodi citatio legitime facta dici non debet, & ideo non valet.* cap. erit autem lex. 4. dist. l. 1. §. item cum contra, [illegible] 156

quæ sententiæ sine appellatione. l. si expressum. ff. de appellat.

Terdonen. Præpositura 17. Martij 1600. coram D. Decano.

FUit resolutum Camillum esse manutenendum in possessione Præposituræ, nam de eius possessione anteq; priuationem constat publico instrumento, neque ea contrauertitur, sed tantum ex aduerso dicitur eum per sententiam latam ob non residentiam priuatum fuisse omni iure, & possessione, & ab ea non dari appellationem, ad effectum suspensiuum. cap. relatum, & cap. conquerente. de Clericis non residentibus. Consilium Tridentin. sess. 23. cap. 1. de reformatione; verum Domini vnanimiter contrarium censuerunt, nam dixerunt hanc sententiam fuisse nullam. Cum enim fuerit lata contra absentem, requirebatur trina citatio per publicum edictum in loco Beneficij, capit. ex tuæ, de Clericis non residen. & fuit alias coram me resolutum in causa Salamantina del Pedroso 5. Decembris 1567. & à S. Congregatio in vna Vmbraticen. cuius copia data fuit.

Deinde requirebatur, vt expectaretur per sex menses, antequam deueniretur ad priuationem, d. cap. ex tuæ, quæ forma hic non fuit seruata, nam vnica citatio executa fuit in loco Beneficij, deinde infra duos menses nimis festinanter processum ad priuationem, non perpensis prius causis excusationis, an essent legitime, nec ne. Neque obstat, quod præfata procedant vel procedatur contra ignorantem, non autem contra eum, qui habuit certam & indubitatam scientiam emanatæ citationis, quia non probatur hæc scientia, quod enim allegatur de comparitione fratris proponentis excusationem, non concludit scientiam præpositi, cum non constet de eius mandato, imo adest præsumptio in contrarium, cum præpositus habita notitia sententiæ constituerit procuratorem quendam alium ad appellandum, qui in tempore appellauit, & ideo cum esset absens, vel sciebatur quo in loco esset, & tunc erat personaliter citandus, aut ignorabatur, & erat ter citandus in loco Beneficij, per edictum iuxta distinctionem in gloss. in cap. quoniam frequenter. verb. Canonibus definitum, vt lite non contest. quorum neutrum factum fuit, nam si præcessisset personalis citatio, vtique etiam non expectatis sex mensibus, potuisset Ordinarius procedere ad priuationẽ, vt fuit resolutu in causa Zamoren. 12. Iunij 1589. coram Illustrissim. Mantica, & hoc obseruatur tam in eo, qui absens cum licentia, quam sine licentia, vt probatur in d. gloss. Non obstat, quod sententiæ executio non potuerit suspendi per appellationem, quia hoc locum habet, vbi sententia lata est seruato iuris ordine, quia sententia nulla nullum parit iuris effectum, quare conclusum, Camillum esse manutenendum.

In Eadem coram eodem. 5. Iunij 1600.

158 DOmini persisterunt in resolutis, cum enim Camillus nunquam fuerit personaliter citatus, & trina citatio per edictum non fuerit rite executa, consequens est ad priuationem minus legitime processum fuisse, neque potest sustineri ex scientia citationis emanatæ, quam deducunt ex aduerso informante, pro Tornerio ex mandato dato ad hanc causam, & comparitione Procuratoris Camilli, ex qua sanatur defectus, si quis interuenit, ad decision. 11. de dolo, & contumac. in nouis, & fuit dictum coram me, in causa Lunen. & Sarzanen. 23. Octobris 1598. quia ad hunc effectum, vt ex mandato dato ad hanc causam oriatur probatio habitæ notitiæ citationis, requiritur mandatum specificum ad illam causam, vt colligitur ex verbis decisionis præfatæ, vbi procuratores ad causam huiusmodi prosequendam constituit. Et colligitur ex notatis per Vantium de nullitat. titul. sin. numer. 125. verum isto casu satis ex tenore mandati colligitur procuratorem fuisse constitutum generice, respectu molestiarum sibi illatarum, quæ possunt intelligi circa iurisdictionem, super qua plura emanarunt præcepta, neque refert quod ratificauerit gesta per alios, nam hic non insurgit scientia principalis, neque etiam ex eo, quod responderit citationi, quia hoc vigore generalis mandati facere potuit. Neque obstant aliæ monitiones deductæ, quia non possunt trahi ad hoc iudicium de nouo contra Camillum ceptum, & coadiuuantur prædicta ex eo, quod ex literis scriptis ad S. Congregationem constat Ordinarium sciuisse, vbi moraret Camillus, & ideo debebat curare, vt ibi citaretur, & seruanda erat forma in Concilio præscripta, vt alias dictum fuit, sed dato etiam, citra veri præiudicium, quod rite processum fuisset, respectu citationis, tamen excusari non potest iste processus à nimia festinatione, & præcipitatione, maxime, cum per procuratorem allegarentur causæ excusationis, quæ veniebant discutiendæ, etiam quod per procuratorem comparitum fuisset, Capra, conclusion. 91. numero 48. quæ fuit ratio conciliaris dispositionis præscribentis spatium sex mensium, & ita conclusum standum esse in decisis.

In qua etiam causa, coram D. Coccino, † primo Decembris 1600. & 13. Febr. 1601. domini censuerunt. 159

Dandam esse remissoriam, ex quo versabamur in prophanis, nam hic solum agitur super validitate sententiæ priuationis de præpositura ab Ordinario latæ quam Camillus obtinuit, appellatione interposita in Rota, reuocari, cum impositione silentij fisco, & Alberto, qui ab eodem Ordinario post dict. priuationem de dicta præpositura prouisus venit ad causam ratione sui interesse.

Ideoque, cum non ageretur super titulo Beneficij, materia censebatur prophana, Achill. decis. 2. de pensio. Puteus decis. 498. numero secundo, libro secundo, & *fuit dictum in Catalen. præposituræ, 9. Iun. 1589. coram D. Gipsio quibus stantibus remissoria solet concedi, in qualibet instantia, & absque fumo, & quoad releuantiam domini pro maiori parte censuerunt articulos esse releuantes.*

Ad procedendum vero contra † absentes ad alias pœnas, præter priuationem, non videtur necessaria trina citatio per edictum, sed sufficiet vna peremptoria, quamuis trinam etiam requiri ad priuationem fructuum tenuerit Rota in dict. Caurien fructuum, coram D. Orano, 10. Aprilis 1591. iuxta tradita per Abb. dict. consi. 67. part. 1. & Felin. in cap. consuluit, num. 13. de offic. deleg. qui tamen loquuntur in terminis d. cap. ex tuæ. de priuatione Beneficij, nec etiam erit necessarium expectare per sex menses. 160

Nec executio dict. pœnarum contra Parochos † non residentes suspendi potest priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, statuto, consuetudine, etiam immemoriali siue appellatione, aut inhibitione, vt in dict. cap. 1. session 23. versicul. quod si per edictum. & tradunt D. Ioann. Ocon. in dict. cap. 1. de clericis non resident. in 6. num. 60. Licentiatus Antonius Gomez, 161

in

in dict. explicatione Bullæ, cap. 7. ad 4. clausulam, numer. 35. & 36. & D. Sahagun. in dict. cap. 2. de sequestratione possess. num. 54. dicentes, concilium ibi, dum disponit executionem sententiæ per appellationem, seu inhibitionem non impediri, generaliter accipiendum esse contra absentes, siue obedientes, siue contumaces, & ita in Supremo Senatu obtinuisse, quamuis in hac Metropoli Compostellana, & in Pinciano prætorio antea non semel iudicatum fuisset, obtinere tantum contra pertinaces, & contumaces.

Concilium vero ibi solum tollit appellationem
162 suspensiuam, † vt patet, non vero deuolutiuam, vt in terminis aliorum decretorum eiusdem Concilij, vbi remouetur appellatio, sæpe S. Congregatio censuit.

163 Vndecimo dubitatur, † an prædicta obligatio, & onus residentiæ personalis solum procedat, & locum habeat in habentibus vere Curam animarũ, & Beneficia Curata, nempe qui suo nomine, & singulariter sunt Parochi, & Rectores Ecclesiæ, an vero procedat etiam in habentibus exercitium Curæ, vt in Ecclesiis, in quibus Cura per plures administratur, quarum Beneficia non sunt proprie curata, ex cons. Oldradi 67. de quo infra. 9. part. cap. 2. dubitation. 7. num. 175. & in Beneficiis alias simplicibus habentibus administrationem, & exercitium Curæ.

164 Et breuiter dicendum † videtur etiam in illis procedere, nam re, & effectu isti habent Curam animarum, nec ius diuinum, & naturale attendit subtilitates, sed effectum, & substantiam, & Concilium d. cap. 1. sess. 23. & cap. 4. sess. 7. de reformatione, absolute & generaliter loquitur de Beneficiis, habentibus Curam animarum, pro quo etiam facit, quod non solum residere tenentur habentes Paro-
165 chialem, † & Beneficium Curatum in titulum, sed etiam habentes in commendam, Conc. Trid. cap. 2. sess. 6. de refor. & d. ca. 1. sess. 23. versic. eadem omnino, iuncto principio ibi, quocumque nomine, & titulo præfectus.

166 Et est declaratio S. Congregationis † concilij quæ ait. *Cum de iure communi obtinens Beneficium curam animarum iurisdictionalem habens teneatur residere, & sacris initiari* extrauag. execrabilis. de præben. & gloss. *ibi idem Congregatio censuit intelligi de commendatarijs, per omnia enim æquata sunt hodie commenda titulo.*

167 Faciunt etiam † pro prædicta resolutione sequentes declarationes eiusdem S. Congregationis, Prima *An obtinens Ecclesiam baptismalem, cuius vero nobis sola cura baptizandi omnes infantes oppidi, & existentes sub cura Archypresbyteri, teneatur ad residentiam, præsupposito, quod in Ecclesia Archypresbiter, præter Baptismum, cætera Sacramenta administrat, Congregatio censuit teneri ad residentiã, ad minus tanquam coadiutorem Parochialis Ecclesiæ.* 1587. Secunda, *Etiam perpetui coadiutores residere tenentur, sicut veri Curati, etiamsi in aliis Beneficiis seruirent in Cathedralibus.* Tertia, *An Capellani coadiutores Rectorum Parochialium cum Capellaniis perpetuis institutis auctoritate Apostolica teneantur ad personalem residentiam, vt Rectores ipsi, Congregatio censuit teneri, & eos duntaxat excipi, qui ex institutione possunt per alium seruire, vel quibus nulla expresse residentia personalis obligatio iniuncta est, vnde & Ordinarius tenetur eos cogere, sicut ipsos Rectores, nec potest eum aliquo huiusmodi dispensare, quo ad residentiam, nisi vt cum Rectorib. Episcopus potest, eademq; iure examinandi, quo Rectores ad Parochiales ex cap. 18 sess. 24. quod Canonici Cathedralis, seu aliarum Ecclesiarum Beneficium huiusmodi obtinentes teneantur, & similiter cogi debeant per Episcopum ad personaliter deseruiendũ in dictis Beneficiis, dimisso seruitio interessentiæ ratione Canonicatuũ, & Præbendarum suarum Ecclesiarum, etiam ex constitutione Pij V. super residentia facienda in Parochialibus per eas obtinentes ac Canonicatus.*

Si enim coadiutores, † qui pro alio curam exercent, tenentur residere, sicut veri Curati, tenebuntur etiam similiter residere Beneficiati habentes curæ, exercitium, & administrationem Sacramentorum, licet illa per plures exerceatur, & administretur. 168

Et ista tertia declaratio, † quatenus dicit non teneri ad residentiam illos Capellanos Coadiutores Rectorum qui ex in institutione possunt per alium seruire, vel quibus nulla expresse residentiæ personalis obligatio iniuncta est, intelligenda videtur, quando in institutione expresse dicitur, quod non teneantur ad residentiam personalem, si enim intelligeretur, non teneri ad residentiam, si in institutione residentiæ personalis obligatio iniuncta non est, potius ista deberet esse regula, quam exemptio, & quoad obligationem residendi, non esset differentia inter istos capellanos coadiutores Rectorum, & alios non habentes tale onus, & comprobatur etiam ista intelligentia ex secunda declaratione adducta. 169

Sed id, quod dicitur † de Beneficiis simplicibus, seu Capellaniis habentibus administrationem, seu exercitium curæ, aut onus adiuuandi Rectorem, quod ea obtinentes teneantur ad personalem residentiam, procedit vbi est ordinatio, seu consuetudo, quod illi eo ipso sint coadiutores Parochi, & absque alia licentia Ordinarij eum adiuuent, seu per eos administrent Sacramenta; secus vbi est consuetudo, seu ordinatio, quod illi aut seruitores, seu Vicarij eorum adiuuent Parochum in administratione Sacramentorum, maxime habita licentia Ordinarij, in his enim non requiritur personalis residentia, vt in Beneficio del Tiemblo huius Diœcesis Abulensis. 170

Et quando Ordinarij † licentia debet haberi, parum refert, quod illi per se deseruiant, aut per Vicarios, seu substitutos, cum ad id per Ordinarium approbari debeant, & sic vbi ex consuetudine debent adiuuare Rectorem, seu per eos administrare cum licentia Ordinarij obtinentes capellanias, seu Beneficia simplicia, quæ alias ad residentiam non obligant, non requiritur personalis residentia, nisi consuetudine expresse habeatur, quod necessario per se id faciant, licet secus vbi à principio in institutione id caueretur. 171

Decimosecundo dubitatur, † an Parochi, quibus à Papa datus est coadiutor perpetuus cum futura successione, teneantur ad residentiam, an vero per dationem coadiutoris eximantur, & excusentur à residentia. Et videbatur eos non teneri ad residentiam, quia ad hoc datur eis coadiutor, vt pro eis curam, & officium exerceat. & scio quendam Parochum opulentæ Parochialis habentem talem coadiutorem nunquam in ea resedisse. 172

Sed cum residentia in † Parochialibus sit de iure diuino, & naturali, vt supradictum est in princ. non auderem propterea excusare Parochum à residentia, & cura animarum, quatenus eam exercere valeat, nec intelligendum, videtur Papam ei dare co- 173

adiutorem ad eximendum eum omnino à residentia, & cura animarum ei incumbente, sed vt eum adiuuet; etenim per dationem coadiutoris, † non transfertur tota cura animarum in coadiutorem, ablata Parocho administratione.

Facit declaratio S. Congregationis † Concilij, quæ ait. *Rector, qui habet Vicarium perpetuum in eius Parochia, siue Rectoria potest, & debet compelli ad personaliter residendum, nisi tota cura animarum translata fuerit legitime in solum Vicarium perpetuum.* Et alia sic ait, *Parochus † Ecclesiæ, in qua fuit constitutus Capellanus, cui ex institutione Capellaniæ imposita fuit tota animarum cura, seu perpetua Vicaria, quoad Capellanus vixerit, non tenetur in ea residere*, consonat Concilium Prouinciale Bononien. *4. part. tit. 6. de re-*
177 *sidentia.* † *§. de causis excusantibus à residentia Curatos, versicul. si etiam.* vbi sic habetur. *si etiam datus fuisset Parocho Vicarius perpetuus, in quem tota animarum cura, atque administratio legitime translata fuisset à Parocho abdicata, erit à residentiæ munere excusandus*, de quo Gonçalez *gloss. 6. n. 97.*

178 Est etiam alia declaratio S. Cong. † quæ sic ait, *arguuntur Episcopi, qui causa infirmitatis constituunt in Parochialibus Ecclesiis Vicarios perpetuos, data etiam facultate Rectoris de non residendo*, & alia quæ ait, *Parochus debet residere in loco vbi sita est Ecclesia Parochialis, etiam si esset ei datus coadiutor ratione infirmitatis*, quæ bene facit in proposito.

179 Tandem circa residentiam † Parochorum notandæ sunt sequentes declarationes Sacræ Congreg. Concilij super *dict. cap. 1. sess. 23.* Prima. *Per motum proprium Sanctissimi Domini nostri publicatum mense Ianu. 1568. super residentia Canonicorum habentium Parochiales, non fuit ablata Ordinariis facultas ita, & taliter, quod non possint iuxta formam decreti Concilij Tridentin. ex aliquibus iustis causis licentiam concedere recedendi à Parochiali ad aliquod tempus, modo ea vtantur intra limites præscriptos ab eod. Concilio Trident.* sess. 23. de reform. cap. 1. Secunda Episcopo Pistorien. *quod attinet ad primum postulatum de cap. 2. sess. 6. an videlicet dispensari possit cum infirmis, ac decrepitis, ita vt curam Ecclesiæ, quæ personalem residentiam requirunt, obid perpetuis Vicariis seruiantur; item an sit dispensandum cum eis, qui propter maniabiliũ, vel hospitalium curam in Ecclesiis, quas in montibus obtinent, non facile residere queunt, amplitudo tua id efficiet, quod dispositum est c. 1.* sess. 23. de reform. *quo non amplius id permittitur, quod in* d. c. 2. sess. 6. *erat relictum arbitrio Ordinariorũ, sed omnino imponitur necessitas residendi.* Tertia. *Inter causas absentiæ connumeratur infirmitas curabilis, aeris intemperies certo anni tempore, & quando ita solitum est fieri ab omnibus Sacerdotibus, præsertim alienigenis, & ad tempus.* Quarta. *An propter intemperiem aeris, relicto ibi Vicario approbato, Parochus non inde oriundus possit alibi habitare. Congregatio censuit non posse, si tamen Rector infirmus esset, & in loco Parochialis curari non posset defectu medicorum, medicinarumue, tunc posse ab Ordinario dari ei dilationem trium, aut quatuor mensium, vt in locis vicinioribus maneat recuperandæ sanitatis causa, interea ab ipso Ordinario in Parochiali idoneo Vicario cum congrua portione ex reditibus Parochialis constituto, nam hoc casu per quatuor menses dispensat Episcopus.* Consonat Concilium Mediolanen. 5. *par. 3. 11. de residentia, versi. ne Parochus.* & Concilium Bononien. *d. 4. par. tit. 6. de residentia. §. de causis excusantib. à residentia Curatos, versic. in Parochos.* Quinta. *Graues inimicitiæ culpa Parochi non contractæ, & post obtentam Parochialem exortæ excusant à residentia, & cum talibus Episcopis conceditur dispensare per annum, vt in alio viciniori, ac tutiori loco manere possint, dummodo in Parochiali expensis Rectoris maneat idoneus Vicarius, at interim curare debet Episcopus, vt inimicitiæ extinguantur, si id perficere nõ potest, rescribere debet ad Cardinales Cõgregat. Concilij, cuius culpa factum fuit, quominus reconciliatio processerit.* Concordat. d. Concilium Mediolanen. 5. vbi supra *versi. nec præterea.* & d. Concilium Bononien. supra *versiculo atque ob graues*, & vide circa hoc declarationem 5. infra adducta *num.* 323. & aliam *num.* 35. Sexta. *Propter inimicitias, quæ superuenerunt sine culpa Parochi datur annus, & crescentibus inimicitiis datur alius annus, sed odium solum Parochianorum non sufficit, neque si omnes fere fructus essent aliis reseruati, neque continua aeris intemperies, neque si esset necessarius magister Ludi, seu Grammaticæ in ciuitate, siue oppido, neque seruitium Episcopi, etiam ad tempus.* Septima. *Parochialem Ecclesiam habens cum Canonicatu in Parochiali residere debet, quod est conforme* Bullæ *Pij V. quæ incipit.* Cupientes, *& percipit fructus Prebendæ, & solum eius distributiones quotidianas perdit, & sic quod præterea absentes iusta alia de causa non percipiunt, si autem Canonicatus est in eodem loco, vbi est Parochialis, potest vtrique seruire, & quotidianas distributiones percipere, si autem alter ab altero distet per leucam, aut dimidiam leucæ, etiamsi Canonicatus esset in Cathedrali, tenetur nihilominus in Parochiali residere, quod procedit, non obstante quacumque nobilitate Canonicorum, aut ecclesiæ Cathedralis, etiam Metropolitanæ*, vide declarationem adductam supra *numer.* 114. & infra *numer.* 338. Octaua. *Residens in Parochiali, quæ non longe abest à Collegiata, in qua Canonicatum obtinet, diebus ferialibus ad Ecclesiam Collegiatam accedere, & in ea diuinis inseruire potest, dummodo omnibus diebus, & horis suis debitis, & congruis Parochiali inseruiat, & nihil prorsus relinquat ex debito seruitio ipsius Parochialis.* Nona. *In Monasteriis, & Abbatiis, quæ curã, & conuictu carẽt, non est necessaria residentia.* Decima. *Præpositura, licet tantum sit iurisdictionalis, intelligitur tamen esse comprehensa in* Bulla S. D. N. *Pij V. de residentia Parochorum, quæ incipit* Cupientes. Vndecima. *Vicarius amouibilis in exercitio curæ animarum arguit curam esse penes deputantem, & ideo ipsum teneri ad residentiam.* Duodecima. *Non tenetur residere in Prioratu curato, vel Parochiali, vnita tamen perpetuo Dignitati, qui tenetur residere in Ecclesia Dignitatis, sic dicendum de Canonicatibus, & aliis.* Decimatertia. *Obtinens Canonicatum, cui sit vnita Parochialis ad vitam obtinentis, tantum tenetur in Parochiali residere, si vnio facta sit ad vitam obtinentis tantum.* Decimaquarta. *Rector, seu Parochus, qui habet Parochiam, intra cuius limites adhuc habitant Parochiani, tenetur in ea residere, etiãsi tantum essent in illa Parochia tres, vel quatuor incolæ, & vbi fuerint duæ Ecclesiæ vnitæ, residendum est in digniori, quod si non constet quæ sit dignior, in frequentiori, quod si vna fuerit extra, & altera intra vrbem, residendum est in ea, quæ est intra.* Consonat concilium Bononien. *d. tit. 6. de residentia. §. de his, qui ad residentiam tenentur. versi. & quoniam.* Decimaquinta. Aquilana. *Si vnus populus diuidatur, & vna pars habitet in ciuitate, & altera extra, & idem Parochus ex consuetudine ambas Parochiales obtineat, residere debet in ciuitate.* Decimasexta. *Habens duas Parochiales vnitas perpetuo inuicem æque principaliter, & non vnam alteri accessorie, ambasque pares ita, vt non sit dignior, & principaliter altera, potest in qua maluerit residere.* Ita Episcop.

scop. Abulen. rescriptum est 15. Mart. 1575. Decimaseptima. *An Parochialis [illegible] quatuor milliaribus [illegible] distet à ciuitate possit in hoc Rector habitare, Diuinis [illegible] ad suam Ecclesiam accedere, & habeatur pro residente. Cong. censuit non posse.* 18. Compostellan. *Episcopus potest compellere Rectores ad residendum, non obstante consuetudine residendi in loco distanti à Parochia per sex milliaria.* 19. *Presbyteri obtinentes Parochiales, etiam à ciuitate vltra duo milliaria non distantes, nõ possunt [illegible] magister Grammaticæ, & ob id à residentia excusari, etiamsi velint singulis diebus festiuis Parochiali interesse.* Ita Episcopo Tridentino responsum est. Vigesima. *Licet Ecclesia Parochialis sit in loco, vbi minor pars Parochianorum habitat, & maior pars habitat longe in oppido, nihilominus Parochus habitare tenetur prope Ecclesiam in ciuitate, sed succurrendũ est eis, qui longe habitant secundum antiquam loci consuetudinem per dispositionem* cap. 4. sess. 21. reform. Consonat Concilium Mediolanen. 5. *[illegible] residentia, versic. Ecclesia Parochialis.* Vigesimaprima. *Congreg. Concilij censuit Rectores Parochialium debere residere in domo ipsarum Parochialium, quod si Parochiales domos non habent, vt in alia domo, quæ sit intra limites Parochiæ, aut saltim ita vicina Parochiali Ecclesiæ, vt inde commode possint per seipsos ei inseruire.* Refert Zerola in praxi Episcopali 1. part. *verb. Parochus* §. 4. Vigesimasecunda. *Congreg. censuit Parochum cogendum esse habitare in domo Ecclesiæ, vel si Ecclesia eam non habeat, in propinquiori intra limites Parochiæ, quod si non habitauerit, non teneri ad restitutionem fructuum, de quibus in hoc decreto.* Vigesimatertia. *Qui [illegible] Beneficia obtinent, & domum non habent vbi habitent habitationis domum.* Vigesimaquarta. *In his, quæ pertinent ad residentiam, obseruanda sunt quæ habentur in* cap. 1. de reformat. sess. 23. *& in reliquis [illegible] Concilij Trident. prædict. id [illegible] quod commodius, & melius potest, qui quis non habet domum propriam in loco, vbi residere tenetur, aliquam conducere debet, vbi vero populus non potest victum suo Curato subministrare, Ordinarius ea obseruare debet, quæ habentur* in cap. 3. session. 24. de reform. *& in casibus iure dispositis, non debet pro iuris declaratione ad Papam recurrere.* Vigesimaquinta. *Parochus non habens commodam habitationem in Parochiali fuit dispensatus, vt degere posset in loco vicino, dummodo prope Ecclesiam substitutus eius haberet, aliquando hæc facultas eadem de causa concessa fuit sine illa conditione, quod substitutus prope Ecclesiam habitet.* Vigesimasexta, ibi, *causa prius per Episcopum cognita. Omnia hæc committuntur Episcopo, qui executioni demandet etiam in Ecclesiis Parochialibus, quarum collatio ad inferiores spectat, etiamsi inferiores essent Abbates regulares.* Vigesimaseptima. *Episcopus ad residentiam cogere potest Rectorem, licet eius Ecclesia Parochialis pertineat ad inferioris collationem, etiam Abbatis regularis.* Consonat d. Concilium Mediolanen. 5. d. *tit. de residentia versi. sin.*

§. 1.

De residentia dignitatum Canonicorum & Portionariorum.

SVMMARIA.

Obtinentes in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, aut Portiones tenentur ad residentiam ita, vt non liceat vltra tres menses abesse, vt in Concilio Trid. sess. 24. de refor. c. 12. vers. præterea obtinentibus, n. 180.

An dicto vers. præterea obtinentibus, comprehendantur Dignitates principales, & capita Collegiatarum, nu. 181. resoluitur, quod sic, etsi habeant territorium, & iurisdictionem quasi Episcopalem.

An obtinens Dignitatem, maxime principalem in Collegiata, quæ habet etiam sedem in Cathedrali, excusetur à residentia in Collegiata, & possit residere in Cathedrali, n. 182. resoluitur quod non, & ponuntur resolutiones Rotæ.

An habens Canonicatum, & monasterium in commendam teneatur in Canonicatu residere nu. 183. resoluitur, quod in monasterio, nisi sit ibi animarum cura [illegible].

Obtinens Parochialem, & Canonicatum, si non residet in Parochiali, vt debet, nec debet residere in Canonicatu, n. 184.

Habens duas Dignitates, seu duos Canonicatus, in qua debeat residere, n. 185. resoluitur, quod in digniori, aliàs in qua maluerit, & idem in habente duas Parochiales vnitas.

Habens ex dispensatione duo Beneficia residentiam requirentia debet residere in habente maiorem necessitatem seu causam residendi, si vero æqualem habent, in quo maluerit, & idem in habente duas Parochiales vnitas, n. 186.

An Capellaniæ, & beneficia simplicia, quæ nullos fructus habent in absentia, sed omnes inter præsentes distribuuntur, requirant personalem residentiam, non obstante consuetudine contraria, numero 187. & sequenti resoluitur, quod sic ex Congregatione Concilij.

An Concilium hic censeatur tollere consuetudinem etiam immemorialem, n. 189.

Consuetudo immemorialis nunquam censetur sublata, nisi expressa mentio de ea fiat, nec comprehenditur in contrariatione consuetudinis, etiam cum dictione vniuersali, nisi quando tollitur tanquam irrationabilis, aut eadem ratio militat in immemoriali, numer. 190.

Consuetudini immemoriali est derogatum per clausulam derogatoriam consuetudinum, etiam iuramento Apostolica confirmatione, vel alia quauis firmitate roboratarum, n. 191.

Sublata quacumque præscriptione, non censetur sublata præscriptio immemorialis, numero 192. nisi vbi lex, vel priuilegium afficit rem, vt faciat eam imprescriptibilem, & tunc non sufficeret allegare titulum, seu priuilegium, & ad ipsum probandum adducere immemorialem, nisi data fama, numero centesimo nonagesimotertio.

Decretum Concilij sessione 24. capitul. vigesimo, quod derogat quibuscumque consuetudinibus, non tollit immemorialem ex sententia Congregat. numer. 194. vbi adducuntur declarationes, & resolutio Rotæ numero 195.

Obtinentes Dignitates in Ecclesia Toletana, & aliis, prætendunt non teneri ad residentiam, & non residentia propter immemorialem, n. 196.

Concilium d. vers. præterea obtinentibus, sustulit consuetudinem etiam immemorialem ex sententia S. Congregationis, n. 197. vbi ponuntur declarationes, & nu. 198. alia ponitur.

Obtinentes Dignitates in d. Ecclesia Toletana, & aliis nõ possunt hodie excusari à residentia, licet ante Concilium essent in immemoriali non residendi, vt dicen-

de, quod Concilium non sit quoad hoc receptum, num. 199.

An si ante Concilium litigatum esset super residentia cũ aliquibus Dignitates obtinentibus, qui habuerint sententiam, & rem iudicatam, non teneri ad eam, quia probauerunt immemorialem, teneantur post Concilium ad residentiam, n. 200.

Derogatio sententiarum per viam legis tollit etiam rem iudicatam, licet secus in rescripto, n. 201.

Vbi Concilium non derogat sententiis, non comprehendit casus per sententiam determinatos n. 202. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, & n. 203. resolutio Rotae, & decisiones in causa Burgen. iurisdictionis Archidiaconatus, de Varbiesca, n. 204. 205. 206. 207. 208. & 209.

In proposito dubio obtinentes Dignitates tenentur ad residentiam, cum sententia fundetur in immemoriali, & sic non det plus roboris, num. 210. & 211. vbi ponitur declaratio S. Congregationis, & in contrarium procedit, vbi non constat sententiam fundari fundamento reuocato, n. 212.

An per Concilium d. versi. praeterea obtinentibus, censeatur derogatum statutum, etiam à Sede Apostolica cõfirmatum, num. 213. cum seqq. resoluitur negatiue propter duplex vinculum, sicut & concordia à Sede Apostolica confirmata non censentur sublata per Concilium.

An id solum procedat in confirmatis ex certa scientia, & cum causae cognitione, an vero etiam in confirmatis in forma communi, numero 218. cum sequentibus, resoluitur illa tantum confirmationes esse praeseruatas in decretis Concilij, quae emanarunt ex certa scientia, & cum causae cognitione ex Congregatione Concilij.

Etiam, quod simul concurrant immemorialis concordia, seu statutum, & confirmatio in forma communi, est illis derogatum, n. 223. cum seqq.

Censetur praeseruata confirmatio ex certa scientia, quando in derogatione nulla facta est mentio de confirmatione Apostolica, alias enim intelligitur etiam ex certa scientia, n. 226.

Illa dicitur confirmatio ex certa scientia, & cum causae cognitione, in qua est insertus tenor rei confirmatae, vel saltem narrata substantia, & est expedita praecedente solita discussione, n. 227. & 228.

Causa cognitio excluditur in concordia, quae est inter partes, quando confirmatio fuit obtenta ad supplicationem vnius partis tantum, n. 229.

An confirmatio, in qua adest clausula ex certa scientia, non tamen est insertus tenor, aut narrata substantia rei sit ex certa scientia, an vero in forma communi, n. 230. cum seqq. resoluitur, n. 233.

Clausulae, quarum tenores, & supplentes omnes facti & iuris defectus, non faciunt vt confirmatio sit ex certa scientia, & quid illae operentur, n. 234.

De statuto Ecclesiae Abulen. concedente absentiam quatuor mensium, quod est confirmatum ex certa scientia & declaratione super eo obtenta per Episcopum à n. 235. & 244.

An possit renuntiari statuto, seu priuilegio habenti decretum irritans expresse, vel tacite, numer. 242. & sequenti.

An sit reuocatum statutum, vel consuetudo aliquarum Ecclesiarum, in quibus vltra tres menses datur singulis mensibus vnus dies pro tonsione barbae, num. 245. & 246. resoluitur esse reuocatum, nisi sit in specie confirmatum.

An in mensibus, qui dantur recreationis causa, absentes non solum lucrentur fructus, sed etiam distributiones quotidianas, maxime stante tali consuetudine, & ordinatione, num. 247. cum seqq. resoluitur contra aliquos negatiue, etiam si Canonicatus solum consistat in distributionibus, & ponuntur declarationes S. Congregationis.

In Ecclesia Abulen. est statutum in contrarium confirmatum ex certa scientia per Iulium III. vt in breui posito num. 253. & seq. & quod post Concilium obseruetur, num. 255.

An sint derogata indulta, seu priuilegia Apostolica, quibus conceditur abesse vltra tres menses, numero 256. cum seqq. resoluitur negatiue, nam lex generaliter loquens non tollit priuilegium particulare, & quod Bulla Pij IV. reuocatoria priuilegiorum non procedit nisi in illis decretis, in quibus est derogatio priuilegiorum.

Priuilegia perpetua de non residendo concessa certis personis, seu certo generi personarum, sunt reuocata per Cõcilium, n. 266. & sic priuilegium concessum Capellanis Regis est reuocatum, n. 267.

Contra dictam resolutionem, quod Bulla Pij IV. non procedat, nisi in illis decretis, in quibus habetur derogatio priuilegiorum, sunt duae difficultates, num. 268.

Prima difficultas, quod alias S. Congregatio declarauerit regulares per sua priuilegia etiam mare magnum, non posse absoluere à casibus Episcopo reseruatis, vt in declarationibus adductis, & tamen non habetur in Concilio derogatio huiusmodi priuilegiorum, nu. 269. cum seqq.

Secunda difficultas, quod alias d. Bulla videtur fuisse superflua, & de nihilo seruire, n. 274.

Ad primam difficultatem prima responsio, num. 275. & seq. quae non placet, n. 277. & quod decreto vltimo sess. 25. de ref. solum reuocantur priuilegia, quae sunt contra decreta illius sessionis, & non aliarum.

Priuilegia Regularium, quod non teneantur seruare interdicta in aliquibus diebus tãtum, sunt sublata per Cõcilium d. decreto vltimo contra aliquos num. 278. cum seqq.

Secunda responsio ad d. difficultatem, n. 285. quae comprobatur, & defenditur n. seqq. sed non satisfacit, n. 295. & seq.

Vera responsio ponitur n. 297. ad 302.

Regulares seclusis priuilegiis non possunt de iure absoluere à casibus Episcopo non solum de iure, sed etiam specialiter per ipsum reseruatis contra aliquos num. 303. & 304.

Ad secundam difficultatem resp. d. Bullam non esse superfluam, sed esse factam ad corroborandam, & confirmandam derogationem priuilegiorum in decretis concilij contentam, n. 305.

Quot dies contineant menses, qui dantur recreationis causa à Concilio, numero 306. resoluitur menses in proposito continere 30. dies. cum non exprimatur à quo tempore incipiant contra aliquos relatos, numer. 307.

An stante statuto Ecclesiae, quod concedebat absentiam trium mensium, non tamen erat in vsu, possint post Cõcilium illis gaudere, nu. 308. cum seqq. resoluitur non posse.

Si constitutio, aut cõsuetudo Ecclesiae requirit seruitium totius anni, tunc locum habet absentia trium mensium à Concilio permissa, numer. trecentesimoundecimo & 312.

An ad absentiam trium mensium requiratur causa, & licentia, numero 313. cum sequentibus resoluitur non requiri,

requiri, & ponuntur declarationes Sacr. Congregationis.

Hi menses, non debent sumi in maximis solemnitatibus ex Congregatione Concilij, quod tamen in Hispania non seruatur n. 317. & 318.

An Canonici possint licite abesse vltra tempus à Cõcilio permissum, amittendo distributiones, & fructus, qui residendo lucrifiunt n. 319. cum seqq. resoluitur negatiue, etiamsi maneant in ciuitate, & ponuntur declarationes S. Congregationis.

An satis sit lucrari grossam, seu insumere residendo ad horam, seu tempus illius, n. 324. & seqq. resoluitur, non satis esse, nec satisfacere, & adducuntur declarationes S. Congregationis.

Consuetudo vigens in Ecclesia, vbi Matutinum dicuntur media nocte, non interessendo illi videtur excusare, n. 325.

An ex diebus, & horis collectis sint conficiendi menses absentiae, n. 327. & seq.

Secundum Congregationem Concilij non valet statutum, seu consuetudo, vt Praebenda, seu grossa lucrifiat interessendo vna vel duabus horis, aut numeri tempore 9. mensium, n. 329. sed non seruatur in Hispania & potest sustineri, n. 330. & quid in Ecclesia Conchen. sustinetur.

An obtinens Dignitatem, cui incumbit visitatio, possit ratione visitationis abesse vltra tres menses, & lucrari fructus, ac distributiones Dignitatis & Canonicatus, quem simul obtinet, numero 332. resoluitur, vt in declaratione Sacrae Congregationis ibi posita.

Si esset consuetudo, quod Archidiaconus visitans perciperet distributiones, esset valida, n. 333.

Incumbens cura animarum imminens suae Dignitati habetur pro praesenti, & interessenti ex decreto Concilij sess. 22. cap. 3. numero 334. sed intelligitur de cura animarum propria, nempe fori interioris numero 335. vbi adducuntur declarationes Sacrae Congregationis.

Visitans, seu exercens iurisdictionem imminentem suae Dignitati, vel Ecclesiae, non lucratur distributiones, quando est absens à ciuitate, seu loco Ecclesiae, alias secus n. 336.

Non procedit d. decretum cap. 3. in Canonicis, seu Dignitatibus habentibus Parochiales, non tamen annexas, numero 337. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

Archidiaconus visitans non lucratur fructus Canonicatus, quem simul obtinet, etiamsi esset annexus Dignitati, stante quod fructus sint distincti, secus autem esset in Portione accessoria annexa Dignitati, numero 338.

Conuincitur consil. Nauarr. 14. de clericis non resident. quatenus sentit, quod prosequens litem super iuribus suae Dignitatis lucratur etiam fructus Canonicatus, num. 339.

Excusatus à residentia non lucratur fructus, qui non lucrifiunt in absentia, nisi in casibus à iure expressis, num. 340.

Canonicus ingrediens Religionem non lucrabitur anno nouitiatus fructus Praebendae, quamuis sit ipso excusatus à residentia, n. 341.

Canonicus electus ad Episcopum Italiae, qui debet Romae examinari, quamuis interim, dum vadit inde absit, non tamen fructus percipiet, ad quos percipiendos in absentia non solum non sufficit vtilitas priuata, sed nec vtilitas Ecclesiae, seu Episcopatus in genere, sed requiritur vtilitas Ecclesiae in specie, n. 342.

Obtinentes ex dispensatione Parochialem, & Canonicatum non residentes in Parochiali percipiunt fructus Canonicatus ex priuilegio Bullae Pij V. & obtinens ex dispensatione duos Canonicatus, seu Dignitates eo ipso censetur dispensatus, vt percipiat in absentia fructus alterius, quando dispensatio est perpetua, n. 343.

In statuta, & consuetudines Ecclesiarum concedentia iubilationem deseruientibus per 40. annos sint contraria, & derogata per Concilium numero 344. resoluitur quod non, & adducitur declaratio S. Congregationis.

An per Concilium sit derogatum c. de caetero, & c. ad audientiam, de Clericis non resident. vbi habetur, quod duo Canonici existentes in seruitio Episcopi habentur pro praesentibus, nu. 345. cum seqq. resoluitur, non esse derogatum, & ponuntur declarationes S. Congregationis.

Canonici existentes in seruitio Episcopi non possunt percipere distributiones quotidianas, quod fallit stante consuetudine in contrarium, n. 348.

Fallit etiam in Canonicis missis ad visitanda limina, vel comitantibus Episcopum ad ea, num. 349. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, quod declaratur num. seq.

Fallit etiam, quando Canonicatus consisteret, solum in distributionibus, nam tunc eas lucrarentur, excepta tertia parte ex Congregationis sententia, n. 351. vbi ponuntur declarationes.

Quoad lucrandos fructus Canonicatus, quando omnes consistunt in distributionibus, S. Congregatio facit differentiam inter absentes causa studij, & causa residentiae in Parochiali ex vna parte, vt hi eas integras percipiant, & inter absentes causa seruitij Episcopi, & immunitatum, vt hi eas lucrentur, deducta tertia parte, n. 352. & 353.

Fallit etiam stante speciali gratia, & concessione Papae, n. 354. & 355.

Similis gratia, & priuilegium percipiendi etiam distributiones in absentia concedi solet ad tempus, & prorogari Inquisitoribus, & Ministris S. Inquisitionis Hispaniae, nu. 356. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

Canonicus Vicarius Episcopi, non potest percipere distributiones in absentia, quamuis percipiat fructus, nisi sit consuetudo in contrarium n. 357. secus in Vicario capituli sede vacante, n. 358.

Absens pro seruitio, & vtilitate Ecclesiae de iure percipit fructus, & etiam distributiones, si est praesens in loco, n. 359. nisi sit consuetudo contraria, nu. 360. absens vero à loco pro vtilitate Ecclesiae, vel alia iusta causa, non percipit distributiones, nisi consuetudine aliud sit obtentum num. 361. vbi adducuntur declarationes S. Congregationis, iuxta quod sunt accipiendae aliae declarationes adductae, nu. 362. & quadam consil. Nauar. consil. 363.

Dispositio d. c. de caetero, & c. ad audientiam, de clericis non resident. procedit etiam in Canonico Doctorali, & Magistrali, n. 364. nisi vergeret in magnum damnum Ecclesiae, n. 365.

In Ecclesia Abulen. est statutum, quod Doctoralis non procuret, nec accipiat familiaritatem Episcopi, nec ea vtatur, n. 366.

Dispositio d. c. de caetero, & c. ad audientiam, non habet locum in Canonico poenitentiario, n. 367. nec etiam in Canonico lectore, n. 368.

An dispositio illorum capitulorum procedat in inferioribus Clericis, non Canonicis, n. 369. cum seqq. approbatur sententia Abbatis in dict. cap. ad audientiam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

numer.8. quam seruata est Rota.

Qui non per Episcopum, sed alios sunt occupati pro cõmuni vtilitate, seu Episcopatus in genere, aut per Episcopum plures quam duo eiusdem Ecclesiæ, non percipiunt fructus in absentia. n.374.

Procuratores generales Cleri Hispaniæ à Congregatione deputati residentes in Curia Romana, & Regia nõ excusarentur à residentia, nec lucrarentur fructus in absentia, nisi staret breue Clementis VIII. numero 375.

Dispositio d.c. ad audientiam, non comprehendit Portionarios, qui non sunt de Capitulo, licet in eo habeant vocem, num.376. & 377. vbi ponitur resolutio Rotæ, & num.378. tamen comprehenderet vbi essent de Capitulo, vt sunt in aliquibus Ecclesiis Hispaniæ, d. numer.378.

In Ecclesia Abulen. Portionarij possunt assumi ab Episcopo in familiares sicut Canonici ex statuto Ecclesiæ, nu.379.

Quod dicitur de Portionariis videtur dicendum de Dignitatibus in proposito, n.380.

Dispositio d.c. de cætero, & c. ad audientiam, habet locum in Prælatis inferioribus Episcopo respectu suorum subditorum, n.381.

Idem est in Legato, quantum ad Prouinciam suam, & in Archiepiscopo, quo ad Clericos suæ Diœcesis, & non suffraganeorum, n.382.

Familiares Papæ existentes in eius seruitio percipiunt fructus in absentia, numero 383. quod tamen non procedit in scriptoribus, & aliis officialibus Curiæ, numero 384.

Sicut familiares Episcopi, ita etiam familiares Papæ nõ percipiunt distributiones, n.385. resolutio Rotæ, n.386. circa indultum subcollectorum.

Familiares Cardinalium excusantur à residentia secundum aliquos, n.387. sed contrarium tenetur, num. 388.

Existentes in seruitio, aut officiis Regis, seu Principis, non excusantur à residentia, n.389. & si aliquod priuilegium fuit antea eis concessum, vt Regi Franciæ, reuocatum est tam per Concilium, nu.390. & quod dicit Nauarr. c.25.n.121. de Capellanis Regum, intelligendum est de priuilegiis concessis post Concilium, quæ tamen non sunt, n.391.

An causa peregrinationis, maxime ex voto, liceat abesse vltra tempus à Concilio permissum, & lucrentur fructus, n.392. cum seqq. resoluitur negatiue ex sententia Congregationis.

An Canonici & Beneficiati celebrantes priuatas Missas in eadem Ecclesia tempore officiorum habeantur pro præsentibus n.396. cum seqq. resoluitur, quod non, & adducuntur declarationes S.Congreg. licet contrarium de consuetudine seruetur in aliquibus Ecclesiis, quæ videtur tolerabilis.

180 SEcundo principaliter † dico, quod obtinentes in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones tenentur ad residentiam, ita vt non liceat eis vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis vltra tres menses etiam continuos (vt S.Congregatio declarauit) ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, saluis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius seruitij tempus requirunt. Ita S. Concilium Triden. *sess.24. de reform. c.12. versi. præterea obtinentibus*, vbi etiam statuitur, quod distributiones qui statutis horis interfuerunt, recipiant, reliqui quauis collusione, aut remissione exclusa his careant, iuxta decretum Bonifacij VIII. *in c.1. de cleric. non resid. in 6.* quod Sacra Synodus in vsum reuocat, non obstantibus quibuscunque statutis, & consuetudinibus, & quod omnes diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia. Sandoual. *de officio Ecclesiastico 5. parte, capit.3. numero 3. & 4.*

181 Circa quod varia dubia † examinanda sese offerunt, & primo dubitatur an *d. versicul. præterea obtinentibus*, comprehendantur Dignitates principales, & capita Ecclesiarum Collegiatarum; & dicendum est, quod sic, vt censuit S.Congregatio Concilij super eo, his verbis: *Ad hanc residentiam tenentur etiam Abbates, & alij Superiores Ecclesiarum Collegiatarum, licet habeant iurisdictionem in Canonicos, & ad hoc cogi possunt ab Episcopis, sub quorum Diœcesi sunt*, alia ibi, *Dignitates, comprehenduntur etiam illæ Dignitates, quæ sunt capita illarum Ecclesiarum Collegiatarum.* Et quæ etiam essent exemptæ à iurisdictione Ordinarij, *& habent tantum iurisdictionem in Canonicos, & deseruientes in illis Ecclesiis*, & dicitur in illa declaratione, *& habent tantum iurisdictionem in Canonicos*, quasi haberent territorium, & iurisdictionem quasi Episcopalem, non tenerentur ad residentiam chori, & horarum, quamuis tenerentur ad residentiam, sicut Episcopi, de quo infra *numer.* 480.

Secundo dubitatur, an obtinens † Dignitatem, 182 maxime principalem, in Collegiata, quæ habet etiam sedem in Cathedrali, excusetur à residentia in Collegiata, & possit residere in Cathedrali, & dicendum est, quod non, vt in vna Vallisoletana residentiæ coram D.Sacrato, in qua prima Iun.1601. fuit resolutum, *Assignationem sedis in Cathedrali non excusare à residentia in Collegiata, nam aut dicta sedes non requirit residentiam, & sine dubio Abbas non excusatur à prima obligatione, aut vero requirit residentiam, & nihilominus tenetur Abbas residere in Collegiata, tum quia illa est dignior sedes, cum ibi sit caput, Abbas* in capit. extirpandæ. §. qui vero, numero 5. *vbi Hostien.* numero 8. de præbend. *tum quia Abbas ibi percipit fructus non in Cathedrali*, argumento capit. cum ex officij, de præscript. & decimo Maij 1602. coram eodem fuit resolutum. *Abbatem teneri ad residentiam in Collegiata, tam ex dispositione iuris communis* capit. ad hæc, versic. cum singulæ, de præbend. capitulum. de rescript. in 6. *Ferretus* consilio 32. numero 14. *quam ex dispositione Concilij Trident.* session.22. de reformat. capit.4. *& etiam vigore erectionis, non obstante, quod in Bulla erectionis non exprimatur Abbas, & consequenter non comprehenderetur sub dispositione, quod Beneficiati in dict. Ecclesia teneantur residere per clem.* in Clement. 2. verb. in eisdem. de ætate, & qualitate, *quia id procedit, quia ibi materia est correctoria, secus hic, vbi assistit ius commune. Abb.* in capit. relatum, numero quinto de Clericis non resident. *nec obstare prætensam consuetudinem non residendi, quia illa non legitime probatur. Nec obstare, quod Abbas habeat aliam sedem in Cathedrali, quia si sedes in Cathedrali requirit residentiam, potius ex ea inducitur incompatibilitas, quam liberatio à residentia in Collegiata* d. cap. ad hæc, *nisi aliter appareat dispensatio cum explicita scientia Papæ; nec obstare sententiam D.Orani, quia non iustificatur ex actis, & in contrarium stat ius commune, & statutarium illius Ecclesiæ, vnde tanquam notorie iniusta non potuit facere transitum in rem iudicatam. Cæsar de Grassis* decisione 2. de solut. De quo etiam infra, numero 475. vbi

vbi dicta videnda sunt.

183 Tertio dubitatur, an habens † Canonicatum, & Monasterium in commendam teneatur in Canonicatu residere? Et dicendum est, quod in Monasterio, nisi illud sit ab animarum cura liberum, vt in sequenti declaratione S.Congregationis Concilij, *Obtinens Canonicatum, & Monasterium in commendam ab animarum cura liberum, in Canonicatu residere tenetur.* Et conducit declaratio nona supra adducta hoc capite sub numero 179. quæ ait, quod in Monasteriis, & Abbatiis, quæ cura & conuentu carent, non est necessaria residentia. Imo & obtinens Parochialem & Canonicatum, qui debet residere in Parochiali,
184 vt in constitutione 64. Pij V. † & in declaratione septima adducta sub *d. num.* 179. si non resideat in Parochiali ex permissu Episcopi, debet cogi residere in Canonicatu, vt in sequenti declaratione d.S. Congregationis, *Habens Canonicatum, & Parochialem in duabus Diœcesibus, & non residens in Parochiali ex permissu Episcopi, vt tenetur ex Bulla Pij V. cogendus est ad residendum in Canonicatu.*

185 Quarto dubitatur habens duas † Dignitates, seu duos Canonicatus ex dispensatione in qua debeat residere? Et dicendum est, quod in digniori, alias in qua maluerit, vt in sequentibus declarationibus S. Congregationis Concilij. Prima, *Habens duos Archidiaconatus dignitate pares, residere poterit in quo sibi placuerit, si alter est dignior, tenetur in eo residere.*

Secunda, *Obtinens legitime duas Dignitates, in digniori residere tenetur, & fructus alterius lucratur, non tamen distributiones, ... tamen tertiam partem Præbendæ, quæ authoritate decreti* sessione 22. de reformatione, *in quotidianas distributiones est conuersa.* Tertia, *Obtinens duos Canonicatus tenetur in digniori residere, cum vero, in quo non residet, quotidianas distributiones perdit, in quibus distributionibus intelligitur etiam comprehensa tertia pars Præbendæ, quæ ex decreto Concilij Tridentini conuersa fuit in distributiones quotidianas: sed habens plures Canonicatus dignitate pares, vbi pluribus inseruire potest, residere tenetur.* Et idem est in habente duas Parochiales vnitas, vt in declaratione 14. & 16. adducta supra sub *d. n.* 170.

186 Et habens ex dispensatione duo † Beneficia residentiam requirentia debet residere in eo, quod maiorem necessitatem, seu causam residendi habet; si vero æqualem habent, potest in quo maluerit residere, vt in sequentibus declarationibus d. S. Congregationis, Prima Archiepiscopo Ianuen. *Parochiales Ecclesiæ sunt incompatibiles cum Beneficiis, in quibus assignatæ sunt distributiones quotidianæ, quas à diuinis absentes amittunt, & illi, qui obtinent duo Beneficia, vel plura cum legitima dispensatione ante Concilium Tridentinum obtenta requirentia personalem residentiam, tenentur residere in quo est maior necessitas, nec propterea possunt alterutro priuari, amittunt quidem distributiones quotidianas eius Beneficij, cuius ministerio non inseruiunt.* Secunda, Cardinali Farnesio. *Canonici omnes debent in propria Ecclesia residere, & personaliter deseruire eorum muneri, non obstantibus quibuscunque, ille tamen, qui aliud Beneficium ex legitima dispensatione obtinet, quod maiorem, vel æqualem causam residendi habeat, licet non intersit muneri, quod exigit Canonicatus, non potest tamen eo priuari, nec alia pœna affici, nisi priuatione distributionum quotidianarum, nec Concilium Tridentinum super pluralitate Beneficiorum prouidet, nisi ad futurum, præterquam in Parochialibus, quas nec etiam per dispensationem ante Concilium Tridentinum obtentam nemo, nisi vnitas retinere potest.* Et idem est in habente duas Parochiales vnitas, vt in d. declaratione decimaquarta, vbi dicitur, quod, si non constet quæ sit dignior, residendum est in frequentiori, & si vna, fuerit extra, & altera intra vrbem, residendum est in ea quæ est intra. Et ad prædicta conferunt quæ tradit post hæc Gonçalez *gloss.6. numer.*268.

Quinto dubitatur, an Capellaniæ, & Beneficia 187 simplicia, † quæ nullos fructus habent in absentia, sed omnes inter Capellanos, & Beneficiatos præsentes distribuuntur absentibus nihil percipientibus, requirant personalem residentiam, sicut Canonicatus, & Portiones ita, vt ea obtinentes ad residentiam præcise teneantur, & cogi possint, non obstante consuetudine contraria? Et pro parte negatiua faciunt ea, quæ in proposito adducit Nauarrus *consil. 4. de Clericis non residentibus numer.* 1. 2. & 3.

Nihilominus tamen contrarium fuit decisum per † Sanct. Congregationem Concilij in vna Ia- 188 nuen. vt in prima declaratione supra adducta, *num.* 186. & in vna Compostellana, de qua est *dict. consil.* Nauarri 4. vt in sequenti declaratione, *An Capellaniæ in Ecclesia Cathedrali existentes, quarum redditus ex quibusdam defunctorum redditibus, cum onere Missas aliquot, & diuina officia pro animarum salute celebrandi, inter se tantum distribuunt Capellani præsentes, qui onera prædicta per seipsos, & per alios presbyteros quoscunque persoluunt; reliqui Capellani, qui præsentes non sunt, nihil percipientibus, personalem residentiam requirant ita, vt qui obtinent, ad residentiam præcise, etiam per priuationem cogi possunt, non obstante consuetudine contraria? Multi ex illustrissimis tenebant non posse cogi præcise, & in hanc sententiam inclinabat maior pars, nisi allegaretur alias fuisse in contrarium decisum, quoniam fructus sunt in forma distributionum, vt in Canonicatibus, ideo fuit decisum cogi posse præcise ad residendum*, & post hæc tradit Gonçalez *gloss.* 5. *numer.* 106. dicens istam declarationem originaliter vidisse.

Sexto dubitatur, † an, dum Concilium ibi sta- 189 tuit, quod illis non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis vltra tres menses ab Ecclesiis abesse, censeatur tollere consuetudinem, etiam immemorialem.

In quo videbatur † respondendum negatiue, nam 190 consuetudo immemorialis nunquam censetur sublata, nisi expressa mentio de ea in lege, vel constitutione habeatur, nec comprehenditur in reuocatione consuetudinis, etiam cum dictione vniuersali. Aymon. Crauetta. *de antiquitate temporis 4. parte, §. illa ire, materia ista, numero* 47. Ruinus *consilio* 13. *numero* 30. *libro* 2. Couarruuias plures referens *libro* 3. *variar. cap.*13. *numero* 5. Auendanno *resp.* 16. *num.* 1. Ponce de Mieres *de maiorat.* 4. *parte quæstione* 20. *numero* 51. Velarques *in libro* 6. *T au glossa* 11. *numer.* 9. Flores de Menna, *quæstion.*10. *numero* 44. & Emanuel Rodriguez *quæstion. regul.* 1. *tomo quæstione* 9. *articul.* 5. *ad finem cum aliis*, & fuit resolutum in causa Palestina iurisdictionis. 25. Maij 1565. coram D. Orano. *immemorialem non comprehendi in reuocatione consuetudinis, etiam cum dictione vniuersali, limitare tamen duobus modis; primo, quando tollitur consuetudo tanquam irrationabilis, & sic procedit, quod tradit Antonius Gabriel.* de præscriptione conclusione 1. numero 27. *secundo, quando eadem ratio militat in immemoriali & Couarruuias supra*, & tradit post hæc

Gonçalez glossa 33 numero 2.

Addo Tertium, quod consuetudini immemoriali est derogatum per clausulam derogatoriam
191 † consuetudinum etiam iuramento Apostolica confirmatione, vel alia quauis firmitate roboratarum, & sic videtur intelligere etiam de immemoriali, vt fuit resolutum in causa Cęsaraugustana surreptionis Breuium 16. Iun. 1559. coram Domino Orano, vt per Cot. decis. 34. in Miscellaneis manuscriptis.

192 Similiter sublata † quacunque praescriptione non censetur sublata praescriptio immemorialis, Felinus in Rubric. de praescript. num. 18. Aymon supra, Balbus de praescriptio. 2. parte 3. partis 6. quaestione num. 31. & 5. part. 5. part. pœnitentialis. quaestion. 9. Probus ad Monachum in c. 1. de praescript. in 6. numer. 24. Tiraquel. plures referens de retract. conuen. §. 1. gloss. 2. num. 23. & 25. Afflictus dec. 154. num. 5. Boerius dec. 39. num. 12. Otalora de nobilitate 3. part. cap. 7. num. 11. Auendanno, Mieres, Velazques, Flores, & Emanuel Rodriguez supra, & idem Velazques in l. 41. Taurr. gloss. 1. num. 6.

Nisi vbi lex, vel priuilegium afficit rem, & facit
193 † eam imprae scriptibilem dicendo non posse praescribi Felin. in cap. accedentes. numero 6. fall. 3. & in cap. cum ex officij, numer. 8 ... 13. de praescript. Ripa in l. quominus, numer. 40. & 101. de fluminibus. Balb. d. quaest. 9. ad fin. Prob. supra, & Tiraquell. num. 25. Antonius Gabriel d. concl. 1. ex num. 2. & Matienço in l. 3. titul. 10. lib. 5. recopil. glossa 9. quo casu, quicquid dicant Felinus, & Ripa ibi, non sufficeret etiam allegare titulum, seu priuilegium, & ad ipsum praesumptiue probandum adducere immemorialem, nisi data fama tituli, seu priuilegij iuxta dicta, & adducta supra 1. part. cap. 2. numero 38. & in terminis idem Felinus in cap. cum contingat, de foro compet. num. 5. fall. 3. Anton. Gabr. supra num. 35. de quo vide Aymonem d. l. 4. part. sect. absolutis a numero 52. & sectione materia ista, numero 96. & ita alias S. Congregatio Concilij declarauit decretum Concilij sessione 24. de reforma-
194 tione, cap. 20. † quod derogat quibuscunque consuetudinibus, vt in fine illius decreti, non substulisse immemorialem. Apostilla consil. 3. Nauarr. de officio deleg. & post haec Gonçalez dict. gloss. 3. numer. 5. vt in declarationibus seqq. Prima Cardinali Pacieco Archiepiscopo Burgen. Persistendum est in illa declaratione iam dudum ab hac Congregatione facta, nempe decretum Concilij sessione 24. cap. 20. non substulisse immemorialem consuetudinem, & ideo si Archidiaconi, & Abbates legitime eam probauerint, si ideo esse exercere huiusmodi iurisdictionem, illud tamen maioris explicationis gratia censuerunt nunc addendum, vt interea, dum illi eam consuetudinem probauerint, amplitudo vestra sola vtramque iurisdictionem exerceat. Quae omnia ita ab ea obseruatum iri persuasum habemus. Romae die 27. Septembris 1575. Secunda super dict. cap. 20. Saepius responsum est hoc decretum Concilij non substulisse immemorialem consuetudinem. Et ideo si illi inferiores legitime probauerint eam, sinendi sunt exercere huiusmodi iurisdictionem, interea tamen, dum illi eam consuetudinem immemorialem probauerint, Episcopi soli hanc iurisdictionem exercere debeant, cum pro Episcopis stent regula, & ratio Concilij, & legitime probatur, quod per tres sententias probatum est. Tertia Congregatio censuit decretum Concilij sessione 24. capit. 20. non substulisse immemorialem consuetudinem Decano, Capitulo, seu alijs inferiori, cognoscendi in criminalibus, & matrimonialibus.

Item eo decreto non comprehendi Abbates, Praepositos, seu Archipresbyteros nullius, qui ordinaria iurisdictione ab immemoriali tempore curam fungantur.

Item censuit decretum Concilij sess. 6. c. 4. & sess. 25. c. 6. non substulisse facultatem, alias ex immemoriali & laudabiliter obseruata consuetudine Decano, & Capitulo singulares Capituli, ipsasque subiectas personas cumulatiue cum Episcopo, seu ipsum tamen ab eodem ipsumque Episcopum toties, quoties sua authoritate vti volentem, non excludendo visitandi, corrigendi, & emendandi, quia Concilium non dicitur eam facultatem concessisse Episcopo priuatiue, quoad alios inferiores Ordinarios, de quorum exclusione non constat, & ab eis debite punitus non est cogendus coram Episcopo denuo se purgare, vel ab eodem iterum puniri. Quarta. Nec quasi possessio immemorialis est sublata. Quae probanda coram eodem Episcopo, qui interim Episcopus ipse, & solus iurisdictionem exerceat.

Vnde in vna Veronen. † iurisdictionis 18. Mar- 195
tij 1596. coram Illustrissimo Pamphilio fuit per Rotam resolutum, quod licet ex Concilio Trident. d. cap. 20. §. ad haec. praeseruetur Decano, & Capitulo, seu alijs inferioribus immemorialis consuetudo cognoscendi causas criminales, & matrimoniales, tamen, cum immemorialis probatur, quae non dicitur ad hunc effectum legitime probata, donec de ea constet per tres sententias conformes, Episcopus solus debet istam iurisdictionem exercere, & in ea manuteneri ex iuris communis assistentia, non aliter probata quasi possessione, c. cum personę, post medium, de priuileg. in 6. cum ibi notatis, Caputaquen. decis. 306. p. 1. & 261. part. 2. iuxta dictas declarationes S. Congregationis.

Et ita obtinentes Dignitates in † Ecclesia Tole- 196
tana, & in aliquibus alijs Ecclesijs Hispaniae praetendunt, non teneri ad residentiam, & non resident quia dicunt esse in consuetudine immemoriali non residendi.

Nihilominus tamen in † proposito iuxta subie- 197
ctam materiam, & mentem Concilij d. cap. 12. versic. praeterea obtinentibus, contrarium S. Congregatio censuit, nempe Concilium substulisse consuetudinem etiam immemorialem, vt apparet ex sequent. declarationibus super dict. capit. 12. (quod etiam videtur sentire Couarruu. d. libr. 3. variar. cap. 13. sub numer. 9. & Hoieda de incompatibil. cap. 17. num. 20.) Prima ibi, aut consuetudinis, etiam immemorialis. Secunda, S. D. N. Greg. XIII. ex sententia Cong. declarauit immemorialem consuetudinem non excusare a residentia in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus; in Collegiatis autem non insignibus posse excusare, si Ecclesiae sunt rurales prorsus destitutae, aut quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, aut in quibus adeo tenues redditus essent, vt Canonici aliunde non habentes, vnde viuerent, alere non possent, & sufficit ad excludendam immemorialem, quod aliqui Canonici resederint. Consonat Concilium Bononien. titul. 6. de residentia. §. de his, qui ad residentiam tenentur, versicul. itaque hi. & §. de causis excusantibus Canonicos a residendo. versiculo vltimo. Tertia Congregatio parua, id est, Illustrissimorum Cardinalium tantum, censuit immemorialem esse sublatam per Concilium, & statuta iurata nihil valere, vt iam resolutum est, ac statuta authoritate Apostolica confirmata non esse sublata per Concilium sessione 24. capit. 12. Ita Episcopo Lamacen sexto Septemb. 1576. Quarta. Non datur substitutus in loco Canonici absentis ex iusta causa, nec potest compelli Canonicus deseruire per substitutum, sed vt per se deseruiat, non obstante

stante immemoriali consuetudine, quod etiam patet ex declaratione vltima infra adducta numero 216. & Abulen. infra adducta num. 235. & ex declarationibus prima & secunda adductis numer. 123. & ex sequenti declaratione, & respons. dato Episcopo Segobien. vigesima Iulij 1590. ad primam, † secundam, & octauam, quam totam hic ponere placuit, quia deseruit ad alia infra dicenda. Ad primam de residentia Canonicorum, & Dignitatum Congregatio respondet, consuetudinem immemorialem non residendi sublatam esse ex decreto Concilij cap. 12. session. 24. quod si Canonici alias se rationes tueantur, audiendi erunt. Ad secundam respondit eos teneri ad residendum nouem mensibus. Ad tertiam, si locum habet Concilium c. 4. sess. 22. sic tertiam partem esse accipiendam secundum verum valorem, sed ei remedio locum non esse existimant, nisi vbi distributiones ita sint tenues, vt verisimiliter negligantur. Ad secundam censuit huiusmodi inhibitionem, in qua concedenda, pro forma tenor sacrarum constitutionum, vt cauetur decreto Concilij session. 22. cap. 7. seruatus fuit, tanquam nullam iure posse contemni. Ad sextam respondit curam animarum, vel esse exercendam per ipsos Canonicos, quibus imminet, aut si minus sufficiant, adiungendos coadiutores ab Episcopo approbatos. Ad septimam, Canonicos, & Dignitates teneri diuina officia per se ipsos obire, itemque Missas maiores canere illis diebus, quibus tenentur. Ad octauam, an Episcopus possit habentes officia Archipresbyteratus, operaria, scholastriae, & thesauraria, quibus in sua fundatione quaedam onera fuerant imposita, licet modo a tempore immemoriali nullum onus habeant, cogere ad onera in fundatione imposita, non obstante d. consuetudine immemoriali, & ad personalem residentiam compellere, non obstante, quod a nonnullis annis non resederint: respondit posse cogere ad personalem residentiam, & vt onera etiam in Ecclesia seruatum ad formam ab eo praescribendam impleant iuxt. cap. 3. sess. 21. Ad nonam, a consuetudine quadam facta ab Episcopo, & Capitulo post Concilium Trident. de soluendo certam pecuniae quantitatem ex ratione noua possessionis Episcopatus, & Canonicatuum, & Dignitatum distribuendam in fabricam, & salaria Notarij, commensalium, campanarij, & aliorum ministrorum Ecclesiae, quibus iam alias sunt certa constituta salaria, sit valida, nec ne? S. Dominus noster ex sententia Congregationis respondit huiusmodi constitutionem seruandam, nihil tamen ex ea pecunia Notario, cursoribus, & campanario, aliisue Ecclesiae ministris tribuendum, sed integram summam in vsus fabricae conuertendam, atque ita libenter soluendam, tum a capitularibus, quam ab Episcopo, cum sperare possit efficiem, Ecclesiasticae Dignitatem, quae ab huiusmodi largitate in aedificium ornatumque Ecclesiae facta fuerit exordium, ad instituendam quoque Ecclesiae aedificationem, feliciter in Domino processuram. Ad decimam, posse Episcopum visitare solum capitulares, & bona, eorumque bonorum administrationem, vel quibus sibi videbitur adiunctis. Ad vndecimam, solus Episcopus potest fabricam visitare. Ad duodecimam, Episcopus potest solus, vel ijs qui sibi videbuntur iisdem adiunctis, etiam extra gremium Capituli, Canonicos visitare, corrigere, & punire, non tamen poena ordinaria, sed extraordinaria, quae morum correctionem respiciat, concordia autem, nisi a Sede Apostolica ex certa scientia, & cum causae cognitione confirmata fuerit, censetur sublata. Ad decimam tertiam, Episcopum, non potest recusari in visitatione. Ad decimam quartam, An deficientibus ex annatoribus fundalibus, vel ipsis impeditis, Episcopus, vel Capitulum sede vacante alios possit creare, donec fundati habeatur? censuit ita non posse. Ad decimam quintam. Abstinere debet Episcopus, & Delegatus ne imponant poenam excommunicationis, nisi in subsidium, & a praecepto cum prolatione poenae excommunicationis, & si eam imponant, potest appellari, & ab ea, nisi quis contumaciter, Ante neque appellatione. Ad decimam sextam. Quando enim fabrica non est translatum in populum, potest Episcopus sumere aliquam partem ex aceruo fructuum communi decimarum pro fabrica reparat. quando autem ex consuetudine etiam translatum potest populum compellere, & non potest fructus decimarum sumere. Ad decimam septimam, An Canonici Capituli Ecclesiae teneantur Episcopo rationem reddere administrationis fabricae Ecclesiae, & fructus omnes in vtilitatem eiusdem Ecclesiae expendere, non obstante consuetudine immemoriali, respondit teneri reddere Episcopo rationem, omnesque fructus in vtilitatem eiusdem Ecclesiae expendere, nisi per Episcopum velint visitari pecuniam, quae in fabricam impendant. Ad decimum octauum. Subcollectores non possunt visitari, nec corrigi ab Episcopo. Ad decimum nonum. cap. 9. sess. 25. habet locum tam in perpetuo, quam in possessorio. Ad vigesimum. Redditus fabricarum, potest Episcopus expendere pro suo arbitrio.

Vnde obtinentes Dignitates in d. Ecclesia Tole-
tana, † & alijs Ecclesijs Hispaniae non possunt hodie 199
excusari a residentia, licet ante Concilium essent in consuetudine immemoriali non residendi. Nec videntur etiam posse excusari dicendo, quod Concilium non sit quoad hoc receptum in dictis Dignitatibus & Ecclesijs. Nam, cum Concilium deroget consuetudini immemoriali, videtur ei derogare, tanquam irrationabili Couarr. d. lib. 4. vari. cap. 13. sub num. 5. & sic non videtur excusare non receptio, vt alias dicitur infra 11. part. cap. 5. n. 161.

Septimo dubitatur, an, si ante Concilium Tri-
dentinum † litigatum esset super residentia cum a- 200
liquibus Dignitates obtinentibus, qui habuerant sententiam, & rem iudicatam non teneri ad residentiam, quia probauerunt immemorialem, teneantur nihilominus ad eam post Concilium? & videtur non teneri. Nam Concilium hic non derogat sententijs, vt derogat in c. 4. sess. 6. & in cap. 6. sess. 25. de reform. in qua derogatione comprehendi-
tur etiam res iudicata, † nam licet derogatio senten- 201
tiarum non comprehendit illas, quae transitum fecerunt in rem iudicatam, Alex. consil. 94. numer. secundo lib. 2. Decius in l. res iudicata, numer. 3. ff. de reg. iuris. hoc procedit in rescripto Principis, non autem quando per viam legis aliquid statuitur, non obstantibus sententijs, quia nunc tollitur etiam res iudicata, vt fuit resolutum per Rotam in causa Abulen. iurisdictionis. 22. Ianu. 1584. coram Domino Orano.

Et vbi Concilium non derogat sententijs, non
comprehendit casus † per sententiam determina- 202
tos, vt alias Congreg. censuit circa cap. 8. sess. 7. de reform. in vna Lucen. iurisdictionis visitandi his verbis. Congregatio Concilij censuit per cap. 8. sess. 7. praesupposito, quod sententiae, & concordiae excludant Episcopum a visitatione, illis Concilium non derogasse, cum enim d. capi. faciat diuersas derogationes, censetur alias non expressas noluisse derogare, & est alia declaratio super dict. capite octauo, quae sic ait. Concilium hic non censetur sustulisse, nec rem iudicatam, nec concordias.

Eandem tenuit Rota in vna Legionen. iurisdi-
ctionis † de Saldanna inter Episcopum, & Archi- 203

diaconatus de Silldanna 13. Nouembr. 1583. coram D. Blancheto, vbi in fine decisionis sic dicitur, *Neque etiam obstat decretum Concilij Tridentini, tempore capit. 20. sessione 24. quia, vt fuit resolutum ab illustrissimis Cardinalibus, Concilium non comprehendit casus per sententiam determinatos, vt in illa Laicen. tunc causa data fuit; ideo videndum primo, an d. sententia sit in forma probanti, & quos casus comprehendat?*

104 Et idem fuit resolutum in causa Burgen. iurisdictionis Archidiaconatus de Virbiesca coram † D. Seraphino, & D. Mantica vt in decisionibus sequentibus.

Burgen. iurisdictionis Archidiaconatus de Virbiesca Decembr. 1585. coram D. Seraphino.

105 *FVit conclusum † sententiam esse in forma probanti, cum fuerit extracta citato Reuerendissimo D. Archiepiscopo, & recognita per vnum testem, qui est quartus, nec non alij testes deponunt, quod Notarius de erogatur, erat Notarius publicus, fidelis, & legalis, & pro tali reputatus habitus, quæ sufficere dixerunt in sententia lata ante 70. annos.* Puteus decis. 151. & 358. libro 2. *quæ procedunt de plano, iuncta obseruantia, de qua per testes D. Archidiaconi. Fuit item decisum sententiam continere iurisdictionem priuatiuam ad Episcopum, ex eo, quod loquitur de iurisdictione acquisita mediante vsu longissimi temporis, & sic per præscriptionem, quæ dicitur priuatiua.* Calder. de præscriptio consil. 2. *Felin.* in capit. Pastoralis, num. 5. de offic. Ordin. *Balb.* part. 5. pœnitentialis quæst. 11. numer. 8. *cum alijs per informantes deductis, quod etiam admittitur per Dominos scribentes pro Archiepiscopo; Non obstat, quod opponitur de notoria iniustitia ex eo, quod sit contra constitutionem synodalem, quia hoc respicit petitorium, nec hic potest habere locum præsumptio iuris, & obseruantia constitutionis synodalis, cum præsumptio cedat probationi, quam habemus ex testibus. Non obstant sententiæ, quæ ex aduerso deducuntur latæ per Prouisores Episcopi ante Concilium Tridentinum, quia præter quod non videntur in forma probanti, illæ sunt latæ extra districtum Archidiaconatus, & inter personas non subditas, & pro delictis alibi commissis, neque constat de aliqua sententia Archidiaconi, quæ vero gesta fuerunt post Concilium, non releuant, cum fuerint molestiæ illatæ prætextu decretorum Concilij, quæ dederunt causam huic liti. Quare stante decisione superiore coram R. P. D. Blancheto in causa Legionen. iurisdictionis, quod Concilium non tollit sententias, & res iudicatas, Domini vnanimiter concluserunt sententiam releuare ad effectum, de quo agitur, scilicet manutentionis, & ideo dixerunt dandum esse mandatum de manutenendo D. Archidiaconum.*

In eadem 11. Febr. 1594. coram D. Mantica.

106 *SVpponendo sicut alias † præiudicio, quod iura nouissime in actis producta sint in forma probanti, & testes legitime examinati, die 18. Ianuar. proxime præteriti, dubitaui, an releuent ad effectum probandi contrauentiones contra mandatum de manutenendo Archidiacono concessum. Et placuit Dominis, vt Archiepiscopus in aliis cederet dictis contrauentionibus, cum purgari aliter non possint, & deinde facta cessione discuteretur negotium principale, rursus autem die vndecima Februarij, quæ dilucidius possit intelligi, quibus contrauentionibus sit cedendum, & vt Archiepiscopus in posterum dici non possit contrauenisse, proposui nonnullos alios casus, in quibus, scilicet visitatio, Archidiaconus vigore d. mandati possit in quasi possessione sua tueri, & in quibus Archiepiscopus suam quoque iurisdictionem valeat libere exercere. Itaque in primis placuit Dominis Archiepiscopum posse Archidiaconatum visitare, ita tamen, vt visitatoris officium non excedat, & consequenter non valeat clericorum crimina corrigere, sed debeat Inquisitores eod. Archidiacono derelinquere, vt in cap. 1. §.* fino, de censibus in 6. *& hoc dicebant etiam Dominum fuisse decisum coram R. P. D. meo Blancheto in Legionen. iurisdictionis septima Februarij 1583. Cæterum crimina, quæ sunt notoria, ita vt nulla tergiuersatione celari possint, nullaque indigeant probatione, posse eum corrigere, & pœnam pro illis debitam infligere, vt in* dict. §. fine, *expressum est; verum, quia multa dicuntur esse notoria, quæ non sunt, cap.* consuluit. de appellat. *& ibi Baldus explicuit, idcirco placuit etiam constare debere ea esse notoria, ita, vt super his negligentia inferioris notari possit, vt in* dict. §. fine, *& ibi Francus declarat,* numero 3. *& Alexand.* consilio 186. in fin. & numero 15. libro 2. *& late Felin.* in cap. cum ordinem, numero 31. cum seqq. de rescript. *Secundo etiam placuit Archiepiscopum non posse in causis primæ instantiæ suam iurisdictionem exercere, nec recipere appellationes, nisi à sententia diffinitiua, vel ea, quæ vim habeat diffinitiuæ, cum Archidiaconus sit in quasi possessione exercendi iurisdictionem priuatiue ad Archiepiscopum, & quoad eam habeat etiam mandatum de manutenendo, quod, cum sit generale, complectitur omnes casus, in quibus aliud in specie non probatur* leg. in fraudem. §. vlt. de testament. milit. *coniuncto* capit. 2. in fin. de coniugio leprosorum, *cum alijs additis a Curtio Seniori* consil. 10. num. 2. & 3. *& Iason* in leg. à diuo Pio, in principium. 7. de re iudicat. *Dec.* consilio 142. numero 4. *& Nata* consil. 199. numer. 10. *neque quoad hoc necessariam esse aliam declarationem. Tertio etiam placuit Archidiaconum non posse vti monitoriis generalibus pro releuatione in forma significauit, quia S. Concilium Tridentin. hanc facultatem solis Episcopis tribuit, & non inferioribus Prælatis, vt in* cap. 5. §. quapropter. de reformatio. sess. 25. *Quarto etiam placuit Archiepiscopum posse concedere licentiam Clericis, vt à suis Beneficiis ex causa rationabili abesse possint, secundum quintam Concilij sanctionem* in cap. 1. de reformatio sess. 23. *similiter eum posse concedere facultatem prædicandi in Ecclesiis ipsius Archidiaconatus, vt* capit. 2. sessione quinta, *& simili modo posse eum monialibus concedere licentiam emittendi professionem, quæ aliter fieri non potest, vt colligitur ex eod. Concilio* cap. 16. sessione 25. *item posse eum dare facultatem, vt ex vrgenti necessitate, vel euidenti vtilitate, & seruata debita solemnitate, possint alienari bona Ecclesiæ iuxta* capit. 1. de reb. Ecclesiæ. libro 6. *Abbas* in cap. nulli, num. 5. eod. & in cap. cum Apostolica, num. 5. & 9. de his quæ fiunt à Prælatis.

In ead. 16. Nouemb. 1594. coram eod. D. Mantica.

FVit decisum † sententiam à R. P. D. meo Decano latam esse confirmandam, quia iuste processum fuit iuxta formam sententiæ de partibus anni 1512. quæ cum esset transacta in rem iudicatam, non fuit à S. Concilio Trident. session. 24. capit. 10. de reformat. *sublata, neque enim*

enim potest in dubium reuocari, quin illa sententia intelligatur de iurisdictione competente Archidiacono priuatiue ad Archiepiscopum; Primo, quia loquitur de iurisdictione acquisita ex possessione, vsu, & consuetudine ipsius, & antecessorum suorum, per quam quidem consuetudinem, & præscriptionem longissimi temporis acquiritur iurisdictio priuatiue ad Superiorem cap. irrefragabili. §. excessus, de officio Ord. *Abbas* in cap. auditis, numer. 14. de præscript. & in cap. pastoralis, numer. 7. *& Felinus* numer. 11. de officio Ord. *Calder.* consil. 2. de præscript. *Balb.* part. 1. part. quintæ pœnitentialis, quæstione 11. numer. 8. *Secundo, quia in sententia dicitur Episcopum non posse ponere Vicarium, neque aliquem alium iudicem in d. oppido de Virbiesca, neque in oppidis, & locis eius Archidiaconatus. Vnde, cum sententia prohibeat, ne Archiepiscopus possit ponere Vicarium, neque aliquem alium iudicem in dictis locis, consequens est, vt eum excludat ab exercitio iurisdictionis, quia deputatio Vicarij, seu officialis est actus iurisdictionis, Ruin.* consil. 2. num. 4. lib. 4. *neque sententia potest restringi ad Ecclesiam, & personas oppidi de Virbiesca, quia expresse loquitur etiam de aliis oppidis, & locis eius Archidiaconatus. Tertio, quia huiusmodi etiam interpretatio fuit recepta ex obseruantia subsecuta, vt probatur ex iuribus in actis ab Archidiacono productis, quæ quidem obseruantia est cuiuslibet dispositionis interpres.* leg. quædam, de rebus dub. leg. si de interpretatione & l. minime. ff. de legibus. *Gabri. qui alios concordantes refert* consil. 66. num. 24. lib. 2. *& de sententia loquitur in specie Crauetta* consil. 10. num. 9. *neque obstant iura Archiepiscopi cum depositionibus testium, ex quibus dicitur probari aliud etiam fuisse obseruatum, quia præterquam quod illa iura, cum non sint in forma probanti, & testes non sint legitime examinati in hoc dubio, sunt circumscripta, fuit etiam dictum eos actus iurisdictionales longo ex interuallo ab anno 1512. fuisse subsecutos, & ideo illi intelliguntur actus turbatiui, qui non possunt infringere præscriptionem ab Archidiacono completam, & per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam confirmatam. DD.* in c. auditis, de præscr. vbi Abb. *n. 5. notat, quod interruptio post completam præscriptionem non lædit ius quæsitum, nam ad tollendam præscriptionem completam requiritur tempus ad præscriptionem præstitum, vt scribit idem etiam Abb.* cons. 94. in fi. lib. 1. *neque obstat, quod Archidiaconus, non sit tutus immemoriali præscriptione, quia sufficit ei res iudicata, quæ à S. Concilio Tridentino non tollitur, vt dictum est: neque ad rem pertinet, quod illa sententia sit sine actis, & ideo non debeat executioni demandari, Mohed.* dec. 319. *alias* 11. de re iudicata & 148. *alias* 3. n. 2. de testibus *quia, cum sit antiqua, pro ea præsumitur etiam sine actis, tam quoad iustitiam, quam quoad solemnitatem. Curtius Senior* in l. admonendi, n. 172. de iureiurando *Cassad.* dec. 3. n. 2. de procurator. *Puteus* 358. lib. 2. *Ripa* resp. 1. n. 14. & 25. de iure patr. leg. 2. *& quoad alium effectum sententia intelligitur antiqua etiam ex spatio.* 50. 40. *vel* 30. *annorum. Puteus* d. dec. 358. *& Ripa.* d. resp. 1. *numer.* 9. *sine dubio putat tempus* 45. *annorum antiquum esse, in proposito autem adhuc longius tempus vsque ad annum* 1577. *quo lis mota fuit transactum est, neque etiam refragatur, quod illa sententia fuerit lata in iudicio possessorio tantum, quia imo petitorium etiam complectitur, nam nititur ex possessione vsu, & consuetudine longi temporis, quæ dicitur præscriptio & ad proprietatem, seu vtile dominium pertinet, & finem litibus imponit. l. vlt. fine.* & notat Bar. *in princip. C. de edict. D. Adr.* idem Bar. *in l. vlt. n. 5. ff. pro suo, & in l. 1. §. vlt. ff. ad Tertull. & in l. transacta, de verb. signific.* Dec. *cons.* 172. n. 6. *præterea in d. sententia dicitur ad Archidiaconum pertinere correptionem, visitationem, & prouisionem omnium Beneficiorum d. Ecclesiæ, & personarum illius, quod quidem verbum pertinere, late patet, ad petitorium etiã refertur.* l. verbum pertinere, de verb. signific. *Rota* dec. 9. de causa poss. in nouis, & 49. de rescript. in antiq. *Aret.* cons. 6. num. 8. *item cum in dict. sententia dicatur Episcopum non posse ponere Vicarium, neque aliquem alium iudicem in d. oppido de Virbiesca, neque in locis eius Archidiaconatus apparet petitorium esse comprehensum.*

In eadem 13. Ian. 1595. coram eodem D. Mantica.

PLacuit Dominis † non esse recedendum à declarat. facta die 16. Nou. proxime præteritis vt sententia lata à R. P. D. meo Decano ad fauorem Archidiaconi debeat confirmari, nec obstat, quod sententia de partibus lata de anno 1512. ex qua potissimum sententia Rotalis nititur, sit sine actis, & ideo non faciat fidem, nec debeat executioni demandari secundum stilum Rotæ. *Mohed.* dec. 319. *alias* 11. de re iudic. & 148. *alias* 3. n. 1. de test. *fuit dictum coram eodem D. Decano in Meliten. præcedenti. 5. Dec. 1578. quia id locum non habet quando sententia est antiqua, & habeat effectum, quia ex obseruantia subsecuta præsumitur iustificata, in casu autem proposito obseruantia probatur ex iuribus in actis ab Archidiacono productis, neque ad rem pertinet, quod ex commissionibus ab Archidiacono impetratis anno 1517. & aliis sequentibus & iuribus inductis ab Archiepiscopo appareat d. obseruantiam non fuisse absque contradictione Archiepiscopi, quia ex perturbationibus Archidiacono, post aliquod temporis interuallum illatis, & inhibitionibus ab eo obtentis, non modo non tollitur obseruantia subsecuta, sed magis confirmatur, Nam quasi possessio Archidiaconi in exercenda iurisdictione priuatiue ad ipsum Archiepiscopum comprobatur, neque enim requiritur obseruantia longi temporis, sed sufficit per aliquos actus ita fuisse obseruatum, quia optima est præsumptio, quæ ex effectu subsecuto colligitur,* l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. l. quædam sunt de rebus dubiis *Decius* cons. 36. columna tertia in fine *Alben.* cons. 104. numero quarto. *nam simili quoque modo obseruantia, quæ habet vim declarationis, non eget longi temporis præscriptione. Butrius* in capite vltimo, numero quadragesimoseptimo de cõsuetudine, *Castrensis* consil. 3. 7. numero quarto libro primo, *Alexander* 157. numero vigesimo primo, libro secundo & octauo, numero 6. lib. 6. *Aret.* consil. vndecimo numero quinto *Crauetta qui alios etiam refert* consilio 118. numero secundo & 101. numero duodecimo. *neque etiam dici potest eum, qui iudicem adiuit, & inhibuit, & coram eo ius suum prosecutus fuerit, suam amittere possessionem. Baldus,* in capite querelam columna tertia & vltima, de elect. *Afflictus* decis. 398. numero septimo. *Puteus* decision. 319. numero secundo libro secundo, *quod multo magis est reperiendum quando lis cœpta non fuerit agitata, sed deserta, vt in casu proposito, in quo non constat de reproductione citationis, neque etiã obstat testis in Curia pro Archiepiscopo examinatus anno 1581. qui de visu deponit à 50. annis Archiepiscopũ, & Archidiaconum de causis cognouisse cumulatiue, & præuentiue, quia ille est vnicus, & ideo fidem non facit.* l. vbi numerus. ff. de testibus l. iurisiurãdi. C. eod. *præsertim, cum aliud ex testibus, & scripturis probet. Item quia dictum secundum*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ipsemet restringit, post Concilium, & contradicentes Archidiaconi fatetur, praeterea suffiat quod sententia prius fuerit per aliquos actus, & aliquo temporis spatio obseruata, quia effectus subsecutus, & rerum exitus demonstrat id verum esse, quod dicitur, vt notat Decius in capite ad audientiam, numero primo de appellatione, & *Crauetta* consil. 201. numero vndecimo in fine & 12. cum aliis supra citatis, *si quidem effectus a praedominio vincit etiam naturam. Sylues. Aldobran.* consil. quinquagesimo secundo n. 17. *atque ex his Domini censuerunt persistendum esse in decisis.*

209 In eadem † causa 23. Iun. & 3. Iul. 1595. coram D. Lita Domini steterunt in decisis, & denegata est remissoria Archiepiscopo.

210 His tamen non † obstantibus, in proposito dubio contrarium dicendum est, nempe obtinentes Dignitates teneri ad residentiam, etiamsi ante Concilium cum eis esset litigatum super residentia, & habuissent sententiam, & rem iudicatam in fauorem, quia probauerunt immemorialem non residendi, nam cum sententia illa, & res iudicata fundetur, & innitatur consuetudine immemoriali non dat plus roboris illi, quam de se habet, sed solum imponit finem liti, & sententia non dat ius, sed declarat competere ex illa consuetudine *l. sicuti. §. sed si quaeratur ff. si seruitus vendicetur.* Et ita alias in simili circa *d. c.*

211 20. *sess.* 24. fuit declaratum † per S. Cong. his verbis. *Quia in fine huius decreti est derogatio priuilegiorum, dub. an hoc decretum sustulisset etiam res iudicatas, quae contrahunt priuilegiis ante ipsum Concil. obtentis. Cong. censuit affirmatiue, scilicet sustulisse, quia sententia, cum innitatur priuilegio, non dat plus roboris priuilegio, quam de se habet, sed solum ponit finem liti, ita die 9. Apr. 1587. in vna Salamantina Sixtus V. audita relatione Cong. respondit, vt ita mandauit in similibus respon-*

212 *deri.* Nec † obstant in contrarium adducta, nam procedunt vbi non constat sententiam, & rem iudicatam fundari, & inniti fundamento reuocato.

213 Octauo dubitatur, † an per Concil. ibi censeatur derogatum statutum, etiam a Sede Apostolica confirmatum, per quod coceditur vltra tres menses abesse. Et videtur, quod sic attenta vniuersali posita ibi *cuiuslibet statuti,* ex Bonifa. *in Clem. dudum, §. nos etenim, n. 14. de sepul.*

214 Nihilominus tamen † respondetur negatiue, propter duplex vinculum, ex gloss. *verb. pacta, in d. §. nos etenim,* quam sequuntur Feli. *in c. constitutus, n. 21. de rescript.* Staphil. *de literis gratia tit. de vi. & effectu clausular. §. verb. contrariis quibuscumque, quod operetur.* Rebuffus *in concordatis in forma mandati Apostolici. verb. confirmatione,* Put. *dec.* 172. *n.* 2. *li.* 4. & Flores de Mena plures referens, *quaestione* 10. *n.* 41. & *seq.* & ex *dec.* Achilles 1. *de confirmatione,* alias 60. *in impressis.* Rota *dec.* 457. *n.* 9. *p.* 1. *diuers.*

215 Et ita in causa Salamantina iurisdictionis 14. Decem. 1579. coram D. Seraphino fuit resolutum *capite 3. sessione* 24. non derogari consuetudini confirmatae.

216 Et ita in terminis S. Cong. † Concilij respondit Archiepiscopo Valentino his verbis, *congreg. declarauit statutum, quo permissum est canonicis quatuor menses quolibet anno ab Ecclesia abesse, si a Sede Apostolica confirmatum est, non esse sublatum a concilio,* sess. 24. capite 12. & *ideo obseruari debet, die 26. Iun. anno* 1576. Est etia declaratio 3. sup. adducta. n. 197. & alia quae sic ait, *Statutum per q. conceditur abesse, vltra tres menses ab Ecclesiis cathedralibus, & collegiatis, si a Sede Apostolica fuit confirmatum, non censetur derogatum per concilium,* alias ibi, *Non obstantibus quibuscumque statutis, consuetudinibus etiam immemorialibus, non tamen sustulit hoc decretum fundationes, nec confirmationes Apostolicas.* Consonat d. Concilium Bononien. *in.* 6. *de resid.* 3. *de his, qui ad residentiam tenentur, vers. itaque hi, & §. de causis excusantibus Canonicos a residen. versic. quod si haberet.*

217 Et ita etiam † alias S. Cong. declarauit, quod Concordiae a Sede Apostolica confirmatae non censentur sublatae per Concil. *sess.* 6. *cap.* 4. & *sess.* 25. *cap.* 6. *de refor.* vt in declaratio. sequenti. Prima *sup. d. c.* 4. *Fuit resolutum a Rota, & congreg. concilij de mente Greg. XIII. hunc tex. non tollere concordias confirmatas a Sede Apostolica.* Secuda, *An per concilium,* sess. 6. c. 4. & sess. 25. c. 6. *derogatum sit concordiis non confirmatis per Sedem Apostolicam, cong. concil. censuit derogatum esse concordiis, praeter quam confirmatis per Sedem Apostolicam, reliquas suas duntaxat tenere authores.*

218 Sed succedit difficultas, an id solum procedat † in statutis confirmatis ex certa scientia, & cum causae cognitione, an vero etia in confirmatis in forma communi, & videbatur procedere etiam in confirmatis in forma communi.

219 Nam etiam in his concurrit † duplex vinculum, cum statuta ista ante concilium alias valida praesupponantur, & sic verificetur conditio confirmationis in forma communi, & conducunt tradita per Decium, *in rub. de confirm. vtili.*

220 Et quod derogatio generalis † non tollat confirmata in forma communi, docet curtius Iunior *in l. more, n.* 41. *ff. de iurisdict. omnium iudic.* & videtur de mente d. glos. & sequacium *in d. §. nos etenim.* Rotae & aliorum per Achillem 1. qui ad istum effectum non distinguunt inter confirmationem ex certa scientia & in forma communi; & ita alias dederunt sua votum D. Robusterius Episcopus Oriolen. & D. Seraphinus cardinalis Illustris. tunc Rotae Auditores doctissimi per S. cong. concil. in causa Abulen. iurisdict. inter Episcopum D. Petrum Fratrem teminium, & capitulum.

221 Nihilominus tamen S. † cong. declarauit illas tantum confirmationes esse preseruatas in decretis concilij quae emanarunt ex certa scientia, & cu causae cognitione, nam in confirmatione in forma communi non censetur concurrere duplex vinculum considerabile, cum istius generis confirmatio parum, aut nihil operetur, glo *in cap.* 1. *de confir. vtili. verb. confirmationem,* & *in c.* 2. *ne sede vacan. verb. in forma communi,* card. *cons.* 64. *n.* 6. Imola *in c. penul. in fin. de confirm. vtili.* curtius Iun. *cons.* 113. *n.* 6. Cassad. *dec. vnic. n.* 2. *de confirm. vtili.* Mandos. *reg.* 22. *q.* 10. *n.* 9. & 10. & *de signatura gratiae, tit. de confirm. versi. confirmationum altera,* & *versi.* & *haec confirmatio,* & Man. Rodriguez. *q. reg.* 4. *tom. q.* 8. *art.* 3. & tradit Gouçalez *glos.* 25. *n.* 14.

222 Quae declaratio S. cong. † sic se habet, *praesupposito decreto S. Cong. quod concordiae a Sede Apostolica confirmatae non censentur sublatae per Concilium,* sess. 6. c. 4. & sess. 25. c. 6. *an censeantur praeseruatae concordiae confirmatae in forma communi, an vero illae tantum, quae fuerunt confirmatae, ex certa scientia? cong. auditis vtrisque aduocatis eorumque rationibus diligenter perpensis, censuit illas tantum confirmationes intelligi praeseruatas in decretis concilij, quae manarunt ex certa scientia, & cu causa cognitione die Iouis, 13. Nou. 1586.* Idem etiam habetur in declaratione Segouien. supra adducta, *numero* 198. *ad* 12.

223 Quod procedit etiam, quod simul concurrant consue-

consuetudo immemorialis, & concordia, & confirmatio Papae in forma communi in [illegible] *Adagio*. 6.

224 quod derogat etiam consuetudinibus, etiam immemorialibus, vt declarauit S. Cog. [illegible] anno 1585. in causa Conchen. iurisdictionis, de qua infra, his verbis. *Cong. Conc. [illegible] concordia confirmata a Papa in forma communi cum qua concurrat consuetudo immemorialis sit [illegible] per Concilium derogatum.* Quae iuxta istam declarationem fuit in Rota expedita, per D. Mantica.

225 Et fuit dictum in causa Veronen. † exemptionis 27. Maij 1594. coram D. Pamphilio his verbis. *Non obstat [illegible] capitulis, quia est sublata per Trid. quod in c. 6. sess. 15. expresse derogat consuetudini [illegible], & procedit, etiam quod simul concurrant consuetudo [illegible], concordia, & confirmatio Papae in forma communi, vt [illegible] fuit Cardinales S. Cong. interpretes de anno praeterito in causa Conch. iurisdictionis, quae [illegible] resolutionem fuit in Rota per D. [illegible] Decanum expedita.*

226 Vnde in nostro proposito, etiamsi concurrat immemoria. statutum, & confirmatio in forma communi non † suffragabuntur ad effectum d. decreti *sess.* 24. *c.* 12. *de refor.*

Intellige autem censeri praeseruatam confirmationem ex certa scientia, quando in derogatione nulla facta est mentio de confirmatione Apostolica, alias enim vbi in derogatione fit mentio de confirmatione Apostolica, intelligitur etiam ex certa scientia, maxime si additur, *aut alia quacumque firmitate,* seu *alia quauis praesidio,* glossa Zenzelinus *in extrauag. suscepti, de electio. versi. confirmat. in extrauag.* 15. *vigesimo* [illegible].

227 Illa vero dicitur † confirmatio ex certa scientia & cum causae cognitione, in qua est insertus tenor rei confirmatae, vel saltem narrat eius substantia, & est expedita praecedente solita discussione Rotae. *cons.* 457. *n.* 7. & 346. *n.* 2. vbi † Hos. Mandos. Doct. *in c.* 1. *de confir. vtili.* Decius *in c. peruenit n.* 15. [illegible] & *comittit* alia per Hier. Gabr. *cons.* 183. *n.* 14. *li.* 1. Molina *de Hisp. primog. lib.* 2. *c.* 7. *numer.* 9. Mascar. *de probatione conclus.* [illegible] lo. Gutierrez *consil.* 11. *numer.* [illegible] & Velasquez *in reg.* 42. *Taur. glossa* 3. *numer.* 5. & Rota *dec.* 433. *num.* 3. *p.* 2. *diuersorum,* & fuit resolutum in causa Calciaten. iurisdictionis 16. Iun. 1587. coram D. Rubeis, & in causa Abulen. iurisdictionis 21. Iunii 1587. coram D. Orano, & in Burgen. iurisdictionis 3. Maij 1587. coram D. Pamphilio, & in Seguntin. iurisdictionis 27. April eodem anno, & in Conchen. iurisdictionis 2. April. 1593. cora D. Mantica & ind. Veronen. exemptionis 17. Maij 1594. & in aliis causis.

228 Dixi, *& est expedita.* † Vt in d. Seguntina, & in Burgen. ante literarum expeditionem non potest dici adhibita causae cognitio, vt in d. Calciaten. & in dicta Conchen.

229 Quae etiam causae † cognitio excluditur in concordia quae est inter partes, quando confirmatio concordiae fuit obtenta ad supplicationem amos partis [illegible], Hostien. *in sum. de confirmat. vtili. §. qualiter facienda sit, versi. hoc tenea.* Butrius *in d. c. penul. nu.* 9. Bald. *in margarita, versic. confirmatio ex certa scientia* [illegible] *consil.* 455. *n.* 4. *lib.* 1. Calcan. *consil.* 10. *n.* 7. Roder Suarez *allegat.* 14. *n.* 2. & fuit resolutum in d. Abulen. & in d. Veronen.

230 Sed in confirmatio, in qua adest clausula ex certa scientia, non tamen est insertus tenor, † aut narrata substantia rei confirmatae, an sit ex certa scientia, an vero in forma communi, Abb. *in c. examinata, de confirm. vtili. ad fin.* & Rom. *in d. consil.* 327. *n.* 7. & Decius *in d. c. peruenit n.* 15. tenent esse ex certa scientia, & sequitur Rota in d. Abulen. & in d. Burg. & Rota *dec.* 780. *n.* 3. *p.* 1. *diuers.* an confirmationem esse in forma communi, cum in ea desiceat clausula, *ex certa scientia,* & in dubio confirmationem praesumi in forma communi, atque adeo clare sentit confirmationem in qua adest clausula, *ex certa scientia,* esse ex certa scientia, & non in forma communi. Idem tenet Anto. Gabr. plures referens de clausulis *tom.* 1. *n.* 1. & 3. dicens clausulam, *ex certa scientia,* actum nullum, & inualidum confirmare, & statuta iniusta, & iuri contraria, & Velasquez *d. num.* 6. P. Molina *de iustitia tom.* 1. *tractat.* 2. *disputatione* 174. & *tertio tomo disputatione* 597. & videtur Mascardus *supra numero* [illegible].

231 At in vna Romana † Secretariatus 20. April 1592. coram D. Seraphino fuit dictum *confirmationem, etiam cum clausula, ex certa scientia, laborantem defectu intentionis ab [illegible] nihil operari.* Corneus consil. 84. n. 4. lib. 2. *quem refert & sequitur Alex.* consil. 112. & ibi additio littera A. li. 4. *& Rota in alia* [illegible] *Calciat. coram Rubeis 16. Ian. 1587. dicens [illegible] coram [illegible] Seraphino resoluisse confirmationem non posse dici fore ex certa scientia, non obstante appositione d. clausula, nisi vero tenor, tunc Papae innotuerit, & fuerit insertus,* Ferretus consil. 38. n. 5. Decius consil. 35. nu. 5. Gozad. consil. 9. n. 8.

232 Et similiter in vna Mediolanen. fructuum † 24. April. 1592. coram D. Blancheto fuit resolutum. *Clausulam* Motu proprio *non tollere defectum intentionis, Et d. decis.* 331. & 475. *neque etiam clausulam* ex certa scientia, *quia non operatur, quoad ea, quae sunt facti.* D. [illegible] & Gozad. ibi Put. dec. 70. n. 4. li. 3. *Ant. Gabr.* supra n. 36. 47. & 48. Vantius de nullitat. ex quis possit dicere de nullitate, n. 18.

233 Ego dicerem confirmationem, in qua apposita † est clausula, ex certa scientia, esse confirmationem, ex certa scientia, & non in forma communi ad effectum confirmandi actum, alias de iure inualidum, iuxta adducta num. 230. non tamen tollere defectum intentionis, nec purgare vitium surreptionis. Ripa *responso* [illegible] 2. quem refert Ant. Gab. 2. n. 25. Molina d. li. 2. c. 7. n. 15. & Io. Gutier. *d. consil.* 11. *n.* 13. & Rota in Caesaraugustana exemptionis 20. Maij 1585. coram D. Orano, quando nomine de eo constat, Rota *dec.* 36. *n.* 6. *li.* 1. & 14. *p.* 2. *diuers.* & ut vult P. Molina 2. praeterea confirmationem, cum clausula ex certa scientia, non posse dici ex certa scientia, & cum causae cognitione, ex quo enim non est insertus tenor, aut narrata substantia rei confirmatae non potest dici adhibita causae cognitio, & sic istam confirmationem non esse praeseruatam in decretis Concilij, & ita procedet dec. in d. Calciaten.

234 Nec clausulae, *quorum tenores,* † & *supplentes omnes defectus,* & *iuris defectus* faciunt, vt confirmatio sit ex certa scientia, quia illa solum deseruit ad tollendam surreptionem iuxta *consil.* Burtij 2. de quo infra nu. 305. & fuit in proposito resolutum in d. Abulen. & & in d. Conchen. iurisdictionis licet contradicat Velasquez *d. nu.* 4. haec vero non supplet, nisi defectus iuris positi in speciem in literis, Ferretus *consil.* 38. *n.* 4. & fuit resolutum in d. Calciaten. & in d. Abulen. iurisdictionis.

235 Et iuxta supradicta † cum in Ecclesia Abulen. adsit statutum antiquum, quod est 16. in ordine, per

quod concedit ut eius Beneficiatis abesse quolibet anno quatuor mensibus,& pro parte D. Petri Fratrum Temnini Episcopi Abulen. propositum esset in Cong. sequens memoriale. *Ex deeret in decreto Sac. Concil. Triden. sess. 24. c. 12. de reform. cauetur, ut obtinentes in Ecclesiis Metropolitanis, Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis Dignitates, Canonicatus seu Portiones, possint vigore cuiusuis statuti, siue consuetudinis recreationis causa vltra tres menses ab iisdem Ecclesiis abesse, Decanus, & Capitulum Ecclesiae Abulen. praetendunt in eam cum ea praetensi statuti, siue consuetudinis, non obstante praedicto decreto posse ex d. recreatione abesse a seruitio, & residentia earum Ecclesiae per quatuor menses, & acdeirci non solum Praebendarum grossam, verumetiam quotidianas distributiones, ac si diuinis interessent, lucrari. Reuerendissimus dominus Episcopus videns eos huiusmodi praetensione cultum diuinum aug[illegible] laedi, cumque esse de directo contra dispositionem praedicti decreti, recurrit ad Sanct. Congregationem supplicans declarari dubi; primo, an d. decretum c. 12. sess. 24. sustulerit quamcumque consuetudinem, & statuta, quae longius tempus tribus mensibus indulgeant. Secundum, an in dictis tribus mensibus, quibus possunt recreationis causa abesse a residentia Ecclesiae, lucrentur, quaecumque distributiones quotidianas, quocumque nomine nuncupentur, & ex quacumque causa dentur, & distribuantur, & quatenus declarationes super praemissis per S. Congregationem factae sunt, supplicatur rescribi Reuerendissimo Episcopo, vt illae in d. Ecclesia obseruentur.* Sic responsum est *Reuerendissime Domine Frater Episcope Abulen. Reuerendissime D. tua Frat. scribit S. Congregat. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum libellum, qui cum his erit literis, censuitque donec, & quousque Rota decreuerit confirmationem illam Ecclesiae Abulen. validam, & legitimam, esse seruandum decretum Concilij praedicti, sess. 24. cap. 12. de absentia trium mensium, non obstante quacumque consuetudine, etiam immemoriali, interea vero absentes non lucrari distributiones quotidianas, quod idem ad amplitudinem tuam perscribi, vt eam ibi nota sit Congregationis sententia, eam obseruandam curet, & bene valeat in domino, quem ei propitium precamur. Romae die 5. Augusti. 1586. amplitudinis tuae Reuerendissimae, vti Frater studiosissimus.*

A. Card. Carrafa.

236 Quae declaratio, cum pro parte d. domini † Episcopi fuisset intimata capitulo, seu punctatoribus chori, qui id retulerunt in Capitulo ordinario, die 8. Octob. 1586. Capitulum statim respondit, quod illis obediebat, & quod fieret computatio, seu numeratio iuxta d. declarationem, nempe, quod omnes dies trium mensium numerarentur in requie, id est cum horis, & distributionibus, postea tamen cum Capitulares absentes a dicto Capitulo reclamassent in Capitulo contra d. resolutionem factam eis absentibus, & non vocatis allegando d. statutum esse confirmatum in forma specifica per Leonem X. & Iulium III. & consequenter non esse derogatum per Concilium, d. cap. 12. fuit ordinatum per Capitulum, quod donec per suam sanctitatem, vel S. Congregationem aliud declaretur, visis dictis confirmationibus, & statuto, Beneficiati dict. Ecclesiae gauderent absentia quatuor mensium, sicut antea, & ita adhuc absque controuersia obseruatur in d. Ecclesia d. statutum *de absentia quatuor mensium.*

237 Quod reuera apparet confirmatum, † ex certa scientia, & in forma specifica per Leonem X. in Bulla confirmationis statutorum, anno 1519. in qua inter alia narratur substantia d. statuti per haec verba. *Et ad hoc, quod quotcumque ex eis Canonici, & Dignitates Prebendarij, & Beneficiati, etiam post 1. & 2. residentiam huiusmodi, & d. fructus redditus, & prouentus integre singulis annis percipere possit, residentiam octo mensium continuorum, vel interpollatorum, quolibet anno facere teneatur, & alias facta residentia personali per quatuor menses continuos, vel interpollatos praetacta tangendo fructus praedictos lucretur.*

238 Nec obstat, † quod Papa ibi confirmat statuta licita, honesta, & sacris Canonibus non contraria, quia vltra, quod dict. statutum de absentia quatuor mensium ante Concilium erat licitum, & honestum & sacris Canonibus non contrarium, respondetur, quod cum Papa ibi non solum confirmabit dict. statutum, & alia in specie, sed etiam in genere, alia statuta dict. Ecclesiae, etiam per Alphonsum Carillo Episcopum Abulen. & Capitulum in *libro recapitulata* d. clausula, *licita, honesta, & sacris Canonibus non contraria*, non refertur ad d. statutum, & alia in specie confirmata, de quibus Papa explicatam scientiam habebat, sed ad confirmata in genere, vt fuit alias resolutum in vna Legionen. Iurisdictionis vndecimo Maij 158[illegible] coram D. Seraphino.

239 Et magis specifice fuit d. statutum † confirmatum per Iulium III. in Bulla, seu literis S. poenitentiariae infra adducta *dubio* 10. *num.* 254.

240 Neque obstat d. declaratio † Sanct. Congregationis obtenta per D. Episcopum Temnium, nam ipsa supponebat pendere litem in Rota super confirmatione dicti statuti, & sic dicebat, donec Rota decreuerit confirmationem statuti validam, & legitimam esse, seruandum esse decretum Concilij *dict. capit.* 12. cum Concilium habeat paratam executionem, sed reuera nulla fuit lis in Rota super confirmatione d. statuti, sed super confirmatione statuti, & concordiae circa iurisdictionem quae erat in forma communi, & ostensa huiusmodi confirmatione ex certa scientia dicti statuti, quae per Concilium non est sublata, Capitulum non erat turbandum, sed potius tuendum in sua quasi possessione, de absentia quatuor mensium ad *cap. cum personae, de priuil. in* 6.

241 Rursus non obstat dicta partitio Capituli, † quia vltra, quod videtur fuisse erronea, cum soluerit Capitulum, vt dictum est, quod fieret computatio iuxta dict. declarationem, nempe, quod omnes dies trium mensium numerarentur in requie, id est cum horis, & distributionibus, cum tamen dicta declaratio expresse contrarium dicat, scilicet absentes in d. tribus mensibus non lucrari distributiones quotidianas, & sic tamquam erronea non videtur nocere illa partitio, ad *leg. si per errorem. ff. de iurisdict. omnium iudic. l. vnic. C. vt [illegible], tam vero errans, §. non videntur. ff. de reg. iuris*, Caesar de Grassis *decision.* 14. Et fuit aliarum litis de quadam concordiae resolutum in vna Salamantina fructuum, 12. Maij 1583. coram D. Bubalo. Fuit etiam erronea partitio, quia nulla erat lis super confirmatione d. statuti, vt dictum est, & sic declaratio non arctabat, & conducit resolutio Rotae, in vna Burgen. iurisdictionis coram Rubeis 12. Iun. 1584.

Quod quamuis Capitulum Burgen. per plures annos seruauerit Concil. Trid. dispositionem in sess. 5. de reform. c. 4. & sess. 23. c. 6. super visitatione, & correctione Capitularium, credens, quod etiam dictae [illegible] concordiae a [illegible]de

Sede Apostolica confirmatae, non propterea ius recuperationem [illegible], quam habebat cum Episcopo, a Sede Apostolica confirmata, quae per dict. Concilium sublata non erat, vt per Gonçalez *gloss.* 31. *n.* 42.

242 Resp. etiam, quod cum in d. confirmationibus † Leonis decimi, & Iulij III. adsit decretum irritans, capitulum non potuit vllo modo renuntiare d. statuto de absentia quatuor mensium. Abb. *in c. dilecto, n.* 14. per text. ibi *de praebend.* post glossam. *vers. huiusmodi clausula*, & illos ibi Andr. *in c. statutum ad fin. de rescriptis in* 6. *Frain in c. cum accessissent, in septimo & sexdecimo consil. &c. in cap. cum ex officio de praescrip. nu.* 36. *versic. ad idem*, vide Selua, dicens communem *de Benef.* 4. *p. q.* 9. *n.* 44. *& quaest.* 48. Probus ad Monach. *in c. cum. de rescrip. in* 6. *n.* 8. *vers. & redeundo.* Ant. Gabr. alias referens *de clausulis conclusione* 3. *numero* 18. 19. 20. 21. & 33.

243 Maxime, † quia huiusmodi statutum non potest dici esse in fauorem, & priuatum commodum tantum plurium Beneficiatorum, sed etiam aliquo modo in fauorem Ecclesiae, vt alias Beneficiati melius, & commodius seruire possint, & post honestam, & necessariam corporis, & animi recreationem alacriori animo, & spiritu ad diuinum cultum exequendum regrediantur, & sic intrat opinio Decij *in d. c. ex cum ac- cessissent, in n.* 12. *& in c.* 1. *de consti. nu.* 15 *&* 16. & cessat quod tradit Hor. Mando. *de priuil. ad instar. gloss.* 15. *n.* 31. post Crescen. *dec.* 4. *de priuil. nume.* 3. nec contraria sententia videtur admittenda contra communem in statuto, aut priuilegio concesso Ecclesiae, seu Cap. vel communitati, aut Dignitati, solumque posset procedere in priuilegio concesso personae priuatae, cui ipsa posset expresse renuntiare, non obstante decreto irritante, licet non tacite per contrauentiones, per quas solum sibi praeiudicaret in illis actibus. Ias. *in l. fin. de const. Princip. n.* 58. Fel. *d. n.* 30. & alij *supra*, & Rota *dec.* 3. *de priuil.* alias 194. *in antiquis.* Alex. *cons.* 103. *col.* 2. & alij. & ita procedit dist. Gomezij in *c.* 1. *de rescrip. in* 6 *num.* 59. & Antonij Gabr. *supra num.* 46. & facit, quod alias dicitur infra *vlt. parte capit.* 1. *n.* 10.

244 Et cum D. Aluarus de Mendoça Episcopus Abulen. successor † d. D. Episcopi Temnini visitasset, & ordinasset Cap. quod seruaret d. decretum Concilij *d. ca.* 12. *circa* absentiam trium mensium computando omnes dies trium mensium in requie, sicut ante Concilium consueuerat fieri in d. Ecclesia, postea reperta d. confirmationibus d. statuti. 16. idem Episcopus reuocauit suum mandatum, & permisit, quod Beneficiati gauderent absentia quatuor mensium, sicut antea, ex quo dicta confirmatio non erat sublata per Concilium.

Nono dubitatur, an sit reuocatum statutum, vel
245 consuetudo aliquarum Ecclesiarum, in quibus, vltra tres menses datur singulis mensib. vnus dies pro tonsione barbae. Et quidem videtur, esse reuocatum nisi sit in specie confirmandum, ex quo absunt vltra tres
246 menses, & tonsio barbae † non est alias causa legitima absentiae, maxime quia bene potest fieri extra, seu post tempus diuinorum officiorum.

Decimo dubitatur, an in istis mensibus, qui dan-
247 tur recreationis causa, † absentes non solum lucrentur fructus, seu grossam, sed etiam distributiones quotidianas maxime stante tali consuetudine, & ordinatione.

248 Quod dubium † tractat D. Io. Ocon. *in Rep. cum. ex de Cleric. non resid. in* 6. *ex n.* 16. & defendit opinionem affirmatiuam, quam in plurib. Ecclesiis ser- uari scepisse ait, eandem sententiam tenet Cenedo, *collect.* 15. *ad* 6. *n.* 7. & videtur sentire Nau. *de oratione c.* 5. *n.* 20.

Contrariam tamen sententiam, † quam tenet Probus 249
ad Monach. *in d. c. cum. n.* 54. *vers. per quae*, & alias efficacius probatur ex *d. cap. vnico*, & decreto Concilij *d. c.* 12. & ita censuit S. Congregatio. Flam. Par. *de resig. Benef. l.* 14. *q.* 10. *n.* 65. Barbosa *in praxi Episcopali.* 1. *p. vers. primum.* 9. 4. & Zerola *de Republica Ecclesiastica, tit. de Beneficiatis, n.* 6. *vers. quod si Beneficiati*, & Gonzalez §. 7. *prooem. n.* 182. vt in declaratione Abul. supra adducta, n. 135. & Gallicen. infra adducta, n. 315. & in declarationibus sequentibus, *Qui absentes sunt recreationis causa, non lucrantur nisi fructus Praeben-* 250 *darum, non autem distributiones quotidianas, siue sint antiquae, siue nouae, ex c.* 3. *sess.* 21. & 22. *quae sunt distinctae a praebendis; Nec obstat immemorialis.* Secunda. *Vacantiae annuae, vtilius, ex plerque mensium, quibus absentes distributiones percipere solebant, sublata sunt, nisi absint ex causis a iure permissis, praeterquam si d. vacationes quotidie essent fundationis, quae non est sublata, quae etiam intelliguntur sublata, si Canonicatuum fructus omnes sint distributiones quotidianae.* Tertia. *Tempore vacationum in Ecclesiis Cathedralib. & Collegiatis distributiones debent esse solita.*

Quod etiam patet ex sequenti declaratione eiusdem S. Congregationis, quae est notanda. *An liceat* 251 *Canonicis regularibus, & Portionariis saecularibus in eadem Ecclesia abesse tres menses, stante quod per eorum statuta, & consuetudines abeunt per quadraginta dies cum licentia. In saecularibus censuit S. Cong. negatiue ex hoc sess. in regularib. vero censuit non comprehendi sub hoc decreto, verum si causa sit rationabilis, & adsit licentia Prioris poterunt. De statuto vero, & consuetudine Ecclesiae Collegiatae Canonicorum regularium, vt tam ipsi Canonici, quam ipsi Portionarij, qui sunt saeculares in ead. Ecclesia, singulis annis cum licentia Prioris, & Capituli, per quadraginta dies possint abesse, quibus vna cum fructibus, massa, grossa, & distributiones quotidianas accipiant perinde, ac si diuinis interessent, S. Cong. in Portionariis saecularibus absque difficultate censuit amittere distributiones quotidianas, quae debentur tantum illis, qui stant, & dicuntur salarium diurnum quod laborantibus debetur, de regularib. vero etiam illos non comprehendi in hoc decreto, & quia habent seruitium continuum, si Prior eis concedit licentiam, cum rationabili causa posse abesse, ac percipere.*

Et procedit etiam si Canonicatus solum consistat 252
in distributionib. quotidianis, vt patet ex dicta 2. declaratione ad si.

In hac tamen Ecclesia Abulen. est statutum † 16. 253
in ordine, quod in quatuor mensibus absentiae, quos ex d. statuto habent, Beneficiati percipiant, & lucrentur omnes horas, & distributiones, exceptis certis quatuor, & certis diebus de quibus ibi, in quibus solum lucrantur anniuersarium, seu grossam, quod statutum est confirmatum ex certa scientia, & in forma specifica per Iulium III. & consequenter non est derogatum per Concilium Triden. *ex.* supradicta, dub. 5. & Cosmam Philiar. sic intelligendum, *de officio sacerdot.* 1. *p. l.* 1. *c.* 13. *circa* Lvt in sequenti Breui S. Poenitentiariae. 254

R *Ayrantius miseratione diuina, tit. S. Angeli, Presbyter Cardinalis, dilectis in Christo, Decano, & Capitulo Ecclesiae Abulen. salutem in Domino. Ex parte vestra nobis oblata petitio continebat, quod, cum inter caetera statuta, & ordinationes dict. Ecclesiae, vnum fi*

ab antiquo tempore citra editum, & continue obseruatum, quo disponitur vt quilibet eiusdem Ecclesiæ Beneficiatus, Dignitat. Canonicus, seu Portionarius, postquā ea primam decem mensium, iuxta ipsius Ecclesiæ consuetudinem, ac statuta residentiam fecerit, & singulis annis per alios menses in dict. Ecclesia continuos, vel interpollatos resederit, reliquos quatuor menses, seu centum viginti dies, sesentas, inter d. Ecclesiæ Beneficiatos nuncupatos, quilibet anno pro occurrentibus negotijs peragendis, ac vt funeribus, & anniuersarijs etiam priuatis, seu nouellis Missis consanguineorum, & amicorum interesse, aliasque Ecclesias, & Beneficia Ecclesiastica per ipsos obtenta visitare valeant continue, vel interpollatim, prout commodius cuique pro tempore fuerit, habeat, in quibus omnes, & singulos redditus, prouentus, obuentiones, & emolumenta, ac reliquos fructus, quotanas, & anniuersaria, vel alias quomodocumque nuncupata, ad suam Dignitatem, Canonicatum, & Prebendā, seu Portionem quoquo modo pertinen. & quæ Dignitates, Canonici, & portionarij d. Ecclesiæ in eadem personaliter residentes lucrantur, & percipiunt, ipse quoque in d. diebus, sesentas, nuncupatis, etiam non residendo percipiat, & lucretur, non minus, ac si personaliter resideret, & diuinis interesset officijs exceptis quitantijs, cornado prestimonio Quadragesimæ, omnes Pilas mandato, sic iuxta stilum d. Ecclesiæ vulgariter nuncupatis, & quitantijs a Dominica Palmarum, vsque ad Dominicam in Albis distribui, & percipi solitis, ac alijs prout in eadem statuto dicitur plenius, contineri, nos vt in dictis diebus, sesentas, nuncupatis diuinis officijs, non interessendo dictos fructus qualitercumque nuncupatos salua conscientia percipere valeant, & quia validiora sunt ea, quibus Apostolicæ Sedis authoritas intercedit, capitis statutum huiusmodi Apostolicæ confirmationis munimine roborari, Super quo supplicari fecit, hic humiliter nobis per Sedem præfatam opportune prouideri: Nos igitur dicti statuti tenorem præsentibus pro sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi, vestrisque in hac parte honestis supplicationibus inclinati, authoritate domini nostri Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, ac de eius speciali mandato, super hoc viuæ vocis oraculo nobis facto statutum prædictum, quatenus vsu receptum, ac vt præmittitur, obseruatū existat, tenore præsentium approbamus, & confirmamus supplentes omnes, & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan interuenerint in eodem, illudque perpetuo inuiolabiliter obseruari, sicque per quoscumque tam Ordinarios, quam Delegatos iudices, & personas cuiuscumq; status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & quacunque etiam Pontificali præfulgeant Dignitate, vel authoritate etiam Apostolica fungantur, iudicari, declarari, interpretari, & diffiniri debere, sublata eis aliter iudicandi, declarandi, interpretandi, & diffiniendi potestate irritumque & inane, quicquid secus a quoquā, qua uis authoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, decernimus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Prouincialibus, & synodalibus statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs, quibuscūque. Dat. Romæ apud S. Petrū, sub sigillo officij Pœnitentiariæ, secundo Idus Februarij, pontificatus domini Iulij Papæ III. anno 4.

Io. Baptista Lomelinus.

Io. Carpius.

Expoſuit centum quinquaginta M. Beier.

255 Nihilominus tamen post Concilium Triden. † introductum est in d. Ecclesia, quod solum in triginta diebus, qui nunc dicuntur requies, Beneficiati lucrētur horas, & distributiones, in requi- vero 90. diebus, qui modo dicuntur, se sentas, solum lucrentur anniuersaria, seu grossam.

Vndecimo dubitatur, † an indulta, seu priuilegia Apostolica, quibus conceditur posse abesse vltra tres menses à seruitio Ecclesiæ, sint derogata? 256

Et videtur esse derogata, ex d. c. 12. iuncta Bulla Pij IV. reuocatoria priuilegiorum, † in his, in quibus decretis S. Concilij Trid. contrariantur, quæ habetur ad finem Concilij. 257

Et facit declaratio S. Cong. quæ ait, † *Omnia priuilegia regularium, & ea, quæ mare magnum appellantur, sunt reuocata in his, quæ Concilio Tridentino aduersantur Bulla Pij Quarti edita 13. Calēdas Mart. 1565. anno sexto.*

Nihilominus tamen contrarium est † dicendum cum Concilium hic non deroget priuilegiis, & indultis Apostolicis, & lex generaliter loquens non tollit priuilegium particulare concessum super eo, de quo lex generalis loquitur, Oldrad. *cons.* 266. Felinus *in capite 1. de rescriptione num.* 10. Iason *in l. 2. numero nono. ff. soluto matrimonio*, Decius *in reg. in toto iure, num. 8. ff. de reg. iuris*, Milan *rep. verb. priuilegium non insertū*, Ant. Gabr. *de legibus conclusione prima numero tertio* Mandos. *reg. 4. cancel. quæstione 7. nu.* 5 Anast. Germonius, *de indultis. Card. § per quæ sublatis, numer.* 69 & 73. & Barbosa *in leg. 1. ff. soluto matrimon. par. 1. numer.* 5. 259

Et facit etiam, † quia vbi Concilium vult priuilegijs derogare, id exprimit, vt ait Germon. *ibi.* & Emanuel Rodriguez *q. regul. 1. tom. q.* 8. *art.* 6. & ita Congreg. Concilij censuit Concilium non derogare priuilegijs Apostolicis, nisi de his expressam faciat mentionem, vt per Germon. *ibid. n.* 68. 260

Nec obstat d. Bulla pij IV. † quia vt idem Germon. ait, eadem Congregat. censuit Bullam Pij IIII. qua tolluntur priuilegia omnia Concilij Triden. decretis aduersantia, non extendi vltra ea, quæ in Concilio continentur. Cuius ratio desumitur † ex dictis, quod 262 priuilegia, quibus non derogatur in decretis Concilij, non sunt illis contraria. 261

Et quod d. Bulla sit regulanda, & intelligenda secūdum ipsa decreta Concil. † & terminos illorum, & sic 263 restringenda ad ea tantum, quæ per illa prohibita sunt cum derogatione priuilegiorum, tradit Emanuel Rodriguez *d. articulo sexto* quod etiam Viualdus in Candelabro aureo, *titulo de absolutione numero* 40.

Et in terminis *d. cap.* 12. *sess.* 26. ita declaratum est † 264 per Sanctam Congregationem, vt videre est in declaratione sequenti, *An indultum Leonis X. tribuens Præposito, & Canonicis S. Mariæ de la Scala, vacationē duorū mensiū, contra fundationem Ecclesiæ, intelligatur sublatum per hoc* cap. in versic. præterea obtinentibus, *dum vult saluas esse constitutiones Ecclesiarū, quæ longius seruitij tempus requirunt? Congreg. censuit negatiue, cum expresse non deroget indultis, & Concilium hic tantum reuocat constitutiones, quæ concedunt absētia vltra tres menses, & Cong. censuit per hoc decretum non esse derogatum priuilegijs Apostolicis.* 12. *Decembris.* 1585.

Priuilegia tamen perpetua de non † residendo 265 concessa certis personis, seu certo generi personarum, sunt reuocata per Concilium, ex *cap. 2. sess. 6. de reform.* & d. Bulla Pij IIII. vt in vna Abulen. infra adducta, *n.* 423. *ad secundum.*

Vnde

265 Vnde apparet priuilegium † concessum a Paulo III. Capellanis Regis Pij pauiæ, vsque ad certum n. de nouo refutando, & percipiendis fructibus in absentia, esse reuocatum per Concilium, & d. Bullam Pij IIII. & ita non seruatur iam d. priuilegium.

266 Sed contra supradictam resolutionem, † quod d. Bulla Pij IIII. reuocatoria priuilegiorum non procedit, nisi in illis decretis in quibus habetur derogatio priuilegiorum, ex sententia S. Cong vrgent duæ difficultates.

267 Prima, nam alias S. Congregatio † declarauit regulares per sua priuilegia, etiam mare magnum, non posse absoluere a casibus Episcopo reseruatis, vt in declarationibus seq. Prima. *Regulares per priuilegium quod mare magnum vocatur, non habent facultatem absoluendi pœnitentes in casibus Episcopo reseruatis.* Ita
268 fuit rescriptum † Cardinali Paleotō Calend. Sept. 1571. & Brixien 11. Aug. eodem anno & Fulginaten. 13. Martij, 1573. secunda Vercellen. *Mendicantes vigore, maris magni, atque leuata non possunt absoluere a casibus reseruatis.* Tertia. *Fratres mendicantes, & cuiuscunque ordinis regulares in vim priuilegiorum non absoluant in casibus Episcopo reseruatis.* Quar- 12. *Hac de re vbi Congregatio accurate egisset, deinde ad Sanctissimum D. N. retulisset, illius sanctitas etiam de sententia Congregation. censuit ex facultatibus per mare magnum, aliave priuilegia regularibus concessa, falsam eis non esse potestatem absoluendi in casibus sibi ab Episcopo reseruatis* 10. *Sept.* 1577. quam declarationem refert compendium priuilegiorum societatis Iesu, *versiculo absolutio* § 1. dicens ita haberi in quadam Epistola illustrissimi Cardinalis Sixti ad
269 quendam Ordinarium missa, refert etiam † Cosmus Philiar. *de offic. Sacerdotis 2. p. lib. 2. cap. 25. ad fin.* dicens haberi in instructione confessorum Ioann. Baptistæ Eugubien. & eam etiam ex Casarrubios *in addit. ad compendium priuilegiorum Mendicantium tit. absolutio, quod seculares, & tit. casus reseruati*, referente haberi in Catechesi Neapolitana visa cum alijs, de quibus infra, ponit Man. Rodriguez *quæst. regul. 1. tom. quæst.* 61. *artic.* 13. & Sorbo *in addit. ad d. compendium ibi.*

270 Et Concilium prouin. † Mediolanen. 5. factum de an. 1572 *tit. de his, quæ ad pœnitentiæ Sacramentum pertinent* sic ait. *Ne confessarij regulares etiam peccatorum, quorum absolutio Episcopo reseruata est, vasculis vrentes pœnitentes absoluant, quemadmodum à Sede Apostolica declaratum est, ad exemptionem literæ quamis priuilegiatum earum authoritate.*

271 Vnde author libelli, † qui dicitur catechesis, siue instructio a RR. Dominis † examinatorib. promulgata, *pag.* 429. relatus per Candelabrum aureum *d. tit. de absolutione, num.* 26. & per Manuel Rodriguez *d. artic.* 13. docet, quod hodie priuilegia regularium, quoad effectum absoluendi à casibus Episcopis reseruatis sunt sublata per Concilium Tridentin. *cap. 7. sess.* 14. & per declarationem Gregorij XIII. quamuis possint absoluere ab omnibus casibus Papæ reseruatis virtute maris magni, & aliorum priuilegiorum & quod ex d. declarationibus clare colligitur authoritatem, quoad casus Episcopis specialiter reseruatos concessam regularibus esse sublatam, inquit Manuel Rodriguez *d. art.* 13. & quod huiusmodi priuilegia *par.* 5. Concilium Trident. fuerint reuocata, vt per Congregationem Cardinalium factam sub die 10. mensis Septemb. 1572. fuit declaratum, inquit Summa Corona. 4. *par. cap. 6. de Sacramento pœnitentia, numer.* 24 5. *dubio.* & Zerola *in praxi Episcopali, 2 par. versic. absolutio, § 1. & 15. & versic. Monachi. §* 15 qui ait de hac re consuluisse Romæ multos Cardinales, qui dixerunt suos confessarios non posse absoluere a casibus Episcopo, reseruatis ex priuilegijs, & facultatibus concessis ante Concilium, posse tamen ex concessis vel confirmatis post Concilium.

Et tamen non † habetur in Concilio Tridentino 272 derogatio huiusmodi priuilegiorum absoluendi à casibus Episcopo reseruatis, nam in *sessione 14. de sacramento pœnitentiæ cap. 7. & can.* 11. vbi de hoc agitur & dicitur, quod extra articulum mortis Sacerdotes nihil possunt in casibus reseruatis, non adest reuocatio priuileg. super facultate absoluendi ab illis.

Nec ex eo, quod Religiosi † sine approbatione Episcopi non possint confessionem audire, dici potest 273 priuilegia esse sublata per Concilium, vt male inquit Cosmas Philiarchus *sup.* & videtur Sorbo *in d. compendio versic. casus reseruati.*

Secunda difficultas † est, nam si d. Bulla Pij IV. reuocatoria priuilegiorum non procedit, nisi in decretis, in quibus habetur derogatio priuilegiorum, videtur fuisse superflua, de nihilo seruire. 274

Ad primam † difficultatem videbant posse responderi S. Congregation. intellexisse, quod decretum vltimum *sess.* 25. *de regul.* vbi S. synodus præcipit omnia, & singula in superioribus decretis contenta obseruari in omnibus Monasterijs, non obstantibus eorum priuilegijs, ac mari magno, loquatur non solum de contentis in decretis illius *session.* 25. *de regular.* sed etiam in decretis aliarum sessionum præcedentium. 275

Quod videtur colligi ex quadam declaratione, quę inter declarationes S. Congreg. super *d. cap. vlt.* habetur sic. *Per hanc derogationem, maris magni, non possunt regulares, cuiuscunque Ordinis illi sint, à casibus Episcopis reseruatis absoluere, pro vt etiam annotatum est sup.* in cap. 7. sess. 14. nempe in declarationibus supra adductis. 276

Sed ista responsio non placet, primo, nam reuera d. decreto vltimo solum reuocantur priuilegia, 277 † quæ sunt contra decreta illius *sessionis.* 25. *de regul.* & non quæ sunt contra decreta aliarum sessionum, vt recte inquit Manuel. Rodrig. *d. 1. tom. q. 8. artic.* 6. ponderans illa verba *in Superioribus decretis*, Nam non dicit in superioribus sessionibus, & tenet etiam Nau. *in Man. cap. 27. n. 190. & cons. 7. de priuil.*

Vbi recte Nauarrus docet priuilegia regularium, † quod non teneantur seruare interdicta in aliquibus 278 diebus tantum, vt in festis suorum Ordinum, esse sublata per Concilium *d. decreto vltimo*, iuncto *cap. 12. eiusdem sessionis.* quod etiam tenet compendium priuilegiorum Societatis Iesu versic. interdictum, vbi relatis huiusmodi priuilegijs *ad fin.* sic ait, non obstantibus, quæ in hoc verbo dicta sunt, mandante Episcopo nostri interdicta non solum à Sede Apostolica, sed etiam ab Ordinarijs promulgata, publicare, ac seruare debent, vt decreuit Concilium Trid. *sess. 25. c. 12. de regular.*

Quamuis contrarium teneant † Bart. Medina *in summ. lib. 1. §* 13. Bernard. *in sua summa, lib. 34. nu.* 30. 279 Lud. Lopez *instruct. consc. 2. tomo 1. p. cap.* 21. Manuel Rod. *in explicatione Bullæ. § 5. num.* 15 & *in addit. ibidem, num. 13. & num.* 35 & nouissime *quæstion. regul. 2. tomo quæst.* 112. *artic.* & Sorbo *in d. compendio versicul. interdictum tertio.*

Sed sententia Nauar. † est verissima, & approbata per S. Congregation. vt in declaratione adducta 280

5.part.cap.8. numer.87. ad 8. vide tamen breue Clementis VIII. concessum post Concilium Ordinis D.Francisci positum per Man. Rodrig. d. quæst. 112.artic.2.

281 Secundo ex eo d. responsio non placet, quia idem est de priuilegiis † concessis sæcularibus, vt ex infra adducendis patebit.

Et ad d.declarationem, quæ habetur super decreto vlt. & facit super d. responsione, dico, illam in ea 282 forma † non esse declarationem S.Congreg. sed fuisse ibi positam sub ea forma per eum, qui compilauit, & collegit declarationes Sanct. Congreg. Concilij sub sess. & capitulis ipsius Concilij, existimando prædictas declarationes supra adductas numer. 269. positas sub d.cap.7.sess.14.de sacramento pœnitentiæ, fundari in derogatione maris magni, de qua in d.decreto vltimo.

Vnde ad d. 2. difficultatem 2. respondendum esse videbatur, quod d.declarationes, & Grego. XIII non 283 † volunt, nec dicunt, quod priuilegia regularium ad absoluendum à casibus Episcopo reseruatis sint reuocata per Concilium, sed, quod per sua priuilegia, non habent talem facultatem, id est, quod non habent tale priuilegium, & sic d.declarationes S.Congregation. & Gregorij XIII. ad hoc tendunt, vt declarent priuilegia regularium non dare facultatem absoluendi à casibus Episcopo reseruatis, nec ad id se extendere; quamuis aliqua priuilegia ad hoc allegent. Candelabrum aureum dict. tit. de absolutione num.32. & Man.Rodrig. in explicatione Bullæ.§.9. numer.151. & seqq. & q.regul.1.tom.d.quæstio.61.artic. 3.&4.

284 Pro qua responsione facit † quod inquit Candelabrum vbi n. 52. quod ad prohibitiones supradictas potest responderi, esse intelligendas stando in iure communi, non autem esse extendendas contra priuilegiatas personas.

285 Et Suarez 4.to. de † pœnitentia disputat.3.sect.2.ad fi. ait, quod per declarationes S. Congreg. quæ ait, non posse Religiosos per priuilegia maris magni, absoluere à peccatis reseruatis Episcopis, non excluduntur specialia priuilegia, vel directè concessa, vel per communicationem, si in eis facultas hæc sufficienter explicetur, quod etiam vult Graffijs in decisionibus aureis casuum conscient.libro 1.cap.13 numer. 56 & 57.

286 Et comprobatur, maxime ex seqq.declarat. S. Cong. *neque confessores vi priuilegiorum Rosarij, neque Patres Iesuitæ possunt absoluere pœnitentes à casibus reseruatis Episcopo, nisi priuilegia ipsa talem tradant facultatem, vel sint obtenta, aut confirmata post Concilium Tridentin.* Secunda Episcopo Caietano. *An per Bullas ordinarias, in quibus solet dari facultas absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, comprehendantur etiam casus, quos Episcopus, & Prælatio Religionis, cum suis subditis regularibus reseruauit? fuit responsum, quod non, nisi de his fieret specialis mentio.* Quas declarationes afferunt Casarrubios, & Sorbo vbi supra, & Emanuel Rodriguez d. art.15.

287 Comprobatur etiam ex decreto Concilij Prouin. † Mediolanen.5. facti anno 1579.1.pa.tit.quæ ad pœnitentiæ sacramentum pertinent, versic. ne facultatum, vbi sic dicitur: *Ne facultatum, priuilegiorumue iure, quæ cuique etiam Rosarij, & cruce signatorum Scholæ, confratriæ, collegioue etiam laicorum, quæue collegis, Confratribusve in eo ascriptis ante vel post Concilij confirmationem concessa sunt, confessarius, cuiuscunque ordinis sit, ab ijs casibus, quos sibi Episcopus in sua diœcesi reseruauerit, pœnitentes sine eius facultate absoluat, si contra fecerit suspensionem à diuinis ipso facto incurrat,* sequitur Zerola in praxi Episcopali, prima parte verb. absolutio.§.5 seu 6.

Ex quibus apparet, † quod non est vis in hoc, quod 288 priuilegia sint ante, vel post Concilium concessa, sed in hoc, quod tradunt, vel non, facultatem absoluendi à casibus Episcopo reseruatis.

Vnde facultas, † quam habent confessarij Socie- 289 tatis Iesu absoluendi à quibuscumque peccatis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, ex Bulla Pauli III. quæ habetur in libro Bullarum d.Societatis, pag. 20. Quæ videtur † comprehendere etiam casus reser- 290 uatos Episcopis ex illa dictione, Nauarr. in Manua. 27.num.263.in noua editione, Graffijs d.lib.1. cap.13. n.58. & Zerola 1.part.versic.absolutio.§.1.resp.2. non est derogata per d.declarationes, vt per d.Compendium Societatis Iesu, d.verb. absolutio, vbi subdit. *Nihilominus declarauit idem Greg.XIII. die 10. Maij. Anno 15 3. non esse intentionis suæ, quod per talem epistolam,* (nempe dictam Cardinalis, Sanct.Sixti) *sit derogata dict. Societatis facultas, eamque, quatenus opus sit, denuo confirmauit, habetur in viua vocis oraculis,* pagina 131.

De qua declaratione meminit † etiam Enriquez 291 in summ. lib.6.c.6.§.5. Sorbo s. pra. & Emanuel Rodrig. dict. art.13. dicens, ex ea confessores Societatis posse absoluere virtute suorum priuilegiorum etiam hodie à casibus Episcopo reseruatis, & Mendicantes etiam per communicationem.

Quamuis † ipsi videantur velle illam esse no- 292 uam concessionem, & priuilegium, sed potius videtur vera declaratio, ex quo sub d. priuilegio Pauli III. comprehendebantur etiam casus reseruati Episcopo.

Neque obstat alia declaratio, † quam ex Casarru- 293 bios adducit Man.Rodriguez. dict artic.13.& Sorbo, 1. quæ ait Episcopo Caietano, de quo supra. *Neq; per Bullam Sanctissimi nominis Iesu, in qua specialiter habetur, quod confessarij possint absoluere cofratres à casib. Episcopo reseruatis, fieri posse talē absolutionem, nisi tantum ratione Iubilei plenissimi indicti à Summo Pontifice, cum potestate absoluendi à quibuscumq; casibus, etiam in Bulla Domini contentis,* quæ expresse loquitur etiam de priuilegio specialiter concedente facultatem absoluendi à casibus Episcopo reseruatis.

Quia responderi potest, † quod ista declaratio vi- 294 detur esse mendosa, quia in meis declarationibus, super dicto capitu.7.sess.14.sic habetur. *Omnes, qui audiunt confessiones, possunt absoluere à casibus Episcopis reseruatis virtute Bullæ Iubilei indicti à Summo Pontifice cum facultate absoluendi à quibuscumque enormibus peccatis reseruatis Apostolicæ Sedi, etiam in Bulla Cœnæ Domini, sed non virtute priuilegiorum, & facultatum perpetuo concessarum, vt Rosarij.*

Sed reuera ista non satisfaciunt, † nam declara- 295 tiones adductæ in contrarium multum vrgent, & particulariter illa num.293. adducta, quæ non potest dici mendosa: nec ei contradicit adducta præcedenti numer.

Nec videtur posse negari ante Concilium † fuis- 296 se multa priuilegia, cum facultate absoluendi à casibus Episcopo reseruatis, vt per Compendium Mendicantium, & alia verb. absolutio, & Manuel Rodriguez vbi supra. & in particulari constat de illo priuilegio Pauli III. concesso Societati Iesu, quo alij regulares, præsertim Mendicantes per communicationem fruebantur.

297 Vnde in hac difficultate dicendum est † primo, priuilegia, & facultates ante Concilium Tridentinum concessa, quibus dabatur etiam expresse, potestas absoluendi à casibus Episcopo reseruatis esse sublata, vt patet ex declarationibus, & aliis adductis.

298 Secundo priuilegia huiusmodi post Concilium concessa, seu confirmata ante Gregorium XIII. esse etiam sublata, vt constat ex decreto Concilij Mediolan. tertij, supra adducto, n.270. & præcipue ex decreto Concilij Mediolanen quinti, supra adducta, n.287.

299 Tertio, confessarios posse absoluere † à casibus Episcopo reseruatis virtute priuilegiorum post Concilium Tridentinum, & declarationem Gregorij XIII. concessorum, seu confirmatorum, quibus datur facultas absoluendi ab illis. Et ita procedit prima declaratoria adducta, num. ducentesimooctogesimo sexto.

300 Quarto, priuilegia, in quibus datur facultas † absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, non comprehendere casus Episcopo reseruatos, nisi de eis fiat specialis mentio. Saltem per dictionem etiam dicendo, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, vt sup. num.290. vt in secundo declaratione adducta d. numer.286.

301 Quibus sic stantibus † ad d. primam difficultatem dicendum est, prædicta priuilegia non solum ante Concilium concessa, sed etiam post, ante Gregorium XIII. esse sublata, non per Concilium, sed per declarationem, & decretum Gregor. XIII. qui ita voluit, & decreuit.

302 Sicut etiam modo Sanctissimus Clemens VIII. voluit, quod Sacerdotes, tam sæculares, quam regulares per vniuersam Italiam extra Vrbem degentes virtute quorumcumque priuilegiorum, indultorum, ac facultatum, † à casibus Sedis Apostolicæ, vel ab Ordinariis sibi reseruatis, & reseruandis, absoluere de cætero non audeant, neque possint, nisi in mortis articulo, seu cum noua & speciali licentia impetrata in scriptis locorum Ordinariis exhibita. Vt in decreto Sacræ Congreg. Episcoporum, & regularium dato 9. Ian 1601. posito ad literam per Zerolam in praxi Episcopali. d. 2. part. versic. absolutio. §.1. & per Vgolinum in expositione Bullæ Cœnæ Domini, 4. par. Bullæ c. 2. sub n.5

303 Aduertendum est autem, regulares secluso priuilegio non posse de iure † absoluere à casibus Episcopo, non solum de iure, sed etiam specialiter per ipsum Episcopum reseruatis, vt patet ex clement. dudum, versic. per huiusmodi de sepul. & Clem. 1. §. quibus, de priuileg. & tenent gloss. verb. concessa, in dict. clem. dudum, & ibi Monach. Imola, Card. Anchar. & Pan. in c. Deus qui, nu. 1. de pœnitent. & remiss. Alber. Sbrotius de vero, & perfecto Clerico. lib. 2. cap. 26. numer 13. Nauarr. in Man. cap. 27. nu. 263. & 264. alias 266. Soto in 4. distinct. 18. quæst. 4. art 3. Mart Ledesma 24. quæst. 7. art. 5. dub. 7. Cosm. Philiar. de officio Sacerd. 2. part. lib. 2. c. 25. Graf. d. lib. 1. c. 13. n. 57 Lud. Lopez regiment. consc. 2. tit. 2. p. 2. 2. & Suarez d. 4. tom. disput. 3. sect. 2. 2. pauil.

304 Quamuis in casibus † Episcopo specialiter reseruatis contra teneant Bonifac. d. vers. per huiusmodi, c. 6. Panor. in c. fin. numero 6. ne clerici, vel monachi. Felin. in cap. perpendimus, de sentent. excommunic. Angel. Sylues. Tabiena, & Armilla. Candelabrum Aureum d. tit. de absolutio numer. 26. ad fi. & numer. 44. Man. Rodrig. in explicat. Bullæ d. §. 9. n. 131. & 145 & q. regul. 1. tom. d. quæst. 61. art. 2. & Enriquez. & Sorbo supr. Vega in summa 1. parte capit. 6. casu 44. & Petrus Ledesma in summa de sacrament. pœnitentia. capit. 13. ad fin.

Ad secundam difficultatem responderi potest, adhuc d. Bullam non esse superfluam, sed fuisse factam, ad hoc, vt omnia, & singula † priuilegia in his, 305 in quibus decretis Concilij illa reuocantibus contrariantur, reuocata censeantur, non obstante, quod sint concessa motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum contemplatione, & intuitu, & ex quauis etiam honesta causa. Et cuiuscumque tenoris sint, quorum tenores pro sufficienter expressis, & plene insertis habentur in d. Bulla ad consi. 2. Butrij, quod Rota sequitur, vt per Sarnen. in præmiss. regular. cancell. q. 6. numero 6. & decis. 161. numer. 1. part. 1. diuersorum, & tradita per Felin. in cap. nonnulli numer. 6. de rescr. Prob. ad Monachum in cap. collectis, de offic. Legati n. 10 Cassad. decis. 10. num. 2. super regulis. Couarruuias in Rubrica de testament. 2. part. num. 20. Ant. Gabr. de clausulis concl. 5. Mand. regul. 11. Cancell. quæstio. 9. & reg. 19 quæst. 19. nu. 15. Nauar. in cap. si quando, de rescr. except. 1. & consil. 7 de priuil. numero 20. Sarmiento l. 3. selectarum c. 14. numero 20 Accuedo in l. 1. tit. 14. lib. 4. recopil. numero 35. Man. Rodriguez. quæst. regul. 1. tomo quæstion. 6. art. 6. Anast. Germo. de indultis, Cardi. & arriorum, numero primo, & nouissime per Gonçalez gloss. 56. quæstion. 3. in quo etiam apponitur decretum irritans ac clausula sublata. itaque dict. Bulla videtur fuisse facta ad corroborandam, & confirmandam derogationem priuilegiorum in decretis Concilij contentam, vt tradit Manuel Rodriguez. dicto primo tomo quæstion. regular. quæstione octaua, articulo sexto. ita, vt non possit prætendi illam non fuisse recte factam.

Decimosecundo dubitatur, quot dies contineant isti menses, qui dantur quietis, & recreationis causa? Et breuiter † dicendum est mensem in proposito 306 continere 30. dies, & sic tres menses 90. dies, cum Concilium absolute illos concedat, nec exprimatur à quo tempore incipiant, maxime, cum possint accipi non solum continui, sed etiam interpollati, Butr. num. 11. & Abbas in c. licet de supplen. neglegen. prælat. Bart. & alij in l. cum bissextus ff. de verb. signif. Francus in cap. quam sit. §. electus, nu. 4. de elect. in 6. Menoch. dicens receptum de arbitr. lib. 2. casu 50. à num. 12. & alij, & Rota in vna Salamantina Canonicatus, vigesimo Iun. 1572. infra adducta, quinta part. capit. primo numero 46. & post hæc Gonçalez gloss. 11. numer. octaua.

Quamuis dicant tunc mensem accipiendum † esse pro duodecima parte anni, Domin. dict. §. electus, 307 numero 1. Lambert. de iure patron. 2. part. 2. lib. quæst. 1. artic. 14. numero 3. Thomas Sanchez, de matrimon. lib. 2. disput. 24. numero 20. & quicquid aliarum terminis suspensionis duorum, vel trium mensium dicat Suarez. 5 tomo de censuris disputat. 29. sect. 1. numero quinto.

Decimotertio dubitatur, † an stante statuto Ec- 308 clesiæ, quod concedebat Canonicis absentiā trium mensium, non tamen erat in vsu, possint post Concilium gaudere d. tribus mensibus? & videtur, quod sic. nam Concilium id permittit, & solum relinquit 309 falsas Ecclesiarum constitutiones, quæ longius seruitij tempus requirunt.

Nihilominus tamen contrarium est dicendum,†
309 nam statutum consuetudine abrogatum non est habendum in consideratione, & ideo iuramentum, de seruandis statutis, non extenditur ad statuta visu non recepta, vel per consuetudinem abrogata. Ripa *responso 5. num. 4. lib. 1.* & Rolandus *de lu ro dam. q. 99.* & non minorem vim habet consuetudo, quam statuta, ac proinde eodem modo censetur illa relicta. Et i-
310 ta S.Cong.Concilij censuit, † vt in sequent. declaratione *Licet per statutum Ecclesiæ concedatur Canonicis per tres menses abesse, si illud per consuetudinem non fuit obseruatum, attendenda est magis consuetudo contraria, quam statutum.*

311 Si tamen constitutio,† aut consuetudo Ecclesiæ requirit seruitium totius anni, tunc locum habet absentia trium mensium à Concilio permissa, est enim nimis dura residentia totius anni, oportetque maxime iuxta fragilitatem humanam indulgeri aliquod tempus ad recreationem corporis, & animi. Et ita
312 S. Congregatio Concilij censuit, † in vna Astoricen. his verbis: *Decretum Concilij, capitulo 12. sess. 24. concedit Canonicis absentiam trium mensium, si constitutiones Ecclesiæ seruitium totius anni requirunt.*

313 Decimoquarto dubitatur,† an ad absentiam trium mensium requiratur causa & licentia? & videbatur dicendum requiri iustam, vel rationabilem causam, nec posse pro solo libito vti dict. absentia Canonicos, & Præbendatos, & alias non lucrari fructus in conscientia, vt tenet Nauar. *de oratione, cap. 5. num. 20.* cuius sententiam, quoad peccatum, sequitur D. Ioan. Ocon. *in d. c. vnic. de clericis non residen. in 6. n. 23.*

314 Nihilominus tamen respondetur † non requiri causam, aut licentiam, nam Concilium absolute permittit istam absentiā, vt Præbendati possint capere aliquam recreationem, & vacationem à labore, & ne sit nimis dura residentia.

315 Et ita S.Congregat. declarauit,† vt in declarationibus sequen. Prima Gadicen. *An in illis tribus mensibus à iure concessis sit assignanda causa absentiæ, & cum licentia sui Prælati: vel an possint potiri beneficio trium mensium, nulla causa declarata, sed impetrata licentia à Decano, vel Præsidente in choro, & frui quibusdam nouis distributionib. per Episcopum impositis, prout fruuntur in dictis tribus mensib. omnib. fructibus suarū Præbendarum, cum pro præsentibus, & interessentibus habeantur? de supra Cong. censuit nullam assignandam esse causam, secundo nullam licentiam requiri, non tamen omnes Canonicos posse abesse eodem tempore, ne Ecclesia destituatur suo debito seruitio, sed tantum eam quandam partem Canonicorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi, vel Capituli. Tertio non posse frui d. distributionibus, cum sint distinctæ à Præbendis.* Secunda Abulen. *An Dignitates, Canonici, Portionarij, Cantores, aut alij officiales possint abesse à seruitio Ecclesiæ sine licentia Episcopi? Cong. censuit non requiri licentiam Episcopi, quādo dignitates, Canonici, aut Portionarij abesse volunt tempore ipsis à Concilio Triden. permisso, non tamen omnes simul abesse possunt, ne Ecclesia suo debito seruitio destituatur, quæ aut pars possit simul abesse, relinqui arbitrio Episcopi, & Capituli, de alijs qui nō sunt Beneficiati, & inseruiunt in Ecclesia, Concilium nihil disposuisse, sed generaliter seruandum quod Concilium mandat, circa regimen debitum in diuinis officijs,* sess. 24. capit. 12. in fin.

316 Alias etiam † S. Cong. in vna Genuen. circa hoc sic censuit. *Archiepiscopus Genuen. prouideat, ne duo menses, quos habent vacantes Canonici sic distribuantur, incurrant in Natale, aut Pascha Domini, aut in alias huiusmodi maximas solemnitates.*

Vnde Zerola *in praxi Episcopali,* † *p. 1. verb.* 317 *primatus §. quarto, secundo dicto præsentialis, tertio dubio,* & Zechus *de republica Ecclesiastica, titulo de Beneficiatis numero sexto, versiculo, quod si beneficiati,* dicunt quod Canonici tribus mensibus abesse non debent tempore Paschæ, & maximarum solemnitatum ex declaratione Sacræ Congregationis.

Sed hoc in hoc Regno non videtur † seruari, sed 318 in quolibet tempore Canonici, & Præbendati capiunt suos dies absentiæ, nec est taxatus numerus eorum, qui abesse possint, regulariter enim in Ecclesiis Hispaniæ remanet competens numerus, ita vt propter dies absentiæ, & recreationis Ecclesia non destituatur debito seruitio.

Decimoquinto dubitatur,† an Canon. & obtinentes Dignitates, seu Portiones, possint licite, & tuta conscientia abesse, vltra tempus à Concilio permissum, amittendo distributiones, & omnes fructus, qui residendo lucrifiunt? 319

Et videtur, quod sic,† nam ita faciunt multi absq; scrupulo conscientiæ, non existimantes in eo peccare, nec communiter id notatur. 320

Nihilominus tamen dicendum est,† quod si vltra tempus à Concilio permissum notabiliter absunt, peccant mortaliter, nam contraueniunt grauissimo præcepto Concilij, nec satisfaciunt suæ obligationi, non enim est, nec dici potest lex pure pœnalis, vt patet. 321

Et faciunt declarationes † sequentes S.Congregat. Concilij. Prima, *Canonici ad continuam residentiam tenentur in Canonicatibus, nisi in alijs Beneficijs eiusdem qualitatis resideant.* Secunda *Nullus excusatur à residentia, licet distributiones quotidianas amittere consentiat.* Tertia, *Non residentes, quamuis amittant tertiam partem fructuum in distributiones conuersam, compelli nihilominus possunt ad residentiam, alijs item iuris remedijs, & præsertim ex hoc decreto.* 322

Quod procedit etiamsi resideat † in ciuitate, vbi est Ecclesia, nam adhuc peccant mortaliter, nec satisfaciunt, si notabiliter abfuerint à seruitio Ecclesiæ vltra tempus à Concilio permissum, ex quo debito non satisfaciunt, vt in declarationibus sequen. super d. c. 12. Prima, *Decretum hoc intelligendum est, vt Canonici non possint abesse ab Ecclesia sua seruitio vltra tres menses singulis annis, nihilque eis prodesse quod in ciuitate maneant, nisi Ecclesiæ debitis horis inseruiant, intelligendumque est omnes in contrarium consuetudines per hoc decretum esse sublatas.* Secunda, *si vltra tres menses absunt, licet in ciuitate sint, incidunt in d. decreti pœnam, per quod sublata est omnis consuetudo in contrarium.* Tertia. *Canonicus, qui abest à seruitio suæ Ecclesiæ vltra tres menses, licet sit, & maneat in ciuitate, vel in loco, in quo Eccl. ipsa consistit, mulctari potest, prout à Concilio statuitur.* Quarta, *Puniendi sunt qui à seruitio Ecclesiæ absunt licet in ciuitate locorum, in quibus ipsa Ecclesia consistit, sint præsentes tantum.* Quinta, *Non licet vltra tres menses abesse, nisi ex causa visitationum, si post obtentum Canonicatum immunitas superuenerit, vel nisi in Parrochiali Ecclesia resideret, etiamsi steterit in loco, sed tantum abfuerit à seruitio vltra tres menses,* & conducit ad propositum declaratio supra adducta, *numero primo sexto.* 323

Deci-

324 Decimosexto dubitatur,† an satis sit lucrari grossam, seu vestuarium residendo ad horam, seu tempus illius? & breuiter dicendum est, non satis esse, nec satisfacere suæ obligationi, & præcepto Conci-
325 lij, vt ex eo cōstat,† & apparet ex seq. declarationib. Prima, *interessentia, de qua in hoc decreto, debet esse in omnibus diebus, & horis officio diuino interesse, & inseruire, præterquam in tribus mensibus singulorum annorum, nisi Ecclesiæ constitutiones longius seruitij tempus requirant.* Secunda, *Cong. censuit Canonicatus, & Dignitates obtinentes teneri interesse omnibus horis, nisi inuitantur aliqua confirmatione, qua non sit sublata per Concilium Triden. distributiones tamen quotidianæ cæteris horis, quæ distributione carent, ex fructibus massæ communis proportionabiliter sunt assignandæ, vt negligantur.* Tertia, *Compellantur obire officia, & ad omnes horas septem Canonicas, & ad faciendum prouisionem, & officium hebdomadarij, si tales alij non sint.* Quarta, *Canonici non excusantur à qualibet hora illius diei, qua tenentur interesse seruientes, prætextu quod eorum nomine, veluti in Matutino adsunt alij ab ipsis missi, nec etiam prætextu immemorialis consuetudinis, quod si peterent, vt distributiones augerentur, id augendum esse ex præscripto Concilij Triden. sess. 21. & 22. c. 3.*

326 Quæ tamen declaratio,† quod attinet ad Matutinum, non seruatur in Ecclesiis, vbi Matutinum dicitur media nocte, maxime in locis, vbi magna frigora esse solent; cum enim hora sit tam incommoda, non solent ire Canonici, & Præbendati, & ista consuetudo, & obseruantia, tanquam interpretatiua, & iusta causa, ac ratione fundata, videtur excusare, maxime, cum ita, & non aliter sit à principio Concilium receptum.

327 Quinta,† *Cong. censuit non posse consistere horis, quibus Canonici residentes absunt à choro, dies; & ex diebus, & horis sic collectis confici menses absentiæ, de quib. in hoc decreto; ad colligendū seruitium 9. mensium colligendum esse punctaturam, quasi si qui 9. partes punctaturarum ex 12. habeant seruitio 9. mensium, debito satisfecerint, sed ipsos dies residendo, & seruiendo, siue continui fuerint, siue interpellati, numerandos esse, vt complementum dictorum 9. mensium.*

328 Quæ declaratio non procedit † in Ecclesiis, vbi ex fundatione, priuilegio Apostolico, aut statuto, Sede Apostolica in specie confirmato aliud cautum sit iuxta supradicta, vt in Ecclesia Granaten. seruari audiui, & tradit Philiarchus *de officio Sacerdotis, prima part. lib. 1. capit. 15. 2. casu,* in quibusdam Ecclesiis seruari.

329 Quinimo amplius † voluit S. Cong. non valere statutum, seu consuetudinem, vt Præbenda, seu grossa lucrifiat interessendo vna, vel duabus horis, aut minori tempore 9. mensium, vt in declarationibus sequentibus. *Num valeat statutum, vt in Ecclesia aliqua duabus interessentes lucrentur massam, grossam, siue Præbendam, amissis distributionibus quotidianis.* Alia. *Quod si vno mense ex nouem interessendo vna hora ex statuto, vel consuetudine lucrentur fructus, amissis distributionibus quotidianis? respondit Congreg. statutum, & consuetudinem nullam, & tollendam adeo, vt non interessentes omnibus horis in prædicto mense amittant etiam eorum fructuum quam amitterent in alio tempore mensibus singulis horis non interessendo, non tamen incidere in pœnam, de qua hic, quasi abfuissent vltra tres menses.*

330 Sed hoc non seruatur, nec est receptum in Hisp. in multis Ecclesiis communiter lucrifit grossa, seu Præbenda residendo vna hora, & in aliquibus Ecclesiis lucrifit in tribus mensibus tantum, quæ consuetudo videbatur valere. Cæsar de Grassis *decis. 116. num. 8.* & potest sustineri, cum d. declaratio non sit recepta, saltem dum per Superiorem, aut Capitulum non sit aliud ordinatum, disponendo modum lucrandi grossam, seu Præbendam iuxta dictam declarationem.

Quamuis in Ecclesia Ciuitaten. in qua ante Concilium erat constitutio, & consuetudo lucrandi grossam in quatuor mensibus fuit ablata, quia per Sanct. Congregationem fuit declaratum esse contra Concilium *d. cap. duodecimo.* & hodie lucrifit in nouem mensibus vt accepi à doctissimo D. Ioan. Gutierrez meritissimo Canonico Doctorali d. Ecclesiæ in quodam consilio. 331

Decimoseptimo dubitatur, an obtinens dignitatem,† cui incumbit visitatio, possit ratione ipsius visitationis abesse vltra tres menses, & lucrari fructus huiusmodi dignitatis, qui per interessentiam lucrifiunt, ac distributiones, atque etiam fructus Canonicatus, quem simul obtinet? In quo dicendum est, vt habetur in sequenti declaratione Sacræ Congregationis Concilij. *An ratione visitationis Archidiaconus incūbentis ratione suæ Dignitatis possit abesse vltra tres menses concessos à Concilio? Congregatio respondit posse, vere pro tempore dictæ absentiæ vltra tres menses ex causa visitationis possit lucrari fructus suæ Archidiaconatus, qui lucrifiunt per interessentiam? Respondit posse, dummodo dare consueuerint absentibus ex legitima causa, non tamen lucrari distributiones mere quotidianas, an durante ea visitatione lucrari etiam possit fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex dispensatione, vel ex illius Ecclesiæ consuetudine, stante, quod fructus Canonicatus distincti sint à fructibus Præbendæ Archidiaconatus? respondit Congregatio non posse, nisi pro tribus mensib. vacationis causa à Concilio permissis; hæc tamen de lucrandis fructibus locum habent, nisi extet Ecclesiæ consuetudo, vt Archidiaconus visitans nihil fructuum percipiat, quam consuetudinem Congregatio censuit saluam manere.* 332

Aduerte tamen, quod si esset consuetudo, quod Archidiaconus visitans suum Archidiaconatum † percipiat distributiones, non censeretur reprobata per *cap. 1. de Clericis non residen. in sexto,* sed esset valida tanquam ex iusta causa, quia visitando seruit Ecclesiæ. Monachus *in d. cap. 1. num. 2.* quem ibi sequuntur Ioan. And. Dominic. *in princip. num. 2.* & Probus *n. 31.* Cosmas *in pragmatica sanctione tit. quo tempore quisque debeat esse in choro, glossa vltima,* ad hoc faciunt dicta infra *num. 348.* 333

Sed videbatur, quod Archidiaconus visitans deberet percipere distributiones quotidianas, † etiam seclusa consuetudine ex decreto Concilij, *sess. 22. de reformat. cap. 3. versic. quod si alicui.* vbi incumbens curæ animarum imminenti suæ Dignitati habetur pro præsenti, & interessenti, nam qui visitat, exercet curam animarum iurisdictionalem, seu fori exterioris, iuxta dicta supra *prima parte capital. 6. numer. sexto.* 334

Respondetur tamen,† quod decretum intelligitur de cura animarum proprie, nempe fori interioris, vt videtur colligi ex illis verbis ibi, *qui in cura ea Ecclesia resederit, ac ministrauerit.* Et ita censuit Sacra Congregatio, vt in sequenti declaratione super *d. c. 3. ibi, cura animarum immineat. Sc. vt si tantum iurisdictionalis: si vero est vera, tunc est locus capit. extirpādæ. §. qui vero de Præb. & tunc, cum visitauerit suā* 335

[illegible] Prebendam, & fructus, fe- cus vero distributiones quotidianas. Accedit alia declaratio eiusdem S. Congregationis, quæ sic ait. *habentur tanquam præsentes in choro qui curam animarum exercent, quæ ibi Ecclesiæ imminet, dum tamen sunt in actu administrandi Sacramenta, vel alia exercendi, quæ spectant ad ipsam curam.* Cui consonat Concilium Bononien. *tit. 6. de residentia, §. de causis excusantibus Canonicos, vers. illi quibus;* quæ quidem declaratio loquitur de cura animarum fori interioris, vt patet.

336 Intelligendum autem est visitantem, † seu exercentem iurisdictionem imminentem suæ Dignitati, vel Ecclesiæ non lucrari distributiones, quando est absens à ciuitate, seu loco vbi est Ecclesia, si enim id faceret in ciuitate, seu loco, vbi est Ecclesia, lucraretur etiam distributiones, si opporteret fieri tempore horarum, nec posset commode fieri post eas, seu ante, iuxta infra dicta n. 357.

337 Nec procedit illud † decretum *dict. cap. 3.* in Canonicis, seu dignitatibus habentibus Ecclesias Parochiales, non tamen Canonicatibus, seu dignitatibus annexas, vt in sequenti declaratione super illo. *Ibi habetur, non comprehenduntur Canonici habentes Ecclesias Parochiales, non tamen Canonicatibus annexas, seu vnitas, qui si in Parochialibus residerint, & fuerint priuilegiati ad perceptionem fructuum, exceptis distributionibus quotidianis iuxta Bullam Pij V. vel ex indulto Apostolico, non poterunt optare neque domus Canonicales, neque Canonicatum presbyteralem, & similia, cum non habentur pro præsentibus, sed tantum sunt priuilegiati ad percipiendos fructus, & ad quando scilicet extat consuetudo, vel statutum, quo absentes non possunt optare, secus quo absentes possunt optare.*

338 Rursus circa 1. declarationem † *versic. an durante ea visitatione,* aduerte eam procedere, etiamsi Canonicatus esset annexus dignitati, stante, quod fructus Canonicatus distincti sint à fructibus dignitatis, vt infra dicitur, nam adhuc vti duo Beneficia obtinentur, infra dicitur *vndecima part. c. 5. n. 192. & vltima p. c. 12. à n. 57.* & visitando ratione dignitatis non seruit Canonicatui, secus autem esset in portione accessoriè annexa, & vnita dignitati, nam tunc vnum est Beneficium, & Portio est tanquam prædium dignitatis iuxta dicta *d. c. 5. n. 198. & d. cap. 2. num. 12.* & sic visitans ratione dignitatis lucraretur etiam fructus Portionis annexæ, tanquam fructus ipsius dignitatis, seu eius prædij.

339 Et ex illa declaratione *d. vers.* † conuincitur *consilium* Nauar. 14. *de Clericis non residen.* de quo supr. *n. 50.* quatenus sentit, quod prosequens litem super iurib. suæ dignitatis lucratur etiam in absentia fructus Canonicatus, quem simul obtinent, quod non est verum, nam tunc non abest causa Canonicatus, nec pro vtilitate illius, seu Ecclesiæ, sed solum dignitatis, cuius iura prosequitur.

Et ex eadem declaratione infertur, quod excusatus
340 à residendo † non lucratur fructus, qui non lucrifiunt in absentia, nisi in casibus à iure expressis, & hoc est, quod dicit Rebuf. *in praxi titulo de dispensatione de non residendo, n. 22.* & facit, quod ipse inferius ait *n. 60.* quod dispensatus de non residendo, nequaquam recipiet fructus Beneficij, nisi concedatur hoc expresse in dispensatione, cui consonat quod ait Felin. *in cap. fin. de magistris, numero 3. sub versic. 6. limita, quod propter simplicem licentiam absentiæ non excusabitur quis à perceptione fructuum, sed solum excusabit eum, vt non priuetur.*

Vnde Canonicus ingrediens † Religionem nô lucrabitur anno nouitiatus, & probationis fructus Prebendæ, quamuis sit iuste excusatus à residentia, vt dicetur infra 11. *par. c. 9. n. 31.* 341

Vnde etiam Canonicus electus, † seu nominatus ad Episcopatum Italiæ, qui debet Romæ examinari, quamuis interim, dum vadit Romam, iuste absit, & sit excusatus à residendo, non tamen habebitur pro præsenti, nec fructus percipiet ex ista causa, qui non lucrifiunt in absentia, nisi in casibus à iure expressis, qualis non est iste, maxime, cum talis absentia sit in vtilitatem priuatam ipsius electi, qui vult esse Episcopus; & ad percipien. fructus in absentia nô solum non sufficit vtilitas priuata, sed nec vtilitas Ecclesiæ, seu Episcop. in genere, sed requiritur vtilitas Ecclesiæ in specie, & in particulari Io. Andr. *in capit. 1. sub numero tertio de clericis non residen. in sexto,* & ibi Domin. *§. qui vero, num. 8.* & Probus ad Monachum, *nu. 29.* & Rota *decis. 222. part. 1. diuersorum,* de quo infra *nu. 372.* 342

Nec obstat, † quod obtinentes ex dispensatione Parochialem, & Canonicatum, residentes in Parochiali, percipiunt fructus Canonicatus, exceptis dumtaxat distributionibus quotidianis, vt in constitutione 64. Pij V. & in declaratione 7. supra adducta sub *numero 1 9.* & alijs. Et similiter obtinens ex dispensatione duos Canonicatus, aut Dignitates, & residens in vno lucratur fructus alterius licet non distributiones, vt in declarationibus supra adductis *n. 185. & sequen.* quia respondetur, quod illi residentes in Parochialibus sunt priuilegiati ad perceptionem fructuum, ex d. Bulla Pij V. vt dicitur in declaratione supra adducta 337. obtinens vero ex dispensatione duos Canonicatus, seu dignitates, eo ipso censetur dispensatus, vt percipiat in absentia fructus alterius, nam alias dispensatio esset inutilis, & ita videtur esse de mente Papæ dispensantis, quando dispensatio est perpetua, & non ad tempus. 18. Dubitatur, † an statuta, & consuetudines Ecclesiarum concedentia iubilationem deseruientibus per quadraginta annos, sint contra ius, & derogata per Concilium? & dicendum videtur, quod non ad Cenedum Collect. 15. ad 6. num. 8. licet contra sentiat Nauarr. *consil. 12. de clericis non residen.* & ita censuit Sacra Congregatio, & Gregor. XIII. vt in sequenti declaratione. *An sit derogatum statutum Ecclesiæ Compostellanæ permittenti Beneficiato, qui in ea per quadraginta annos continuos aliquod Ecclesi. illius Beneficium possidet possedit, & per id tempus illud per se ipsum in diuinis residendo deseruiuit, vt à dicta Ecclesia de cætero, quoad vixerit, vt emeritus, & inde donatus abesse liceat, & tanquam præsens in choro habeatur, tamen ratione fructuum Prebendarum quoad distributionum quotidianarum, S. D. Greg. XIII. audita relatione Cong. dixit, tollerandum esse hoc statutum.* 343 344

Decimonono dubitatur, an per Concilium *d. c. 12.* sit † derogatũ *capitulo de cætero, & capitulo ad audientiam de clericis non residen.* vbi habetur, quod duo Canonici existentes in seruitio, seu obsequio sui Episcopi, habentur pro præsentibus, & percipiũt fructus Canonicatuum, præter distributiones quotidianas & videtur, quod sic, *arg. c. 1. de constit. in 6.* & quæ ibi notantur. 345

Nihilominus tamen contrarium est dicendum † ex illa reg. quod lex generalis posterior limitatur, & determinatur per legem priorem specialem, *l. non est nouum, cum sequen. ff. de legib.* glo. recepta in *authen.* 346

authen. affer. [illegible] C. de [illegible], & in l. [illegible] dam. ff. si qui [illegible], & ibi DD. Decius in l. *[illegible] ff. de reg. iuris,* Anton. Gabr. *de [illegible] concl. 2. n. 2.* Euerar. *[illegible] à num. 41.* Barbosa *in l. 1. ff. soluto matrimonio 1. par. nu. 8.* & Thom. Sanchez *de matrimonio lib. 2. disputatio. 24. nu. 6.* & ita in proposito tenet Nauarr. *consil. 4. & 6. de clericis non residen.* quem post hæc sequitur Gonçalez *gloss. 6. numero 233.* & sentiunt Hoieda *de incomp. Benef. 1. part. cap. 17. numer. 29. & 2. part. capit. 10. numero 15. & 16.* Salcedo *in prax. cap. 51. litera C. 2. casu* Sbrozius *de Vicario Episcop. lib. 1. quæst. 43. ex num. 4.* Cabedo *decis. 94. 1. par.* & Zerola *de [illegible] Ecclesiastica, c. 24. de Canonicis numer. 4. [illegible], & de Beneficiato, sub num. 6.* qui post Concilium Triden. scripserunt.

347 Et ita tenet S. Cong. Concilij, † vt apparet ex sequ. declarationibus. Prima, *Stante consuetudine in Ecclesia Cathedrali, quod Canonici non [illegible] non percipiat fructus Prebenda, nec distributiones quotidianas, an liceat Episcopo suo retinere penes se vnum, & duos Canonicos, qui dictos fructus, & distributiones percipere possint, ac si in choro præsentes esse, Congr. censuit licere, exceptis tamen distributionibus [illegible]. Secunda, Canonici, qui sunt à choro absentes cum suo Episcopo, distributiones quotidianas amittunt, quæ vero præsentibus tantum debentur, etiamsi sint cum Episcopo in visitatione [illegible] priuilegium autem, quod suo Episcopo inseruiunt, etiamsi absint vltra tres menses, Prebendarum suarum fructus [illegible] suos. Tertia. Nec possunt Canonici [illegible] duo ad plus [illegible] Prælatum [illegible] Missam in Ecc. ipsa Cathedrali, seu in alia Ecclesia [illegible], participes pro distributionum quotidianarũ, quæ non nisi præsentibus, & interessentibus dantur.*

348 Id autem, quod dicitur, Canonicos existentes in seruitio sui Episcopi non posse percipere distributiones quotidianas, vt probatur *dict. cap. de cætero,* & ibi notant D. & etiam [illegible], primo stante consuetudine in contrarium, quia seruanda erit, cum sit ex iusta causa, ex Decio *in dict. [illegible] de consuet. 2. lectura sub numer. 6.* Couar. *lib. 4. variarum capit. 13. numero 5. vers. [illegible]* Duenas *reg. 206. limitatione 1.* Hoieda *dicto tract. 17. numero decimo,* & habetur in simili declaratione adducta infra *numer. 361.* quæ sunt videnda. Et ita in proposito videtur tenere Hoieda *d. cap. 10. numero 16.* & expresse cum eo Sbrozius *d. numero 4.* quamuis contrarium teneat Nauarr. *d. consil. 3. de clericis non resid. numer. 2.* dicens Canonicis seruientibus Episcopis consuetudinem non posse prodesse ad lucrandum distributiones quotidianas per *c. 1. de clericis non resid. lib. 6.* cui tamen satisfit ex Decio, Couar. Duenas, & Hoieda *vbi supra.*

349 Secundo fallit in † Canonicis missis à suis Episcopis ad visitanda limina Apostolorum eorum nomine, vel comitantibus ipsos Episcopos ad eadem limina iuxta constitutionem 17. Sixti V. de visitandis liminib. Apostolorum ab omnib. Episcopis. Nã isti lucrantur non solum fructus, sed etiam distributiones ex decreto eiusdem Sixti V. vt in sequentibus declarationibus S. Congreg. Concilij. Prima Canonici *missi ab ipsorum Episcopis ad limina Apostolorum eorũ nomine, vel comitantes ipsos Episcopos ad eadem limina, distributiones lucrantur ex decreto S. D. N. Sixti V.* Secunda, Illustrissimo Card. Hispalen. *Canonici de [illegible] ipsum Ecclesiæ Canonicus [illegible], tuis Il. [illegible]. Ad visitanda limina Apostolorum [illegible] procurator, dum huiusmodi visitationis causa abfuerit, debet percipere distributiones quotidianas. Ita censuit S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretãdo propositum, &c. [illegible] Congregationis sententiam [illegible] esse, vt [illegible] Romæ die 21. Ap. 1589. A. Card. Carrafa.*

Quod non solum videtur procedere † in Canonicis, sed etiam in alijs Prebendatis, licet non sint de Capitulo, missis à suis Episcopis, seu eos comitantibus ad limina Apostolorum, nam in proposito eadem videtur esse ratio, & de mente Sixti V. quicquid alias sit in alijs Clericis, vt infra dicetur. Non tamen procedit in Canonicis, seu Prebendatis missis ab Episcopis alarum Ecclesiarum, seu eos comitantibus ad limina Apostolorum, licet alias sint sui Episcopi ratione originis, seu aliorum Beneficiorum, nam isti non lucrabuntur distributiones, nec fructus Canonicatuum, seu Præbendarum, nec illa causa sunt [illegible] absentes, cum non absint causa Episcoporum suarum Ecclesiarum. Nec habentes Beneficia simplicia seruitoria, quibus per Vicarium, seu substitutum potest deseruiri, percipient ista de causa non seruientes distributiones, & alia emolumenta seruitij, nec excusabuntur apponendo Vicario, seu substituto, vt consului, & practicatum est cum quodam Beneficiato Ecclesiæ S. Vincentij Abulen. Castitate misso ad visitanda limina ab Episcopo Abulen. D. Laur. Otradini de Auend. Nec poterit Episcopus mittere ad visitanda limina duos simul Canonicos, seu Præb. quia ad id vnus satis est, si tamen ipse Episcopus vadit ad ea visitanda, poterit secum ferre duos Canonicos, seu Præb. qui eum comitentur, & isti duo eum comitantes, aut missi, percipiant fructus, & distributiones Canonicatuum, seu Præbendarum suarum, si tamen plures in hoc occuparentur, neuter perciperet, quia non est maior ratio de vno, quam de alio, quamuis videatur probabile, aut de mente Sixti V. quod duo Canonici, seu Præb. comitantes Episcopũ, aut vnus ab eo missus ad limina Apostolorũ, lucrentur fructus, & distributiones Canonicatuũ, seu Preb. licet habeat alias occupatos in suo seruitio alios duos nisi forte ex hoc Eccl. pateretur ob seruitio magnum detrimentum ob paucitatem ministrorum. 350 351

Tertio fallit quando Canonicatus † consisteret solum in distributionibus quotidianis, nam tunc eas lucrarentur, ne priuilegium esset inutile iuxta allegatos supra *d. 115. n. 175.* excepta tamen tertia parte, quæ deseruientibus accresceret ex Congregationis sententia, vt in sequenti declaratione. *Canonici comitantes Episcopum non lucrantur distributiones quotidianas, nisi Canonicatus consisteret in distributionibus quotidianis, & tunc amittunt tertiam partem, quæ deseruientib. accresit.* Et est in simili alia declaratio, quæ sic ait. *Si sunt vere comitantes, & sine culpa, at post [illegible] Canonicatum [illegible], possunt Canonici cum facultate in alio [illegible] manere, durantibus dumtaxat [illegible], dummodo non vltra annum; & si omnes fruct. Canonicatus in distributionibus quotidianis consistant, eis Canonicus lucrabitur, deducta tamen tertia parte pro deseruientibus.* Cui consonat Concilium Prouinciale Bononien. *tit. 6. de residentia, §. de causis excusantibus Canonicos à residentia, versic. secundo,* vbi sic dicitur. *De Canonicis etiam citra culpam suam susceptis eadem, quæ supra de Parochis decreta sunt, obseruandæ erunt [illegible], & si omnes fructus in distributionibus quotidianis consistant, eis Canonicus deducta tertia parte alio loco eius deseruientibus assignanda, sibi possit comparare.*

352 Sed videtur, † quod omnes distributiones deberent tunc lucrari, non deducta tertia parte, ex declarationib. adductis supra n. 113 & 114.

353 Pro concordia dicendum est, † quo ad lucrandos fructus Canonicatus, quando omnes consistunt in distributionibus quotidianis S. Congre. facere differentiam inter Canonicos absentes causa studij, & causa residentiæ in Parochiali ex vna parte, vt hi eos integros percipiant, vt apparet ex d. declarationibus adductis n. 113. & 114. & inter Canonicos absentes causa seruitij Episcopi, & causa inimicitiarum, vt hi eos lucrentur, deducta tertia parte, quæ deseruientibus accrescat, vt apparet ex hic adductis. Et ratio, quæ videtur mota est, quia causa absentiæ illorum videtur magis pia, & fauorabilis, seu maiori fauore digna, quam horum.

354 Quarto fallit stante speciali gratia, † & concessione Papæ, Nauar. d. consil. 2. de clericis non residen. n. 3. vt facta est D. Card. Carolo Borromeo, vt in declaratione sequenti. *Sanctiss. Pater noster Cardinali Borromeo concessit, vt Vicarij eius foranei, dum ratione officij sui per loca sui Vicariatus ratione visitationis, aut alicuius alterius capitis spiritualis absunt ab eorum Ecclesia, eadem debita ratio habeatur quoad distributiones quotidianas, ac si in choro personaliter interessent, dummodo d. Vicarij intra fines sui Vicariatus maneant, & prætextu exercendi officium non vagentur sola; causa, ad quod diligenter animaduertere ipse debeat, vt aliqua fraus fiat, eandem gratiam fecit, vt de illis, quos ipse de ciuitate assumet, vt munus generalis visitationis per Diœcesim subeant, ratio habeatur quoad distributiones, ac si essent in choro, cum conditionibus tamen, vt supra, eandem gratiam fecit pro illis, qui occupati sunt examine illorum, quibus conferendæ sunt Parochiales, si quando propter dictam occupationem non possint interesse horis Vesperarum, seu Completorij, dummodo fraus absit, ne ideo data opera examen exequatur in horis vespertinis, seu Completorij, idem pro deputatis seminario, si quando pro seruitio seminarij esse in aliquo negotio ea hora occupati, qua diuina officia celebrantur in Ecclesia, & præcipue, si essent occupati propter Congregationes, quæ semel in hebdomada ratione d. seminarij fiunt, dummodo ista gratia non abutantur.*

355 Et iuxta hanc declarationem, † stante gratia speciali, procedit quod ait Zechus d. t. de Beneficiatis ad fi. vbi ait, quod distributiones quotidianas lucrantur examinatores Beneficiorum, si sine fraude absunt ex declaratione S. Congregationis, & alias non stante gratia speciali non est verum, quamuis fructus, seu grossam lucrentur, tanquam occupati in seruitio Episcopi, & Ecclesiæ in communi, saltem duo Canonici, seu Beneficiati.

Et similis gratia, & priuilegium percipiendi etiam
356 distributiones quotidianas in absentia cōcedi † solet ad tempus, & prorogari Inquisitoribus, atque alijs ministris S. Officij inquisitionis Hispaniæ, vt in sequenti declaratione S. Congregationis. *Congregatio Concilij iam dudum consulta respondit Inquisitoribus hæreticæ prauitatis minime ius esse percipiendi distributiones quotidianas Canonicatuū, Dignitatum, aut aliorum Beneficiorum eo tempore, quo Beneficiis prædictis non deseruierint, qua decisione Inquisitores Hispaniarum veriti ne læderentur eorū priuilegia à diuersis Ro. Pontificib. ad tempus concessa, et à Fælic. record. Gregorij XIV. prorogata, vt eis prædicto munere vacantibus liceret distributiones quotidianas percipere, ad Congregationem adierunt, illorumque tenore exhibito declarari petierunt, eam decisionem ex iure communi de promptam ad eorum priuilegia ne quaquam extendere. Itaque Congregatio priuilegiorum exemplo diligenter inspecto iure conseruandi eadem Inquisitores postulare censuit, et quo alias declarauit decisionem à se editam de distributionibus quotidianis in absentia non percipiendis, non habere locum, vbi specialibus priuilegijs, aut indultis Apostolicis Inquisitoribus, atque alijs S. Officij ministris fuerit concessum, vt quotidianas distributiones, quas tanquam absentes, lucrentur, nam eorum priuilegia, & indulta huiusmodi, quæ ad tempus, pro quo fuerunt concessa, durēt, ex firmum esse custodienda, quæ præstantem, & vtilitas est Christianæ Reipublicæ Inquisitorum officium ad conseruationem & propagationem orthodoxæ Fidei constitutum, quod idē ad Cardinalem Toleti significare Congregatio voluit, vt sciret priori decisione Congregationem ius quidem commune declarasse, non de priuilegiis, aut indultis à Sede Apostolica concessis quicquam detractum voluisse. 6. Iun. 1594. Hiero. Carden. Matheus.*

Ex supradictis infertur Canonicum Vicarium Episcopi non posse percipere distributiones quotid.
† in absentia, quamuis excusetur à residentia, & percipiat fructus in absentia, ex quo est in seruitio, & 357
obsequio Episcopi, nisi sit consuetudo in contrarium, Rebuf. in praxi, tit. de Vicariis Episcoporum, num. 5. Hoieda d. cap. 10. num. 15. & 16. & Sbrotius d. quæst. 42. nu. 4. & 5.

Vicarius tamen Capituli † Sede vacante, Canoni- 358
cus non solum habetur pro præsenti, & lucratur fructus in absentia, Paninus de offic. & potestat. cap. Sede vacante, n. 10. 2. par. num. 5. Rebuf. supra Rota, decis. 212 num. 6. 2. pa. diuersorum, sed etiam percipit distributiones ex ratione assignata à Panino ibi, quod censetur esse in seruitio Ecclesiæ, cum magis commodum sit Ecclesiæ, vt deputetur vnus, & non exerceatur iurisdictio per totum Ca. Quæ ratio cessat in 359
Vicario Episcopi, vt per Rotam ibi. Et qui abest pro seruitio, & euidente vtilitate † Ecclesiæ de iure, etiam cessante consuetudine, non solum percipit fructus, cap. ex parte 2. de clericis non residen. sed etiam distributiones quotidianas, si est præsens in loco vbi est Ecclesia, capit. vnic. de clericis non residen. in 6. & ibi Domin. §. qui vero, num. 10. Couarr. lib. 3. variar. c. 13. num. 8. vers. 8. optime D. Ioan. Ocon. in d. cap. vnic. à num. 65. Ioan. Gutier. can. quæst. lib. 1. cap. 1. num. 145 Zerola in praxi Episcopali. par. versic. distributiones. §. 3. Zechus de repub. Eccle. c. 24. de Canonicis, nu. 9. versic. 2. & alij.

Nisi sit consuetudo contraria, † vt alias in simili de 360
infirmis declarauit S. Cong. Concilij his verbis: *Consuetudo in aliqua Ecclesia introducta, vt Canonici infirmi fructus tantum suæ Præbendæ non distributiones quotidianas percipiant si legitime præscripta sit, tollit constitutionem,* Nega. in summa prima part. cap. 128. casu 19.

Quamuis absens à loco, † vbi est Ecclesia pro v- 361
tilitate Ecclesiæ, vel alia iusta causa, nō percipiat distributiones, c. cum nō deceat de elect. in 6. Domin. & Ripa de peste, 2. par. n. 145. Couar. D. Anto. Ocon. Io. Gutier. Zerola, & Zechus ibi, qui id declarant, nisi consuetudine aliud fuerit obtentum, ita censuit S. Cong. Concilij, vt in declarationib. & seq. *Stante consuetudine, quod Canonicus missus à Capitulo pro aliquo seruitio ipsius Ecclesiæ, seu Capituli, percipiat omnes fructus, & distributiones quotidianas, Cong. censuit eam esse obseruandam, si Canonici absint pro euidente vtilitate Ecclesiæ.* Secunda. *Qui causa pestis absfuerant, quotidiana distributiones eis non deberi, nisi probetur legitima consuetudo, quod distributiones huiusmodi dentur absentibus ex iusta causa.*

Et iuxta id sunt accipiendæ aliæ declarationes e-
362 iusd. S. Cong. † nempe sequentes. Prima, *An distributiones quotidianæ debeantur infirmis propter infirmitatem diuinis officiis non interessentibus, placere decreto huius cap. 12. Cong. censuit deberi.* Secunda, *Sane confessio? si alias residere soliti sunt, distributiones debentur, at etiam infirmis ex propria culpa, & peccato cum præcedente occasione, nimius enim esset rigor, nec Superior huiusmodi Inquisitionem facere debet addendo afflictionem afflicto, quandoquidem multa essent causæ, & non turpes, debentur etiam detentis in carceribus, non tamen ob propriam culpam, iuxta doctrinam Ioan. Andr. in c. 1. de clericis non resid. in 6.* Consonat Concilium Bononien. d. tit. de residē. c. 2. §. de causis excusantibus Canonicos, vers. 4. Tertia, *Cong. censuit distributiones quotidianas lucrari eum, qui debite coniectus in carcerem fuit, fructus autem Præbendæ suæ massæ grossæ tam diu habere, quandiu per sententiam non fuerit declaratum, iuste illum in carcere detineri.* Circa quod est alia declaratio, quæ sic ait. *Quoad carceratum Cong. censuit eū non priuari distributionibus vsque ad primam sententiam, quod si condemnatus appellet, interim non percipiet, sed si in secunda instantia obtinuerit, omnia recuperabit.* sub die 17. Iul. 1570. super Canonico Bracaren. vt in libro Innoc. IX.

363 Et iuxta prædicta etiam † sunt accipienda *consil.* Nauar. 10. & 11. *de clericis non residen.* intelligenda enim sunt, quod absens à choro ex causa infirmitatis, seu alterius corporalis necessitatis, aut incarcerationis, seu excommunicationis iniustæ, de iure, etiam seclusa consuetudine lucratur distributiones quotidianas si est præsens in loco, vbi est Ecclesia ex d. c. vnic. vt allegatu n. 359.

364 Dispositionem autem d. cap. de cætero, † & c. ad audientiam, de clericis nō resid. ampliaui primo, vt procedat, & habeat locum etiam in Canonicis Doctorali, & Magistrali, secundum Rotam in vna Placentina fructuum, anno 1550. vt per Puteum, decis. 294. n. 3. & post hæc tradit Gonçalez d. glo. 6. nu. 157 dicens, satis notandum.

365 Quod tamen videtur intelligendum, † nisi vergeret in magnum, seu notabile damnum Ecclesiæ, quia remaneret destituta litteratis, Rebuf. in praxi, tit. de dispensatione de non residendo, num. 41. quem sequitur Hoieda d. c. 17. n. 29 & cosa ad fin.

366 In hac tamen Ecclesia Abulen. est † statutum, quod Canonicus Doctoralis non procuret, nec habeat, nec acceptet familiaritatem Episcopi, nec ea vtatur.

367 Sed non videtur habere locum † dispositio d. ca. de cætero, & cap. ad audientiam. Canonico pœnitentiario, qui non videtur posse occupari in seruitio Episcopi vltra tempus à Concilio permissum ad tra-
368 dita supra dict. quinto 2. dicti à num. 40. † Nec etiam in Canonico lecturæ, cum ad munus illud sit electa eius persona.

369 Secundo ampliatur, † vt procedat etiam in inferioribus Clericis, non canonicis, concurrente tamen dispensatione Episcopi, vt tenet Io. And. in d. c. ad audientiam, quem ibi sequuntur Butrius Card. Imola Anchar. & Anania, & videtur magis sequi Selua de Benef. 4. p. q. 6. n. 13. seu 33.

370 Verior tamen est sententia † Abbatis in d. ca. ad audientiam, numer. 8 qui ait Clericos inferiores, non canonicos, posse destinari, seu occupari per Episcopum communi vtilitate, aut causa suggerente pro seruitio Ecclesiæ Cathedralis, & tunc habebunt fructus in absentia sine aliqua dispensatione, pro seruitio vero solius Episcopi, secus nisi vbi necessitas vrgeret, non enim est tanta communio inter Episcopum, & Clericos inferiores, sicut inter Episcopum & Canonicos, in quibus loquuntur. d. iura, qui sunt membra corporis sui. Quam sententiam sequuntur Nauar. in man. cap. 25. num. 120. & cons. 5 de ætat. & qualitate, de quo supra n. 46. Salcedo d. cap. 41. lit. C. secūdo casu Lud. Lopez instruct. consc. 1 tom. cap. 249. secunda causa, & Zechus de rep. Eccles. titulo de Beneficiatis, n. 4. vers. 9. & secuta est Rota in d. causa Placentina fructuum, vt per Puteum supra. Et in vna Calagurritana fructuum. 18. Martij 1583 coram D. Bubalo, vt in d. dec. 212. parte 2. diuersorum, quam refert Sbrotius supra n. 6. vbi ex ea fuit resolutum. *Lic. Orthiz de Angulo † Portionarius Ecclesiæ Calagurritanæ Vi-* 371
carius, seu Prouisor ipsius Episcopi residentis in oppido Lucronio, vbi alij Prouisores residere consueuerunt, non deberi fructus suæ Portionis, quia de vrgenti necessitate Episcopi non constabat, cum verisimile esset aliū in d. Diœcesi reperiri æque idoneum ad exercendum d. officium, neq; ex deputatione personæ d. Othiz in Vicarium resultabat vtilitas Ecclesiæ, quia Vicarius deseruit soli Episcopo, refert Gonçalez supra n. 202. glos. 5.

Et amplius dicit Rota ibi, quod in hac materia † 372
non sufficit vtilitas totius Episcopatus in genere, sed requiritur vtilitas Ecclesiæ in specie, vt per Io. And. in cap. 1. sub num. 3. versic. item intelligendum est, de clericis non residen. in 6.

Sed hoc est contra Abb. supra † docentem infe- 373
riores Clericos posse per Episcopum destinari pro communi vtilitate, quamuis verum sit, quod occupatus in officio Prouisoris, seu Vicarij non videtur occupatus pro vtilitate communi, saltem considerabili ad istum effectum, quia potius deseruit Episcopo, vt dictum est. † Et dictum Ioan. And. quod 374
sequitur Domin. ibi. §. qui vero, n. 8. & tenet Probus ad Monachum, n. 19. procedet in illis, qui non per Episcopum, vt dictum est, sed alias sunt occupati, seu destinati pro vtilitate communi, seu Episcopatus in genere, aut per Episcopum plures quam duo eiusdem Ecclesiæ intra dictum Hostien. quod refert, & sequitur Abbas in d. cap. de cætero, sub n. 3. & Selua d. quæst. 6. casu 17.

Vnde Procuratores generales † Cleri Hispaniæ 375
à Cong. eiusd. Cleri, seu de eius ordine deputati, residentes in Curia Rom. & in Curia Regis Catholici non excusarentur à residentia in suis Ecclesiis, nec lucrarentur fructus in absentia, nisi staret breue Sanctissimi D. Clementis VIII. datum 28. Febr. 1597. ex quo non possunt cogi ad residendum (dummodo non obtineant dignitatem actu maiorem post Pontificalem, aut Canonicatum, Doctoralem, Magistralem, Pœnitentiariam, aut de lectura) ac lucrantur omnes fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque, nec non distributiones etiam quotidianas, ac manuales, etiamsi primam, & rigorosam residentiam non fecerint, vt latius in d. breui.

Referuntur tamen in dict. † Calagurritana Do- 376
mini vtendum, an ex eo, quod Portionarij in Ecclesia Calagurritana interueniunt in Capitulo, & in aliquibus habent vocem, possit dispositio dict. capit. ad audientiam, comprehendere etiam istos Portionarios?

Et prima Iunij eiusd. anni. 1583. † coram eod. D. 377
Bubalo fuit resolutum. *Integros Portionarios non esse*

P

de Capitulo, ita vt dispositio c. ad audientiam, de Clericis non resid. ipsos comprehendat. Quo attento iure communi clara est conclusio quod soli Canonici dicuntur esse de Capitulo, Portionarij autem, & alij Clerici inferiores non. Ab. & Fel. in c. cū olim, de re iud. Compostell. numer. And. Card. in cap. 1. de elect. & attenta etiam consuetudine huius Ecclesiæ quamuis interueniant in Capitulo, & in actibus capitularibus habeant vocem, non tamen dici potest esse de Capitulo, quia non sequitur, habens vocem, ergo sunt de Capitulo. Gemin. in cap. fin. sub numer. 5. in fin. versic. in dubio, de præben. in sexto, vnde in dispositionibus ad Capitulum non veniunt, nisi soli Canonici, non autem alij, qui de iure speciali, seu consuetudine habent vocem in Capitulo, vt ibi Francus. nu. 6.

378 Vbi tamen Portionarij essent de † Capitulo, prout sunt in aliquibus Ecclesiis Hispaniæ, procederent in eis dicta iura, sicut in Canonicis, cum tunc sint etiam membra corporis ipsius Episcopi, & sic militaret eadem ratio, sed non sufficeret habere tantum vocem in Capitulo, vt dicitur in dicta Calagurritana proxime relata; nam ex eo solum, si non sunt de Capitulo, non possunt dici membra corporis Episcopi, nec ipsius fratres. Circa quod vide dicta infra 11 part. capit. quinto à numero 106.

379 In hac vero Ecclesia Abulen. † quicquid sit de hoc, an eis Portionarij sint de Capitulo, vel solum habeant vocem in Capitulo, possunt assumi ab Episcopo in familiares, sicut Canonici ex statuto ipsius Ecclesiæ, quod certum ordinem in hoc præscribit. de quo infra, n. 433.

380 Et quod diximus de Portionariis † videtur eadem ratione dicendum de dignitatibus in proposito.

381 Tertio ampliatur, † vt habeat locum in Prælatis inferioribus respectu suorum subditorum, quia textus in d. cap. de cætero, generaliter loquitur, nec apparet cui loquatur, & eadem videtur ratio, ita Abb. ibi num. 5. Selua d. quæst. 6. decimoseptimo casu, Rebuffus supra numero 45. Et Nauarr. d. cons. 2. de Clericis non resid.

382 Quarto ampliatur, † vt idem sit in Legato quantum ad Prouinciam suam, & in Archiepiscopis, quoad Clericos suæ Diœces. & non suorum suffraganeorum, vt tenent DD. communiter in cap. cum dilectus, de Clericis non resid. Selua dict. quæst. 6. casu 19. & 22 Reb. supra, numer. 36. Hoieda d. c. 17. numer. 29. 9. & 10. casu. Salcedo supra dict. cap. 51. 2. casu, Syluest. verb. residentia, numer. 7. & Zerola in praxi Episcopali 1. p. verbo residentia. § 4. & alij, quamquam quis, quod attinet ad legatum dubitet, Abb. in d. c. cum dilectus, n. 6. & 7.

383 Similiter Familiares † Papæ existentes in eius seruitio, vt capellani, camerarij, & similes, percipiunt fructus suæ Præbendæ in absentia. d. c. cum dilectus, & ibi Abb. & Doct. Selua d. q. 6. casu 19. Rebuf. supr. ex n. 32. Hoieda d. c. 19. 7. casu. Salcedo supra, 3. casu, Syluest. d. n. 7. & Zerola d. § 4. Nauar. & Lud. Lopez. vbi supra 3. causa.

384 Ex quibus id non procedit in † scriptoribus, & alijs officialibus curiæ, qui stant principaliter propter suum lucrum, nisi ex præcepto Papæ in curia morentur.

385 Et sicut Familiares Episcopi, † ita etiam Familiares Papæ non percipiunt distributiones quotidianas Io. And. & Abb. n. 5 in dict. cap. cum dilectus, & Selua d. casu 19.

386 Vnde in vna Ilerden. † distributionum coram D. Gipsio 2 Iun. 1598. fuit resolutum. Quod indultum concessum per Sixtum V. Sub collectoribus intelligitur ad instar Familiarium Papæ, & sic extenditur solum ad percipiendum fructuum, non vero distributionum.

Et de Familiaribus cardinalium, † quod etiam excusentur à residentia, & percipiant fructus in absentia, dicunt Syluest. & Zerola supra, & Abbas in d. cap. cum dilectus, nu. 8. & Selua d. q. 6. casu 21. ex Io. And. ibi dicunt, quod Papa hodie concessit omnibus cardinalibus hanc prærogatiuam respectu suorum Familiarium, vnde de iure, inquit ibi Abbas, posset attentari aliud, idem Villadiego de cardinalib. n. 63. 387

Nihilominus dicendum est † Familiares cardinalium non excusari à residentia, nec posse percipere fructus in absentia, nam in iure non est tale priuilegium, Francus in ca. fi. nu. 3. de verbor. signific. in 6. & ibi Domin. sub num. 5. nec hodie, quicquid esset olim, est tale priuilegium particulare, & ita patet ex declaratione Abulen. infra adducta n. 425. & ita practicatur. 388

Similiter existentes in seruitio, aut officiis Regis, seu Principis non excusantur à residentia, nec possunt percipere fructus in absentia. † nam in iure nō est tale priuilegium, quicquid teneat Selua d. quæst. 6. casu 24 Boerius decis. 7. P. Greg. de beneficiis c. 7. n. 9. & Zauallos in suis communibus contra communes, q. 585. n. 7. 389

Et si aliquod priuilegium fuit antea † eis concessum, vt Regi Franciæ fuisse concessum dicunt Boer. ibi, & Rebuf. in concordatis tit. de collatio. § 4. vers. residentia reuocatum est iam per Concilium & Bullam Pij IV. vt dictum est supra n. 266. & 267. 390

Vnde quod inquit Naua. d. c. 25. num. 121. quem sequuntur † Man. Rodriguez in sum. c. 33. nu. 3. & Vega 1. part. cap. 36. casu 41. capellanos Regum perinde posse capere fructus in absentia, ac capellanos Papæ, si vtrisque eiusdem generis priuilegia sunt concessa, imo & magis, si forte plus sit eis fauore Regum concessum, intelligendum est de priuilegiis concessis post Concilium Triden. quæ tamen non sunt, & ita seruatur. 391

Vigesimo dubitatur, † an causa peregrinationis, maxime ex voto, liceat abesse vltra tempus à Concilio permissum, & lucrentur fructus Præbendarum. 392

Et videtur † respond. affirmatiue ex traditis per Rebuf. d. tit. de dispensatione de non residendo, n. 50 Seluam 4. p. q. 6. 10. casu, Boer. decis. 17. numer. 6. Hoiedam d. c. 17. num. 29. 11. casu. & Petrum Greg. d. cap. 7. nu. 15. 393

Nihilominus tamen contrarium est dicendum, † quia ista non est de causis in iure expressis, & censuit S. Congregat. Concilij his verbis. Canonici deuotionis causa peregrinantes, & visitantes aliquas Ecclesias, non lucrantur distributiones quotidianas, non obstante aliqua in contrarium consuetudine; fructus vero Præb. possunt, si intra tres menses à decreto Concilij hic concessos fecerint has peregrinationes. Secunda. Absentes causa peregrinationis, etiam ex facultate statutorum Ecclesiæ, non percipiunt distributiones quotidianas, imo quoad Præb. fructus hoc tempore peregrinationis percipiendos, non excusantur vltra tres menses, quos Concilium permittit. Consonat Concilium Mediolan. 5. part. 3. titul. quæ ad distributiones pertinet, versicul. peregrinationis causa. 394

Quod est notandum ad statuta aliquarum Ecclesiarum

† contrarium disponentia, quæ non videntur posse defendi, nec consuetudo contraria videtur rationabilis.

396 Vigesimoprimo dubitatur, † an Canonici, & Beneficiati celebrantes priuatè Missam in eadem Ecclesia tempore officiorum, seu horarum, habeantur pro præsentibus in choro?

397 Et dicendum † est, quod non, vt per Fel. cons. 115. alias 118. Abb. in cum olim, de re iudic. n. 3. & 6. & Gigan. cons. 144. n. 26 alias respons. 35 in materia pensionis qui docent, quod habens in Ecclesia Canonicatum, & Capellaniam, ea hora, qua celebrat, vt Capellanus habere non debet distributiones quotidianas Canonicatus.

398 Et ita censuit † S. Cong. Concilij his verbis. An Canonici, vel alij officiales chori habentes in Cathedralibus, vel Collegiatis Capellaniam, seu titulo, vel vti Mercenarij, eo tempore, quo in dictis Capellaniis celebrant, distributiones recipere debeant, licet absint in choro? & quid, si deuotionis causa, vel si à Superiore Ecclesiæ iniungatur eis, vt eo tempore celebrent? Sanctissimus Dominus voluit, etiam ex sententia Congregationis declarauit, non posse, nisi quando sic iussu essent à suo Superiore, quem tamen admoneri voluit, vt ab huiusmodi iussu abstineat. Secunda Canonici, qui sunt in Ecclesia, sed extra chorum, licet etiam celebrent causa deuotionis in eadem Ecclesia, non censentur præsentes, secus, si iussu Superioris, Superior tamen eis hoc mandare non debet, quod prouidit etiam in illis Canonicis, qui sunt in eadem Ecclesia Capellani, & Missas celebrare tenentur. Tertia. Quo tempore cantatur vna hora in choro, qui Missam celebrat in eadem Ecclesia ex deuotione, vel obligatione non dicitur interfuisse illi horæ, nec illius distributiones accipere potest. si vero iussus fuerit à Superiore, vt celebret, tunc reciperet, Superior tamen cauere debet à tali iussione. Quam adducit Gonçalez §. proem. n. 181.

399 Consonat Concilium † Mediolanen. 4. part. 3. tit. de distributionib. vbi sic dicitur. Quicumque, dum alicuius statæ horæ officium in choro peragitur, Missam celebrando tantum choro abfuerit, illius horæ distributionis tamquam absens particeps ne fit, nisi à S. Sede Apostolica declaratum erit; id vero, nisi pro absentia Sacerdotum, qui in Ecclesia tunc Missæ sacrificium faciant, necessitas aliquando inciderit, vt præfectus Canonicum aliquē Sacerdotem è choro extra statutas horæ officia abesse, Missæ celebrandæ causa iubeat, aut nisi à Sede Apostolica aliter concessum fuerit.

400 Contrarium tamen † de consuetudine seruatur in hac Ecclesia, & aliis, nam celebrantes, etiam causa deuotionis, habentur pro præsentibus, & interessentibus in choro.

401 Quæ consuetudo, cum sit ex iusta causa, cum totum sit cultus diuini † in eadem Ecclesia, & vt Beneficiati inducantur ad celebrandum, videtur tolerabilis iuxta tradita per Decium, Couar. Duenas, & Hoiedam supra citatos, nu. 341. vbi vide, & videtur approbari à Concilio Compostellano actione 2. decreto 18.

§. 2.

De alijs dubijs.

SVMMARIA.

AN Capitulum possit dare Canonicis, & Præbendatis licentiam absentiæ, & eos habere pro præsentibus vltra tempus à Concilio permissum, saltim ad breue tempus ex causa iusta, quamuis non comprehensa in iure, præsertim stante consuetudine id faciendi, numer. 402. cum seq. resoluitur, seclusa consuetudine certum esse Capitulum id non posse, non obstante statuto in contrarium, nec etiam Episcopum.

Dubium procedit stante consuetudine, quæ dat iurisdictionem, n. 414. & quod, si huiusmodi consuetudo est sublata per Concilium, potest dici illud quoad hoc non fuisse receptum in Hispania, numer. 415. & quod huiusmodi consuetudo non videtur sublata per Concilium n. 416.

Resoluitur non posse Capitulum talem licentiam dare, etiam stante d. consuetudine ante, & post Concilium semper obseruata, n. 417. cum seq. & adducuntur declarationes S. Congregationis.

Cum Capitulum non possit dare d. licentiam absentiæ non potest quis virtute eius lucrari fructus Præb. quos alias residendo, & interessendo lucrarentur, quamuis possint lucrifieri in absentia, saltē per tempus à Concilio permissum, donec priuetur, n. 425. & 426. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

Non possunt illi, quibus dantur per Capitulum tales licētiæ, percipere, aut retinere fructus eo, quod alij Præbendati videantur eis donare, seu remittere suam partem, n. 427. cum seq.

Fructus annorum præcedentium, qui hoc anno diuiduntur, debentur Canonicis, qui nunc sunt, & non qui erant illis annis, n. 429.

Distributiones quotidianæ non possunt dari absentibus à choro, non obstante quauis consuetudine, etiam immemoriali. n. 430. nec possunt à Capitulo, aut singulis Capit. aliquo prætextu donari, aut remitti, numer. 431. & vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.

An Capitulum possit dare licentiam absentiæ ex causis alias in iure expressis, alteratis tamen, seu modificatis per statuta, seu consuetudines Ecclesiæ? n. 433. cum seq. resoluitur distinguendo n. 435.

Quæ sint distributiones quotidianæ, quas amittunt absentes tempore à Concilio permisso, vel alias? Et quæ sint distributiones, quæ sunt potius Præbendæ, seu loco Præbendæ? numer. 439. cum sequentibus vbi resoluitur, & ponitur resolutio Rotæ, & declaratio S. Congregationis.

Ad quos spectent distributiones quotidianæ amissæ per non interessentes, vel alias? n. 443. cum sequentibus, resoluitur, quod si ita ordinatum est, vt singulis certa portio assignata sit, portio absentis ad Ecclesiam pertinet, si vero certa portio omnibus est assignata, portiones absentium interessentibus accrescunt.

Quod dictum est ad Ecclesiam pertinere portionem absentis, quando singulis certa portio assignata est, procedit, cū ex patrimonio Ecclesiæ dantur redditus, & distributiones ministrantur; at quando dantur ex mensa Capitulari, quia bona sunt diuisa, portio absentis remanet in ipsa, numero 447. & sequentibus, vbi ponitur Decisio Rotæ.

Similiter dicendum est de fructibus Præbendæ amissis ob non residentiam, vel alias, quod, si ex patrimonio Ecclesiæ dantur assignata cuilibet certa portione, tunc fructus amissi ad ipsam Ecclesiam pertinent, si vero est mensa Capitularis distincta, in ea remanent, numer. 449.

Si essent Præbendæ realiter distinctæ ita, quod quælibet Præbenda esset Domina suæ dotis, tunc fructus amissi applicandi essent fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco, num. 450.

Ex dictis difficultatem pariuntur quædam declarationes S.Congregat. quæ absolute dicunt distributiones male perceptas restituendas fabricæ, aut alteri pio loco, nu.451.

Respondetur eas loqui de distributionibus male perceptis per eum, qui fuit habitus pro præsentia a capitulo, vel eas ab eo fuerunt donatæ, seu remissæ, & sic sibi præiudicauit Capitulum, numer. 452. quod præiudicium videtur intelligendum respectu distributionum, & fructuum solutorum, secus, si non sunt soluti, numero 457.

Quod declaratio Abulen. ait quoad fructus Præbendæ, eum qui abfuit debere eis priuari, intelligendum videtur de fructibus, quos alias ratione Præbendæ ac residentiæ fecisset suos, numer. 453. nam quoad amissos ob non residentiam non est opus priuatione, numero 454.

Alia difficultas circa d. declarationem Abulen. n. 455. cui respondetur n. 456.

In materia delicti, & prohibitorum, vt quæ tendunt ad damnum cap. non sufficit maior pars capitul. & contradictio vnius facit, ne videatur gestum à Capitulo, dicto numero quadringentesimo quinquagesimo quinto.

In terminis Concilij Cap. 3. sess. 21. de refor. portiones tertiæ partis in distributiones conuersæ, quas absentes amittunt interessentibus accrescunt, numero 459. contra quod facit difficultatem cap. 3. sess. 22. vbi portio tertiæ partis amissa est applicanda fabricæ numer. 460.

Interpretatio, & concordia ad d. decreta Nauarri, num. 461. quæ non satisfacit, nu. 462. non placet alia interpretatio Ioannis Gutierrez, n. 463.

Vera interpretatio, n. 464. quæ confirmatur ex declarationibus S.Cong. adductis n. 465.

Separatio tertiæ partis fructuum pro distributionibus facienda ex d. decretis non est ita facienda vt fiat necessario dismembratio bonorum, sed sat est, si valor tertiæ partis fructuum ponatur pro illis, n. 466.

Ista tertia pars accipienda est secundum verum valorem currentem & non secundum taxatam, numero 467.

Secundum Congregationem, antequam ista detractio fiat deducendæ sunt pensiones, & alia onera legitime imposita, quamdiu durauerint, sed de nouo imposita eam non comprehendunt, n. 468.

Ista declaratio videtur intelligenda, vbi erant Præbendæ distinctæ realiter ita, quod deductio erat ex ipsis facienda ex fructibus communibus mensæ, numer. 469.

Non est locus detractioni dict. tertiæ partis distributionũ ex d. c. 3. sess. 21. quando distributiones sunt tolerabiles ita, vt verisimiliter non negligantur, numero 470. & quomodo consideretur ista verisimilitudo, quod negligantur, numero 471. vbi ponitur declaratio S. Congreg.

Quando ex dignitatibus detracta est tertia pars ex decreto c. 3. sessio. 21. non poterit detrahi alia ex c. 3. sess. 22. n. 472.

Dispositio d. c. 3. sess. 21. & detractio, de qua ibi, habet locũ contra obtinentes quæcunque beneficia residentiam requirentia in Cathedralibus, & collegiatis, non tamen extra eas, n. 473.

Pro distributionibus Ecclesiæ Cathedralis, aut Collegiatæ non est detrahendum aliquod ex Beneficiis extra eam existentibus, nisi essent perpetuo vnita Præbendæ illius, n. 474.

Non solum tenentur ad residentiam obtinẽtes in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis Dignitates Canonicatus, aut Portiones, sed etiam Mansionarij, Capellani, & obtinentes alia Beneficia perpetua, & habentia annexum seruitium in choro, n. 475.

Decretum d. c. 3. sess. 22. non habet locum in dignitatibus, quæ in Cathedralibus habent sedem in choro tantum, in quib. nunquam resederunt, sed habent collegiatam, n. 476. & sequenti, vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

An obtinentes huiusmodi Dignitates pro residentia in collegiata sint obnoxij detractioni tertiæ partis, numero 478. cum sequentibus resoluitur, quod sic, nisi habeant territorium, & iurisdictionem quasi Episcopalem, quia tunc non tenentur ad residentiam chori.

Obtinentes in Cathedralibus, & Collegiatis Dignitatem, licet non habeant vocem in Capitulo, nec cum cæteris participent distributiones, aut fructus, residere tenentur, & consequenter detractioni tertiæ partis eorũ fructuum pro distributionibus subiecti sunt, numero 481.

Id non procedit in obtinentibus Dignitatem, quæ nullos redditus habet, nec Præbendam licet eam expectent, nam interim non tenentur residere, numero quadringentesimo octuagesimo secundo. vbi adducitur declaratio S. Cong.

Non procedit etiam in dignitatibus non habentibus sufficientes præbendas, seu fructus, sed tenues, nam licet obligent ad residentiam, non tamen locum habet detractio, n. 483.

Pro congruis distributionibus assignandis aliquibus horis non sunt diminuendæ distributiones aliarum horarum, sed pro illis detrahenda est aliqua pars fructuum, n. 484. vbi ponuntur declarationes S. Cong. & alia Abulen. n. quadringentesimo octuagesimo quinto & quæ num. seq.

Distributiones sunt ordinandæ, & compartiendæ per omnes horas, & non per certas horas tantum, num. 487. & 488. & 489. vbi adducuntur declarationes S. Congregat.

Pro lucranda tertia parte fructuum Dignitatum, personatuum, & officiorum in distributiones conuersa non potest Episcopus statuere aliam seruitij, & officij formam præter solitam, nec noua onera imponere ex sententia S. congregationis numero, 490. & sequentibus.

Etiam Dignitates, & Præbendæ, quæ sint de iure patronatus etiam laycorum subiectæ sunt detractioni tertiæ partis, nisi repugnet fundatio, numero 492. & 493.

An obtinentes Dignitatem, Canonicatum, vel Portionem teneantur per se, & non per substitutum obire diuina officia sibi incumbentia, vt cantare Missam, Euangelium n. 494. cum seq. resoluitur teneri per se, & adducuntur declarationes S. congregationis Concilij, & Rituum.

Id procedit non obstante, quod sit factum statutum in cõtrarium, n. 498. & licet ante Concilium esset statutum vel consuetudo etiam immemorialis in contrarium, n. 499.

Qui in hoc notabiliter negligentes fuerint peccabunt mortaliter, n. 500.

An obtinentes Dignitatem simul cum Canonicatu, aut Portione in eadem Ecclesia, teneantur vtriusque Beneficij onera, & officia subire, & per se ipsos? nu. 501. cum sequentibus resoluitur affirmatiue, si illa Beneficia habeantur de per se, nisi seruitia eodem tempore concurrant.

Cessante

Cessante tamen fraude, & ex iusta causa, aut semel, aut iterum possunt substituere in seruitio vnum, alium eiusdem ordinis, numero quingentesimo quarto.

Idem dicendum est, quando illa Beneficia sunt vnita atque principaliter, aut ad vitam obtinentium, secus si Portio vnita sit dignitati perpetuo, & accessorie, quia tunc non tenetur seruire tanquã Portionarius, n. 506. cum seq. ponitur declaratio S. Congregationis, & decisio Rotæ.

Quando Canonicatus est vnitus, & annexus Dignitati, etiam perpetuo, & accessorie, tenetur obtinens seruire, etiam tanquam Canonicus n. 511.

An Canonici, & obtinẽtes Dignitates, vel Portiones debeant etiam canere in choro sub peccato mortali, & obligatione restituendi, an vero satisfaciant cum sola assistentia, & horas priuatim recitando? numero 512.

Canonici ex sua institutione, & iure communi tenentur canere in choro sub peccato mortali, si in hoc essent notabiliter negligentes, n. 513.

Nihilominus ad lucrandos fructus, & distributiones sufficit sola assistentia in choro, etiamsi non canant, nec sint attenti, sed cum aliis loquantur contra aliquos n. 514. cum seq.

Licet ex prima institutione essent Canonicorũ sic horas Canonicas in choro canere, tamen de consuetudine non videntur ad id teneri, dummodo habeant Capellanos, & ministros, qui eas cantent, & licet illa consuetudo sit sublata per Concilium, potest responderi, omissa alia solutione aliqua eorum, quod non est quoad hoc receptum, n. 517. cum seqq.

In Ecclesia Abulen. est statutum, quod Canonici adiuuent ad canendum, n. 523.

An Canonicus sua obligationi satisfaciens, quoad residentiam, & seruitium chori, possit ordinarie abesse à Capitulis? n. 524. fundatur pars affirmatiua num. 525. cum seq. resoluitur id non licere, & respondetur in contrarium adductis n. 529. & seqq.

Ista resolutio limitatur primo, vt non procedat, stante legitimo impedimento, aut alia iusta causa ad non assistendum Capitulis, numero 537. & ratio adducitur numer. 538.

Admonitio contra Episcopos, n. 539. & seqq.

Secundo limitatur d. resolutio, vt non procedat, quando quis abesset à Capitulis in dieb. suis recreationis causa concessis, n. 541. cum seqq. vbi id explicatur ex sententia S. Cong.

Tertio limitatur, vt non procedat, quando abesset quis à Capitulo, quod fit tempore, quo diuina officia in choro celebrantur, & interesset illis, stante statuto, seu cõsuetudine id permittente, vt in Ecclesia Abulen. nu. 544. quamuis in d. Ecclesia sit postea facta quædam ordinatio Capitularis in contrarium, quæ non potuit fieri, n. 545. & seq.

Ista limitatio maxime procedit in Capitulis extraordinariis quæ non possunt fieri tempore, quo officia celebrantur ex decreto Concilij Compostellani, numero 547.

Absolute non possunt fieri Capitula tempore, quo officia, & præsertim Missa maior, celebrantur, & consequenter non tenetur quis, nec licite potest tunc interesse Cap. n. 548. & ratio ponitur num. 549. 550. & 551. & adducitur decretum Concilij Basilien. & decreta multorum Conciliorum Prouincialium numero 552. ad 556.

Quod non possint fieri Capitula, dum celebrantur diuina officia, fuit declaratũ per S. Congreg. Concilij, & Rituum, & per Clementem VIII. per suum Breue, cuius tenor ponitur, n. 557.

Non iuuat dicere, quod istud Breue non sit in Hispania receptum, sed nihilominus debet seruari, & recipi, numer. 558.

Ponitur alia declaratio S. Congreg. Concilij, quæ nouissime fuit ita declaratum, n. 559.

Non est vtile, sed potius damnosum secundum Nau. Capitula tenere ante horas interim dum aduenit hora recitandi eas, n. 560.

Tempus commodum ad celebrãda Capitula est post Vesperas, & Completoriũ, vel mane post finitum officium, nu. 561.

Ad electiones Canonicatuum per concursum, vbi solet præmitti Missa de Spiritu sancto, videtur posse celebrari fieri etiam, dum diuina celebrantur, numero 562.

Quamuis ex sententia Sacræ Congregationis non prohibeatur Capitulum, quominus suo arbitratu conuocari possit, id intelligendum est, dummodo congruo tempore congregetur, & non tempore officiorum, numero 563.

Stante d. Breui an acta in Capitulis tempore officiorum celebratis sint nulla ex decreto irritante ibi posito, resoluitur non esse nulla n. 564.

Si in Capitulo tunc facto non adessent duæ partes Capitularium, non valerent acta, si alij abessent, eo quod tempore officiorum fiebat, secus si non abessent ob eam causam n. 565.

Non licet fieri Congregationes particulares Commissariorum Capituli, nec occupari Beneficiatos in negotiis, & rebus Ecclesiæ, dum diuina officia celebrantur, nu. 566. & seqq.

Non licet facere rationes, & computa bonorum, & redituum mensæ, vel fabricæ, dum diuina fiunt, saltem mane, n. 568. & seqq.

Est manifestus abusus, & corruptela, quod Beneficiati possint è choro exire, dum Missa de 1. & 6. & 9. dicitur, modo ad finem redeant, n. 570.

Quarto non tenetur quis interesse Cap. vbi non conuocatur legitime, nempe vbi congregatur cum iis solum, qui reperiuntur in Ecclesia, non vocatis, qui sunt extra eam, numero 571. quod est contra ius commune, ex quo omnes vocandi sunt, qui sunt in loco, numero 572. & alias non valet actus sine reclamatione contemptorum, nisi saltem conueniant duæ partes, numer. 573.

Id etiam est contra statuta Ecclesiæ Abulen. quibus statuitur, quod nõ possit fieri Capitulum extraordinariũ, nisi omnibus vocatis, alias actum sit nullum n. 574. ex quibus videtur, esse nullum actũ in huiusmodi Capitulis, quæ fiunt non vocatis omnibus, etiamsi conueniant duæ partes, n. 575.

Licet non valeat statutũ, quod electio, siue collatio facta, aliquo contempto, sit ipso iure nulla, quia est contractus, valet tamen statutum, quod contractus, & alia negotia Ecclesiæ facta, non vocatis absentib. non valeant, n. 576.

Quinto non tenentur venire ad Capitulum, quando vocantur tempore insolito, vel intempesto, n. 577.

VIgesimosecundo principaliter dubitatur † an Capitulum possit dare Canonicis, & Præbendatis licentiam absentiæ, & eos habere pro præsentibus vltra tempus à Concilio permissum, saltem ad breue tempus, ex causis iustis, & rationabili, quamuis non comprehensa in iure, præsertim stante consuetudine id faciendi, prout prætenditur stare in 402

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hispania, ante & post Concilium Tridentinum.

403 Quod fieri posse per viam gratiæ, nemine contradicente, tenent † aliqui viri, & inter eos M. Palatio, & D. Ioan. Gutierrez Canonici, ille Magistralis, hic Doctoralis Ciuitaten. qui scripto id responderunt.

404 Et quidem, † seclusa consuetudine, certum est Capitulum non posse dare talem licentiam, etenim vt est notum, non potest dispensare, seu facere gratiam in lege superioris, qualis est lex de residendo, vt in *titulo de Clericis non resid.* & in Concilio Trid. *c. 12. sess. 24. de reform.* & ita censuit S. Congregat. in voto Segobien. infra adducta, *ca. seq. 15. dub. num. 50. ad primum.*

405 Nec valet statutum † in contrarium, cum sit contra ius, *c. cum quod super his, de maioritate & obedientia*, cum aliis, nisi sit à Sede Apostolica in forma specifica, & ex certa scientia confirmatum iuxta dicta supra octauo dub. 8.

406 Vnde nec Episcopus † potest dare talem licentiam, nisi in casibus à iure expressis ad *consilium* Nau. *3. de Clericis non resid.* de quo supra n. 149. & apparet

407 ex seqq. declarationibus † S. Congregationis Concilij. *Nec Episcopus potest aliquem excusare a residentia in choro, nisi iuxta dispositionem* c. 1. de Clericis non resid. in 6. *Secundo. Ceterum Ordinarium posse excusare aliquem à residentia in choro Canonicum, seu Capellanum ex causa legitima* ca. vnica de Clericis non resid. in 6. *siue consensu alterum Canonicorum, seu Capellanorum, quorum interesse videtur propter ius accrescendi: Congregatio respondit posse si id ex causa comprobata ad d. ca. vni. quia illud Concilium non sustulit; nec requirit Capituli consensum, vt alias decisum fuit.*

408 Et sic etiam procedit alia † declaratio eiusd. S. Congregationis, quæ ait. *Episcopus potest ob legitimam causam dare licentiam Canonicis à sua Ecclesia seruitio.* Legitima enim causa dicitur, quæ est à lege approbata, & in iure expressa.

409 Nec ex *c. 2. sess. 6. de reform.* † ibi *expedient videbitur*, habent Ordinarij facultatem dispensandi in residentia ex quauis causa, vt S. Congregatio declarauit super d. c. 2. his verbis. *Per hoc non datur facultas Ordinariis dispensandi in residentia ex quauis ratione*, ita Pistorien. quæ videtur eadem cum declaratione, 2.

410 posita supra n. 179 Consonat Concilium † Mediolanen. 5. p. 3. *tit. de residentia*, vbi sic dicitur. *Ne Episcopus properea, quod sibi liberum integrumque est facultatem permittere, qua liceat aliquem ab Ecclesia commissa, beneficio ve personalis residentiæ abesse ea potestate, facultateve deinceps ob cuiusuis generis causam, vtatur, sed in illa concedenda modum, & rationes adhibeat Concilij Tridentini sanctione præscriptas.*

411 Nec obstat declaratio † S. Congregationis Episcopo Caurien. quæ sic ait. *Episcopus potest dare licentiam Canonicis, vt ab eorum Canonicatibus per quatuor menses abesse possint*, ex qua Zerola in praxi Episcopali *1. p. verb. priuatio. § 4. 1. dicto penitentiali 2. dub.* & Tochus *de rep. Eccles. tit. de beneficiatis, num. 9. vers. quod si beneficia*; dicunt quod Episcopus dare potest licentiam se absentandi vsque ad quatuor menses:

412 quia respondetur, † quod ista nõ est declaratio generalis, sed gratia, & facultas specialis facta Episcopo Caurien. ex causis particularibus, nempe maximi caloris illius Ciuitatis, vt apparet ex sequenti declaratione, ex qua illa desumpta abbreuiata videtur. *Reuerendissimo D. Episcopo Caurien. Reuerend. D. qui Cauriensium nomine recitatur est supplex libellus illustrissimis Cardinalibus Congregationis S. Concilij, eius exemplum Illustrissimi Patres ad amplitudinem tuam mittendum esse censuerunt, tibique significandum, si vera sunt quæ tibi exponuntur, videri Sanctissimo D. nostro de sententia Sacræ Congregationis causas, quas asseris, satis esse iustas, quamobrem amplitudo tua si modo ad id tuum etiam accesserit consensus, cum ipsis Canonicis dispensare possit, vt per tres quatuor menses illis abesse liceat, itaque, ex ipsius D. nostri authoritate, a quo mihi facultas concessa est, hæc scripsi ad amplitudinem tuam, quam Deus cumulato sua gratiæ munere prosequatur. Romæ quarto Nonas Iulij 1566. Reuerendissimæ D. tuæ vti Frater amantissimus Car. Sarlerus.*

413 Quæ gratia, † & facultas specialiter data Episcopo Caurien. fuit postea ampliata ad alium etiã mensem, vt in declaratione sequenti *Reuerendissimo D. Episcopo Caurien. Reuerendissime D. cum Cap. Ecclesiæ tuæ causa, de qua in libello huic adiuncto agitur, proposita esset in S. Cong. Cardinalium Triden. Concilij interpretum, & causæ, rationesque pro parte Cap. allegatæ, ac per te etiam approbatæ diligenter fuissent discussæ, omnibus postea ad Sanctissimum D. nostrum relatis, Sanctitati sua placuit dari amplitudini tuæ facultatem, vt possit singulis annis si sibi iustæ dispensandi causæ videbuntur, licentiam concedere ipsis Canonicis non residendi per vnum alium mensem vltra tres, quibus per Concilium Trid. & quartum vigore literarum S. mem. Pij V. eisdem abesse licet: cum eo tamen, vt prouideat ne vnquam seruitio chori, qui Dignitates obtinent Canonici, & Portionarij pauciores absint eo nu. qui tibi sufficiens visus fuerit ad tuendum cultum diuinum & Ecclesiæ dignitatem: tua igitur amplitudo, quod sua fide, atque Religione dignum iudicauerit, aget, valebitque in Domino. Romæ die 15. Octob. 1580. amplitudinis tuæ vti F. Phil. Bentoquoginus Card. S. Sixti.*

414 Procedit autem dubium propositum † stante d. consuetudine. Et pro parte aff. facit, nam consuetudo dat iurisdictionem, *c. duo, c. irrefragabili. §. excessus de off. ord. & c. cum contingat, de foro compet.* vbi notatur.

415 Et si dixeris † quod omnib. est per d. decretum Concilij c. 12. derogatum consuetudinibus, quib. antea obtentum erat posse Capit. Ecclesiarum Cathedralium permittere, vt ipsis visum fuerit, aliquem Canonicum à seruitio, & ministerio Ecclesiæ abesse, vt inquit Couar. *lib. 3. var. c. 13. sub n. 9. versiculo qua ratione* in nouis editionibus, & patet ex illis verbis Concilij ibi, *non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis vltra tres menses abesse.* Et ex dictis supra dub. 6. replicari potest istud decretum Concilij quo ad hoc non fuisse receptum in Hispaniacum eadem consuetudo etiam post Cõcilium vigere & obseruari videatur.

416 Dici etiam potest, † quod consuetudo dandi huiusmodi licentias ex iustis, & vrgentibus causis ad paucos dies, & per viam gratiæ nemine contradicente, non videtur sublata per Concilium, ibi, cum sit satis æqua, & rationabilis.

Nihilominus tamen tenendum est, † non posse Capitulum tamen licentiam dare, etiam stante d. cõsuetudine ante, & post Concilium semper obseruata (quæ tamen non videtur satis certa, & continuata) nam, vt inquit Couar. vbi proxime, qui hanc nostram sententiam tenet; hæ quidem consuetudines ad abusum pertinere videntur, nisi ex causis iustis detur licentia abeundi iustis quidem à iure communi vel Ecclesiarum validis statutis expressis, aut saltem eisdẽ similibus, alioquin, si libere Capitulis est permittendum abeundi licentias concedere, quam libet

libet causam, etiamsi ad propria cuiusque negotia pertineat, existimabunt Canonici iustam, vero de eorum propria re agendum sit, vt tandem sibi ipsis inuicem licentia abeundi concedatur, & frequentissime absque vllo examine an sit vel vera causa, vel iusta, nam & si hoc ipsum priuilegio competeret, propter abusum esset omnino priuilegium ipsum rescindendum, & ius commune in vsum reuocandum, quæ sunt verba ipsius Couar.

418 Et illa verba, † aut saltem eisdem similibus, non inducunt causas in iure aut statutis, validis non contentas, sed causas in iure, aut statutis validis virtualiter comprehensas ex identitate rationis, iuxta tradita per glossam *verb. maritum l. si constante §. soluto matrimonio*, & ibi D. præsertim Ias. & Barbosam, *in c. cum dilecta, de confirmat. vtil.* & Cassad. *dec. 6. n. 5. de iure patro. & 7. n. 19. de consu'a poss.* & alios.

419 Idem tenet Rutilius Benzonius † Episcopus Lauretanus in speculo Episcoporum de fuga *lib. 1. disp. 1. q. 7. ad fi. fol. 125.* dicens, Canonicos non posse eximere aliquem à seruitio Ecclesiæ, vel gratiam Canonico facere, vt non seruiat, & participet, sed hanc facultatem non seruiendi à Superiore petendam esse, quia ipsi non possunt circa ea disponere, quæ ad statum generalem Ecclesiæ spectant, vt ibi in prima con. & eius est soluere, cuius est ligare *c. quod autem, de pœnitent. & remiss.* & eius est nolle, cuius est velle. *l. nemo ff. de reg. iur.* quamcumque autem consuetudinem in contrarium abusum, & corruptelam esse. Hæc Benzonius.

420 Et eo maxime consuetudo ista videtur irrationabilis, ac abusus, & corruptela, quia non est restricta ad licentias ex causis alias rationabilibus, & iustis, licet non expressis in iure, sed sæpe Capitula eas concedunt absque vllo delectu, & absque aliqua iusta causa, imo aliquando ex causis, quæ non solum non sunt iustæ, sed potius irrationabiles, & vanæ, quales sunt licentiæ, quæ dantur decentis in Caris in suis prætensionibus, & vanitatibus, & occupatis in officiis secularibus, seu Ecclesiasticis, in quibus assistunt propter suum interesse, commoditatem, & authoritatem, & volunt non solum retinere Præbendas, sed etiam in eis lucrari; & Capitula per fas, vel nefas sæpe eis concedunt licentiam, & habent pro præsentibus sub falsis coloribus, & fictis prætextibus negotiorum, & vtilitatis Ecclesiæ, cum potius ob non residentiam videantur digni punitione & priuatione, & esse in malo statu tam ipsi, quam dantes eis talem licentiam, teneriqꝫ ad restitutionem.

421 Nec excusat, † nec sufficit in proposito vtilitas Ecclesiæ occulta, aut ficta, seu simulata, sed euidens requiritur. Domin. *in c. 1. §. qui vero, numero 8. de clerico non resid. in 6.* & Probus ad Monachum *ibi, nu. 28.* per illum textum.

422 Nec etiam prædicta consuetudo † videtur restricta ad licentias ad breue tempus, nam sæpe etiam eas concedunt ad longum tempus, vt occupatis in aliis officiis, vnde eo magis est irrationabilis, & iniqua consuetudo.

423 Et ita videtur S. Congregatio † Concilij declarasse in vna Abulen. vt in literis seqq. *Ioan. Carrillo Thesaurarium, & Canonicum, Ecclesiæ Abul. occupatus in seruitio Card. Archiduci Archiepisc. Toletani apud Gubernatorem Archiepiscopatus, vltra tempus ex indulto Apostolico Benefitiarij d. Ecclesiæ concessum, abfuit per alios tres menses à seruitio suæ Ecclesiæ anno præterito de licentia Capituli, quod eum habuit pro præsente ad instantiam Episcopi per literas missas Capitulo ad effiagitantis, in toto autem hoc anno præsente non resedit in sua Ecclesia, nisi per vnum mensem, & tamen à maiori parte Cap. aliquibus contradicentibus, fuit habitus pro præsente, & interessens per tres menses sub certis prætextibus, post modum etiam fuit similiter habitus pro præsente, & interessens à maiori parte Capit. multis reclamantibus, per alios duos menses propter quasdam literas Regias Capitulo transmissas, quibus petebat dari licentiam d. Ioann. Carrillo; his sic stantibus, quia præmissa sic gesta, & licentia prædicta concessa fuerunt, aliquibus Capitularibus reclamantibus pro parte dictorum Capitularium sic reclamantium Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. vestris supplicatur, declarari sequentia. Primo. Supposita consuetudine ante, & post Concilium Triden. semper obseruata, quod Capitula Ecclesiarum Cathedralium Hispaniæ concedant eorum beneficiatis, & Prebendatis licentiam, se absentandi à seruitio Ecclesiæ, prout Capitulo visum fuerit, an maior pars Capituli potuerit dare dictas licentias absentiæ. d. Ioann. Carrillo, & eum habere pro præsente, & interessente, ac facere respondere de fructibus, & distributionibus quotidianis ex prædictis causis? & an pro tempore dictarum absentiarum fecerit suos fructus, & distributiones quotidianas suarum Præbendarum, quas alias residendo, & diuinis interessendo lucratus? Secundo An priuilegia perpetua, de non residendo in Beneficiis Cathedralium, concessa, certo generi personarum, sint reuocata per Concilium Trid. aut per constitutionem Pij Papæ IIII? quod quidam certum videtur ex* cap. 1. sess. 6. de reform. *& Bulla Pij IIII. reuocatoria priuilegiorum. Tertio, An d. Ioannes Carrillo propter d. absentias ad instantiam maioris partis Capit. sit priuandus dimidia p. fructuum, & distributionum pro primo anno, & crescente contumacia, omnibus pro secundo, & deinde contra eum procedi iuxta decretum Sancti Concilij* sessione 24. cap. 12.

Canonici, & Capitula Ecclesiæ Abulen. admodum Reuerendi Domini. Tria sunt, quæ per libellum his literis adiunctum nomine Capitularium illius Ecclesiæ nuper posita fuerunt declarari à Congregatione Illustrissimorum Patrum, qui S. Concilij Trid. decretis interpretandis propositi sunt, quod attinet ad primum, ipsi Patres censuerunt Capitulum non potuisse Io. Carrillo Thesaurario, de quo in libello agitur, huiusmodi licentiam tribuere. Ad Secundum si priuilegia ante Concilium Trid. concessa fuerint, vtique illa extitisse reuocata. Ad Tertium si idem Thesaurarius vltra tres menses vno anno à seruitio Ecclesiæ absens fuerit, dimidia parte fructuum Canonicatus, & Thesaurariatus pro illo anno priuandum esse, pro secundo vero anno, si eadem negligentia vsus fuerit, omnibus fructibus priuari debere, crescente vero contumacia in eum iuxta sacrorum Canonum constitutiones procedendum esse, omnibus vero aliis distributionibus quotidianis pro illis horis, quibus ipse non interfuerit, vtique carere debere, hanc Congregationis sententiam vobis præscribere voluimus, vt illã omnino obseruari curetis. Deus vos incolumes seruet, gratiasque sua dona quotidie magis augeat. Romæ die 24. Aug. 1596. Hieron. Card. Matheius Quam declarationem, & literas vidi in forma auth.

Et clarius censuit ead. S. † Congregatio ad meam instantiam anno. 1602. vt in sequenti declaratione 424 ad tertium. *Illustrissimi & Reuerendissimi Domini. Cum declarationum, quæ circa decreta S. Concilij Trid. dubitari contingit, ab ista S. Congregatione petenda sit, vt certa resolutio habeatur, & omnis ratio dubitandi tollatur, supplicatur Illustrissimis, & Reuerendissimis*

DD. vestris pro parte lic. Nicolai Garcia Canonici Abulen. declarari sequentia. Primo, An Canonicus suę obligationi satisfaciens quoad attinet ad residentiam, & seruitium chori, & altaris, possit licite, & tuta conscientia ordinarie abesse à Capitulis, seu Congregationib. capitularibus? Secundo, An valeat ordinatio, seu statutum, vel consuetudo Capituli, qua mulctantur non interessentes Capitulo, etiamsi intersint in choro, & officiis diuinis? Tertio, An Capitulum, nemine reclamante, possit dare licentiam absentiæ alicui Canonico, seu Præbendato, & eum habere pro præsenti ad aliquod tempus, saltem breue, vltra tempus à Concilio permissum ex causis iustis, & rationabilibus, non tamen expressis in iure, supposita consuetudine immemoriali id faciendi ante, & post Concilium Triden. semper obseruata, & statuto id permittente non tamen confirmato à Sede Apostolica in specifica forma? Ad primum Congregatio Concilij respondit, non posse. Ad Secundum, valere. Ad tertium, nedum id non posse Capitulum, sed nec etiam Episcopum, sed eos tantum Canonicos, vel Præbendatos, qui tempore chori non interfuerint, posse percipere distributiones quotidianas, qui vere abfuerint propter aliquam ex causis expressis in constitutione Bonifacii VIII. quæ incipit, consuetudinem. Hiero. Card. Matheius. Quam declarationem habeo authenticam.

Et, cum Capitulum non possit dare d. licentiam
425 absentiæ alicui Præbendato, & eum habere † pro præsente, vt respondet Sacra Congregatio ad tertium, non potest quis virtute talis licentiæ lucrari, & facere suos fructus Præbendæ, qui alias residendo, & diuinis interessendo lucrarentur, additque Sacra Congregatio ibi, eos tantum posse percipere distributiones, qui abfuerint propter aliquam ex causis expressis in capit. 1. de Clericis non residen. in 6. nam ad percipiendas distributiones quotidianas in absentia solum sufficiunt causæ expressæ in illo capitulo, quamuis ad percipiendos fructus, seu grossam sufficiant etiam aliæ causæ alias in iure expressæ, vt causa studij, seruitij Episcopi, & fructus Præbendæ possunt lucrari in absentia, saltem per tempus à Concilio permissum, donec priuetur, iuxta decretum Concilij *d. c.* 11. vt in illa Abulensi, *in præceden.* adducta.

426 Et in alia Abulen. † quæ sic ait, *Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Doctor Ioan. Beltran de Gueuara Canonicus Præbenda dictæ talis Ecclesiæ Abulen. factus auditor Regius in Cancellaria Vallisoletana, quæ nunc Mantuæ residet, fuit habitus pro præsente in d. Ecclesia, data ei licentia absentiæ per totum annum à maiori parte Capituli aliquibus contradicentibus, Episcopo tamen fauente, sub prætextu, quod existens in dict. Cancellaria ageret, & foueret negotia, quæ Ecclesia, & Capitulum ibi haberent, cum tamen iudex existens illa non posset recte agere, nec alius Capitulum esset illius vassorum aliquis Beneficiatus pro negotiis, saltem per tantum tempus, nec esset necessarium, similiter etiam postea fuit habitus pro præsenti per alios duos annos à maiori parte Capituli, vno, vel duobus contradicentibus, dando ei, seu ordinando dare mandatum pro cura ad negotia. Quibus sic stantibus, supplicatur Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. vestris pro parte Gasparis Gutierrez dictæ Ecclesiæ Portionarij, declarari sequentia. Primo, An d. licentia fuit valida, vel inualida, præsertim, cum sit doctoralis, & stante statuto dictæ Ecclesiæ, quod in rebus gratiæ vnius contradictio sufficiat? Secundo, an totum Capitulum, nemine contradicente, poterit dare dictas licentias absentiæ, & eum habere pro præsente, præsertim supposita consuetudine ante, & post Concilium Tridentinum semper obseruata, quod Capitula Cathedralium Hispaniæ concedant eorum beneficiatis licentiam absentiæ ex causis sibi bene visis, licet, non in iure expressis? Tertio An d. D. Gueuara teneatur restituere Capitulo redditus dictæ suæ Præbendæ in absentia perceptos virtute dictarum licentiarum, & an Capitulum illi denegare vendum perceptos? Quarto An, illo non restituente, teneantur ad eorum restitutionem illi, qui dictas licentias concesserunt? & quatenus fuerit declaratum contra dictas licentias, supplicatur illustrissimis & Reuerendissimis DD. vestris districte mandari Episcopo, & Capitulo, vt eam declarationem faciant omnino executioni demandari. Ad primum Congregatio Concilij censuit esse inualidas. Ad secundum, non posse illas concedere. Ad tertium quoad fructus Præbendæ debere rite primari iuxta decretum Concilij c. 12. sess. 24. & applicari fabricæ, quatenus indigeat, sin minus alteri pio loco: quoad vero distributiones quotidianas, illas minime fecisse suas, & ideo teneri illas restituere distribuendas iisdem fabricæ si indiguerit, sin autem, alteri pio loco. Ad quartum esse audiendum Capitulum, Hiero. Card. Matheius.* Quæ declaratio fuit data anno 1603. & causa vidi in forma auth.

Nec possunt isti, quibus dantur per Capitulum † 427
tales licentiæ, percipere, aut retinere fructus, seu grossam Præbendæ sub prætextu, & titulo, quod alij Præbendati videantur eis donare, seu remittere partem, quæ sibi erat obuentura, in quo aliqui decipiuntur. Nam, præterquam secundum † istam rationem 428
non possent donare, seu remittere partem obuenturam, non intrantibus, vel non interessentibus Capitulo, Capitulum, seu personæ illius, non sunt domini bonorum, & redditum mensæ Capitularis, donec eis sint applicati, & distributi, sed ante applicationem, & distributionem solum sunt administratores seu procuratores, sicut tutor, & curator, & Ecclesia est domina.

Ex quo est, quod fructus annorum præcedentium, † qui hoc anno diuiduntur, debentur Cano- 429
nicis, qui nunc sunt, & non qui erant illius anni, quia, cum tunc non fuerint diuisi, & distributi, non debentur illis, sed Capitulo, quod semper est idem, *l. proponebatur ff. de iudic.* ita Calder. *consil. 21. de Præb.* Fel. *in c. cum ter. n. 15. de rescrip. & in c. Iacobus, nu. 1. de simo.* Mandos. *in reg. 34. cancell. q. 5. n. 3.* & Io. Garcia *de coniugali ac quæstu, n. 195.* & post hæc Gonçalez *gl. 37. a num. 26.* & restitutio facienda fructuum ablatorum, seu male perceptorum non debet fieri Canonicis illius temporis, sed Capitulo, iuxta dicta supra 1. *p. c. 5. n. 224.*

Prædictaque maxime procedunt, † quando dan- 430
tur horæ, & distributiones quotidianæ, quæ non possunt dari absentibus à choro, non obstante quauis consuetudine, etiam immemoriali, quæ improbatur *in d. cap. vn. de Cleric. non resid. in 6.* innouato per Concilium *d. c.* 12. vt per D. *ibi* & D. Io. Ocon. & Cosmam *in prag. sanct. titulo quo tempore quisque debeat esse in choro, verb. distributiones, ad fi.* Couar. *dict. lib. 3. variar. c. 15. ex num. 2.* Duenas *regul.* 206. & 134. *limitatione* 6. & Honedam *de incompatibil. Benef. capite 17. ex numero 5.*

Nec possunt à Capitulo, aut singulis Cap. aliquo 431
prætextu donari, † aut remitti, vt in *d. c. vn. & d. c. 12.* Nauar. *de oratione Miscel.* 59. alias 14. & *consil. 7. de clericis non resid.* Menoc. *de arbitr. l. 2. casu 428. in additione, numero sexto,* Durandus *de ritibus Ecclesiæ lib. 3. capite 25. n. 5.* Cosmas Philiar. *de officio sacerdotis 1. par. lib. 1. capite 13.* Enriquez *in sum. lib. septimo, capit.* 36. §. 4.

36. §. 4. & quicquid dicant Man. Rodrig. *in sum. 1. par. ca. 33. n. 3.* & Vega 1. *p. sum. c. 56. casu* 41 & censuit S. Congregatio Concilij, vt in declarationibus † sequentib. Prima *Non licet Capitulo aliquo prætextu distributiones donare, relinquere, aut quauis collusione remittere alicui, qui vel à seruitio Ecclesiæ abfuerit, vel alio quouis modo distributiones legitime debeat amittere, nec fas sit cuiquam eas accipere si acceperit, suas non fecisse, sed restituere cogatur illico restituendas Fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco Episcopi arbitrio.* Consonat Concilium Mediolanen. *4. p. 2. tit. de distributionibus verficulo si vero illa.* Et Concilium Bononien. *tit. de residentia. §. de his, qui ad residentiam tenentur. versicul. itaq.* In Secunda *Congregatio Concilij censuit quamcumque collusionem ex hoc decreto prohibitam esse, respectu scilicet distributionum, & ideo si de ea legitime constiterit, debere Episcopum iure agere in reos, respectu fructuum Præbendæ non esse in facultate Canonicorum illas remittere, cum illi applicandi sint Ecclesiæ.* Tertia Episcopo Placentino inter alia 15 Iul. 1570. *Quoad remissionem, quam faciunt in die cinerum Domini, seu alio de portionibus aliis accrescentibus ob non residentiam, non fiat, & facta reuocentur.* Circa quod vide dicenda infra *dubio vigesimo.*

433 Sed sufficit difficultas, esto † Capitulum non possit dare licentiam absentiæ ex causis non expressis in iure, vel in statutis validis, an possit illam dare ex causis alias in iure expressis, alteratis tamen, seu modificatis per statuta, seu consuetudines Ecclesiæ? verbi gratia, infirmitatis causa est in iure expressa, est tamen per statutum, seu consuetudinem Ecclesiæ ita modificata, vt qui numeratur, seu habetur pro præsenti, vt infirmus, non possit interim domo exire, aut quod non habeatur pro præsenti ratione infirmitatis absens à Ciuitate, vel qui fecit noctem extra Ciuitatem, donec præsentetur in Ecclesia, similiter seruitium, seu obsequium Episcopi, quoad dum Canonicos, est causa in iure expressa, est tamen statutum, quod Familiares Episcopi non habeantur pro præsentibus, nisi ad quatuor menses, & quod assumi debeant in Familiares ante diem Natiuitatis
434 Domini, vt in nostra Ecclesia Abul. † Quæ statuta videntur obligare, saltem ratione consuetudinis, seu iuramenti de seruandis statutis, quod solet præstari à Capitularibus, & Episcopo. Rota *dec. 406. p. 2. diuersorum* dubitatur, an Capitulum ex gratia possit dare licentiam absentiæ, & vt habeantur pro præsentibus ex illis causis alias in iure expressis, non seruata forma statuti, stante statuto, seu consuetudine, quod Capitulum possit facere gratiam in qua diffic.
435 breuiter videtur † distinguendum, aut statutum, seu consuetudo modificans causam in iure expressam non potest dici contra ius, sed veluti declarans & limitans ex causa rationabili, ius, vt statutum quod numeratus tanquam infirmus, non possit interim domo exire, aut, quod absens à Ciuitate non habeatur pro præsenti ratione infirmitatis quod non videtur contra ius, sed ex causa rationabili limitare, & declarare ius ad tollendas fraudes, ad tradita per Botteum *de synodo 3. part. 1. n. 62.* nam si numeratus, vt infirmus posset libere domo exire, non eundo ad Ecclesiam, multi fingerent se infirmos, aut ex leuissima causa facerent se, vt tales, numerari, & si absentes à Ciuitate possent se facere numerari ratione infirmitatis, posset in hoc esse fraus. Et tunc non videtur Capitulum posse dare licentiam contra talia statuta, nempe, vt quis numeretur ratione infirmitatis libere exeundo domo, vel absens à ciuitate, nam tunc gratia videtur contra ius, & non ex causa in iure expressa, ex quo illa est sic intellecta, & declarata per statutum, † quamuis videretur posse dare licentiam 436
numerato, vt infirmo, vt posset domo exire non libere, sed ad audiendam Missam.

Et in morbis perpetuis notoriis, vt Podagra, Pa- 437
ralysis, † & similibus, videtur posse habere pro præsente infirmum ratione talis infirmitatis, etiam non seruata clausula statuti, quia durum esset in talib. infirmitatib. perpetuis arctare infirmum ad nunquam exeundum domo, & in eis cessat clare ratio statuti, vnde æquum videtur, vt habeatur pro præsenti absolute, saltem ex gratia, vel extra ciuitatem.

Aut statutum modificans causam in iure expres- 438
sam clare, & directe † est contra ius, itaque non obligat, nisi ratione iuramenti, seu consuetudinis præscriptæ, ad notata in c. fi. de consuetudine, quale videtur illud statutum, quod non habeatur pro præsente ratione infirmitatis, qui venit foris, nec est præsentatus in Ecclesia, & quod Familiares Episcopi non habeantur pro præsentibus, nisi ad certum tempus & assumpti certo tempore, & tunc stante statuto, seu consuetudine, quod Capitulum possit facere gratiam, videtur posse illam facere contra dicta statuta, nam tunc gratia solum videtur contra statuta, & non contra ius, sed potius ex causa in iure expressa.

Vigesimotertio dubitatur, quę sint distributiones 439
quotidianę, † quas amittunt absentes tempore à Concilio permisso, vel alias? Et quę sint distributiones quę sint potius Prębendę, seu debentur loco Præbendæ, quas absentes d. tempore à Concilio permisso, vel alias ex iusta causa, seu priuilegiati lucrantur?

In quo dicendum est illas esse, & dici vere distri- 440
butiones quotidianas, † quæ per singulas horas diuiduntur, & distribuuntur quotidie, etiam si solutio non fiat dictim, sed post longum tempus: illas vero distributiones, quæ dicuntur grossa, vestuarium, in quarum solutione non habetur respectus ad singulas horas, etiamsi residendo, & interessendo vna hora lucrifiant, non esse proprie distributiones quotidianas, sed pręb endas, seu loco Pręben dę, maxime, vbi non sint alię pręben dę. *Extrauag. cum nonnulla. §. præterea, cum in aliquibus de Præben.* inter communes, glossa *versic. receperint, in d. c. 11. de Cleric. non residen. in* 6. Fel. *consil.* 18. Cosmas *in pragmatica d. tit. quo tempore quisque debeat esse in choro, versic. distributiones,* Par. *consil. 32. lib.* 4. Puteus *dec. 375. lib.* 1. Achil. de Grassis *dec.* 275 Cæsar de Grassis *decis. 111. n. 8. & deci.* 116. Rota in causa Conch. fructuum 1. Iun. 1538 coram D. † Rubeis, in qua *supponebatur, quod in Ec-* 441
clesia Conchen. ratione Decanatus, & Canonicatus, vestuarium non distribuebatur quotidie, sed certis anni diebus, ac quolibet semestri interessentibus per 120. dies, in vna ex 7 horis, etiamsi per 60. dies se absentent, & in d. Ecclesia etiam quotidie distribuuntur interessentib. tantum singulis horis Canonicis M[illegible] qui infirmis, & excusatis non dabantur: fuit dubitatum, an constitutio *Bonifacij de Cleric. non resid. in 6. comprehenderet dictum vestuarium? & resolutum est non comprehendere vestuarium, quia non est proprie, nec comprehenditur inter distributiones quotidianas glossa*, ibi vers. receperint, *vbi omnes,* & in extrauag. Io. 22 cum nonnullæ, de Pręb. *Abb.* in c. 2. olim. de verb. significat. *Par.* consil. 32. n. 8 & 15. lib. 4. & *maxime, quia in Ecclesia Conchen. Canonicatus non habent Præbendas distinctas à vestuario, vnde necesse est dicere, quod sit diuersum à distributionib. alias esset Canonicatus sine Præbenda, & cum*

materia, d. capituli sit correlaria, non est extendenda, etiam ex identitate rationis, vt in iuribus vulgatis, in d. Comhen. 442

Et S. Congregatio super *d. c.* 12. sic censuit. † *Quae sint distributiones quotidianae, quae praesentib. & interessentibus tantum debentur, de quibus Concilium* hic, & in c. 11. de Cleric. non resid. in 6. *& quae sint distributiones similiter quotidianae appellatae, quae debentur loco Praebendae, à quibus non excluduntur absentes ratione alicuius priuilegij, de quibus glossa* in d. c. in verf. receperint, *censuit declarasse* Extrauag. cum nonnullae. §. praeterea, cum in aliquibus, de praebend. *inter communes*. Et est dec. Rotae in causa Moniotricen. Canonicatus addicta 6. *p. c.* 4. *n.* 117.

443 Vigesimo quarto dubitatur, ad quos spectent † distributiones quotidianae amissae per non interessentes diuinis, seu alias? In quo dicendum est, quod si 444 ita ordinatum est, † vt singulis Canonicis, & Beneficiatis certa portio assignata sit, seu cuilibet, qui diuinis interfuerit, detur certa quantitas, tunc portio absentis, & id quod superest, ex portionibus eorum qui diuinis non interfuit, inter praesentes non diuiditur, nec eis accrescit, sed ad Ecclesiam pertinet, & in eius vtilitatem conuertitur: quia in hoc casu nulla inter eos coniunctio dici potest, nec re, nec verbis coniuncti sunt, & praesenti certa debetur quan-

445 titas, absenti vero nulla. Si vero certa † portio, seu quantitas singulis non est assignata, sed omnibus ita, vt inter eos, qui diuinis praesentes fuerint sit distribuenda, portiones eorum qui non intersunt interessentibus accrescunt seu portiones interessentium propter absentiam, aliorum iure non decrescendi pinguiores fiunt. glos. *in clem. vt i. qui §. illi vero verb. pars diuidua, de aetat. & qualitat. & in Clem.* 2. *verb. suspensio, de vita & honest. clericor.* Fel. *in cap. Apostolicae n.* 12. *de except.* Decius *in c. pastoralis*, §. *verum, nu.* 21. *de appellat.* Surdus *de alimentis, tit.* 1. *q.* 82. *n.* 16.

446 † Card. Toletus *in sum. l.* 1. *c.* 13. *vltima editione* in Rom. & nouissima editione, quam doctrinã & distinctionem tradit Card. *in d. Clemen. vt i. §. illi vero, q.* 21. *&* 22. & ibi Imola & Bonif. *n.* 14. & Ablas. ad *§.* Cosmas *in pragmatica sanct. tit. de tenentibus c. tempore Missa, verb. neque*, Probus ad Monachum *in d. cap. vnic. de clericis non residen. in nun.* 61 Rebuffus *in praxi, tit. de dispensatione de non residendo, numero* 10. *&* 11. *& in concordatis tit. de collatio. §.* 1. *verb. distributionum*, Couar. *lib.* 3. *variarũ, capite* 13. *num.* 7. Io. Gutierrez *can. quaestionum, libro* 1. *capite* 1. *numer.* 109 Bar. Vgolin. *de censuris, tab.* 2. *de excommun. maiori, cap.* 12. *n.* 3. & Rota in vna Valentina emolumentorum, coram illustrissimo Mantica 14. Maij 1593.

447 Id vero, quod dictum † est ad Ecclesiam pertinere portionem absentis, quando cuilibet interessenti certa portio assignata est, procedit, cum ex patrimonio, & bonis Ecclesiae, cui ministratur, dantur redditus, & quotidianae distributiones ipsis ministris, nulla facta diuisione redditnum inter ipsam Ecclesiam, & eius ministros; at vbi patrimonium Ecclesiasticum diuisum est in duas partes, quarum vna ipsius Ecclesiae sit ad eius fabricam, & ornamenta, aliaque necessaria, altera vero ad ministrorum victum, & mercedem destinata sit, qualis est mensa capitularis, portio absentis cedit in patrimonium commune ipsorum ministrorum, & remanet in ipsa mensa capitulari, & massa communi, ex qua dantur huiusmodi distributiones, diuidenda inter omnes residentes pro suis Praebendis, & rata temporis residentiae, Couar. *d. n.* 7. *versic. quod vero diximus*, & Io. Gutier. *sup.* n. 107. & ita seruatur in hac Ecclesia Abulen. ac Burgen. ciuitatem, & aliis. Et fuit resolutum in causa

448 † Burgen. residentiae, seu distributionum coram D. Penna, 9. Maij 1594. vt in decis. sequenti. *Quoniam in Ecclesia Burgen. distributiones quotidianae, quas non interessentes diuinis officiis non lucrantur, reponi solent in massa communi, seu in mensa capitulari, & D. Archiepiscopus putans sedis cultum diuinum, si capitulares negligenti interesse, praetendebat, tã vigore iuris communis in* c. vnic. de cleric. non resid. in 6. *quam Concilij Trid.* sess. 21. cap. 3. & sess. 24. cap. 12. *praedictas distributiones non debere remanere in massa communi, sed suo arbitrio posse fabricae Ecclesiae, aut alteri pio loco applicari, ideo dubitaui, an portiones distributionum non interessentium diuinis officiis deberent remanere in massa capitulari, vel potius D. Archiepiscopi arbitrio applicari? & his causa proposita, die* 2. *&* 9. *Maij domini censuerunt portiones non interessentium in massa communi remanere debere, cum enim in modo distributionum quotidianarum distribuendarum, aut applicandarum, multum sibi vendicet consuetudo, & ordinatio cuiuslibet Ecclesiae, d.* cap. vnico § statuimus. *Capolla*, de seruitutibus rusticorum capite quarto numero decimoquinto *Decius* consi. 280. in princip. *Parisius* consilio trigesimo secundo numero decimo libro quarto. *Zabarella*, cons. 53. numero quarto *& fuit dictum in causa Valentina emolumentorum, 16. Octob. 1585. coram bonae memoriae Cantucio, pro parte D. Archiepiscopi, nihil proponebatur, quod antiquam illam, & inueteratam consuetudinem, nedum in Ecclesia Burgen. sed in pluribus aliis Hispaniae, vt testatur Ioann. Gutierrez.* can. quaestionum capite primo numero 107. *persuadere suaderet; primum consuetudo non est contraria dispositioni Bonifacij* in dict. capite primo *ibi enim in eo improbatur consuetudo, per quam Canonici, seu alij Beneficiati, licet diuinis officiis non interessent, dummodo in ciuitatibus seu aliis locis, in quibus Ecclesia ipsa consistunt, forent praesentes perinde, ac si continue ipsi Ecclesiis in eisdem officiis deseruirent, integras distributiones percipiebant, qui abusus longe abest à proposita facti specie. portio enim illius, seu illorum, qui vno die non interfuerunt, quamuis in massa communi reponatur, nunquam tribuatur non interessenti; ad hoc enim, vt de massa communi illa participet, vt diuinis officiis intersit, est necesse, & cum interfuerit non lucrabitur integram portionem, quam semel amisit, sed nihilominus tantum partem respondentem labori, seu operis illius diei, quo seruiunt, & tunc quidem lucrabitur eam portionem, quasi distributionem amissam die illo, quo non seruiuit, sed quasi distributionem, & portionem propriam eius diei, quo diuinis interfuit, illa etiam portio, quae per non interessentium absentis vacauit, sic incorporata fuit massae communi, vt cum deinceps interessentibus datur, distributionem amissam diei naturam induat, & ita quoque in hac materia censuerunt Couar. l. 3. Variar. c. 13. n. 7. & Ioa. Gutier. can. quaest. c. 1. n. 107. Concilium Trid. sess.* 21. c. 3. *nec tollit, nec improbat hanc consuetudinem, cum ibi longe diuersus casus proponatur, loquitur enim de Ecclesiis, in quibus nulla sunt distributiones quotidianae, vel ita tenues, vt verisimiliter negligantur, in quibus propterea tertia pars fructuum pro distributionibus applicari iubetur, caeterum Concilium expresse praeseruat consuetudines illarum Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non seruientes nihil, vel minus tertia parte percipiunt. Vnde, cum pro parte D. Archiepiscopi non verificetur, factum in Ecclesia Burgen. ad Concilij praescriptum, non habebit locum illius dispositio, sicut praetendebat Archiepiscopus, quoniam Concilij dispositio*

Cap.

Cap. fauere videtur, ex qua etiam praetenditur in Ecclesia Burgen. tertiam praebendam consistere in distributionib. quotidianis, consequenter capitulares continuo deseruituros, & praesentes futuros, sive dum in officiis, ne tamen commodo careant. Nauar. Miscel. 59. de oratione, nu. 6. *ex eo patebat etiam responsio ad textum Concilij*, sess. 12. c. 3. de reform. *quod similiter loquatur de tertia parte fructuum in distributiones quotidianas assignanda, ad aliud eiusdem Concilij decretum*, sess. 24. cap. 12. §. distributiones, *non aduertunt aliter respondere quam paulo ante responsum sicut ad c.* 1. de cleric. non resid. in 6. *quia in eo decreto Concilij Patres expresse referunt se ad constitutionem Bonifacij incip. en.* Consuetudinem. *Postremo non videbatur sublata consuetudo per statutum Cardinalis Mendoza Archiepiscopi Burgen. de anno 15 6. & redactum in volumine statutorum per Card. Pacecum, similiter Archiepiscopum Burgen. de anno 15 4. quia, licet statutum praesumatur vsu receptum, nisi contrarium fuerit probatum, Decius consil.* 534. n. 9. *Cretera dec.* 79. n. 2. *Anton. August. in epitome tit. de constit. n.* 3. *nihilominus in hoc casu, cum in eod. statuto decernatur, quod fuerat factum ex exemptione Concil. Trid. sess.* 21 ca. 3. *si illa dispositio non habet locũ, vt dictum est, ipsius statutum aliquod operabitur. Praeterea, cum statutum decernatur factum à solo Archiep. absque Capitulo, & Archiepiscopus de iure non possit condere statuta super respectante ad Capitulũ, sine illius consensu, Gemin. in d. c.* 1. *§.* statuimus, *n.* 4. & *Francus n.* 2. *inualidũ fuit statutũ, etiam fuisse videbatur non fuisse vsu receptũ, ex eo quia semper fuerit obseruatum contrariũ, & distributiones diuisae secundum antiquam consuetudinem. Postremo dicebant domini, quod, licet distributiones non essent ponenda in massa communi, non propterea sequebatur, quod arbitrio Archiepiscopi forent applicanda, cum circa hoc varia sit Doctorum sententia, nec discussum adhuc, aut definitum, quae ex illis praeualeat.*

449 Et similiter dicendum est de fructibus praebendae amissis ob non residentiam, † vel alias, quod, si in Ecclesia non sunt Praebendae distinctae, nec est facta diuisio redditnum inter Ecclesiam, & eius ministros, sed ex patrimonio, & bonis Ecclesiae datur praebenda, & redditus ministris, assignata cuilibet certa portione, tunc fructus amissi ad ipsam Ecclesiam pertinent, si vero est mensa Capitularis, & massa communis Canonicorum, & Beneficiatorum distincta à patrimonio Ecclesiae, seu fabricae, quae inter residentes pro suis Praebendis diuiditur, vt communiter est in Ecclesiis Hispaniae iuxta dec. Rotae 8. *de consuetudine in nouis* sub 2. 1. *verf. aliquas sunt Ecclesiae*, tunc portio absentium, seu alias amissa in mensa Capitulari remanet cum reliquis eiusdem fructibus inter residentes diuidenda, iuxta tradita per Couar. *d. l.* 3. *variar. c.* 13. *n.* 7. *versic. quod vero diximus*, & Io. Gutier. *d. c.* 1. *n.* 107. *& seq.*

450 Si vero essent Praebendae † realiter distinctae, ita, quod quaelibet Praebenda esset domina suae dotis iuxta *d. decis.* 6. *sub n.* 1. *verf. in aliquibus autem Ecclesiis*, tunc fructus amissi applicandi essent fabricae Ecclesiae, quatenus indigeat, alias alteri pio loco arbitrio Ordinarij, iuxta *c.* 3. *sess.* 22 *de reform.* & dicta supra *numer.* 147.

451 Ex quibus magnam patiuntur difficultatem † declaratio Abulen. supra addicta, *n.* 426. & primo adducta, *num.* 432. quae absolute dicunt distributiones male perceptas per eum, qui à seruitio Ecclesiae abfuit, vel alias eas amisit, esse restituendas fabricae Ecclesiae, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi, & quoad fructus Praebendae dicta Abulen. ait eum, qui abfuit, debere rite priuari, iuxta decretum Concilij *cap.* 12. *sess.* 24. & applicari fabricae Ecclesiae, quatenus indigeat, siue autem alteri pio loco.

Sed respondetur d. declarationes, † vt ex eis patet, loqui de distributionibus male perceptis per eum, qui fuit habitus pro praesenti à Capitulo, vel cui ab eo fuerunt donati, seu remissae, & sic non debent restitui ipsi Capitulo, seu Capitularibus qui facto suo dando d. licentiam, & faciendo talem remissionem, seu donationem, sibi praeiudicauerunt adnotata in c. cum omnes, de constitut. 452

Quod vero dict. declaratio Abulen. ait, † quoad fructus Praebendae debere eis priuari iuxta *d. c.* 12. intelligendum videtur de fructibus, quos ille alias ratione Praebendae, ac residentiae fecisset suos iuxta d. c. 12. 453

Nam quoad fructus praebendae amissos ob non residentiam, † non est opus priuatione, cum eos nunquam fecerit suos, & consequenter illi sicut distributiones essent restituendi Cap. cum ex eius mensa, & massa communi procedunt, nisi facto suo Capitulum, dando licentiam absentiae sibi praeiudicasset. 454

Sed adhuc restat difficultas circa dict. declarationem Abulen. nam in casu eius, vt ex relatione constat, licentiae fuerunt datae à maiori parte Capituli aliquibus contradicentibus, & in materia delicti, & in his, quae sunt de genere prohibitorum, & quae tendunt ad damnum Capituli, non sufficit maior pars, sed requiritur, quod omnes concordent, & contradictio vnius facit, ne videatur gestum à Capitulo, Paulus Castren. *in leg. nemo videlicet nullam, num.* 6. *c. de SS. Eccles.* Alex. *in l. quod maior ff. ad municipal.* Iason *in l. & sum. § hodie ff. de pactis, n.* 8. *limitatione* 3. *&* 9. Fel. *in d. c. cum omnes, de constit. n.* 17. *ad fin.* & ibi Decius *in lectura, n.* 39. Lud. Carreri *in pract. criminali fol.* 215. *n.* 7. Auiles in Capitulis praetorũ, *c.* 5. *verb. iurisdictio, n.* 28. & Salcedo ad Bernar. Diaz *reg.* 791. *ampliatione* 4. & vbi actus tendit in damnum, vel dedecus Vniuersitatis, vnus solus potest resistere. Abb. *in d. c. cum omnes, sub n.* 6. *versic. & dico*, Greg. Lopez *in l.* 10. *tit.* 14. *par.* 1. *versic. por su voluntad*, & facit glossa *verb. rationabiliter, in c.* 1. *de his quae fiunt à maiori parte Capituli*, quam ibi D. sequuntur. Vnde concessio licentiarum facta à maiori parte Capituli, aliquibus contradicentibus, non videtur praeiudicare iuri Capituli, circa restitutionem distributionum. 455

Haec difficultas satis quidem vrget contra d. declarationem Abulen. & solum videtur † dici posse, quod illa intelligatur respectu partium obuenientium illis, qui consenserunt, & dederunt licentias, qui, licet non praeiudicent minori parte, & iuri Capituli, sibi tamen praeiudicauerunt, vt per D. citatos. 456

Et dictum praeiudicium videtur † intelligendum respectu, distributionum, & fructuum iam solutorum, & traditorum, ei, cui licentia absentiae, seu remissio data est, quod si nondum sunt soluti, traditi, & incorporati illi, potest, & debet Capitulum denegare, & impedire solutionem, non obstante licentia, seu remissione data etiam à toto Capitulo, quae sibi non praeiudicat, cũ sit inualida, & sic potest contra eam venire nec fabrica Ecclesiae aut alter pius locus potest ad illos ius praetendere, cum nondum sint illi cum effectu traditi. 457

Quae tamen dicta sint salua † sententia S. Cong. cuius censurae haec, & omnia libenter submitto. 458

Ex supradicta autem † doctrina infertur ad decre- 459

tum Concilij. ca. 3. *sess.* 21. *de refor.* quod in terminis illius portiones tertiæ partis in distributiones quotidianas conuersæ, quas absentes amittunt, interessentibus accrescunt, seu iure non decrescendi competunt, cum d. tertia pars inter diuinis interessentes proportionabiliter sit diuidenda, ex dicto decreto: & ita censuit S. Congregatio, vt in declarationibus infra adducen. n. 465. & quod, *qui plus attulerunt, plus etiam ad ratam deseruiendo percipiant.*

Sed facit magnam difficultatem aliud decretum
460 eiusdem Concilij † *sess.* 22. *de reform. ca.* 3. vbi portio tertiæ partis fructuum Dignitatũ in distributiones conuersæ ex illo decreto per non seruientes amissa non accrescit aliis, sed fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarij est applicanda.

461 In qua difficultate † Nau. *de oratione Miscel.* 59. *n.* alias *Miscel.* 14. *nu.* 51. consultus, vt ait, à quadam valde illustri Ecclesia Cathedrali, respondet, quod hoc posterius loquitur tãtum de distributionibus extraordinariis, quæ de redditibus particularibus Dignitatum, personatuum & officiorum constituuntur lucrifaciendæ ab eis solis, qui habeant ea adimplendo officia diuina eis per Episcopos designata, illud autem c. 3. *sess.* 21. de distributionib. ordinariis, quæ constituuntur de fructib. communib. lucrifaciendæ à facientibus communiter officia diuina, ideo hæ extraordinariæ merito non accrescunt aliis, quib. aliæ ordinariæ distributiones accrescunt, quoniam illæ de communibus fructibus constituuntur pro officiis communibus ab omnibus faciendis, hæ vero de fructibus particularibus præfatarum Dignitatum, personatuum, & officiorum, pro officiis à solis habentibus ea faciendis. sequitur Cosmas Philiarchus de officio Sacerdotis 1 *p. l.* 1. *c.* 24.

Sed hæc interpretatio non satisfacit † ex eo præci-
462 pue, quod distributiones, de quibus *d. c.* 3. *sess.* 22. assignandæ sunt etiam pro seruitio chori, & interessentia horarum, vt apparebit ex infra dicendis maxime ex declaratione adducta *n.* 489.

Nec placet etiam alia interpretatio Ioannis Gu-
463 tierrez. † *d. cap.* 1. *n.* 106 qui ait *d. c.* 3. *sess.* 22. expresse loqui in distributionibus quotidianis, quas pręsentes obtinent, sed, quia competens sibi seruitium quolibet die statuto non impleuerint, amittunt illius diei distributionem, ideo merito in pœnam contumaciæ applicari illam partem fabricę Ecclesię, vel alteri pio loco; at vero prædictum *capitulum sess.* 21. loqui de distributionibus diuidendis inter pręsentes diuinis, nempe, vt pars, quę absentibus ob pręsentiam deberetur, pręsentibus competat.

In hac diffic. dicendum est, quod *c.* 3. *sess.* 21. loquitur tam de Dignitatib. personatib. & officiis, † quã Cano-
464 nicatib. & Portionibus, quib. quando nullę sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt verisimiliter negligantur tertia pars fructuum communium mensę Capitularis deduci debet, & conuerti in distributiones quotidianas, quę inter diuinis interessentes proportionabiliter diuidantur, & si in his portiones absentium proportionabiliter seruientibus accrescunt, & sit de necessitate hęc detractio, quę tamen non potest fieri ex fructibus Dignitatum propriis, & distinctis à mensa Capitulari, nec ex Dignitatibus, quę nullos fructus percipiunt ex illis Ecclesiis. *capitulum* vero 3. *sess.* 22. loquitur tantum de Dignitatibus, personatibus, & officiis, à quibus Episcopis tertiam partem fructuum, etiam propriorum, & distinctorum à mensa capitulari in distributiones quotidianas conuertendam diuidere potest, ex illo decreto, si velit non ex necessitate dato etiam, quod distributiones quotidianæ non sint tenues, & hoc in odium obtinentium Dignitates, & residere negligentium, quę distributiones, cum sint particulariter assignatę ex fructibus Dignitatum pro obtinentibus illas tantum, non accrescunt pręsentibus, sed locis piis applicandę sunt.

Quę interpretatio videtur satis conformis verbis † & menti dictorum decretorum, & est ex sen- 465
tentia S. Cong. vt apparet ex declarationibus sequentibus, Prima *hoc decreto* sess. 21. ca. 3 *agitur de Canonicatibus, & Portionibus, & fit de necessitate hæc detractio, quando sunt nullæ distributiones, vel ita tenues, quæ distribuuntur interessentibus tantum, sed in* sess. 22. ca. 3. *deducitur hæc tertia pars ex Dignitatibus, etiam nõ ex necessitate, sed in odium non residentium, & pars absentium non præsentibus, sed alicui pio loco applicanda.* Secunda. *Portiones absentium accrescunt deseruientibus, si ex decreto Concilij* sess. 21. ca. 3 *separata sint, secus vero, si ex decreto* c. 3. sess. 22 *tunc enim fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, vel alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicabuntur, nec obstat aliqua consuetudo, quæ caueatur, vt deseruientibus portiones non seruientium accrescant.* Tertia. *differentia inter* c. 3. sess. 21. *& aliud* c. 3. sess. 22. *est, quod hoc* c. sess. 22. *loquitur tantum de Dignitatibus, à quibus Ordinarius tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas conuertendam separare potest, dato etiã, quod distributiones quotidianæ nõ sint tenues, & hoc in odium obtinentium Dignitates, & residere negligentium,* & *quando ista tertia pars subtracta per non seruientes amittitur, locis piis est applicanda.* ca vero 3 sess. 21. *loquitur solum, quando distributiones sunt ita tenues, vt negligantur, quo hoc casu tertia pars sic separata, & in distributiones ab Episcopo conuersa, si per non seruientes amittitur, proportionabiliter seruientibus accrescit.* Quarta super d. cap 3. sess. 21 *sit ista deductio ex illis Dignitatibus, quarum fructus sunt illius Ecclesiæ, in cuius choro hæ Dignitates sedem habent, secus vero, si nullos fructus perciperent ex illis Ecclesiis, sed haberent proprios, & distinctos a mensa capitulari.* Et vide decisionem Rotæ in vna Gadicen. distributionum 315 2. p. diuersorum.

Aduertendum est autem circa d. decreta † primo, 466
quod ista separatio, & diuisio tertiæ partis fructuum pro distributionibus non est ita facienda, vt fiat necessario dismembratio aliquarum possessionum, seu bonorum, sed satis est, si valor tertię partis fructuũ ponatur pro illis, & ita S. cong. censuit, vt in sequenti declaratione, *sup. d. c. a.* 3 *sess.* 21. *Hæc tertia pars non est intelligenda de corporibus possessionum Prebendarum, vt dismembretur necessario, sed satis si tertia ponatur pro illis.*

Secundo, quod ista tertia pars accipienda est se- 467
cundum verum valorem, † & ęstimationem ita, quod detractio, & deductio illius facienda est secundum valorem currentem, & non secundum taxam, & ita censuit S. cong. vt in declarationibus sequentibus, Prima super *d. ca.* 3. *sess.* 21 Burg. *Quando locus est detractioni illius tertiæ partis, facienda est secundum verum valorem, & non secundum taxam Prebendarum.* Secunda super *d. ca.* 3. *sess.* 22. *Hæc deductio facienda est ex fructibus non secundum taxam antiquam, prout in libris capitulorum, seu aliis, sed secundum valorem currentem.* Ad idem est declaratio Segobien. sup. adducta dub. 3. num. 198. ad 3. & Burgen. infra adducta hac p. c. 4 n. 21.

censuit tamen S. cong. super *d. c.* 3. *sess.* 21. † *Quod,* 468
ante-

antequam ista detractio fiat deducendæ sunt prius pensionarum, & alia onera legitime imposita, quamdiu illa durauerint, sed de nouo imposita non comprehendunt istam tertiam partem, & quod de fructibus alteri reseruatis non fit ista detractio, donec reseruatarius vixerit, sed si Beneficij titulum habens neglexerit residere, priuandus est eo, & alteri postea conferendo.

469 Quæ declaratio videbatur intelligenda, † vbi erant Præbendæ distinctæ realiter, ita, quod deductio erat ex ipsis facienda, tunc enim deducendæ prius erant pensiones impositæ, secus, vbi non sunt Præbendæ distinctæ, sed deductio facienda est ex fructibus communibus mensæ, tunc enim non videtur habenda ratio pensionum impositarum super ipsis Præbẽdis, quoad deductionem tertiæ partis licet per illam non fieret præiudicium ipsis pensionibus.

470 Tertio aduertendum est, quod † non est locus detractioni tertiæ partis pro distributionibus ex decreto *d. c.* 3 *sess.* 22. quando distributiones sunt tolerabiles ita, vt verisimiliter non negligantur, vt alias censuit S. Cong. & in declaratione prima, & tertia supra adducta n. 465 & in d. Segobien. & alias S. Congreg.
471 † respondit Cardinali Borromeo, *Quod verisimilitudo illa, quod distributiones quotidianæ negligantur, & ob id tertia pars fructuum Prebendæ in distributiones quotidianas sit conuertenda,* vt in c. 3. sess. 21. *considerari debet habita ratione numeri omnium Canonicorum tam residentium, quam non residentium.*

472 Quarto, quod quando ex † Dignitatibus detracta est tertia pars in vim decreti *d. c.* 3. *sess.* 21. non potest detrahi alia tertia, ex decreto *d. c.* 3. *sess.* 22. vt S. Cõg. censuit his verbis. *Quãdo Episcopus vsus est remedio,* c. 3. sess. 21. *in detrahenda tertia parte ex Dignitatib. non potest vti remedio* c. 3 sess. 22. *in detrahenda alia tertia parte ex Dignitatibus, quia nihil dandum est his, qui nihil contulerunt.*

473 Quinto est aduertendum, quod dispositio † *d. c.* 3. *sess.* 21. & detractio, de qua ibi, habet locũ contra obtinentes non solum Dignitates, Canonicatus, & Portiones, sed etiam Capellanias, seu alia Beneficia residentiam requirentia in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, nõ tamen habet locum extra Ecclesiam Cathedralem, aut Collegiatam, vt in sequentibus declarationibus S. congregationis concilij, super *d. ca.* 3. sessione 21. Prima, *Hæc detractio & huius decreti dispositio locũ habet contra omnes Capellanos, & Dignitates obtinentes.* Secũda, *Omnes Capellani, & Canonici, & Dignitates obtinentes tenentur residere, & cum ea est locum habet hæc detractio, & huius decreti dispositio.* Tertia Burg. *Ista detractio partis fructuum facienda est de solis illis Beneficiis, in quibus, quis residere tenetur.* Quarta, *Non potest deducere hanc tertiam partẽ, nisi ex Canonicatib. & aliis Beneficiis in Cathedralib. vel Collegiata, vel illis vnitis, nec extra Ecclesiam Cathedralẽ, vel collegiatam, hoc decretum habet locum.*

474 Vnde nec pro distributionibus Ecclesiæ † cathedralis, aut collegiatę detrahendum est aliquid ex Beneficiis extra illam existentibus, nisi essent perpetuo vnita Præbendis illius. Vt in alia declaratione S. cõgreg. quę sic ait, *Nec pro distributionibus Canonicorum Cathedralis vel Collegiata Ecclesiæ auferẽdum est quicquam de Beneficiis, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam, nisi Ecclesiæ, vel Beneficia extra d. Cathedralem, vel Collegiatam existentia essent perpetuo Canonicatuum vnita Præbendis prædictarum Ecclesiarum, à quibus Beneficiis extra prædictas Ecclesias, si quid ob eam causam exactum esset, debet restitui, & de cætera huiusmodi exactione absistere.*

Et pro prædictis aduertendum est non solum teneri ad † residentiam obtinentes in Ecclesiis Cathe- 475
dralib. & Collegiatis Dignitates Canonicat. aut portiones, sed etiam mansionarij & capellani & obtinẽtes alia Beneficia, quæ sunt perpetua & habent annexum seruitium in choro, vt S. Congr. censuit super *c.* 12. *sess.* 24 ibi. *Aut portiones, idem iudicium de mansionariis, & aliis Beneficiis, quæ sunt perpetua, & habent annexum seruitium in choro.* consonat Concilii Bononien. *tit.* 6. *de residentia §. de his, qui ad residentiam tenentur, versi. penul.*

Sexto aduertendum est, quod decretum *d. c.* 3. *sess.* 476
21. non habet locum in Dignitatibus, quæ in cathedralibus habent sedem in choro tantum in quib. tamen nunquam resederunt, sed habent Ecclesiam Collegiatam, aut proprium districtum, vbi suam præeminentiam, & iurisdictionem habent iuxta *regul.* 3. *cancellariæ, vers. declarans Dignitates*, vere non sunt Ecclesiarum Cathedralium, in quibus solum sedem in choro habent, sed potius sunt illarum Ecclesiarũ, in quib. principalem præeminentiam habent, & iurisdictionem exercent, vnde non tenentur obtinentes huiusmodi Dignitates residere in d. cathedralibus, imo nec possunt in illis residere, sed in ipsa collegiata, vt supra dictum est 1. *dub.* n. 184. & consequẽter non sunt obnoxij detractioni tertiæ partis ex d. decreto.

Et ita S. congregatio videtur † declarasse in se- 477
quenti declaratione super *d. c.* 3. *sess.* 22. ibi. *Ex fructibus, & prouentibus, dum tamen sint fructus illius Ecclesiæ, in cuius choro sedem habent hæ Dignitates, secus vero si nullos fructus percipiant istæ Dignitates, ex illis Ecclesiis, in quibus sedem habent, in choro tamen nunquam fecerunt residentiam, & habent proprium districtum, in quo suam iurisdictionem exercent.*

Sed offert se difficultas; esto obtinentes † huius- 478
modi Dignitates non sint obnoxij detractioni tertiæ partis pro residentia in cathedrali, an sint illi obnoxij pro residentia, & interessentia in collegiata, in qua residere tenentur ratione curæ saltem iurisdictionalis, quam ibi habent iuxta declarationem S. congregationis supra adductam n. 119. & decimam adductam sub n. 179. vel ex decreto concilij *sess.* 24. *c.* 12. *versic. præterea obtinentibus*, vt supra dictum est, *dub.* 1. à n. 181.

Et videtur † quod sic, ex quo decretum *d. ca.* 3. *sess.* 479
22. loquitur de Dignitatibus etiam in Ecclesiis collegiatis existentibus.

Quod tamen intelligendum erit, nisi tales † Di- 480
gnitates habeant territorium & iurisdictionem quasi Episcopalem, quamuis enim tunc eas obtinentes teneantur ad residentiam, vt est dictum, non tamen videntur teneri ad residentiam chori, seu seruitium Ecclesiæ, & interessentiam diuinorum, vt *d. dub.* 1. dictum est, & consequenter cessat illa detractio pro distributionibus.

Obtinentes vero in cathedralibus, & collegiatis 481
Ecclesiis † Dignitatem, licet non habeant vocem in capitulo, nec cum cæteris participent distributionibus, aut fructus, sed aliunde fructus percipiant residere tenentur, vt *in d. versi. præterea obtinentibus*, & cõstat ex supradictis, maxime *dubio* 3. & consequenter detractioni tertiæ partis earum fructuum pro distributionibus subiecti sunt, vt in sequenti declaratione, super *d. c.* 3. *sess.* 22. *Obtinens in Cathedralibus & Collegiatis Dignitatem, licet vocem in Capitulo non habeat, nec distributiones quotidianas cum cæteris participet,*

Q

residere tamen tenetur, & sic detractioni ipsum tertiæ partis fructuum est obnoxium. facit quod tradit Nauar. *cons. 6. n. 1. de verborum signific.*

Quod non procedit in obtinentibus Dignitatem
482 † quæ nullos redditus habet, nec Præbendam, licet eam expectent, nam interim non tenentur residere, nec sunt obnoxij detractioni tertiæ partis fructuũ, cum eos non habeant, ad quod est declaratio S. Congreg. Concilij, quæ sic ait. *An obtinentes Dignitatem in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, sine Præbendæ, quæ tamen destinata est ex certa celebratione distributionis interim, dum effectum illius expectant, teneantur residere? Cong. censuit negatiue, die 30. April.* 1587. Conducunt tradita *c. præcedenti, à n. 41.*

483 Nec etiam procedit in Dignitatibus non † habentibus sufficientes præbendas, seu fructus, sed tenues, nam licet obligare videantur ad residentiam, non tamen locũ habet d. detractio, vt in sequenti declaratione super *d. c. 3. sess. 22.* ibi. *Omnium Dignitatũ, non comprehenduntur Dignitates, quæ, & si locum habent in choro, nullas tamen habent distributiones quotidianas, nec sufficientes præbendas, vel fructus tenues, quæ retinere possunt, cum Canonicatibus, vbi est consuetudo absque alia dispensatione,* vt c. 1. de consuetudine in 6. *nec illis vnire Ecclesias Parochiales ad augendum fructus distributionum quotidianarum Episcopus potest.*

Septimo aduertendum est, quod pro congruis distributionibus assignandis aliquibus horis, quæ
484 nullas, aut † tenues habent distributiones, non est quicquid detrahendum à distributionibus, quantumuis pinguibus, cæteris horis assignatis, nec illæ sunt diuidendæ in alias horas, sed pro illis detrahenda est aliqua pars fructuum Præbendarum, iuxta decretum *d. c. 3. sess. 21.* & ita censuit S. Cong. vt in declarationibus sequentibus. Prima Mediolanen. *In illis Ecclesiis, in quibus distributiones non sunt regulariter tenues, sed pingues, licet sint aliquæ horæ, quæ non habent distributiones aut tenues, debent esse rationabiles assignari detrahendo aliquam partem fructuum à Præbendis, non autem ab aliis distributionibus cæteris horis assignatis.* Secunda. *Non licet ex decretis,* sess. 21. & sess. 22. c. *3. distribut. quotidianas, quæ certis dumtaxat horis Canonicis sunt assignatæ, diuidere in alias horas Canonicas, quibus nullæ, vel adeo tenues constitutæ sunt distributiones, vt verisimiliter negligantur, sed sumenda est ex corpore vniuscuiusque Præbendæ tanta redditũum portio, quanta satis possit sufficere ad distributiones attribuendas illis etiam horis.*

485 Vnde in vna † Abulen. S. Cong. sic respondit. *Congregatio Concilij censuit per grossam, quã isthic lucrifaciunt interessentes quotidie vna tantum hora, non esse satisfactum Concilio* sess. 21. c. 3. *&* sess. 22. c. 3. *Episcopus tamen non potest dictam grossam accipere, & in alias horas diuidere, quin potius ex reliquo corpore Præbendarum, si non omnino tertiam partem, saltem tantam portionem detrahere, quanta sufficiat ad constituendas distributiones, quæ singulis horis verisimiliter non negligantur.*

486 In qua declaratione † S. Congregatio videtur supponere, & intelligere in dicta Ecclesia esse alias Præbendam distinctam à grossa, & illam grossam esse quandam pinguem distributionem pro illa hora constitutam, cum tamen reuera non sit alia Præbenda præter illam grossam, quæ lucrifit residendo, & interessendo vna hora, nempe in ferialibus, & simplicibus ad primam cum Missa, & in duplicibus, & semiduplicibus ad tertiam cum Missa maiori. Vnde ista grossa, quæ dicitur anniuersarium, est loco Præbendæ, & pro distributione quotidiana illius horæ, quã lucrifit anniuersarium, & grossa est certa quantitas, quæ dicitur morapetini anniuersarij, vltra aliam distributionem ordinariam tertiæ, & pitancias extraordinarias, quæ omnes reuera sunt satis tenues.

Et ex superioribus apparet distributiones esse ordinandas, † & compartiendas per omnes horas, 487
& non per certas horas tantum, vt contra glossam *versiculo certis horis in c. clement. vt ij qui §. illi vero, de ætate, & qualitate,* & Card. *ibi quæstione* 17. tradunt Cosmas *in pragmatica sanctione. tit. quo tempore quisque debeat esse in choro, versicul. vsurpat.* & Probus ad Monachum *in d. capite 31. de cleric. non resid. in sexto ex numero 31.*

Et alias etiam † censuit S. Congregatio super *d. ca.* 488
12. sessione 24. ibi. *Statis horis, Congregatio censuit intelligi statas horas, id est omnes horas, quibus diuina celebrantur, licet glossa* in Clementina, vt ij, qui, *& ibidem Cardin. Zarabella* numer. 17. *dicant, de iure posse fieri distributiones per certas horas.*

Pro quo etiam est alia declaratio, quæ ait, *Distributiones quotidianæ, † quæ acceptæ fuerunt ex tertia* 489
parte fructuum Dignitatum alicuius Ecclesiæ assignari debent non duab. horis tantum Canonicis, sed etiam reliquis omnibus aliis, quibus non interfuerit, distributionem amittit.

Octauo aduertendum est, † quod pro lucranda 490
tertia parte fructuum Dignitatum, personatuum, & officiorum in distributiones conuersa, non potest Episcopus statuere aliam seruitij, & officij formam, præter solitam, nec noua onera imponere, vt S. Congregatio respondit Card. Borromeo his verbis, *Episcopus non potest Dignitatibus, personatibus, & officijs statuere certam officij, & seruitij formam præter solitam, pro lucranda tertia parte Præbendæ in distributiones conuersa.*

Nec obstant illa verba *c. 3. sess. 22. competens ibi seruitium iuxta formam ab eisd. Episcopis præscribendam,*
† quia sunt intelligenda de forma ab Episcopis præ- 491
scribenda circa seruitium solitum, aut circa Dignitates, quæ non consueuerant habere seruitium, & residentiam. Et ita erit accipienda declaratio Segobien. supra adducta, *n. 198. ad octauum.*

Vltimo aduertendum est, † quod etiam Digni- 492
tates, & Præbendæ, quæ sunt de iure patronatus, etiam laicorum, subiectæ sunt detractioni tertiæ partis, vt S. Congregatio censuit in vna Mediolanen. his verbis, *Dignitates, quæ sunt de iure patronatus detractionis 3. p. fructuum obnoxiæ sunt.*

Nisi repugnet fundatio, † cui *in d. cap. 3. sess. 21. &* 493
22. non est derogatum, vt Congregatio censuit.

Vigesimo quinto dubitatur an obtinentes Dignitatem, Canonicatum, vel Portionem teneantur † per 494
se, & nõn per substitutum obire diuina officia suæ Dignitati, Canonicatui, vel Portioni incumbentia, vt cantare Missas, Euangelium, aut Epistolam in suis hebdomadis, seu diebus.

In quo dicendum est teneri per se obire ex † 495
Concilio *sess. 22. c. 4. & sess. 24. cap. 12. versicul. omnes vero de reform.* & censuit S. Congregat. Concilij, vt in sequenti declaratione, *An Canonici teneantur per seipsos cantare Missas in omnibus festis dominicis Aduentus, & Quadragesimæ, ad tantum solemnibus? Congregatio censuit, cogendos esse ad personaliter canendum Missam illis diebus quibus ex instituto & legitima consuetudine illius Ecclesiæ debent.* & alias sic ait. *Nec possint per alios Missas canere maiores prætextu, quod ipsi Missas dieb. solemnib. decantabant, sed cogẽdi sunt ad personaliter canẽdũ Missas illis diebus, quibus ex instituto, vel legitima consuetudine illius Ecclesiæ debent.* Et in declaratione Segobien ad septimum adducta *d. n. 198.* & in declaratione 2. adducta supra num. 186.

496 Et censuit † etiam S. Congregatio rituum, vt in declaratione sequenti. *Obtinentes Dignitates, Canonicatus, vel Portiones in Ecclesiis, præsertim Cathedralibus, cuiuscumque qualitatis sint, Episcopo solemniter celebranti, aut Pontificalia exercenti, assistere ac vestibus sacris indutos eidem inseruire, nec non ingruere eisdem Dignitatibus, Canonicatibus, & Portionib. in decantatione Missæ Euangelij, Epistolæ, & similium functione, præstitatione incumbentia, & annexa, per se ipsos subire, & exercere iuxta sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini dispositionem ac cuiusque Ecclesiæ particularem ordinationem, certum esse respondit sacrorum rituum Congregatio, quod si quando aliquis legitimo impedimento detentus ea per seipsum adimplere non poterit, tunc alios, eiusdem tamen Ordinis, & gradus, non autem inferioris, Dignitates nempe alias Dignitates, Canonici Canonicos & Portionarij respectiue Portionarios in sua quisque hebdomada, ne gradatim, & ordinum prærogatiuæ confundantur, deputare debebit, idque per Episcopum opportuno remedio, etiam huius decreti vigore prouidendum fore censuit eadem Congregatio supplicante Capit. & aliis Ecclesiæ Abulen. Portionariis. die 18. Maij 1601. Ptolomeus Card. Comen.*

497 *Alexander Gratianus † pro Secretario Congregationis,* Quam declarationem vidi authenticam, nempe manu d. Illustrissimi Cardinalis Comen. & d. Secretarij subscriptam, & sigillo eius Cardinalis munitũ.

Et idem statuit Concilium Prouinciale Compostellanum, *actione 2. decreto* 18. nisi ex causa infirmita-
498 tis, † vel alia iusta causa, vt ibi, & in concordia confirmata, & procedit, non obstante, quod sit factum statutum in contrarium, vt fuit inter alia declaratum per S. Congregationem in vna, Placentina 25. Iulij 1570. his verbis. *Si factum est aliquod statutum, quod Canonici possint inseruire per substitutos, vel alternatim vnus pro alio, non habeatur eius ratio, quia est contra Concilium,* Et refert Zerola in praxi Episcopali. *2. p. verf. Canonic. §. 5.*

499 Procedit etiam, licet † ante Concilium esset statutum, vel consuetudo, etiam immemorialis in contrarium, vt colligitur ex ipso Concilio, & supradictis, & ex declaratione Abulen. adducenda *dubio sequenti, n. 504.*

Vnde qui in hoc notabiliter defecerint, seu ne-
500 gligentes † fuerint, peccabunt mortaliter, quamtus multi, præsertim dignitates obtinentes, id non obseruent, nec curent, quando uno indecens existiment subire huiusmodi onera incumbentia suis dignitatibus, præsertim in decantatione Euangelij, aut Epistolæ.

Vigesimo sexto dubitatur, an obtinentes dignita-
501 tem simul cũ canonicatu, aut Portio. in eadem † Eccl. teneantur vtriusq; Beneficij onera, & officia subire, & per se ipsos ita, vt non satisfaciant deseruiendo personaliter in vno, & per substitutum in altero?

502 In quo dubio distinguendum † est, quod aut dicta duo Beneficia habentur, tanquam separata, & de per se, aut sunt vnita; in primo casu certum est obtinentes dignitatem, cum Canonicatu, aut Portione teneri vtriusque Beneficij onera, & officia obire per se ipsos, nisi seruitia eod. tempore concurrant ita, vt ab vna persona præstari nequeant. Et ita patet ex Concilio vbi supra. nam idem est in duabus [illegible] in vno, & non est maior ratio de vno, quam de altero. Et declarauit S. Congregatio Concilij in vna Seguntina, quæ sic ait, *Obtinens Dignitatem, cum Canonicatu, † aut portione tenetur per se vtriusque Beneficij* 503
onera subire, nec satisfacit si in vna substituit, nisi seruitia simul ita concurrant, vt eodem tempore ab vna persona præstari nequeant.

Et in vna Abulen. quæ sic se habet. *Illustrissime & Reuerendissime D. Pro parte Episcopi Abulen. quæritur, an obtinentes Dignitatem cum Canonicatu seu Portione in eadem Ecclesia, teneantur per seipsos vtriusque Beneficij onera subire ita, vt non satisfaciant Concilio deseruiendo personaliter in Dignitate, & per substitutum in Canonicatu, seu Portione, non obstante contraria Ecclesiæ consuetudine? Episcopo Abulen. Reuerendissime D. vti Fratri propositus fuit libellus S. Congreg. Cardinalium Concilij Trident. interpretum, qui cum his ad amplitudinem tuam literis mittitur, de obtinentibus Dignitatem cum Canonicatu seu Portione in eadem Ecclesia, vt ex illo ipsa videbit, Congreg. censuit, sic obtinentem teneri per seipsum vtriusque beneficij onera subire, nec aliter Concilio satisfacere quam si personaliter vtrique deseruiat, nisi tamen seruitia simul ita concurrant, vt ab vna persona eodem tempore præstari nequaquam possint. Porro facultatem substituendi in seruitio Canonicatus, quempiam alium Canonicum, qui eo tempore seruitio non sit obstrictus, existimaut minime illi denegandum esse, cessante fraude, & calumnia, quam Congregationis sententiam amplitudini tuæ significandam duxi, vt illam pro suo munere obseruandam curet, cui optimam valetudinem precamur in Domino. Romæ die 27. Iulij.* 1585. *amplitudinis tuæ, vti Fr. A. Cardin. Carrafa.*

Hoc autem in ista † declaratione dicitur de facul- 504
tate substituendi alium eiusdem Ordinis, cessante fraude, & calumnia, videtur intelligendum, quando est impeditus infirmitate, vel alia iusta causa, vt d. Seguntina. & in dicta declaratione S. Cong. rituum suposita n. 496. & in d decreto 18. Concilij Compostellani, & concordia confirmata, seu semel, aut iterum non ordinario, nam tunc esset fraus.

Et ita fuit resolutum in vna Burgen. seruitij. 28. Febr. 1594. coram † D. Lita, in qua fuit dictum, quod 505
secundum eum communem, & declarationem S. Congregationis eo ipso, quod Dignitates habent Canonicatus distinctos, tenentur ad omnia munera spectantia ad Canonicos, sicut è conuerso dicuntur in possessione omnium iurium Canonicalium, & ita dandum mandatum de manutenendo Capitulo in sua possessione, non obstante concordia confirmata in contrarium allegata, dum cõtrauertitur super illius interpretatione, in qua etiã coram Domino meo Corduba Episcopo Pacen. 8. Iun. 1598. fuit resolutum, quod *teneantur ad omnia onera, & seruitia debita dictis Canonicatibus, & Portionibus, nec obstet concordia.*

In secundo casu, quando sunt vnita, idem dicendum est, si vnita sint inuicem æque principaliter, † 506
nam tunc vti duo Beneficia obtinentur, iuxta dicta infra *vltima p. cap. 2. à numer.* 37. si vero vnio facta est accessorie, † & non æque principaliter, tunc etiam 507
idem dicendum est, si facta est ad vitam obtinentium dumtaxat, quia per istam vnionem ad vitam non extinguitur titulus Beneficij vniti, vt dicitur. *d. cap. 2. n. 38.* & facit declaratio S. Congregationis 13. supra adducta *n. 179.*

Sed, si Portio vnita sit dignitati perpetuo, & accessorie, & per viam incorporationis, tunc, quia per istam vnionem Portio desiit esse Portio, † & eius ti- 508
tulus, & effectus extinctus fuit, ac effectum est vnum tantum Beneficium iuxta dicenda dict. cap. 2. à

n. 4. obtinens dignitatem, cui sic est vnita Portio, nō tenebitur seruire tanquam Portionarius, nec subire onera alias competentia ratione Portionis.

509 Quod totum ita † declaratum est per S. Congreg. Concilij his verbis, *Congregatio Concilij, si Portiones perpetuo vnitæ sint dignitatibus ita, vt Portionum titulo suppresso effectum sit vnum dumtaxat Beneficium, non teneri eos, qui tales obtinent dignitates, ad aliud seruitium, quam suarum dignitatum, quod si absque suppressione tituli Portiones vnitæ sint dignitatibus ad vitam obtinentium, & alias vti duo Beneficia obtineantur, vtriusque Beneficij seruitia præstanda esse. A. Cardinalis Carrafa.*

510 Et quod habens dignitatem, cui est vnita Portio perpetuo accessoriè, † & per viam incorporationis, non teneatur seruire tanquam Portionarius, fuit resolutum in alia Burgen seruitij Decani coram D. Lata, decimo tertio. Iunij 1594. vt in decisione sequenti.

Domini resoluerunt Decanum non teneri seruire tanquam Portionarium, quia Portio ex illa, quæ vnita fuit in perpetuum dignitati Decanatus per viam incorporationis, vt ex lectura vnionis factum fuisse apparet desijt esse Portio, illiusque nomen, & effectus extinctus fuit. Doct. in cap. cum accessissent, de constit. *glossa* in Clementina, per literas, de Præben. *Ioannes Baptista de S. Seuerino* in tract. de vnione articulo 8. quæst. 11. & sequenti, *Oldra.* consi. 257 numer. 15 & sequenti, *Rota* decis. vndecimo de rebus Ecclesiæ non alienan. in antiquis. *Cassad.* decisio. decimatertia numer. 1. super regulis. *Vnde, cum titulus Portionis, eiusque effectus sit extinctus, non potest dici, quod Decanus, vti Portionarius, teneatur seruire cum non entis nulla sint qualitates, & qualitates sine subiecto esse non possint, nec ex eo, quod in vnione dicitur, quod per vnionem huiusmodi dict. Portio debitis non fraudetur obsequiis, sed eius congrue supportentur onera consueta, debet contrarium determinari, nam dixerunt Domini d. clausulam intelligi debere de oneribus, non competentibus ratione solius Portionis, sed de his, quæ extrinsece veniunt sub vnida, cum, quæ competunt ratione solius tituli, cessent, de medio sublato ipso titulo per viam dictæ perpetuæ vnionis, ad textum* in cap. cum cessante, de appellat. cum vulg. *& huic interpretationi esse inhærendum dixerunt Domini, ne verba Papæ facto eiusdem contradicant ad tex.* in l. 1. *vbi scribentes* C. plus valere, quod agitur. *Et quod indultum fuit mediante vnione in honorem Dignitatis Decanatus, & augmentum eius, retorqueatur in diminutionē honoris, & Dignitatis illius, mediante seruitio suæ Dignitati minime condigno, contra omnem rationem; debet enim omnis disputatio sano modo interpretari, & vt omnis contrarietas euitetur.* cap. inter dilectos. §. cæterum, de fide instr. *Bart.* & *alij* in l. 2. §. creditoris. ff si certum petatur *cum alijs per Aymon,* consi. 148 num. 19. lib. 3. *præsertim, cum Ecclesia ex defectu dictæ Portionis in diuinis non dicatur pati aliquem defectum, vt notatur per Angelum* in l. non alias. §. legati. versic. in textus super, *Castren.* in eadem l. num. 2. ff de iudic. & *per Bald.* in rep. d. l. nu. 2. in 2. lectura.

511 In Canonicatibus vero vnitis, & annexis dignitatibus, etiam perpetuo, † & accessoriè diuersum existimo; nam licet vnio facta sit accessoriè, tamen non extinguitur titulus Canonicatus, sed vti duo Beneficia obtinentur, vt dicetur infra 11. p. c. 5. nu. 199. & sic vtriusque Beneficij seruitia præstanda erunt iuxta supradicta.

512 Vigesimo septimo dubitatur, an Canonici, & obtinentes dignitates, vel Portiones, ita teneantur ad residentiam in Ecclesia, & choro, vt debeant etiam canere in illo sub peccato mortali, & obligatione restituendi distributionem, & fructus, an vero satisfaciant cum sola assistentia in choro, & horas priuatim recitando?

In quo breuiter dico primo, Canonicos ex sua institutione, & iure communi, teneri canere in choro 513 sub peccato mortali, ita, quod si in hoc † essent notabiliter negligentes, non excusarentur à peccato mortali, in quo videntur conuenire Abbas de Ferra. *de horis Canonicis, num. 27. & 28. & à num. 55.* Nauarrus *de oratione, capit. 10. numero 47. & capit. 11. ad fin. & capit. 13. numero 17. & Miscell. 79. & consilio 13. de celebratione Missarum.* Soto *de iustitia, & iure libro 10. q. 5. articulo quarto ad medium,* Sandoual. *de officio diuino cap. 16. part. 6.* Lud. Beia *in responsis casuum conscientiæ casu 55.* P. Nauarra *de restitutione, libr. 2. capit. secundo ex numero 219.* Aragon. *secunda secundæ quæstio. 83. artic. 12.* Iacob. de Graffiis, *in decisionibus aureis casuum conscientiæ libro secundo cap. 51. nume. duodecimo & capit. 52. numero 22. & capit. 53. num. quarto 5. & 11.* Zechus *de Republica Ecclesiastica, capit. 24. de Canonicis, sub numero 6.* & Açor *institutionum moralium lib. 10. cap. 11. quæstione 5. & 7.* qui ad id adducunt authoritates Conciliorum, facit *capitulum, contumaces 50. distinctione, cap. 1. 9. distinctione cap. fin. 93. distinct. capit. 1. capit. dolentes, de celebratione Missar.* & probatur ex S. Concilio Triden. *d. cap. 12. sess. 24.* ibi, *Atque in choro ad psallendum instituto hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter distincte deuoteque laudare.* Et Cōsilio Compostellano *actione 2. decreto 10.* Cōcilio Bononien. *tit. 6. de residentia. §. de his, qui ad residentiam tenentur, versi. itaque hi.* ibi. *Singulis horis diuinis officijs attente religioseque psallendo sic interesse debebunt.*

Dico secundo nihilominus ad lucrandos fructus & 514 distributiones sufficere solam assistentiam in choro, etiam si non cantent, nec sint attenti, sed cum aliis loquantur, quamuis in hoc malefaciant *d. c. docentes, & Clem. 1. de vita, & honestate Clericor.* etsi excessus fuerit notabilis, peccent mortaliter, *c. licet, 32. de Preben.* ibi. *Quæ tantum residentibus in Ecclesijs, & his, qui intersunt horis Canonicis exhibentur, & capitulo vndecimo de Clericis non residentibus in 6.* ibi. *Qui eisdem officijs in ipsis Ecclesijs absfuerint.* Abb. *in capit. cum olim, numero 6. de re iudic.* qui ait, quod distributiones dantur respectu interesse diuinorum, non præcise respectu cantus, vel alterius obsequij, vt *in dict. cap. 11.* Barth. Medina *in summ. lib. 1. capit 14. § 11.* & Zechus *sup.* & videtur Toletus *in sum. libro secundo 12. 4. dist.* & ita videtur esse consuetudo & praxis Ecclesiarum.

Quamuis in hoc aliqui scrupulos iniiciunt, & contradicunt † Sandoual. citans in margine Archidiaco- 515 num Ioan. And. & Dominicum *n. 4. in c. alma mater §. adiicimus, de sententia excom. in 6* & Paulum Imolam, *in d. Clem. 1.* Nauar. Sotus. Beia, & Graffiis, præsertim *d. cap. 51. num. 12. & cap. 52. num. 22. vbi sup.* & Summa Corona. *1. par. cap. 1. num. 93.* Ioan. Baptista Corradus *in resp. casuum consi. q. 240.* & Açor *sup. 5. q. versic. qua res, & quæstio. 8.* & *in part.* P. Nauarr. & Aragon. *supra,* & P. Ledesma *in summ. 2. part. tract. 9. capit. 4. vltima conclusion. 1. & 2. difficultate,* dicentes, quod ad lucrandum fructus, & distributiones, requiritur aliqualis attentio, saltem externa corporis, hoc est, quod non scribant, vel confabulentur. & Lud. Lopez *instruct. conscientiæ 1. tom. capitul. 246.*

Quem

Quem sequitur Vega *in sum. 1. par. cap. 128. casu* 10. dicens, quod illi, qui de ordinario, & frequenter confabulantur in choro ad totas, vel quasi totas distributiones restituendas sunt obligati, & 2. *tom. capit.* [illegible] buti *d. f.* vbi ait, quod tanta peruersio, & abusus potest in hoc casu interuenire, vt iuxta notabilem defectum, in hoc magis, vel minus iuxta maiorem vel minorem abusum teneantur aliquid restituere, & Man. Rodriguez *in sum. 1. tom. capit. 145. numer. 5.* Dicens, Canonicos domi recitantes, & assistentes in choro, non recitando, nec cantando ibi, teneri restituere distributiones, quasi totas.

Quibus non fauet, sed potius nostræ sententiæ constitutio 138 Pij V. supra adducta *cap. præcedenti,* 516 † *num. 5. versi. conuersi,* loquitur enim de non recitante horas, nec in choro nec extra vt recte aduertunt Medina. Lud. Lopez Nauarra, & Arragon. *supra.* Dico tertio, quod licet ex institutione officium Canonicorum sit horas Canonicas in choro canere, vt in 517 *1. dicto,* tamen † de consuetudine à multis annis recepta, tollerata, & approbata, non videntur ad id teneri, dummodo habeant Capellanos, & ministros, qui eas cantent, nec sit in hoc defectus considerabilis, quæ consuetudo, non videtur irrationabilis, sed tolerabilis. Ita docent P. Nau. Arrag. & Zechus *sup.* & sic procedit quod ait Caietan. *in sum. versicul. hora in fine.*

Sed dices consuetudinem istam iam esse sublata- 518 tam † per Concilium Triden. *d. cap. lib. 12.* dum dicit, quod omnes compellantur per se, & non per substitutos, obire diuina officia, atque in choro psallere.

519 † Nec satisfacit responsio P. Nauarri, & Arrago. supra, non dicere Concilium, quod Canonici teneantur obire officia per se, & psallere in choro, sed quod compellantur id facere, & sic præceptum Concilij non dirigi ad ipsos, sed ad Prælatos, qui si eo negligentes essent, peccarent, non Canonici sua vtentes consuetudine: nam enim fuisse intentionem Concilij vt Prælati conuenientibus iuris remedijs Canonicos compellendo eos ad pristinum psallendi morem, & primæuam institutionem reuocarent, quæ salutari, & antiqua consuetudine renouata, tunc demum tenerentur officium psallendo per se ipsos elicere sub mortali, & restitutionis onere.

Nam ista solutio, quæ est verbalis tantum, con- 520 uincitur † ex eo, quod Concilium dicendo, quod Canonici compellantur per se obire diuina officia, atque in choro psallere, vult eos ad id teneri, & dicit, quod ad id compellantur, † quum ad rem, ad quam tenentur; compulsio enim, & executio præsupponit obligationem.

521 Vnde ad Concilium solum potest responderi, † non esse quoad hoc de canto receptum, sed eandem consuetudinem etiam post illud durare, & esse continuatam, quia Episcopi non curarunt illud exequi facere, sicut & alia multa, & sic non obligare, ad tradita infra 11. p. c. 5. num. 150.

522 Et nouissime † Açor *d. libr. 10. cap. 11. 6. quæst.* ait eiusmodi consuetudinem, vbi fuerit moribus vtentium recepta, valere, cum non sit contra ius nostræ, sed ius tantum canonicum, eamque consuetudinem, etiam post Concilium Triden. valere, vbi moribus vtentium fuerit recepta, siue continuata post Concilium Trident. quoniam in hac etiam parte Concilio Triden. consuetudo potest derogare, & hoc dupliciter, vel quia post illud introduci cœperit, & deinde fuerit vsu confirmata, vel quia ante inuecta fuerat, & deinde etiam contra illud continuata.

Quod, licet videatur probabiliter procedere, donec à Sede Apostolica, seu S. Congregatione aliud † declaratum habeamus, tamen in nostra Ecclesia 523 Abulen. habet difficultatem, nam statuto 16. statuitur, quod Canonici, & Beneficiati assueant ad canendum, & statuto vltimo damnatur, & reprobatur omnis vsus, & consuetudo contra statuta in illo libro contenta recopilata, anno 513. ita vt non valeat, nec possit introduci.

Vigesimo octauo, & vltimo dubitatur, an † Ca- 524 nonicus suæ obligationi satisfaciens, quod attinet ad residentiam, & seruitium chori, & Altaris, possit licite ordinarie abesse à Capitulis, seu Congregationibus Capitularibus. Et videtur posse, † quoniam 525 præcipuum, & particulare officium Canonici, & ad quod obligat S. Concilium, *d. cap. 12. versi. præterea obtinentibus, est residentia, & seruitium Ecclesiæ,* habere & dare vocem in Capitulo, potius videtur præeminentia, & fructus Canonicatus *glo. fin. in l. 2. de in integrum restitutione,* & ibi Butr. *numero 44.* & Abbas 21. Card. *in Clement. 2. num. 14. de ætate, & qualitate,* & Felin. *in cap. cum olim, num 2. de maioritate & obedient.* cum aliis, cui ideo Canonicus potest cedere, quod secus est in Senatoribus, seu Rectoribus ciuitatum & aliis, quorum præcipuum munus est in Senatu, seu Concilio assistere.

Et quod habere, & dare vocem in Cap. † sit po- 526 tius præeminentia, & fructus quam onus, videtur comprobari ex eo, quod solent Canonici ob culpas & delicta puniri in priuatione, seu suspensione vocis, vt *in d. Clemen. 2 versi. illi vero,* & videmus in praxi. & si esset onus, non deberent in eo directe puniri. Et facit pro hac parte quod docet *summ. Armilla, verbo electio, nu. 20.* † quod quilibet elector potest re- 527 nunciare voci suæ, sicut iuri suo. Et quod docet Sotus *de iust. & iure, lib. 4. q. 6. art. 4. versic. postremum denique, quod scholares,* qui sunt Electores Cathedrarum, & non testes, possunt renunciare iuri eligendi, nec possunt compelli ad suffragandum, nisi quandoq; Rectori, & Consiliariis, vel propter paucitatem, vel ad rescindendas alias fraudes ratio appareret, vt compellerentur. & sequitur D. Io. Gutier. *can. quæst. lib. 2. ca. 11. nu. 86.* inde inferens *num. seq.* licere Canonico renuntiare suo voto in electione faciēda, vel aliis prouisionibus præcipue, cum hoc sit iusta causa, nempe, quia est dubius de maiori idoneitate eligendi, quia sunt plures expositores, & nescit quem eligere debeat, vel quia omnes sibi minus idonei videntur, nec Eccl. damnum inferat, vel alias iusta de causa, nisi, vel propter paucitatem eligentium, vel ad alias fraudes euitandas ratio dictaret, vt compellerentur à Capitulo suffragia ferre, iuxta dictam limitationem Soti.

Pro quo facit tex. *in capit. quia propter, de † electio-* 528 *ne,* ibi, *& nolunt.* ex quo verbo notat ibi Abb. *num. 4.* quod illi, qui nolunt interesse elect. non debent compelli, nisi intersit Ecclesiæ, nec contradicit glo. *verb. reuocare, in cap. cum in nobis, eodem tit. de electione* quicquid dicat Man. Rodr. *quæst. regul. 2. tom. quæst. 51. art. 10.*

Nihilominus in dubio proposito tenendum † est 529 contrarium, nempe non licere Canonico ordinarie abesse à Capitulis, seu Congregationibus Capitularibus. Et ratio est, nam, etsi munus, & officium Canonicorum præcipue consistat in seruitio, & residentia Ecclesiæ, chori, & Altaris, consistit etiam in administrat. & gubernat. rerum Ecclesiæ, & Cap. spiritualium, & temporalium, in quærius, & bonā pu-

bitum versatur, *l. 2. §. huius studii, ff. de iustit. & iure. ibi: Publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratib. consistit.* Et sic currit eis obligatio assistendi Capitulis ad satisfaciendum huic muneri, & officio, ac prouidendum bono Ecclesiæ eiusque res tuendas.

530 Nec refert, quod huiusmodi administratio, † & gubernatio incumbit Canonicis, & Capitularibus, non vt singulis, sed vt vniuersis, id est, vt pertinent ad Vniuersitatem Capituli, & sunt pars illius; nam vt parti Capituli, currit vnicuique prædicta obligatio, alias, si quilibet in particulari non teneretur assistere Capitulis, sed posset abesse, alij etiam possent id facere, cum non sit maior ratio de vno, quam de altero, & sic posset deficere bonum regimen Ecclesiæ, & Capituli.

531 Conducunt tradita per Illustrissimum † Cardinalem Paleotum, de sacri consistorij consultationibus *5. par. q. 4. 8.* in simili, de obligatione Cardinalium assistendi Consistoriis, & per Villadiegum, *de Cardinalib. q. 5.* Albanum *eadem tract. quæst. 10.* & Hiero. Platum, *de Cardinalium dignitate, & offic. cap. 28.* & faciunt adducta per Curiam Pisanam *lib. 2. cap. 13.* & Azeuedum *ibi*, & per Armillam, *verb. consensus, num 3.*

Et hanc sententiam tenuerunt, & subscripserunt
532 † D. Io. Gutier. & M. Fr. Petrus de Ledesma consulti, & ad meam supplicationem ita censuit S. Congrega. Concilij anno 1602. vt in declaratione sup. adducta, *n. 424. ad n. 1. & 2.*

533 Nec obstat ratio in contrarium adducta, † quod habere, & dare vocem in Capitulo potius videtur præeminentia, & fructus Canonicatus, Respondetur enim dici præeminentiam, & fructum ratione authoritatis, & honorificentiæ, esse tamen onus iuxta dicta, sicut iudicare dicitur fructus iurisdictionis, seu officij, Rota *decis. 1131. num. 2. lib. 3. par. 3. diuersorum.* Mohed. *decis. 5. num. 4. & 4. de appellat.*

Ad comprobationem respondetur, Canonicos puniri in priuatione, seu suspensione vocis, quam-
534 uis sit onus, quatenus est res præeminentiæ, † & authoritatis, & quæ solet appeti, & æstimari, sicut etiam Episcopi solent suspendi ab execut. Pontifical. & Parochi ab officio; facit quod tradit Suarez *5. tom. de censuris disp. 12. sect. 2. numer. 14. & disput. 27. sect. 1. numer. 5.*

Ad doctrinam Armillæ, Soti, & Ioannis Gutier-
535 rez † *vbi supra*. Respond. illam procedere in vno, vel altero actu electionis, sed non ordinarie. Et ita respondit idem D. Io. Gutier. *in d. cons.* quamuis Paleotus supra dicat Cardinalem absentiæ suæ à sacro Cõsistorio, quamuis etiam vnius diei rationem Deo redditurum esse, propter authoritatem scilicet Papæ illud indicentis, grauitatemque tanti Consistorij & rerum quæ in eo aguntur.

Et etiam in vno, vel altero actu electionis non
536 procedit † illa doctrina, quando propter hoc authoritas prouidendi remanet apud eos, qui carent zelo, vt per eundem Armillam *dict. vers. consensus, numero tertio* & cum eo Vegam *in sum. 1. par. c. 98. casu tertio.*

537 Prædicta tamen sententia, † & resolutio limitatur primo, vt non procedat, stante legitimo impedimento, aut alia iusta causa ad non assistendum Capitulis, tanta enim causa potest concurrere, vt ab illis iustissime quis excusetur, etiam ordinarie, vt, si in capitulis esset tanta peruersio, & procederetur ita male, & ex abrupto, sine lege, ordine, & modo, ac cũ tirannide, violentia, & insolentia Præsidentium, & potentiorum non habentium aliam legem, aut rationem, quam suam voluntatem, & gustum vt qui vellet suæ satisfacere conscientiæ, & illam exonerare, non posset id facere sine magnis molestiis, inquietudinibus, & occasionib. ordinariis, ac etiam periculo aliquando cadendi, aut sine magna nota singularitatis, proteruiæ, ignorantiæue, maxime vbi nota feruntur publice; quod in Capitulis est perniciosissimum, & peruersio maxima, & regulariter votum illius prodesse non speratur, quia per fas vel nefas omnia fiunt prout volunt Præsidentes, & Potentiores, quos plerumque ob humanos respectus, aut ignorantiam sequuntur, nec audent contradicere, quibus damna, & male gesta imputabuntur, ac Prælatis etiã, qui non curant id euitare, & cauere, vt tenentur ex officio, dando debitum modum, & ordinem notandi, & procedendi, ac etiam congregandi Cap. Congregantur enim passim, & non legitime, ac faciendo seruari iura, & statuta, refrenandoque insolentiam potentiorum, illorumque excessus castigando, interessendoque aliquando Capitulis, de quo rationem Deo sunt reddituri, sicut de aliis etiam omissionibus, & negligentiis.

Et ratio huius limitationis est, † nam durum esset 538
& valde graue, obligare aliquem ad assistendum Capitulis cum tanto incommodo, & periculo, & ad opponendum se, & faciendam resistentiam semper torrenti Capituli, & cuiusdam communitatis barbaræ, seu ignorantis, vbi nullus ordo.

Sed dices, non erit Ecclesia, in qua ita procedatur, nam quando Potentiores, & Capitulares id vellent, Episcopus non permitteret: ergo vero † dico, 539
quod vtinam ita esset, sed proh dolor, tanta est negligentia in Curia, aut suæ obligationis ignorantia multorum Episcoporum, vt id facile possit contingere, & de facto contingat, non enim visitant Ecclesias Cathedrales, & Capitula, & si visitant, non vt debeant, sed superficialiter, & propter formam, vt dicunt, & apparentiam, ita, vt melius esset non visitare, nec alias prouident his malis, etiam si de eis sint certi, & admoniti, & tota eorum Cura, & Officium resoluitur in ponendo Vicario, & Visitatore, & vinam bonis, & in prouidendo consanguineis suis, & familiarib. de Beneficiis, voluntque frui magnis reditibus Episcopatus, & eos comedere sine molestia in pace, & requie, quæ non est vera pax, & requies ipsique Episcopi, præsertim Hispaniæ, nunquam visitantur, nec in hoc Mundo aliquando reddunt rationem villicationis suæ, nec ab eis exigitur, quasi sint confirmati in gratia, & habeant scientiam infusam.

Oporteret quidem meo iudicio mitti aliquando visitatores Apostolicos, viros grauissimos, doctissimos, † & integerrimos, qui exacte visitarent Epi- 540
scopos Hispaniæ, eorumque officiales, & ministros, & Ecclesias, præsertim Cathedrales, & Capitula ac loca, & opera pia eorumque bona, quod Rex noster Catholicus deberet procurare, & supplicare S. D. N. Papæ.

Secundo limitatur, † vt non procedat, quando 541
quis abesset à Capitulis in diebus sibi recreationis causa concessis, licite enim potest Canonicus sumere suos dies absentiæ, in diebus Capituli, vt alias per S. Congreg. fuisse declaratum è Roma mihi scriptum est, cum nec Concilium, nec statuta, aut consuetudo id prohibeant, nec limitent, ne in diebus Capituli sumantur.

Nisi

542 Nisi sciret, aut intelligeret, † quod in talibus diebus agendum esset in Capitulo de aliquo negotio graui, & importantiæ, quod verisimiliter posset resolui in præiudicium Ecclesiæ, nam tunc teneretur assistere illi Capitulo, & dicere suam sententiam, & votum, ad Azeuedum in Curia Pisana *li. 2. c. 8.* & ita tenuit D. Io. Gutierrez *in d. cons.* relato, addens, quod in casu huius sublimitationis teneretur assistere Capitulo, & dicere suam sententiam, & votum, quamuis intelligat, quod non proderit. Quod tamen mihi durum videtur, nam supposito, quod Canonicus possit sumere suos dies in diebus Capituli, grauitas, & importantia negotij non videtur obligare ad assistendum Capitulo, nisi stante assit aliqua spes, aut verisimilitudo, quod suo voto possit prodesse, argumento eius, quod dicitur de correptione fraterna.

543 Verum post hęc scripta S. Cong. ad meam † instantiam absolute declarauit, Canonicum posse sumere suos dies in diebus Capituli, nisi de industria id faceret, vt in declaratione infra adducta, *num. 559. ad 10 dubium.*

544 Tertio limitatur, vt non procedat, quando † abesset quis à Capitulo, quod fit tempore, quo diuina officia in choro celebrantur, & interesset illis stante statuto, seu consuetudine permittente stare in choro tempore Capituli, vt est in hac Ecclesia Abulẽ. statutum 40. quod ait, quod nullus sine licentia Præsidentis possit exire de Capitulo, antequam finiatur, sub pœna amittendi quitantiam duorum morapetinorum pro Præbenda, quæ ibi lucrifit, saluo si iuerit ad chorum, & dixerit sic Præsidenti; quod statutum à fortiori permittit eum, qui non est ingressus Capitulum, manere in choro, in quo tunc temporis dicuntur officia, absque eo, quod vadat ad Capitulum, nec refert, quod tunc non dicat Præsidenti, quia id solum requiritur in exeunte à Capitulo, vt det rationem sui exitus, & quia turpius. Nam istud statutum non videtur contra ius, nec contra rationem, cum officium Canonici præcipuum sit seruitium chori, & Ecclesiæ, & sic ille est excusatus legitime, cum sit occupatus in suo officio principali sicut qui est in altari. Et quamuis in d. Ecclesia sit
545 postea facta † quædam ordinatio Capitularis, quod qui est in Ecclesia, & non intrauerit in Capitulum, mulctetur certa pœna, etiam si sit in choro, tamen d. statutum non potuit alterari per solum Capitulum sine Episcopo, etiam quia factum est ab Episcopo, & Capitulo simul.

Tum quia respicit statutum Ecclesiæ, † in quo
546 Capitulum solum non potest statuere, *cap. cum consuetudinis, de consuetud. glos. verb. statutum, in c. 2. de verbor. signif. in 6.* communiter approbata per D. *ibi, & in cap. cum omnes de constit.* vbi Felin. *nu. 9.* & ap-
547 probata per Rotam in multis causis. Quæ limitatio maxime procedit in Capitulis extraordinariis, ex decreto Concilij Prouincialis Compostellani, *actione 2. decreto 7.* vbi statuitur, quod extraordinariæ Cõg. Capitulares non fiant tempore, quo vel Missa, vel consueta officia in choro celebrantur, qui vero talibus interfuerint, stipendio illis horis, quæ interim dicuntur assignato, tenore huius decreti priuati sint.

548 Imo absolute dicendum est, † non posse fieri Capitula tempore, quo diuina officia, & præsertim Missa maior, celebrantur, & consequenter non teneri quem, nec licite posse tunc interesse capit. vt tenet Fusqus de visitatione, *lib. 1. c. 15. nu. 27. arg. c. placuit a secularia, 15. quæ. 4. & c. decet, de immunitat. Eccles. in 6.* & clare sentit Nauar. infra relatus, *n. 560.*

Et ratio est, † quia qui de altari viuunt, eos altari 549
inseruire oportet, decetque illos prius diuino cultui, quam temporalibus negotijs vacare, vt inquit Sanctiss. Clemens VIII. in Breui infra adducto, *n. 558.*

Præterea clarum est, quod capitula, † & congre- 550
gationes capitulares sunt propter seruitium Ecclesię, chorum, & cultum diuinum, ac ad illius conseruationem, & propagationem, & non è conuerso, ergo illa fieri non debent cum damno, & detrimento seruitij Ecclesię chori & cultus diuini, nam inducta ad vnum effectum non debet operari contrariũ, *l. legata inutiliter. ff. de aliment. legat. cum aliis*, & propter quod vnumquodque tale, & illud magis, vt inquit Philosophus.

Rursus clarum est, † quod officium magis princi- 551
pale est officium chori, & cultus diuini, quam officium assistendi capitulis; officium autem magis principale non debet cessare propter minus principale, sed potius e contra, vt postulant ratio, & debitus ordo.

Et ita Concilium Basilien. *sess. 21.* † *decreto penul.* 552
prohibet, vt tempore Missæ maioris capitula, seu actus capitulares, aut alij tractatus per Canonicos nõ celebrentur, nisi forte vrgens, & euidens ingrueret necessitas, quod decretum acceptauerat Ecclesia Gallicana, vt in *pragmatica sanct. tit. de tenentibus Capitula tempore Missæ.* vbi Cosmas *verb. celebrentur*, assignat rationem, quia tunc debent interesse diuino seruitio.

Et in concilio Prouinciali & Coloniẽ. celebra- 553
to anno. 1536. *par. 3. cap. 18.* statuitur, quod *Quotidiani Capitulorum conuentus, aut maturius sub summam Missam, aut statim post illam, seruandi sunt, ne ob illos diuinum officium, vel suspendatur, vel præcipitetur, vel denique ab ipsis Canonicis negligatur, debet enim Dei causa omnibus aliis anteponi.* Et concilio † Prouin- 554
ciali Treuer. celebrato anno 1549. decreto, quo tempore quisque in choro esse debeat, ad fin. sic habetur, *Statuimus insuper, & ordinamus, vt deinceps Capitula, alias, & tractatus capitulares tantum profestis, seu ferialibus diebus teneantur, sed nec inter sub Missa, vesperis, aut completorio indicantur, aut teneantur, quinimo, vt omnes Missæ intersint, districte mandamus, in alius vero si subsit vrgens necessitas, aut euidens Ecclesiæ vtilitas postulet, vt Capitulum teneatur, Decanus indicabit dilationem, seu moram Capituli, & actuũ capitularium, non carere periculo, & propterea sub prædictis horis tractandum, & agendum esse, & si in his secus actum fuerit, tam indicentes quam interessentes residentia, & præsentiis pro illa vice carebunt, quinimo vti absentes his horis reputabuntur.*

Et in synodo Prouinciali † Moguntina eod. anno 555
1549. celebrata *cap. 72.* ita dicitur *Canonicos vero per actus capitulares ab ingressu chori, quamdiu capitulis intersunt, & non diutius, excusari volumus, in qua re Decanos Ecclesiarum, aut quibus ea cura pro tempore incumbit, monemus eisdem præcipientes, ne extra necessitatem Capitula indicant in eam horam, qua diuina officia peraguntur, cum possint, aut maturius, aut serius Capitula haberi, vt ipsi etiam Prælati, & Canonici diuinis officiis commodius interesse queant.*

Et in concilio Prouinciali † Mediolanen. primo 556
anno. 1565. celebrato *tit. de iis, qui Dignitates, personatus, aut Canonicatus habent ad fi.* sic habetur *Canonici, quo tempore diuina officia celebrantur, non ha-*

leant capitula, nisi fortasse aliter euidens necessitas postularit, qui contra fecerint, distributionem ne capiant eius horæ, in qua id commiserint, denique etiam diebus festis Capitula habeantur, nisi probabilis causa interuenerit.

557 Et tandem, † quod non possint fieri Capitula, dum celebrantur diuina officia, fuit declaratum per S. Congregationem Concilij, vt e Roma mihi scriptum fuit, & etiam per S. Congregationem rituum de anno 1601. in vna Vlisbonen. qua cauetur, quod Capitula non possint celebrari tempore, quo horæ diuinæ celebrantur, sed solum peractis horis, & diuinis officiis, & præsertim Missa maioris sub pœna amissionis distributionum. Et confirmauit, & declarauit Sanctissimus Clemens VIII. per suum Breue datum 18. Ian. 1601 quod sic ait: *Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem in his authoritatem suam interponere, per quæ diuini cultus manutentioni opportune consulitur, prout in Domino salubriter conspicitur expedire, cum igitur, qui de altari viuunt, eos altari inseruire oporteat, deceatque illos diuino cultui prius, quam temporalibus negotiis vacare, nos quibus nuper innotuit in Vlisbonen. & aliis forsan Cathedralibus, seu Metropol. & Collegiatis, Eccl. interdum Capitula, Congregationes, tractatus, & actus Capitulares per Canonicos, & Capitulum ipsarum Ecclesiarum eo temporis spatio, quo diuina officia, & Missa maior celebrantur, fieri solere cum non modica diuini cultus, propter ministrorum subtractionem, diminutione, huic incommodo, quantum possumus occurrere volentes, ex voto venerabilium Fratrum nostrorum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super sacris ritibus, & cæremoniis deputatorum harũ serie declaramus Capitula, Congregationes, tractatus, & actus Capitulares per Canonicos Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarũ Ecclesiarum, peractis diuinis officiis, & præsertim Missa maiori, ne diuinus cultus propter ministrorum subtractionem minuatur, habendos esse, quod si dum Missa, & alia diuina huiusmodi officia celebrantur, aut horæ canonicæ recitantur, Capitula habere voluerint, nisi forte vrgens aliqua, & euidens necessitas id postulauerit eius horæ, in qua id commiserint quotidianas distributiones minime leuare debere, atque ita, & non aliter per quoscũque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari debere, atque irritũ & inane quicquid secus super his, à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabili fratri Archiepiscopo Vlisbonen. atque dilectis filiis causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, nec non spoliorum, & iurium Cameræ Apostolicæ nostræ debitorum in Portugaliæ, & Algarbiorũ Regnis collectori generali, per præsentes committimus ipsi, & mandamus quatenus ipsi, vel duo aut vnus eorum præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi & quando opus fuerit, quoties pro parte aliquorum interesse habentium requisiti fuerint per se, vel alios solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant authoritate nostra easdem præsentes ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inuiolabiliter obseruari, contradictores, quoslibet per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, non obstantibus permissis, atque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, atque earundem Ecclesiarum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & cõsuetudinibus priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis illis, & earum Præsulibus Capitulis, & personis in contrarium præmissorũ quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis; quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus, pro expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Petrum die 18. Ianuarij, 1601. Pontificatus nostri anno 9.*

558 Nec aduersus istud Breue, † & supradicta iuuat dicere, quod non sit in Hispania receptum, nam cum non inducat ius nouum, sed declaret, quod secundum rationem, & rectum ordinem debet fieri, contrarium vsum & consuetudinem, tanquam irrationabilem, & in diminutionem diuini cultus reiiciendo, nil refert, quod non sit receptum, sed nihilominus debet seruari, & recipi iuxta dicta infra 11. pa. c. 5. à n. 161.

559 Et ita nouissime post hæc † scripta S. Congregat. Concilij declarauit ad meam instantiam, anno 1605. vt in sequenti declaratione. *Illustrissimi & Reuerendissimi domini. In Ecclesia Abulen. sæpe fiunt Capitula, & habentur Congregationes Capitulares tempore diuinorum officiorum, & dum hora, & etiam Missa maior celebrantur, iuxta statuta, & antiquam consuetudinem in hac Ecclesia, & in Hispania hactenus obseruatam, est etiam in hac Ecclesia ordinatio Capitularis, siue statutum, quod Canonicus, seu Capitularis, qui fuerit in Ecclesia, & non intrauerit Capitulum, mulctetur certa pœna, etiamsi sit in choro in diuinis officiis. Quibus sic stantibus supplicatur Illustriss. & Reuerendissimis DD. vestris pro parte Licentiati Nicolai Garcia dict. Ecclesiæ Canonici, declarari, an nihilominus Canonicus seu Capitularis possit licite à Capitulis abesse, stando in choro, nec propterea possit mulctari? Secundo, an possit, etiamsi velit interesse Capitulis, quæ fiunt tempore diuinorum officiorum, supposito quod fiunt, & satisfaciat suæ obligationi, & faciat fructus suos, qui in illa hora lucrifiunt? Tertio, an Canonicus, seu Capitularis possit licite sumere suos dies absentiæ, seu recreationis in diebus, quibus fiunt Capitula, & ne ab illis abesse etiam si fiant extra tempus diuinorum officiorum, rursus in Sancto Concilio Triden.* sess. 5. de refor. cap. 1. *decretum est, quod docentes sacram scripturam, seu Theologiam, dum publice in scholis docuerint, gaudeant priuilegiis de perceptione fructuum Præbendarum, & Beneficiorum suorum in absentia? dubitatur, an id non solum procedat in habentibus Cathedram, seu stipendium, sed etiam in docentib. gratis, & sine vllo stipendio, vt dicitur declaratum ad instantiam Vniuersitatis Compluten. & in vna Gienen? Et an idem sit in docentibus ius Canonicum, & an requiratur licentia Ordinarij, aut approbatio Vniuersitatis? Cong. Concilij ad primum respondit, congregationes huiusmodi Capitulares habendas non esse eo tempore, quo diuina officia celebrantur, nisi causa aliqua vrgens eas in aliud tempus non pateretur, quod si hæ Congregationes absque causa prædicta tempore celebrationis diuinorum habitæ fuerint, Canonicum iure ab his, vt choro interfit, abesse posse, nec propterea esse mulctandum. Ad secundum, non posse, iuxta responsum ad primum. Ad tertium posse, nisi de industria id absentiæ tempus eligeret, quo habendæ sunt huiusmodi congregationes. Ad quartum, vtroque casu huiusmodi priuilegiis gaudere, quamuis ius Canonicum doceant, & ab Episcopo licentiam non obtinuerint, dummodo conducti sint ab Vniuersitate.*

P. Æmilius card. S. Marcelli.

Quam declarationem authenticam habeo.

560 Imo amplius ait † Nauarr. *de oratione, cap. 12. numer.* 5. non esse vtile, imo potius damnosum, Capitula tenere ante horas, interim nam adueniat hora recitandi eas, vt iis inceptis egrediantur à Capit. & ingrediantur chorum, datur enim per id occasio, vt Canonici prius quam mentes affectibus carnalibus, & sæcularibus in Capitulo conceptis exuantur, properanter intrent chorum, cum aliis iam cepta prosecuturi. Dices, quando ergo celebranda sunt Ca-
561 pitula? respondetur, † quod tempus commodum, & opportunum ad ea celebranda, est post Vesperas & Completorium, vt Romæ fit, tunc enim cessant omnia supradicta, conuenientia, vel mane post finitum officium.

562 Quamuis ad electiones Canonicatuum, quæ † fiunt per concursum, & raro, vbi solet præmitti Missa de Spiritusancto, videatur, posse tolerari fieri etiam dum diuina officia in choro celebrantur.

Vnde, quamuis alias S. Cong. Concilij super *c. 6.*
563 *sess. 23. de reform.* declarauerit, † quod illo decreto Concilij non prohibetur Capitulum, quominus suo arbitratu conuocari possit, etiam si nulla Episcopi voluntas accesserit, tamẽ id intelligendum est, dummodo congruo, & debito tempore congregetur, & non tempore diuinorum officiorum, iuxta dicta.

564 Sed stante d. Breui est difficultas, an acta, † & gesta in Capitulis, & Congregationibus tempore diuinorum officiorum celebratis sint nulla ex decreto irritanti ibi posito? Cui respondetur, non esse nulla; nam cum istud Breue solum declaret non licere facere capitula tempore diuinorum officiorum, & alias amittere distributiones eius horæ, ad id referendum est decretum irritans, tanquam accessorium, ad Mandosium *cons. 4. ex num.* 11. & decisionem Rotæ in causa Vrsilunen. Canonicatus 19. Iun. 1595. coram illustrissimo Pamphilio infra adductam 5. *par. cap. 5. nu.* 44.

565 Quamuis, si in capitulo, † tunc facto non adessent duæ saltim partes Capitularium, non valerent acta, si alij abessent, quod eo tempore diuinorum officiorum fiebat capitulum, iuxta dicta sequenti limitatione, cum enim isti non tenerentur tunc adesse, imo deberent abesse capitulo, non poterant dici contumaces, quantumuis essent vocati, secus, si non abessent ob eam causam, de qua forte non curant, nec meminerunt, prout curare non solent, quia non seruatur dict. Breue, sed alias ob aliam causam.

566 Infertur autem ex d. Breui, † & dictis, non licere etiam fieri congregationes particulares commissariorum capituli, nec occupari Beneficiatos in negotiis, & rebus Ecclesiæ, quæ alias commode fieri possunt, dum diuina officia celebrantur, quamuis oporteret alias eis constituere aliquod stipendium, seu salarium.

567 Et ideo in concilio † Prouinciali compostellano, *Act. 2. decret.* 12 statuitur, quod illi, qui ad gerenda in communi negotia deputantur, à diuinis officiis exempti non iudicentur. Quod tamen totum, tamẽ contra fit, vt potius negotia, & commissiones reseruari soleant in tempus diuinorum officiorum vt excusentur ab eis.

568 Infertur etiam non licere facere rationes † & computa bonorum, & redditum mensæ, vel fabricæ, dum diuina fiunt, saltem mane, & ideo merito in Concilio Prouinciali Toletano, *action. tertia, decret. duodecimo.* statuitur, quod canonici, qui ad examinandas rationes redituũ, vel Ecclesiæ, vel capituli deputati fuerint, post meridiem, non ante eidem muneri incumbant, ne à diuinis officiis abesse cogantur.

Vnde à fortiori apparet † esse manifestum abusum & corruptelam, quod Beneficiati ad rationes deputati habeantur pro præsentibus, & interessentibus in choro horis Vespertinis, & diebus, quibus rationes non fiunt, dum non sunt absolutæ, & subscriptæ, qui reuera non excusantur, nec lucrantur distributiones & fructus, qui tunc lucrifiunt. Apparet etiã maiorem esse † abusum, & quidem intolerabilem, 570 qui in aliquibus Ecclesiis seruatur, quod canonici, & Præbendati possint è choro exire, dum missa de prima, sexta & nona, mane celebrantur, modo ad finem redeant, atq; huiusmodi consuetudinem, tanquam iniquam, & irrationabilẽ improbat Palud. *in 4. dist. 1. q. 5. artic. 3. 9 concl.* & Couar. *lib. 3. variar. c. 13. n.* 8. *ad fi.* & reuera est contra concilium Trid. *d. c. 1. sess.* 14. & alia concilia volentia Beneficiatos stare in choro, dum diuina officia fiunt, nec isti, qui sic exeunt, vere lucrantur distributiones, & fructus, qui tunc lucrifiunt.

Quarto limitatur, vt non procedat, vbi capitulum † non conuocatur legitime, verbi gratia, est consuetudo, sed vt melius dicam abusus, sæpe congregandi capitulum extraordinarium cum iis solum, qui pro tempore reperiuntur in Ecclesia, non vocatis, qui sunt extra Ecclesiam, etiam pro rebus grauibus, & momenti. 571

Quod est contra ius † commune, ex quo vocandi sunt omnes, qui sunt in loco, seu ciuitate. *l. 2. C. de decurionibus lib.* 10. Abb. *in ca. cum omnes, de constit. n.* 6. & ibi Felin. *n.* 21. & Decius 41. *prima lectura*, 1. & Azeuedo in Curia Pisana *lib. 1. c.* 5. 572

Et alias non valet † actus capituli, etiam sine reclamatione contemptorum, nisi saltim conueniant duæ partes vocandorum. *l. nulli. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. l. 4. ff. de decretis ab ordine faciendis. l. nominationum. C. de decurionibus. lib.* 10. Abb. *supra num.* 11. *& in ca. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, n.* 16. Felin. *in d. ca. cum omnes, n.* 43. & Decius *nu.* 51. Azeuedo *in d. Curia Pisana lib. 1. cap. 2. num.* 5. & 6. dicentes communem opinionem Canonistarum & Legistarum. 573

Et etiam contra † statuta huius Ecclesiæ Abulen. quibus statuitur, quod nõ possit fieri capitulum extraordinarium, nisi omnibus vocatis, dicendo negotium, ad quod vocantur, alias actum sit nullum. 574

Vnde ex statutis huius Ecclesiæ videtur esse nullum actum in † huiusmodi capitulis, quæ fiunt non vocatis sic omnibus, etiam si conueniant duæ partes capitularium. 575

Et licet non valeat statutum, quod electio, † seu collatio facta aliquo contempto sit ipso iure nulla, quia est contra ius, *cap. quod sicut, de election. cum in Ecclesiis, de preben. in 6.* Felin. *in cap. quod super his, num. 9. de maioritat. & obed.* Botteus *de Synodo. 3. part. art. 1. n.* 67. Rota in Toletana canonicatus infra adducta. 5 *parte cap. 4. num.* 18. ibi valet tamen statutum quod contractus, & alia negotia Ecclesiæ facta, non vocatis absentibus, non valerent, Felin. *d. numer. ad fin.* 576

Quinto limitatur, vt non procedat, quando vocarentur tempore insolito, vel incongruo, quia tũc nõ tenerentur † venire ad capitulum, vt per Paninum 577 *de offic. & potestate Capituli, Sede vacante, præludio.* 5. *nu.* 2. qui ait, quod, si vocati ad capitulum, non ve-

nirent, valebit quod faciunt præsentes secundum Innoc. & Ioan. And. & Felin. *supra num. 34. in d. cap. cum omnes*, non tamen poterit is, ad quem spectat Congregatio Capituli, multare nolentes venire, vt dicit Abb. *in c. quæsiuit, de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, num. 4.* cum Innocentio *in cap. 1. de maioritate, & obedien.* nec possunt grauari ad veniendum tempore insolito, vel incongruo, & sic non ad voluntatem Superioris, sed prout est consuetum, secundum Buttrium *in c. si quis, de maioritate & obedientia.* Hæc Paulinus.

CAP. VIII.

De professione fidei.

SVMMARIA.

PRouisi de quibuscumque Beneficiis curam animarum habentibus in manibus Episcopi, vel Vicarij, & prouisi de Canonicatibus, & Dignitatibus, etiam in Capitulo professionem Fidei facere tenentur, numer. 1.

Fidei professio facienda etiam est à promouendis ad Episcopatus, & Dignitates consistoriales, nu. 2. & à promouendis ad Doctoratum, vel alium gradum, & à professorib. seu lectoribus alicuius scientiæ, vel artis iuxta constitutionem Pij IV. n. 3.

Ista constitutio non videtur recepta in Hispania quo ad professores, seu Lectores, nec quoad gradũ Baccalaureatus, nec etiam bene quo ad gradum licentiæ, nec quo ad processum, seu informationem, de qua ibi. numero 4.

Professio Fidei fieri debet iuxta formam traditam à Pio IV. quod id extendit ad quoscumque Prælatos regulares, n. 5. & 6. quod videtur debere intelligi de Prælatis perpetuis n. 7.

An prouisi de dictis Beneficiis ante Concilium tenerentur facere professionẽ Fidei? n. 8. vbi resoluitur, quod, si post Concilium cepissent possessionem, tenerentur eam facere, idem etiam, si haberent possessionem ante Concilium n. 9. & 10.

An ista obligatio emittendi professionem Fidei extendatur etiam ad Canonicos, seu Dignitates in Ecclesiis Collegiatis? n. 12.

Prouisi in Collegiatis, aut de Portionibus etiã in Cathedralibus, & si de consuetudine Portionarij habeãt vocem in Cap. aut sint de Capitulo, vel de Beneficiis simplicibus, non tenentur facere professionem, contra Zerolam n. 1. 13. & 14.

De personatibus, & officiis Cathedralium idem dicendũ quod de Dignitatibus, n. 15.

Ista obligatio habet locum in Canonicis regularibus Ecclesiarum Cathedralium, n. 16.

An, qui semel emisit professionem Fidei in adoptione Parochialis, vel Canonicatus, teneatur eam emittere in adept. alterius? n. 17. & 18. resoluit, quod sic.

An isti teneantur sponte, & absque monitione se offerre ad professionem faciendam? n. 19. & 20. resoluitur affirmatiue.

An Canonici, etiam exempti, teneantur emittere professionem etiam in manibus Episcopi? n. 21. resoluitur affirmatiue.

An fieri possit professio Fidei coram Vicario Episcopi, eo non impedito? numer. 22. & 23. resoluitur affirmatiue.

An, si prouisi de Dignitatibus, vel Canonicatibus fecerint professionem Fidei in Capitulo, præsente Episcopo, seu Vicario, satisfaciant absque eo, quod eam iterum faciant coram Episcopo, vel Vicario? n. 24. resoluitur affirmatiue.

An, sede Episcopali vacante, satis sit prouisum de Canonicatu, vel Dignitate facere professionem in Capitulo, etiamsi ibi nõ adsit Vicarius Capituli? n. 25. cum seqq. resoluitur non satis esse.

Prouisus de Beneficio curato debet facere professionem coram Vicario Cap. sede vacante, & non coram Capitulo, n. 28.

An, qui intra duos menses professionẽ non emisit, teneatur eam postea eam emittere? & resoluitur quod sic, nu. 29. quæ professio facta post duos menses, non prodest ad quærendos fructus temporis præteriti amissos, sed futuri, non tamen sunt amissi fructus illorum duorum mensium, n. 30. & 31.

An, terminus duorum mensium currat prouiso, qui non accepit possessionem, stat tamen per eum? & resoluitur, quod non, n. 32.

Verba Concilij, nec illis possessio suffragetur, solum intelliguntur ad effectum acquirendi fructus, numer. 33. & 34.

An qui non fecerint professionem Fidei, teneantur in conscientia fructus, restituere, etiam non interueniente aliqua sententia? & resoluitur, quod sic numero 35.

Cui sint assignandi, & applicandi fructus amissi, ob non factam professionem? n. 36. cum. seqq. resoluitur fructus Parochialium applicandos esse Ecclesiæ, vel pauperib. loci, fructus vero Dignitatum habentium fructus separatos à mensa Capitulari, fabricæ Ecclesiæ, vel alteri pio loco, fructus vero Canonicatuum, & Dignitatum habentium fructus in mensa, ad Capitulum spectare.

Super fructibus debitis Capitulo non potest qui cum eo se componere, nam administrator non potest donare, n. 44. cum seqq.

An debentes facere professionem Fidei teneantur illam ostendere? n. 45. cum seqq. resoluitur, quod, si priuatus ageret contra aliquem, vt priuaretur fructibus ob non factam professionem, agenti incumberet onus probandi negatiuam, secus, si Superior ex officio vellet videre professionem.

An Canonici, qui nondum fecerunt professionem, possint haberi pro præsentibus de licentia Cap. n. 48. & resoluitur negatiue, n. 49. vbi adducitur declaratio S. Congregationis.

Canonici, qui non fecerunt professionem, non possunt haberi pro præsentibus, nec fructus percipere, etiamsi pro negotiis Capituli sint absentes, aut in officiis Sanct. Inquisitionis, numero 50. vbi adducitur alia declaratio.

An Ordinarius possit condonare fructus amissos ob non factam professionem? nũm. 51. cum seqq. resoluitur non posse, sed recurrendum ad Papam, seu Pœnitentiarium.

Ad capiendum possessionem non solet attendi, an sit facta professio Fidei, maxime in absentibus, n. 54.

An ob non factam professionem amittantur etiam distributiones quotidianæ? numero 56. cum seqq. resoluitur negatiue, amittitur tamen grossa Præbendæ, etiamsi residendo, & interessendo lucrifiat, n. 59. & etiam distributiones, quando omnes fructus in eis consistunt, numero 60.

De fructibus Præbendæ, aut Parochialis non est aliquod detrahendum pro seruitio præstito, sed omnes debent restitui, non facta professione, n. 61.

An qui non faciunt professionem Fidei, peccent mortaliter; & resoluitur, quod sic, si vltra tempus à Concilio præfixum fuerint notabiliter negligentes, numero 62.

Verbum, teneantur, est necessitatis, & præcepti, quod inducit mortale, n. 63.

An, qui non fecerit professionem Fidei ob ignorantiam, vel inaduertentiam præcepti Concilij, excusetur à mortali, & ab amissione fructuum? num. 94. cum seqq. resoluitur non excusari in foro exteriori, excusari tamen in foro cõscientiæ, si ex pura ignorantia, vel inaduertentia absque mala fide eam non fecit.

Ista lex Concilij est pœnalis, quatenus priuat fructibus & sic non obligat in conscientia ad restitutionem, cessante peccato, contra P. Led. n. 67. & 68.

An illud iuramentum, & professio Fidei debeat fieri corporaliter, id est tactis scripturis? resoluitur, quod sic n. 69. cum seqq.

Vbi iuramentum defertur à iure, requiritur necessario in actu iurandi corporalis tactus scripturarum, num. 70. & seq.

Professio Fidei non potest fieri per Procuratorem ex sententia S. Congregationis, & Rotæ, n. 72. ponuntur decis. Rotæ, n. 73. 74. & 75.

Concilium absolute, & generaliter arctat ad professionem Fidei prouisos de Canonicatibus infra duos menses, siue faciant fructus suos ratione residentiæ, siue vigore indulti, n. 76. & seqq.

1 PRouisi de † quibuscumque Beneficiis curam animarum habentibus, in manibus Episcopi, vel eo
impedito, coram generali eius Vicario, seu Officiali,
& prouisi de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, non solum coram Episcopo,
seu eius Officiali, sed etiam in Capitulo professionem Fidei facere tenentur, intra duos menses ad minus à die adeptæ possessionis, alioquin fructus nõ faciunt suos, nec illis possessio suffragatur ex decreto
S. Concilij Trident. *sess. 24. de reform. c. 12. vers. prouisi etiam*, tradunt Fuscus *de visitatione, lib. 1. c. 5. num. 15. & lib. 2. cap. 3. num. 4.* Flam. Parisius *de resignation. Benef. lib. octauo. quæst. 9. à num. 121. & lib. 20. quæst. nona.* Eman. Rodriguez *in sum. primo. tom. cap. 15. nu. 7.* & nouissime P. Ledes. *in sum. 2. part. tract. 1. c. 4. 10. conclusion.*

Quæ etiam Fidei professio † facienda est à pro-
2 mouendis ad Episcopatus, & Dignitates consistoriales iuxta d. Conc. Trid. *sess. 24. de refor. c. 1.* & constitutionem Greg. XIV. de forma faciendi processus,
& inquisitiones super promouendis ad regimina Ec-
3 clesiarũ † & à promouẽdis ad Doctoratũ, vel alium gradũ, & à professorib. seu lectorib. alicuius scientiæ, vel artis liberalis, iuxta constitutionẽ 112. Pij IV. de Do-
4 ctorum promotione, & forma professionis Fidei. †
Quæ tamen constitutio non videtur recepta in his Regnis, quoad professores, seu Lectores, nec quoad gradum Baccalauriatus, nec etiam bene, quoad gradum licentiæ, nec quoad processum, seu informationem, de qua ibi illo modo.

Et prædicta professio Fidei † fieri debet iuxta for-
5 mam traditam à Pio IV. *in d. constitu. & in constitu. 114. super forma iuramenti professionis Fidei*, vbi id ex-
6 tendit ad quoscumque Prælatos regulares: & tradit †
Nauarr. *consil. 10. de iureiur.* Flam. Parisi. *d. quæst. 9. n. 3.* & F. Man. Rodriguez *3. & qq. regularium 1. tom. q. 72. art. 1.*

7 Quod videtur debere intelligi de † Prælatis perpetuis, loquitur enim de iis, quib. Monasteriis prouidetur, quamuis de omnibus etiam temporalibus id intelligat Ledes. *d. 1. conclusione*, qui tamen ait in aliquibus Religionibus id non seruari, sed esse consuetudinem in contrarium, quam ipse improbat.

Sed dubitatur primo, † an prouisi de Parochiali- 8
bus, Canonicatibus, aut Dignitatibus ante Concilium tenerentur facere huiusmodi professionem Fidei? In quo dubio breuiter respondetur, certum videri, quod, si tempore Concilij nondum possessionem cepissent, sed postea, tenerentur eam facere, quia verba Concilij bene comprehendunt hunc casum, & faciunt multa tradita per Nauarr. *in capit. si quando, de rescript. except. 21.*

Difficultas est circa prouisos, † & habentes pos- 9
sessionem ante Concilium, quo casu non videbatur habere locum decretum Concilij, nam lex respicit futura, non præterita, nisi de eis caueatur expresse *c. 2. & fin. de constit. cum aliis*, & illa verba *d. c. 12.* Concilij, *à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses* non possunt conuenire prouisis, & habentib. possessionem ante Concilium.

Nihilominus tamen † S. Congregatio Concilij 10
contrarium censuit, vt apparet ex sequenti declaratione super *d. ca. 12. vers. prouisi autem. Ibi. Comprehenduntur etiam Canonici, & aliæ Dignitates, & personæ existentes in Cathedrali ante Concilium.* Quod tamen nõ credo fuisse seruatum, & receptum, nisi forsan à paucis.

Secundo dubitatur, an obligatio ista emittendi † 11
professionem Fidei extendatur etiam ad Canonicos, seu Dignitates in Ecclesiis Collegiatis, seu regulares?

In quo breuiter dicendum est † primo, non ex- 12
tendi ad Canonicos, & Dignitates in Collegiatis, cũ Concilium solum loquatur de prouisis de Canonicatib. & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, & de Beneficiis curatis. Et ita censuit S. Congregatio super *d. vers.* in his verbis. *Congregatio censuit non extendi ad Canonicos in Collegiatis 12. Feb. 1588.* Vnde
prouisi in Collegiatis, aut Portionibus etiam † in 13
Cathedralibus, & si de consuetudine Portionarij habeant vocem in Capitulo, aut sint de capit. vel de Beneficiis simplicibus, non tenentur huiusmodi Fi-
dei professionem facere; quicquid dicat † Zerola *in* 14
praxi Episcopali, 1. p. verb. Beneficium. §. 5. dicto 4. & verb. Fidei professio ex Concilio *sess. 25. de refor. c. 2. vers. cæteri vero*, quod decretum minime probat suã sententiam nam solum loquitur de professione facienda in prima synodo à Beneficiatis, qui in ea conue-
nire debent. † De personatibus autem, & officiis 15
Ecclesiarum cathedralium idem videtur dicendum quod de Dignitatibus, quia æquiparantur in iure, & ita videtur de mente concilij *ibi.*

Secundo dicendum est, † habere locum in Ca- 16
nonicis regularibus Ecclesiarum cathedralium, vt Pampilonen. Dertusen. Et ita etiam censuit S. Congregatio super *d. versic.* his verbis, *comprehenduntur etiamsi fuerint regulares, & computandi sunt duo menses à die eorum, vel quo admittantur ad participationem massæ capitularis.*

Tertio dubitatur, an qui semel emisit professio- 17
nem Fidei in adeptione † Parochialis, vel Canonicatus, teneatur eam denuo emittere in adeptione alterius Parochialis, vel canonicatus, seu Dignitatis? in quo breuiter dico, quod sic: vt patet ex generalitate verborum concilij, quamuis intellexerim in facti contingentia viros doctos consuluisse contrarium.

Et ita delarauit S. congregatio, † vt patet ex de- 18

claratione sequenti, *An teneatur Fidei professionem denuo facere is, qui secundam Parochialem consequitur, si in adeptione Præb. quam amisit, vel alias quacunq; de causa coram Episcopo, siue alijs, etiam publice Fidei professionem semel emisit? Congregatio respondit teneri.*

19 Quarto dubitatur, an † prouisi de Parochiali, Canonicatu, seu Dignitate teneantur sponte, & absque monitione se offerre ad professionem faciendam? in quo breuiter respondetur affirmatiue, vt clare patet ex verbis Concilij, quod cum ipsis prouisis loquitur, & eos obligat, & astringit ad dictam professionem faciendam absolute.

20 Et ita censuit S. Congregatio vt in declaratione sequen. *An prouisus † de Parochiali teneatur sponte se offerre ad professionem emittendam, vel admonendus sit ab Episcopo vel eius generali Vicario, aut alioqui fructus non faciat suos? Congregatio Respondit, teneri se offerre, nec vlla admonitione opus esse.*

Quinto dubitatur, an Canonici, etiam exempti, teneantur emittere dictam professionem Fidei, et-
21 iam † in manibus Episcopi? & respondetur affirmatiue, vt per Nau. *cons. 9 de iureiurando*, & P. Ledesmã *supra 9. difficultate*, & censuit S. Congregatio Concilij, vt in sequenti declaratione super *d. vers. ibi. Etiam si Capitulum esset exemptum in manibus Episcopi, cum idem in Capitulo egerit.*

Sexto dubitatur, an fieri possit professio Fidei
22 coram † Vicario Episcopi, eo non impedito? & videtur quod non? ex illis verbis Concilij, in manib. ipsius Episcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario.

23 Nihilominus tamen † dicendum est posse, & satisfieri d. decreto faciendo professionem coram Vicario, etiam Episcopo non impedito; nam illa verba solum ponuntur ad admonitionem, & denotandum conuenientius esse, eam facere coram ipso Episcopo, cessante impedimento; & ita etiam accipiuntur similia verba *in ca. 18. versi. transactio, sess. 24. de reformat.* vt dicetur infra *9. part. cap. 2. 1. dubio, num. 119.*

24 Septimo dubitatur, an, si † prouisi de Dignitatibus, vel Canonicatib. Ecclesiæ Cathedralis fecerint professionem Fidei in capitulo, præsente Episcopo, seu eius Vicario, qui forte est Canonicus, satisfaciant absque eo, quod eam iterum faciant coram Episcopo, vel eius Vicario? In quo Respondetur affirmatiue, nam tunc verum est dicere, istos fecisse professionem coram Episcopo, vel eius Vicario, & in Capitulo, & sic satis implent præceptum Concilij. Et ita censuit S. Congregatio Concilij in vna Seguntina infra adducta 15. *dubio, numero 49.*

25 Octauo dubitatur, † an Sede Episcopali vacante, satis sit prouisum de Canonicatu, vel Dignitate facere professionem in Capitulo, etiamsi ibi non adsit Vicarius Capituli, an vero teneatur etiam eam facere coram ipso Vicario?

Et videtur, satis esse, nam Capitulum, Sede va-
26 cante, † succedit in iurisdictione Episcopi, & fungitur vice illius, vt infra *5. part. capit. 7.* atque adeo professio facta in Capitulo, Sede vacante, perinde est, ac si fieret coram Episcopo, & Capitulo. Et præterea Vicarius est Vicarius ipsius Capituli, & ab eo deputatus, & ideo facta professione coram Capitulo, non est opus iterum eam facere coram suo Vicario.

Nihilominus tamen contrarium videtur verius,
nam, † cum iurisdictio Episcopalis administretur 27
per Vicarium, magis per eum repræsentatur Episcopus, quam per Capitulum; facit declaratio octaua S. Congregationis adducta *d. quinta. part. cap. 9. sub numer. vigesimotertio.* maxime, cum Concilium omnino velit iurisdictionem administrari per Vicarium, & non per ipsum Capitulum, vt dictum est *dicto capit. septimo.*

Vnde etiam videtur, prouisum de Beneficio † 28
curato debere facere professionem coram Vicario Capituli sede vacante, & non coram Capitulo.

Nono dubitatur, † an qui intra duos menses à die 29
adeptæ possessionis professionem non emisit, teneatur eam postea emittere? & respondetur teneri, nam iste terminus duorum mensium non ponitur ad finiendam obligationem, sed ad differendam executionem, & sic non finitur per lapsum illius, ex regula *cap. cum dilectus*, vbi Abb. *num. 12. de dolo, & contumac. & l. celsus ff. de recept. arbit.* de qua per Nau. *in man. c. 21. n. 45.*

Et ita in terminis docet idem † Nauar. *consilio. 11.* 30
de iureiurando, num. 1 vbi *num. 3.* recte ait, quod professio facta post dictos duos menses non prodest ad quærendos fructus temporis præteriti, sed sic ad quærendos fructus temporis futuri; nam, cum semel ipso iure amiserit, & non fecerit suos fructus temporis præteriti (intellige decursos post lapsum duorum mensium, non vero decursos in ipsis duobus mensibus) licet postea faciat professionem debitam, eos non quærit ad *l. qui res, §. aream, ff. de solutio.* & sequitur Flam. Paris. *d. quæst. 9 lib. 10. num. 12. 13.*
& 14. Eman. Rodr. *supra*, & Ledesm. *sup. 3. diffic.* † 31
qui tamen male ait non facere fructus suos dictorum duorum mensium, nec ad id professionem postea factam prodesse, quod tamen est omnino falsum, nam siue faciat professionem postea, siue nunquam eam faciat, Concilium non priuat fructibus decursis illis duobus mensibus, sed in posterum decurrendis, maxime, cum odia, & pœnæ sint restringenda.

Decimo dubitatur, † an terminus duorum men- 32
sium datus ad faciendam professionem currat prouiso, qui non accepit possessionem, stat tamen per eum quominus illam accipiat? & respondetur negatiue, nam quamuis alias paria sint, prouisum accepisse possessionem, vel per eum stare quominus illam accipiat, vt *in cap. commissa. de elect. & in cap. licet Episcopus, de Præben. in 6. cum alijs*, tamen Concilium in proposito solum obligat ad faciendam professionem prouisos habentes possessionem realiter, habet enim considerationem ad exercitium, & administrationem Beneficij.

Vndecimo dubitatur, † quomodo intelligantur il- 33
la verba Concilij, *nec illis possessio suffragetur*, an per ea velit Concilium, quod illis possessio non suffragetur, etiam ad effectum regulæ de triennali, & alios effectus, an vero, quod illis non suffragetur ad effectum acquirendi fructus duntaxat? In quo breuiter respondetur, illa verba iuxta subiectam materiam, & præcedentia verba, solum intelligi ad effectum acquirendi fructus, vt docet Nauarr. *cons. 7. & 8. de iureiurando*, & Flam. Paris. *supra num. 4. 5. & 15.* qui ita ait conclusisse S. Congregationem concilij, & ita apparet † ex sequen. declaratione. *Nec longissi-* 34
ma nedum triennalis possessio prodest ei, qui non emisit professionem Fidei, quoad fructus percipiendos, quamdiu dictam professionem non emiserit. Quam affert idem Flam.

Flamin. *d. quæst. 9. libro 8. num. 122.* sequitur Eman. Rodrig. *d. c. 119. n. 7.* & idem videtur tenere Ledes. *sup. 4. & 7. diff.*

35 Duodecimo dubitatur, † an qui non fecerint professionem Fidei intra dictos duos menses, non faciant fructus suos, ita vt in conscientia teneantur illos restituere, etiam non interueniente aliqua sententia? Et dicendum est, quod sic, non quia ista lex non sit pœnalis, sed conuentionalis, aut non pure pœnalis vt inquit Ledesm. *d. 10. conclusione 1. diff.* sed quia Concilium per illa verba *impedit eorum acquisitionem*, & sic obligat in conscientia ad eorum restitutionem, iuxta dicta infra 11. *part. c. vlt. du. 7.* & in simili de non recitante horas dixi supra *c. 1 huius partis. n. 7.*

36 Decimotertio dubitatur, † cui sint assignandi, & applicandi fructus amissi, ob non factam professionem Fidei, nam Concilium, id non determinat?

37 In quo Fuscus *de visitatione † lib. 2. cap. 3. num. 4.* & cum eo Flam. Parisius *d. quæst. 9. num. 125. & 124.* & Zechus *de Beneficiis, & pension. cap. 13. numero 4. versicul. quod si Parochialis*, loquendo de Parochis, dicunt assignandos, & applicandos esse fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus, sicut dicitur de fructibus non residentium *session. 23 de reform. cap. 1. versicul. si quis autem*, arguendo ab illo decreto eiusdem Concilij.

38 Vnde videtur necessarium † fructus istos erogare fabricæ ipsarum Ecclesiarum, aut pauperibus loci, vt dicitur *in d. c. 1. vers. si quis autem.*

39 In Dignitatibus vero † habentibus fructus distinctos, & separatos à mensa Capitulari videtur, quod fructus amissi ob non factam professionem sunt restituendi, & applicandi fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, alias alteri pio loco arbitrio Ordinarij, argumento alterius decreti eiusdem Concilij *sess. 22. de reform. c. 3.* & quæ dicta sunt *c. præced. n. 147. & 450.*

40 At in Canonicis, † & Dignitatibus habentibus fructus in mensa Capitulari, videtur fructus amissos, ob non factam professionem Fidei, ad Capitulum spectare, sicut fructus non residentium, aut excommunicatorum.

41 Ait tamen Flam. Paris. *supra*, † quod hodie in Regno Neapolitano incamerantur dicti fructus amissi ob non factam professionem, quod etiam in Hispa-
42 nia in Ecclesia Gadicen. † prætendit facere Nuntius collector Apostolicus, nempe exequi pœnas contra illos, quos non constabat fecisse professionem Fidei, & applicare fructus Cameræ ex motibus propriis, & constitutionibus factis in executionem Concilij, vt relatum est per Procuratorem dictæ Ecclesiæ Gadicen. In Congregatione status
43 Eccles. anno 1602. in qua D. Dionysius de Melgar † Canonicus Doctoralis Toletanus, & D. Ioan. Gutierrez Canonicus Doctoralis Ciuitaten. & Don. Quesada Canonicus Gadicen. & D. Barba Canonicus Doctoralis Malacitanus, & Licentiatus Salaçar Canonicus Gienen. quibus commissum est, vt id viderent, & dicerent suam sententiam, dixerunt, quod sentiebant pro opinione plana, & etiam practicata in aliquibus Capitulis, quod fructus Canonicorum, & Dignitatum habentium fructus in mensa pertinebant ad Capitula, & non ad Cameram, vt in actis dictæ Congregationis habetur, & ita videtur supponi in illa causa Carthaginen. fructuum cuius decisiones infra ponuntur 20. *dubio*, in qua Capitulum contra Thesaurarium habentem fructus in mensa, vt fructus biennij perceptos ei restitueret ob non factam professionem, nec fuit oppositum, nec in decisionibus dicitur, Capitulum non esse partem ad illos petendos. Et ego non vidi vllam constitutionem vbi isti fructus applicentur Cameræ.

Sed stante, quod isti fructus † amissi ob non fa- 44
ctam professionem spectant ad Capitulum, est difficultas, an illos debens possit se componere cum Capitulo, soluta aliqua parte, sicut cum Papa, & remaneat tutus in conscientia?

Et videtur, quod sic ex † Nau. *cons. 3. n. 3. de ætat. &* 45
qualit. vbi respondet, quod non tenetur quidem ad restitutionem fructuum, pro quibus se composuit cum Capitulo, si ad illud pertinebant.

Contrarium tamen verius videtur, † nam ante 46
factam distributionem, & applicationem Capitulum, seu Capitulares personæ solum sunt administratores, vt dictum est *cap. præced. nu. 428.* & administrator non potest donare, seu remittere, *cap. 2. de donat. l. contra iuris. §. fin. l. imperatores. ff. de pactis l. filiusfamilias de donatio. l. ambitiosa, de decret. ab ordine facien. l. pactum curatoris. C. de pactis l. præses. Cod. de transact. cum alijs.* vbi Dd. Pinellus *in l. 1. C. de bonis matern. 3. p. n. 56.* Io. Garcia *de expensis, & melioratio. c. 20. n. 8. & 9* & Curia Pisana *lib. 2. c. 10.* vbi Azeuedo; vnde, is, qui se composuit cum Capitulo non maneret securus, sed partem sibi remissam deberet restituere fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, alias alteri pio loco arbitrio Ordinarij iuxta supradicta, & quæ diximus *d. c. præced. n. 451.*

Decimoquarto dubitatur, † an debentes facere 47
professionem Fidei teneantur illam ostendere, & probare, alias cogi possint ad restitutionem fructuum?

In quo breuiter dicendum est, † quod, si aliquis 48
priuatus ageret contra Parochum, seu Canonicum, vt priuaretur fructibus, ob non factam professionem, agenti incumberet onus probandi negatiuam, cum in ea se fundet, sicut diximus de non publicatione infra *11. part. c. 3. n. 3.*

Si vero Superior ex officio, † vt Ordinarius, aut 49
visitator vellet videre professionem, tunc Parochus, seu Canonicus teneretur illam ostendere, ad notata *in cap. Ordinarij. de off. Ord. in 6.* vt in simili de publicatione tradit Felin. *de resign. lib. 12. quæst. 14. n. 35. cum seqq.*

Decimoquinto dubitatur, † an Canonici, qui 50
nondum fecerunt Fidei professionem, possint nihilominus haberi pro præsentibus, & fructus percipere de licentia Capituli? in quo breuiter respondetur negatiue ad tradita *cap. præcedent. dubio 18. numer. 402.* & facit *capitulum commissa. §. Porro, de electi. in 6.*

Et censuit S. Congregatio † in vna Seguntina 51
professionis Fidei, vt in declaratione sequen. *Illustrissimi & Reuerendissimi Domini. Decreto Concilij Tridentin. sess. 24. c. 12. de reformat. statutum est, quod prouisi de Parochialibus intra duos menses à die adeptæ possessionis teneantur coram Episcopo, vel eius Vicario orthodoxæ Fidei publicam professionem facere, & prouisi de Dignitatibus, vel de Canonicatib. in Cathedralib. illam, non solum coram Episcopo, vel eius Officiali, verũ etiam in Capitulo facere debeant, alioquin quod fructus non faciant suos, nec eis possessio suffragetur, quare Episcopus Seguntinus supplicat, pro declaratione dubiorum infra scriptorum primum, an prouisi de Dignitatibus,*

vel de Canonicatibus in Cathedrali vel de Parochialibus in Ciuitate, aut Diœcesi teneantur prædictæ Fidei professionē iuxta supradictum Concilij Decretum proprie aliter facere, vel satisfaciant Concilio, si illā faciant per Procuratorem? Secundum. An prouisi de Dignitatibus, vel de Canonicatibus in Cathedrali debeat huiusmodi professionem facere prius coram Episcopo, vel eo impedito, coram Vicario, & postea in Capitulo? Vtrum reiterare, vel sufficiat semel tantum in Capitulo præsente Episcopo, vel eius Officiali illam facere & iurare? Tertium. An Capitulum possit habere pro præsentibus, & residentibus Canonicos, vel Dignitates, qui nūquam in Ecclesia residerunt, Fideique professionē iuxta d. decretum Concilij nondum fecerunt? Quartum. An qui fidei professionem iuxta prædictum Concilij Decretum non fecerunt, si fructus etiam de licentia Capituli perceperint, teneantur illos restituere? Congregatio cēsuit ad primum, teneri eos, de quibus in libello habetur, per se ipsos, non per Procuratorem professionem Fidei emittere. Ad secundum, non esse necessarium, vt professio huiusmodi prius coram Episcopo, vel eius Vicario postmodum coram Capitulo separatim fiat, sed si Episcopus adsit in Capitulo, satis esse, vt Episcopo præsente semel fiat in Capitulo. Ad tertium, non posse Capitulum habere pro præsentibus Canonicos, vel Dignitates, qui nunquam in Ecclesia resederunt, & Fidei professionem iuxta Concilij decretum cap. 12. session. 24. nondum emiserunt. Ad quartum eos, qui prædictam professionem non fecerunt, vtique teneri perceptos fructus restituere. Romæ die 18. Aprilis 1590.

52 Quod adeo verum est, † vt Canonici, qui nondum fecerunt possessionem Fidei, non possint haberi pro præsentibus, nec fructus percipere, etiamsi pro causis, & negotiis Capituli sint absentes, aut in officiis S. Inquisitionis sint occupati, vt Capitulo Segobien. respondit eadem S. Congregatio his verbis. *Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Segobien. Illustres admodum Reuerendissimi Domini, vti Fratres literæ vestræ, quas ad Illustrissimos patres S. Concilij Trident. interpretes 17. mensis Aprilis dedistis, in Congregatione eiusdem Concilij perlectæ fuerunt, & ad illa vestra dubia, quorum resolutionem petistis, ita amplissimi patres respondendum esse deliberauerunt. Nempe ad primum, non potuisse Capitulum Segobien. Lic. Didaco Munioz de Godoy licentiam dare, vt anno integro abesse potuerit ab Ecclesiæ seruitio causa inseruiendi in officio Vicarij generalis insigni viro Andreæ Pacheco Episcopo quondam vestro, nunc autem Conchen. & nihilominus percipere fructus suæ Præbendæ. Ad Secundum, illos Canonicos, qui nondum fecerunt primam residentiam, nec Fidei professionem emiserunt, non posse quidem, pro præsentibus haberi, licet pro causis, & negotiis Capituli absentes fuerunt. Ad Tertium, eosdem Canonicos, qui non resederunt, nec Fidei professionem emiserūt, & quod sanctissimæ Inquisitionis officio deseruiunt, itidem non esse vt præsentes iudicandos, nisi hoc caueatur indultis, & priuilegiis à Sede Apostolica hæreticæ prauitatis Inquisitoribus & eorum ministris concessis, quæ prædicti Inquisitores, ac ministri vtique exhibere teneantur. Cum igitur ex his responsionem ad ea, quæ quæsiuistis, habeatis, poteritis iuxta patrum sententiam tuto in posterum deliberare quid à vobis agendum sit. Valete, & Deus optimus maximus fœliciter diu vos seruet. Romæ die vigesimo Februar. anno 1603. Hieronym. Cardin. Matheius.*

Decimosexto dubitatur, † an Ordinarius possit
53 condonare fructus amissos ob non factam professionem Fidei? & respondetur, non posse ad Nauar. *consil. 3. num. 1. de Cleric. non resid.* & sentit Fuscus *d. lib. 2. cap. 4. num. 4. in fine, ibi, aut à Sede Apostolica indulgentiam obtinuerit d. ipsi.* † Et ita censuit S. Congregatio super *d. c. 12.* his verbis. *Fructus amissos ob Fidei professionem non factam iuxta hoc decretum remittere non potest Ordinarius, sed recurrendum est ad Papam, qui solet eos condonare.* 54 † Est etiam alia declaratio in vna Sirminen. quæ sic ait, *Gregorius XIII. solebat remittere fructus male perceptos ob non factam Fidei professionem, si vero nulla malitia interuenit, & damnando quam primum emitterent, statuitque quod nullus ad possessionem Beneficij admittatur ante professionem Fidei.* 55

Sed hoc vltimum, † non videtur receptum, nam ad capiendam possessionem non solet attendi, an fecerit professionem Fidei, & deberet intelligi quando esset præsens qui volebat capere possessionem, non vero si esset absens, saltim in longinquis partibus, & vellet capere possessionem per Procuratorem. 56

Solent etiam prædicti † fructus amissi, ob non factam professionem remitti per sacram Pœnitentiariam iubendo dare aliquam eleemosynam. 57

Decimoseptimo dubitatur, † an hoc decretū, quo cauetur, quod nō facientes professionem fructus nō faciant suos, habeat locum etiam in distributionibus quotidianis? 58

Et respondetur negatiue, † nam distributiones quotidianæ dantur ratione ministerij, & operæ personalis, & laboris, & illas percipiens facit suas, vt tradunt Dd. *in cap. vnic. de cleric. non resid. in 6.* & nō veniunt appellatione fructuum, & prouentuum Beneficij *cap. licet. de Præbend.* Oldrad. *consil.* 118. Rota *decis. secunda de Præbend. in nouis, & 33. de re iudicata in antiquis.* Cassad. *decis. 1. in fin. de Præbend.* Probus ad Monachum *in d. cap. vnic. num. 37. & numer. 52.* Paris. *cons. 32. & 34. libro 4.* Gigas *consil. 144.* alias *resp. 35. de pension.* Couarruu. *lib. tertio var. cap. 13. numer. primo.* Hoieda *de incompatibilitate Benef. capit. 11. numer. 8.* Menochius *in additionib. ad lib. secundū de arbitrar. casu 172. à numer. 7.* Rota in Toletana pensionis 5. Nouembris 1563. de qua 3. 1. *part. cap. 5. nu. 392.* & in Hispalen pensionis 89. Nou 157. apud Cæsarem de Grassis *dec. 116. n. 1. pa. diuersorum dec. 330* & post hæc tradit Gonçalez *6. 7. proœm. numer. 154.* 59

Et ita censuit S. Cong. † Concilij, vt in declarationibus sequentibus. *Concilium grauans non profitentes, vt non faciant fructus suos, quorum fructuum appellatione distributiones quotidianæ non veniunt, ita Congregatio censuit non comprehendi in hoc casu verbis Concilij ca. 12. sess. 24. Alia, distributiones quotidianæ non comprehenduntur sub hoc vers. quas seruiens facit suas, licet professionem Fidei non emiserit.* Et facit in simili declaratio 9. adducta infra *11. part. ca. vltimo 6. dub. sub n. 186.* & tradit Gonçalez *supra num. 169.* 60 † Grossa tamen Præbendæ & si residendo, & diuinis interessendo lucrifiat, veniet in proposito appellatione fructuum, ad dicta *cap. præcedent. 19. dubio num. 439.* 61

Et similiter, si omnes fructus † Præbendæ in distributionibus quotidianis consisterent, ita quod non esset Grossa, qui non fecisset Fidei professionē, eas non faceret suas, nam tunc succederent loco fructuum, ne dispositio Concilij tunc frustraretur ad tradita per Probum *in d. c. 11. n. 64.* & alia de quibus *d. c. præced. n. 113. 114. 115.* 62

Nec de istis fructibus † Præbendæ, aut Parochia- 63
lis ali-

lis aliquid detrahendum est pro seruitio præstito, sed omnes debent restitui non facta professione, cum Concilium absolute dicat, quod fructus non faciant suos in pœnam peccati, quamuis contrarium intellexi fuisse consultum à quibusdam Theologis, & faciunt quæ diximus supra *c. 1. huius partis, numero 28.*

64 Decimooctauō dubitatur, † an qui non fecit professionem Fidei intra tempus à Concilio statutum peccent mortaliter? Et dicendum videtur peccare mortaliter, si vltra tempus à Concilio præfixum fuerint notabiliter negligentes, nam verbum, teneātur,
65 positum † in d. decreto est necessitatis, & præcepti, quod inducit mortale iuxta notata per Abb. Felin. & alios *in c. nam concupiscentiam, de constitution.* Syluest. *in sum. verb. præceptum. n. 2.* Armillam *eod. verb. n. 7. & verb. lex. n. 4.* Castro *de lege pœnali lib. 1. c. 5.* Ioann. Medina *de ieiunio. q. 7. vers. superest tamen.* Nauarr. *in man. c. 23. n. 50.* Cosm. Philiarchum *de offic. Sacerdotis 2. part. lib. 3. c. 2.* Vegam *in summ. 2. p. c. 13. casu 2.* & F. Eman. Rodriguez *quæst. regularium tom. 1. q. 6. artic. 13.* & alios, nec potest dici materia leuis, & in terminis ita videtur sentire Nauarr. *dict. consil. 7. numero 3. & consil. 12. de iureiurando,* & cum eo Flam. Paris. *d. q. 9. lib. 10. num. 12.* & expresse tenet P. Ledesm. *dict. tract. 14. 4. 10. conclusione,* & Eman. Rodriguez *d. cap. 119. n. 7.*

66 Decimo nono dubitatur † an qui non fecerit professionem Fidei, ob ignorantiam, vel inaduertentiā dicti præcepti Concilij, excusetur à mortali, & ab amissione fructuum?

67 In quo dicendum est primo, † non excusari in foro exteriori, quia est ignorantia iuris clari, quæ non excusat, *regul. ignorantia libro sexto,* Cumel. *1. 2. q. 76. art. 4. disp. 3.* Gabr. Vazquez. *1. 2. disputatione 125. num. 5.* Suarez *5. tom. de censuris, disput. 4. sect. 8. num. 18.* ita in prop. Nau. *d. consi. 7. nu. 2. & d. cons. 12.* Flam. Parisius *supra, n. 8. & 9.* Eman. Rodrig. *supra* & P. Ledes. *infra.*

68 Secundo excusari in foro conscientiæ, † & quoad Deum à mortali, & consequenter, ab amissione, & restitutione fructuum ad *cap. 2. de constitutio. & ibi gloss. 1.* si ex pura ignorantia, vel inaduertentia dicti præcepti sincere, & absque malitia, & mala fide facere desiit dictam professionem Fidei iuxta doctrinam Caietani *in summ. verb. præcepti transgressio, in fin.* & Armillæ *d. verb. præceptum, nu. 8.* Nauarr. *d. cap. 23. nu. 59. & consi. 9. de renunciat.* Carb. *de legib. libro 8. disp. 13. vltimo cap. 2. positione.* Cumel. Vazquez *numero 6.* & Suarez *supra,* & eiusdem Vazquez. *dict. 1. 2. tom. 2. disput. 158. num. 61.* & ita in prop. tenet Nauarr. *dict. cons. 7. num. 3. & d. cons. 12.* Flam. Paris. *supra n. 10.* F. Eman. Rodriguez *supra, & quæst. reg. 2. tom. quæst. 72. art. 4.* & Zechus *de Benef. & pension. c. 9. num. 3. vers. requiritur etiam.*

69 Et ita tenendum est, † quamuis P. Ledesma *d. d. conclus. 10. 2. difficultate,* teneat contrarium, nempe talem teneri restituere in conscientia, & non facere fructus suos, quia ista lex (inquit) non est pœnalis, & sic obligat in conscientia, licet non sit peccatum, sic vt teneretur restituere fructus Beneficij qui desineret recitare, licet id faceret ob ignorantiam, seu inaduertentiam, aut negligentiam inuincibilem, si tamen bona fide consumpsit fructus, non teneri restituere, nisi id, in quo factus est locupletior, & hanc esse sententiam omnium Doctorum magistrorum. Quæ sententia est falsa, verius enim est istam legem
70 esse pœnalem, † vt diximus, cum priuet fructibus, ad quos alias habebat ius, & titulum, & idem dicimus in non recitante, vltra quod ibi erat diuersa ratio iuxta sententiam Theologorum, de quo *d. c. 1. huius part.*

Duodecimo dubitatur, † an istud iuramentum, & professio Fidei debeat fieri corporaliter, id est, tactis scripturis? Et dicendum est debere fieri corporaliter, & tactis Euangeliis, & alias non satisfieri, vt patet ex verbis formæ traditæ à Pio IV. *in constitutionibus supra citatis, n. 5.* in fine, ibi, *sic Deus me adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.* Et notat Io. And. Abbas *numero 6.* & alij *in capitul. ego N. de iureiurando.* 71

Et facit etiam, † nam vbi iuramentum defertur à iure requiritur necessario in actu iurandi corporalis tactus scripturarum, vt per gloss. *in cap. vt circa, verb. corporali, & verb. præstito, de electione in 6. & in Clementina 1. § porro, verb. tacta, de hæreticis,* & ibi Doct. Cosmam *in pragmatic. sanction. titul. de election. §. ad locum. verb. manibus.* Monachum *in dict. capitul. vt circa, numero 12.* Abbas *in cap. fin. de iuramento. calumniæ numero 5.* Caputaquen. *decis. 123. part. 1.* & Massam Galesium *de obligatione in forma cameræ 2. part. ad 6. particulam quæstion. secunda, numero decimo.* 72

Et ita tenuit † Rota in causa Carthaginens. fructuum coram d. Plato 19. Febr. & 3. Iul. & 22. Nouemb. 1588. vt in decisionibus statim ponendis, & in Toletana scholastriæ 21. Iunij 1591. coram D. Orano infra adducta 11. *part. cap. 6. numero 13.* sufficiet tamen quod scriptura, quæ tangitur, sit, vel contineat Euangelia, seu Euangelium aliquod de quatuor Euangelistis, Bonif. *in d. Clement. 1. de hæret. numer. 114.* 73

Vnde infertur huiusmodi † professionem Fidei non posse fieri per Procuratorem, quamuis contrarium tenuerint Nauarr. *dict. consil. 11. numero 2.* & P. Ledesma *supra 6. difficultate,* sed debere fieri personaliter vt S. Congregatio Concilij censuit, & aduertit additio Nauarri *ibi.* & refert Zerola *2. parte verb. Fidei professio.* vt in sequenti declaratione super *dict. capitul. 12. ibi, facere professionem per se ipsum, & si absens est, accedat ad Ecclesiam.* Et in illa Seguntina professionis Fidei supra adducta 15. *dubio. nu. 49. ad primum.* 74

Et idem tenuit Rota in d. † Toletana scholastriæ, & in d. causa Carthaginen fructuum, cuius decisiones sunt notandæ, & sic se habent. 75

Carthaginen. fructuum coram Domino Plato.

Veneris 19. Februarij 1588. præsupposito decreto Concilij sessione 24. capit. duodecimo, *de professione Fidei facienda per prouisos de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, & indulto concesso Dom. Ioanni Elchoces Thesaurario Ecclesiæ Carthaginens. de percipiendis fructibus in absentia, ac lite pendente in Curia super Thesauraria, ac absentia D. Ioannis propter dictam litem ab Ecclesia Carthaginen. dubitatum, an D. Ioannes teneatur ad restitutionem fructuum eo biennio perceptorum vigore dicti indulti, eo quod non constat factam ab eo fuisse per id tempus professionem Fidei? & maior pars Dominorum tenuit ipsum non teneri ad restituendum Capitulo fructus per biennium vigore dicti indulti exactos. Quia, cum Papa huiusmodi indultum concessisset paulo*

post prouisionem Thesaurariæ, & sciret prouisum, tam tempore prouisionis, quam tempore indulti in Romana Curia extitisse, & coactum etiam esse in ea residere propter litem, vt in ipso indulto exprimitur, necessario fatendum est etiam Papam voluisse ipsi remittere per biennium obligationem professionis Fidei faciendæ, nec enim dici potest, quod Papa crediderit professionem Fidei factam à Ioanne fuisse ante indultum propter breuitatem temporis, cuius non fuit ignarus S. Pontif. cũ quia exprimatur in indulto se nuper contulisse Thesaurariã, tũ etiã quia huiusmodi indulta non solent nisi ex iusta, & legitima causa cõcedi, quare credendum est Papam voluisse omnia optime intelligere, & sic tempus collationis residentiam dicti Ioannis in vrbe, & residentiæ causam, quibus consequens est, vt credere nullo modo potuerit professionem ante indultum factam; non etiam dicendum est, quod Papa voluerit illum accedere ad partes pro facienda professione, tum quia hoc repugnat causæ expressæ in indulto, scilicet, quia cogitur in Romana Curia permanere, cum etiam, quia sic intelligendo indultum redderetur fere inutile, ex quo indultum de percipiendis fructibus in absentia incipit currere à die data. Oldrad. conf. quinquagesimosexto Ioan. And. in addit. ad Specul. Rubrica de clericis non resident. vers. circa quam quæro. *Vnde si d. Ioannes debuisset ire Carthaginem pro facienda professione, & ad Curiam pro lite redire, non habuisset plenum, & integrum Beneficium indulti, nec iuxta illud in Romana Curia pro lite permanendi facultatem. Sed videbatur Dominis tollere omnem difficultatem, quod Papa voluit eum posse percipere fructus, etiam non facta prima residentia, ex quo aperte colligitur, quod non tenebatur d. Ioannes ire Carthaginem ad faciendam primam residentiam per dictum biennium, & consequenter etiam non tenebatur ire ad faciendam professionem Fidei per illud tempus, nec dicatur potuisse eum per Procuratorem emittere huiusmodi professionem, aut illam in Curia facere, & publicum instrumẽtum ad partes trãsmittere, quia certum est huiusmodi iuramentum debere corporaliter præstari, vt tradunt Dd.* in c. ego N. de iureiurand. *Abbas n. 6. quo stante, cum decretum Concilij velit, vt fiat coram Capitulo, & Episcopo, aut eo impedito coram Vicario, necessarium est eum, qui profitetur, præsentem esse, alioquin dici non poterit, quod corporaliter iurauerit, & professionem emiserit coram Capitulo, & Episcopo. Ex quibus, & aliis latius deductis per informantes pro d. Ioanne concluserunt Domini, quod cum Papa sciret ante indultum professionem non fuisse emissam, voluerit q; eum in Curia remanere, & fructus percipere per biennium perinde, ac si esset in Ecclesia, & non facta residentia tacite videtur prorogare obligationem professionis Fidei faciendæ.*

In eadem coram eodem, primo Iulij 1588.

76 D*Omini persstiterunt in † resolutio die 19. Februarij, præteritis ex rationibus tunc deductis, & placuit ea consideratio, quod si pro emittenda professione debuisset Thesaurarius ire Carthaginem, & Romam redire, vt liti operam daret, indultum fuisset potius damnosum quam vtile, ex quo profitendo, vel in Curia, vel per procuratorem non satisfaciebat concilio, hinc tollitur obiectum, quod fiebat, quod dispensatus super vno impedimento non censetur super aliis dispensatus.* leg. si quando C. de inoffic. testam. *quia hoc non procedit, quando dispensatio redderetur inutilis.* In eadem coram eodem. 22. Nouembris 1588.

Proposita tertio causa in Carthaginen. † fructuum propterea, quod res grauis, & noua agitur, & facile in exemplum transire posset, & Domini steterunt in decisis, duabus potissimum moti rationib. Prima, quod d. Ioann. non fecit fructus suos vigore possessionis, sed vigore indulti, & propterea sumus extra casum Concilij auferentis fructus ab illo, qui intra duos menses à die adeptæ possessionis professionem Fidei coram Episcopo & Capitulo non fecit. Secunda ratio fuit, quia cum, vt per illustrissimos Cardinales interpretes Sancti Concilij Trident. resolutum fuit, & alias coram in hac causa firmatum, professio Fidei per Procuratorem fieri nequeat, indultum de percipiendis fructibus in absentia per necessarium antecedens censetur dispensasse à professione Fidei facienda, nam & si dispensatio debeat stricte intelligi, veniunt in dispensatione ea omnia, sine quibus dispensatio redderetur frustratoria, & delusoria Bald. in capit. postulasti, numero 9. & *ibi Felin.* numero 20. de rescrip. *Rebuff.* in prax titul. de non promotis intra annum, numero 55. cum aliis allegatis, *at in casu isto de nihilo fe re seruisset indultum, si opus fuisset pro habendis fructibus Carthaginem ad faciendam professionem accedere, ex quo in itinere magna pars biennij fuisset consumpta, & fuisset necesse multa incommoda, & expensas pati, quæ forte superassent commodum fructuum illius biennij, quinimo fuisset illud contra expressam mentem Papæ volentis eum in Romana Curia causa litis remanere. Non parum confirmant hanc opinionem verba illa indulti* d. non facta prima residentia, *ex quibus apparet Papam voluisse dispensare d. Ioannem ab accessu ad suam Ecclesiam pro prima residentia facienda, sic etiam à professione Fidei, quæ personaliter, vt est dictum, in adeptione possessionis fieri solet. Nec dicatur, quod potuisset petere dispensationem à Papa, vt faceret eam in Curia, vel per Procuratorem coram Capitul. Carthagin. emittere professionem, quia non tenebatur id petere, cum vt dictum est, iam per indultum de percipiendis fructibus fuisset dispensatus ab obligatione faciendi dictam professionem, nec id quidem in totum, sed ad tempus; nam clarum est, quo lapso biennio tenebatur eam facere ita, vt non sublata obligatio, sed potius dilata, ac suspensa videatur. quare, cum facilius inducatur suspensio seu dilatio, quam omnimoda dispensatio, eo etiam facilius Domini in istam opinionem descenderunt.* 77

Quæ decisiones sunt notandæ, † & aduertendum, 78 primam rationem in hac decisione vltima adductam non videri bonam, nam Concilium absolute, & generaliter arctat ad professionem Fidei faciendam prouisos de Canonicatibus, aut Dignitatibus infra duos menses, à die adeptæ professionis, siue faciant fructus suos ratione residentiæ, siue vigore indulti, quod supplet residentiam, & non possessionem, & patet ex illa declaratione S. Congregationis in causa Segobien. supra adducta 15. *dubio, num.* 50. *ad* 1. *& secundum.*

CAP. IV.

De obligatione suscipiendi ordines.

SVMMARIA.

S*Vnt aliqua Beneficia, quæ requirunt ordinem Sacerdotij, Diaconatus, aut Subdiaconatus, numero* 1.

Obtinentes huiusmodi Beneficia tenentur infra annũ ordines suscipere requisitos, n. 2.

Parochus, non se faciens ad Sacerdotium promoueri elapso anno est Parochiali priuatus ipso iure, numero 3. *quæ priuatio obligat in conscientia ante sententiam numer.* 5.

Quo explicant cap. licet canon. & cap. commissa de elect. in 6. *num.* 4.

Ista priuatio non habet locum in eo, qui non fuit promotus propter irregularitatem superuenientem, aut propter illiteraturam, seu alium defectum, num. 6. *&* 7. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis, & alia numer.* 8.

Nec etiam habet locum d. priuatio, & obligatio, se ordinandi durante eo morbi genere, ex quo ineptus esse videtur, ad officium sacerdotale per se exercen. n. 9. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

Obtinentes Dignitates, Canonicatus, aut alia Beneficia, si infra annum ordines non susceperint requisitos, non incurrunt priuationem ipso iure, num. 10. *quia capitulum, licet canon, solum procedit in Parochialibus, numer.* 11.

Isti, qui non receperunt ordines requisitos ex eunt donec ad eos promoti fuerint, nullo modo habent vocem in Capitulo etiamsi Capitulum, & Episcopus concedant, & dimidiam partem distributionum perdant, numero 12.

Decretum Concilij sess. 22. *cap.* 4. *de reform. comprehendit ea omnia Beneficia, quæ ordinem requirunt ex sententia S. Congregationis, n.* 13. *quæ videtur velle, quod comprehendit etiam Beneficia extra Cathedralem, vel Collegiatam, n.* 14. *quamuis Clem. vt ij, qui §. illi vero, non habere locum in Beneficiis extra Cathedralem, vel Collegiatam, n.* 15.

Post monitionem possunt illi priuari Beneficio ob non receptionem ordinum, n. 16. *Nisi forte careant ætate requisita, n.* 17.

An in Ecclesiis, vbi sunt adiuncti, possit Ordinarius absque eis procedere ad priuationem Canonicorum ob non receptionem ordinum, num. 18. *cum seqq. resoluitur posse, quia ista non videtur causa criminalis, & adducitur declaratio S. Congregationis, licet alia sit contra.*

Qui in Subdiaconatus ordine constituti non sunt, non habent etiam vocem in Capitulo, licet id ab aliis sibi concedatur, nec sint in mora illum suscipiendi. Nec habent vocem consultiuam, nec assistentiam in Cap. nu. 23. 24. *&* 25.

Decanus, seu Archidiaconus, ad quem spectat conuocare Capitulum, & proponere, & resoluere, id potest facere, licet non sit in sacris constitutus, numero vigesimosexto, vbi adducitur declaratio Sanct. Congregationis.

In Ecclesiis, in quibus Decanus potest constituere Vicedecanum, poterit constituere illum, qui non sit in sacris ad conuocandum præsidendum, & resoluendum, numero vigesimoseptimo.

In Ecclesiis, in quibus deficiente Decano ius conuocandi & præsidendi spectat ad antiquiorem Capitularem graduatum, non spectabit ad eum qui non est in sacris, numero 28.

Dicta Clementin. vt ij qui, & dict. decretum Concilij non procedit in aliis, quæ extra Capitulum fiunt, numer. 29.

In Ecclesiis, vbi collatio spectat ad Canonicũ hebdomadarium per turnum, Canonicus etiam in sacris non constitutus ad effectum conferendi suam hebdomadam habere debet, n. 30.

Capitulum potest committere collationem, vel nominationem Beneficij Canonico, qui non sit in sacris, numero 31. *&* *Canonicus, qui non est in sacris potest optare ibi.*

Quæ dicta sunt circa carentiam vocis in Capitulo, & quæ sunt extra Capitulum de non constitutis in sacris, dicenda etiam sunt de non suscipientibus intra annum ordinem requisitum, n. 32.

Parochus, qui ad Sacerdotium promoueri non attendens Parochialem receperit, peccat mortaliter cum obligatione restituendi fructus, nisi voluntate mutata promotus fuerit, n. 33.

An id procedat accipientibus alia Beneficia, quam Parochiales sine animo suscipiendi Presbyteratum, vel alios ordines annexos, n. 34. *cum seq. resoluitur affirmatiue relatis sententiis Doctorum, intelligendo tamen de accipientibus sic Beneficia, vt fructus interim percipiant illa postmodum dimissa.*

Accipientes Beneficia simplicia, quibus non est annexus ordo sacer animo satisfaciendi eorum oneribus, sed non accedendi ad ordinẽ sacrum, non peccant, nec ad fructuum restitutionem tenentur, num. quadragesimo secundo. etiamsi ea acceperint animo transeundi ad statum coniugalem, contra aliquos, numero 43. *cum seqq.*

An d. decisio c. commissa §. cæterum. procedat in eo, qui capit Beneficium sine proposito absoluto assumendi sacerdotium, sed hæsitans, & cum animo dubio, aut cum proposito conditionali, nu. 46. *cum seqq. resoluitur contra alios non procedere. Et talem non peccare, nec teneri ad restitutionem.*

An accipiens Beneficium animo non assumendi Sacerdotium teneatur restituere fructus perceptos durante tali animo etiamsi postea illo mutato promotus sit in tempore, n. 51. *&* 52. *resoluitur non teneri.*

An hic, qui a principio bono animo se promouendi accepit Beneficium, & postea illo mutato retinet illud, teneatur ad restituendos fructus perceptos post eum mutatum? n. 53. *cum sequentibus, resoluitur contra aliquos teneri necesse deducendum stipendium, quod dedit Vicario.*

An decisio d. § cæterum procedat in eo, qui accipit Beneficium cum proposito non se promouendi, non tamen finem lucrandi fructus eius? n. 57. *&* 58. *resoluitur affirmatiue.*

Cui sit facienda restitutio istorum fructuum? resoluitur restituendos esse fabricæ, vel pauperibus, nisi in Canonicatibus fructus in mensa, n. 59.

S*Vnt aliqua † Beneficia, quæ requirunt, & habent annexum ordinem, Sacerdotij Diaconatus,* 1 aut Subdiaconatus, vt Beneficia curata, Canonicatus, Portiones & Dignitates, & alia, vt dicetur *J.* 7. *part. cap.* 1. obtinentesque huiusmodi Beneficia tenentur † 2 infra annum à die pacificæ possessionis, vel quo per eos steterit quominus eam habeant, iusto impedimento cessante, ordines suscipere requisitos, *capitul. licet canon, cap. commissa, de electione in* 6. *clementin. vt ij, qui de ætate, & qualitate.* Sanct. Concilium Trid. *session.* 22. *cap.* 4. *de reformat.*

Alioquin Parochus non se faciens ad † Sacerdo- 3 tium promoueri elapso anno est Parochiali priuatus ipso iure, *d. cap. licet canon, & cap. commissa,* quod vltra Dd. ibi late explicant Rebuffus *in praxi titulo de dispensatione de non promouendo,* † & præcipue *ti.* 4 *de non promotis intra annum.* Bernard. Diaz *in practic. criminal. cap.* 51. & ibi Salcedo, Flaminius Parisius, *de resignatione Benefic. libro* 3. *quæst.* 2. & Ze-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tola in prox. in Episcopali, 1. parte, verbo Beneficium. §. 4. d. 4. & de eo aliqua dicemus infra 11. part. c. 5. a numero 117.

5 Et ista priuatio obligat † in conscientia ante sententiam iudicis, vt dicetur *dict. 11. part. cap. vltim. a num. 28.*

6 Non tamen habet locum, † in eo, qui non fuit promotus propter irregularitatem superuenientem. Rebuff. *dict. tit. de non promotis, numero* 80. aut propter illiteraturam, † seu alium defectum, vt
7 alias respondit S. Congregat. Concilij Cardinali Carolo Borromeo Archiepiscopo Mediolanen. his verbis. *Pœna Cayonis præscripta his, qui vltra annum Sacerdotium non perceperint, non habere locum in Reclinare, qui intra annum a die adeptæ possessionis pacificæ, vel intra tempus legitime ei prorogatum comparuit, & se promoueri petiit offerens, quantum in se erat, se paratum suscipere Sacerdotium, vel ordines, & noluit eum Ordinarius propter illiteraturam, vel aliam causam promouere*, referunt Salcedo supra *additione* 1. F. Eman. Rodrig. *in summ. 1. tom. c. 30. n. 3.* & Vega 1. *p. c. 36. casu* 20.

8 Est etiam alia declaratio super † *cap. 1. sess. 14. de reformatione*, quæ sic ait. *Congregatio censuit per hoc decretum correctum esse* capitul. ex tenore, & capit. ad aures. *de tempor. ordinationum ampliatum, ita vt comprehendat quoque clericos seculares, etiam Dignitates vel Beneficia, quibus annexus fit ordo obtinentes, tam quoad facultatem prohibendi ascensum ad ordines, quam etiam suspendendi, ipsisque potestatem appellandi ademptam esse, fuisque etiam dictum arctatum ad ordinem recipiendum, & prohibitum ex hoc decreto non incidere in pœnam* capit. licet canon, de electiõn. in 6. *iuxta* capit. commissa, de election. libr. 6. *ac etiam quod si admittitur appellatio, non tamen recursus.*

9 Nec etiam habet locum d. pœna, † priuationis & obligatio se ordinandi durante eo morbi genere, ex quo ineptius esse videtur ad officium, Sacerdotale per se exercendum vt alias S. Cong. respondit Episcopo Berganen. his verbis, *Parochus si eo morbi genere teneatur, vt ad functionem Sacerdotis, & res diuinas per se obeundas minime idoneus esse videatur, non tenetur durante dicto morbi genere sacris ordinibus se initiari facere.*

10 Obtinentes vero Dignitates † Canonicatus, vel Præbendas, aut alia Beneficia, si infra dictum annum ordines non susceperint requisitos, & suis Beneficiis annexos, non incurrunt priuationem ipso iure, quia
11 *d. cap. licet canon.* † solum procedit in Parochialibus gloss. *ibi verb. Parochialis, cap. statutum, eodem & ibi gloss.* 1. Dom. & Francus *numer.* 2. Bonifacius *in dict. Clemen. vt ij qui. §. illi vero. numer.* 9. Roman. *consil.* 325. *num.* 2. *&* 3. Rebuffus *d. tit. de non promotis, numero* 28. 29. *&* 30. Bernar. l. Diaz *supra numero* 5. & ibi Salcedo *additione vltima*, & Iacobus de Graffiis *in decisionibus aureis casuum consc. cap. 97. numero quadragesi-*
12 *moseptimo.* † sed ex tunc, donec ad eos promoti fuerint, nullo modo habent vocem in Capitulo, etiamsi Capitulum, & Episcopus concedant, & dimidiã partem distributionum perdũt eo ipso *d. Clem. vt ij qui. §. illi vero*, & ibi glo. & Dd. & Concilium Triden. *d. sess. 22. c. 4. de reform.* quod decretum censuit S. Con-
13 greg. † *comprehendere ea omnia Beneficia, quæ ordinem requirunt.*

14 Vnde S. Congregatio videtur velle, † quod d. decretum comprehendit etiam Beneficia extra Cathedralem, vel Collegiatam, quamuis *dict. Clem. vt ij qui. §. illi vero*, non haberet † locum in Beneficiis extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam, etiamsi in eis essent distributiones, sed solum in Præbendis, & Beneficiis in Ecclesia cathedrali, vel collegiata habentibus vocem capituli, aut distributiones, glo. *ibi verb. Præbendas, & verb. in eisdem, & verb. distributiones.* Cardin. *ibi num.* 5. & Bonif. *numer.* 30. qui male tenebat contra glo. *dict. verbo distributiones.*

Et post monitionem possunt † illi priuari Beneficio, vt S. congregatio respondit Episcopo Patauino his verbis. *Canonici, qui ordines sacros debitos post monitionem sumere recusant, ab Ordinario priuari debent.* Et est alia declaratio eiusdem Sacræ congregationis, quæ sic ait, *Episcopus facta annexione ordinum cuilibet Canonicatui, statim Canonicos ad eorum susceptionem cogere debet vsque ad priuationem*, & ita etiam Sacra congregatio respondit Archiepiscopo Burgen. vt in declarat. infra adducta, *numero* 21. 16

Nisi forte careat † quis ætate ad ordinem requisita, quia ex dispensatione in minori ætate obtinuit Præbendam, tunc enim non potest ea priuari, ob istam causam, Rebuffus *supra numer.* 15. & respondit S. congregatio Episcopo Callagurritano, his verbis. *Congregationi datus est supplex libellus Ioannis Ferrer. velle amplitudinem tuam ei Canonicatum cum Præbenda, quæ iste obtinet, adimere, ob eam causam, quod intra annum non sit promotus ad sacros ordines ex decreto Concilij, qui cum tantum modo 18. annos, vt ab eo relatum est, natus sit, neque per decretum Concilij sess. 23. cap. 12. ante vigesimum secundum annum sacris initiari possit, non videtur esse cogendus, vt, nisi sacros ordines suscipiat, Canonicatu priuetur, de quo Pontificias literas expediuit: itaque si res ita est, mandat tibi sua sanctitas, vt conseruata isti Ioanni possessione eum prius non cogas ad sacros ordines promoueri, quam ad 22. annos peruenerit.* 17

Sed licet se offert difficultas, † an in Ecclesiis, vbi sunt adiuncti, vt *in cap. 6. concilij sessione 25. de reformat.* possit Ordinarius absque adiunctis procedere ad priuationem canonicorum ex prædicta causa quod ordines suis Præbendis annexos non suscipiunt? Et videtur † non posse sine adiunctis procedere ex quadam declaratione S. congregationis, quæ habetur super *d. cap. 6.* & sic ait. *In terminis huius decreti, non potest Episcopus absque adiunctis procedere ad priuationem canonicorum* † ex eo, quod ordines Præbendis eorum annexos intra tempus à iure statutum non susceperunt, vel quod non resederint, posse tamen solum procedere ad alias pœnas, & mulctas, ob non residentiam, *de quibus in c. 12. sess. 24.* 18 19 20

Nihilominus † contrarium verius existimo, nempe posse procedere sine adiunctis, quia ista non videtur causa criminalis, ad textum *in capitul. per tuas. el primero, de simonia circa finem*, & notata per Feder. *consil.* 23. Imolam Abb. *num.* 4. Ananiam 5. & Felin. *n.* 2. *in c. super his, de accusatio.* Gratum *consil.* 71. *nu.* 9. *lib.* 2. & Marantam *in speculo aduocatorum* 4. *part.* 1. *dist. nu.* 32. 21

Et ita S. congregatio † respondit Archiepiscopo Burgen. vt in declaratione sequenti. *Illustrissime & Reuerendissime Domine vti scilicet, dubium vtrum non est Illustrissimis Patribus ad explicandum, quæ ex Trident. Concilio possunt oriri quæstiones à Sancto Domino nostro in consilium adhibitis, quin amplitudini tuæ liceat tertiam partem ex fructib. Dignitatum illius Ecclesiæ, seu quemadmodum deducta alias fuit sed secundum veram eorundem fructuum existimationem, de integro nunc deducere, sed si inter vtramque deductionem non ita multum interest, magis placuit in eare nihil innouari. Illud autem sine distinctione verum est vt, qui non susceperint ordines suis Canonicatibus, Parochiisque annexos, pœna etiam priuationis ab amplitudine tua, per sessionem etiam solam, sine adiunctis, ad id compelli iure posse, quod & ad eandem amplitudinem tuam rescribi Patres voluerunt, quam Deus incolumem, & diuinæ gratiæ muneribus auctam velit. Romæ die 29. Mai 1590. Hieron. Cardin. Mathæus.* 22

23 Et huic declarationi videtur † magis standum vti veriori, & certiori, seu posteriori illa altera supra adducta.

24 Et qui in Subdiaconatus ordine † saltim constituti non sunt, similiter vocem non habent in Capitulo, etiamsi id sibi ab aliis libere concedatur, nec fuerint in mora illum suscipiendi, ex *d. Clem. vt ij qui. in princip.* & ibi gloss. & Dd. & decreto Concilij *d.*
25 *cap. 4. sess. 22. de reform.* quod decretum censuit † S. Congregatio, *procedere non modo in omnibus actibus expediendis, qui Capitulariter expediuntur, sed etiam in electionibus, & minus in fundo illum Canonicum vocem habere posse*, & rursus censuit, *neque consultiuam vocem, neque assistentiam, nec sedem in Capitulo habere.*

26 Quamuis Decanus, † seu Archidiaconus, ad quem spectat conuocare Capitulum, & in eo proponere, & resoluere, id possit facere, etiamsi non sit in sacris communis titulus, vt in sequent. declaratione S. Congregationis. *Archidiaconus ad quem de consuetudine Ecclesiæ spectat absente Decano conuocare Capitulum, & in eo proponere, ad resolutiones accipere, id potest, etiamsi non sit in sacris, cum iste sit actus iurisdictionis, qui competit Archidiacono, etiam in sacris non constituto, & ad Decanum non spectat ratione ordinis, sed antiquitatis, & superioritatis.*

27 Vnde in Ecclesiis, in quibus † Decanus absens potest constituere vice-Decanum, vt in Segobien. poterit constituere illum, qui non sit in sacris, ad conuocandum, præsidendum, & resoluendum.

28 In Ecclesiis tamen, † in quibus deficiente Decano, ius conuocandi, præsidendi, & resoluendi spectat ad antiquiorem Capitularem gradatim, vt in hac nostra Ecclesia Abulensi & aliis, non videtur id spectare ad eum, qui non est in sacris, ex quo non intrat, nec potest intrare in Capitulum, & dicta consuetudo videtur intelligi de Capitularibus, qui intrant, seu possunt intrare in Capitulum.

29 Non tamen procedit *d. Clem.* † *vt ij qui.* & decretum Concilij in aliis, quæ extra Capitulum fiunt gloss. *ibi verb. in Capitulo*, & Bonifacius, *numero* 16. &
30 17. *ibi* Card. & sic in Ecclesiis, vbi collatio † spectat ad Canonicum hebdomadarium per turnum, Canonicus etiam in sacris non constitutus, ad effectum conferendi, suam hebdomadam habere debet, & ratione suæ hebdomadæ potest conferre; Rebuffus *de nominatio. quæst. 8. numer.* 6. alias 3. & fuit resolutum in via Romana Beneficiatus S. Petri 26. April. 1591.

31 Et Capitulum † potest committere collationem, vel nominationem Beneficij ad illud pertinentis Canonico, qui non sit in sacris, vt fuit ibi resolutum, & in eadem causa 13. Mai. 1594. coram D. Gipho, & Canonicum, qui non est in sacris, potest optare, si statutum, vel consuetudo non sit in contrarium, *dict. gloss. verb. in Capitulo*, quam Dd. ibi sequuntur, & nouissime Gonçalez *gloss.* 34. *a numer.* 128. Et hæc omnia, † quæ dicta sunt circa carentiam vocis in 32 Capitulo, & quæ fiunt extra Capitulum, de non constitutis in sacris, dicenda etiam erunt similiter de iis, qui intra annum ordinem non suscipiunt requisitum.

Præterea Parochus, † qui ad Sacerdotium promoueri non intendens Parochialem receperit, vt 33 eius fructus per annum percipiat illam postmodum dimissurus, peccat mortaliter cum obligatione restituendi fructus, nisi voluntate mutata promotus fuerit, vt *in dict. cap. commissa. §. cæterum. de election. in 6.*

Circa quam conclusionem † aliqua dubia erunt 34 breuiter examinanda; primum dubium est, an procedat in accipientibus alia Beneficia, quam Ecclesias Parochiales, sine animo assumendi presbyteratum, vel alios ordines eis annexos, verbi gratia Dignitatem, Canonicatum &c. in quo sunt diuersæ sententiæ, alij tenent accipientes huiusmodi Beneficia sine intentione † assumendi ordines illis anne- 35 xos, non teneri ad restitutionem fructuum, nam cum *d. cap. commissa §. cæterum*, sit pœnalis, & odiosa, non debet extendi extra suum casum, præsertim sine rationis identitate, vel maioritate, qualis licet non est *l. interpretatione. ff. de pœnis cap. pœna, de pœnitent. dist. 1. & l. reg. in pœnis, & reg. odia. lib. 6.* Duennas *reg.* 287. *cum aliis*, & facit *d. c. licet canon.* iuncta gloss. *ibi verb. Parochiales, & dict. cap. statutum.* Ita Nauarr. *in man. cap. 25. num. 118. & de oratione cap. 21. num. 51.* Soto *de Iust. & iure lib. 10. quæst. 5. art. 6.* Angles *in floribus Theolog. quæstionum de restitutione, quæstione de restitutione facienda propter negligentiam Ecclesiasticorum 3. difficult. 4. dub.* Lud. Lopez *instructor. conscientiæ, 1. tom. cap.* 256. Eman. Rodriguez *in summ. 1. tom. cap. 30. n. 4. & 6.* Vega *in summ. 1. part. cap. 36. casu 20. ad secundum.* Lud. Carbo. *de restitutione quæst. 61. 2. dicto*, & Card. Toletus *in summ. lib. 5. c. 5. vers. 4.* Io. Gutier. *Cano. q. lib. 2. c. 5. n. 24.* & Th. Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 45. n. 15.*

Addunt tamen † Nauarr. *d. num.* 51. Soto. Ludou. 36 Lopez Eman. Rodr. & Vega *ad tertium ibi* Io. Gutierr. *n.* 25. Th. Sanchez. *n.* 14. istos peccare mortaliter accipiendo illa Beneficia sine intentione assumendi ordines illis annexos, ea ratione, vt inquit ibi Nauarrus, quod qui accipit aliquod munus, debet curare, vt sit habilis ad illud exercendum.

Alij vero tenent istos † non solum peccare mor- 37 taliter, sed etiam teneri ad restitutionem fructuum & in eis procedere *d. cap. commissa. §. cæterum*, pro qua sententia citatur Panorm. *in cap. relatum. de cleric. non resid.* & Gabr. 4. *dist.* 15. *quæst.* 8. *artic.* 3. Mayor. *in 4. dist. 24. quæst.* 11. & Adrianus *in eod. 4. tit. de restitutione. §. pro clariori, vers. pro resp. fine*, & tenet Quintanaduenas *Ecclesiastico lib. 4. num.* 66 & sentit Iacobus de Graffiis *in decisionibus aureis casuum conscientiæ libro 2. cap. 97. numer.* 55. † quæ sententia 38 mihi placet, nam ratio expressa *in d. §. cæterum. ibi, cum eos receperit fraudulenter*, militat etiam in proposito, vt patet. & quando ratio est expressa in lege † etiam pœnali, fit extensio ad alios casus, in quibus 39 vrget eadem ratio *l. cum mulier* 1. & ibi Alexand. per illum textum *ff. soluto matrimon.* Domin. *in cap. si ciuitas. §. 1. in princ. de sententia excommun. in 6. & cons.* 2. *in fin.* Francus *in cap. 1. de temporibus ordination. in 6. num. 7. 6. limitation.* Iason *in l. 1. n. 15. ff. si ius vocati vt*

cau. & in leg. cum quidam. numer. 29. & 30. ff. de liberis & posthum. Decius in reg. factum cuique. §. in pœnultimo, numer. 15. ff. de regulis iuris. Aymon de antiquitate temp. vlt. 4. parte, sectione, videamus modo, numer. 18. & Thom. Sanchez alios referens lib. 2. disputat. 42. num. 4. ex quo satisfit fundamento contrariæ sententiæ.

40 † Præsertim quod dici potest, dict. cap. commissa. §. cæterum, non esse legem pœnalem nouam, vt d. capitulum, licet canon, sed declarationem iuris antiqui, & obligationis instrictæ, quam ratio naturalis videtur inducere ratione fraudis, vt colligitur ex eius verbis ibi, tenebris, & ibi, non eos receperis fraudulenter, immo totum capitulum, commissa, videtur magis declaratio, quam ius nouum.

41 Intelligenda † sane est ista sententia de his, qui non intendentes assumere ordines illis annexos assumunt dicta Beneficia, vt fructus ex eis interim percipiant, illa post modum dimissuri, aut compellantur ordinari, vt in d. §. cæterum, secus vero de his, qui accipiunt dicta Beneficia cum intentione, & proposito, non assumendi sacros ordines debitos, dum eis permissum fuerit, nec cogantur illos assumere, vt sunt aliqui in Ecclesiis Cathedralibus, isti enim, quamuis peccent mortaliter, cum habeant intentionem non obseruandi ius, nec adimplendi suam obligationem, tamen non tenebuntur ad restitutionem fructuum interim perceptorum, licet de facto, quia non fuerunt coacti, nunquam sint promoti, nam eos non receperunt fraudulenter, vt in d. §. cæterum.

42 De accipientibus, † vero Beneficia simplicia, quibus non est annexus sacer ordo, animo quidem satisfaciendi eorum oneribus, sed non ascendendi ad ordinem sacrum, dicendum est, non peccare, nec ad fructuum restitutionem teneri, quia id nullo iure prohibetur, vt recte inquit Nauarr. dict. cap. 25. num. 118. & cons. 1. de Præbend. quem sequuntur Quintanadueñas, & Grassis d. numer. 55. Lud. Lopez d. cap. 256. Eman. Rodriguez d. cap. 30. num. 8. & Vega d. cap. 36. casu 25. & Thom. Sanchez d. disp. 45. num. 7.

43 Quod etiam eadem ratione † erit dicendum de accipientibus huiusmodi Beneficia simplicia animo transeundi ad statum coniugalem, nempe non teneri ad restitutionem fructuum, nec peccare, modo interim velint viuere Clericaliter, & debitum officium præstare, vt recte docet Nauarr. d. cap. 21. de oratione, n. 52.

44 Quamuis peccare mortaliter † teneat Soto d. artic. 6. quem sequitur Toletus supra, & videntur tenere Flam. Paris. de resign. lib. 4. q. 11. numer. 42. & Io. Gutierr. supra n. 26. & peccare venialiter Tho. Sanchez num. 19.

45 Et quamuis idem † Nauarr. inferius Miscellanea 44. num. 2. alias Miscell. 49. num. 205. dicat se & Sotum conciliari posse intelligendo opinionem Soti de illis, qui animo absoluto mutandi sic statum Clericalem in coniugalem accipiunt Beneficia, suam vero de illis, qui non certo, & absoluto animo mutandi, sed conditionali, si aliquid suo proposito conuenientius superueniat, id faciunt, cum proposito tamen actuali, vel virtuali faciendi omnia, quæ Beneficium de præcepto requirit, dum illud tenuerint, existimo tamen non peccare etiam si animo absolute id faciant.

46 Secundum dubium est, † an decisio d. §. cæterum, procedat in eo, qui capit Beneficium, sine proposito absoluto assumendi Sacerdotium, sed hæsitans, & cum animo dubio, aut cum proposito conditionali assumendi Sacerdotium, nisi aliud conuenientius sibi offeratur, vel nisi frater eius primogenitus obierit sine liberis? in quo Soto supra, tenet affirmatiue, quoniam, cum text. ait, † non intendens, absolutam 47 intentionem exposcit, & qui absolute percipit fructus, absolutam debet habere intentionem, alioquin fraudulenter, vt ait textus, eos recipit. Sequitur Io. Gutier. supra n. 22.

Contrarium, tamen, nempe talem nec peccare, nec teneri ad restitutionem fructuum, tenet † Nau. 48 d. c. 25. n. 118. & d. c. 21. n. 45. & cons. 17. de Cleric. non resid. quia illa verba, non intendens, intelligenda sunt de illo, qui accipit Beneficium cum animo, & intentione non se promouendi, vt colligitur ex verbis sequentibus ibi, nisi voluntate mutata promotus fueris, tum quia, vt ibi notant Dd. ille text. expresse loquitur de illo, qui fraudulenter accipit Beneficium vt lucretur fructus anni dati, ad se promouendum, quod non verificatur in assumente illud animo dubio, aut conditionali, qui reuera non committit fraudem, & sic cessat ratio illius textus. sequitur Grassis supra n. 55.

Et ita tenendum est, † quamuis Lud. Lopez supra c. 255. quem sequuntur Eman. Rodriguez d. cap. 30. n. 8. & Vega d. casu 25. media via incedat tenendo cum Soto in eo, qui dubio animo Beneficium accipit, & cum Nauarro in eo, qui animo conditionali illud accipit, quod etiam tenet Th. Sanchez supra n. 10. sic intelligens Nauarrum. 49

Tertium dubium est, an accipiens Beneficium animo † non assumendi Sacerdotium, teneatur restituere fructus perceptos durante tali animo, etiamsi postea illo mutato, promotus sit in tempore? 50

Et dicendum est, non teneri, vt clare ait ille textus ibi, † nisi voluntate mutata promotus fueris, & sentiunt ibi Doct. & contra Sotum supra recte tenet Nauarr. d. cap. 21. num. 46. & 50. Silues. versicul. Beneficium 3. num. 5. Ludouic. Lopez dict. cap. 255. & Eman. Rodriguez d. cap. 30. numer. 6. & Th. Sanchez supra numer. 7. & 9. Vazquez 12. tom. 2. disputat. 160. numer. 35. 51

Quartum dubium est, † an is, qui à principio bono animo se promouendi accepit Beneficium, & postea illo mutato, retinet illud, teneatur ad restituendos fructus perceptos post eum mutatum? nam de perceptis durante bono animo certum est, non teneri. 52

In quo glossa in dict. §. cæterum, vers. non intendens, docet teneri, † quia eadem ratio est de retentione, ac receptione, sequitur Soto dict. art. 6. & Angles supra 6. dubio, qui ait ad fructus interim perceptos restituendos obligari, deducto tamen stipendio, quod Vicario dedit, quia tunc fuit per Vicarium verus minister, vt Gabriel docet, sequuntur etiam Carbo. & Grassis num. 54. vbi supra, & Ioan. Gutierrez, num. 23. 53

Contrarium tamen tenet Nauarr. d. cap. 25. num. 118. & dict. cap. 21. num. 50. cui accedunt Ludou. Lopez d. cap. 255. Eman. Rodriguez d. cap. 30. num. 8. & Vega † dict. casu 23. & Thom. Sanchez num. 21. quia textus ille solum loquitur de accipiente, & non est par ratio, cum longe magis peccet qui ab initio fraudulenter accipit Beneficium animo non se promouendi, quam, qui postea animo mutato illud retinet, nam ille grandem fraudem, & dolum committit, hic autem nullum, vel certe non tantum, quod maiori 54

iori ratione ait nu. 118. d. c. 25. qui non mutauit, sed de mutando dubitare cœpit.

Mihi verior videtur sententia glossæ, nam non 55 potest negari peccare † mortaliter, & cum fraude retinere Beneficium, & fructus illius percipere iniustum, qui mutato animo cum proposito non se promouendi, illud retinet ad lucrandos fructus residui temporis. Nec videtur deducendum stipendium, quod deducit Vicario, vt ait Angles, nam cum malo titulo, & mala Fide illos fructus percipiat, nec 56 eos faciat suos, nihil videtur deducendum, † sed sibi imputet, & facit, quod dicitur infra 7. part. capit. 13. num. 100.

57 Secundum dubium est, an decisio dict. §. cæterum, procedat in eo, † qui accipit Beneficium cum proposito non se promouendi, nec tamen ad finem, & effectum lucrandi fructus eius, sed ob alios fines, seu motiua? nam videbatur non procedere, quia loquitur de eo, qui sic accipit Beneficium, vt fructus ex eo per annum percipiat.

Nihilominus etiam in eo procedere verius existimo, † nam etiam is fraudem committit, & ita videntur sentire ibi Francus, n. 2. & alij, Carbo. I. & Dd. supra allegati. 58

Sextum dubium est, cui sit facienda restitutio istorum fructuum? † Et dicendum videtur, restituendos esse fabricæ, vel pauperibus, vt de fructibus amissis ob nō recitationem horarum dicitur. Nisi in Canonicatibus, & aliis Beneficiis habentibus fructus in mensa Capitulari, qui videntur ad Capitulum spectare, vt alias dicitur capitul. præcedenti numero quarto. 59

QVARTA PARS, DE MODIS PROVIDENDI, ET DISPONENDI DE BENEFICIIS, EAQVE ACQVIRENDI.

CAP. I.

De Collatione, Electione & Præsentatione.

SVMMARIA.

De Beneficiis variis modis prouidetur, & variis modis acquiruntur num. 1. sed tres potissimum modi, sub quibus alij continentur, collatio, electio, & præsentatio, nu. 2.

Collatio, quid sit, numero tertio. & quid sit institutio quæ sub ea comprehenditur, numer. 4.

Collatio est duplex, necessaria, & voluntaria, & quæ vtraque sit, n. 5.

Electio, quid sit num. 6. ad quam reducitur postulatio, & quid illa sit n. 7. & 8.

Electioni, & postulationi coniuncta est nominatio, quæ est duplex, n. 9. & 10.

Materia electionis, & postulationis parum est in vsu, nec est practicabilis, n. 11.

De materia electionis quæ videri possint, n. 12. & de materia postulationis n. 13.

De electione monialium, qui sint, vide n. 14.

Præsentatio quid sit, n. 15.

Præsentari debet Clericus, exhiberi, & offerri Episcopo, nec de absente fit præsentatio, nisi cognita esset Episcopo qualitas absentis, numer. 16. nec valet consuetud. in contrarium, num. 17.

Licet Ordinarius non teneatur admittere præsentationem illius, qui non se personaliter exhiberet, tamen si causa admiserit, valet præsentatio, etiamsi non esset notus, n. 18. & ita potest saluari practica hodierna, numer. 19.

Quamuis absens ita notus ordinario, vt non indigeat examinatione, & velit possit præsentari, tamen Ordinarius, licet possit, non tenetur admittere præsentationem, n. 20.

Vbi sit præsentatio de absente vltra admissionem Ordinarij requiritur acceptatio præsentati infra tempus dictum ad præsentandum n. 21.

Vbi examinatio requiritur pro forma, seu aliàs, est omnino necessaria, quæ prætermitti non potest, quantumuis præsentatus sit notus n. 22.

Resolutio Rotæ, ex qua dicta comprobantur, numero vigesimotertio.

Difficultas contra praxim hodiernam, quod nunquam solent præsentati corporaliter exhiberi, quæ non videtur posse saluari ex ratione tacta, num. 18. Cum hodie ex Concilio requiratur examen pro forma in præsentatis, non solum ad Beneficia curata, sed etiam simplicia iuris patron. Eccles. n. 24.

Respondetur, quod examē non requiritur pro forma præsentationis, sed institutionis n. 25.

Ad præsentationem reducitur nominatio Vicarij, numero 26.

De nominationibus Vniuersitatum ad Beneficia, quæ in Gallia fuit, qui agunt, n. 27.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cau. & in leg. cum quidam. numer. 29. & 30. ff. de liberis & posthum. Decius in reg. falsam causam. §. in poenultibus, numer. 15. ff. de regulis iuris. Aymon de antiquitate temp. rit. 4. parte, sectione, videamus modo, numer. 18. & Thom. Sanchez alios referens lib. 2. disputat. 42. num. 4. ex quo satisfit fundamento contrariæ senten-
40 tiæ. † Præsertim quod dici potest, dict. cap. commissa. §. caeterum, non esse legem poenalem nouam, vt d. capitulum, licet canon, sed declarationem iuris antiqui, & obligationis instrictæ, quam ratio naturalis videtur inducere ratione fraudis, vt colligitur ex eius verbis ibi, tenebris, & ibi, non eos receperit fraudulenter, immo totum capitulum, commissa, videtur magis declaratio, quam ius nouum.

41 Intelligenda † sane est ista sententia de his, qui non intendentes assumere ordines illis annexos assumunt dicta Beneficia, vt fructus ex eis interim percipiant, illa post modum dimissuri, aut compellantur ordinari, vt in d. §. caeterum, secus vero de his, qui accipiunt dicta Beneficia cum intentione, & proposito, non assumendi sacros ordines debitos, dum eis permissum fuerit, nec cogantur illos assumere, vt sunt aliqui in Ecclesiis Cathedralibus, isti enim, quamuis peccent mortaliter, cum habeant intentionem non obseruandi ius, nec adimplendi suam obligationem, tamen non tenebuntur ad restitutionem fructuum interim perceptorum, licet de facto, quia non fuerunt coacti, numquam sint promoti, nam eos non receperunt fraudulenter, vt in d. §. caeterum.

42 De accipientibus, † vero Beneficia simplicia, quibus non est annexus sacer ordo, animo quidem satisfaciendi eorum oneribus, sed non ascendendi ad ordinem sacrum, dicendum est, non peccare, nec ad fructuum restitutionem teneri, quia id nullo iure prohibetur, vt recte inquit Nauarr. dict. cap. 25. num. 118. & cons. 1. de Praebend. quem sequuntur Quintanadueñas, & Grassiis d. numer. 55. Lud. Lopez d. cap. 256. Eman. Rodriguez d. cap. 30. num. 8. & Vega d. cap. 36. casu 25. & Thom. Sanchez d. disp. 45 num. 7.

43 Quod etiam eadem ratione † erit dicendum de accipientibus huiusmodi Beneficia simplicia animo transeundi ad statum coniugalem, nempe non teneri ad restitutionem fructuum, nec peccare, modo interim velint viuere Clericaliter, & debitum officium praestare, vt recte docet Nauarr. d. cap. 21. de oratione, n. 52.

44 Quamuis peccare mortaliter † teneat Soto d. artic. 6. quem sequitur Toletus supra, & videntur tenere Flam. Parif. de resign. lib. 4. q. 11. numer. 42. & Io. Gutierr. supra n. 26. & peccare venialiter Tho. Sanchez num. 19.

45 Et quamuis idem † Nauarr. inferius Miscellanea 44. num. 2. alias Miscell. 49. num. 205. dicat se & Sotum conciliari posse intelligendo opinionem Soti de illis, qui animo absoluto mutandi sic statum Clericalem in coniugalem accipiunt Beneficia, suam vero de illis, qui non certo, & absoluto animo mutandi, sed conditionali, si aliquid suo proposito conuenientius superueniat, id faciunt, cum proposito tamen actuali, vel virtuali faciendi omnia, quae Beneficium de praecepto requirit, dum illud tenuerint, existimo tamen non peccare etiam si animo absolute id faciant.

46 Secundum dubium est, † an decisio d. §. caeterum, procedat in eo, qui capit Beneficium, sine proposito absoluto assumendi Sacerdotium, sed haesitans, & cum animo dubio, aut cum proposito conditionali assumendi Sacerdotium, nisi aliud conuenientius sibi offeratur, vel nisi frater eius primogenitus obierit sine liberis? in quo Soto supra, tenet affirmatiue, quoniam, cum text. ait, † non intendens, absolutam 47
intentionem exposcit, & qui absolute percipit fructus, absolutam debet habere intentionem, alioquin fraudulenter, vt ait textus, eos recipit Sequitur Io. Gutier. supra n. 22.

Contrarium, tamen, nempe talem nec peccare, nec teneri ad restitutionem fructuum, tenet † Nau. 48
d. c. 25. n. 118. & d. c. 21. n. 45. & cons. 17. de Cleric. non resid. quia illa verba, non intendens, intelligenda sunt de illo, qui accipit Beneficium cum animo, & intentione non se promouendi, vt colligitur ex verbis sequentibus ibi, nisi voluntate mutata promotus fueris, tum quia, vt ibi notant Dd. ille text. expresse loquitur de illo, qui fraudulenter accipit Beneficium vt lucretur fructus anni dati, ad se promouendum, quod non verificatur in assumente illud animo dubio, aut conditionali, qui reuera non committit fraudem, & sic cessat ratio illius textus. sequitur Grassiis supra n. 55.

Et ita tenendum est, † quamuis Lud. Lopez supra c. 255. quem sequuntur Eman. Rodriguez d. cap. 49
30. n. 8. & Vega d. casu 25. media via incedat tenendo cum Soto in eo, qui dubio animo Beneficium accipit, & cum Nauarro in eo, qui animo conditionali illud accipit, quod etiam tenet Th. Sanchez supra n. 10. sic intelligens Nauarrum.

Tertium dubium est, an accipiens Beneficium animo † non assumendi Sacerdotium, teneatur re- 50
stituere fructus perceptos durante tali animo, etiamsi postea illo mutato, promotus sit in tempore?

Et dicendum est, non teneri, vt clare ait ille textus ibi, † nisi voluntate mutata promotus fueris, & sen- 51
tiunt ibi Doct. & contra Sotum supra recte tenet Nauarr. d. cap. 21. num. 46. & 50. Silues. versicul. Beneficium 3. num. 5. Ludouic. Lopez dict. cap. 255. & Eman. Rodriguez d. cap. 30. numer. 6. & Th. Sanchez supra numer. 7. & 9. Vazquez 12. tom. 2. disputat. 160. numer. 35.

Quartum dubium est, † an is, qui à principio 52
bono animo se promouendi accepit Beneficium, & postea illo mutato, retinet illud, teneatur ad restituendos fructus perceptos post eum mutatum? nam de perceptis durante bono animo certum est, non teneri.

In quo glossa in dict. §. caeterum. vers. non intendens. docet teneri, † quia eadem ratio est de reten- 53
tione, ac receptione, sequitur Soto dict. art. 6. & Angles supra 6. dubio, qui ait ad fructus interim perceptos restituendos obligari, deducto tamen stipendio, quod Vicario dedit, quia tunc fuit per Vicarium verus minister, vt Gabriel docet, sequuntur etiam Carbo. & Grassiis num. 54. vbi supra, & Ioan. Gutierrez, num. 23.

Contrarium tamen tenet Nauarr. d. cap. 25. num. 54
118. & dict. cap. 21. num. 50. cui accedunt Ludou. Lopez d. cap. 255. Eman. Rodriguez d. cap. 30. num. 8. & Vega † dict. casu 23. & Thom. Sanchez num. 21. quia textus ille solum loquitur de accipiente, & non est par ratio, cum longe magis peccet qui ab initio fraudulenter accipit Beneficium animo non se promouendi, quam, qui postea animo mutato illud retinet, nam ille grandem fraudem, & dolum committit, hic autem nullum, vel certe non tantum, quod maiori

iori ratione ait num. 118. d. c. 25. qui non mutauit, sed de mutando dubitare coepit.

Mihi verior videtur sententia glossae, nam non
55 potest negari peccare † mortaliter, & cum fraude retinere Beneficium, & fructus illius percipere iniustum, qui mutato animo cum proposito non se promouendi, illud retinet ad lucrandos fructus residui temporis. Nec videtur deducendum stipendium, quod deducit Vicario, vt ait Angles, nam cum malo titulo, & mala Fide illos fructus percipiat, nec
56 eos faciat suos, nihil videtur deducendum, † sed sibi imputet, & facit, quod dicitur infra 7. part. capit. 13. num. 100.

Secundum dubium est, an decisio dict. §. caeterum,
57 procedat in eo, † qui accipit Beneficium cum proposito non se promouendi, nec tamen ad finem, & effectum lucrandi fructus eius, sed ob alios fines, seu motiua? nam videbatur non procedere, quia loquitur de eo, qui sic accipit Beneficium, vt fructus ex eo per annum percipiat.

Nihilominus etiam in eo procedere verius existimo, † nam etiam is fraudem committit, & ita viden- 58
tur sentire ibi Francus, n. 2. & alij, Carbo. I. & Dd. supra allegati.

Sextum dubium est, cui sit facienda restitutio istorum fructuum? † Et dicendum videtur, restituen- 59
dos esse fabricae, vel pauperibus, vt de fructibus amissis ob nō recitationem horarum dicitur. Nisi in Canonicatibus, & aliis Beneficiis habentibus fructus in mensa Capitulari, qui videntur ad Capitulum spectare, vt alias dicitur capitul. praecedenti numero quarto.

QVARTA PARS, DE MODIS PROVIDENDI, ET DISPONENDI DE BENEFICIIS, EAQVE ACQVIRENDI.

CAP. I.

De Collatione, Electione & Praesentatione.

SVMMARIA.

1 *DE Beneficiis variis modis prouidetur, & variis modis acquiruntur num. 1. sed tres potissimum modi, sub quibus alij continentur, collatio, electio, & praesentatio, nu. 2.*

Collatio, quid sit, numero tertio. & quid sit institutio quae sub ea comprehenditur, numer. 4.

Collatio est duplex, necessaria, & voluntaria, & quae vtraque sit, n. 5.

Electio, quid sit num. 6. ad quam reducitur postulatio, & quid illa sit n. 7. & 8.

Electioni, & postulationi coniuncta est nominatio, quae est duplex, n. 9. & 10.

Materia electionis, & postulationis parum est in vsu, nec est practicabilis, n. 11.

De materia electionis quae videri possint, n. 12. & de materia postulationis n. 13.

De electione monialium, quae sint, vide n. 14.

Praesentatio quid sit, n. 15.

Praesentatus debet Clericus, exhiberi, & offerri Episcopo, nec de absente fit praesentatio, nisi cognita esset Episcopo qualitas absentis, numer. 16. nec valet consuetud. in contrarium, num. 17.

Licet Ordinarius non teneatur, admittere praesentationem illius, qui non se personaliter exhiberet, tamen si causa admiserit, valet praesentatio, etiamsi non esset notus, n. 18. & ita potest saluari practica hodierna, numer. 19.

Quamuis absens ita notus ordinario, vt non indigeat examinatione, & relle possit praesentari, tamen Ordinarius, licet possit, non tenetur admittere praesentationem, n. 20.

Vbi fit praesentatio de absente vltra admissionem Ordinarij requiritur acceptatio praesentati infra tempus dictum ad praesentandum n. 21.

Vbi examinatio requiritur pro forma, seu aliàs, est omnino necessaria, & praetermitti non potest, quantumuis praesentatus sit notus n. 22.

Resolutio Rotae, ex qua dicta comprobantur, numero vigesimotertio.

Difficultas contra praxim hodiernam, quod nunquam solent praesentati corporaliter exhiberi, quae non videtur posse saluari ex ratione tacta, num. 18. Cum hodie ex Concilio requiratur examen pro forma in praesentatis, non solum ad Beneficia curata, sed etiam simplicia iuris patron. Eccles. n. 24.

Respondetur, quod examē non requiritur pro forma praesentationis, sed institutionis n. 25.

Ad praesentationem reducitur nominatio Vicarij, numero 26.

De nominationibus Vniuersitatum ad Beneficia, quae in Gallia fuit, quae agunt, n. 27.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1 DE Beneficiis variis modis prouidetur variisque modis Beneficia † acquiruntur, de quibus Staphil. de literis gratiæ, titulo de modis, prouisiõis, Selua *de Benef. 3 part. quæst. 1.* Corras. *4. part. capit. 1.* Lambert. *de iure Patron. 1. part. 2. lib. quæst. 1. num. 12.* Peckius *in reg. Beneficium, lib. 6. num. 12.* Quintanaduenas *Eccles. lib. 1. cap. 7.* & prosequitur Rebuffus, *in praxi à titul. quibus modis Beneficia acquirantur, numer. 17. cum seqq.* & Duarenus *de Benefic. libro 5. per totum.*

2 Sed tres potissimum modi, † sub quibus alij continentur, nempe collatio, electio, & præsentatio.

3 Collatio autem est donatio, concessio, seu assignatio Beneficij † vacantis facta ab habente potestatem, vt ab Ordinario, Papa, legato, Capitulo &c. Staphil. supra *num. 15.* & Lamber. *num. 19.* Rebuffus *in concord. tit. de collationibus in Rubrica, vers. 7. præ assignatione.* Corras. *d. c. 1. num. 2.* Vgolin. *de censuris tabula. 2. §. 11. §. 2. num. 3.* & Zechus *de Benef. & pensio. cap. 5. num. 1.* & post hæc Gonçalez *ad regul. mensium glossa 16. numer. 8.*

Sub qua comprehenditur institutio, quæ est quæ-
4 dam collatio † Beneficij, licet non libera, facta præsentato per patronum Abb. *in cap. ex frequentibus de institu. num. 7. & in cap. 2. ne Sede vacante,* & ibi Dd. *& in cap. vnico de institu. in 6.* Rebuff. *in praxi tit. de collatione num. 1.* qui ait, quod collatio est duplex, necessa-
5 ria, & voluntaria, † & necessaria est, quam collator facere tenetur, vt dicemus infra *5. parte cap. 7. à n. 73.* & voluntaria, quæ ex voluntate, & libere fit, & vide dicta *1. pa. vlt. à n. 32.*

6 Electio est ad Prælaturam, † seu Dignitatem vacantem alicuius personæ à Collegio facta operæ pretio superiore confirmanda iuxta ea, quæ diximus supra *1. p. c. 6. à n. 15.*

7 Ad quam † perducitur postulatio, quæ fit de eo, qui propter aliquod impedimentum, seu defectum V. G. natalium, ætatis, vel Ordinum &c. eligi non potest. Est enim postulatio supplex Collegij peti-
8 tio facta Superiori, † vt certam personam ad Ecclesiam, seu Dignitatem vacantem non obstante defectu, quem patitur, admittat, Abb. *in cap. 1. de postulat. Prælat. num. 34.* Corras. *4. part. c. 2. n. 2.* & Cuchus *in institution. Maioribus, libro 4. titul. 2. numero 1. cum aliis.*

Electioni etiam coniuncta, & postulationi si-
9 milis nominatio, † quæ ab electoribus fit, nempe cum Collegium duos, vel plures nominat Superiori supplicans, vt vnum ex eis Ecclesiæ præficere velit, quæ dicitur nominatio solemnis, ad dif-
10 ferentiam alterius nominationis simplicis, † quæ ab electuris fit per modum tractatus, & conferentiæ. Corras. *d. 4. part. c. 4. n. 1. & 2.* & Cuchus *d. tit. 2. num. 55. & 56.*

Sed quia materia electionis & postulationis iam
11 parum est incessu, † nec his temporibus est practicabilis, cum tit. de electione ab aula recesserit, vt inquit Lamber. *1. p. 2. lib. q. 7. art. 20. n. 6. in fine.* Mandos. *reg. 2. Cancell. in præfatione, n. 3.* maxime in Hispania, non est opus in ea immorari.

12 Et de materia † electionis videri possunt *titul. de electione in decretal.* & in Clement. & ibi Dd. Host. *in summa eodem titul.* & special. *lib. 4. eodem.* P. de Baytio *in directorio electionum*, & Gulier. de Mandagoto *in tract. de election. nouor. Prælatorum*, cum additio. Boerij, & Matthæi Borss. Missellanea in materia electionis, & Fleniringus Goaden de forma, & modo eligendi nouum prælatum, qui habentur *tomo 15. part. 1. tractat. nouorum*, Bertachi. *in tractat. de Episcopo*, Cosmas *in pragmatica sanctione titul. de election.* Rebuffus *ibi in concordat. tit. de electionum derogatione & titul. de Regia ad Prælaturas nominatione. §. vltim. verb. ad electionem, & verb. possint, & in praxi tit. de election.* Corras. *4. part. cap. 3.* Ioann. Nicol. Gimon. *in Enchiridio Benef. titul. 1. cap. 6.* Duarenus *libro 5. capit. 1.* Cuchus, *dict. lib. 4. titul. 1.* Zechus *de Benefic. & pension. cap.* Syluester, & alij summistæ *verb. electio.*

Et de materia † postulationis videri possunt ordinarij *in tit. de postulation. Prælatorum*, Hostiensis, *in summa tit. de postulatione.* Specul. *libro 4. eodem titulo*, Mandagotus *in d. tract. 1. part. ex capit. 53.* Corras. *d. 4. part. cap. 2.* Duarenus *lib. 5. c. 2.* Cuchus *d. tit. 2.* Zechus *supra, c. 6.* Syluester, & alij, summistæ se verbo, *postulatio.* 13

De electione autem Monialium, † quæ est magis practicabilis, non tamen pertinet ad nostrum tractatum *de Beneficiis*, vide *cap. indemnitatibus, de election. in 6.* & Concilium Tridentinum *sessione 25. de regularib. cap. 7.* Cosmam *d. tit. de election. §. & cum humane verb. Abbatis.* Cuchum *d. tit. 1. à n. 264.* Zerola *in praxi Episcopali verb. Abbatissa.* 14

Præsentatio vero, † est quædam exhibitio personæ per Patronum Episcopo, vel alteri, ad quem institutio pertinet, legitime facta, vt per Abbatem *in c. ea noscitur, de his quæ fiunt à Prælatis.* Rochus, *de iure Patron. in princ. q. 3.* Rebuff. *in concordatis tit. de collatio. §. præfatique Ordinarij, verb. præsentationem, & in praxi, tit. de præsentatione, n. 3.* 15

Ex qua diffinitione quod præsentari debet Clericus Episcopo, hoc est ipso Episcopo exhiberi, & 16
offerri, nec de absente iure fit præsentatio, nisi forte, perspecta esset, & cognita Episcopo qualitas absentis. Abbas *ibi, & in cap. cum parati, de appellation. & cons. 76. 2. part.* Rochus *verb. honorificum quæst. 6. numer. 27.* late Lambert. *1. parte 2. libro quæstion. 11.* Corras. *4. part. cap. vltim. num. 18.* Zerola *verb. ius Patron. §. 7.* & Rota *decision. 185. ad finem 2. part. diuersorum.*

Et adeo verum est † de iure absentem non notum 17
præsentari non posse, quod non valeret consuetudo in contrarium secundum Abbatem *d. cons. 76. n. 2.* & Lamber. *d. q. 11. art. 2.*

Sed, licet Ordinarius † non teneatur admittere 18
præsentationem illius, qui non se personaliter exhiberet, tamen, si eam admiserit, valet præsentatio, etiamsi non esset notus, Abb. *d. cons. 76.* Rochus *supra vers. item aduerte*, Lamber. *d. q. 11. art. 4.* Quamuis contrarium vellet Beroius, *cons. 87. n. 8. vol. 1.* † & 19
ita potest saluari practica hodierna, nam nunquam solent præsentati corporaliter exhiberi tempore præsentationis.

Rursus è conuerso, † Quamuis absens ita notus 20
Ordinario, vt non indigeat examinatione, recte possit præsentari, tamen Ordinarius, licet possit, non tenetur admittere præsentationem de eo, maxime, si eius idoneitas non sit notoria, id enim est in sua facultate, vt tenet Rota in Regien. Prioratus, de qua infra *n. 23.*

Præterea vbi fit præsentatio † de absente vltra 21
admissionem Ordinarij, requiritur acceptatio præsentati infra tempus datum ad præsentandum, vt præsentatio sit perfecta, & completa per se, vel per Procuratorem habentem speciale mandatum ad acceptandum Beneficium in specie, vel in genere. Lambert. *d. quæst. var. 5. & 2. part. 2. libr. quæstion. 5. art. 2.*

art. 2. nu. 2. Quamuis contrarium teneat Rochus *supra n. 67.*

22 Tandem aduertendum † est, quod vbi examinatio requiritur pro forma, seu alias, est omnino necessaria, illa prætermitti non potest, quantumuis præsentatus sit notus. Lamber. *d. q. art. 3. & fin.* & dicetur infra *6. part. c. 2. à n. 175.*

23 Quæ omnia confirmantur, † & comprobantur ex resolutione facta in causa Regien. Prioratus 26. Iunij, & 24. Decemb. 1587. Coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum *præsentationem factam de absente non valere, ex Abbate dict. cap. ea noscitur, vt fuit dictum in vna Calagurritana Beneficij coram D. Orano, licet possit sustineri facta de absente etiam in vltimo die, seu intra quadrimestre, vbi est taliter notus habens instituere, vt examinari non egeat, ex Lambert.* dict. quæstion. 11. art. 3. *& coram D. Alderano 26. May 1581. in vna alterna, Benefic. quæ est* d. decisione 185. *Rochus* verbo, honorificum, nu. 27. *hoc tamen procedere data acceptatione præsentati infra tempus datum ad præsentandum, & continuo factum per literas, vel procuratorem, quod sufficit. Lambert.* dict. articul. vltim. *quia acceptatio requiritur intra quadrimestre, tanquam pars præsentationis, & ante illam præsentatio non est perfecta, Lambert.* dict. art. 2. numer. 2. *& data etiam admissione Ordinarij, Abbas* d. cons. 75. numer. 2. *Lambertum* dict. quæstion. 11. art. 4. *Qua tamen notitia non sufficit, vbi examinatio est omnino necessaria, vt in Parochialibus, & vbi datur concursus præsentatorum, vt fuit dictum in vna Asturicen. Parochialis, coram d. Gipsio* 11. *May 1587. Lamber.* d. q. 11. art. 4. numer. 5. & 9. *nec literæ impedire acceptationem præsentationis, &c.*

24 Sed modo succedit † difficultas contra dict. praxim hodiernam, quod nunquam solent præsentati corporaliter exhiberi tempore præsentationis, quæ praxis non videtur posse ea ratione tacta omnino saluari, cum hodie ex Sacro Concilio Trident. requiratur examinatio pro forma, non solum in præsentatis ad Parochiales Iuris Patronatus laicorum, ex *cap. 18. sessione 24. de reform.* vt dicetur infra *9. part. cap. 2. num. 153.* sed etiam in præsentatis ad Beneficia simplicia iuris Patronatus Ecclesiæ ex *cap. 18. sessione 7. de reform.* vt dicetur *d. 9. par. cap. 4. num. 5.* & sic in eis non potest examinatio prætermitti, & consequenter non valebit præsentatio facta de absente, qui non se corporaliter exhibet, vt examinari possit, quamuis Ordinarius eam admittat, ex Lamberto *dict. quæstion. 11. artic. 3. &* [illegible] *2.*

25 Nihilominus, † dicendum videtur valere præsentationem admissam per Ordinarium de absente, qui non se corporaliter exhibet, quamuis examinatio requiratur omnino, & pro forma, nam examinatio requiritur ad institutionem, & pro forma institut. & aut facta sine priuio examine non valeat, non tamen requiritur pro forma præsentationis, ita vt in ipsa præsentatione requiratur examen, seu præsentia corporalis præsentati, si eam non petit Ordinarius, qui potest præsentatum postea ad examen vocare antequam eum instituat, & sic recte saluatur d. praxis in quibuscunque Beneficiis.

26 Ad præsentationem † reducitur nominatio Vicarij facta per eos, in quorum Ecclesiis vnitis ponitur, quæ etiam præsentatio dici potest, & solet de quo infra, *dict. cap. 2. 9. partis.* [illegible] *à n. 185.*

27 De nominationibus † autem Vnitistarum ad Beneficia vacantia, quæ in Gallia sitat, sufficiet lectorem remittere ad Doctores Gallos. Cosmam *in pragmatica tit. de collatio.* Rebuffum latissime in proprio *tract. de nominatio. & in repert. c. 2. de concess. Præbend. in materia nominationum, & in concordat. titul. de collationibus.* Corras. *4. cap. 4. num. 7.* Seluam *3. parte quæst. 2. num. 13.* Gimon. *tit. 4. cap. 5.* Duarenum *libro 5. cap. 13.*

CAP. II.

De modis, quibus acquiritur ius in re in Beneficio.

SVMMARIA.

IVs in re in Beneficio acquiritur per collationem acceptatam etiam ante possessionem, n. 1.

Per collationem secuta acceptatione, sine possessione, expirat reseruatio, n. 2.

Ius in re acquiritur per institutionem præsentati, consummationem electi, & admissionem postulationis, numero 3.

An habens ius in re, & canonicum titulum Beneficij possit possessionem illius apprehendere propria authoritate, n. 4. cum seqq. referuntur sententiæ Doctorum, & resoluitur posse, si est vacans.

An ex sola supplicatione seu signatura, literis non expeditis, acquiratur ius in re, & ex ea possit capi possessio? numero 10. resoluitur ex ea acquiri ius in re, & titulum, & ex ea gratiam esse perfectam, numero 11.

Narrandum est in gratia ius alterius ex supplicatione competens, num. 12. & conuincitur doctrina Zerolæ, numer. 13.

Vacat Beneficium per mortem impetrantis, qui signata supplicat. decessit, & non vt prius, n. 14.

Per prouisionem factam cum sola supplicatione expirat reseruatio, n. 15. si supplicatio est registrata, n. 16. & quando est signata in forma gratiosa, secus in forma commissaria, n. 17.

Cancellaria, & Camera tenet Beneficium nõ vacare per obitum, seu resignationem habentis solam supplicationem signatam etiam in forma gratiosa, sed vt prius cui erit standum, n. 18.

Supposito quod Beneficium vacet per obitum habentis solam signaturam, an impetranti per eius obitum ad communicationem sue gratiæ sufficiat ostendere supplicationem prædecessoris, & eam iustificare, an vero opus sit expedire literas super illa? numero 19. cum sequentibus, resoluitur sufficere ostendere supplicationem.

Pro possessore sola supplicatio iuris proprij, vel 3. exclusiua iuris agentis valet ad obtinendam absolutoriam numero 23.

Supplicatio non probat gratiam, vbi agitur ad illius communicationem secus in absolutoria, & in possessorio, & vbi non agitur de communicanda supplicatione, n. 24. resolutio Rotæ, n. 25.

Extrauagans 33. Iulij 3. ad fin. explicatur contra Mandos. procedere quoad apprehensionem possessionis, numer. 26. & 27.

Dispensatio est perfecta, & habet effectum ex sola signatura, n. 28. resolutio Rotæ, n. 29.

Reg. 53. quod dispensatio non suffragetur, nisi literis expeditis, non habet locum in foro conscientiæ. n. 30. sed cum iam à tempore Pij V. dicatur, in iudicio vel extra *forum valet, n. 31.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Absolutio à suspensione, seu alia censura sine literarum expeditione valet in foro conscientiæ, n.32.

D. Regul. Cancellariæ non procedit in dispensatione concessa accessorie simul cum prouisione, seu alia concessione, super quibus erant expeditæ literæ, numero 33.

Pensio an salua conscientia exigi, recipi, & solui possit, literis non expeditis, non stante clausula, quod sola signatura sufficiat, nu. 34. cum seqq. resoluitur affirmat. contra Hier. Paulum, licet non possit cogi ad solutionem per iudicem.

In foro conscientiæ, vt quis sit tutus, sola supplicatio gratiæ sufficit.

Hodie stante clausula in supplicatione pensionis vigore literarũ desuper expeditarum, nec alias persoluenda *dicendum est, ante literarum expeditionem nõ posse exigi, nec solui pens. nec ad eius executionẽ procedi, etiam stante titularis consensu & obligatione in forma Cameræ, n. 36. & 40.*

Quod magis procedit ex clausula apponi solita à tempore Sixti V. quæ est magis stricta, cui renuntiari non potest etiam per ambas partes, nu. 41. ex qua pensio est nulla si ante literarum expeditionem exigatur, numero 42.

Hodie à tempore Clementis d. clausula apponitur magis stricte, n. 43. ex qua hodie non solum pensio non debet solui, literis non expeditis, sed etiam illæ debent expediri infra nouem menses, n. 44.

Pactio de soluendo pensionem, literis non expeditis, non est confidentialis, est tamen simoniaca, maxime stante clausula, quod literis non expeditis reseruatio sit nulla, ex qua etiam est confidentialis, n. 45.

Ex sola supplicatione, seu signatura poterat iure capi possessio, n. 46. secus tamen hodie, ex constitutione 33. Iulij III. n. 47.

Hæredes illius, qui decessit cum sola supplicatione, non possunt percipere fructus, nisi literas expediant, sed spectabunt ad successorem, imo non possunt eas expedire, num. 48.

Circa d. constitutionem Iulij III. resolutiones Rotæ, n. 49. 50. & 51.

Prouisio ab Ordinario vel Nuncio licet male qui vigore eius prouisionis possessionem ingressus est, & postea vigore nouæ prouisionis, Papæ literis nõ expeditis, possessionem continuat, non obstat dict. constitutio, sed erit tutus in conscientia, modo noua prouisio sit concessa in forma gratiosa, & non commissoria, numer. 52. 53. & 55.

In foro conscientiæ potest quis vti gratia absque literis expeditis, & est tutus sola supplicatione signata, numer. 54.

Tunc dicuntur Bullæ expeditæ quando sunt plumbatæ, num. 56.

1 IVs in re in Beneficio † acquiritur per collationem acceptatam etiam ante adeptam possessionem, *ca. si tibi absenti. de præbend. in 6.* vbi Domini. *numero 2.* & Francus *numero 3.* Dinus *in reg. Beneficia in 6. num. 11. & 12. & ibi additio. litera E.* Rebuffus *in praxi super reg. de non tollendo iure quæsito glossa 6. numero 38.* Corras. *de Benef. 4. part. cap. 1. num. 14.* Simoneta *de reseruation. quæstio. 55. & 56.* & ibi Granutius Mando. *reg. Cancell. quæstion. 5.* Couarr. *lib. 3. variar. cap. 16. numer. 3. & 5.* Flam. Paris. *de resignat. Benef. lib. 2. quæstio. 16. num. 2. & libro 10. quæst. 6. num. 2. & 55. & quæst. 8. n. 5.* & Pater Molina *de iustitia, tom. 1. tract. 2. disputatio. 1. versic. dixi superius & disputation. 3. in fin.* & post hæc Gonçalez *ad reg. de mensibus glossa 15. §. primo, numero decimoquinto, & trigesimotertio.*

2 Vnde per collationem † secuta acceptatione sine possessione expirat reseruatio, Eneas de Falconibus *de reseruatio. 5. quæst. principali. quæst. 1. 3. & 4.* Sarnen. *de Triennali, quæstion. 30. versic. 4. limitatur.* Simoneta *d. quæst. 55. & 56.* & ibi Granutius, Selua *de Beneficio. 3. part. quæst. 72.* Probus ad Monachum *in cap. licet Episcopus, de Præbend. in 6. numero 5.* Rebuffus *regul. 9. Cancellar.* Couarruuias *dict. numer 3.* P. Gregor. *de Beneficiis, capit. 24. nu ibi.* & Flamin. Paris. *d. quæstion. 8. numer. 21.* & Rota *decis. 512. libro 3. parte 3. diuersorum.* Puteus *decisione 146. lib. 2.* vbi quod per prouisionem affectio expirat, sic enim debet legi sine negatiua, vt patet ex contextu, & sic per resignat. cum regressu, cui licet sit factus locus ex causa de præterito, tamen illud, ius nouum est, &c. Gonçalez *dict. glossa decimaquinta, §. secundo, numero trigesimoprimo.*

3 Et similiter ius in re acquiritur per institutionem præsentati, † confrontationem electi, & admissionem postulationis. Abbas *in cap. quod autem, de iure Patron.* Staphil. *de literis gratiæ, titulo de modis prouisionis, nu. 5.* Gloss. Reg. *de Triennali,* Rochus *de iure Patron. verb. ius. quæstion. 5. numer. 9.* Lambert. *3. parte 2. lib. quæst. 11. artic. 6.* Rebuffus *in praxi tit. de electi. num. 5. & tit. de præsentatione, n. 12.* & Cuchus *in institut. maioribus libro 4. titul. 2. num. 43. & titul. 4. numer. 58.*

4 Sed licet est dubium, an ex quo quis habet ius in re, † & canonicum titulum Beneficij, possit possessionem illius apprehendere propria authoritate, an vero opus sit missione in professionem sine authoritate Superioris seu iudicis? 5 † Et non posse eam apprehendere propria authoritate, tenent Dinus *in dict. reg. Beneficium, numer. 25.* Archidiac. *in cap. cum qui de Præbend. in 9.* & ibi Lupus, Paulus & Anchar. idem Anchar. *in reg. sine possessione, in 6.* Cosmas *in pragmatic. sanction. tit. de pacific. possessoribus in princip. verb. non violentus.* Sarnen. *in reg. de Triennali, quæstion. 48.* Rebuffus *in praxi in forma nouæ prouisionis verb. per se, vel per alium,* Corras. *d. cap. 1. à n. 15.* Flam. Paris. *lib. 1. de resign. q. 5. nu. 30. & libro 8. quæst. 9. numero 55.* & videtur Mascardus *de probatione 957. numero 6.*

6 Contrariam tamen † sententiam, nempe habentem canonicum titulum posse propria authoritate vacantem Beneficij oppositionem apprehendere, rectius tenent Micsis *in repertorio, verb. professionem Beneficij potest.* Capellan. Tolos. *decis. 444.* & ibi Aufrer. Ripa *in cap. cum M. de constitution. n. 186. & in c. sæpe, de restitution. spoliatorum, numer. 69.* Rochus *d. verb. ius, quæstion. 5. numer. 9.* Rebuffus dicens communem *in praxi titul. de remission. in possessionem, numer. 5. & de pacificis possessoribus, artic. 290. & 294. & sequen.* alias 237. & 243. Rosinacus *de Benef. cap. 25.* Pontanus *de spolio libro 1. numer. 93.* Mandos. *consilio 48. numero 1. & 2.* Rota dicens communem apud Puteum, *decis. 402. libro primo.* & in vna Romana Capellaniæ 14. Maij 1576. coram D. Cassucio quæ est *2. part. diuersorum decis. 21.* in qua ad tradita per Rebuffum *dict. verb. per se, vel per alium,* respondetur, procedere in capiente possessionem Beneficij propria authoritate absque authoritate Superioris, hoc est absque constitutione, & titulo, & sequitur Flam. Parisius sibi non constans *libro 10. quæstion. 6. n. 30.* dicens communem; & hanc sententiam communem etiam esse dicit Couar. *d. lib. 3. variar. cap. 16. num. 7.* eam admittens, *num. 8.* saltim ad effectum, vt ea

possessio iustæ, & veræ possessionis effectus sit habitura.

7 Et hanc etiam sententiam necessario admittunt † DD *in c. transmissam, de electione* & ipse Cosmas, *tit. de elect. c. licet. §. censuit verb. promoueat.* & ipse Corr. *2. part. cap. 4. numer 8.* & alij relati per Couarr. *supra, numer. 6.* & per me *sequenti parte, capit. quarto numer. 144.* tenentes habentem canonicum titulum posse ante inductionem in possessione in Beneficio administrare, modo alias non sit in possessione illius, tunc enim spoliaret propria authoritate possessorem, quod dicit fere omnium iudicio receptum. Couarruuias *supra numer. septimo.* de quo latius *d. cap. 4.*

8 Nec refragatur prædictæ sententiæ textus *in cap. ad aures. † de excess. Prælatorum, & in c. quia diuersitatem de concess. Præbend. & in ca. ex frequentib. de institut.* quia iura ista expresse loquuntur de his, qui sine iusto, & canonico titulo possessionem Benefi-9 cij apprehendunt. Nec *d. ca. † cum qui, de Præbend. in sexto,* quidquam facit pro contraria sententia, nam *in prima part.* loquitur de eo, qui vi occupat, seu iniuste, & sine titulo se intrudit in Beneficio; & in secunda de eo, qui vi, & violenter Beneficium occupat.

10 Secundo dubitatur, an ex sola supplicatione, † seu signatura litteris non expeditis acquiratur ius in re, & titulus Beneficij, & ex ea possit iure capi possessio? & ad primum dicendum est ex sola suppli-11 catione, seu signatura acquiri ius in re, & † titulus Benef. ex ea enim gratia est perfecta. Cassad. *decis. 4. numer. 2. de causa possessionis, & decis. vltima de restitut. spoliatorum,* Caputaquen. *decis. 175. num. 2. part. 2. & 86. part. 3.* Mohed. *9. vt lite pendente alias 192.* Sarnen. *in regula de infirmis. quæst. 1. vers. nam considerandum.* Rebuff. *in ca. postulasti, de Clerico excommunicato, in Gloss. 1. numer. 2. & in cap. 2. de concess. Præbenda 8. quæst.* Corras. *4. part. capit. 1. numer. 19.* Nauarrus *in capit. accepta, de restitu. spoliatorum oppositione alia. na solutione num. 26. & 29.* Mandos. *regula, 8. quæst. 4. & 8. num. 3.* Ferretus *consi. 18. num. 13.* Flam. Paris. *li. 2. de resigna. quæst. 24. num. 3. & 4.* & P. Molina *de iustitia tom. 3. disput. 599.* & Thom Sanchez *de matrimon. lib. 8. disput. 29.* & Gonçalez *d. glossa 15. §. 2. numer. 31.* Rota *decis. 418. num. 3. par. 1. diuersorum* & in vna Compostellana Canonicatus 25. Iulij. 1574. coram D. Rubeis infra adducta *7. part. cap. 3. num. 51.* in qua fuit dictum *per solam supplicationem plene acquiri ius in Beneficialibus absque litterarum expeditione, quæ tantum requiritur ad effectum probationis, non subsistentionis ipsius gratiæ.*

12 Vnde Menochius *de arbitrariis lib. 2. casu 201. nu. 149.* ait narrandum † esse in gratia ius alterius ex supplicatione competens, & conuincitur doctrina Zerolæ *in praxi Episcopali 1. p. verbo, supplicatio,* vbi 13 ait, quod stante supplicatione signata † per Papam de aliquo Beneficio, nondum leuatis Bullis, potest Ordinarius illud conferre, supposito, quod alias posset, quę est falsa ex dictis, & dicendis statim, & inf. *5. p. c. 1. num. 147.* & Gomez *19.* quem allegat *de expectatiuis. n. 16. & 17.* loquitur in diuersis terminis, scilicet in expectatiuis.

14 Et ideo vacat Beneficium per mortem impetrantis, † qui signata supplicatione, ante litterarum expeditionem decessit, & non vt prius. Rota *dec. vlt. de rescript. in antiquis* alias 881. Cassad. *d. decisione vltima, de restit. spolia. n. 9.* Sarn. *d. qu. 18. & d. qu. 1.* & Mandos. *regula. 27. qu. 13. nu. 4. & de signatura gratiæ, titulo de renuntiatione, versicul. dubitarunt aliqui,* & Rota in dicta Compostellana dicetes *decisionem Ægidij 609. & 644.* contrarias, quas procedere de stilo ait Staphil. *de litteris gratiæ tit. quibus modis expirent litteræ ad Beneficia, numer. decimo,* & seruat Cancellaria differens in hoc à Rota, vt *in decis. 1919. & 1936. lib. 3. part. 3. diuersorum* non seruari, Ripa *in Rubrica de constitut. numer. 50.* Rebuff. *in concordat. titulo de mandatis Apostolicis, §. 1. verb. litteras; & in d. cap. 2. de concess. Præbend. 8. quæst.* Corras. *supra,* Ferret. *d. cons. 18. n. 13.* Mascard. *conclus. 845. numer. 18.* Flam Paris. *d. lib. 2. quæst. 24.* & Zerola *verb. Bulla. §. 6.* qui etiam dicunt cum Imola, & aliis Beneficium collatum per signaturam ante leuationem Bullarum posse permutari cum alio. Et nouissime Gonçalez. *d. gloss. 15. §. 1. n. 34. & §. 2. n. 34.*

Vnde prouisionem factam cum sola supplicatione, † seu signatura expirat, & est extincta reseruatio 15 secundum veriorem, & communiorem oppinionem, vt per Rotam *d. decis. vlt. num. 5.* Cassad. *decis. 4. de causa possessio. nu. 4.* Simonetam, *qu. 55.* Ripam Rebuff. & Mascard. *supra,* & Zerolam *d. §. 6.* licet verbo *supplicatio §. 1.* contrarium videatur velle, & fuit dictum in d. Compostellana, de quo Eneas de Falcon. *de reseruat. 4. q. principali effectu 27.* & tradit Gonçalez *d. §. 2. n. 52.*

Quod tamen procedit, quando per Papam signata est registrata, † si enim solum est signata ante 16 registrationem, potest lacerari, vt solet fieri, & ea lacerata, non potest dici Beneficium vacare per eum, quia perinde est, ac si nunquam fuisset signata, Flam. Paris. *d. quæstio. 24. nume. 6. & 7. & libr. 2. quæstion. 7. numero 186.* vbi ait, quod antequam supplicatio sit registrata, & tradita partibus, non potest considerari aliquod præiudicium, neque aptitudo ad præiudicium, cum Princeps vsque ad illud tempus possit denegare, & lacerare; atque ad libitum disponere absque iniuria de supplicatione, vt per Sarnen. *regula de iure quæsito, quæstion. sexta. numer. secunda. & quæstion. 20. in fine,* fuit dictum in Rota in vna Oxamen. Archipresbyteratus die veneris sexto Aprilis. 1576. coram Robusterio, hæc Flaminius. Rota etiam *decisione 791. numero 5. par. 1. diuers.* & tradit post hæc Gonçalez. *dict. §. secundo num. 53.*

Præterea id procedit, † quando supplicatio est signata in forma gratiosa, secus si in forma dignum, 17 seu alias in forma commissaria: nam tunc, cum nõ sit prouisio, sed mandatum de prouidendo, Beneficium non vacauit per obitum habentis solam signaturam, sed vt prius, iuxta dicenda *c. seq. n. 6. & 9.*

Ex quo non habet ius in re, sed ad rem, vt ibi *numer. 60.* Aegid. *d. decisio. 609.* Simoneta *dicta quæstione 55. numer. 7. & fin. & quæstione 31. numer. 3. & 4.* quicquid videatur velle Zerola *dicto. §. 6.* & ita seruat Dataria, & Cancellaria, nisi simus in resignatione in fauorem iuxta *d. supra. 2. part. cap. 1. à nume. 144.*

Sed, cum Cancellaria, & Camera semper teneat Beneficium non vacare per obitum, seu resignationem habentis supplicationem signatam etiam in forma gratiosa, † sed vt prius, *vt in d. decis. 1919. & 1936. lib. 4. part. 3. diuers.* & quotidie videmus, ei erit 18 standum, quicquid Rota velit, cum Cancellaria, & Camera sit organum Papæ. Cassadorus *decis. 2. num. 2. de voto.* Flaminius Paris. *de resignat lib. 3. q. 6. n. 33. & lib. 5. quæst. 26. à nu. 4.* & dixi alias supra, *1. part. ca. 5. n. 180.*

19 Sed supposito, † quod Beneficium vacet per obitum habentis solam signaturam, offert se hic difficultas, an impetranti Beneficium per obitum habentis solam signaturam, seu supplicationem ad canonizationem suæ gratiæ, & prouisionis, sufficiat ostendere supplicationem signatam prædecessoris, & illam iustificare, an vero opus sit expedire litteras super illa? nam data supplicatione, etiam post mortem impetrantis, secundum illam expedientur tot Bullæ, quot partes voluerint, vt inquit Simoneta d. q. 55. n. 12.

20 In qua difficultate videbatur † dicendum opus esse expedire litteras super illa ad probationem gratiæ defuncti, nam supplicatio non probat gratiam, sed requiruntur litteræ ad probationem, Rota d. decision. vlt. Felin. in Rubric. de constitu. numer. 5. Sarnen. supra Simonceta. d. q. 55. num. 11. & Mascard. d. conclus. 845. & propter regulam de non iudicando iuxta formam supplicationis, & constitutionem 33. Iulij III. & ita tenet Gonçalez. dict. gloss. 15. §. 1. numero 34. & 35.

Nihilominus contrarium est tenendum, nam
21 sufficit producere litteras † suæ gratiæ expeditas, & ius, & gratia authoris ex sola supplicatione, seu sumpto ex registro supplicationum ad decision. Crescen. 2. de fide instrumento. Bellenci. de charitatiuo subsidio, quæst. 113. ad finem, & Mandos. d. reg. 27. quæst. 6. probari potest, cum non agatur de canonizando titulo authoris. Caputaquen. decision. 235. & trigesima part. 3. & decisione. Thanis septuagesimaoctaua in vna Mediolanen. quæ habetur etiam apud Puteum decision. 347. lib. 1. in qua fuit resolutum, quod subrogatus in iure defuncti litigioso sufficienter docet de iure defuncti, & iustificat titulum defuncti, ex sola supplicatione contra dictam decis. Egidij 609. & 644. quia dictæ decisiones non seruantur, vt per Cassador. d. decis. vltim. & Sarnen. d. quæst. 1. & ita etiam docet cum Rota Mandos. d. quæst. 13. numer. 4. & 5. & Zerola in praxi, 2. part. verb. Bulla, §. 1. & sentit Simoneta dict. quæst. 55. num. 13.

22 Et facit etiam resolutio in causa Camerinen. † iuris conferendi 28. Martij 1594. coram D. Blancheto, in qua fuit tentum, supplicationem confirmationis absque litteris eundem effectum operari, quem ipsæ litteræ, si non agitur ad canonizationem concordiæ, Moheda. decis. 34. alias 2. de priuileg. & vbi principaliter deducitur aliud ius, & ad illius corroborationem affertur supplicatio, tunc illam solum sufficere. Sarnen. in d. regul. de non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 3. vers. secus.

23 Facit etiam, † quod pro possessione sola supplicatio iuris proprij, vel tertij exclusiui iuris agentis valet ad obtinendam absolutoriam, Cassador. in decis. 2. de re iudicata, 1. & 2. super Reg. 4. de causa possess. & vltima de restitu. spoliatorum, Mohedan. dec. 9. in fine, vt lite pendente, Puteus consil. 366. num. 9. lib. 1. Sarnen. d. reg. de non iudicando, quæst. 4. Mascard. supra num. 35. & Flamin. Paris. lib. 6. de resignatio quæst. 5. n. 67. quamuis contrarium alias tenuerit Rota, vt per Crescen. dec. 1. de except. quam sequitur Mandos. d. reg. 27. quæst. 15.

24 Nec obstat fundamentum supra adductum, † scilicet supplicationem non probare gratiam, nam illud solum procedit, vbi agitur ad illius canonizationem, & pro adiudicatoria, & sic procedit d. regul. de non iudicando iuxta formam supplicationis: secus in absolutoria, & in possessoria, Cassador. ibi, & reliqui modo citati, Sarnen. ibi quæst. 5. & Corras. d. cap. 2. num. 23. Menoch. de recuperanda, remed. 15. quæst. 28. & 36. Lancellot. de attentatis, cap. 24. quæst. 11. num. 6. & vbi non agitur de canonizanda supplicatione, Mohedanus d. decision. 2. in fine alias 34. & in vna Burgen. Canonicatus 19 † Ianuarij 1560. coram D. Oradino, 25
fuit resolutum, Reg. quod commissiones non suffragentur litteris non expeditis non habere locum in eo, qui commisit causam iactationis, & molestationis, qui est reus, & non tenetur expedire litteras pro absolutoria, Cassador. d. decis. 2. super Regulis, nec cum super possessione est commissa, quia etiam tunc non tenetur expedire litteras, Cassador. 1. & fin. super regulis, & 6. de rescrip. &c.

Nec obstat Extrauagans Iulij III. † quæ in Bullario est 33. ad finem, ibi, Quod de cætero supplicationes, etiam manu nostra, & motu proprio signatæ, nisi habuerint clausulam, quod earum sola signatura sufficiat, nullam aliam, quam per litteras super illis conficiendas, fidem aut probationem faciant, seu præstent, nec vlla eis in aliquo alio casu fides adhibeatur, aut adhiberi possit. Ex qua extrauagan. contrarium in proposito tenuit Mandosius supra quæst. 3. quod imo sola supplicatio in possessorio, & pro possessore non sufficiat, & sequitur Lancellot. supra num. 14. & Flamin. Parisius lib. 11. de resignat. quæst. 5. num. 106. dicens de stilo ex dict. constitutione Iulij III non seruari, quod dictum est num. 24. 26

Quia respondetur dict. Extrauagantem † procedere, quoad apprehensionem possessionis, vt Rota resoluit in vna Zamoren præstimonij 4. Nouembris 1558. coram D. Accorambono, in qua dixerunt Domini, Ad effectum absolutionis solam supplicationem subrogationis sufficere, Cassador. d. decis. 1. & Sarnen. d. q. 5. & Extrauagantem Iulij III. procedere quoad apprehensionem possessionis, &c. Quicquid velit Mandosius d. q. 3. 4. & aliis. 27

Similiter etiam dispensatio est perfecta, † & habet effectum ex sola signatura, glos. Reg. Cancell. 15. & 51. ad fin. Cassador. videndus dec. 36. super reg. Sarnen. d. reg. de non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 5. Rebuff. in praxi, tit. de dispensatione, ad plura, n. 62. & in repetit. cap. postulastis, de clerico excommuni. in glossa prima, n. 16. Gigas de pension. quæstione trigesimaquarta, n. decimo tertio. Corras. dicto capite primo, n. 19. Gabarus de officio legati lib. decimo, n. 491. Nauarrus in cap. accepi. de restitut. spoliatorum, oppos. octaua solutione, num. trigesimo, & Molina. de Hispanorum primogenitis lib. 2. cap. 7. n. 56. Thom. Sanchez supra † & ita in vna Vrgellen. & Vicen. præposituræ, cum 12. Martij 1557. coram D. Oradino, seu Domino Iunio tentum esset irregularem esse, qui vulnerauit aliquem ex prouocatione congressus, cum eo, qui eo vulnere post duodecim dies mortuus est, propter ipsius intemperiem, & malam sui corporis custodiam. Cardin. in Clemen. 1. de homicidio versicul. 16. & facit capitulum sicut §. fin. de homicidio cum glossa verbo consilium, & Sarnen. de infirmis quæstione 11. etiam quod tunc temporis vulnerans esset laicus, nam quod potest dici esse licitum in aliis casibus, tamen quo ad irregularitatem, & obtinenda Beneficia, dicitur illicitum, & consequenter dicitur laicus tunc dare operam rei illicitæ, præsertim, quando prouocatio fuit verbalis, non realis, Claudius in repetitione legis, vt vim. numero 124. & 165. ff. de iustitia, & iure. Postea 28. Maij fuit resolutum, quod, cum ille obtinuisset dispensationem ab irregularitate ante impetrationem præposituræ, sed non expediuerat litteras, sed tantum supplicationem, etiam si tendens esset terminus ad sententiam, & opponeretur quod 28 29

dispensatio non suffragatur, literis non expeditis, potest literas expedire lite pendente, quia gratia satis subsistit ex sola supplicatione: quo autem ad exercitium, & vsum necessaria erat expeditio propter regulam, quæ, cum non fuerit exhibita, mortis potest adhuc expedire. Cassad. decisione 3. super regulis, Socinus consil. 41. n. 4. vol. 3.

Et illam regulam. 53. quod dispensatio non suffra-
30 getur, nisi literis expeditis, non habere locum in † foro conscientiæ contra Hieronym. Paulum in practica Cancell. versic. vbi Papa concedit gratiam, docent Sarnen. d. regul. de non iudicando iuxta formam supplicationibus quæstione 14. Rebuffus, Gigas numero 12. & Nauarrus supra, Enriquez in summa libr. 12. cap. 3. §. 7. & Molina de iustitia, tom. 3. disput. 599. & ita intelligunt verbum illud suffragetur, scilicet in foro iudiciali, & contentioso.

31 Sed, cum iam à tempore Pij V. in d. reg. dicatur in iudicio, vel extra suffragetur, videtur iam non posse dicta procedere, & ita videtur tenere P. Ledesma de matrimonio q. 56. art. 4. dub. 3. Man. Rodr. in summ. 1. tom. c. 134. ad fi. & Vega 1. p. sum. c. 88. casu 2. quicquid adhuc dicat Thom. Sanchez disputat. 29 numero 4. & vltimo.

32 Absolutio vero † à suspensione, seu alia censura obtenta sine literarum expeditione, valebit in foro conscientiæ, vt tradit Nauarr. cons. 29. de temporibus ordinationum n. 4. Nec obstabit d. reg. quia solum loquitur de dispensatione.

33 Præterea d. regula non † procedit in dispensatione concessa accessorie simul cum prouisione, seu alia conclusione, super quibus erant expeditæ literæ. Nam tunc de dispensatione satis est constare per supplicationem. Cassad. decision. 35. super regulis, Rota decis. 85. lib. 2. & 11. lib. 3. part. 3. diuersorum, &
34 decis. 214. n. 3. part. 1. diuersorum. † Sed de pensione offert se difficultas, an salua conscientia exigi, & recipi, ac solui possit literis super illius facta reseruatione non expeditis, quando non adest clausula, quæ sola signatura sufficiat, quæ in pensionibus ad fauorem Palatinorum poni solet?

35 In qua, omisso, † quod dicunt Corduba in summa q. 166. Man. Rod. 2. tom. c. 21. n. 9. Vega 2. p. c. 65. casu 8. & P. Ledes. 2. part. tract. 7. c. 1. circa 14. conclusionem pag. 381. qui tanquam theologi in materia iuris loquuntur, vt solent sine fundamento; & sequitur Thom. Sanchez supra, n. 5. ad fin. licet partem negatiuam te-
36 neat Hiero. Paulus. d. vers. vbi Papa † concedit gratiam, tamen partem affirmatiuam ex supradictis tenent Sarnen. d. reg. de non iudicando iuxta formam supplicationum q. 1. & 14. Gigas de pensio. q. 34. & consil. 151. n. 8. Mandos. d. reg. q. 7. Nau. consil. 37. de Simonia ad 1. q. & Enriq. in summa lib. 13. cap. 19. §. 1. & Tho. Sanchez d. num. 5.

37 Nam in foro conscientiæ, † vt quis sit tutus, sola supplicatio gratiæ sufficit. Flam. Paris. de resigna. lib. 8. q. 2. n. 24. & dicetur infra. n. 53. quamuis sine litteris non possit cogi ad solutionem pensionis per iudi-
38 cem † ex d. regula de non iudicando iuxta formam supplicationis, nisi alias se obligasset de illam soluendo absque litteris, glossator regula Cancellar. 25. ad fin. Cassad. decision. 2. de pensio. numero 12. Gigas. Mandos. Nauarr. & Enriquez ibi cap. 2. Rebuffus de pacificis possess. numero 145. & 156. alias 126. & 137.

39 Id Tamen cessat, iam stante clausula in supplicatione pensionum, vigore litterarum desuper expediturum, nec alias persoluenda, quæ † tempore Gregorij XIII. apponi cœpit, vt per Salustium Tiberium in practi. auditoris Cameræ lib. 3 cap. 4. qua stante dicendum est ante litterarum † expeditionem non 40
posse exigi, nec etiam solui, imo, nec ad eius executionem procedi etiam stante titularis consensu, & obligatione in forma Cameræ de illam soluendo, etiam litteris non expeditis, quia illa clausula apposita est fauore publico officialium Cancellariæ, & non fauore partis, vt per Salust. d. cap. 4. qui ait ita fuisse decisum in signatura iustitiæ ex relatione d. Ferratini, & aliorum abbreuiatorum nomine Cancellariæ. Quod magis † procedit ex clausula hodie apponi so- 41
lita, à tempore Sixti. V. quæ est magis stricta nempe vigore litterarum Apostolicarum desuper conficiendarum, nec antea alias præsens reseruatio nulla sit eo ipso persoluenda, Salust. d. cap. 4. cui clausulæ renuntiari non posse etiam per ambas partes, titularem scilicet, & pensionarium, quia est ad fauorem officialium Cancellariæ, ne defraudentur, &c. fuit resolutum in parco per dominos abbreuiatores de maiori.

Ex qua clausula pensionem esse nullam, si ante litterarum † expeditionem exigatur cum effectu propter illud 42
decretum, etiam quod literæ essent tunc inceptæ expediri, nec suffragari expeditionem earum postea subsecutam, quia illa clausula annullatiua inducit formam, &c. Baldus & alij in l. 1. ff. de lib. & posthu. Socin. Iunior consil. 171. n. 23 lib. 1. fuit resolutum in vna Veronen. pensionis 11 Iulij 1592. coram Domin. Millino, quam decisionem ponit Salust. Tiberius d. c. 4. ad finem in addi. 10. & in vna Sabinen. pensionis. 15. Iunij 1594. coram Domin. Mantica in qua etiam 12. Decemb. eiusdem anni coram eodem fuit resolutum non habere pensionarium aliquam excusationem, nec posse dici ignorasse decretum lege non est ferendus, ff. de transactio. idem etiam fuit resolutum in vna Brixien. pensionis. 11. Decembris 1600. coram D. Penna.

Et hodie à tempore Clementis VIII. d. Clausula † ponitur magis stricte, dicitur enim vigore litte- 43
rarum Apostolicarum infra nouem menses proximos expediendarum, nec alias, Alias præsens reseruatio nulla sit eo ipso persoluenda.

Vnde hodie non solum pensio † non debet solui 44
litteris non expeditis, sed etiam illæ debent expediri infra nouem menses, à data supplicatione, & alias pensio nulla est, eo ipso, quia clausula annullat pensionem à principio.

Vnde Flam. Paris. de confiden. quæst. 41. docet, † 45
quod pactio de soluendo pensionem Authoritate Apostolica reseruatam, litteris non expeditis, non est confidentialis, quia huiusmodi casus non comprehenditur, neque sub verbis, neque sub ratione constitutionum Pij. IV. & V. & cum sint odiosæ, & pœnales sunt restringendæ. Est tamen Simoniaca, Nauarrus. de cons. 37. de Simonia maxime stante stylo notissimo in Curia apponendi clausulam, quod litteris non expeditis reseruatio sit nulla, nam huiusmodi prohibitio impedit ius ante expeditionem litterarum, ideo non solum committitur Simonia, sed etiam confidentia; nam sicut promissio solutionis pensionis facta à resignatario resignanti absque authoritate Papæ est confidentia ex dict. constitut. Pij. V. ita & ea promissio, quæ fit de ea pensione reseruata à Papa soluenda litteris non expeditis, cum stante dict. clausula, ante expeditionem litterarum habeatur, ac si non esset reseruata, hæc Flam.

46 Ad secundum secundi † dubij, an ex sola supplicatione, seu signatura possit iure capi possessio, dicendum videbatur contra Felinum *in cap. veniens de accusatio num. 3. & in cap. ne Dei, de Simonia nu. 6* posse capi, nullumque intrusionis vitium contrahi, nec obstare extrauagantem, iniunctionem de electione, quæ solum loquitur in Beneficiis maioribus, nempe Episcopatibus, & Abbatiis, ita Cassad. *d. decis. vlt. de restitu. spoliator. nu. 3.* Sarnen. *d. reg. de non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 5.* Rebuf. *in praxi in forma noue prouisionis, verb. per se vel per alium, & in repetit. cap. postulastis, de Clerico excommunic. in glos. 2. nu. 20.* Corras. *d. cap. 1. numer. 19.* Puteus *decis. 220. lib. 2.* Nauarrus *in d. cap. accepta oppos. 8. solutione, ex num. 24.* & Quintanaduennas *lib. 4. Eccles. numer. 78. & 79.*

47 Sed, quamuis antea id verum esset, † secus tamen hodie ead. constitutione Iulij III. 33. per quam prohibetur apprehendi possessionem Beneficiorum vigore supplicationis litteris non expeditis sub pœna amissionis, ac priuationis illorum, ac inhabilitatis ad ea ipso iure, extendendo dictam extrauagantem, iniunctæ, ad minora Beneficia, & c. Matius *in d. constitutione*, & aduertit Gigas *de intruso, nu. 38.* Mandos. *regul. 31. quæstion. 2. numer. 3. consil. 38. a numero 11.* Nauarr. *de spoliis. §. 7. num. 3.* & Flam. Paris. *de resign. libr. 2. quæst. 26. num. 4. & 5. lib. 8. quæst. 7. num. 105. & lib. 10. quæst. 1. num. 20. & quæst. 6. n. 16.* & tenuit Rosiniacus *de Benef. cap. 27. num. 4.* & Duarenus *lib. 6. c. 6.* qui tamen duo non faciunt mentionem de d. constitutione Iulij III.

48 Ex qua constitutione videtur quod hæredes illius, qui decessit † cum sola supplicatione, seu signatura ante expeditionem litterarum, nullo modo possint percipere fructus illius temporis, nisi litteras expediant, sed spectabunt ad successorem, imo cum Beneficium vacet, vt prius, vt Cancellaria tenet, de quo supra *n. 17.* non poterunt hæredes expedire literas.

49 Circa quam constitutionem Rotæ † in vna Aretina Parochialis, 13. Martij 1561. coram D. Chisanen. resolutum, *Quod qui dat de Extrauag. Iulij III. debet concludenter probare, quod is, qui accepit possessionem, cepit illam sine litteris, non autem per possibile, seu per præsumptiones, & coniecturas, quia Extrauagans est pœnalis, & qui vult facere aliquẽ in pœnã cadere, debet concludenter probare delictum, cum illa qualitate,* Roman. consil. 110. *Paris.* consil. 59. n. 38. lib. 2. *& in dubio est capienda interpretatio exclusiua delicti, vt actus potius valeat, quã pereat, & quia vbi agitur de pœna, debet esse liquidissima probatio, Alex.* in l. soluto, n. 25. ff. sol. matrimonio vt per Cotam *decis. 289. in Miscell. manuscript.*

Et in vna Aquitana Capellaniæ, 30. Iunij 1558.
50 coram † D. Quiroga fuit resolutum, *Extrauagantem Iulij III. contra capientem possessionem litteris non confectis, non intrare stante, quod litteræ Apostolicæ fuerint expeditæ post adeptam possessionem, quia materia est obiectiua, & debet necessario concludere, & tamen tit. est multiplicabilis, & potuit antea habere alium titulum, præsertim quãdo supplicatio est missa ad registrum post captam possessionem, & sic videtur non potuisse capi possessionem vigore illius, & sic adest præsumptio alterius tituli.*

Et in vna Colonien. canonicatus 13. Nouemb.
51 1593. coram sanctissimo Clemen. VIII. fuit tentum d. *Extrauagantem Iulij III. non habere locum in eo, qui continuat, sed in eo, qui possessionem ingreditur vigore solius supplicationis, & quamuis loquatur in eo, qui ingreditur vigore ordinariæ prouisionis, hoc intellexerunt Domini de eo qui post obtentam Apostolicam prouisionẽ obtinet sibi ab Ordinario prouideri, non autem de eo, qui iam antea ab Ordinario fuerat prouisus, vt in decisione 105. num. 3. part. 1. diuersorum.* Tradit Gonçalez *glossa 15. numero 98.*

Vnde prouisio ab Ordinario, vel Nuncio, † licet 52
male, qui vigore eius prouisionis possessionem ingressus est, & postea nouam prouisionem à Papa obtinuit, cuius vigore litteris super ea non expeditis, possessionem continuat ad *d. decis. 205. num. 1. & 2. & decis.* Crescen. *5. n. 2. de restitu. spoliatorum,* Cassad. *4. in fine eodem,* & Achillem *decis. 104.* non obstabit d. constitutio Iulii III. sed erit tutus † in consciẽ- 53
tia ad doctrinam Abbatis, *in clemen. dudum, de sepult. in fine.* Felin. *in rubric. de constitu. num. 6. versi. 2. casus.* Rebuff. *in concordatis, tit. de mandatis Apostolicis. §. 1. verb. litteris, versic. 4. in foro conscientiæ,* Gigantis *de pensio. quæst. 34.* Mascard. *de probatioc. conclusione 845. seu 843. numero 3.* Flam. Parisij dicentis Doctores communiter ita velle *lib. 8. quæ 2. numero 14.* & Molin. *d. disputatione 599 num. 1.* & Thom. Sanchez *supra d. disput. 29. lib. 8 nu. 4.* Qui dicunt in † foro con- 54
scientiæ posse quem vti gratia absque literis expeditis, & esse tutum sola supplicatione signata absque litterarum expeditione.

Quod intellige † modo noua prouisio sit con- 55
cessa in forma gratiosa, nam si in forma commissaria, committendo prouisionem Ordinario concederetur, vt in forma dignum, non posset vigore illius continuare possessionem, non propter dictam constitutionem Iulii III. sed quia illa ante executionem commissionis non dat titulum, & ius in re, vt dicetur *cap. sequenti, numer. 60.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de mandatis de prouidendo. ad finem.*

Tandem pro præmissis aduertendum est, † quod 56
tunc dicuntur Bullæ expeditæ, quando sunt Plumbatæ, glos. reg. Cancell. 14. & 55. Sarnen. *in d. reg. de non iudicando, iuxta formam supplicationis, q. 1. versic. & tamen vlterius, & in compendio vtriusque signaturæ, nu. 54. versic. & est aduertendum,* Cassad. *decis. 4. super regulis. num. 3* Rebuff. *in praxi, tit. de Bullæ declaratione num. 3* Mandos. *reg. 8 q. 3.* Flam. Paris. *de resignatione li. 6. quæst. 2. num. 18. & lib. 10. quæst. 1. num. 34.* Zerola *verbo Bulla, §. 1.* & Zechus *de republica Ecclesiastica, cap. 4. pag. 159.*

CAP. III.

De modis, quibus acquiritur ius ad rem in beneficio.

SVMMARIA.

DEcem modos, quibus acquiritur ius ad beneficium ponunt Æneas de Falcon, & Sarnen. numer. 1. 2. & 3.

Primus modus, quo acquiritur ius ad rem, & non in re, est electio, siue fuerit acceptata siue non, nu. 4. & 5. & sic per obitum electi non vacat Beneficium, sed vt prius, num. 6.

Ex postulatione non quæritur ius postulato, n. 7.

Secundus modus est præsentatio patroni, siue Clerici, siue laici: & sic per obitum præsentati non vacat etiam Beneficium, n. 8. & 9. vbi adducitur dec. Rotæ, & reprobatur Zerola, n. 10.

Præsen-

Præsentatus habet ius ad rem quando præsentatio est per ipsum acceptata, non alias, n. 11. non tamen requiritur admissio Superioris, sed quod præsentatio sit ei facta, n. 12.

Si sunt plures præsentati, neutri est ius quæsitum ad rem, sed omnes in communi habent ius, vt vnus ex eis instituatur, n. 13. & idem quando vnus est præsentatus à quibusdam, alius ab aliis in numero pari, n. 14. vbi adducitur decisio Rotæ.

Tertius modus, per quem acquiritur ius ad rem, est acceptatio vigore gratiæ expectatiuæ, numero decimoquinto. quamuis ex expectatiua ante acceptationem nullum ius competit, n. 16. sicut ex nominatione Vniuersitatis n. 17.

Ius ex acceptatione expectantis non est considerabile, vt de eo debeat fieri mentio in impetratione, seu reseruatione, numero decimooctauo. nec quoad clausulam, dummodo non sit in eo alicui ius quæsitum, quæ in literis de Beneficiis vacantibus apponitur, vel sub intelligitur, n. 19.

Per istam clausulam istud ius non censetur præseruatum, præseruatur tamen ius non solum in re, sed ad rem alio modo quæsitum, vt per electionem, vel præsentationem, quod etiam est considerabile ad reg. de iure quæsito, num. 20.

Narrandum est ius alterius ex electione, seu præsentatione quæsitum, & alias gratia est nulla, numero vigesimo primo.

Reseruatio non comprehendit Beneficium, ad quod quis est electus, seu collatum non acceptatum n. 22. & cap. si eo tempore, de election. in 6. non habet locum in inferioribus Beneficiis, n. 23.

Ratio differentiæ inter ius ex acceptat. expectantis, & ius ex electione, vel præsent. & numero vigesimoquarto. & 25.

Ius recepti in Canonicum authoritate Papæ expectant primam Præbendam est considerabile quo ad d. clausulam.

Ius ex acceptatione expectantis quæsitum non est considerabile quo ad reg. de iure quæsito, etiam lite pendente, licet de illa debeat mentio fieri contra Sarnen. num. 27. ad 30.

Mentio de lite solet fieri per clausulas generales, litigiosum, cuius litis statum, & super eo inter aliquos lis, *per quam dicitur facta sufficiens mentio litis, n. 31. 32. & 33. vbi ponitur decisio Rotæ.*

Gratia, perinde valere facta lite pendente, non facta mentione litis, est nulla, num. trigesimo quarto, & per clausulam literarum principalium, & super eo inter aliquos lis. *Solum censetur facta mentio litis, quæ alias est super Beneficio, non vero litis, quæ est occasione literarum, n. 35.*

Quartus modus, per quem acquiritur ius ad rem, est gratia expectatiua Præbendæ recepti in Canonicum, seu mandatum de prouidendo de prima Præbenda factum recepto in Canonicum authoritate Apostolica, numer. 36. quod ius est considerabile, vt de eo debeat fieri mentio, etiam in gratia motu proprio, & ad regul. de iure quæsito, & dict. clausulam, numer. 37.

Quintus modus est per collationem nondum acceptatam, num. 38. quod ius est considerabile quo ad omnes regulas loquentes de iure ad rem, & impetrationes, & d. clausulas dummodo non sit alteri ius quæsitum, numer. 39.

Reseruatio interim facta de tali Beneficio etiam motu proprio non impediret acceptationem illius, non obstante d. cap. si eo tempore, n. 40.

Ante acceptationem collatarij Beneficium vacat, licet nõ libere, & illo moriente ante acceptat. vacat, vt prius n. 41. resolutio Rotæ n. 42.

Sextus modus, per quem acquiritur ius ad Beneficium, est per reseruationem factam pro aliquo de certo Beneficio. numer. 43. quod ius est considerabile quo ad dict. clausulam, & regulam de iure quæsito numer. 44.

Septimus modus est per optionem, seu ius optandi, quod ius est considerabile quo ad d. reg. & clausulam, n. 45. quod intelligitur de Præbenda vacante etiam ante acceptat. contra Gonçalez. n. 46.

Octauus modus est ob non solutionẽ pensionis, n. 47. quod ius, quo ad effectum reg. de iure quæsito, non potest adaptari secundum Sarnen. numer. 48. contra quem numer. 49.

Ex stilo benigno Rotæ non datur regressus, vel accessus ob non solutionem pensionis, nec illis est locus, nisi data magna proteruia n. 50. & seq. vbi ponuntur Rotæ decisiones.

Nonus modus est per priuationem iuris, nu. 53. sed istud ius non est considerabile, n. 54.

Decimus modus est per regressum, & accessum, & coadiutoriam cum futura successione, n. 55. quod ius est considerabile quo ad omnes reg. & dispositiones de iure quæsito loquentes, n. 56. non solum post vacationem, sed etiam ante vacat. Beneficij, vt per aliam gratiam ei non præiudicetur, n. 57. & 58.

Vndecimus modus est mandatum de prouidendo de certo Beneficio vacante, quod ius est considerabile ad dict. clausulam, & regulam de iure quæsito numer. 59.

D. mandatum de prouidendo ante collationem non dat titulum, & ius in re, sed ad rem, & sic per obitum illud habentis non vacat Beneficium, sed vt prius, numero 60.

Duodecimus modus, per quem acquiritur ius ad Beneficium est oppositio stante constitutione, seu consuetudine, priuilegio, vel fundatione dante ius opponendi, nu. 61. & 62.

Illud ius solum est considerabile respectu Ordinarij, & inferiorum Papa, qui non possunt illi derogare, numero 63. & vt in gratia de vacaturo esset facienda mentio de eo. numero 64. non autem ad effectum dict. clausulæ, dummodo non sit alteri ius quæsitum, nec, vt de eo debeat fieri mentio in gratia de vacante, numero 65. & seq. vbi ponuntur decisio. & resolutiones Rotæ.

Si vltra oppositionem oppositor iustificauerit qualitates resignatas per constitutionem, seu priuilegium ita, vt censeatur ab illa vocatus, acquiritur ei ius considerabile, de quo in prouisione aduersarij sit facienda mentio, & assimilatur præsentationi seu electioni, numero 69.

Referitur, consi. 1. Mandosii, n. 70.

Si essent plures oppositores, qui verificassent qualitates necessarias, nulli esset ius quæsitum considerabile, numer. 71.

In terminis decis. Crescen. 7. de iure patro. si ille, qui erat solus de genere, & nomine, & debebat præsentari secundum fundationem, id verificasset ante obtentam nouam prouisionem per aduersarium, esset illi quæsitũ ius considerabile etiam ad d. clausulam, & reg. de iure quæsito, n. 72.

In terminis d. decis. etiam si ille nondum id verificasset, erat necessaria mentio non solum de lite, sed etiam de tenore fundationis, alias enim non censetur Papa velle derogare fundationi, etiam in gratia de

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vacante, numero 73. & 74. vbi ponitur decision. Rota.

Quod dictum est ius ex oppositione non esse considerabile, vt de eo debeat fieri mentio in gratia de vacante, procedit, quando competit ex statuto, consuetudine, vel priuilegio, secus in fundatione, n. 75.

An sit causa Beneficialis, & Beneficium litigiosum quando quis se opponit praetendens sibi, vti praesentando, vel alias, Beneficium esse debitum? n. 76. resoluitur affirmat. licet secus quando solum quis se opponit, ne praesentatus instituatur.

Ex oppositione, & verificatione qualitatum per oppositorem acta, est ipsi quaesitum ius considerabile, quando verificatio facta est legitime, & seruato iuris ordine, & in forma constitutionum, non alias, numer. 80. vbi decisio Rotae.

An per oppositionem ad Parochiales acquiratur ius considerabile, saltim approbato, aut electo tanquam magis idoneo? n. 81. cum seqq. resoluitur quod quando collatio spectat ad ipsum Episcopum facientem consensum, ille non habet ius ad Parochialem absolute, sed solum ex suppositione, quando vero spectat ad Papam, vel alium, ille habet ius considerabile ad Parochialem, dum modo infra quatuor menses significetur.

Id procedit etiam si concursus, approbatio, & electio ordinarentur à principio ad collationem faciendam per ipsum Episcopum, & etiam si de facto collatio per ipsum sit facta, cum tamen spectaret ad Papam, num. 85. cum seqq. quamuis Rota aliud voluerit, vt in decis. positis nu. 90. 91. & 92.

1 DEcem Modos, quibus † acquiritur ius ad Beneficium, ponit & deducit Æneas de Falcon. *de reseruatio 4. q. effectu* 47. quos tacito, aut ore, vt inquit Papaz. *in additio. ad decis. 6. de electione in nouis,* repetit Sarnen. *in reg. de non tollendo iure quaesito, qu.* 1.

2 † sed Eneas eos breuiter deducit, principaliterque ad effectum regularum reseruat, loquentium de iure ad rem, ad quem effectum eos cum illo, & suo ordine infra prosequemur, *part. seq. c. 1. à num.* 282. & particulariter, 286. Sarnen. vero latius & generalius, ordineque diuerso eos prosequitur, & nos hic cum eo plura addendo, & annotando. Est igitur primus modus, quo acquiritur ius ad rem in Beneficio electio *c. fin. de translatio. Episcopi* Rota. † *d. decis. 6. de*
3 *electio. in nouis,* & ibi Papaz. *in additione,* Rota etiam *dec. 17. de Praebend. in nouis* Egid. *dec.* 167. Cassad. *dec. 18. de Praeb. n.* 4. Felin. *c. causam quae. n. 26. & c. in nostra, à cor. 28. de Praescrip. & in c. cum Bertholdus, n. 2. 3. & 4. de re iudicat.* Staphil. *de literis gratia, tit. de modis promissionis, n.* 5. Eneas *supra 3. modo n.* 5. Sarnen. *dict. quaest. 1. 1. modo* Rebuff. *in praxi super reg. de non tollendo iure quaesito gloss. 6. n. 37. & 38.* Corras. *de Benefi. 4. par. c. 1. n.* 14. Mandos. *reg. 32. q. 15. n.* 8. Nauarr. *in c. si quando, de rescrip. excep. 10. num. 13. & 11. nu.* 6. Flam. Paris. *de resignat. Benef. lib. 2. quaest. 28. numer.* 8. & Zerola *in praxi Episcopale 1. part. verb. ius ad rem. §. 2.* & alij citandi sequenti modo.

4 Quod procedit, siue electio fuerit accepta, † vt vult Mandos. *ibi num.* 6. & Zerola *ibi. §. 2. & 2. p. verb. electio §. 2.* siue non, secundum citatos, maxime Feli. *d. Cor. 28. & in d. cap. cum Bertholdus, numer. 2. & 3.* & Domin. *in capit. quam sit §. 1. de electione in 6. numero 1.*

5 Quamuis Selua *de Benef. 3. parte, quaest. 1. & quaest. 11. 25. qualitate* † dicat, quod per electionem, & consensum electi acquiritur ius in re, & quod per confirmationem non acquiritur ius, sed exercitium, & solum confirmatur ius olim acquisitum, & quod ista est vera & communis resolutio, & sequitur Lamb. *de iure Patro. 1. p. 2. li. q. 1. art. 4. n. 2. & art. 5. 7. doctrina, & 2. p. lib. 2. q. 5. art. 8. n. 2. 6. & 9. & art. 9. n. 1.*

Vnde per obitum electi non vacat Beneficium, sed vacat vt prius. Rota *d. decision.* Fel. *in d. c. in nostra Cor.* 37. Staphil. *supra n.* 6. Æneas *effectu* 46. Mandos. *d. reg. 32. q. 16.* † & Bonifa. *in Clem. 1. vt lite pendente n.* 6
47. & Zerola *1. p. verb. vacatio §. 6.* & post haec Gonçalez *ad reg. mensium gloss. 15. §. 2. n. 1.* cum beneficium non vacet, nisi per obitum obtinentis ius in re, non autem per obitum obtinentis ius ad rem, etiam ex causa de praeterito. Rota *dec. 427. p. 1. diuer.*

Ex postulatione autem † non quaeritur ius postulato, quia dependet à gratia domini *in cap. cupientes* 7
§. denique de electione in 6. n. 1. Cuchus *in institutio. maioribus, lib. 4. tit. 2. numer. 28.* & Zerola *d. verb. ius ad rem §. 14.*

Secundus modus † est per praesentationem Patroni, siue laici Rota *d. dec.* 17. Ægid. & Cassad. *supra* Abbas *in d. c. cum Bertholdus num.* 9. & ibi Feli. *n. 1. & in d. c. causam quae, numer. 26. & in d. cap. in nostra. cor.* 28. Ripa *in Rubrica de iudic. num.* 71. Lapus *allegatione 8. numer.* 4. & ibi Mandos. *litera B. 2.* Selua *d. quaest. 11. 25. qualitate,* Æneas *d. effectu 47. 4. modo num.* 6. Sarnen. *d. quaest.* 1. Rebuff. *supra, & de nominatio. qu. 4. num.* 6. Roch. *de iure Patro.* Berous 9. 4. Lamber. *d. 1. part. 2. lib. quaest. 1. art. 3. & 4. num. 2. & art. 5. 7. doctrina, & d. 2. part. 2. lib. q. 5. art. 8. & 9.* Flam. Paris. *d. quaest. 13. num.* 12. & Zerola, *d. verb. ius ad rem. §. 2.* Vnde sicut per obitum electi non vacat Beneficium, † vt dictum est, ita nec per obitum praesentati, Bonifacius *supra,* & est *decisio* Thanis 92. *in manuscriptis* quae ait, quod *in vna Paduana est tantum, quod per praesentationem Patroni non acquiritur ius in re, sed ad rem, & sic per eius obitum nihil vacat;* argum. decis. 492. in nouis, *quae est* d. decis. 6. *quae loquitur in electione, sed tamen ab eius obitu currit de nouo tempus à iure praefixum Patronis ad praesentandum, sicut in elect. vt est textus in* c. si elect. *de elect. qui textus habet locum etiam in praesentatione Patroni. Rota* decis. 169. in nouis Gonçalez *supra.* Vnde falsum apparet quod dicit Zerola *1. p. verb. Beneficia* † §. 5. & 4. *dubio,* nempe vacare Parochialem per obitum magis idonei electi ab Ordinario in concursu, cui nondum erat facta collatio ab eo ad quem spectabat, vel ab Ordinario, cui erat remissa, seu commissa per illum.

Intellige tamen praesentatum habere ius ad rem, 11
quando praesentatio est per ipsum acceptata, non alias, Ripa *num.* 73. Æneas, Sarnen. Rochus. Lamb. *d. art. 8. num.* 12. & Flam Paris. *supra,* Zerola *d. verb. ius ad rem. §. 2. & d. 2. p. verb. electio. §. 2.* acceptatio enim est pars praesentationis, vt dictum est supra *cap. 4. huius partis num. 21. & 23.*

Non tamen requiritur † admissio Superioris, sed 12
quod praesentatio sit facta Superiori, & sic cum effectu Selua, Æneas, Sarnen. Rebuf. *d. numer. 6.* Rochus, & Lamber. *supra,* & Zerola *d. verb. ius ad rem, & d. verbo electio §. 2.* & Rota in vna Ostunien. Capellaniae 17. Nouembris 1600. Coram D. Iusto, de qua infra *8. p. c. vlt. n. 50.*

Secundo intellige, dummodo non sint plures per Patronum praesentati, nam tunc neutri est ius quaesitum ad rem, licet omnes in communi habeant ius, & actionem, † vt vnum ex eis Episcopus in- 13
stituat. Abbas. *n. 10.* Ripa 70. Sarnen. & Rochus *supra* &

pra & Mohed. *decis. 1. de Praebend.* alia. 12. quicquid dicat Lamber. *d. ar. 8.*

14 Et idem † est quando vnus est praesentatus à quibusdam Patronis, alius ab alijs in aequali, & pari numero, nam, vt vnus dicatur habere ius ad rem, requiritur maior pars Patronorum, seu vocum, vt fuit resolutum in vna Mediolanen. Capellaniae 27. Martij 1602. coram D. meo Corduba, vt in sequenti decisione, *ad Capellaniam, de qua agitur, quae de iure Patronatus Clericorum, & laicorum existit, fuerat praesentatus Petrus Miliacius à quibusdam ex Patronis, ab alijs vero Petrus Belius, sed Bernardinus Albertacius illam impetrauit à Sede Apostolica cum derogatione iuris Patronatus inserta clausula dummodo de tempore datae literarum non sit in ea alicui specialiter ius quaesitum, Quod, cum Milliacius ex d. nominatione praetenderet acquisisse, proposito particulari dubio Domini resoluerunt negatiue, licet enim illa clausula praeseruet ius quaesitum per praesentationem, Rota* decis. 17 de Praebend. in nouis. *Hoc tamen procedit, quando praesentatio est talis, vt ex illa veniat praesentatus necessario instituendus, ad tradita per Sarnen. ad regulam* de iure quaesito non tollendo quaest. 1. numer. 13. cum seqq. *secus vero dicendum est, quando plures reperiuntur praesentati, quo casu nulli censetur ius quaesitum, Mohedan.* decis. 1. de Praeben. *Cardinalis* in cap. cum autem col. 1. ad finem de iure patronat. *Abbas* in cap. cum Bartholdus, nu. 10. de re iudica. *Lamber.* de iure patronat. l. 2. p. 2. q. 5. art. 8. *nec obstabat, quod cum Miliacius fuerit praesentatus à medietate patronorum, hoc sufficeret, vt posset dici habere ius ad rem, stante quod potuit institui ab Episcopo per gratificationem, vt fuit effectum, quia scribentes in sexto articulo solum dubitant, an Episcopus possit gratificare vnum ex nominatis, vel eligere alium tertium? & concludunt, neutrum ex praesentatis habere praesentationem, sed vocem dumtaxat minus ex compatronis, quod non sufficit, vt dicatur habere ius ad rem, cum maior pars requireretur, & licet hoc casu Episcopus gratificare possit, vt post Anchar. tradunt Ananias* in cap. cum autem, numero 2. de iure patron. *Abbas & Lamber. vbi proxime, hoc autem non intrabat in proposito, quia institutionem Episcopi praecessit gratia Apostolica, & clausula,* dummodo non extenditur ad ius quaerendum, *quod vero dicebatur de maiori idoneitate Miliacij poterat operari in concursu, & hic non est casus noster, minus obstabat, quod Belius fuerat praesentatus à Rectore, qui non erat in possessione praesentandi, quoniam, cum alij patroni fuerint in dicta quasi possessione, per illam conseruatur ius omnium patronorum, iuxta* Consilium *Abbatis* 54. lib. 1. *saepius canonicatum Crescen.* decis. 2. de iure patro. *late Lamber.* lib. 2. par. 1. q. 4. art. 16. numer. 20. cum seq. *ad aliud obiectum an hoc ius patronatus esset Ecclesiasticum, vel laicale, vel fuit dictum, cum sufficiat ad effectum, de quo agebatur, non fuisse ius quaesitum ad rem Miliacio tempore datae literarum, de quo esset facienda mentio per Bernardinum.*

15 Tertius modus est † per acceptionem vigore gratiae expectatiuae, per quam acquiritur ius ad rem ad Beneficium acceptatum ante collationem *ca. si. de concess. Praebend. in 6* & ibi glos. Egid. *decis. 358. nu. 4.* Cassad. *decis. 3. n. 3. de Praebend.* Eneas. *de effectu 47. 1. modo n. 4.* Sarnen. *supra 3. modo* Mandos. *reg. 3. quaest. 14. n. 5.* Flam. Paris. *d. q. 23. n. 15.* & Zerola *d. verb. ius ad rem §. 3.* & Gonçalez *gl. 26. n. 20.*

16 Quamuis ex expectatiua † ante acceptationem nullum ius competit neque in re, nec ad rem, sed solum spes Cassad. *ibi num. 2.* & Mandos. *num. 5.* seu ius tantum implorandi officium Superioris, seu executoris, vt vacante Beneficio ei prouideat, vt inquit Corras. *4. par. capitul. 4. numero* 11. qui inde etiam ait cum Cosma *in* † *pragmat. sanct. titul. de collatio. §. vo-* 17
lens. verb. nominationes, & §. quod si qui, verb. irritum quod per nominationem Vniuersitati etiam insinuatam ante vacationem, non acquiritur ius in re, nec ad rem nominato, cum ad incerta, & vacatura Beneficia dirigatur instar expectatiuae, &c. quod etiam tenet Selua *3. part. quaestion.* 51. quamuis contradicat Rebuff. *dict. quaestion. 4. de nominatio.* & super dict. regula *de non tollendo iure quaesito gloss. 6. numero 37. & 38.* Zerola *d. verb. ius ad rem. §. 15.* citans Archidiacon. & Dominic. *notab. 6. num. 4. in cap. si quis suito de electi. in* 6. qui tamen id non dicunt, nec ibi agitur de ista nominatione.

Sed est aduertendum, quod hoc ius † ex accepta- 18
tione expectantis non est considerabile, vt de eo debeat fieri mentio in impetratione, seu reseruatione facta à Papa de tali Beneficio, Eneas. *dict. effectu 47. 15. modo numero 3. & effect. 49.* Selua *3. part. quaest. 11. qualitate 17. & 25.* & Mandos. *reg. 3. quaestion.* 14. nec quoad clausulam, † dummodo non sit in eo alicui specialiter ius quaesitum, quae in litteris de Beneficiis vacantibus apponitur, vel subintelligitur, Sarnen. *in dict. reg. de non tollendo iure quaesito, quaest. 1. in princ.* & ibidem Mandos. *q. 2. num. 5. & 6. & consi. 4. n. 17.*

Per quam clausulam † istud ius non censetur prae- 20
seruatum, praeseruatur tamen ius non solum in re, sed etiam ad rem alio modo quaesitum, puta per electionem, vel praesentationem, quod etiam est considerabile ad Regulam *de non tollendo iure quaesito.* Rota *d. decis. 17. de Praeben. in nouis,* Egid. *d. decis.* 167. Cassad. *decis. 3. n. 3. & decis. 18. nu. 2. de Praebend.* Felin. *in d. c. causam quae, n. 26. & in d. c. in nostra Cor. 28. & in d. c. cum Bertholdus, n. 1.* Ripa *supra num.* 71. Selua *d. q. 11. qualitate 17. & 25.* Eneas 3. *quaestione numero* 17. Sarnen. *d. quaest. 1.* & Rebuf. *d. nu.* 57. vbi dicitur ita esse de stilo curiae, & Rota in vna Pisana Capellaniae 20. Maij 1594. coram D. Blancheto infra adducta *p. se. q. c. 5. nu. 141.* & in vna Firmana Beneficij 1564. coram eodem D. Blancheto vbi quod *ius competens ex praesentatione censetur praeseruatum ex clausula,* dummodo tempore datae, &c. *& alias est necessaria derogatio regulae* de non tollẽdo iure quaesito &c. Et in Mediolanen. supra adducta *n.* 14. in Oscen. canonicatus prima Februarij 1595. coram D. Seraphino, de qua infra *p. seq. c. 4. n. nu.* 141. & in Cassalen. Parochialis 9. Nouembris 1597. coram eodem, de qua infra *9. p. c. 2. num.* 95. & de dicta clausula vide decisionem Colonien. canonicatus infra adductam 10. *p. c. 1. ad fi.* & ibi dicta.

Vnde Menoch *de arbitrar.* † *lib. 2. c. 201. n.* 149. ait 22
narrandum esse ius alterius ex electione quaesitum, seu praesentatione, & alias gratia est nulla, Caputaquen. *decis. 57 p. 2.* Rota *decis. 187. in Miscell. manusc.* & Guidobonus *decis.* 55 de qua infra 9. *parte c. 4. nu. tertio.*

Vnde etiam reseruatio † non comprehendit Be- 23
neficium, ad quod quis est electus, seu collatum non acceptatum, Eneas *d. q. 3. n. 7. & 4. q. effectu* 7. † Nec obstat *cap. si eo tempore, de elect. in* 6. nam non habet locum in inferioribus Ecclesiis, *gloss.* 1. Anchar. & Franciscus sub *num. 2.* ibi. & Eneas *d. effectu* 7. de quo etiam infra *n. 40.*

Et ratio differentiae est, † nam ex quo expectanti 24
sublata prima vacatione remanet saluum ius veni-

di sua gratia, in alia vacatione non censetur ei præiu-
25 dicari considerabiliter, † quæ ratio cessat in electo, vel præsentato, quia in totum, & perpetuo esset exclusus. Et similiter in collatario ante acceptationem de quo infra, & in recepto in Canonicum, autho-
26 ritate Papæ expectante † primam Præbendam, cuius ius, de quo infra etiam est considerabile, quoad dictam clausulam, Sarnen. *d. quæst. 4. modo, & additio 2. ad d. decisionem.* 17. quia illa Prębenda est illi affecta, & ad eam cum vacat habet ius in particulari absque acceptatione.

27 Ait tamen † Sarnen. *d. quæst.* 1 illud ius ex acceptione expectantis quæsitum esse considerabile, quoad illam regulam de non tollendo iure quæsito, quãdo tollitur ius lite pendente, prout loquitur regula
28 Vnde (inquit) si lite pendente super † acceptatione mea emanaret prouisio aduersarij tollens acceptationem meam, possem me tueri ista regula, nisi illi expresse derogaretur, quia non præsumitur Papa velle mutare statum rei litigiosæ, nisi expresse hoc appareat, consonat quod ait *in reg. de subrogan. quæst.*
29 8. sed cum hodie dicta regula, † *de non tollendo iure quæsito*, habeat locum etiam ante motam litem, tunc quoad eam non erit considerabile dictum ius, cum
30 non sit considerabile, quoad dictam clausulam. † Imo eadem ratione nec lite pendente videtur esse considerabile contra Sarnen. cuius ratio solum conuincit, quod debeat fieri mentio de lite *ca. 1. & fin. vt lite pẽdente l. 2. C. eodem*, Meno. *de arbitrar. lib. 2. casu* 202. Lancello. *de attentatis ca. 4. in præfatione à num.* 631.
31 quæ solet fieri per clausulas generales † *litigiosum, &c. cuius litis statutum, &c.* quæ in litteris sic extenditur, *& super eo inter aliquos lis, cuius statutũ præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat in deciso,*
32 per quam dicitur facta sufficiens † mentio litis, Rota *decis.* 20. *de rescrip.* Achilles *decision. nona, de rescription.* Rota in vna Virdunen. Episcopatus. 15. Octobris. 1593. coram D. Pamphilio, vbi dicitur, quod, *illa clausula facit, vt dicatur expressus status litis, & Papa censeatur prouidere etiam vti de litigioso,* & in d. Colonien. Canonicatus coram eodem adducta *d. c. 1. 10. partis ad finem,* & in vna Taruisina Parochialis
33 26. Iunij 1600. coram † D. Ludouisio, in qua fuit resolutum, *sententiam Nuntij esse reuocandam, quia declarat litteras Apostolicas attentatas, quæ tali vitio notari non possunt, Papa enim non attentat, Thanis* decis. 62. *Egid.* 749. & in fine, *Rota* decis. 25. numero quarto de rescripto. in nouis, *Palleotus* 146. *& quatenus reuocat possessionem, & alia inde secuta, quia illa reuocat possessionem, & alia inde secuta, quia illa reuocat ex dicta causa, vt denotat illa dictio,* ideoque, *& cum sit lata expressa falsa causa, est nulla, nec obstaret, quod litteræ dicantur surreptitiæ, non facta mentione litis, & possessio postea capta sit attentata, vt fuit resolutum in vna Vrgellen. Archidiaconatus coram D. Penna. 13. Aprilis. 1592. quia, vltra quod Nuncius non fuit motus ex surreptione litterarum, sed ex eo tantum, quod fuerint impetratæ lite pendente, & essent attentata, cessat surreptio, quia fuit facta mentio litis cum clausula, cuius statum, &c. Achilles* decis. 9. de rescr. *& verba illa inter aliquos comprehendunt etiam personam, impetrantis, maxime cum persona loquentis sit Papa, Menoch.* cons. 2. nu. 75. & 78. & de pręsumptio, l. 3. præsump. 44. à nu. 28. *& mentio litis in singulari comprehendit plures lites, Iason.* in l. qui filiabus. §. 1. d. numero quarto. ff. de legat. 1. *maxime quia fuit facta mentio litis indiffinite sine aliqua restrictione, Iasson* ibi, &c.

Gratia tamen perinde valere † facta lite pendente, non facta mentione litis, est nulla ad Feli. *in d. c. in nostra, num.* 27. Lancellot. *supra*, vt fuit resolutum in causa Telesina Beneficij 23. Ianuarij. 1595. coram D. Seraphino. & in Leodien. Canonicatus. 7. Iunij. 1596. coram D. Penna, vbi etiam dictum est, *in hoc proposito non est scrupulose considerandum, an per litem, Beneficium sit effectum litigiosum, vel non, &c.* 34

Nec obstat d. † clausula, & *super eo inter aliquos, lis, &c.* quæ est in litteris, principalibus, quæ per gratiam perinde valere, reualidantur ab eius data, quia per illam solum censetur facta mentio litis, quæ alias est super Beneficio non vero litis, quæ est occasione litterarum principalium, super quib. impetratur, perinde valere, & ita potest intelligi resolutio. in causa Placentina Capellaniæ. 20. Iun. 1596. coram D. Penna, quod in gratia, perinde valere, non est necessaria mentio de lite. 35

Quartus modus est † gratia expectatiua Præbendę recepti in Canonicum, seu mandatum de prouidendo de prima Prębenda factum recepto, siue creato in Canonicum authoritate Apostolica, per quod acquiritur ei ius ad Prębendam primo vacaturam *cap. si postquam de Præbend. in 6.* Eneas *d. effectu 47. secundo modo, n. 4.* Sarnen. *d. quæst. 1. 4. modo,* Corras. *d. 4. part. cap. 1. numer. 4.* & Zerola. *d. verb. ius ad rem. §. 4.* quod ius est † considerabile, vt debeat de ea fieri mentio, etiam in gratia motu proprio, Anchar. Domin. & Francus *in d. cap. si postquam,* Eneas & Sarnen. *ibi,* & ad regulam *de iure quæsito* & clausulam, *dummodo non sit alicuius ius quæsitum,* Sarnen. *ibi,* & diximus supra *n.* 25. 36 37

Quintus est per collationem † nondum acceptatam *cap. si tibi absenti de Præbendis in 6.* & ibi Domi. *nume. 2. & 18.* Francus *num. 2. & à numer.* 12. Felin. *in d. cap. in nostra num.* 5. Eneas *d. effectu 47. 6. modo num.* 8. Sarn. *d. quæst. 1. quinto modo,* Rebuf. *d. glos. 6. modo nu. 27. & 38.* Corras. *d. num.* 14. Mandos. *reg. 5. q. 5.* & Zerola *d. verb. ius ad rem §. 5.* 38

Quod ius est considerabile † ad omnes regulas loquentes de iure ad rem, & impetrationes, & d. clausulam, *dummodo non sit alteri ius quæsitum,* quę illud pręferunt iuxta dicta, vt per citatos, maxime Domini. Francum, Feli. & Sarnen. 39

Nec reseruatio interim facta de d. † beneficio etiam motu proprio impediret consensum, & acceptationem illius, cui erat iam ius quęsitum, saltem ad rem per collationem, quod non tollit motus proprius, vt concio Domin. *d. num.* 18. tradit Francus *supra num. 13. & 14.* non obstante *d. capit. si eo tempore de electione in 6.* quia hic non remanet aliquid expediendum per Papam in persona collatarij, in quo intret reseruatio, maxime cum ille textus non habeat locum in inferioribus Beneficiis, vt contra eundem Domin. *d. c. si eo tempore, n. 4.* diximus supra *n. 22. & 23.* 40

Vnde ante acceptationem collatarij † beneficium dicitur vacare, licet non libere, vt possit conferri ante dissensum, vel lapsum termini dati ad consentiendum, vt *in d. c. tibi,* & ibi Do. & Flam. Paris. *lib. 10. de resignat. quæst. 8 numer. 9.* & illo moriente ante acceptationem beneficium vacat, vt prius Flaminius *ibi numero 10. & 22.* & Gonçalez *glos. 15. §. 2. numero sexto.* 41

Et est decisio in causa † Taurinen. commendæ. 10. Aprilis. 1595. in qua fuit dictum, *non obstare, quod collatio Ordinarij sit facta absenti, & ante ratificationem superuenerit collatio Papæ in fauorem aduersarij, quia per* 42

quia per talem collationem absenti factam Beneficium desinit esse liberum, vt per Dominos in d. cap. si absenti, *& acquiritur tale ius, vt per clausulam,* dummodo tempore datæ, *&c. ipsum ius censeatur præseruatum.* Gemin. in d. c. si tibi absenti. n. 18 cum aliis, &c.

43 Sextus modus, per quem acquiritur † ius ad beneficium est per reseruationem factam pro aliquo, de certo Beneficio, Simoneta de *reseruatio. quæst.* 20. & Zerola *d. verb. ius ad rem. § 6.*

44 Quod ius est considerabile † quoad dictam clausulam, & regulam *de iure quæsito,* adeo, quod si Papa alteri conferat, non derogando expresse tali reseruationi, collatio esset nulla, quia militat eadem ratio ac in electione, & præsentatione, &c. Eneas *dict. effectu 47. 5. modo, numero septimo & tertio effectu ad fin. & 4. effectu numer. 1. & 2.* Sarnen. *dict. q. 1. modo 6.*

45 Septimus modus, † vt per optionem, seu ius optandi, Eneas *dict. effect. 47. 7. modo num. 9 Sarn. 7. modo 7.* Reb. *d. numer. 38.* & Zerola *supra §. 7.* & ad Papaz. & Rotam *decis. 3. de consuetud. in nouis ad fin.* quod ius est considerabile quo ad dictam regulam, & consequenter etiam quo ad dictam clausulam, Sarnen. *ibi* quo *par. seq. cap. 1. numer.* 295 & quod habens ius o-
46 ptandi dicatur † habere ius ad rem, tradit post hæc Gonçalez *gloss. 34. num.* 126. quod intelligit *num. seq.* de Præbenda vacante, alias secus. item postquam fuerit acceptata iuxta dicta de expectatiua supra à *numero decimoquinto,* sed in hoc vltimo non bene dicit, nam primus habens ius optandi habet ius ad Præbendam vacantem, etiam ante acceptationem, vt sentiunt citati, & diuersum est in expectatiua, vt cõstat ex supradictis *numero decimosexto. & à num.* 18. & 24.

47 Octauus modus est † ob non solutionem pensionum. Eneas *d. effectu 47. 8 modo num. 10.* relatus *d. cap. 1. num. 199.* Sarnen. *d. quæst. 1. octauo modo.* Flam. Paris. *de resignatione lib. 6. quæstio. 3. numer. 15.* & Zerola *supra. §. 8.*

48 Ait tamen Sarnen ibi quod, † quoad effectum dictæ regulæ de iure quæsito, non potest tale ius adaptari, cum competat contra viuentem, & regula non habet locum in prouisione Beneficiorum, viuentium.

49 Sed id nihil obstat, † nam, cum titularis Beneficio priuatus existat, illudque vacare censeatur eo ipso ex dictis clausulis appositis in litteris pensionum, perinde est ac si mortuus esset, & regressus, vel accessus, qui pensionario datur, & eo declarante intrat, non solum ius ad rem, sed etiam in re tribuit, vt in dictis clausulis, de quo videtur Flam. Paris. *d. q. 3. per totam,* ex stilo tamen benigno Rotæ canonita-
50 tur † huiusmodi regressus, vel accessus, nec illis est locus, nisi data magna proteruia, vt per Cotam *decision. 205 in Miscel. manuscript.* vbi dicitur, *quod in causa regressus, ob non solutionem pensionis, Domini solent vti benignitate cum titulari, vt facta præfixione termini debeat soluere, vel soluat, & purgabitur contumacia, vel expediatur causa sic benignitate Dominorum, ita in causa Burgen. Canonizationis regressus, siue pensionis. 3. Iunij 1558. coram Domino Caputaquens.*

51 Et per Rotam in causa † Rosanen regressus 16. Ianuarij 1595. coram D. Lita. & Placentina Decanatus 10. Nouembris, eiusdem anni coram Dom. Penna, vt in decisionibus sequentibus. Rosanen. regressus.

Domini censuerunt sententiam Archiepiscopi Rosanen. esse reuocandam ea ratione, quia regressus non Canonizatur, nisi vbi datur magna proteruia, Aren. Augustinus decision. 352 & 624. lib. 3. & in epitome de priuatione ob non solutionem pensionis. *§. 5. sub titulo generali,* de pœnis, *quæ propterea hoc in casu considerari non potuit stante deposito reali, & consensu d. iudicis, & sufficit sola oblatio verbalis ad effectum euitandi pœnam. Socin.* consil. 118. lib. 4. *Veralius* decision. 721. part. 2. *& in hanc sententiam eo facilius Domini venerunt, quod in actis constat de reali ipsius Marci Antonij receptione omnium, & quorum nunquam terminorum d. pensionis decursorum absque protestatione, per quam censetur omnis pœna regressus, seu caducitas remissa, si qua praecedebat.* leg. post diem. ff. de lege commissoria *Aretin.* consil. 149 col. penul. & finali.

Placentina Decanatus 10. *Nouembris* 1595.

QVONIAM *in reseruatione* † *pensionis super* 52 *illo Decanatu ad fauorem Mirandæ fuerat dictum, quod si Garsias de Loaisa, vel don Petrus Pariagua peterent pensionem reduci, vel annullari, &c. liceret Mirandæ propria authoritate capere possessionem Decanatus, illamque vigore eiusdem decreti retinere, & deinde D. Petrus causam cõmitti obtinuerit super nullitate pensionis, eamque commissionem Petrus ratam habuerit, & vt Rota censuit 26. Octobris. 1594. & propterea Miranda prætenderet factum fuisse locum prædicto decreto, ideo proposito dubio super hoc, conclusum fuit locum factum fuisse prædicto decreto ad effectum, de quo agebatur, potuisse tamen Decanum recedendo à lite euitare pœnam in decreto appositam. nam quantum ad primam partem clarum erat, Petrum propter litem motam super nullitate pensionis, & illius prosecutionem, in qua adhuc tenaciter perseuerat, sese statutæ pœnæ subdidisse, ob euentum conditionis in decreto appositæ, Veralius* decis. 147. p. 2. *Achilles* decis. 311. *alias* 1. n. 5. de iureiurando *in impressis, & stante præsertim clausula sublata, quæ tollit potestatem aliter iudicandi. Puteus* decis. 50. n. 5 l. 1. *& declaratione facta per Mirandam per quam dixerat, se acceptasse decretum, & eo vti velle, Puteus* decis. 34. lib. 1. *Mohed.* decis. vlt. ad finem de renuntia. *nec placuit Dominis ille decreti intellectus per informantes pro don Petro, quod intelligeretur, vt non posset opponi de nullitate de facto, & non de iure. Oradinus* decis. 76. *Cota* decis. 294. *hanc autem nullitatem contra pensionem Mirandæ apertum habere iuris fomentum, ex quo Garsias non consensit, vt fuerat præsuppositum, & semper in confirmationib. Pontificiis subintelligitur conditio, quatenus partes de nouo consentiant, Abbas* in cap. super eo, num. 8. de conditionibus apposit. *quoniam respondetur verba decreti fuisse amplissima, vt de nullitate ex quauis causa dari non posset, quæ propterea tam veniebat intelligenda de facto, quam de iure, Rayn.* consil. 77. n. 7. & 8 lib. 2 *Malvasia* consil. 12. *incip.* duo proponuntur, num. 14. lib. 1. *& eo maxime, quia Petrus neque de iure opponere posse videbatur stante clausula in reseruatione pensionis, quod non possit dari de obreptione, & surreptione, cũ clausula sublata, qua casu Papa etiam de iure litem & molestiam prohibuisse censebatur, Puteus* decis. 377. lib. 2. 2. parte, *quod Decanus posset euitare pœnam, si pœnitendo recederet à lite, & ab omni molestia amplius Mirandæ tam de facto, quam de iure inferenda, Domini tenuerunt more maiorum, qui æquitatem, & humanita-*

*tem humana natura conformem secuti censuerunt in si-
milibus casibus moram purgari posse, Sarnen. de subro-
gandis collitigantibus,* quæst. 7. numer. 8. versi. 2. casus,
Anton. Augustin. in Epitome, tit. de priuatione ob
non solutionem. §. 5. *idem* lib. 3. decis. 552. *incip.* Pere-
grinus. *idem* decis. 619. *incipiente*, Thomas Athanis.
*vbi censent iniquum fuisse iudicatum quem quam priua-
ri Beneficio ob non solutionem pensionis, quam senten-
tiam deinceps Rota sæpe secuta fuerat, vt in vna Cala-
gurritana Prioratus coram Dom. Blanchetto 22. Maij
1579. & 15. Ianuarij 1580. & nuper anno præsenti
coram Lita 15. Ianua. in causa Rosanen. regressus, &
quamuis ex his decisionibus intelligeretur tunc posse
canonizari regressum, & illis decretis pœnalibus fore
locum, quando adest magna proteruia in recusante
pensionem soluere, quam informantes pro Miranda ex
eo contra dictum Petrum deducere conabantur quod
litem sustinuerit, & plures alios actus fecerit tam in
Rota, quam in signatura, pro pensione annullanda, ni-
hilominus ex aduerso apparebat semper solutam fuisse
pensionem, & nouissime quoque datam à domino Petro
scedulam cautionis Bancariæ, ex quibus cessare videba-
tur formalis illa & culpabilis pertinacia, quæ regressi-
bus viam apperit, supradictis accedebat factum Miran-
dæ, quoniam, licet commissio & prosecutio causæ super
nullitate pensionis fuerint de anno 1592. Miranda ta-
men exegerat pensionem per totum annum 1593 non de-
clarando, quod volebat vti decretis, neque protestando,
nisi de anno 1594 per quos actus alias censetur remissa
pœna caducitatis, Cassad.* decisione 2. & 3. de locato,
Gambarus de potestate legati, libro sexto, numero
480. *postremo non placuit Dominis illa distinctio, quam
faciebant informantes pro Miranda, de contrauenien-
do in omittendo, vel committendo, vt cui contrauenitur
in committendo statim secuta contrauentione fiat locus
pœnæ, & sic in casu proposito prouisionis ad fauorem
Mirandæ, iuxta tradita per Bald.* in authent. habita,
numero quadragesimosexto, C. ne filius pro patre,
Antonius, consi. 93. numero 7. *Decius* consi. 136. num.
4. *quia licet regulariter grauiores sunt excessus, & er-
rata facta per commissionem, quam per omissionem, Rota
tamen æquitatem canonicam secuta, non amplectitur il-
lam distinctionem, cum contrauenientes quantum pote-
rit admittat ad moræ purgationem, præsertim si sui par-
tis non sit effectum deterius. capit. suam de pœnis, Ale-
xand.* in l. si insulam, numer. 24. de verbor. obligat.
Iassan. in l. si quis maior. num. 26. *& ibidem Cagnol.*
numer. 152. C. de transactio. *Quamquam autem deci-
sum esset D. Petrum potuisse purgare moram, etiam vs-
que ad tertiam sententiam, non propterea denegabatur
Mirandæ facultas prosequendi etiam ius suum, si
quod haberet ex aliis capitibus ad eundem Decanatum,
tametsi Dominis placebat, quod lis finiretur per con-
cordiam.*

53 Nonus modus est per priuationem iuris, † nempe,
quando quis venit priuandus Beneficio, Eneas *d. effe-
ctu* 47. 10. *modo, n.* 12. Sarnen. *d. q.* 1. 9. *modo*, Zerola *d.
verb. ius ad rem. §. 9.*

54 Sed, vt ibi dicunt Eneas, † & Sarnen. istud ius non
habetur in consideratione, quia Beneficium non va-
leat antequam ille priuetur, & sic agenti, seu impe-
tranti in euentum priuationis non competit aliquod
ius ad Beneficium, de quo vide late dicta infra 11. *p. c.
3. à n. 62.*

55 Decimus & vltimus modus, quem ponit † ibi
Sarnen. & Eneas 9. *modo, numer.* 11. & Zerola §. 10. *est
per regressum, & accessum,* Nauarrus *in capi. si quando,
de rescript. prælud.* 5. *& exceptione* 11. *numero septi-
mo.* & Flam. Paris. *dict. q.* 13. *num.* 16. *cum aliis.* Adde, &
coadiutoriam, cum futura successione. Nauarrus † i- 56
bi, quod ius, inquit Sarnen. est considerabile, quo-
ad omnes regu. & dispositiones de iure quæsito lo-
quentes.

Quod sine dubio procedit † post vacationem Be- 57
neficij difficultas est ante vacationem, nam tunc istud
ius non videtur considerabile, cum sit conditionale
euentum vacationis, Cassad. *decis. 3. de præben.* & Mo-
hedan. 21. *eod. tit.*

Sed Quamuis ex eo † non sit considerabile ad effe- 58
ctum, vt ratione illius iuris ante vacationem intret
reseruatio, quæ contentatur iure ad rem, vt dicemus
infra *p. seq. cap. 1. numero* 304. tamen ad effectum, vt
per aliam gratiam non præiudicetur illi, censetur ius
considerabile, quia est ad certum Beneficium, maxi-
me, cum ista gratia concedi soleat cum magna com-
positione, & præsertim ex clausulis in huiusmodi
gratiis, & coadiutoriis apponi solitis, & ista post hæc
ait Gonçalez *gloss. 5. §. 9. à numero 79.* quod in vna
Vallisoletana Decanatus 11. Dec. 1600. coram Dom.
Millino fuit resolutum, quod per gratiam coadiuto-
riæ cum futura successione acquiritur ius quoad suc-
cessionem valde considerabile, & proculdubio regu-
la, de non tollendo iure quæsito, locum habet in illo,
qui tamen male allegat *decis.* Caputaquen. 128. *part. 1.
& 31. p. 3.* ad id, quod dictum est de compositione
conducunt dicta per Gonçalez *gloss. 28. à numer. vige-
simo octauo.*

Addo vndecimum modum, † per quem acquiritur 59
ius ad rem considerabile, quoad dictam clausulam,
dummodo non sit alteri ius quæsitum, & regulam *de non
tollendo iure quæsito*, videlicet mandatum de proui-
dendo de certo Beneficio vacante in forma dignum,
† vel alias; quod ante collationem non dat titulum, 60
& ius in re, sed ad rem, vt dictum est *cap. præced. n.* 55.
vnde per obitum habentis huiusmodi mandatum
ante collationem non vacat Beneficium, sed vt prius
Bonifacius *in Clem. 1. vt lite pendente, numer.* 49. Ro-
ta in Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coram
D. Pamphilio supra relata 2. *par. num* 31. vt dictum
est *d. c. præced. n.* 17. & post hæc tradit Gonçalez *gloss.
15. §. 2. n.* 59.

Decimus secundus modus, † per quē acquiritur ius 61
ad Beneficiū, est oppositio, stāte cōstitutione seu cō-
suetudine dante ius opponendi, Cassad. *d. decis. 18. de
Præbend. n.* 5. Puteus *decis.* 235. & 264. *li.* 2. Sarnen. *in
d. reg. de non tollendo iure quæsito, quæst. 1. num.* 10. *versi.
nam per illam solam oppositionem*, † qui ait, quod hoc 62
ius opponendi habet locum, etiam quando non so-
lum ex constitutionibus synodalibus competeret fi-
liis patrimonialibus, sed etiam quando ex ordina-
tione testatoris tantum volentis proximiorem de
suo genere ad Beneficium præsentari; nam tali casu
per oppositionē proximioris acquiritur illi ius cō-
siderabile, adeoque virtute d. clausulæ, quatenus non
tollatur ius quæsitum, videtur præseruari, vt nouissi-
me conclusit Rota in vna Oxonien. Capellaniæ de
Soron corā R. D. Raynaldo Petricio de mense Iunij
1539. quæ de plano procedunt quando ius opponen-
di competit vigore alicuius constitutionis, vel or-
dinationis, secus vero, vbi nulla esset constitutio, sed
simplex vsus se opponendi; nam talis oppositio non
dat ius, &c. hæc Sarnen. consonat Cosmas Philiar-
chus *de offic. Sacerdotis.* 2. *p. lib.* 4. *c.* 23. & faciunt dicta
infra 7. *p. c.* 15.

Sed verius est istud ius † solum esse considerabi- 63
le re-

le respectu Ordinarij, & inferiorum Papa, qui non
possunt illi derogare, Puteus *d. decis.* 235. Crescen. *de-
cis. 7. de iure patr. n.* 2. & Rota in vna Toletana Scho-
lastriæ de Alcala, 22. Maij. 1592. coram D. Orano sta-
tim adducenda, & in Placentina Cantoriæ. 24. Octo-
64 bris 1594. infra adducta, *num.* 81. & ad effectum, † vt
in gratia deuocaturo esset facienda mentio de tali iu-
re, Puteus *d. decis.* 235. & *d. decis.* 164. quæ ait non ta-
men esse in ea necessariam derogationem regulæ, de
non tollendo iure quæsito, quia loquitur de iure ra-
dicato, & incorporato, seu iure perfecto, & de præ-
terito quæsito, & retro in d. Toletana Scholastriæ.
65 Non autem est considerabile ad effectum, † vt per
dictam clausulam, *dummodo non sit alteri ius quæsitum*
censeatur præseruatum, nec vt de eo debeat fieri
mentio in gratia de vacante, nam oppositio assimi-
latur acceptationi cum pendeat ex facto se opponē-
tis, & sit in mera facultate, & volūtate illius, sicut ac-
ceptat. Cassad. *d. decis.* 18. *n.* 2. Puteus *d. decis.* 255. *n.* 3.
Crescen. *d. decis.* 7. vbi fuit resolutum clausulam, *dū-
modo alteri non sit ius quæsitum*, positam in noua pro-
uisione non præseruare ius illius, qui solus erat de
genere, & nomine testatoris, & præsentari debebat
secundum tenorem fundationis, non tamen fuit præ-
sentatus, & tale ius non dici ad rem considerabile, vt
per præsentationem, vel electionē, &c. & Mohe. *de-
cis. 1. de Præbend. & 34. eodem tit.* quæ est ad finem
libri alias 22. & 23. vbi fuit resolutum, quod per op-
positionem factam per opponētes se ad Canonica-
tus Doctorales Hispaniæ, & per receptionem per
Capitulum factam non acquiritur ius ad rem con-
siderabile, quod impetrans Canonicatum teneatur
facere mentionem in impetratione de oppositione,
& de tali iure, & Rota in vna Calagurritana Bene-
ficij de Arcaya. 28. Iunij. 1591. coram D. Seraphino
infra adducta *parte sequenti cap. 1. num.* 527. *ad finem*
66 & in d. Toletana Scholastriæ, quę sic ait. † *Domini
tenuerunt Franciscum Herrera super vacatione Scho-
lastriæ, de qua agitur, audiendum, quia, cū habeat qua-
litates ad illam obtinendam à statuto requisitas, potuit
ad vacantem se opponere, itaque ex oppositione ius sibi
fuit ad illam acquisitum, Cassad. etiam* decis. 18. num. 4. de
Præbend. *Sarnen.* super reg. de non tollendo iure
quæsito, quæst. 1. num. 10. versi. nam per illam solam
oppositionem, *& hoc manifestum fit, quia in gratia de
vacaturo necessaria de tali iure ex oppositione acquisito
fieri mentionem oportet, vt per Puteum* decis. 235. lib. 2.
*sed tanto magis, quando non agitur contra promissum A-
postolicum, vt est casus noster, sed contra eum, qui ius ab
Ordinario fuit assecutus, nam hoc certum est faculta-
tem derogandi statuto Ecclesiæ non competere, Puteus*
decis. 235. num. 3. & 4. *neque in contrarium facit quod
voluit Mohedas*, decis. 22. & seq. *nempe ex oppositione
non competere opponēti aliquod ius considerabile in re,
vel ad rem, quia loquitur in diuersis terminis, videlicet
ad effectum, ne taciturnitas illius in gratia de Beneficio
vacanti possit causare surreptionem, non autem quando
statutum adest, per quod tribuitur ius opponenti, Puteus*
decis. 253. lib. 3. *Anton. Aug.* in epitome tit. de proui-
sione & oppositio. §. 1.

Et idem fuit resolutum † in causa Placentina Cā-
67 toriæ. 31. Ianuarij. 1594. coram D. Aregonio, in qua
Domini tenuerunt, *quod ex oppositione, & requisitio-
ne Mathei de la Pila Canonici Placentini ad Canto-
riam vacantem, non fuit acquisitum ius, de quo in gratia
Apostolica D. Didaci de Aguilera esset facienda men-
tio, & per quod eius gratia posset dici nulla, etiam stan-
te statuto fundamentali dictæ Ecclesiæ à Papa confir-
mato, & quod Dignitates vacantes prouiderentur Cano-
nicis dictæ Ecclesiæ, quibus nihil obstaret de Canonicis
instituendis, ex Cassadoro* d. decis. 18. de Præbendis, *Mo-
hed.* decis. 22. & 21. *Puteo* 235 lib. 2. *Gometio* d. quæst. 1.
num. 10. *Anton. August.* in repertorio, tit. de Prębend.
§. de oppositione; *nec obstat decisio Putei* 235. lib. 2. &
253. lib. *quia illa prima procedit in gratia de vacaturo,
secus in gratia de vacante, vt in proposito, in qua est di-
uersa ratio, vt ibi dicitur in secunda vero vltra oppositio-
nem fuit processum ad plura alia, per quæ fuit ius quæ-
situm, vt ibi dicitur, quasi non esset processum, ius
non quæreretur ex sola oppositione vt ibi dicitur.* Idem 68
etiam fuit tentum in vna † Calagurritana de Iocano
15. Maij 1600. in qua fuit resolutum *sententiam poste-
riorem esse validam non obstante defectu iurisdictionis
appositum ex eo; quod Nuntius non haberet facultatem
committendi causas Beneficiales, nam fuit dictum hanc
causam non esse Beneficialem, quia Cæsar vti præsen-
tandus prætendebat sibi debitum esse Beneficium, nō au-
tem petebat illud tanquam suum, Bald.* in authen. liti-
giosa, num. 1. C. de litigios. *& quando lis est super præ-
sentatione, cui aliquis se opponit ad impediendam insti-
tutionem, causa non dicitur Beneficialis, vt fuit dictum
coram Oradino in causa Aretina de Ragusiis. 24. Apri-
lis. 1559. quam allegat Lantel.* de attentatis cap. 4. in
præfat. nu. 489. &c. *Nec obstare, quod ille sit filius patri-
monialis, & se opponat, quia per oppositionem non ac-
quiritur ius ad rem, nec in re super Beneficio, ita vt pos-
sit illud petere tanquam suum, vt in d. Placent. Canto-
riæ, &c.* Et tradit post hęc Gonçalez *gloss. 9. §.* 1.
à num. 88.

Ex qua decisione † Placentina, & *d. dec.* Put. 253. 69
apparet, id intelligi, nisi vltra oppositionem opposi-
tor iustificauerit qualitates necessarias, & requisitas
per cōstitutionem, seu priuilegium, ita vt censeatur
ab illa vocatus, & sola prouisio deficiat, nam tunc ex
tali oppositione, & verificatione qualitatum cesset i-
psi quęsitum ius considerabile, de quo in prouisione
aduersarii erat facienda mentio, & oppositio in isto
casu assimilaretur pręsentationi, seu electioni, quam
acceptationi, &c. Et consequenter esset pręserua-
tum per d. clausulam, *dummodo non sit alteri ius quæ-
situm*, & haberet locum d. regula *de non tollendo iure
quæsito.* Vt fuit resolutum *in d. decis.* Putei 253. *lib.* 3. in
vna Burgen. Canonicatus, & Prębendę Doctora-
lium de anno 1549. de qua est *consil.* 51. Mandosii, † 70
qui ait, quod ex oppositione competente ex aliqua
constitutione, vel priuilegio acquiritur ius conside-
rabile, vt non tollatur per clausulas generales re-
scripti, & sit reseruatum per clausulam, dūmodo alte-
ri non sit ius quæsitum, in fine tamen refert Rotam
dixisse simplicem oppositionem non esse considera-
bilem, sed quia vnus tantum se opposuit, & verifica-
uit esse in casu priuilegii Sixti. IIII. illud ius es-
se considerabile, & tradit Gonçalez sup. *numer.* 92.
& seqq.

Vnde, si essent plures † oppositores, qui verifi- 71
cassent qualitates necessarias, nulli esset ius quæsi-
tum considerabile, sicut dicitur de patronis pluresa
præsentantibus, quibus nullū ius acquiritur ad rem
vt per Mohed. *dict. decis.* 1. & diximus supra *titul.*
11. Gonçalez *vbi proxime*, qui *num.* 94. ait fuisse de-
cisum in vna Calagurritana Beneficii de Ocon. 16.
Iunii. 1703. coram D. Otinbergo, quod per sententiā
declaratoriam factam ab Ordinario continentem
Beneficium patrimoniale esse debitum N. vti ido-
niori, etiam ante præsentationem, & institutionem
post modum faciendas acquiritur ius ad rem consi-

derabile, ex quo iam erat idonior ab examinatoribus repertus.

72 Vnde etiam in terminis † *dict. decisionis* 7. Crescen. videtur, quod si ille qui erat solum de genere, & nomine, & debebat præsentari secundum fundationem, id verificasset ante obtentam nouam prouisionem per aduersarium aliter dicendum esset, nempe quod esset ei quæsitum ius considerabile, de quo non solum esset facienda mentio in noua prouisione aduersarij, sed etiam esset præseruatum per dict. clausulam, dummodo alteri non sit ius quæsitum, & haberet in eo locum *d. regula de nō tollendo iure quæsito.*

73 Quinimo in terminis † d. decisionis Crescentij, etiamsi ille, qui erat de genere, & nomine, nondum id verificasset, videbatur necessaria mentio non solum de lite, sed etiam de tenore fundationis, vt ibi factum est, quamuis non esset necessaria derogatio *d. regul. de non tollendo iure quæsito*, nec præseruaretur per illam clausulam, *dummodo alteri non sit ius quæsitum*, iuxta supradicta, alias enim non censetur Papa velle derogare fundationi etiam in gratia de vacante.

74 Et ita fuit resolutum in vna † Vlisbonen. Prioratus 4. Iulij 1601. coram D. Seraphino, vt in decisione sequenti. *Fuit conclusum locum esse sequestro, primo, quia possessio capta per D. Matthæum Bernardez fuit capta pendente appellatione à decreto Ordinarij* capit. non solum de appellatione libr. 6. & 2. vt lite pendente, eodem lib. *nam, licet Princeps non attentet, vt per Egidium* decis. 249. in fine, *tamen possessio vigore gratiæ capta post appellationem, seu post inhibitionem est attentata, Modernos* de attentatis p. 2. cap. 4. in præfatione numero 413. cum aliis, *quod maxime procedit stante, quod gratia erat surreptitia cum non fuisset narrata lis, neque narratum Beneficium esset debitum certo generi personarum in fundatione, prout constat ex priuilegio, & tribus sententiis alias in Rota antiqua latis, quo casu gratia Papæ, non facta de hac re mentione est nulla, Thanis* decis. 102. *Eneas de Falcon.* q. 3. n. 22. *Puteus* dec. 235. n. 2. l. 2. *non obstant, quæ ex aduerso deducta fuerunt, & primo, quod deducitur fuisse processum iuxta formam præscriptam à S. Concilio Tridentino, quia præterquam quod non tuetur attentationem, decretum illud, quod habetur* ses. 24. capite. 18 de reform. *non procedit, vbi in fundatione fuit data diuersa forma, quæ est obseruanda, vt patet ex resolutione S. Congregationis, nec obstat, quod dicitur in actis non constare de possessione capta per Mathæum, ex quo processus ille non est in forma probanti quia dato & non concesso, quod ita res se habeat tamen non ideo excluditur quin sit opponendum sequestrum, imo facilius debeat concedi, si possessio vacat, ne interim dilapidentur fructus Prioratus, & ex his conclusum pro sequestri appositione.* Accedit *decisio* Cæsaris de Grassis 97. *numero sexto & 91. num.* 1. & 2.

75 Et quod diximus † *numero* 65. huiusmodi ius ex oppositione competens non esse considerabile, vt de eo debet fieri mentio in gratia de vacante, videtur procedere quando huiusmodi ius, & oppositio competit ex statuto, consuetudine, vel priuilegio, & ita loquuntur decisiones ibi citatæ, & numeris sequentibus: secus in fundatione, quæ est magis fauorabilis, &, cui non ita facile censetur per Papam derogari ad tradita infra *sexta parte capit. primo à numer.* 118.

76 Præterea circa d. decisionem † Calagurritanam de Iocano, quatenus dicit non esse causam Beneficialem quando quis se opponit prætendens sibi vti præsentando, vel alias Beneficium esse debitum, & consequenter Beneficium non fieri litigiosum, quod etiam alias fuit resolutum in alia Calagurritana de Curatu † coram D. Oriolen. 27. Martij nempe *quando opponitur in præsentatione, præsentatum non esse instituendum causam non dici Ecclesiasticam ex Lancelloto* dict. numer. 489. *quia causa non dicitur Beneficialis quando quis petit Beneficium tanquam sibi debitum, sed tanquam suum,* aduerto † id non videri verum, nam quamuis in profanis solum dicatur res litigiosa, de cuius dominio quæstio mouetur, vt *in dict. authen. litigiosa. C. de litigiosis,* tamen in materia Beneficiali causa dicitur Beneficialis, & Beneficium litigiosum, non solum quando est quæstio, cuius sit Beneficium, & ad quem pertineat, seu quando quis illud petit tanquam suum, sed etiam quando litigatur super iure ad rem, & Beneficio conferendo principaliter, vt patet ex *capite* 1. *vt lite pendente in* 6. ex quo Beneficium, vt litigiosum per litem inter electos, seu præsentatos, qui non petunt nec possunt petere Beneficium tanquam suum, sed tanquam sibi debitum, & quando ex mandato de prouidendo quis petit beneficium sibi conferri, & assignari in contradictoris iudicio cum intruso, seu alio ius prætendente, clarum est causam esse Beneficialem, & Beneficium litigiosum, & hoc forte vult Baldus *in dict. authent. litigiosa, numero* 1. ibi, *extra eius dictum factum est casus in capite extra. vt lite pendente libro sexto.* 77 78

Et quod dicit *dict. decisio.* Aretina de † Ragusin. & cum ea Lancel. *dict. num.* 489. accipiendum est quando quis solum se opponit, ne præsentatus instituatur non petens Beneficium tanquam sibi debitum, seu tanquam suum, secus vero quando quis se opponit petens Beneficium tamquam sibi debitum ex fundatione, vel alias, seu tamquam suum, & faciunt tradita infra 11. *p. ca.* 3. *à nu.* 75. & ita tenendum est, quicquid dicat Gonçalez *§. 2. proœm. numero septuagesimo octauo.* 79

Quod autem diximus ex oppositione, † & verificatione qualitatum per oppositorem facta, esse ipsi quæsitum ius considerabile, accipiendum est quando illa verificatio facta est legitime, & seruato iuris ordine, ac secundum formam constitutionis, non alias, vt fuit resolutum in d. Placentina Cantoriæ 24. Octobris 1594. coram D. Seraphino, vt in sequenti decisione. *Cum in gratia Didaci apposita clausula, dummodo tempore datæ præsentium non sit alicui ius quæsitum, fuit per Matthæum oppositum tempore datæ gratiæ iam fuisse sibi ius quæsitum ratione oppositionis, seu requisitionis suæ, super quo ar. Domini proponente R. P. D. meo Arigonio, resoluerunt non fuisse ex sola oppositione, seu requisitione ius aliquod considerabile quæsitum Matthæo, etiam stante statuto Ecclesiæ Placentinæ. Cassodorus* dec. 18. *n.* 3 de probation. cum aliis allegatis in decisione, *verum quia vltra oppositionem allegatum fuit pro Matthæo, fuisse ad plures alios actus processum, dubitaui, an simul cum oppositione concurrant aly actus, & tales, ex quibus fuerit ius quæsitum Matthæo? & fuit omnium Dominorum consentiente opinione decisum non adesse tales actus, ex quibus fuerit ius quæsitum Matthæo, cum enim maior pars eorum proueniat ab ipso solo Matthæo, res dicitur remanere in simplicibus terminis acceptationis, per quam non dicitur quæsitum ius, vt per Rotam* 17. de Præben. in nouis *late Cassad.* d. dec. 18. de Præb. *Feli. post Card. & alios, quos allegat,* in c. causam, quæ, nu. 26. de rescrip. *Sarnen.* do 80

iure quæsito non tollendo, q. 1. nu. 40. *ideo vt dicatur ad hunc effectum ius quæsitum, necesse est, vt ex parte collatoris deueniatur ad aliquos actus prout in dec. Puteo,* 235. li. 2. *neque hanc decisio suffragatur Matthæo prætendenti, ex parte electorum non fuisse deuentum ad plures actus & ad collationem, nam Puteus loquitur quando illi actus qui fuerant seruato iuris ordine, & secundum formam à [illegible] traditam, at in casu de quo agitur, omnia fuerunt nulliter gesta, & nouiter data iuris, nec statuti forma, ideo nihil operantur.* capite non præstat de regulis iuris in sexto, *Rebuffus* super regula de infirmis *glossa* decimanona in prin. *nullitas vero in eo consistit, quia, cum potestas conferendi esset penes Episcopum, & Capitulum [illegible] secundum statutum, quæ de iure communi, Cassad.* dec. 22. de Præben. *neque ab eis esset deuoluta [illegible] tunc Episcopus nunquam absolute negauerit se velle conuocare Capitulum, vel conferre Dignitatem, sed id tantum ex iusta causa distulerit, [illegible] Petrum reseruatarium fructuum vi [illegible] suis, & tempus conferendi, quod est sex mensium, non labebatur, [illegible] periculum esset, ne posset expirare, & ita nulla adesset Episcopi, & Capituli mora, aut negligentia, vsque non poterant Archidiaconus de Medellin, & aly duo Canonici facere collationem Matthæo, non enim talis facultas ad eos erat deuoluta, quod eo magis est dicendum, quod in eodem Capitulo, quod fuerat ab Archidiacono de Truxillo congregatum ad consultandum, an esset parendum inhibitioni Episcopi, qui inhibuerat, ne Capitulum congregaretur ad effectum prouidendi de Beneficiis vacantibus per obitum Francisci, inter quæ erat hæc Dignitas, de qua agitur, tunc maior pars obtinuit esse parendum mandato Episcopi vt [illegible], & [illegible] Archidiaconus, & aly duo Canonici deuenerunt ad illum actum, cæteris contradicentibus nulliter, & de facto, ad notata per Abbatem* in capite cum in cunctis numero 9. de elect. & *ibi Imol.* numero vndecimo, *Butr.* numero 32. *nec obstat, quod dicitur consilium, & consensisse de habilitatione Matthæi, quia non fuit ad hoc legitime processum seruata forma statuti, & licet non posset Episcopus vbi certo generi personarum debetur Beneficium, illis præiudicare alios prouidendo, tamen secus est in Papa, qui est absolutus dominus omnium Beneficiorum, Cresc.* dec. 7. de iure patro. *neque obstat, quod facta nominatione, & requisitione, collatio sit habenda pro facta, & quo non stat per eum cui fieri debet* l. iure ciuili. de condition. & demonstr. *& hoc sufficiat, vt Papa dicatur præuentus in conferendo, iuxta ea quæ tradit Rebuffus* de pacificis possessoribus numero 322. *quia præterquam quod loquitur in terminis contradictoris, super quibus adest particularis prouisio circa hanc requisitionem, id procedit, vbi collator sine aliqua iusta causa denegat collationem facere, quod non adest in casu illo in quo nunquam denegata fuit collatio, sed tantum dilata ex causa, vt per illum alium [illegible] fieret præiudicium. [illegible] obstat* decisio Putei 235. libr. secundo, *quia loquitur in aliis terminis, nempe ad effectum, [illegible] de statuto fieri debeat mentio in impetratione, & hæc doctrina bene colligitur ex fine decisionis, vbi respondet* decisione decimaoctaua *Cassadori, & ita fuit conclusum, pro non iure Matthæi.*

81 Ex prædicta resolutione † infertur ad oppositiones, quæ fiunt ad parochiales vacantes ex decreto S. Concilij Trid. *sess.* 24. *de reform. ca.* 18. & constitutione Pij V. & videbatur per oppositionem non acquiri ius considerabile ad Parochialem ante approbationem, neque etiam post approbationem, ab examinatoribus factam, si plures sunt approbati, quamuis Episcopus ex eis debeat eligere quem cæteris magis idoneum iudicauerit, & alias dignior prætermissus possit appellare à mala electione ex d. decreto Concilij, & constitutione Pij V. electum vero ex approbatis tanquam magis idoneum ab Episcopo atque eum, qui solus est approbatus, quia alij non se opposuerunt, aut non fuerunt approbati, habere ius considerabile ad Parochialem, cum illi, & non alteri collatio Ecclesiæ sit facienda ab eo, ad quem spectabit eam conferre iuxta dictum decretum Concilij. † Et quod per nominationem dignioris, seu electionem factam per Episcopum præmisso concursu, quæratur illi ius ad Parochialem tradit Nau. *cor.* 11. *de rescrip.* & Zerola 1. *part. verb. Beneficia.* §. 5. 4. *dub.* 82

Nihilominus tamen iuxta dicta † infra *p. seq. c.* 7. *à n.* 83. dicendum videtur, quod quando collatio Parochialis spectat ad ipsum Episcopum facientem concursum, approbatus etiam solus, aut ex approbatis electus ab Ordinario, non habeat ius ad Parochialem absolute, sed solum ex suppositione, quod Episcopus velit conferre, quando vero collatio Parochialis spectat ad Papam, vel alium, ille, qui solus est approbat⁹, vel ex approbatis electus ab Ordinario, videtur habere ius considerabile ad Parochialem ex d. decreto Concilij, & d. dec. Putei 253. *lib.* 3. dummodo intra quatuor menses significetur Papæ vel collatori iuxta d. constitutionem Pij V. vt deinde illud ius censebitur præseruatum † per d. clausulam *dummodo non sit alteri ius quæsitum*, & in eo habebit locum d. regula *de non tollendo iure quæsito*, quicquid postheæ dicat Gonçalez *glos.* 6. *n.* 119. & *glos.* 9. §. 1. *numero* 94. nec decisiones Rotæ quas allegat id dicunt. 83 84

Et hoc videtur procedere † etiamsi concursus approbatio, & electio ordinatentur à principio ad collationem faciendam per ipsum Episcopum, quia forte ignorabat reseruationem, vel alias, & etiamsi de facto collatio per eum sit facta, nisi prouisus sciens, vel scire debens reseruationem cœperit, vel retinuerit possessionem parochialis, & administrauerit, vel fructus perceperit, & sic amittat ius iuxta *Clementina de elect.* in 6. & dicta infra 11. *p. ca. vlt. dub. vlt. numer.* 125. & *cap. si Beneficia* † *de Præb. in* 6. quia fieri hac, vel illa intentione, & fine, & etiam collationem fuisse factam ab Ordinario, parum videtur referre, dummodo in substantia, & effectu sit seruata forma Concilij, & constitutionis Pij V. facit *tex.* 2. *c. commissa de legato in fine ibi, non enim verbis, sed ipsis rebus leges imponimus,* & facit decisio Rotæ in causa Volaterrana parochialis. 20. Maij. 1591. coram D. Gypsio, in qua fuit resolutū, *propter erroneam expressionem factam in edicto, quod Parochialis erat reseruata, non esse inducta reseruationem, nec constitutionem Pij V. quia talis expressio tanquam non necessaria non vitiat,* l. Actio C. de testib. & c. Alias sequeretur, quod si in edicto diceretur, † parochialem spectare collationem Ordinarii, seu vacasse in mense Ordinarii, vel e contra diceretur parochialem vacasse in mense reseruato, seu alias esse reseruatam, & sic facto cōcursu, & examine postea compertum esset non esse ita, vt in edicto dictum est, non posset Ordinarius virtute illius concursus, & examinis vlterius procedere, sed esset opus nouo concursu, & examine, quod non videtur dicendum. † Nec decretum reseruationis tollit & irritat concursum, & approbationē, sed solum collationem, & inde secuta, vt constat ex d. decreto Concilij, & constitutione Pij V. & dicetur 85 86 87 88

infra 9.p.c.2.à n.153.& facit optime textus in c.si confirmationem de elect.in 6.

89 Quamuis Rota in vna † Dertusen Parochialis de Tiuisa per tres decisiones,& sententias aliud voluerit,vt in decisionibus seqq.

12 Febru.1593.*coram D. Penna.*

90 R*eseruauerat* † *Fel.record. Greg.14.die 5.Decemb. anni* 1590.*omnia Beneficia cum cura, & sine cura post quintam diem & per totum d.annum 1590.vacantia,vt apparet ex regula* 8. Cancellariæ *eiusdem Pontificis, & cum die 27.eiusdem mensis Decembris vacasset alta Parochialis oppidi de Tiuisa, Episcopus Dertusen.appositis edictis,& facto concursu,ad quem inter ceteros comparuerant Franciscus Virgilius Tarraconen. & Raymun.Iorda Dertusen.ambo decretorum Doctores die 12.Ian.1591.declarando Parochialem Francisco fore conferendam eodem tempore pure, & simpliciter etiam per birreti impositionem eidem Francisco eam contulit, qui die proxime sequenti vigore collationis sibi factæ, tanquam Rector in manibus Episcopi Fidei professionem faciens,& die 15.in veram,& realem eiusdem Parochialis possessionem immissus,saltem vsque ad 24.diem Ianuarij actus rectorales exercuit, interim Ordinarius habita forsan notitia prædictæ reseruationis sub die 12. Iaunar.1591.literis quibusdam certificatoriis ad Papam directis asserens se ideo Parochialem Virgilio contulisse, quod reseruationem ignorasset, paratum se obtulit suæ Sanctitatis mandatis obedire, & Virgilius literas suæ approbationis infra quatuor menses iuxta constitutionem Pij V.de prouisione Parochialium in Dataria libro die 17. Aprilis 1591.præsentando de Præfata Parochiali sibi prouideri petebat,caeterum, quia Paulo ante Raymundus die 17.Martij 1591.eandem Parochialem tanquam reseruatam à Sede Apostolica impetrauit,dubitatum,an Francisco competeret ius ita, vt Parochialis sibi foret adiudicanda, & Domini non competere responderunt,primum non ex collatione Ordinarij, quia esse obstabat Papalis reseruatio cum decreto irritante* c.2.& c. dudum de Præb.lib.6.*Rota* dec.1.numer.4. de rerum permutat.*in nouis,Simoneta* tract.de reseruatio.q.48. n.1.& q.79.n.4.*quo Papali decreto ligantur etiam ignorantes* cap.1.de concess.Præb.l.6.c.quodam.§.fin. vers.prima enim collatio, *vbi id annotat.Ioan.Andr.* de Præb lib.6. & Clem.1. *vbi gloss.*verb. attentari de concess.præbendæ:*Cassad.* dec.12.n.5.super regulis. *Simoneta* de reseruatio.q.96.*Accarambonus* dec.19.li. 1.*Con.*in cap. Alma mater de sententia excom.p.1.§. 10.n.8.& seq.*operatur præterea nullitatem actus contra tale decretum gesti,Cassad.*dec.1 num.1.de Præb.Con. practicarum c.9.num.7.*Fel.c.2.n.7* vers.4.limita.de constitu.cum similibus *congestis per Gabrielem*, tit.de clausulis conc.3. *Nec concursu cum subsecuta examinatorum approbatione, & Episcopi electione dicebatur competere aliquod ius Francisco, vt competere videbatur ex dispositione Concilij Trid.*sess.14.c.18. §.peracto deinde examine, *nam cum ibi Cõcilium vlterius procedendo constituat,vt perfecto examine ei,qui fuerit approbatus,& magis idoneus iudicatus,fiat collatio ab illo, ad quem spectabit eam conferre,& in casu proposito propter reseruationem collatio spectaret ad Papam, approbatio,& collatio Ordinarij nullum ius tribuere potuit stante decreto irritante approbationem & collationem Ordinarij inficiante Rota* decis.1.numero 4. de rerum permut.in nouis *Par.*consi. 29.l.4.num.22.*& tametsi ex concursu, approbatione, & electione Ordinarij aliquod ius considerabile Francisco competere potuisset, illud amiserat, ex quo ceperat possessionem vigore collationis ab Ordinario sibi factæ.* capite si Beneficia de præbendis libro 6.*cuius textus dispositio,quamuis sit certes tantum afficeret,eo nomine Franciscum comprehendere videbatur, qui non ante admiserat Parochialem, quam sibi fuisset intimatum breue de capienda possessione nomine Cameræ obtentum per Raymundum post multos menses elapsos à tempore reseruationis Papalis, cum non esset verisimile eum tunc reseruationem ignorare, quod vel ex ipsis Ordinarij literis ad Papam directis non obscure colligi videbatur, qui propterea Parochialem se contulisse fatebatur,quia reseruationem ignorauerat,nam cum semper mensis Decembris sit vnus de quatuor mensibus Ordinariorum,non fuerat necessarium talem præmunire executionem,& tamen,tum hac agretur die 22.Ianuarij,nihilominus Franciscus vigore collationis Ordinarij die 15.eiusdem possessionem Parochialis voluit adipisci,ad decisionem in causa Gerunden.factam die 26.Maij 1967. coram Cota, quam Domini vix pro genuina Rotæ decisione agnoscere dignabantur, respondebatur eam omnino applicari huic themati, vbi non fuerat seruata Concilij Tridentini forma deputando œconomum cum congrua fructuum assignatione, donec à Papa foret de Parochiali prouisum, ad quem tanquam de Beneficio reseruato collatio pertinebat, eidem modo dicebant Domini respondendum ad* decisionem Putei 253 incipit.dubitauit Dominus libro tertio *etiam propterea ibi ex appositione fuerat ius considerabile acquisitum oppositori,de quo mentionem fieri oportebat, quamuis concursus fuerat factus ad eum effectum ab eo,qui conferre poterat,sed in hac causa concursus, & examen Francisci,vt euentus demonstrauit,non poterant dici facta ad effectum,vt Papa deinde conferret, cum Ordinarius contulerit, & ideo ex illis tanquam ex præambulis ad collationem à Papa faciendam non fuerat Francisco quæsitum aliquod ius considerabile,imo vero,si quod acquisierat, extinctum fuerat per collationem Ordinarij ad quam actus præcedentes videbantur ordinati. Præterea cum decisio Putei loqueretur solum ad effectum, vt d.iuris mentio fieri deberet, ex eo non poterat huic facto applicari quod ex serie & narratione totius causæ,expositæ fuerant Papæ omnes illius circumstantiæ. Illa quæ obiiciebantur contra prouisionem Raymundi tanquam aliena à præsenti disputatione,in qua solum quærebatur de iure à Francisci prætenso, non indigere responsione, Domini censuerunt, & ita fuit conclusum nullum competere ius Francisco, nec ei parochialem adiudicandam.*

In eadem,decimo nono Iunij 1595.*coram Dom.Lita.*

F*uit resolutum standum esse in decisis sub die 12.Februarij 1593. coram D.Penna rationibus, de quibus in ea,& ad illud, quo præcipue intuntur informantes in hac positione pro Dom.Francisco Virgilio,quod licet decretum irritans appositum in regula reseruatoria inficiat collationem Ordinarij, & omnia inde secuta,non tamen annullat cõcursum, & approbationem in eo factam, per quem ius prætenditur quæsitum ipsi Francisco in tantum,vt ei,& non alteri sit facienda collatio iuxta dispositionem Concilij Tridentini* sess.24.c.18. *& constitutionis Pij V.super modo, & forma prouidendi de Parochialibus; fuit per Dominos responsum non posse Franciscum hoc in casu reuocari dispositione dict. Concilij, & constitutionis,tum quia non apparet obseruatam fuisse formam à d.Concilio, & constitutione traditam ad* leg.auxilium.ff.de minor.*gloss.fi.* c. constitutis de appellat. *Par.*consil.47.n.9.& 61.l.1.*& quod non fuerit seruata forma Concilij ex eo conuincitur, quod collatio per Ordinariũ eidem statim facta fuit simpliciter,& absque aliqua protestatione,& vlterius eidem tradita fuit realis possessio d.Parochialis absque in œconomũ non deputato cum assignatione congruæ, donec collatio ipsa fieret per Papam, ad quem de iure spectabat,vt disponitur in d.Concil. cuius quidem in forma ad vnguem erat obseruanda, cum de iure per æquipollens adimpleri non possit,vt alias fuit dictum in illa Volaterrana Parochialis 20.Maij 1591.coram D.Gipsio, tum etiam, quia ex prædictis, collatione scilicet Ordinarij, admissione professionis fidei & traditione possessionis absque aliqua reseruatione, aut protestatione factis post dictum concursum, & approbationem satis clare colligitur concursum ipsum fuisse ordinatum, ipsamque approbationem admissam fuisse duntaxat ad effectum collationis Ordinarij ad textum* in §.patronum, de rerum diuis. in l. vxori. §. fi. de leg. 3. *cum aliis per Decium* cons.18.numer.trecentesimoquinquagesimoli 1. *quod comprobatur ex eo,quod si Ordinarius de tempore collationis ignorabat reseruationem, prout per informantes pro ipso Francisco prætenditur, impossibile idcirco est,quod concursum admiserit Ordinarius, prædictumque Franciscum approbauerit etiam ad effectũ, vt eidem fieret collatio per Sedem Apostolicam vt de beneficio reseruato cum animus ad ignorata non applicetur,* l.sicut certi.& l.si cum in vtero.C. de testam.Milit.l. si hæres institutus.ff.de acquirẽda hæredit.cum aliis, *per Corneum* consl.273.num 5.lib.4.*vnde, cum actus hominis non operetur vltra voluntatem eius* l. qui reipublicæ,& l.qui iniuriarum ff.de iniuriis, & c.si sacerdos de offic.Ordinarij.*sequitur propterea,quod ex d.concursu, & approbatione non potest dici aliquod ius quæsitum Francisco Virgilio,ad effectum,de quo agitur, nec literis certificatoriis Ordinarij datis, vt prætenditur sub die 12.Ianuarij 1591. & sic per diem ante impetrationem Raymũdi iuuari potest ipse Franciscus Virgili⁹, tum ex prædictis, tum quia prædicta litera maxima suspitione anidata non carent ex deductis per informantes pro D.Raymundo,& ex eo, quod sub die decimoquinto eiusdem in executionem collationis Ordinarij immissus reperitur Franciscus ipse in possessionem realem d.Parochialis,quod,vt omnibus patet,de directo repugnat effectui dictarum literarum ideo,&c.*

In eadem 24.Nouembris 1595.*coram D. Corduua.*

92 I*N hac tertia instantia fuit resolutum,†confirmandas esse duas sententias Rotales ad fauorem Raymundi non obstantibus,quæ de nouo adducebantur, fundamentis,quorum præsuppositum factum,quod esset ius quæsitum Virgilio ex approbatione Ordinarij in concursu facto ad Parochialem,de qua agitur,& de illo erat facienda mentio in gratia Raymundi iuxta* decisio *Putei* 253. l.3. *Domini dixerunt iure non subsistere: nam cum præparatoria non sit in consideratione,quando adest præparatum,sicuti non attenditur modus quando habetur effectus.*lib.cum seruus de verb oblig.l.si mater.C. de instit.& substit.cum vulgaribus,*tum etiam ius aliquod posset considerari ex approbatione, quãdo esset ordinata ad collationem, quæ non fuisset sortita effectum,cum tamen reperiatur confusa cum collatione, non potest se er-tum attendi, vt de per se tribuat aliquod ius, facile etiam tollebatur obiectum contra resolutionem vltimo loco factam,in qua fuit dictum non esse seruatam formam Concilij Triden.quia nõ fuit deputatus œconomus, quatenus opponebatur illam non esse de forma,Rota enim voluit ostendere nullitatem concursus non directi ad collationem Papæ, quo casu seruanda sunt disposita per Concilium, Minus obstabat fundamentum adductum ex ca.* si confirmatum. de elect. in 6. *vbi infirmatur confirmatio electionis,nõ electio, quia illud procedit quando nullitas vnum comprehendit,& non aliud,quæ recipiũt separationem,vt dicitur de institutione, qua annullata præsentatio,vt fuit dictum in illa Tolesana Parochialis coram D.Decano 3.Iulij præsentis anni, nullitas enim non inficit præsentationem, vel electionem; sicut in casu nostro inficiatur vtrumque Praxeus* in d.c.si confessionem numer.secundo, *nec subsistit, quod dicebatur potuisse fieri concursum iuxta Cõcilium ad effectum,vt approbato fiat collatio ab eo,ad quem spectabat de iure, hoc enim verum est,& procedit* decisio 48.diuersorum p.1.*in impressis,sed non fuit ita factum, vt constat ex postea gestis per ipsum Ordinarium, qui promisum ad concursum admisit, & ipsum prouisum, qui acceptauit cum emissione solemnis professionis, ex quibus apparet d. concursum fuisse præordinatum ad effectum solius collationis Ordinarij, quæ allegabantur de ignorantia non intrant, cum regula comprehendat etiam ignorantes, ac inde non possis dici, quod si de illa,quam habuit Ordinarius,narratum fuisset Papæ, non concessisset,* capite primo de concessione Præbendæ in sexto.*& fuit resolutum coram.R.P.D.Penna in hac causa.*

Cap. IV.

De commenda.

SVMMARIA.

B*eneficium aliquando conceditur non in titulum,sed in commendam,& quando dicatur concedi in titulum,num.1.*

Titulus hic accipitur pro qualibet modo legitimo obtinendi Beneficia.nu.2.licet alias multis modis sumatur,num.3.

Titulus verus,& iustus dicitur,si nihil vitij habet aliquin cum colorem tituli habet,dicitur coloratus, numero quarto.& de titulis coloratis remissiue, numero quinto.

In commendam conceditur Beneficium,cum datur alicui in custodiam,& administrationem,n.6.

Commenda est duplex,altera temporalis, altera perpetua seu in vtilitatem Ecclesiæ,altera in vtilitatem cõmendatarij,n.7.

Inferior Episcopo non potest Beneficium commendare, contra Hostiam,& Cuchum à n.8 & seq.nisi habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, numero duodecimo.

Nullus Ordinarius inferior Papa potest perpetuo commendare,n.13.

Capitulum,nemo,de electione in 6.solum loquitur in cõmenda Parochialium,de qua qui sint videndi, numero 14.& hodie est correctum ex Concilio Tridentino num.15.

Alia Beneficia videntur posse commendari vltra sex menses etiam ad vitam per Ordinarios, numero decimosexto.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Sed hoc erit intelligendum de commendis factis in Ecclesiæ vtilitatem, & stante causa, n.17. & causa cessante reuocaretur, n.18. imo, cum fiat causa custodiæ, non posset fieri perpetuo etiam in aliis Beneficiis à Curatis, sed ad summum donec prouideatur, numero decimo nono.

Secus in commendis hodiernis ad vtilitatem commendatarij, quæ non sunt veræ commendæ, nu. 20. nec iure antiquo cognitæ n.21. nullo modo ab alio quam à Papa fieri poterant, numero 22. nec etiam à Legato. numero 23.

Vsa commenda inuenta est à Romanis Pontificibus ad hoc, vt qui non est habilis ad titulum, sit habilis ad commendam, vel vt Beneficium titulo commendæ cũ alio incompatibili teneantur, & ad istum effectum, & non alium Papa dat Beneficium in commendam, nu. 24. & 25.

Sic Papa sæculari de reg. prouidet in commendam, & contra num. 26.

Quando Beneficium, seu Prioratus regularis datur in commendam perpetuam non requiritur professio, n.27. nec illud habens potest cogi profiteri, sicut habens in titulum, n.28.

Commenda sola vim habet dispensationis, nec requiritur alia dispensatio, n.29. est enim collatio Papæ dispensatoria, n.30. & commenda perpetua, & vnio temporalis sunt quædam palliatæ dispensationes, numero trigesimoprimo.

Dictum Gambari, quod Monasteria, & Dignitates non possunt commẽdari minoribus 15. annis, non potest procedere, nisi respectu Ordinarij, n.32.

Commẽda non inducit incompatibilitatem, sicut titulus, contra Sarnen. & alios. n.33.34. & 35. quod non solum procedit in vno in titulum, & alio in commendam, sed etiam in duobus in commendam ante Concilium Tridentinum contra Hoiedam, numero 36. cum sequentib.

Hodie ex Concilio non possunt teneri duo Beneficia incompatibilia, per viam commendæ, nec vnum in titulum, & aliud in commendam perpetuam. numero 41. & 42.

Commenda ad vtilitatem personæ non est vere, & propriæ commenda, imo censetur titulus, seu habet vim, & effectum tituli, n.43. etiamsi sit temporalis. n.44. & ideo de ea debet fieri mentio per impetrantem, sicut de perpetua. n.45. & 46.

Quoad incompatibilitatem, & vacationem per assecutionem alterius incompatibilis, est differentia, etiam stante Concilio, inter commendam perpetuam, & temporalem. n.47.

Huiusmodi commendatarij habentur, vt & titulares, censenturque & reputantur titulares, & ideo dispositio, & iura loquentia de titularibus, seu Prælatis habent locum in illis, n.48. & sic possunt esse delegati Apostolici, & in iudices sinodales designari, sicut titulares, in eos quæ delegatio sub nomine Dignitatis facta transiret. nu. 49. 50. & 51.

Huiusmodi commendatarij non possunt remoueri magis, quam titulares, nec commenda reuocari, n.52. quamuis secus sit in commenda ad vtilitatem Ecclesiæ, quæ potest ad libitum reuocari nisi sit facta ad tempus, & ante tempus fieret reuocatio sine prouisione Beneficij, nu.53. cum seq.

Commenda causa custodiæ non impedit prouisionem Beneficij, & sic ea durante, currit tempus prouidendi, numer. 59.

An vacet Beneficium per obitum commendatarij & per commendam expiret reseruatio? numer. 60. cum seqq. referuntur sententiæ doctorum, & resoluitur negatiue.

Per commendam factam à Papa, siue ad vitam, siue ad tempus, Beneficium manet affectum, quamuis apud Gallos id non seruetur. n.68. 69. & 70.

Beneficia reseruata, seu quocumque modo affecta nõ cadunt sub expectatiua, & Rota reprobauit consilium Socin. 32. n.71. & 72.

Quod dicitur de commenda idem dicendum est de vnione ad vitam, vt ea dissoluta, Beneficium vacet, vt prius, & duret reseruatio sex affectio secundum Rotã, cuius sententia est magis conformis Concilio, & declarationib. S. Congregationis, quam contraria sententia Cancellariæ. n.73.

Sicut commenda ita vnio facta à Papa de Beneficio vacante ad vitam inducit affectionem per appositionem manus n.74.

Vnio facta ad vitam de Beneficio iam collato non inducit affectionem, licet secus sit in commenda. n. 75. & ratio differentiæ ponitur. n.76.

De materia commendæ qui sint videndi n.77.

1 BEneficium aliquando conceditur non in titulum, † sed in commendam; in titulum concedi dicitur quando modo ordinario, & legitimo obtinendi Beneficia conceditur, & assignatur alicui, vt sit suum.

2 Vnde titul. hic accipitur pro quolibet modo legitimo obtinendi Beneficia. Rebu. *pacif.* † *possessorib. n.67.* alias 53. Corras. *de Benef. 1. p. c. 6. n. 1.* & P. Greg. *de Benef. c. 40. n. 19.*

3 Licet alias † multis modis sumatur titulus, vt per gloss. & *in leg. non est, C. familiæ hercisc. & in Auth. de Eccles. titulis in Rub. & in c. dudum. secundo verb. titulatam, de elect.* & post alios Mand. reg. Cancel. *quæst. 2.*

4 Titulusque verus, † & iustus dicitur, si nihil vitij habet, alioquin cum colorem, figuram, & apparentiam tit. habet, coloratus dicitur, nempe quãdo processit ab Ordinario collatore, seu ab eo, qui disponendi de Beneficio potestatem habet, licet inualidus ob aliquem defectum recipientis, seu impedimẽtum aliquod, &c. D. *in c. cum nostris de conces. Præb.* Cosm. *in prag. sanct. tit. de pacif. poss. §. 1. verb. coloratum.* Rebu. *eod. tract. n. 42.* alias 31. Cas. *dec. 7. & 11. super reg. Sar. de triennali q. 27. cum seq.* Corras. *d. c. 6. n. 2.* Mand. *reg. 16. q. 27.* & P. Greg. *d. c. 40. n. 19.*

5 Et de titulis coloratis vltra eos vide† Pontanum *in tract. de spolio. l. 2. c. 15.* & latissime Mascard. *de probatio. con. 1380. cum 9. seq.*

6 In commendam vero conceditur † Beneficium, cum datur alicui in custodiam, & administrationem. commendare enim nihil aliud est, quam deponere *l. commendare ff. de verb. significa. l. Lucius. 24. ff. depositi cap. ne quis arbitraretur 22. q. 2. c. 1. de deposito,* glossa *in ca. nemo. de elect. in 6. verb. commendare,* Corras. *d. ca. 6. n. 4.* Probus ad Monachum *in d. c. nemo n. 1.* & posthæc Gonçalez *ad regulam de mensibus glossa quinta §. 8. nu. 38.*

7 Estque duplex commenda, altera † temporalis, altera perpetua, seu altera in vtilitatẽ Ecclesiæ, altera in vtilitatem commendatarij, cum facultate disponendi de fructibus sicut verus Beneficiatus, vt D. cõmuniter tradunt.

8 Inferior autem Episcopo non† potest Ecclesiam seu Beneficium commendare. Domin. *in d. ca. nemo n. 14.* & ibi Francus *n. 8.* Fel. *in c. audítis, n. 12. de præs.* Corras. §. *num.* 3. Gambarus *de officio legati lib. 4. rubrica de potestate legati in commendando Beneficio, q. 21. à n. 165.* Cuchus *de institut. maior. lib. 3. tit. 6. n. 46.* & Flam. Par. *de resignat. Benefic. lib. 7. q. 10. n. 23.*

9 quamuis contrarium dicat † Hoieda *de incompatibilitate Benef. 1. p. c. 4. n. 6.* citans Rebuf. *de pacif. possessorib. n. 44.* qui id non dicit, nam verba eius, *ab*

10 *inferiore Episcopo,* non intelligantur de inferiore† ab Episcopo, sed de Episcopo inferiore Papa, Panor. enim, quem Rebuf. citat. *in c. si consisterit, n. 2. de accu*

11 *satio* ita loquitur. † Et quicquid velit Cuchus supra *nu. 3.* dicens commendari Beneficium ad tempus posse nedum a Pontifice Maximo, verum ab alio quouis Ordinario inferiori conferendi potestatem haben-

12 te, cuius tamen sententia, † & Hoiedæ potest procedere in inferiore habente iurisdictionem quasi Episcopalem, qui potest Beneficia commendare ad tempus, sicut Episcopus, vt contra Gambarum *d. n. 165.* docet Flores *q. 24. n. 16.* quo pacto etiam potest intelligi doctrina Rebuff. *dicto numero quadragesimo quarto.*

13 Nullus tamen † Ordinarius inferior Papa potest perpetuo commendare, secundum Sarnen. *d. regula de triennali, q. 5. et d. c. nemo,* ex quo etiam ait Corras. *supra nu. 4.* quod commendare ad tempus sex mensium tantum lex permittit. & Æneas de Falcon. *de reseruatio. 3. q. no. 12.* ait, quod commendam perpetuã nullus citra Papam facere potest. qui nihil allegat, & Cuchus supra *numer. 4.* dicit, quod in perpetuum, aut quandiu vixerit is, cui commendatur, infra summum Pontificem, aut eius Legatum nemo commendare potest, quod etiam ait Zechus *de Benefi. & pensio. Eccles. c. 7. n. 2.*

14 At ille textus solum † loquitur in commenda Parochialium, de qua videndi sunt Paunnus *de offic. & potestate Capituli sede vacante 2. p. 3. nu.* Rebuf. *in praxi tit. de commenda n. 54.* Mandos. *reg. 30. q. 3. nu. 8.* &

15 Hoieda *de incompat. 1. p. c. 14. n. 4.* & hodie est † correctus ex S. Concilio Tridentino, vt S. congreg. declarauit his verbis. *Commendæ quæ ad sex menses in Ecclesiis Curatis fieri poterant ab Ordinario* c. nemo, de electione lib. 6. *amplius post Concilium locum non habent, cum debeat in eis deputari Vicarius ad formam* c. 18. sess. 24. de quo infra parte nona capite secundo à num. 21.

16 Vnde videtur, † quod aliis Beneficia etiam per Ordinarios possunt commendari vltra sex menses, etiam ad vitam, & qui plures 21. *q. 4. c. dudum de elect.* Domin. & Francus *in d. c. nemo n. 3.* Rebuf. *de pacif. poss. n. 58.* alias 45. *& in praxeni. requisita ad collationem n. 16.* Hoieda *d. c. 4. n. 7.* Quintanaduenas *Eccles. li. 1. c. 7. n. 7. & li. 4. n. 127.* & sentit glossa *in d. c. nemo. verb. Parochialem,* quam sequitur ibi Domin. sub numero 7.

17 Hoc tamen intelligendum † erit de commendis factis in Ecclesiæ vtilitatem (per quas non datur licentia disponendi de fructibus libere, illosque conuertendi in proprios vsus) & stante causa, quæ tamen

18 ratio erit, dandi in commendam † perpetuo, Gambarus *supra n. 159.* & causa deinde cessante reuocaretur, Gambarus *ibi.* hæc enim sunt veræ commendæ iuxta dicta *supra nu. 6.* de quibus accipienda sunt

19 d. iura, † imo puto, quod, cum fiat causa custodiæ Ecclesiæ, non posset fieri perpetuo etiam in aliis Beneficiis à curatis, sed ad summum donec prouideatur ad Mandos. d. reg. 32. quæstione sexta numero 4.

20 Secus in commendis hodiernis, quæ fiunt † ad vtilitatem commendatarij cum facultate disponendi de fructibus, sicut verus Beneficiatus, quæ non sunt veræ commendæ, cum magis participent de vero titulo, quam de deposito, Puteus *decisione 24. numer. 4. libro 1.* Quintanaduenas *d. libro 1. capite 7. numero 7.*

21 Nec iure antiquo inuentæ, aut cognitæ fuerunt, † vt cum Cassaneo recte tradit Sarnen. *d. q. 5.* sed hoc commendarum genus maiores nostri ignorabant, vt inquit Thomas campegius *in tract. de commendis Beneficiorum,* qui est *tomi 15. parte secunda tractatuum nouorum.*

22 Vnde istæ commendæ nullo modo ab alio, † quam à Papa fieri potuerunt, Æneas *supra,* & Gambarus *n. 162. & 163.*

23 Nec etiam à Legato etiam de latere, † nisi habeat à Papa specialem facultatem, quicquid dicat Cuchus *d. n. 4.* & clare colligitur ex traditis per Sarnen. *d. q. 5.* & ex Mandos. *reg. 32. q. 7. n. 5.* vbi ait commendam perpetuam, seu temporalem non in fauorem Ecclesiæ esse collationem papæ dispensatoriam, & faciunt quæ idem tradit *reg. 19. quæst. 10. num. 5. & q. 16. n. 4.*

24 Pro quo aduertendum est vsum commendæ† inuentam esse à Romanis Pontificibus ad hoc, vt qui non est habilis ad tit. sit habilis ad commendam, vel vt Beneficium titul. commendæ posset cum alio incompatibili retineri, &c. vt tradit Gambar. *sup. n. 57. & 60.* & ad istum effectum, & non ad alium papa dat

25 † Beneficium in commendam, alias frustra vteretur verb. commenda, contra *l. 2. C. commun. de lega. q. c. si Papa de priuilegiis lib. 6.* ita Lamber. *de iure patro. l. 2. p. 1. q. 6. art. 14. n. 15.* Hoieda *d. c. 4. n. 5.* & Campegius *supra n. 7.* & sic papa † sæculari de regulari prouidet

26 in commendam, & è contra, Rebuf. *d. tit. de commenda n. 7.*

27 Et quando Beneficium, † seu Prioratus regularis datur in commendam perpetuam, non requiritur professio, Staphil. *de literis gratiæ, tit. de expectatiuis, 9. forma, nu. 5.* & Mandos. *de signatura, tit. de prouisio. vers. Prouisus.* Nec habens in commendam Bene-

28 ficium † regulare cogi potest profiteri religionem sicut habens *in tit. cogeretur,* Cassad. *decis. 32. super reg. n. 8.* Sarn. *in reg. de infirmis, q. 13. vers. præterea,* Rebuf. *de pacif. n. 59.* alias 45. dicens, quod hoc declarat Rubeus *in tractatu de commenda, q. 8.* nisi hoc in Bulla expressum fuerit, & Cuchus *sup. numero quadragesimo citato.*

29 Et commenda sola vim habet dispensationis, Rebuf. *d. tit. de commenda, n. 55. & tit. de* † *dispensatione ad plura, n. 18.* nec requiritur alia dispensatio, Probus ad Monachum *in c. super eo de præben. in 6. num. 15. & 16.* vt enim dicit Mandos. *d. reg. 32. q. 7. n. 5.* commenda

30 perpetua, seu temporalis non in fauorem † Ecclesiæ est collatio papæ dispensatoria, & commenda per-

31 petua, & vnio temporalis sunt quædam † palliatæ dispensationes Mandos. d. regula 32. quæst. 30. num. 4. & Hoieda *dict. cap. 4. nu. 14.* & nouissime Gonça *sup. n. 6.*

32 Vnde quod dicit Gambarus *sup. n. 110.* † Monasteria, & Dignitates, non posse commendari minorib. 25 annis, non videtur posse procedere ex dictis vel accipiendum est respectu Ordinarij de commenda ad fauorem Ecclesiæ.

33 Vnde etiam non videtur verum quod tradit † Sar. *d. reg. triennali, q. 5. vers. hinc est quod* hodie, quod ex quo hodie commendæ perpetuæ non sunt vere, & propriæ commendæ, sed adhærent magis ad naturam collationis, & veri tit. inducunt incompatibilitatem

& notabiliter (inquit) probant moderni repetentes in Clem. gratiæ de rescrip. allegantes Concilium Lateranen. modernum, cuius † nempe Sarnen. veris
34 sensus est, quicquid controuertat Mandos. dict. reg. 32. quæst. 7. numero 5. quod sicut duo Beneficia incompatibilia non possunt teneri in titul. ita nec in commendam perpetuam, nec vnum in tit. & aliud in commendam perpetuam, & sequitur Corras. dict. c. 6. n. 7. & Nauar. in man. c. 25. n. 126. & de oratione Miscel. 60. n. 10. & cons. 1. de constitut. n. 38. vbi ait, quod de Beneficio commendato in perpetuum idem est dicendum, quoad incompatibilitatem, quod de dato
35 in tit. Quæ sententia conuincitur † ex dictis, & contrarium, nempe quod talis commenda non inducat incompatibilitatem, sicut tit. docent Cassad. d. decis. 32. super reg. n. 7. & decis. 7. de reseruatio. n. 1. & decis. 5. de priuilegiis n. 12. & Caputaquen. decis. 145. num. 2. p. 1. & idem tenet Glossator reg. Cancel. 11. versicul. vnum tamen, Gambar. Lamber. & Campegius supra relati, numero 24. & 25. Nec placet distinctio Hoiedæ qui
36 dict. † capit. 14. numero decimotertio, docet duo Beneficia alias incompatibilia non posse teneri per viam commendæ, siue perpetuæ siue temporalis, ex dict. cap. nemo, &c. sequitur Flam. Paris. de resignat. Benefic. l. 3. quæst. 1. num. 110. posse vero teneri vnum in titulum, & aliud in commendam etiam perpetuam docet d. c. 4. 2. p. ex ca. dudu, 2. de elect. & c. qui plures. ea. relatio, ca. illud. 21. q. 1. quam distinctionem videtur sequi Quintanaduennas d. l. 1. c. 7. n. 7. & 8. & lib. 4. n. 125 & 126.
37 Sed ista iura † parum faciunt, nam non loquuntur de illis commendis in fauorem commendatarij quæ tunc non erant cognitæ, vt supra dixi numero vigesimosecundo, sed de commendis factis pro Ecclesiæ vtilitate, & sic accipit ista iura Campesius supra nu. 1. & 2.
38 Et non videtur † maior incompatibilitas duorum in commendam, quam vnius in titulum, & alterius in commendam, & dict. cap. nemo, solum loquitur de duabus Parochialibus in commendam, prohibens
39 ne commendetur † nisi vna, & non dicit, quod si per Papam commendentur, sint incompatibiles.
40 Vnde concludo, † quod ante Concilium Trid. vera erat doctrina Cassadori, Caputaquē. & aliorum vbi supra, non solum in vno in titulū, & alio in commendam, sed etiam in duobus in commendam: hodie
41 vero vera est † sententia Sarnen. Corrasij, & Nauarri, supra ex S. Concilio Tridentino sess. 7. de reform. c. 4. ibi seu commendæ perpetuæ, & sess. 24. de reform. c. 17. ibi etiam commendata. Campesius supra in fine, & Gonçalez supra n. 20.
Ex quo non solum non possunt iam teneri duo Be-
42 neficia incompatibilia † per viam commendæ perpetuæ, sed nec vnum in titulum, & aliud in commendam perpetuam, quicquid in hoc contrarium male teneat Hoied. d. c. 4. n. 14. ad 19. & Quintanaduennas, d. l. 4. n. 126. qui tamen d. c. 7. numer. 8. contra tenere videtur.
Quod merito statutum est cum d. commenda ex
43 quo fit † ad vtilitatem personæ, & non Ecclesiæ, non sit vere, & proprie commenda, vt dicebat Sarnen. imo censetur titulus, seu habet vim, & effectum tituli, seu habetur loco tituli, & æquiparatur titulo. Millis in Repertorio, verb. commenda. Sarnen. reg. de infirmis. q. 13. & de annali, q. 16. Probus ad Monach. in dict. cap. nemo, n. 14. & nu. 33. Rebuff. de pacif. poss. num. 47. alias 36. Lambe. dict. art. 14. Corras. dict. cap. 6. num. 7. Gambarus supra n. 81. Cassad. deci. 2. de commē. nu. 13. Mandos. d. reg. 30. q. 3. & reg. 32. q. 7. & cons. 38. n. 8. & 9. Nau. de oratione, cap. 20. n. 16. & cons. 9. de Preb. Hoieda d. c. 14. n. 7. P. Greg. d. c. 10. nu. 13. & Horatius Mandos. de priuile. ad instar. glos. quinta num. duodecimo, vbi agit, an priuilegia Abbati, vel Præposito concessa ad commendatarium cui Abbatia, vel Præpositura esset commendata, protrahantur, & Gonçalez, qui plura adducit supra ex numero secundo.
Quod procedit † etiamsi commenda sit tempo- 44
ralis ad vtilitatem commendatarij, nam etiam tunc habet vim tituli, Puteus decisione 172. n. 3. l. 2. Mando. d. q. 3. n. 9. & d. q. 7. n. 4. vbi etiam quod sequitur † na- 45
turam perpetuarum, & ideo de ea debet fieri mentio per impetrantem in prouisione sequenti alias prouisio est surreptitia, vt per Puteum ibi, sicut de perpetua, Sarnen. d. q. 5. de triennali. † versic. tunc est. 46
Corras. d. numero septimo & Cuchus supra numer. decimo octauo.
Quamuis quoad incompatibilitatem, † & vaca- 47
tionem per assecutionem alterius incompatibilis videatur esse differentia, etiam stante Concilio Tridentino, inter commendam perpetuam, & temporalem iuxta ea, quę alias dicemus vndecima. p. capite 5. num. 181.
Vnde huiusmodi † commendatarij habentur vt 48
titulares, censentur que & reputantur titulares, & ideo dispositio & iura loquentia de titularib. seu de veris prælatis habent locum in illis. Sarnen. qu. 5. de triennali, & q. 4. de publicandis, Probus d. nu. 16. supra. Et sic possunt esse delegati Apostolici iuxta † cap. 49
statutum de rescrip. in 6. sicut titulares. Sarnen. d. quæstione 5. vers. finaliter est dicendum, Probus supra n. 10. & 52. Rebuff. numero 53. alias 42. Corras. numero octauo & Cuchus numero vigesimo primo Gonçalez, numero 10. & 50.
Et hodie iuxta decretum Sacri Concilij Tridentini † sess. 25. de reform. c. 10. poterunt in Iudices si- 50
nodales designari sicut titulares, in eosque delegatio, seu commissio sub nomine dignitatis facta transiret, Decius in capit. quoniam Abbas, † de offic. delegat. 51
numer. quadragesimo quarto. Sarnen d. quæst. 5. vers. ex quibus omnibus infertur, Probus n. 23. Rebuf. d. n. 53. Corras. d. n. 8.
Et sic etiam † huiusmodi commendatarij non po- 52
terunt remoueri magis, quam titulares, nec commenda reuocari, Roman. consil. 350. n. 5. & 6. Sarnen. d. q. 4. de publicandis vers. & ideo, Rebuff. de pacific. n. 60. alias 46. Corras. 8. Campesius n. 6. vbi supra, & Rota dec. 79. n. 11. par. 1. diuersorum Gonçalez, supra numero 29.
Quamuis secus sit in commenda ad vtilitatem Ecclesiæ, † quæ potest ad libitum reuocari, ad notum- 53
que ipse remoueri, glos. in c. si constiterit, de accusatio. & in c. qui plures. 21. q. 1. Roma. supra, Aretin. in d. ca. si constiterit, Sarnen & Rebuf. vbi proxime, qui tamen Rebuf. d. tit. de commenda n. 67. variat, Corras. d. c. 6. n. 5. Mandos. d. reg. 39. qu. 3. n. 8. & P. Greg. c. 10. num. 13. & libr. 4. titul. 26. p. 1. & ibi Gregor. glossa penult. & Gonçalez supra n. 35. & 37.
In quo tamen contrarium tenet glossa in d. cap. nemo, sed Abbas in d. c. si constiterit, n. 11. sic cōciliat, † vt, 54
si commenda est facta ad tempus, non possit ante illud finitum reuocari, nec interim Beneficium conferat, intellige sine causa, † & sic procedat glos. in d. 55
c. nemo, si vero commenda est facta simpliciter, tunc possit reuocari, & ita procedat glos. in d. c. si constiterit,

rit, & in d. cap. si plures. Et hanc concordiam videtur tenere Franc. in d. c. nemo n. 7. vers. in eadem glossa ibidem, Gambarus supra n. 155. & Cuchus numero 15. & 47. ad fin.
56 Licet Romanus, † Sarnen. Rebuf. Corras. & Mandos. ibi videantur velle etiamsi non sit facta simpliciter, posse ante tempus reuocari, & tenuit Aret. in dict. c. si constiterit, aiunt enim, quod tunc commenda nihil aliud est, quam quoddam depositum, quod potest ad libitum deponentis reuocari, licet fuisset dictum, quod depositum, vt quoad obitum depositarij duraret l. 1. §. si sic ff. deposit. Quod verum vide-
57 tur, † nisi vbi ante tempus fieret reuocatio commendæ absque eo quod Beneficium prouideretur.
Sed adhuc manente vacante, pro quo facit, nam vt ait Mandos. reg. 32. q. 7. n. 4. commenda in fauorem
58 Eccles. nil aliud est, quam † depositum temporaneum ad nutum reuocabile, pro vtilitate, & commodo Ecclesiæ factum, donec de Rectore, seu ministro perpetuo debita præcedente cognitione prouisum sit, &c.
59 Ex quo infero, † quod commenda ista causa custodiæ, & administrationis ad vtilitatem Ecclesiæ non impedit collationem, ac prouisionem Beneficij, Sarnen. d. q. 4. versic. & ideo, & sic ea durante currit tempus conferendi, seu præsentandi, &c vt videtur tenere Lamber. d. l. 2. p. 1. quæst. 6. art. 14. ad finem, quicquid gloss. in d. c. nemo, & Gambarus n. 186. & alij supra dicant.
60 Sed est dubium graue, † an vacet Beneficium per obitum commendatarij, & consequenter, an per commendam expiret reseruatio? in quo partem affirmatiuam tenent Rota dec. 7. de elect. in antiquis alias 144. & dec. 1. de Prabend. in antiquior. Corras. d. c. 6. num. 7. Gambarus supra n. 55. & videntur tenere Sarnen. de infirmis q. 13. in fine & de triennali q. 5. & Re-
61 buf. de pacific. † n. 58. alias 44. & Domin. in d. c. nemo. n. 7. tenet reseruationem expirare per commendam, quando Papa reseruauit Beneficium prouisioni suæ, non collationi, & Cuchus supra n. 11. 25. 26. & 27. ait reseruationem à Summo Pontifice factam non mi-
62 nus † extingui, si Beneficium reseruatum alicui perpetuo commendaret, quam si titulo tenus cōtulerat, quamuis nu. sequ. secus dicat, vbi ad tempus certum commendasset, aut etiam ad vitam, quia commendatio ad vitam non censetur perpetua ad hunc effectum, sed illa tantum, quæ ad incertum tempus sit
63 facta, sed quicquid ipse dicat, commenda † ad vitam perpetua dicitur absolute, imo illa est magis perpetua, &c.
Sed contrarium, scilicet quod non vacet per obitum commendatarij, etiam perpetui, sed vacet sic-
64 ut prius, † commenda cessante, & consequenter commenda non extinguatur, seu expiret reseruatio, tenet Rom. d. consil. 350. vbi Horatius Mandos. Glossator reg. 9. ad fi. Cassadorus dec. 30. & 31. n. 2. super reg. & 2. de commendis n. 12. & 5. de priuil. Mohed. decision. 16. de possess. & 4. de Preb. Puteus dec. 25. n. 6. lib. 1. vt dicitur Rotam semper tenuisse, quod siue commenda sit perpetua, siue temporalis, semper cessante commenda Beneficium dicitur vacare, vt prius, & ita Cancellariam, & Cameram seruare, quicquid senserit Sarnen. d. q. 5. de triennali circa fin. Caputaquen. dec. 144. p. 1. vbi dicitur ita seruare Rotam. & Cota dec. 120. in Miscel. manuscriptis, Gigas consil. 4. n. 14. & 10. n. 1. & 7. Lamber. d. art. 14. Simoneta de reseruationibus q. 9. qui etiam dicit ita tenere Cancellariam, & ibi Granutius in additione, Nau. in Manuali c. 25. n. 126. & de oratione Miscell. 60. n. 10. & cons. 1. de constitut. n. 39. & consil. 28. de Prabend. qui dicit ita stilum Romanæ Curiæ hodiernum palam seruire P. Greg. c. 14. n. 8. & Flam. Par. de resign. lib. 2. quæst. 19. numer. 15. & hanc opinionem dicit veriorem in puncto iuris, quam curiales tenent, & in patria obedientiæ fixo teneret pede, licet Galli contra, Probus in dict. cap. nemo. num. 3. & particulariter num. 12. & 31. & nouissime posthæc Gonçalez glos. 5. §. octauo a numero 48.
Idem tenet Æneas † de Falconibus. de reseru. qu. 65
3. principali, num. 11. & 5. quæst. 6. nisi vbi Papa reseruaret aliquod Beneficium in fauorem certæ personæ, nam isto casu, si istud Beneficium vacans commendaret tali reseruatiuo credit reseruationem extinctam, tum propter odium reseruationis talis, tum quia Papa satisfecit intentioni suæ, quæ fuit, vt illi prouideret, vti iam prouidit per commendam ad eius vitam, & ita ait esse intelligendam, Rota dict. dec. 1. de Preb. in antiquior. si bene aduertatur.
Quæ limitatio non placet, † nam sicut in isto ca- 66
su Beneficium maneret affectum propter appositionem manus Papæ, si iste reseruatiuus ante collationem sibi factam decederet, ita etiam si sibi commendaretur, quia cessante commenda vacat vt prius, &c.
Idem etiam videtur tenere Sarnen. in reg. de † ve- 67
risimili. quæstion. 4. vbi dicit illam opinionem esse in Curia vulgatem apud omnes, præsertim abbreuiatores, & clare id tenet in reg. de triennali, q. 30. vers. 4. limitatur, vbi docet per prouisionem factam à Papa per viam commendæ non expirare reseruationem, quamuis per solam collationem Papæ acceptatam etiam absque possessione expiret, vt dictum est supra, c. 2. n. 2.
Imo per commendam factam, à Papa, siue ad vitam, siue ad tempus, ex † quo semel manum appo- 68
suit super beneficio, manet affectum ita, vt, licet alias non fuisset reseruatum, Ordinarius non possit de illo se intromittere commenda cessante, donec Papa plene, & perfecte prouideat, argum. cap. vt nostrum de appellat. ita Roman. dict. consil. 350. & Bertrand. consil. 255. vol. 3. Paninus de offic. & potestat. capituli, 3. p. 2. p. n. 11. Sarnen. d. quæst. 13. de infirmis, & 4. de publicandis, Rebuff. in praxi tit. de reseruatio. num. 31. Probus supra num. 4. & 32. Corras. d. c. 6. n. 11. Simoneta dict. quæst. 59. num. 7. & in fine, & ibi Granutius Mandos. d. reg. 32. q. 7. numer. 17. & reg. 19. q. 10. num. 5. P. Gregorius supra & Flam. Paris. libr. 12. q. 5. numer. 34. Cassad. dec. 32. super regulis n. 4. & dec. 5. de priuil. num. 7. Crescen. dec. 4. & 6. de preb. Puteus 158. lib. 1. & Mohed. 9. de Preb. & tenet Eneas de Falcon dict. tract. † de reseru. præludio. 3. nu. 4. & d. q. 3. n. 11. qui d. 69
n. 11. testatur ita vidisse determinatum in Rota per tres sententias conformes, quod beneficia commendata ad vitam nullus dat, nec de ipsis disponit, nisi Papa, donec sit talibus plene prouisum per notata in cap. si eo tempore, de elect. in 6. & ita sine contradictione seruare Curiam, &c. Quamuis in casu relato † supra n. 65. sentit non manere affectum Beneficium, sed male, vt ibi dixi.
Et quamuis apud Gallos id non seruetur, vt per 70
Probum in d. cap. nemo n. 32. & in c. præsenti. de officio legati, n. 41 Rebuff. d. tit. de obseruatio. n. 31. & de commenda. n. 59 & Corras. d. c. 6. ad finem, & 2. p. c. 1. n. 16. & nouissime ita docet Gonçalez. d. glossa 5. § 8. n. 61. & gloss. 52. n. 11.

Vnde Rota reprobauit *consilium* Socini 32. quod
71 refert. & sequitur Corras. 4.c.6.n.7.versic. *Nsub gratia ad Beneficia includetur*, vt per Moheda. *dict. dec. 9. de Preb.* Sarnen. *d. quæstione 15. de infirmis*, & Simonetta *quæstion. 41.*

Nam beneficia reseruata generaliter, aut specia-
72 liter, † seu quocumque modo affecta, non cadebant sub expectatiua, Roman *consil.* 260 & ibi late Horatius Mandos. *littera A.* plures referens, & *consil.* 342. n. 1. & ibi etiam Mandos. *littera* c. Eneas 4.p. *effectu* 38. & 40.

Et quod dicitur de commenda, idem dicendum
73 est de vnione ad vitam, † vt ea dissoluta Beneficium vacet, vt prius, & duret reseruatio, seu affectio antiqua, Eneas *d.5.p. principali, n.11.* Cassad. *dec. 2. de omnibus & 5. de priuil. n.16. & tertia de iudic. num.3.* Caputaquen. *dec. 345. p. 3.* Rota *dec. 39. l.1 p.3. diuersorum* in impressio & Puteus *decision. 49. de priuil.* Cota 595. *in manuscrip.* & fuit resolutum in causa Bononien. Parochialis 3. Iulij 1559. coram D. Fabio, vt per Chisanen. *dec. 64. in manuscrip.* & Flam. Par. *lib. 2. q. 19. n. 15.* quamuis contrarium teneat Cancellaria, & cum ea Gambarus *lib. 5. Rubr. 1. quæst. 11. ex nu. 128.* sed sententia Rotæ magis conformis S. Concilio Trid. & declarationibus Sanctæ Congregationis, ex quibus apparet per vnionem ad vitam non extingui titulum, vt in declaratione adducta, 3. *p. v. 2. n.* 509. & *alijs*, de quibus vltima *p. x. 1. à n. 38.* & post hæc tenet Gonçalez *gloss. 5. §. 7. à n. 140.*

74 Et sicut commenda, † ita etiam vnio facta à Papa de Benef. vacante ad vitam inducit reseruationem, seu affectionem per appositionem manus Papæ, & aut ea dissoluta Ordinarius prouidere non possit, & si alias non esset reseruatum Beneficium, Crescen. *decisione secunda de Parochi.* & Anast. Germon *de indultis Cardinalium, §. quæ extra, n. 10.* Gonçalez *dict. §. septimo numero 145. & glossa quinquagesimasecunda n. 12.*

75 Vnio tamen facta ad vitam de Benef. † iam collato, & pleno non inducit reseruationem, seu affectionem, Crescent. & Germon. *ibi* licet secus sit in commenda, idem Crescent. *dict. decisione quarta de preb.*

76 Ratio differentiæ est, quia per impetrationem † commendæ censetur renuntiatum titulo & collationi, & fit mutatio de collatione in commendam, Roman. *dict. consil. 350. num.* 13. vnio vero de Benef. obtento nihil aliud est, quam quædam paliata dispensatio, vt cum alio, cui vnitur, possit retineri, Crescen. *dict. dec. 2. de Paroch.* & Puteus *dec. 246. lib. 1.* Cassad. *d. dec. 3. de iudicis numero tertio & decisione 31. super regula numero quinto.*

77 Et de hac materia commendæ † qui voluerit plura videre, vltra Paninum, Sarnen. Rebuff. *dict. tit. de commenda, & de pacificis à num.* 47. alias 36. Corras. Mandos. & Hoiedam supra citatos, videat Rubeum *in tract. de commenda*, quem tamen ego non inueni, Gambar. *d. l. 4. rub. de potestate Legati in commendam de Beneficia.* Cuchus *l. 3. tit. 6. de commendatariis*, 4. p. Greg. Tolos. *l. 18. syntagmatis, c. 38. & de Benef. c. 10. n. 43* Zechus *de Benef. & pensio. c. 7.* & aliqua per Thom. Campegium *in d. tract. de commendis Beneficio, &* nouissime Gonçalez. *d. glo. 55. 8.*

* * *

CAP. V.

De Coadiutoria.

SVMMARIA.

SOlet Ecclesiis, & Beneficiis prouideri de coadiutore, & aliquando cum futura successione, n. 1.

Coadiutoria est duplex, quædam temporalis, & reuocabilis, altera perpetua, & irreuocabilis, & cum futura successione, n. 2.

De materia coadiutoria, qui sint videndi, n. 3.

Coadiutoria temporalis, & reuocabilis est, cum Ecclesiæ Rectori, qui senio morbo impeditus est ministrare, datur coadiutor, qui pro eo ministret, numero quarto.

Tunc clericus suo non est priuandus Beneficio, numer. 5. nec obstat caput tua nos, de clerico ægrotan. numero sexto.

Ex concilio Trident. Episcopi etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati illiteratis, & impeditis Parochialium Rectoribus coadiutores aut Vicarios deputare possunt, appellatione, & exemptione remota, num. 7.

Quæ deputatio ex sententia S. Cong. ad eum spectat, qui potest instituere concursum, n. 8.

Deputatio coadiutoris facta ab ordinario vigore d. decreti non est attentata, etiamsi sit executa post appellationem, vt Rota resoluit, n. 9.

Per illud decretum tollitur appellatio ad effectum suspensiuum, sed non deuolutiuum, n. 10. & poterit interponi ad Metropolitanum non obstante, quod procedat tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, nisi quando procederet contra exemptum ex sententia S. Cong. num. 11. & 12.

Coadiutoria perpetua cum futura successione non est iuri conformis, sed stilo inuenta, & in vtraque parte odiosa, & exorbitans à iure, n. 13. cum seq. & videri detestabilem in iure ait P. Greg. n. 16.

Ordinarius non potest dare coadiutorem perpetuum, & irreuocabilem cum futura successione, n. 17. nec Legatus, n. 18.

Papa de iure potest coadiutorem cum futura successione deputare, n. 19. & 20. nec istæ coadiutoriæ respectu Papæ non sunt contra concilium Lateranen. n. 21.

Istæ coadiutoriæ ante Concilium Tridentinum solebant à Papa concedi, num. 22. tamen à Concilio Trid. fuere sublatæ n. 23. Sed à tempore Sixti V. concessæ fuerunt, absque derogatione Concil. n. 24.

Istud difficultatem patitur, nam in concessionibus & gratiis, contra constitutiones Conciliares requiritur specialis derogatio, & mentio Concilij iuxta sententiam Archidiaconi, à qua non est recedendum, quia est praxi, & stilo curiæ approbata, licet contra teneat Innocentius opinio in puncto iuris est valde probabilis, n. 25. cum seqq.

Respondetur Concilio Trid. non derogari propter decretum vlt. eius n. 30. cum seq. vbi ponitur resolutio Rotæ, & Motus proprius Pij V. & declaratio S. Cong. licet aliqui contra teneant, n. 36.

In concessionibus contra constitutiones aliorũ conciliorum non est necessaria derogatio in specie, & individuo constitutionis, sed sufficit dicere non obstante tali Concilio, seu constitutione talis Concilij, vt solet dici, num. 37.

Etiam generalis derogatio constitutionum Conciliarium sufficiet, saltem quando procedit expressa derogatio alicuius Concilij, n. 38. & 39. vbi ponitur resolutio Rotæ, imo, etsi non præcedat talis expressa derogatio alicuius Concilij, n. 40. 41. 42. 43.

Tex. in c. nonnulli de rescrip. ibi, vel expressam, procedit ex speciali prouisione illius tex. n. 44.

Derogatur etiam Concilio generali per clausulã generalem non obstantib. constitutionibus, quando concessio est Motu proprio, & apparet de certa scientia Papæ, nu. 45.

Inferior, cui Papa concessit facultatem dispensandi super aliquo prohibito à Concilio, non tenetur illi Concilio derogare in dispensatione, n. 46.

Quãdo Papa disponit aliquid contra Conciliũ per viam legis, non requiritur vlla derogatio contra aliques à nu. 47.

Non placet sententia aliquorum, quod non valeat consuetudo contra legem Concilij, numero quinquagesimo. nam esto lex Conciliaris censeatur habere clausulam derogatoriam ad dispositiones contrarias, id non procedit respectu dispositionũ per viam legis, seu iuris. nu. 51.

Quando dicatur constitutio Conciliaris remissiue, numero 52.

Formula coadiutoriarum hodiernarum, n. 53.

An talis coadiutor teneatur principali volente pro eo deseruire, alias teneatur ei ad damnum & interesse? numero 55. & 56. resoluitur affirmatiue contra Nauar. & in aliquibus coadiutoriis id solet exprimi, numero 57.

An talis coadiutor possit principali absente, seu ægrotãte, pro eo deseruire absque consensu, aut eo nolente? numer. 58. cum sequentibus resoluitur negatiue contra Nauar.

An habens coadiutorem, sit habendus pro præsenti ratione infirmitatis, & aliorum legitimorum impedimentorum? numero 61. cum seq. resoluitur affirmatiue, & posse etiam gaudere mensibus recreationis.

An coadiutori sit assignanda eadem sedes principalis, & cum eadem antiquitate? n. 65. cum seqq. resoluitur coadiutori Dignitatis habentis certam sedem eandem assignandam, coadiutori vero Canonici vltimam post omnes Canonicos proprios etiam postea ingressos, & consequenter secuta morte coadiuti ei dandam vltimam sedem, tanquam nouo Canonico, licet Rota aliter tenuerit.

An coadiutor in ingressu debeat fabricæ soluere quod est consuetum solui per nouos Canonicos? n. 78. resoluitur quod non, sed secuta morte coadiuti.

An coadiutor possit gaudere mensib. datis causa recreationis? n. 79. resoluitur affirmatiue.

An coadiutor ægrotans, vel alias legitime impeditus haberi debeat pro præsentiã n. 80. resoluitur affirmatiue, quando erat actu seruiens tempore superuenientis infirmitatis.

An principali excommunicato possit coadiutor inseruire, & lucrari? à n. 83. resoluitur posse inseruire & lucrari sibi assignatum, non tamen posse lucrari pro coadiuto. n. 84. & seq.

An coadiutor habeat vocem actiuam & passiuam? num. 87. & seq. resoluitur affirmatiue, etiam solum facta mentione in coadiutoria de voce actiua.

An Canonicus habens coadiutorem possit se iuuare beneficio iubilationis? n. 89. resoluitur non priuari iubilatione iam quæsita, non tamen eam perficere per seruitium coadiutoris, nec ei suffragari.

Quomodo intelligatur indultum coadiutori concessum, quod gaudeat reg. de triennali, vt coadiutus, n. 90.

An in Ecclesiis, vbi sunt adiuncti, coadiutor sit puniendus cum illis? numero nonagesimoprimo cum seq. resoluitur, quod, si tempore, quo contra ipsum proceditur, est in seruitio Ecclesiæ, debet procedi cum adiunctis, secus alias.

An coadiutor, qui non est in sacris, sed solum in minorib. gaudeat priuilegio fori stante Concilio? n. 97. & seq. resoluitur, quod, si vt talis inseruit Ecclesiæ cum clericali habitu, & tonsura, eo gaudebit, alias non.

An coadiutor ratione coadiutoriæ teneatur deferre habitum clericalem, & tonsuram, licet non inseruiat? nu. nonagesimo nono cum sequentibus. resoluitur teneri.

An coadiutor teneatur recitare, & an possit sacris ordinari ad titulum coadiutoriæ remissiue? n. 102.

An coadiutor seruiens pro coadiuto debeat exire de Capitulo, in quo tractatur de negotio ipsius coadiuti? num. 103. cum seqq. resoluitur negatiue, & è conuerso coadiutum posse interesse Capitulo vbi agitur de negotio coadiutoris, nisi agatur de respectãte ad ipsam coadiutoriam, quæ spectet etiam ad ipsum coadiutum.

An coadiutus & coadiutor ambo possint esse in Ecclesia, vel in seruitio Ecclesiæ? num. 107. cum seq. resoluitur non posse tanquam Canonicos, posse vero vnum esse tanquam Canonicum, & alterum tanquam priuatum, & vnum in Ecclesia in seruitio eius, & alterum extra in negotiis Ecclesiæ.

In Ecclesiis, in quibus obtinens Dignitatem non præsidet in choro, nec habet sedem, & vocem in Cap. si tamen obtinet Canonicatum simul præsidet in choro, & in Cap. An Canonicus coadiutor Dignitatis, & vt talis seruiens habeat huiusmodi præeminentiam? n. 110. cum seq. resoluitur affirmatiue.

In Ecclesiis, in quibus, Canonici lucrantur vestuarium residendo pluribus diebus, quam Canonici obtinentes Dignitatem, an Canonicus coadiutor Dignitatis lucretur vestuarium sui Canonicatus residendo minori tempore? numer. 114. cum seqq. resoluitur affirmatiuè.

E conuerso, si aliquis obtinens Dignitatem in proprietate esset coadiutor Canonici, non lucraretur vestuarium Canonicatus residendo minori tempore, quia non lucratur sibi, sed coadiuto, n. 117.

An Canonicus habens coadiutorem perpetuum cum futura successione possit optare nouam Præbendam? n. 118. resoluitur indistincte posse contra Gonçalez, & etiam vbi mutatur titulus.

An coadiutoria inducat incompatibilitatem? n. 122. resoluitur negatiue ad effectum vt per eam vacet Beneficiũ prius obtentum, licet secus ad effectum retentionis, & vt ipsa expiret per assecutionem Beneficij incompatibilis.

An coadiutor possit cedere coadiutoriæ, etiam inuito coadiuto? n. 124. resoluitur posse authoritate Papæ, & coadiuto consentiente authoritate Ordinar. & futuræ successioni absque consensu vtriusque.

An confessio coadiutoris noceat coadiuto, vel è contra? n. 126. resoluitur non nocere.

An sententiæ latæ contra vnũ coadiutorem noceant alteri, & an latæ contra coadiutũ noceant coadiutori? à n. 127. resoluitur latas contra coadiutum non nocere coadiutori inscio, & non citato, saltem per proclama, & latas contra vnum coadiutorem non nocere secundo, nisi sint super statu coadiutoris.

An, si tempore datæ coadiutoriæ coadiutus esset mortuus successio locum habeat? à n. 130. resoluitur negatiue cõtra Gonçalez. Quamuis secus vbi tunc inualuit, licet

decederet antequam coadiutoria sortiretur effectum, & vbi tempore data Beneficium de iure vacat, & corruit etiam futura successio, si gratia coadiutoria est surreptitia, n.133.

Decisiones & resolutiones Rotæ circa prædicta ponuntur à n.134. vsque ad 139.

SOlet etiam Ecclesiis, & Beneficiis prouideri de
1 coadiutore, & aliquando † cum futura successio-
2 ne; est enim duplex coadiutoria, † quædam temporalis, & reuocabilis, altera perpetua, irreuocabilisque, & cum futura successione, Mandos. signatura *gratiæ, tit. de coadiutoriis*, & posthæc Gonçalez *ad reg. de mensib. glo. 5. §. 9.*

3 De qua materia videndi sunt Io. And. † *in c. fin. de clerico ægrotante*, vbi ponit 11. quæstiones principales Butr. & Card. Imola. & Abbas *ibidem*, Domi. Francus, & alij *in c. 1. de clerico ægrotante in 6.* Oldrad. *consi.* 44 Bertachin. *de Episcopo, 1. p. l. 1. q. 3. & 2. p. 4. l. q. 13.* Corsetus *in repetit. c. grandi, de supplenda negligentia Prælator. l. 6.* Lamber *de iure Patro. 1. p. 2. l. q. 6. art. 20.* Rebuff. *de nominatio. quæst. 8. numer. 44. & 45 alias n. 26.* Gambarus *de officio legati, lib. 5. Rubr. de coadiutoribus*, Mandos. *dict. tit. de coadiutoriis*, Campegius *in tract. de coadiutore Episcoporum*, Cosmas Philiarchus *de offic. sacerdotis, 2. p. l. 4. cap. vigesimoquarto.* Flaminius Parisius *de resignatione Benefic. libro septimo quæstione vigesima*, & Quintanaduennas *Ecclesiasticon, libro secundo ex numero trigesimo ad 58.* vbi de origine, &c.

4 Coadiutoria temporalis, † & reuocabilis est, cum Ecclesiæ, seu Beneficij Rectori, qui senio, morbo, nec perpetuo, & incurabili, factus est inutilis, & impeditus ministrare, suumque officium exercere adhibetur coadiutor, qui pro eo ministret, & officium exerceat, dando ei stipendium ex redditibus Beneficij.

5 Nec enim tunc clericus suo † priuandus est Beneficio, vt Baldus *in l. post susceptum, ff. de excusatio. tutorum*, & alij male voluerunt, sed solum ei dandus est coadiutor, vt probat textus, & probat textus *in capite de Rectoribus capite ex parte, & capite fin. de clerico ægrotante, capite primo eodem titulo in sexto capite petisti 7. quæstione prima & capite primo de supplenda negligentia Prælatorum in sexto* & Concilium Tridentinum, *sess. 25 de reform. cap. 7. vers. quod si decent*, Bonifacius *in clem. cupientes de pœnis, num. 46.* Staphil. *de literis gratiæ, tit. de modis prouisionis, numer. 22.* Rebuf. *in praxi tit. de reprobat. Beneficior. viuentium impetratione, n. 59.* Corras. *de Benefic. 1. p. cap. 7. numer. 5. & 3. cap. 6 numer. 7. & 8.* Lancel. *in institutio. Canonicis, l. 1. titul. de coadiutore. §. 1. & vltimo in textu, & in glossa*, Nauarrus *consil. 1. de clerico ægrotante*, P. Gregorius *de Benef. cap. 7. num. 13.* & Suarez *5. tom. de censuris, disputat. 31. sectio. 2 ad fi.* Gonçalez *supra numer. 31.* Nec
6 obstat textus *in* † *c. tua nos, de clerico ægrotante*, ibi, *ab administrationis officio debet remoueri*, quia intelligendus est debere remoueri, quoad exercitium solum iuxta primum intellectum Hugutij, & Laurentij, quem ponit *ibi gl. verb. administrationis*, quem Ioann. And. & communiter alij sequuntur, vt per Abbatem, ibi *n. 4.* Lancel. Nau. & Suarez *sup.*

Hodie in S. Concilio Tridentino *sess. 21. de reform.*
7 *c. 9.* decretum est, † quod illiteratis, & imperitis Parochialium Rectoribus, si alias honestæ vitæ sint, Episcopi etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegati coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere possint, quacumque appellatione, & exemptione remota.

Quam deputationem S. Congregatio Concilij declarauit † ad eum spectare, qui potest instituere cō- 8
cursum, nec ideo Parochum, cui datus est coadiutor, posse abesse a residentia, & argui dicto decreto Episcopos, qui ex causa infirmitatis constituunt in Parochialibus Vicarios perpetuos, data etiam Rectori facultate de non residendo, vt in declarationibus supra d. c. 6.

Et ex dict. decreto Rota in vna Dertusen. † Ar- 9
chipresbyteratus 16. Nouembr. 1594. coram Dom. Penna resoluit, *Deputationem coadiutoris factam ab Ordinario vigore illius decreti non esse attentatam, etiamsi sit executa post appellationem interpositam à sententia eius, qui iudicialiter processit.*

Per quod tamen decretum † tollitur appellatio 10
ad effectum suspensiuum, sed non deuolutiuum, vt S. Congregatio declarauit, eaque appellatio poterit interponi ad Metropolitanum, † non obstante, quod 11
procedat tanquam Apostolicæ sedis Delegatus, nisi quando procederet contra exemptum, vt Delegatus, quia tunc esset ad Sedem Apostolicam interponenda.

Sacra enim Congregatio Concilij declarauit † 12
non posse Episcopum prætextu, quod sit Apostolicæ Sedis delegatus, declinare iurisdictiones Metropolitani in casibus illis, in quibus ante Concilium Tridentinum, tanquam Ordinarius poterat vti eodem iure, eademque potestate, vt in proposito quando vero ex Concilio procedit, vti Sedis Apostolicæ Delegatus in causis, quæ sub eius iurisdictione ordinaria non comprehenduntur, non posse ab eo, nisi ad Sedem Apostolicam prouocari, neque ex hoc inferioribus iudicibus vllum fieri præiudicium, vt habetur inter declarationes ad *c. 4. decisione 14. & c. 4. sess. 21. & c. 10. sess. 24. de reform.* & fuit etiam responsum Capitulo Gadicen. de quo Cened. Collec. 157. ad Decretal.

Coadiutoria autem perpetua cum futura † succes- 13
sione non est iuri conformis, sed potius à stilo inuenta in gratiam, & fauorem specialem, Cassad. *dec. 2. de restitut. spoliator. nu. 2.* Mand. *d. tit. de coadiutoriis, vers. altera cum futura successione, & in reg. 11. q. 5. n. 4.* Nau. *consi. 2. nu. 2 de clerico ægrota.* & Gonçalez *sup. nu. 46.*

Et, vt inquit Mohed. *dec. 10. de priuil.* † alias 36. *ad fi.* 14
huiusmodi coadiutoriæ hodiernæ in vtraque parte sunt odiosæ, & exorbitantes à iure, cum secundum ius ei debeat dari, qui vere indiget coadiutore ad tempus impedimenti, & datur sibi congrua sustentatio, quorum nihil fit in hodiernis Apostolicis coadiutoriis, & *in 2. p.* cum sint de futuro ad *c. 1.* & *2. de cōcess. Præbenda & c. ne captandæ, cum aliis eodem tit. l. 6.* & Puteus *dec. 226. nu. 13. l. 3.* ait quod coadiutoria datur propter necessitatem Ecclesiæ, cui coadiutus non potest inseruire, & in recompensam suorum laborū coadiutori datur portio fructuum, & P. Greg. *de Benef. c. 30. n. 2.* ait has coadiutorias † cum succes. post 15
mortem eius, cui datur coadiutor videri detestabiles in iure, sicque his verbis explicare Alex. III. *in c. accepimus 5. de pact.* qui tamen textus non videtur mihi in coadiutoriis loqui.

Vnde Ordinarius non potest dare coadiutorem
† perpetuum & irreuocabilem, cum futura succes- 16
sione, Lamber. *d. q. 6. art. 20.* Nauarrus *d. consilio primo de clerico ægrotante*, Flaminius Parisius, *de resignatione libr. sexto, quæst. 5. num. 15.* & Zechus de *Benef. & Pensio.*

17 *& Pensio. Ecclesiæ, capit. 7. num. 8.* qui dicunt † solum Papam posse concedere coadiutoriam cum futura successione.

Vnde etiam Legatus non potest tales coadiuto-
18 rias dare, † vt inquit Gambarus *supra nu. 13.* dicens, quod de coadiutoribus, qui hodie dātur à Papa cum successione ad petitionem impediti, nihil ad legatum &c. Quamuis Lamber. *supra n. 5.* dubitet, an legatus posset dare talem coadiutorem, & cum Gambaro tenet post hæc Gonçalez *supra num. nonagesimoprimo.*

19 Puteus tamen † *decis. 226. nu. 17.* ait Papam de iure posse coadiutorem, cum futura successione deputare, *c. si aut. 9. ciet. & c. cum autem. 7. q. 1.* sed melius
20 facit *c. petisti, eadem causa, & q.* Mandos. † *d. q. 5. n. 5.* qui ait quod qui vellet tenere coadiutoriam, cum futura successione habere cum iure Canonico conformitatem adducere posset illum textum post Bertachi. *de Episcopo, 3. l. 1.* & idem videtur velle Lamb. *supra nu. 4* vbi ait quod solus Papa potest dare coadiutores, cum futura successione, ex *d. c. petisti, & ex c. 2. de Præb. in 6.* & ibi glos. *verb. vacaturis*, vbi probatur, quod Romanus Pontifex non solum Beneficia, cum vacant, potest de iure conferre, verum ius in ipsis tribuere vacaturis, ex quo textu apparet istas
21 coadiutorias † respectu Papæ non esse contra Concilium Lateranen. de quo *in d. c. 2. de conceß. Præb.* & sic in earum concessione non esse necessariam illius derogationem.

Quæ quidem coadiutoriæ, cum futura successio-
22 ne † ante Concilium Tridentinum solebant à Summo Pontifice concedi, & earum formulam ponit Mand. *d. reg. 11. q. 6.*

Tamen in d. Concilio † Tridentino, *sess. 25. de re-*
23 *form. cap. 7. vers. in coadiutoriis*, decretum est, vt nemini in quibuscumque Beneficiis permittantur, & ita obseruatum est tempore Pii V. & Greg. XIII.
24 † vsque ad tempus Sixti V. à quo non obstante d. Concilio concessæ fuerunt, & tempore Clementis VIII. concedebantur in Dignitatibus, Canonicatibus, & Portionibus, & aliquæ, licet paucæ, in Parochialibus, absque derogatione dict. Concil. Trid.

25 Quod difficultatem patitur, † nam in concessionibus, & gratiis contra constitutiones Conciliares requiritur ad earum validitatem specialis derogatio, & mentio Concilij, cui concessio, seu gratia aduersatur ex *c. nonnulli, ibi, vel expressa, & c. de rescript. & c. cum te, de ætat. & qualitat.* melius *c. ex parte, de capellis Monachor.* Archidi. *in c. 1. de constitutionib. in 6.* & cum eo Bald. *in l. humanarum, C. de leg. n. 1. nu. 3.* Millis *in repertorio, verb. gratia facta contra generale Concilium*, Iason *in l. fin. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, n. 4.* Fel. *in d. cap. nonnulli, nu. 2. & 3.* vbi dicit quod non est de facili recedendum ab Archidiacono, quem videtur sequi totus mundus. Decius *in rub. de consist. 2. lect. ad finem, & in c. prudentiam, n. 18. de offic. delegat. & in c. 1. lect. 1. nu. 8. de iudic. & in c. at si clerici. §. de adulteriis à n. 39. eod. tit.* Ripa *in d. c. 1. de iudic. n. 8.* Vitalis *tract. clausularum, vers. clausula generalis, non obstantibus quibuscumque priuilegiis. 11. numero secundo.* Probus ad Monachum *in capite fin. de consuetudine in sexto numer. decimono*, Selua *de Beneficiis tertia parte quæstione 11. num. 31. & 4. par. quæstio. num. 7. 4.* Rebuf. *consi. 134.* Gomez *in d. capit. primo, de constitutionib. in 6. à num. 78.* Syluester Aldobran. Pater Clementis VIII. *consil. primo, numer. 137.* Mandos. *reg. 19. Cancellariæ, quæst. 37. num. 12. & de signatura gratiæ, titul. de prouision. versic. Beneficia vacaturi, & titul. de derogatio. ib. à 11, versicul. Conciliis generalibus, & tit. de Pensionibus, versic. super Episcopatu*, Padilla *in l. si. C. de diuers. rescript. n. 17.* Io. Gutier. *in repetit. legis, nemo potest, ff. de legatis 1. n. 173.* Cuchus *institut. maiorum, l. 1. tit. 2. à num. 3.* Sarmiento *lib. 5. selectarum, ca. 14. num. 5.* Menochius *consil. 294. à nu. 11. lib. 3.* Anast. Germon. *de sacrorum immunitate, lib. tertio, ca. vndecimo, num. 52. & de indultis Cardinalium, §. per quæ sublata, à numer. 57.* vbi *numer. 74.* aduertit in Cancellaria Apostolica suppleri derogatione in Concilij, si omissa sit in supplicatione, dummodo pars Concilij, quæ obstat gratiæ sit registrata in corpore iuris, & Flam. Paris. *de resigna lib. 6. quæstione secunda, à numer. 36.* Zerola *in praxi Episcopali, 1. par. verbo pensio, & 2. par. verbo absolutio, §. 8.* Enriquez *in summa lib. 7. cap. 16. §. 3.* Cassad. *decis. secunda de Præbend.* Caputaq. *decis. 176. & 266. par. 1.* & Rota *decis. 121. 123. & 356. num. 6. par. prima diuersorum* & in Burgen. decimarum de Escalante 5. Iunii 1591. coram D. Orano supra relata *1. parte capit. 2. nu. 44.* & in vna Valentina decimarum 9 Iunii 1577. coram D. Pamphilio in qua fuit dictum, † *in priuilegio re-* 26
quiri, quod sit expresse derogatum capitulo, nuper. de decimis, *nisi sit dispositio conciliaris, quæ censetur habere clausulam derogatoriam ad sequentes dispositiones* dict. c. ex parte, *& tenuit Rota in causa Vlisbonen. decimarū de Bellen. de anno. 1572. coram D. Robusterio, quæ est* d. decis. 122. diuersorum, *& in alia Oxonien. decimarum de anno* 1586. *coram Domino Orano, & saepius in aliis causis, &c.*

Quamuis Innocentius *in d. c. ex* † *parte de Capel-* 27
lis Monachorum, tenet contrarium, scilicet non esse magis faciendam mentionem Concilii, quam alterius iuris, cuius opinionem Felinus *d. nume. 3* ait forte esse veriorem per textum *ibi. in d. cap. nonnullis*, in quo id specialiter statuitur, & quia opinio Archidiaconi iure non probatur, & veram existimat, Gambares *de officio Legati, lib. 19. num. 398.* & in effectu Flores *quæst. decima, nu. 90.* † & Cenedus *in Collectanea* 28
123. ad dictum capit. nonnulli, numer. tertio. ait se adhærere illi sententiæ, quod, etiamsi sit contraria lex Concilij, valet rescriptum, cum clausula derogatoria generali, & quod non sit necessaria specialis derogatio, & ad *dict. capit. nonnulli*, respondet, vt supra, illius decisionem procedere, non quia est lex Concilij, sed quia specialiter fuit captum, quod in illo casu sit necessaria specialis derogatio, vt innuit littera textus, & ad *d. c. ex par.* quod rescriptum, de quo ibi, nullam faciebat mentionem Concilii contrarii, neque in specie, neque in genere, ita quod nō habebat clausulam derogatoriam, nec specialem, neque generalem Concilij, & constitutionem Pontificiam à Conciliari nihil differre, tenet Alciat. *paradox. lib. 6. cap. 10.*

Sed licet in puncto iuris † opinio Innocentii sit 29
valde probabilis, iuxta dicta, non est recedendum à sententia Archidiaconi, quæ est praxi & stilo Curiæ approbata.

Nihilominus tamen prædictæ difficultati † re- 30
spondetur, Concilio Tridentino non derogari propter decretum vltimum eiusdem Concilij, *sess. 25. de reformatione*, in quo declaratur, omnia in dict. sacro Concilio statuta de morum reformatione & Ecclesiastica disciplina, ita decreta fuisse, vt in his salua sēper authoritas Sedis Apostolicæ, & sit, & esse intelligatur, & sic Papa potius videtur vti facultate sibi tributa, quam aliquid facere contra Concilium. Anast.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Germon. supra dict. numero 74. & Rota in vna pensionis S. Angeli, 16. Decembris millesimo quingentesimo septuagesimo quarto coram Domino Pamphilio resoluit, quod si Papa apponat † gessum super Episcopata, qui non ascendit ad summam mille scutorum, reseruatio est valida, & videtur derogare Concil. Tridentino, sessione vigesimaquarta, de reformatione capit. decimotertio, si appareat habuisse notitiam valoris; nam Concilio Tridentino derogatur per clausulam generalem, non obstantibus constitutionibus Apostolicis propter dictum decretum vltimum sessione vigesimaquinta ad notata per DD. & Felinum in d. c. at si clerici §. de adulteriis, vbi Decius numero 49. Iacobatium de Conciliis lib. 5. art. 18. & quod ita fuit saepe decisum, &c. & sequitur Cardinalis Toletus in summa, lib. 1. cap. 41. infra relatus, 11. part. cap. vltimo, numero 124. quamuis alias Rota de anno 1567. in vna Gerunden. Sacristiae, quae est 1. part. diuersorum, decisio. 48 numero vacationis, aliud voluerit. Et post haec Gonçalez gloss. 6 numer. 120. ait, quod sufficeret generalis derogatio, si alias appareret de intentione Papae, licet de Concilio Tridentino spiritualis aut indiuidua mentio facta non fuerit, quia propter authoritatem illius numquam solet specialiter derogari, ac ita seruari videt, & decisum, ac declaratum audit, qui tamen variat gl. 15. nu. 36.

52 Et Pius V anno 1570. per suum Motum † proprium declarauit, neque speciali, neque generali derogatione Concilij Tridentini opus esse in quibuslibet concessionibus Apostolicis propria manu Papae signatis, cuius Motus proprij tenorem, quia non habetur impressus, hic ponere placuit, qui talis est.

53 *Motu proprio &c. † Cum plerumque contingat dubitari in causis Rotae Auditoris nostri, & aliis pendentibus super prouisionibus & commendis, vnionibus & aliis dispositionibus, ac aliis gratiis Apostolicis, quae contraueniunt decretis Concilij Tridentini, sit opus speciali derogatione eiusdem Concilij, nos quaecumque dubia desuper mota, & mouenda submouere volentes, ac quarumcunque decretorum Concilij huiusmodi tenores, praesentibus pro expressis habentes motu simili, &c. ex certa nostra scientia, & de Apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione declaramus, neque speciali, neque generali derogatione eiusdem Concilij opus fuisse, & esse in quibusuis collationibus, promissionibus, vnionibus &c. & aliis dispositionibus, de quibusuis Beneficiis Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, saecularibus, & quorumuis ordinum regularib. etiam Monasteriis Conuentualibus & Consistorialibus, ac Curam animarum habentibus, quae quomodolibet vacarunt & vacabunt, ac etiam gratiam, & iustitiam concernentibus, & aliis gratiis, ac concessionibus Apostolicis per nos, ac felicis recordation. Pium Papam Quartum praedecessorem, necnon quoscumque Romanos Pontifices successores nostros, nostra tamen, & praedecessoris, ac successorum praedictorum propria manu signatis, ac Sedem Apostolicam quibusuis personis Collegiis, & aliis piis locis, & aliis quomodolibet factis, & faciendis, ac concessis, & concedendis, & ita per quoscumque iudices, & causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales in quibusuis causis, etiam per appellationem pendentibus iudicari, & diffiniri debere sublata, &c. irritum quoque discernimus volentes praesentis nostri Motus proprij scedulam in Cancellaria Apostolica publicari, & in illius libro quinterno nuncupato describi; non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis … & caeterisque contrariis quibuscumque, placet Motu proprio.*

M.

Lectus & publicatus fuit super perscriptus Motus proprius Romae in Cancellaria Apostolica anno Incarnationis Dominicae, 1570. die vero Sabbathi 23. mensis Decemb. Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Pij Papae Quinti, Anno 5.

Ex quo S. Congregatio † Concilij in declaratione Abulen. infra adducta, 5. part. cap. 8. numer. 87. ad notam. *An ad derogationem S. Concilij Tridentini sufficiat Papam contra illud rescribere absque illius speciali, vel generali derogatione, vt Pius Quintus declarasse dicitur?* sic respondit, *si supplicatio manu Papae signata fuerit, non requiritur, nec specialis, nec generalis derogatio.* 34

Et ita etiam fuit declaratum in Cancellaria † Apostolica per abbreuiatores. 35

Quamuis Carrocius *in repetit. reg. † cum quid prohibetur, lib. 6. 2. par. ampliatione 1. & limitation. 1.* Hoieda *de incompatibilitate Benefic. 2. part. cap. fin. num. 85.* Menoch. Zerola, & Enriquez † supra dicant, quod ad derogationem Concilij Tridentini requiritur specialis, & indiuidua derogatio dicto Concilij, quod est contra praxim, & stilum Romanae Curiae. 36

Sed, & in concessionibus contra constitutiones aliorum Conciliorum non est necessaria † derogatio in specie, & indiuiduo constitutionis, cui concessio refragatur, vt volunt supra citati D. maxime Felinus, Selua, Gomezius, Mandosius, Ioannes Gutierrez, & Anasta. Germon, sed sufficit dicere, vt inquit Menoch. *dict. numero* 11. non obstante, verbi gratia, Concilio Lateranen. seu constitutione Concilij Lateranen. vt solet dici in dispensationibus ad duo incompatibilia, & in dispensatione illegitimi supra defectu natalium, non obstante Concilio Pictauien. & in dispensatione de non promouendo, non obstantibus Lateranen. & Lugdunen. Conciliis, & in commutationibus vltimarum voluntatum, non obstante Concilio Vienen. &c. 37

Imo etiam generalis derogatio constitutionum † Conciliarium sufficiet, saltem, quando procedit expressa derogatio alicuius concilij, vt videtur tenere Rota in conchen. exemptiones decimarum 17. Maij, 1589. coram Domino Orano, in † qua, *Cum fuisset dubitatum, an in illo casu Monialib. Sanctae Clarae obstaret dispositio* cap. nuper, de decimis? *Domini pro negatiua principaliter fuerunt moti ex confirmatione Gregorij XIII. per quam confirmantur omnes concessiones, exemptiones, & declarationes, ad fauorem istius ordinis edita cum clausula derogatoria constitutionum, etiam in vltimo generali concilio Lateranen. aliisque conciliis editarum, nam sicuti, quod expresse derogatum fuit alicui concilio, sufficit pro legitima aliorum conciliorum derogatione, quod subiecta fuerit clausula generalis de aliis conciliis. Decius* consil. 341. numero 10. *Probus Monach.* in cap. cum in tua, numero 13. de consuetud. lib. 6. *& post Iacobatium conar.* in 4. 2. par. cap. 8. §. 9. n. 6. *idque eo magis, quod in confirmatione legitur clausula, quarum tenores, quae cum abiecta sit dispositioni facienti generalem conciliorum mentionem, operatur indiuiduam expressionem iuxta* consil 2. *Butr. &c.* Haec in dicta conchen. 38 39

At Decius *d. n.* 10. quem sequitur † Probus, *d. n.* 13. sufficere, vt, quod dicatur, non obstantibus constitutionibus editis in Conciliis generalibus, & non obstare dictum Archidiaconum *in d. c. 1.* & Couar. *in … rata, & lib. 4. variar. c. 16. n. 6.* cum Iacobatio *de Conciliis lib. 5. art. 18.* docet satis esse dicere, non obstante quacumque, seu aliqua lege etiam in Concilio generali statuta, quod mihi placet. 40

41 Et sequuntur Vualdus *in suo Candelabro † aureo, tit. de absolutione, 14. & in Appendice c. 12. n. 22.* Molina *de iustit. tom. 1. tractat. 2. disput. 71.* & Thom. Sanchez *de matrimon. lib. 3. disput. 16. n. 7.* qui dicunt de Conciliis antiquis, sufficere dicere, non obstante constitutione Concilij determinatione: quamuis ad derogationem legis Concilij recentis, vt est Tridentinum, dicant oportere, vt specialiter exprimatur se derogare tali decreto Concilij, & ita praxim habere, vt quo tamen fallantur, vt patet ex dictis.

42 Sequitur etiam Rutilius Benzonius Episcopus † Lauretanus *in speculo Episcopor. de fuga, lib. 1. disput. 1. q. 6.* qui ait ad derogationem Concilij generalis sufficere verba, non obstante decreto cuiusuis Concilij, nec esse opus, si Concilium sit recens, vt specificetur contra Candelabrum supra.

43 Idem etiam videtur tenere Didacus Alaba † *de Conciliis, par. 1. cap. 2. n. 3.* & Cordoua *lib. 4. quaestion. circa finem*, qui tenent ad derogationem Concilij sufficere saltem genericam mentionem Conciliaris constitutionis.

44 Neque obstat tex. † *in d. c. nouerit*, ibi, *vel expressam*, nam, vt diximus ex Felin. & Cenedo *supra num. 27. & 28.* illud procedit ex speciali prouisione illius tex.

45 Derogatur etiam Concilio generali per † clausulam generalem, *non obstantibus ordinationibus, & constitutionib. Apostolicis*, quando concessio est Motu proprio, & ex narratis apparet de certa scientia Papae, Puteus *dec. 494. lib. 2.* Mandos. *de signatura gratiae, tit. de prouision. versic. derogatio dicti Concilij, & vers. quare Papa.* Facit quod tradit Sarmiento *dict. lib. 3. selectarum, cap. 14. num. vndecimo, regula prima*, quae est notanda simul cum aliis regulis, quas ibi tradit vsque ad *n. 14.*

46 Sed, in inferiori, cui Papa † concessit facultatem dispensandi super aliquo prohibito ab aliquo Concilio, non obstante tali decreto, seu Concilio, tenetur dispensando illi decreto seu Concilio derogare vt de Gambarum, *de offic. Legat. lib. quinto, rubr. … an Legatus possit plura Beneficia conferre, a numero* 184. qui loquendo in legato, ait, quod de necessitate non tenetur, & reddit rationem, quia legatus ea se non posset derogare Legibus, & Canonibus, *cap. quod super his, de maiorit. & obedient.* ideo dispensationem non validat ex derogatione, sed ex authoritate superioris, vnde in vim facultatis dispensabit, & ita in simili materia Comitis Palatini habentis facultatem legitimandi, ait, loquens Praepositum post Paul. de Castro *in capitulo per venerabilem, column. quadragesimasecunda versic. quare supra, dixi, qui filij sint legitimi.*

47 Quando autem Papa disponeret aliquid † contra Concilia non per viam rescripti sed legis, seu constitutionis, non requiritur, vt talibus vlla derogatio etiam generalis, *ex cap. 1. de constitution. in 6.* quod generaliter, & indistincte loquitur, & tenet ibi clare glos. *verb. nescientes*, quam sequitur Anchoran. & hoc ait verius Felin. ibi et sub verbo, *fuerat, in d. c. nouerit n. 4.*

48 Et facit quod tradit Sarmiento *d. cap. 14. n. 8. & 9.* & quod tradit Sarmien. *in primis regula in Cancellaria, quaest. 5. ad finem*, & Mandos. *regul. 31. quaest. 4. n. 9.* Syluester *in summa, verb. lex quae, nume 26. versiculo tertio lib. … capit. 6. qu. 3.*

Quamuis contra teneant Iason *in d. l. §. † C. si contra ius, vel vtilitat. public. num. 4.* Nauarr. *Manual. Latino cap. 27. num. 265.* in vltimis editionibus, Gratian. *reg. 291. num. 4.* & Anastasius Germonius, *de indultis Cardinalium, dicto §. per quae subiicitur ex n. 51. ad 71.* & Cochus *dicto lib. primo, titulo secundo numero 3. & quarto.* 49

Nec mihi placet † quod docet Rochus de Curte, *in cap. fin. de consuetud. sect. 7. num. 8. & 25.* & Ias. *d. num. 4.* & Decius *reg. 144. num. 4.* scilicet, quod non valeat consuetudo contra legem in Concilio generali editam, quod censetur habere clausulam derogatoriam ad sequentes dispositiones contrarias, quia nimium restringit decis. *d. c. fi. de consuetud.* Et esto lex Conciliaris censeatur habere clausulam derogatoriam ad dispositiones † contrarias, vt etiam dicit Gom. *in d. c. 1. de constit. in 6. n. 178.* Rota *d. decis.* 112. Et in d. Valentina decimarum, & alij, id non procedit respectu contrariarum dispositionum per viam legis, seu iuris, sed ad futura rescripta, vt dicit Papa *in d. c. 1. de const. n. 8.* 50 51

Et quando dicitur constitutio Conciliaris, † vide Alanum de Conciliis, *q. 1. 12. ad fi. & d. decis. 125. 1. p. diuers.* & Thom. Sanch. *de matr. lib. vltimo disput. 5. a numero 6.* 52

Caeterum, quia circa dictas coadiutorias, † quae hodie conceduntur per Papam, cum futura successione, fere nihil, aut parum est scriptum, operae pretium erit aliqua dubia, atque circa eas sese offerunt, explicare, de quib. post haec visis aliqua tractat Gonçalez *ad reg. vers. sum gloss. 5. n. 9.* Et in primis praesupponitur † per huiusmodi coadiutorias constitui quem & deputari alterum in coadiutorem perpetuum, & irreuocabilem in regimine, & administratione Canonicatus, & Praebendae, seu dignitatis (quos ille obtinet) in spiritualib. & temporalibus, cum plena, libera, & omnimoda facultate, authoritate, & potestate omnia & singula, quae ad huiusmodi coadiutoris officium de iure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet spectant, & pertinent, faciendi, gerendi, exercendi, & procurandi, ita, quod durante coadiutoris officio huiusmodi, talis coadiutor, coadiuto absente, vice, & loco illius idem Ecclesiae vt Canonicus, seu dignitatis defensor stallumque in choro, & locum, ac vocem in Capitulo, processionibus & aliis actibus eiusdem Ecclesiae habere, nec non omnes & singulas praerogatiuas, praeeminentias, & honores, quos principalis ratione canon. & Praebendae, seu dignitatis habet, & si praesens adesset, haberet, atque omnia & singula, fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, distributiones quotidianas, & alia emolumenta quaecumque etiam anniuersaria manualia & alias quomodolibet nuncupata in quibusuis reb. consistentia, quae per ipsum principalem, si personaliter diuinis officiis tam diurnis, quam nocturnis in eadem Eccl. interesset, lucrifieri, & percipi possent in omnibus, & per omnia absque vlla prorsus differentia pro eo lucrari, & percipere libere, & licite valeat. Solet tamen apponi clausula, quod non possit neque debeat coadiutor absque de ipsius principalis consensu, & voluntate in d. regimine, & administratione, quouis modo se intromittere, aut immiscere, neque praetextu coadiutoriae quouis tit. seu causa quicquam petere, seu exigere possit. 53 54

Modo dubitatur primo, an coadiutor sic † con-
55 stitutus teneatur principali volente pro eo seruire,
& alias teneatur ei ad damnum, & interesse subiectu-
tũ? & Nauar. consi. 2. de clerico ægrotan. n. 5. & 4. tenet
non teneri, quia Papa non obligat eum ad prædicta
munera subeunda, sed dat ei facultatem subeundi,
& gerendi de consensu coadiuti, non enim iubet ei
vt ea subeat, sed quod valeat ea subire volente coad
iuto, & quia, cum non viuat de altari, quia nihil ei
pro seruitio datur, non tenetur ei seruire, refert
Gonçal. d. glo. 5. §. 9. n. 121.
Sed contrarium verius videtur, nempe, quod talis
56 coadiutor principali volente † teneatur pro eo de-
seruire, & alias teneatur ei ad damnum, & interesse,
nam quamuis in coadiutoria non dicatur, quod te-
neatur deseruire, tamen, eo ipso, quod illam acceptat
ex natura officij ad id tenetur, nec refert, & quod ni-
hil detur ei pro seruitio, nimirum coadiutori, sibi e-
nim imputet, qui ita illam accepit, facit reg. scienti,
& consen. tient. in 6. maxime, quia compensatur, cum
57 futura successione. In aliquibus † tamen coadiutoriis
ad maiorem abundantiam, & cautelam solet expri-
mi, quod coadiutor requisitus teneatur deseruire, &
alias teneatur soluere principali quicquid propter-
ea amiserit, seu lucrari desierit. Et ita post hæc Gon-
çal. d. n. 122. dicit aduertendum esse, quod in modernis
coadiutoriis non solum appositum verbum possit, sed
etiã addit verb. teneatur, & sic inseruire & interesse
teneatur, & alias teneretur ad refitiendum omne da-
mnum, & interesse, vt expresse in ipsius coadiutoriæ li-
teris continetur. subdit tamẽ Gonçal. quod ista resi-
dentia non erit præcisa, sed cautiua quoad obliga-
tio. soluendi fructus proprietario ob non residen-
tiam perditos. At ego existimo esse præcisam, & ad
eam posse compelli, quia ipse se obligauit, seu con-
sensit tali obligationi, & vide dicta infra num. 122.
& seq.
2. dubitatur, † an coadiutor sic constitutus princip.
58 absẽte, seu ægrotante, pro eo deseruire, & sedere in
choro possit, & dare vocẽ in Capit. absque consensu,
aut eo nolente? & Nauarr. d. cons. 2. num. 5. tenet pos-
se, & ita colligi ex prædicta concessione, non tamen
posse in regimine & administratione, & fructuum
perceptione se intromittere, nisi eo volente, & de
consensu eius, vt ex Bulla expresse patet. Sed † certe
59 per illa verba non solum prohibetur ei perceptio
fructuum, seu administratio temporalium, sed etiam
dictum seruitium & assistentia in choro, & Cap. &
aliis actibus Canonicalibus, nisi de consensu princi-
palis, id enim est regimen & administratio Canoni-
cat. seu Dignitatis.
Et ita prædicta sententia Nauar. in præsenti du-
60 bio † vera non videtur, & potius tenendum est d. co-
adiutorem, etiam principali absente, seu ægrotan-
te, non posse pro eo deseruire, nisi de eius consensu, &
voluntate.
61 Tertio dubitatur, † an habens coadiutorem sit ha-
bendus pro præsenti ratione infirmitatis, & aliorum
legitimorum impedimentorum, & possit lucrari,
non interessendo diuinis, sicut si non haberet coadiu-
torem, etiamsi coadiutor non intersit seu resideat? &
62 videbatur respondendum negatiue, † nam, cum hu-
iusmodi coadiutores soleant dari, quia propter æta-
tem ingrauescentem seu infirmitates principa-
lis commode deseruire, & onera perferre non po-
test, seu non sperat, vt dicitur, & narratur in ipsis co-
adiutoriis, eo impedito, coadiutor pro eo debet ser-
uire. Nihilominus tamen contrarium dicendum
est, nam quamuis propter illam causam, † & narra- 63
tiuam moueatur Papa ad dandum coadiutorem, ta-
men non arctat, nec obligat principalem, vt eo vta-
tur, nec prohibet principalem vti iure suo ei aliàs
competente, & præterea nullo iure id prohibetur. &
ita tenet Nauar. d. cons. 2. n. 6. & sequitur Gonçalez
d. §. 9. à n. 126. dicens quod non debet esse deterioris
conditionis ex eo, quod coadiutorem habeat, neque
priuilegium suum debet illi esse nociuum, & retor-
queri in eius damnum, quod ad eius fauorem est illi
concessum, c. ad Apostolica de regul. l. quod fauore, C.
de precibus imperat. offer. c. quod ob gratiam 91. de reg. iuris 6. Al-
ber. Brunus, de augmento & diminutione, conclus. 6. Pu-
teus decis. 44. lib. 1.
Vnde etiam potest † principalis gaudere mensi- 64
bus datis pro quiete, & causa recreationis perinde
ac alij, siue coadiutor resideat, siue non, quia in illis
non tenetur interesse diuinis, neque per se, neque
per alium, vt ibidem dicit Nauar. d. n. 6.
Quarto dubitatur, † an coadiutori sit assignanda 65
eadem sedes principalis coadiuti, & cum eadem anti-
quitate. Et quidem in coadiutore Dignitatis haben-
tis certam & signatam sedem, certum & euidens est,
eandem sedem ei assignandã, cum talem dignitatem
repræsentet, & ita practicatur, & sentit Nauar. d.
cons. 2. de cleri. ægrotan. n. 5. vbi loquitur de coadiu-
tore dignitatis, quamuis Rota in Salamantina coad-
iutoriæ statim alleganda, & cũ ea Gonç. sup. n. 117. di-
cant istud consil. Nauar. n. 5. non esse satis tutum.
Difficultas est † in coadiutore Canonici, seu por- 66
tionarij, an sit ei assignanda sedes principalis cum e-
ius antiquitate? an vero vltima inter Canon. si est
coadiutor Canonici, & vltima inter portionarios, si
est coadiutor portionarij? In qua diffic. Rota in vna
Salamantina coadiutoriæ 25. Iun. 1593. corã D. Penna
† tenuit coadiutori Canonici non esse assignãdã se- 67
dem princip. nempe cũ eius antiquitate, sed cũ sede-
re debere vlt. loco post oẽs Canon. tẽpore suæ rece-
ptionis, & ingressus in Eccl. qui, licet coadiutor re-
præsentet personã principalis, & subrogatus debet
frui eisdẽ prærogatiuis, tamẽ id intelligitur respectu
aliorũ inferiorũ quib. præferri debet, non aũt respe-
ctu aliorũ Canonicorum, quos præcedere non po-
test, cũ illi propria dignitate, & prærogatiua, coadiu-
tor aũt aliena tantũ præfulgeat, illiq; sunt veri Cano-
nici, coadiutor vero fictus, & sedes non cõpetit ra-
tione Canonicatus, sed antiquitatis, vt latius in decis.
cons. adducta ad fi. n. 134. Vbi tamẽ Rota † subdit quod 68
licet præcedentia indicarent coadiutori vltimum
semper locum post omnes Canonicos assignandum
visum fuit ea adaptare ad præfatum suæ receptio-
nis tempus, vt dictum est. Itaq. vult Rota coadiutori
Canonici assignandam esse vltimam sedem post oẽs
Canonicos proprios existentes tempore suæ recep-
tionis, & ingressus, acquirere tamen antiquitatem
respectu Canonicorum post intrantium, & eos præ-
cedere.
Vnde etiã in vna Tirasonen. coadiutoriæ † 8. Nou. 69
1599. corã eod. D. Penna conseq. Rota resoluit, quod
secuta morte coadiuti, coadiutori, qui tunc efficitur
verus Canonicus, assignanda est ead. illa sedes, in qua
reperiebatur tempore obitus coadiuti, & conseq.
præferendus est Canonicis ingressis postquam illi
fuerat ea sedes assignata, vt late in decis. postea addu-
cen. ad fi. n. 158. Quod etiam † in eadem corã eod. 70
fuit resolutum 17. Oct. 1600. per doctr. Bald. in l. 2. n.
57. ver. sed pone C. de seruitut. & à qua Rimin. Iunio.
cons. 230. l. 2. quod, si quis sit in possess. Canonicatus,
vel

vel alterius Beneficij, licet vere Canonicus, vel Be-
neficiatus non sit, si deinde obtineat à Papa gratiam,
seu prouisionẽ eiusdem Canonicatus, quẽ possidẽ-
bat, non indiget noua possess. vel installatione, sed re-
tinet illam, quã habebat, cũ ead. antianitatis, prçcedẽ-
71 tiæ, vel antiquitatis prærogatiua. Sed salua † pace tan-
ti tribunalis Rotæ, mihi verius videtur coadiutori
Canonici assignandã esse vltimã sedem post oẽs Ca-
nonicos proprios, etiam post eius receptionẽ ingres-
sos, nec respectu eorũ acquirere antiquitatem, quã-
uis eam acquireret respectu aliorũ coadiutorum si-
milium postea receptorum, & idem est in coadiutore
portionarij respectiue, non. n. æquum videtur, vt co-
adiutor, qui nõ est verus, & proprius Canonicus, sed
fictus, & improprius, & qui aliena dignitate fulget,
præcedat verum & proprium Canonicum & qui pro-
pria fulget dignitate.
72 Nec obstat † quod dicitur in d. decis. Tirasonen.
quod iuxta stilum ordinarium similium gratiarum
coadiutori conceduntur omnes prærogatiuæ coadiu-
to competentes ratione Canonicatus, & quod ratio-
ne Canonicatus competit primum sedes in infimo
gradu, 2. in 2. & sic deinceps, quia respondetur quod
prærogatiua ascẽdendi non competit ratione Cano-
nicatus, sed ratione antiquitatis, quam non habet co-
adiutor respectu veri Canonici.
73 Et ita seruatur in hac nostra Ecclesia Abulen. † &
credo in aliis, & post hæc ita tenet Gonçalez, d. glos.
5. §. 9. ex n. 98. allegans d. decis. Salamantin. & adducẽs
eius rationes, & fundamenta non aduertens, ibi, non
ita absolute id resolutũ esse, sed vt supra dictum est, n.
68. & n. 114. ait Gonçalez accedere etiam obseruantiã
vniuersalem in omnibus Ecclesiis, vbi admittũtur,
similes coadiutores, maxime in Hispania, nam sem-
per ponuntur in inferiori loco post omnes Canoni-
cos, & ante Portionarios, quæ obseruantia est opti-
ma indultorũ Apostolicorũ interpres, l. si de inter-
pretatione 37. in fi. ff. de leg. l. iiñ si aliter, l. sed Iulianus 7.
§. proinde ff. ad Macedon. Put. decis. 19. n. 3. li. 2. Gutier.
cons. 2. n. 10. Rota decis. 571. n. 3. & decis. 503. n. 2. p. 1. di-
uersor. & quæ alias ipse tradit glo. 9. §. 1. ex n. 39. & §.
74 2. n. 63. Et conseq. † etiam mihi verius videtur, q; se-
cuta morte coadiuti, coadiutori, qui tunc efficitur
verus Canonicus, est assignanda vltima sedes, ita,
vt eum præcedant Canonici ingressi etiam du-
rante eius coadiutoria, & post eius receptionem,
vt etiam seruatur in hac nostra Ecclesia, & credo
in aliis, & sequitur Gon. sup. num. 110. dicens clarum
75 esse.
Nec obstat, quod dicatur in d. decis. Tiraso. quod †
tẽpore obitus coadiuti non requiritur pro coadiuto-
re noua collatio, quia nihilominus tunc fit verus Ca-
nonicus, & vt talis de nouo intrat, expirat. n. primus
tit. coadiutoriæ, & fit locus 2. tit. Canoniæ. Puteus
decis. 226. l. 3. n. 11. & 12. vltra quod noua collatio tũc
requiritur, si coadiutoria non est expedita in forma
gratiosa, sed in forma dignũ, vt ex ipsis litteris appa-
76 ret, & in praxi videmus. Nec obstat prædicta doctri-
na † Bal. & Rimin. quia procedit in eo, qui erat in pos-
sess. Canonicatus, tanquam Canon. licet sine legitimo
tit. coadiutor aũt durante coadiutoria non est in pos-
sessione Canon. sed coadiutoriæ, Cota decis. 392. &
Verallus decis. 64. li. 4. in manuscr. de quibus infra n.
90. & possess. quam tunc habebat, continuari non po-
test, cum esset iuris diuersi, quod expirant euenĩẽte
successione, & sic mortuo coadiuto, & coadiutore fa-
cto vero Canonico, opus est noua possess. seu instal-
latione Canonicatus, vt solet fieri.
Cum ergo † tunc capienda sit noua possessio Ca- 77
nonicatus, & iuxta antiquitatem possess. & reception.
sedes cõpetat reg. qui prior, & c. cum ex. de præb. in 6.
c. statuimus. de maior. & obedien. Fel. in rub. eod. tit. n.
2. Caparaq. decis. 357. p. 2. Franch. deci. 138. n. 1. & de-
ci. 144. p. 1. Nauar. cons. 10. de maior. & obed. & Gon-
çal. sup. n. 110. planum videtur vlt. sedem illi compe-
tere, nec posse præcedere alios Canon. existentes,
iam in possess. licet durante illius coadiutoria fuerint
ingressi. Nec l. 1. & l. sancimus C. de Consulib. lib. 12. in d.
decis. Tirasonen. allegatæ probant sententiam Rotæ,
vt ex ipsis clare constat.
Quinto dubitatur, an coadiutor in ingressu † de- 78
beat fabricæ soluere quod est consuetum solui per
Canonicos de nouo ingressos? Et dicendũ est, quod
non, quia tunc non ingreditur vt Canonicus, sed vt
coadiutor Canonici, sed illam soluere debebit secu-
ta morte coadiuti, illoq; intrante, vt vero Canonico,
maxime cũ illa solutio respiciat tempus, quo Cano-
nicus incipit gaudere fructib. Canonicatus, vt dici-
tur in d. decis.
6. dubitatur, an coadiutor possit gaudere, † men- 79
sib. datis causa recreationis, & illos consumere sicut
principalis? Et breuiter dicendũ est posse, ita tamen,
quod dies per vnũ ipsorũ consũpti non possint per
alterum assumi, sed quoad ambos remaneant con-
sumpti, vt fuit resolutũ in d. Salamantina ad 2. & se-
quitur post hæc Gonça. l. sup. n. 13. & seq.
Septimo dubitatur, an coadiutor ægrotans, † vel 80
alias legitime impeditus haberi debeat pro præsen-
ti, & lucretur, sicut lucraretur principalis? Et bre-
uiter respond. affirmatiue, vt fuit responsum, & late
deductum per Rotam. in d. Salaman. coadiutoriæ
coram eodem D. Penna. 20. Iu. 1594. vt in decis. infra
etiam adducenda ad fi. n. 155. & seq. post hæc Gonç.
sup. n. 15. male tamen allegans, Nau. d. cons. 2. n. 6. de
clerico ægrotan.
Quod tamen intelligendum videtur, † quando co- 81
adiutor erat actu seruiens tẽpore superuenientis in-
firmitatis, seu impedimenti, alias posset dari locus
fraudib. in detrimentũ seruitij Eccl. videns. n. princi-
palis, qui antea noluerat coadiutorẽ residere, quod
ille erat impeditus, posset tunc velle, quod resideret
ad excusandũ se à residentia, & ita nullus resideret,
† pro quo etiam facit quod dicitur in d. decis. tunc
demum coadiutorem, sicut & principalem habendũ
esse pro præsenti & lucrari ratione infirmitatis, quã
do sanus diuinis interesse solebat.
Octauo dubitatur, an principali excommunicato † 82
existente possit coadiutor inseruire & lucrari? In
quo dicendũ est primo eũ posse inseruire, & reside-
re † in Eccl. sicut si non esset excõmunicatus princi- 83
palis, quia non inseruit, nec agit nomine excommu-
nicati, sed nomine proprio, aut nomine Eccl. ex tra-
ditis per Innocen. in ca. fi. de procurator. Compostel.
in c. fi. de clerico ægrotan. n. 17. & Oldrad. cons. 44. n. 2.
& fuit dictũ in d. Salamã. 20. Iun. 1594. quicquid sen-
tiat Gonçal. d. glo. 5. §. 9. n. 128.
Secundo dicendũ est, si forte coadiutori aliquid † 84
de fructib. seu distributionib. assignatũ est pro con-
grua, seu seruitio, vt aliquãdo fit, id sibi posse lucrari
non obstãte excommunicatione principalis, quæ sibi
non alteri debet nocere reg. non debet alteri per alte-
rũ iniqua conditio inferri ff. de reg. iuris & reg. non de-
bet aliquis alterius odio prægrauari in 6. cum aliis. &
ita fuit resolutum in d. Salamantina coadiutoriæ, co-
ram eodem D. Penna 9. Iun. 1595.
Tertio dicendũ est † non posse tunc coadiutorem 85

lucrari pro coadiuto excommunicato,& ad eius cõmodum, & vtilitatem, cum excommunicatus non lucretur,nec faciat suos fructus Beneficiorum, *c.pastoralis,§.verum de appellat.*& dicetur §.7.p.c.13. *ex n.* 90 & ita fuit resolutum,& deductum in d. Salaman. 20.Iun.1594 vt in decis.posita *d.n.sup.*& tenet post hæc Gonçalez § n.123.

87 Nono dubitatur, † an coadiutor habeat vocem actiuam,& passiuam nõ solum in reb.ordinariis,sed etiam in officiis sede vacante,& prouisionib. Canonicatuum? & breuiter respond.affirmatiue,vt apparet ex formula coadiutoriæ,& fuit resolutum in d. Salaman.coadiutoriæ coram eod.D. Penna,1. Iul. 1593.vt in decis.inf.ponenda *ad fi.n.*136.

88 Imo,& si in aliqua coadiutoria diceretur,† q habere possit vocem actiuam in Ca.vt vidi in quadam coadiutoria nostræ Eccl. Archidiacon. de Arcualo, & Canon. non propterea excluditur vox passiua,quæ ex aliis verbis venire potest; saltem ex eo, quod subrogatur loco,& vice coadiuti,quem repræsentat,nec ad id videtur apponi verbum, *actiuam*, sed potius ad maiorem declarationem,& augmentum,non diminutionem.

89 Decimo dubitatur,† an Canonicus habens coadiutorem possit se iuuare Beneficio iubilationis in ea Ecclesia competenti,ita vt lucretur fructus,& distributiones,etiamsi coadiutor non resideat,in quo dicendum est cum Rota in d. Tirasonen. coadiutoriæ 8.Nouemb.1599. coadiutum non priuari priuilegio iubilationis iam quæsitæ, non tamen perficere suam iubilationem per seruitium coadiutoris, nec priuilegium iubilationis coadiuto suffragari, vt latius *in d.decis.*

90 Vndecimo dubitatur,† quomodo intelligatur indultum coadiutori concessum, vt aliquando in literis coadiutoriæ dici solet,quod gaudeat *reg. de annali,& de triennali*,sicuti coadiutus,in quo dicendũ est cum Rota in vna Placentina Decanatus 31. Ian. 1597.coram D.Penna,quod intelligitur, vt transacto ad regulam, *de annali, & triennio* ad reg. *de triennali* post admissionem ad coadiutoriam, etiam si non fuerit factus locus successioni, possit gaudere *d. reg. non vero*, vt illo non transacto possit gaudere annali, aut triennali prædecessoris. Et post hæc tradit Gonçalez *sup.num.*118. allegans *d. decis.* Placentin. & seclusio indulto coadiutor non gaudet *d.reg.*quia non possidet Beneficium, vt per Cotam, *decis.*397. *in Miscellaneis manuscriptis*, vbi habetur, quod in causa Toletana Canonicatus de Talauera,11. Mart.1551 coram Verallo, quoad reg de annali fuit dictum,quod, si non constat de possessione Didaci coadiutoris post obitum coadiuti per annum, non sumus in casu *reg* ea ratione,quia viuente coadiuto, coadiutor non dicitur possidere, idem Verallus *decis.64.l.3.in manuscriptis.*

91 Duodecimo dubitatur, † an in Ecclesiis, vbi sunt iudices adiuncti,iuxta *c.6.sess.25.de refor.*S.Cõcil.Trid.coadiutor delinquens sit puniendus cum illis, sicuti puniretur coadiutus? In quo breuiter dicendum videtur,quod,si tempore,quo contra ipsum proceditur,est in seruitio Ecclesiæ,seu actu seruiens, debet procedi cum adiunctis per arg.ab æquiparatis
92 & subrogatis,de quo *in d.decis.*Salmant. † idque maxime procedit stante clausula in coadiutoria, quod coadiutor habebit omnes, & singulas prærogatiuas,
93 præeminentias,& honores coadiuti. † Si vero tempore,quo contra ipsum proceditur, non est in seruitio Ecclesiæ, tunc non videtur procedendum cum adiunctis,quamdiu enim non est in seruitio Ecclesiæ, sed extra,non reputatur vti Canonicus,sed vti clericus priuatus.

Ad istum tamen effectum,vt puniatur † cum adiunctis videtur sufficere, quod esset in seruitio Ecclesiæ tempore quo fuit processum ad aliquem actum,vt capturam,seu præceptum capturæ,aut informationem summariam,vel saltem ad faciendum caput processus contra eum, nam licet postea desinat deseruire,videtur,cum adiunctis causa prosequenda, sicut fuit incepta,per id.n.videtur causa præoccupata ab adiunctis respectu Episcopi,seu eius Vicarij, qui cum eis incepit procedere. 94

E contra vero,si coadiutor non erat in † seruitio 95 Ecclesiæ,cum per Episc.seu eius Vicarium fuit processum ad aliquem actum, si tamen ante capturam, vel citationem contra eum executam sit in seruitio Eccl. videtur cum adiunctis procedendum esse; non n.dici potest causa præuenta ab Episcopo, seu eius Vicario,ad tradita per Mascar.*de probatio.concl.*1132. seu 1227.Dec.*de electis.1.tom.li.4.c.*21.& Azeued.*in l.10.tit.13.li.8 recop.*Per capturam tamen & citationem † executam dicetur causa præuenta,ita vt,licet 96 postea sit in seruitio Ecclesiæ,possit nihilominus Episcopus,seu eius Vicarius causam prosequi sine adiunctis ad *l.si quis postea,& l.vbi ceptum,ff.de iudic.*& tradita per prædictos.

Decimotertio dubitatur,an coadiutor,qui † non 97 est in sacris constitutus, sed solum est primæ tonsuræ,seu minorum ordinum, gaudeat priuilegio fori stante decreto Concil.Trid.*sess.23. de refor.c.6.* de quo sup.*2.p.c.2* Et videtur † dicendum,quod si tanquã 98 talis coadiutor inseruit Eccl.cum clericali habitu,& tonsura,gaudebit priuilegio fori, ex quo ex mãdato, seu authoritate Papæ Ecclesiæ inseruit, sicut gauderet qui alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruit, si vero non inseruit Ecclesiæ, non videtur gaudere, quia coadiutoria nõ est Beneficium Ecclesiasticum, vt constat, & dicit Gonça. *d. §.9.n.64.& inf. numer.*122.

Decimoquarto dubitatur, an coadiutor ratione coadiutoriæ teneatur deferre habitum † clericalem, 99 & tonsuram? si seruit Ecclesiæ clarum est, quod debet eum portare, non enim potest inseruire Ecclesiæ, nisi cum habitu decenti, & competenti, difficultas est,an † teneatur eum deferre, licet non in- 100 seruiat? & dicendum videtur teneri ex *const.*30.Sixti V.de qua infra *7.p.c.1.n.*15.& præsertim *nu.*8.ex qua non solum clerici etiam clericali tãtum tonsura insigniti habentes Beneficium, sed etiam habentes ius in illo,vel ad illud, debẽt tonsuram,& habitum clericalem deferre,sub pœna priuationis ipso facto. Et habens coadiutoriam,licet non habeat Beneficium, † habet tamen ius ad illud,Nauarr.*in c. si quando de* 101 *rescript.preludio 5.& extrepr.33.numer.septimo.* & diximus *supra capit.tertio huius p.10.modo.*nec dubitari potest,quando ad istum effectum, ius istud sit satis considerabile.Et an coadiutor teneatur † recitare? 102 diximus *sup.3.p.c.2.dub 6 num.*107.& an possit sacris ordinari ad tit.coadiutoriæ? diximus *2.p.c.5.4. dub. ad fin.à n.*131.

Decimoquinto dubitatur,† an coadiutor seruiens 103 pro coadiuto debeat exire de Cap. in quo tractatur de negotio ipsius coadiuti?

Et videtur debere exire,† nam ipse coadiutus nõ 104 poterat interesse Cap.in quo agitur de suo negotio, seu de re ad eum particulariter spectante iuxta *c.44. prætorum*,vbi Auil.& *l.34.ti.6.li.3.recopil.* vbi Azeued &

ued.& Auend.*de exequen.mandatis,lib.2.c.23.*& Cõcil.Trid.*sess.25.de refor.c.6.vers.qui si aliquid*,ibi *Nec de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur*, ergo nec coadiutor cum repræsentet ipsum coadiutũ de cuius negotio agitur, & pro eo, & eius nomine intersit,& det vocem in Capitulo.

105 Nihilominus contrarium verius videtur,† nam vt sup.diximus *dubio* 8.n.84.coadiutor non agit,nec inseruit nomine coadiuti, licet eum repræsentet, quatenus agit,& inseruit vice & loco illius,sed agit, & inseruit nomine proprio,seu nomine Ecclesiæ,& sic nihil impedit eum interesse,& dare vocem in Capitulo, in quo agitur de negotio coadiuti,vnde videtur,quod posset coadiutor dare suffragium,seu vota re in electione præbendæ, quam prætenderet coadiutus,& esset oppositor,& etiam pro eo suffragium
106 dare. Rursus è conuerso,coadiutus bene potest † interesse Capitulo,& dare vocem,seu votum, vbi agitur de negotio coadiutoris, nisi forte agatur de re spectante ad ipsam coadiutoriam,quæ particulariter etiam spectet ad ipsum coadiutum.

107 16.Dubitatur, † an coadiutus, & coadiutor ambo possint esse in Ecclesia,vel in seruitio Ecclesiæ,& dicendum est non posse ambos esse in Ecclesia,tanquã Cano Ambo n. solũ repræsentant vnũ Canonicum, non 2.coadiutus, tanquam principalis,& coadiutor, tanquam coadiutor.

108 Nihil vero impedit vnum esse † tanquam Canonicum,vel coadiutorem,& alterum tanquam per so-
109 nam priuatam sine habitu Ecclesiæ etiam in choro. † Rursus nihil impedit vnum esse in Ecclesia,& in seruitio eius, & alterum extra Ecclesiam in negotiis ipsius Ecclesiæ.

110 Decimo septimo dubitatur, † in Ecclesiis, in quibus obtinens dignitatem non præsidet in choro etiam non stante alio antiquiori, nec habet sedem, & vocem in Capitulo,si tamen simul obtinet Canonicatum, præsidet in choro iuxta antiquitatem suæ dignitatis,& etiam in Capitulo in quo habet sedem,& vocem iuxta d.antiquitatem suæ dignitatis,vt in Ecclesia Toletana,an Canonicus proprietarius coadiutor alicuius dignitatis,& vt talis seruiens habeat huiusmodi præeminentiam?

111 Et videtur,† quod non,cum eius principalis & coadiutus eam non haberet, ex quo non habet Canonicatum.

112 Nihilominus tamen dicendum est † coadiutorem eam habere,nam, cum sit coadiutor dignitatis, & vt talis seruiat,debet habere præeminentiã dignitatis, & cũ ex alia parte sit Canon.debet habere præeminentias Canonicis,& dignitatibus simul cõpetentes, atq;adeo habebit sedem, & dabit vocem in Capitulo, & præsidebit in choro iuxta antiquitatem dignitatis in qua seruit,vt coadiutor.

113 Nec refert, † quod coadiutus non haberet istam præeminentiam, nam, id ex eo est, quod non habet Canonicatum,quem tamen habet coadiutor.Et comprobatur,nam vt supra dictum est *dub.n.*8.coadiutor non inseruit, nec agit nomine coadiuti,sed nomine proprio aut Ecclesiæ,& ita consultus respondi.

114 Decimo octauo dubitatur, † an in Ecclesiis, in quibus Canonici lucrantur vestiarium residendo 90.diebus,Canonici vero obtinentes dignitatem illud lucrantur residendo 60. diebus, vt in d. Ecclesia Toletana, canonicus coadiutor alicuius dignitatis lucretur vestiarium sui Canonicatus residendo 60. diebus tantum?

115 Et quidem in coadiutore canonici † & dignitatis certum est, quod illud lucraretur residendo 60. diebus tantum, quemadmodum principalis cui lucratur.

In casu proposito difficultas est, † ex quo solum 116 habet Canonicatum in titulo, & proprietate. † Nihilominus tamen dicendum est,quod, si inseruit dignitati tanquam coadiutor, lucrabitur vestiarium sui canon. residendo tantum 60. diebus, nam,cum sit coadiutor dignitatis, debet habere præeminentias, & prærogatiuas dignitatibus competentes, vt dictum est, † Quamuis è conuerso, si aliquis obti- 117 nens dignitatem in proprietate esset coadiutor Canonici, & vt talis inseruiret, non lucraretur vestiarium d.Canonicatus residendo 60.diebus,sed deberet residere 90. quia non lucratur sibi, sed coadiuto, qui ex persona coadiutoris non debet suam conditionem meliorem facere, nec ratione coadiutoriæ maius commodum reportare.

Decimo dubitatur, † an Canonicus habens coad- 118 iutorem perpetuũ cum futura successione possit optare nouam, & pinguiorem Præbendam, prout alii Canonici coadiutore carentes? Quam quæstionẽ mouet Gonçalez *gl.34.18.§.nu.*97.& ei respondet cum distinctione,aut futura successio est concessa in gratia coadiutoriæ, quoad canonicatum, & Præbendam ordinariam illi annexam duntaxat absque illa Præbenda,seu præstimonio, in quo cadit optio, aut est concessa successio etiam quoad istam Præbendam, & præstimonium temporale optatum per coadiutum, in primo casu, inquit, seu potius in secundo,coadiutus optare poterit, cum nulla sit ratio, vel inconueniens,quod obstet, nec gratia coadiutoriæ, quæ est principaliter ad fauorem illius concessa, vt dixit.*d.gl.5.§.9.n.*83.ex Puteo *decis.98.li.2.*& Rota in d.Salamantina coadiutoriæ 25. Iun.1593. coram D.Penna,debet illi esse nociua regula,quod ob gratiam *lib.6.*in alio vero casu minime, inquit, erit locus optioni,quia,cum coadiutus dimittere non possit dictam Præbendam,seu præstimonium,quod optauerat,ex quo per gratiam coadiutoriæ est adiudicata coadiutori futuro successori,à quo auferri non potest,& consequenter cessat natura optionis, quæ est vt si ego opto maiorem Præbendam,alius etiã modernior optet illam minorem à me dimissam, sicque optionis ordo præuertitur, vt superius dixi *n.15.&* 81. nulla ratio permittit,quod optioni loc⁹ sit, & ita seruatur, hæc Gonçal. † Cuius resolutio quoad pri- 119 mum,non habet difficultatem, nempe, quod coadiutus possit optare quando futura successio est concessa coadiutori, quoad Præbendam, quam tunc habet coadiutus,seu postea per eum optatam. Imo tũc videbatur, quod ipse coadiutor posset optare pro coadiuto,cuius loco subrogatur, sed cum id pendeat à voluntate coadiuti,verius videtur, quod non possit optare coadiutor, nisi dicatur in coadiutoria, vt forsan dici solet in coadiutoriis Præbendarum,& Beneficiorum Eccl.vbi est ius optandi,vt colligi videtur ex d.decisione Salamantina.25.Iun.1591.pro quo facit,quod licet optio possit fieri per Procuratorem, tamẽ requiritur ad eam speciale mandatum, vel secuta ratificatio.Gemin.*n.*5.& Francus, *n.4. in c.si. de consuetud.in* 6.& Gonçal.*d.gl.34.n.*123.

Quod secundum † vero d.resolutio magnam ha- 120 bet difficultatem ex dictis infra *p.5.ca.1.ex n.*334 vbi resoluimus, quod habens Præbendam reseruatam potest optare aliam, quæ subintrat in locum reseruatæ,& dimissa remanet libera,& quod quando mutatur titulus in optione, quamuis optatum non sub-

rogetur, nec maneat reseruatum loco dimissi, tamen habens Benefi. reseruatum potest aliud optare non stante consuetudine particulari, seu obseruantia in contrarium, vnde videtur in proposito, quod Canonicus habens coadiutorem cum futura successione absolute & indistincte potest optare maiorem Præbendam quæ subrogatur loco primæ, & in ea intrabit dict. futura successio, quod maxime, & sine difficultate procedit in optione præstimonij, vbi non optantur Præbendæ, sed præstimonia, vt in Ecclesia Cordubensi iuxta dicta *d. c. 5. par. n. 456.* & etiam vbi mutatur titulus videtur, quod habens coadiutorem possit optare aliud Beneficium, verbi gratia Portionarius Canonicatum, seu dimidius Portionarius portionem integram, & in primo per optionem secundi vacante succedat coadiutor ex futura successione sibi concessa, nisi fuerit consuetudo particularis, seu obseruantia, quod non habens Beneficium liberum non possit optare.

121 Vbi autem optaretur aliud † Beneficium non dimisso primo, vt si Canonicus optaret dignitatem retinendam cum Canonicatu iuxta consuetudinem Ecclesiæ, coadiutoria in Canonicatu nullo modo obesset Canonico, quominus posset optare dignitatem, sicut non obesset ei, quominus eam alias assequi posset. Et tunc haberet coadiutorem in vno Beneficio, nempe in Canonicatu, & non in alio, nempe in dignitate, in qua deberet residere non obstante quod coadiutor Canonicatus resideret.

122 Vigesimo dubitatur, † an coadiutoria inducat incompatibilitatem cum alio Beneficio incompatibili cum illo, in quo quis est coadiutor? In quo Gonçalez *d. gloss. 5. §. 9. a num. 94.* ait, quod, cum coadiutoria perpetua cum futura successione de per se non sit Ecclesiasticum Beneficium, vt tradit P. Grego. Tholo. *de benef. c. 11 n. 2.* non potest inducere incompatibilitatem, vt audiuit fuisse resolutum in Rota, ac tradit Gonçalez Mendez Lusitanus *li. 4. diuersorum iuris argum. c. 1. n. 8. &* per totum, subdens rationem, quia talis coadiutor non tenetur præcise residere, nec ad hoc potest compelli, cum Beneficium nō habeat, sed solum tenetur ad causatiuam residentiam, id est, si non resederit, quod non lucrabitur fructus, ac illos propter illius non residentiam amissos coadiuto satisfacere tenetur. Nec per obitum, vel cessionem coadiutoris, sed coadiuti, vacat Beneficium. Puteus *decis. 222. lib. 3.* nec viuente coadiuto coadiutor dicitur possidere Beneficium. Cota *decis. 397.* & Veral. *64. lib. 3. in manuscrip.* vt supra *num. 90.* sed illa ratio,
123 quam ex Gonçalo Mendez tradit Gonçalez, † quod coadiutor non tenetur præcise residere, nec ad hoc potest compelli, sed solum tenetur causatiue, nō placet, vt supra dixit *1. dubio à n. 56.* Vnde, quamuis verum sit, quod coadiutoria non inducit incompatibilitatem, cum non sit beneficium ad effectum, vt per eam vacet beneficium prius obtentum, tamen negari non potest, quin sit incompatibilis, ad effectum retentionis cum beneficio residentiam personalem requirēte, si coadiutus vult quod coadiutor resideat, & seruiat pro eo vt debet, nisi forte in coadiutoria caueatur, quod non teneatur dimittere obtentum, nisi eueniēte successione coadiutoriæ, & per assecutionem beneficij incompatibilis videtur cessare, & expirare coadiutoria prius obtenta, cum expiret futura successio, & ius ad benefi. ex ea competens, *Clem. gratia, de rescrip.* vbi D. & dicta infra *11. part. ca. 5. numero 69.*

124 Vigesimoprimo dubitatur, † an coadiutor possit cedere coadiutoriæ, etiam inuito coadiuto? in quo Gonçalez *d. gl. 5. §. 9. n. 131.* resoluit, quod potest ei cedere de consensu superioris, etiam inuito coadiuto; Butrius *in c. si. n. 15.* Imola etiam *n. 15.* Anania *nu. 12. de clerico ægrotante,* & tradit Gonçalus Mendez *d. lib. 4. diuersorum iur. argum. c. 1. 9.* nec obstat, inquit Gonç. dicere, quod coadiutor sit datus in fauorem coadiuti, vt sup. dixit *n. 53.* quia id venit in cōsequentiam, & ideo non attenditur, *l. 1. de authoritate tutoris cum alijs per eum allegatis in gl. 45. §. 1. n. 35.*

Addo, quod, cum sit per Papam, † seu eius authoritate coadiutor deputatus, non videtur posse coadiutoriæ cedere, nisi authoritate ipsius Papæ inuito coadiuto; quamuis eo consentiente possit illi cedere authoritate Ordinarij. At futuræ successioni, cum sit mere in eius fauorem, bene poterit coadiutor cedere, & renuntiare absque consensu superioris, & coadiuti iuxta infra dicta *11. p. c. 3. n. 247.* 125

Vigesimosecundo dubitatur, † an confessio coadiutoris noceat coadiuto, vel è contra? Et nō nocere est decisio Achillis de Graffis *161.* seu *3. de confessis,* & sequens, & tradit Mando. *de signatura gratiæ tit. de coadiutoriis ad fi. versi. confessionem coadiutoris,* & nouissime sequitur Gonçal. *d. §. 9. n. 129.* 126

Vigesimotertio dubitatur † an sententiæ latæ contra vnum coadiutorem, cum futura successione alicuius Beneficiati, illo defuncto, seu renuntiante noceat secundo coadiutori? Et Gonçalez *d. §. 9. n. 92.* resoluit non nocere illi non citato, saltem per proclama, & ideo de nouo debere audiri, vt tenuit Rota *dec. 239. & 241. p. 3. lib. 3. diuersorum.* 127

Sed illæ decisiones † non loquuntur de sententiis latis contra vnum coadiutorem, sed contra coadiutū, vt ex earum tenore colligitur, licet sint vitiosæ quæ non nocent coadiutori inscio, & non citato, saltem per proclama iuxta opinionem, quam sequitur Rota, vt per Achillem *decis. 135.* seu *5. de dolo, & contumac. & seq. & decis. 215.* seu *3 de re iudicat.* Puteum *dec. 91. li. 3.* & decisionem Toletanam iuris decimandi 19. Feb. 1594. coram Illustrissimo Card. Pamphilio infra adductam *p. c. 3 n. 148.* 128

Si enim loquerentur illæ † decisiones de sententiis latis contra vnum coadiutorem, non requireretur citatio secundi coadiutoris, vt ei præiudicarent; nam, cum tunc non esset talis coadiutor, nullo modo potuit citari, & si sententia lata esset super inualiditate coadiutoriæ primi coadiutoris, non posset præiudicare secundo coadiutori, cum esset res inter alios acta, & secunda coadiutoria esset diuersa à prima; si vero esset lata super iuribus, & pertinentiis coadiutoriæ, & sic super statu coadiutoris, præiudicaret secundo coadiutori, & alijs similibus illius Ecclesię coadiutoribus, etiam non citatis iuxta notata *in l. ingenuum. ff. de statu homin. & in l. sæpe de re. iudicat.* Achil. *decis. 217. seu 5. de re iudicat.* Tiraq. *in tract. res inter alios acta limitat. 27.* Couarr. *pract. cap. 13. numer. 5. cum alijs,* per Gonçal. *gloss. 9. §. 1. à nu. 84.* & Rota in Calagurritana Beneficij de Nauarr. 10. Iun. 1588. coram Illustrissimo Pamphilio supra relata *3. part. c. 2. num. 11.* 129

Vigesimoquarto, † & vltimo dubitatur, an, si tempore datæ coadiutorię coadiutus esset mortuus, successio in ipsa coadiutoria coadiutori concessa locum habeat? & Gonçalez *d. gloss. 5. §. 9. a numer. 53.* docet quod coadiutoria perpetua cum futura successione continet in se duplicem gratiam ęque principalem distinctam, & separatam, alteram coadiutoriæ, quæ expirat per obitum coadiuti ad eius fauorem datam, alteram futurę successionis, cum primum vacat Beneficium per cessum, vel decessum coadiuti, quæ respicit duntaxat fauorem coadiutoris, Puteus *deci. 98. lib. 2. & 126. n. 19. li. 3.* Peregr. *decis. 28. li. 2. in manuscr.* & fuit resolutum in vna Bonon. officij portæ palatii de mense Mar. 1565. vnde infert, quod, si coadiutus, seu proprietarius decederet antequam gratia coadiutoriæ sortiretur effectum, vel ipse de d. gratia notitiam haberet, quamuis ista gratia coadiutoriæ sit extincta per obitum illius, altera tamen gratia futuræ successionis ad fauorem coadiutoris æque principaliter, & non dependens à prima concessa, firma & illæsa prorsus permanet, ac effectum habere debet, Puteus *d. deci. 98.* quamuis Mandos. dubitauerit *d. tit. de coadiutoriis versic. coadiutoria habebat,* & propterea hodie, inquit Gonçalez, in literis exprimitur quod sit locus futuræ successioni, etiam si Beneficium actualiter vacet de tempore datæ, nec non adiicitur clausula ista. *Ex nunc prout ex tunc, & è contra, & si ipse tempore vacationis huiusmodi d. coadiutoris officium exercere non inceperit, aut per illum steterit quominus illud exerceret, & præfatas literas d. N. coadiuto, aut venerabili fratri nostro Episcopo, & dilectis filiis Capitulo, ac illi, vel illis, ad quem, seu quos forsan pertinet, non intimauerit, authoritate nostra conferas, & assignes.* Et sic clare sentit Gonçalez, quod, licet tempore datæ coadiutoriæ coadiutus sit mortuus, sit locus futuræ successioni coadiutoris, sed quicquid i-
131 pse velit, † id non est verum, nam mortuo coadiuto tempore datæ, coadiutoria corruit, & nulla omnino à principio, mortuo enim non datur coadiutor, nec mortuus pro ea supplicat, & consentit, vt alias dicitur infra *11. p. c. 1. n. 65.* & consequenter corruit futura successio, quæ ab illa dependet, cum detur illi ratione coadiutoriæ, & vt coadiutori, nisi forte detur antidata, nempe data ante mortem coadiuti, vt in coadiutoria Decanatus placentini ad fauorem D. Petri Paniagua tempore Sixt. V. qui, ius secus sit vbi tēpore datæ coadiutus viuebat, licet decederet antequā coadiutoria sortiretur effectum, & ipse, aut coadiutor de ea notitiam haberet, nam, licet tunc coadiutoria expiraret per obitum illius, tamen à principio tenuit ipsa coadiutoria, seu gratia ipsius, & consequenter valet futura successio, vt in d. decisione Putei, & in clausula coadiutoriæ relata.

132 Nec obstat, † quod in literis exprimitur, quod sit locus futuræ successioni, etiam si Beneficium vacet de tempore datæ, nam intelligitur etiamsi tunc de iure vacet, quia forte coadiutus possidebat de facto sine legitimo titulo, non vero, si de iure & de facto, vacet, vt ex verbis ipsarum literarum clare constat, vnde etiamsi gratia coadiutoriæ est surreptitia,
133 quia forte ætas, † aut infirmitas coadiuti, vel alia causa narrata nō est vera, corruit etiam futura successio, de quo vide infra *par. quinta capitulo 1. 174.*

134 Restat ponere decisiones † Rotæ in causa Salamantina, & Tirasonen. coadiutoriæ, de quib. supra meminimus, eas allegando, quæ sic se habent.

Salamantina coadiutoria 25. Iuny. 1593. coram D. Penna.

FÆlicis recordationis Sixtus Papa V. an. Do. 1589. *D. Anton. de Oquendo Canonico Ecclesiæ Salamantinæ coadiutorem perpetuum, & irremouabilem cum futura successione in Canonicatu dedit Io. Baptistam Polanco, hoc tenore verborum. Nec non omnes, & singulas prærogatiuas præeminentias, & honores in eisdem choro, altari, Capitulo, & processionibus, nec non alijs Capitularibus, tā intra, quam extra ipsam Ecclesiam Salamantinam, quas præfatus Antonius ratione Canonicatus, & Præbendæ habet, & si præsens adesset, haberet, ipse Ioan. habeat, cum vigore Apostolicarum literarum super dicta coadiutoria gratia expeditarum, & præsentatarum, venerabile Capitulum Ecclesiæ Salamantinæ prædictum Ioannem Baptistam in possessionem eiusdem coadiutoriæ legitime immisisset, & dum absente D. Antonio Ioannes in Ecclesia resedisset, inter ipsum, & Capitulum ortæ sunt sequētes dubitationes, de quibus Rota tribunal consulenter eius decreto, & sententia parere promiserant. Prima, an Ioanni coadiutori assignanda foret sedes D. Antonij, cū antiquitate prædicti Anton. Canonici? nam, cum hanc sedem prætenderet sibi assignandam Ioannes, Capitulum existimabat ei deberi vltimam sedem inter omnes Canonicos, & magis antiquam inter omnes Portionarios. Altera dubitatio erat, vtrum Ioannes coadiutor posset dies gratiæ petere, & consumere: nam, cum Cōcilium Tridentinum, & Ecclesiæ Salamantinæ constitutiones qualibet anno indulgeant Canonicis tres menses recreationis, quibus ab onere residendi liberantur, prætendebat coadiutor, se sibi bene frui, contra vero Capitulum sentiebat. Tertia, nunquid coadiutore ægrotante carcerato, vel aliquo alio legitimo impedimento detento, haberi deberet pro præsenti & perinde foret computandus, & lucraretur Ecclesiæ emolumenta, sicut computaretur, & lucraretur Ant. Canonicus proprietarius, & verus? Quarta erat, an existente Ant. Canonico proprietario, & vero excommunicato posset tunc inseruire, & lucrari Ioannes coadiutor? Quinta, & vltima erat, an Ioannes coadiutor posset habere vocem actiuam, & passiuam in Capitulo tam in rebus Ordinariis, quam in officiis sede Episcopali vacāte, & in iurisdictione de la Valdobla, quam Capitulum Salamantinum exercet, & in ferendis suffragiis in prouisionibus Canonicatuum ad Capitulum pertinentium? Causa itaque per me posita die 10. Martij Domini dissentientibus non potuit capi resolutio, sed ordinauerant, quod in singulis positionibus discuterentur duo tantum dubia. Vnde proposita iterum causa sub die 25. Iunij super duobus primis dubiis, quantum ad primum censuerunt Ioanni coadiutori non esse assignādam sedem Ant. cui datus fuerat coadiutor, sed eum sedere vltimo loco post omnes Canonicos tempore sua receptionis, & ingressus in Ecclesia, qui, licet coadiutor, & subrogatus frui debeat eisdem prærogatiuis, quibus fruitur ille, in cuius locum subrogatur* l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionib. l. filiæ suæ §. Titiæ ff. de condit. & demonstr. l. in duobus. §. 1. ff. de iureiurando. *id intelligitur respectu aliorum inferiorum, quibus præferri quidem debet: non autem respectu aliorum Canonicorum parium ipsi coadiuto, quos præcedere non potest, cum illi propria dignitate, & prærogatiua, coadiutor autem aliena tantum præfulgeat, nec dubium sit eos, qui propriæ authoritatis lumine fulgent, illis præferri qui aliena luce coruscant, aut vices aliorū gerunt.* Purpur. in l. 1. ff. de offic. eius cui mandata nu. 632. versic. & quoad cæteros *Decius* in cap. sane. li. 2. n. 12. de offic. deleg. vers. & habito respectu, & vers. & resoluendo omnia supradicta, *Iacob. de Nigris* in rep. d. l. 1. num. 14. *Alciat.* resp. 199. num. 336. *Menoch. cōs.* 51. num. 24. lib. 1. *supradictis addebatur, quod coadiutor viuente coadiuto dicitur datus in gratiam ipsius coadiuti,* Puteus decis. 98. lib. 2 & 226 lib. 3. *& ideo coadiutor vocatur etiam Canonicus filius, & consequenter non debet præferri veris Canonicis, cum verum filio præferri debeat* cap. fraternitatis de frigidis, & malefic. cap. cum venerabilis de relig. domib. *vnde pruden-*

ter Gemin. consuluit Canonicos veros filiis esse praeferendos consil.158.n.1.in fi.& num.seq. Rebuf. in praxi tit. de rescrip. etiam perinde valere num.30. quamquam eam in hac materia regula tradi soleat, inspiciendam esse formam rescripti concessionis coadiutoriae, Io. And. in cap. consultatio de clerico aegrotante, nu 8.& 9.& in coadiutoria diceretur, quod Ioannes haberet omnes praerogativas Ant. competentes, quae verba sua latitudine indicare videbantur coadiutori deberi quaecumque Ant. iure proprio debebantur, nihilominus Domini considerabant illa restringi per alia verba in rescripto apposita, videlicet ratione Canonicatus, ex his enim apparebat in gratia fieri distinctionem inter illa, quae competebant ratione Canonicatus, & ratione antiquitatis, unde cum sedes nō competat ratione Can. sed ratione antiquitatis, ratione autem antiquitatis non posset competere loca coadiutoris sedes illa quam praetendebat, ideo merito ei erat deneganda, & eo magis ita erat dicendum, quia illa coadiutoria sunt odiosa & exorbitantes a iure communi. Mohed. decis.338. alias 10. de privileg. Nec huic resolutioni obstant illa verba, quae paulo post sequebantur iuxta ipsius Antonij iuramentum, & receptionis antiquitatem, quia proxime antecedentia demonstrabant illa referri ad ius optandi, quando eveniente casu vacationis alicuius Praebendae locus fieret optioni maioris, & pinguioris. Ex his dicebant Domini non esse satis tutum consilium secundum venerabilis D. Navarri, num. 5. de clerico aegrotante, nam ex dispositione iuris communis coadiutor non debet praecedere Canonicos antiquiores cap. statuimus de maioritate & obedientia gloss. in cap. fi. verb. antiquiores de consuetud. lib. 6. Mohed. deci. 261. & licet praecedentia indicarent Ioannis ultimum semper locum post omnes Canonicos assignandum, visum fuit ea operare ad praefatum suae receptionis tempus, ut dictum est. Ad secundam dubitationem Domini conformiter responderunt Ioannem posse consumere dies gratiae, quia respectu temporis concessi a Concilio, & Ecclesiae Salmantinae constitutionibus, censuerunt habere locum argumentum desumptum a subrogatione, seu aequiparatione non obstante inconvenienti per Capitulum commemorato, quod si coadiutor haberet tres menses, etiam Antonius posset alios tres sibi assumere, & sic cultus divinus, & servitium Ecclesiae eluderetur, quia cessabat ex eo, quod quādo unus ipsorum usus esset beneficio dicti temporis, tunc alter non posset eodem beneficio perfrui, nec sibi aliud trimestre applicare.

In eadem coram eodem 20. Iunij 1594.

125 Die Iunij 1595. † quia ista causa consensu ambarum partium proponebatur extra Rotam fuerunt decisa dubia, ut apparet ex decisione tunc facta, deinde causa fuit commissa in Rota, & in hac positione ultimi Domini declarandas duas alias difficultates, tertiam, an coadiutore aegrotante, carcerato, vel aliquo alio legitimo impedimento detento haberi deberet pro praesenti, & perinde foret computandus, & lucraretur Ecclesiae emolumēta, sicut lucraretur, & computaretur Canonicus proprietarius, & verus? Et quartam, utrum existente Antonio Canonico proprietario, & vero excommunicato, posset tunc inservire, & lucrari Ioannes coadiutor? Ad tertiam Domini aff. respondentes pronuntiarunt coadiutore aegrotante, vel alias legitime impedito, lucrari coadiutum, cum enim forma coadiutoriae sit consideranda, Innoc. & Ioan. And. in cap. fi. n. 9. de clerico aegrotan. ubi etiam Anchar. n.13. & Imola n.12. & Ioann. Baptista Pelanco esset datus coadiutor Ant. tam in spiritualibus, quam temporalibus cum plena, libera, & omnimoda potestate, consequens erat, ut posset coadiutor quae poterat coadiutus c. is cui de elec. lib. 6. Oldrad. consil. 44. numero 2. sed coadiutus infirmus, vel corporaliter impeditus poterat lucrari distributiones quotidianas, quas sanus lucrabatur, si praesens esset cap. un. de clericis non residen. li. 6. ubi Gemin. in § qui vero notab. 1. & Probus ad Monach. n. 13. & Abb. cap. 1. nu. 7. de clerico aegrotan. & Covar. lib. 3 var. cap 13. num 8. igitur idem statuendum erat respectu coadiutoris, qui ex forma coadiutoriae in omnibus, & per omnia coadiutum repraesentabat cum in eius locum esset subrogatus l. si cum † qui iniuriarum. ff. si quis cautionib. hoc tamē dicebant Domini intelligendum quando sanus divinis interesse solebat ita, ut infirmitas fuisset immediata causa non interessendi. Io. And. Cabar. & Abb. in cap. ad audientiam. de clericis non residen. Abb. d. cap. 1 nu 6. Covar. loco citato, idemque constituendum in impeditis quolibet corporali impedimento censuerunt in d. c. un. de clericis non residen. lib. 6. Archid. & Io. And. & Anchar. nota. 6. & Gemin. d. § qui vero num. 5. & Francus. nu. 4. & Probus ad Monach. nu. 20. & nominatim de simili incarcere ita tenuit Probus ad Monach. nu. 22. & Covar. supra, & Paris. consil. 102. nu. 4. lib. 4. neque supradictis refragabatur, quod, cum Antonius coadiutus esset sanus corpore & mente, tunc coadiutore aegrotante, aut legitimo impedimento detento, Ecclesiae foret deserviendum per Antonium, quoniam formula coadiutoriae tollebat difficultatem, nam Papa dederat coadiutorem Antonio sive non potenti, sive inservire volenti. Quod dicebatur de fictione, quod ideo infirmus lucratur distributiones, quia fingitur residere, & propterea fictionem non habere locū, ubi non est aequitas, Bart. in l. si is, qui pro emptore. n. 1. de usucapio. Verallus decis. 298. nu. 9. p. 2. ab hac vero facti specie procul aequitatem abesse, quae suadere non poterat ut coadiutor infirmus, vel carceratus reputaretur praesens ad effectum, ut coadiutus sanus, quamvis non inserviret Ecclesiae, lucraretur, respondebant istam non esse iurisdictionem, sed infirmitatis, aut alterius legitimi impedimenti excusationem dict. cap. un. ibi, ex emptis illis. & c. 1. de cleric. aegrotan. ibi, aegritudo sua, textum autem in cap. de caetero de clericis non residen. qui ex adverso ponderabatur, non loquitur de infirmo, sed de sano, & in servitio Episcopi existente, qui propterea Ecclesiae inservire censetur, quod a themate proposito longe distabat. Ad quartam difficultatem negative fuit responsum. Antonio scilicet coadiuto excommunicato, non lucrari coadiutorem pro eo, cum enim in litteris coadiutoriae diceretur, quod inservire deberet coadiutor pro coadiuto, & pro ipso coadiuto lucrari, consequebatur, ut hoc privilegium intelligeretur competere coadiuto, dummodo esset habilis, & capax, excommunicatum autem non lucrari fructus, aut emolumenta Beneficiorum, exploratum iuris est cap. Pastoralis. §. verum de appellat. Rota decision. 8. numer. 10. de sententia excom. in antiquis, Puteus 180. lib. 1. & qui non potest propter excommunicationem per se aliquod agere, neque poterit per alium ad suam utilitatem, ut putant omnes in cap. fin. ubi Imola numer 19. de Procuratoribus & satis esset indecorum, ut alieni propter demerita communione fidelium, & suffragijs Ecclesiae, per hanc viam de patrimonio Ecclesiae, cui non obediret, alerentur, capit. commissa de elect. lib. 6. Bald. in capit. 1. secunda lectura de iudicijs numer. 12. quibus non obstabat, quod coadiutor non ageret, nec inserviret nomine excommunicati, sed nomine proprio, aut nomine Ecclesiae ex traditis per Innoc. in cap. fi. de Procurator. Oldra. consil. 44. Compostellanus in capit. fi. nu. 17. de clerico aegrotante,

quoniam

quoniam Ionice hoc tantum affirmat, excommunicationem coadiuti non nocere coadiutori, ne suo, vel Ecclesiae nomine agere possit, at non censet eum quicquam posse lucrari ad commodum, & utilitatem coadiuti excommunicati, quem sua demerita ab ipsius commodis participatione merito excluserunt.

In eadem coram eod. D. Penna 1. Iuly 1594.

126 AD ultimam difficultatem, & in ordine quintam in hac causa decidendam, an Ioannes coadiutor posset habere vocem ultimam, & passivam Capituli tam in rebus ordinarijs, quam in absentia sede Episcopali vacante, & in iurisdictione de la Valdobla, quam capitulum Salamantinum exercet, & in ferendis suffragijs in provisionibus Canonicatuum ad Capitulum pertinentium? Domini aff. responderunt inspecta perfectum formula coadiutoriae, in qua D. Ioannes Baptista Pelancus fuerat datus coadiutor Antonio cum plena, & libera, & omnimoda facultate, & potestate, & ut haberet stallum in choro, & vocem in Capitulo, & omnes, & singulas praerogativas, & honores intra, & extra Ecclesiam Salamantinam tanquam ipsius Ecclesiae Canonicus, cum enim, ut dictum fuit in decisione facta die 20. Iunij, forma & verba coadiutoriae sunt attendenda, supradicta erant adeo late patētia, ut censendū foret coadiutori, ea omnia fuisse concessa, quae coadiuto competebant cap. is cui de electione lib. 6. Oldra. consi. 44. numer. 2. de voce activa & passiva, dubitari non poterat, cum coadiutoria stallum in choro, & vocem in Capitulo indistincte concederet l. 1 §. generaliter. ff. de leg. praestand. denique clausula, omnia, & singula, in coadiutoria posita operabatur, ut coadiutor posset ea omnia agere, & exercere, quae poterat coadiutus, gloss. in c. 1 versi. officium de clerico aegrotante lib. 6. ad vero, quod dicebatur, verba coadiutoriae recipere interpretationem a iure communi, quo inspecto non potest coadiutor quaecunque competunt coadiuto, Oldrad. consi. 44. num. 3 Archi. de Imola in cap. fi. de clerico aegrotante, Domini dixerunt procedere, quando verba essent dubia, & ambigua, secus autem esse, cum ex verbis claris, ut in casu proposito, appareret coadiutori ea omnia fuisse concessa, quae alijs Canonicis competerent.

127 In eadem coram eod. 9. Iun. 1595. † fuit resolutum coadiutorem lucrari omnes fructus sibi praeassignatos, etiam coadiuto excommunicato.

Tirasonen. coadiutoriae 8. Novemb. 1599. coram D. Penna.

128 CUm in decisionibus factis coram me in causa Salamantina coadiutoriae anno 1595. constituta essent aliquae conclusiones, quibus dirimebantur contentiones, nedum super praecedentia sed super alijs etiam rebus & articulis certe, illarum occasione in Ecclesia Tirasonen. inter coadiutores & alios Canonicos excitatae fuerunt nonnullae dubitationes, quas, cum desiderarent Rota iudicio terminari eo proponente, & pro utraque parte advocatis scribentibus, & informantibus super singulis, Rota ita respondendum censuit. In causa Salamantina decisum fuerat Canonico coadiutori assignandam esse ultimo loco sedem post omnes Canonicos tempore suae receptionis, & ingressus in Ecclesia, & quia huius conclusionis occasione in Ecclesia Tirasonen. fuerat dubitatum, an secuta morte coadiuti, coadiutori, qui tunc efficitur verus Canonicus, & qui ex consuetudine illius Ecclesiae in ingressu tenetur solvere certum quid, dum capit possessionē Canonicatus, iure proprio sit assignanda ultima sedes, ita ut Canonici, qui ingressi fuerant in Ecclesiam durāte coadiutoria tanquam magis antiqui veniant praeferendi. Ad hanc primam dubitationem Domini conformiter responderunt, coadiutori assignandam eandem illam sedē, in qua reperiebatur tēpore obitus coadiuti, & cōsequēter praeferendū Canonicis, qui ingressi fuerāt postea quā illi fuerat ea sedes assignata. 1. quia iuxta stilum ordinariū similium gratiarum coadiutori cōceduntur oēs praerogativae coadiuto competentes ratione Canonicatus, sed ratione Canonicatus competit primo sedes in infimo gradu, secundo in secundo, & sic deinceps, ut habetur in decis. Salamantina, consequenter ergo coadiutori debet competere illa sedes, in qua reperiebatur tempore obitus coadiuti, alias enim non haberet praerogativas coadiuto competentes ratione Canonicatus. Secundo quia absurdū esset coadiutorē, qui fuerat praelatus alijs Canonicis post ipsius receptis ratione antiquitatis, post obitum coadiuti compelli iterum ad ultimum, seu infimum locum descendere. Tertio, quia tempore obitus coadiuti non requiritur pro coadiutore nova collatio, cum absque aliquo ministerio gratia coadiutoriae ex primo iure sibi concessa effectuetur, cum Papa in titis coadiutorijs ex nunc, prout ex tunc faciat collationem, ut fuit dictum coram me in causa Calagurritana Canonicatus die prima Iulij 1592. quamobrem coadiutori dicitur quaesitum ius ad rem in Canonicatu, quod eveniente vacatione efficitur ius plenum, consequenter itaque ratione antiquitatis, & receptionis debet retinere suam sedem cap. primo de maioritate, & obedientia, & fuit dictum in causa Vicen. praeeminentiae die 22. 1578. coram bonae memoriae Dect. Gipsio. Postremo haec eadem sententia satis videbatur varijs authoritate munita in l. 1. & in l. Sancimus. C. de consul. lib. lib. 11. cum alijs traditis per Cassaneum Catalogo gloriae mundi par. 10. consideratione 34. neque obstabat, quod post mortem coadiuti expiraret primus titulus coadiutoriae, & videretur factus locus secundo titulo Canoniae, & consequenter coadiutori, tanquam tunc effecto Canonico, assignandam ultimam sedem, quia respondebatur difficultatem cessare ex forma coadiutoriae, quam, cum Papa concedat coadiutori omnes praerogativas ratione Canonicatus coadiuto competentes, inter quas una est, ut habeat ultimam sedem, & paulatim ascendat, ideo ei est assignanda sedes, in qua reperitur tempore obitus coadiuti, postremo non obstabat, quod de consuetudine Ecclesiae Canonici pro ingressu teneantur certum quid solvere, & quod coadiutores id solvebant secuta morte coadiuti, quia dicebatur ex hoc non inferri ad sedem, cum illa solutio respiceret tempus, quo Canonicus incipit gaudere fructibus Canonicatus. Ad secundam dubitationem, an, si coadiutus fuerit exemptus a residentia per iubilationem, posset se iuvare huiusmodi exemptione, dum habet coadiutorem, ut faciat fructus, distributiones, & alia emolumenta sua, etiamsi coadiutor nō resideat? Domini responderunt primo coadiutum non privari privilegio iubilationis iam quaesito; secundo dixerunt privilegium iubilationis non suffragari coadiutori; tertio asseruerunt coadiutum non perficere suam iubilationem per servitium coadiutoris. Ratio primi fuit, quia coadiutoria non adimit coadiuto iura, & privilegia aliunde sibi competentia, nec receptionem coadiutoris post acquisitam exemptionem beneficio iubilationis coadiuto debere praeiudicare. Alexand. consil. 193. num. 11. versi. in contrarium est veritas l. b. 2. item quia privilegium acquisitum per iubilationem est facultativum, nam sicut, si vellet, posset coadiutus non obstan-

re coadiutoria personaliter inseruire, & nihilominus non amitteret priuilegium, similiter non amittit priuilegium seruiendo per coadiutorem: cum enim hoc priuilegium iubilationis detur ob seruitiū iam præstitum, non est ratio auferendum ex eo, quod per coadiutorem possit in futurum inseruire. Ratio secunda fuit, quia per coadiutoriam nō communicatur coadiutori priuilegium aliunde competens coadiuto, quale est priuilegium acquisitum per iubilationem, Quod si competeret, sequeretur absurdum vt coadiutor nō teneretur inseruire, quod videtur directo contra finem, ob quem datur coadiutor. Ratio tertia fuit, quia tum priuilegium iubilationis acquiratur ex seruitio personali, cuius ratione solet concedi, non potest seruitium personale coadiutoris conferre hoc coadiuto.

Idem fuit in eadem resolutum, † quo ad 1. dubium coram eodem 27. Octo. 1600. per doctrinam Baldi *in l. 2. num. 57 vers. sed pone cap. de seruitutib. & aqua.* Rimin. Iun. *consil. 330. lib. 2.*

QVINTA PARS, DE HIS, AD QVOS SPECTAT DISPOSITIO, ET PROVISIO BENEFICIORVM.

CAPVT I.

De Papa.

SVMMARIA.

INTER eos, qui de Beneficiis prouidere possunt primum locum obtinet Papa, ad quem libera, & plena dispositio Beneficiorum pertinet. n. 1.

Papa potest sine causa clericum suo priuare Beneficio. numer. secundo cum seq. contra relatos. n. 7.

Beneficia sunt instituta de iure positiuo, & quod sint titulus perpetuus est de iure positiuo, quod non est intelligendum respectu Principis, nec ligat Papam, qui potest iuri positiuo derogare etiam sine causa à num. 3. vsque ad 8.

Papa potest prouidere de omnibus beneficiis, & concurrit cum quolibet Ordinario, vt Ordinarius Ordinariorum, & orbis, num. 8. & inter eos est locus præuentioni etiam in mensibus Ordinarij, a n. 9. & idem est in Legato. n. 13.

An idem sit in sex mēsibus alternatiua habentis decretum irritans, num. 14. cum sequentib. resoluitur idem esse, & illud decretum irritans non obstare prouisioni Apostolicæ, & adducuntur resolutiones Rotæ, & numer. 29. refertur & reprobatur sententia Gonçalez contraria.

Menses alternatiua non sunt reseruati, nam ea solum remouet obstaculum reseruationis, à num. 21. & ponuntur resolutiones Rotæ.

Decretum irritans non ligat Papam, nisi dicatur, etiam per nos, contra aliquosquorum sententia procedes in decreto in iure posito, à num. 25. cum seqq.

Clausula decreti irritantis in alternatiua non est posita respectu Papæ, seu Ordinarij, vel verius respectu inferiorum, num. 30.

Etiam prouisioni Papæ in forma dignum, seu commissaria non obstat decretum irritans alternatiua, licet secus in executoribus seu delegatis datis circa Beneficia incerta, num. 30.

Si Papa præueniat in prouisione alicuius Beneficij, cuius Prælatus est Cardinalis, & habet indultum, an eius prouisio præferenda sit stante decreto irritan. indulti, in quo dicitur, etiam per nos, num. 32. cum seqq. resoluitur indultum non intrare, nisi in Beneficiis reseruatis.

Respectu Cardinalis ordinarij collatoris nulli menses sunt reseruati, numer. trigesimoquarto etiam in Beneficiis spectantibus ad prouisionem Prælati, & Capituli simul, numer. 35. vbi ponitur decisio Rotæ, & numer. 36.

Prouisi de beneficiis in quocunque mēse vacan. a Cardinali ordinario collatore habente indultum non tenentur expedire nouam prouisionem ratione indulti, num. 37. & 39.

Decisio Putei 2. de Præbend. quæ in contrarium videtur, loquitur de prouiso vigore indulti concessi Cardinali non ordinario collatori, num. 38.

Si Papa præueniat in prouisione alicuius Beneficij reseruati Cardinalem ordinarium collatorem habentem indultum cum decreto irritan. dicente, etiam per nos, non valet prouisio nisi derogetur indulto, num. 40.

Non potest dici derogari d. indulto Cardinalis per clausulam seu si venerabili fratri Episcopo, & c. numer. 41.

Subrogatione indultorum Cardinalium concessorum non censetur derogatum indulto Cardinalis ordinarij, sed extraordinarij collatoris, num. 42.

Inter Papam, & ordinarium est locus præuentioni, nisi prouiso à Papa obstet regula de verisimili, tunc enim eius prouisio non valet, num. 43.

Regula de verisimili solum habet locum in vacatione per obitum, numer. 44. & onus probandi non incumbit impetranti, sed danti de regula supposito, quod impetrans probauerit obitum præcessisse, numer. 45. & debet probare concludenter de non verisimili notitia, num. 46.

Regula de verisimili non habet locum in Ordinario, & Legato contra alios, n. 47. 48. & 49. de dicta regula, quæ sint videnda, num. 50.

Ordinarius non potest prouenire in Beneficiis, reseruatis, num. 51. nam, quamuis cessante reseruatione collatio omnium Beneficiorū diœcesis pertinet de iure communi ad Episcopos, qui in Beneficiis conferendis fundatam habent intentionem iure communi, eorum tamen potestas coarctata est per reseruationes. numer. 52.

De reseruationibus qui agunt, numer. 53. & de tempore cœperunt, numer. 54. de quibus late agendum est, num. 55.

Reseruationes aliæ dicuntur generales, aliæ speciales, & quæ illæ sint, n. 56. cum sequentib. resoluitur generales dici, quæ non sunt certis Beneficiis, seu pro certis personis, sed Beneficiis in communi, speciales vero, quæ fiunt de certis Beneficiis, seu de certo numero Beneficiorum, seu pro certis personis.

Indultum conferendi Beneficia vacatur ad exceptis generaliter reseruatis non comprehendit reseruata per regulam 8. mensium, num. 60.

Possunt etiam dici specialiter reseruata Beneficia affecta per appositionem manus Papæ, num. 62.

Speciales reseruationes in fauorem aliquorum, maxime mentales etiam non sunt in vsu, num. 64.

Aliquando reseruantur specialiter aliqua Beneficia, quæ sperantur vacare per contractum matrimonij, vel per assequtionem, num. 65.

An reseruationes sint odiosæ, aut fauorabiles? n. 66. resoluitur esse odiosas. num. 67.

1 INter eos, † qui de beneficiis prouidere possunt, primum locum obtinet Papa, ad quem ex suæ potestatis plenitudine libera, & plena dispositio Beneficiorum pertinere dignoscitur *c. 2. in princ. de Præbend. in 6. & Clem. 1. in fi. vt lite pend.* de qua plenissima potestate Papæ in Beneficiis late Hier. Gonçalez post hæc scripta visus ad regulam *de mensib. §. 1. proœm.* dicens omnem conferendi potestatem, & iurisdictionem, ab ipso Papa, tanquam à fonte procedere & fluere, & refluere, & cunctos Prælatos de mundo habere potestatem à Papa, ipsum vero à solo Deo.

2 Adeo vt possit † Papa, etiam sine causa, clericum suo priuare Beneficio secundum DD. *in cap. quæ in Ecclesiarum de constit.* vbi Decius *num. 111.* Domin. *in cap. grauis de rescrip. in 6. num. 16.* Iaf. *in l. Barbarius. num. 41. ff. de offic. prætor.* Ripa *cons. 19. lib. 2. num. 5. & 6.* Ayal. *de antiquitate temporis 1. part. dict. numero à num. 33.* Gigas *de pensio. quæst. 20. num. 6. & 7. & quæst. 37.* Simoneta *de reseruatio. quæst. 2. num. 6.* & ibi add. Gramutius late Ant. Gabr. *conclus. 1. de iure quæsito,* Hoteda *de incompatibil. Benefic. cap. 13. num. 58.* Mohed. *dec. 4. de restitutione Spol.* Rota *dec. 136. num. 1. part. 2. diuersorum.* Et plures refert Cenedo *collect. 21. ad sextum num. 1.* & conducit dec. Putei *116. lib. 3.*

3 † Et ita absque difficultate tenetur Romæ, & est communis opinio, maxime Canonistarum, quæ mihi placet, nam Beneficia sunt instituta de iure positiuo, & quod sint ius, & titulus perpetuus, solum est

4 de iure positiuo Canonico. † Quod non est intelligendum respectu ipsius Principis, nec ligat Papam. *l. princeps legibus ff. de legibus, capit. cum olim de electione.*

5 † Etenim Papa potest iuri positiuo derogare, & contra illud dispensare, & disponere ad sui libitum, etiam sine causa secundum Innoc. *in cap. cum ad monasterium num. 3. de statu Monach.* sequitur Domin. *in cap. si in tempore num. 5 de electione in 6.* Fel. plures referent *in cap. ad audientiam 2. nu. 4. de rescript.* & Mandos. *reg. 30. Cancell. quæst. 5. num. 5.* & Cæsar Imnot *cons. 1. num. 18. & sequent.* relatus per Mandos. ibi dicit esse communem, & veriorem opinionem etiamsi per Papam suprema habere liberam potestatem innouandi ea, quæ sunt iuris positiui Pontanus *de spolio lib. 5. num. 100.* Flam. Paris. *de resignatione Benefic. lib. 5. quæst. vltim. num. 126. & seq.* & plures refert Thomas Sanchez *de matrimon. lib. 8. disput. 18. num. 2.* maxime, † cum ipsum ius dicat ad Papam libe- 6
ram & plenam dispositionem Beneficiorum pertinere, vt in *d. cap. 2. & d. Clem. 1.* & ideo dicunt DD. quod omnia Beneficia sunt manualia respectu Papæ, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. num. 18.* quamuis contrarium teneant cum Cardin. & aliis Felin. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum. num. 42. & in cap. cum Iohannes in 17 secunda exempla de re iudicata.* Cor- 7
ras. *de Benefic. 2. par. cap. 1. à num. 1.* Gambarus *de offic. legati lib. 10 num. 385 & 386.* Pinellus *in rubrica C. de rescindend. venditione 1. part. num. 30.* Eman. Suarez *in thesauro receptar. sententiarum litera B. num. 20. vers. Beneficiorum suprema est.* Sarmiento *lib. 2. select. cap. 8. num. 25.* Salcedo ad Bern. Diaz *reg. 20. 9. ampliatione 5.* Nauar. *de spoliis §. 3.* Sotus *de iust. & iure lib. 3. quæstion. 6. art. 2.* & alij relati per Menoch. *num. 20.* & Cenedum *supra,* & Theologi Hispani communiter, qui etiam dicunt non posse Principem dispensare, & disponere contra leges sine causa licite. Et posthæc visus Gonç. *d. §. 1. proœm. à nu. 33.* ait, quod naturaliter Papa solus est Dominus Beneficiorum cum Enea de Falc. *de reseruat. præludio secundo, numero 2.* & Flam. Parisio *de resignatione lib. 2. quæst. 4. num 54.* & quod eius potestas nullis regulis, aut legibus coarctatur cū Gramm. *cons. 2. nu. 25. ad fin. decisionum suarum,* vt ita possit de potestate ordinaria etiam sine causa Beneficium Ecclesiasticum vni auferre, & dare alteri cum Gemin. *cons. 99. n. 7.* & aliis per nos citatis, sed *nu. 37.* remittit ad Pinelum vbi supra, dicēs, quod super hoc nihil firmat.

Potest ergo Papa disponere, † & prouidere de o- 8
mnibus Beneficiis, & in eorum prouisione concurrit cum quolibet Ordinario, tanquam Ordinarius Ordinariorum, & orbis *cap. cuncta per mundum 9. q. 3.* Abb. *in cap. quia diuersitatem, numer. 5. d. concess. Præb.* Staphil. *de literis gratiæ in præfatione, numero septimo & in titulo de vi, & effectu clausularum §. an Papa præuet Ecclesiam super prouisione diuersum, numer. 6.* Cosmas *in pragmatica sanctione titul. de collatio. §. volens verb. præuentionem,* Selua *de Benef. 3. p. quæst. 60.* Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. à num. 47* Corras. *d. it. c. 1. numer. 7.* Io. Nic. Gimon. *in Enchiridio Benef. tit. 2. c. 1. à n. numer. 2.* Duar. *de sacris Ecclesiæ ministr. lib. 3. cap. 1. & lib. 5. cap. 10.* Simoneta *de reseruat. quæst. 2. numer. 5.* & ibi Gramutius *num. 14. & quæst. 5. numer. 7. & quæst. 8. numer. 2.* Mandos. *de signatura gratiæ tit. de prouisio. vers. illarum de præsenti & reg. 34. quæst. 90. num. 6. & 7.* Menoch. *cons. 181. lib. 1.* Burfatus *cons. 126. num. 38. & 48 lib. 2.* Nauarr. *consil. 31. numer. 6. de Præb.* P. Greg. *de Benef. cap. 14. numer. 6.* Flam. Paris. *de resignatione l. 2. quæst. 10. à numer. 51. & l. 7. quæst. 11. à nu. 6.* Quintanadueñas *Ecclesiasticon l. 1. cap. 5. numer. 2.* & Cœlius *de republica Ecclesiastica cap. de statu Rom. Pontificis sub num. 14. & de Benef. & pensio. c. 2. numer. 1. & cap. 5. numer. 2. vers. in particulari.* Et Rota *dec. 1. & 17. de præb. in nouis,* Crescen. *dec. 21. num. 5. de dilatio. & 8. de priuil.* Puteus *dec. 47. num. 7. & 8. lib. 3.* & fuit decisum in causa Toletana Canonicatus de

re coadiutoria personaliter inseruire, & nihilominus non amitteret priuilegium, similiter non amittit priuilegium seruiendo per coadiutorem: cum enim hoc priuilegium iubilationis detur ob seruitiũ iam præstitum, non est ratio auferendum ex eo, quod per coadiutorem possit in futurum inseruire. Ratio secunda fuit, quia per coadiutoriam nõ communicatur coadiutori priuilegium aliunde competens coadiuto, quale est priuilegium acquisitum per iubilationem, Quod si competeret, sequeretur absurdum vt coadiutor nõ teneretur inseruire, quod videtur directo contra finem, ob quem datur coadiutor. Ratio tertio fuit, quia tum priuilegium iubilationis acquiratur ex seruitio personali, cuius ratione solet concedi, non potest seruitium personale coadiutoris conferre hoc coadiuto.

Idem fuit in eadem resolutum, † quo ad 1. dubium coram eodem 27. Octo. 1600. per doctrinam Baldi *in l. 2. num. 57 vers. sed pone cap. de seruitutib. & aqua.* Rimin. Iun. *consil. 330. lib. 2.*

QVINTA PARS, DE HIS, AD QVOS SPECTAT DISPOSITIO, ET PROVISIO BENEFICIORVM.

CAPVT I.

De Papa.

SVMMARIA.

INTER eos, qui de Beneficiis prouidere possunt primum locum obtinet Papa, ad quem libera, & plena dispositio Beneficiorum pertinet. n. 1.

Papa potest sine causa clericum suo priuare Beneficio, numer. secundo cum seq. contra relatos. n. 7.

Beneficia sunt instituta de iure positiuo, & quod sint titulus perpetuus est de iure positiuo, quod non est intelligendum respectu Principis, nec ligat Papam, qui potest iuri positiuo derogare etiam sine causa à num. 3. vsque ad 8.

Papa potest prouidere de omnibus beneficiis, & concurrit cum qualibet Ordinario, vt Ordinarius Ordinariorum, & orbis, num. 8. & inter eos est locus præuentioni etiam in mensibus Ordinarij, à n. 9. & idem est in Legato. n. 13.

An idem sit in sex mẽsibus alternatiua habentis decretum irritans, num. 14. cum sequentib. resoluitur idem esse, & illud decretum irritans non obstare prouisioni Apostolicæ, & adducuntur resolutiones Rotæ, & numer. 29. refertur & reprobatur sententia Gonçalez contraria.

Menses alternatiuæ non sunt reseruati, nam ea solum remouet obstaculum reseruationis, à num. 21. & ponuntur resolutiones Rotæ.

Decretum irritans non ligat Papam, nisi dicatur, etiam per nos, contra aliquosquorum sententia procedes in decreto in iure posito, à num. 25. cum seqq.

Clausula decreti irritantis in alternatiua non est posita respectu Papæ, seu Ordinarij, vel verius respectu inferiorum, num. 30.

Etiam prouisioni Papæ in forma dignum, seu commissaria non obstat decretum irritans alternatiuæ, licet secus in executoribus seu delegatis datis circa Beneficia incerta, num. 30.

Si Papa præueniat in prouisione alicuius Beneficij, cuius Prælatus est Cardinalis, & habet indultum, an eius prouisio præferenda sit stante decreto irritan. indulti, in quo dicitur, etiam per nos, num. 32. cum seqq. resoluitur indultum non intrare, nisi in Beneficiis reseruatis.

Respectu Cardinalis ordinarij collatoris nulli menses sunt reseruati, numer. trigesimoquarto etiam in Beneficiis spectantibus ad prouisionem Prælati, & Capituli simul, numer. 35. vbi ponitur decisio Rotæ, & numer. 36.

Prouisi de beneficiis in quocunque mẽse vacan. à Cardinali ordinario collatore habente indultum non tenentur expedire nouam prouisionem ratione indulti, nu. 37. & 39.

Decisio Putei 2. de Præbend. quæ in contrarium videtur, loquitur de prouiso vigore indulti concessi Cardinali non ordinario collatori, num. 38.

Si Papa præueniat in prouisione alicuius Beneficij reseruati Cardinalem ordinarium collatorem habentem indultum cum decreto irritan. dicente, etiam per nos, non valet prouisio nisi derogetur indulto, num. 40.

Non potest dici derogari d. indulto Cardinalis per clausulam seu si venerabili fratri Episcopo, & c. numer. 41.

Subrogatione indultorum Cardinalium concessorum non censetur derogatum indulto Cardinalis ordinarij, sed extraordinarij collatoris, nu. 42.

Inter Papam, & ordinarium est locus præuentioni, nisi prouiso à Papa obstet regula de verisimili, tunc enim eius prouisio non valet, num. 43.

Regula de verisimili solum habet locum in vacatione per obitum, numer. 44. & onus probandi non incumbit impetranti, sed dans de regula supposito, quod impetrans probauerit obitum præcessisse, numer. 45. & debet probare concludenter de non verisimili notitia, num. 46.

Regula de verisimili non habet locum in Ordinario, & Legato

Legato contra alios, n. 47. 48. & 49. de dicta regula, quæ sunt videnda, num. 50.

Ordinarius non potest prouidere in Beneficiis, reseruatis, num. 51. nam, quamuis cessante reseruatione collatio omnium Beneficiorũ diœcesis pertinet de iure communi ad Episcopum, qui in Beneficiis conferendis fundatam habens intentionem iure communi, eorum tamen potestas coarctata est per reseruationes. numer. 52.

De reseruationibus qui agunt, numer. 53. & de tempore cœperunt, numer. 54. de quibus late agendum est, num. 55.

Reseruationes aliæ dicuntur generales, aliæ speciales, & quæ illæ sint, n. 56. cum sequentib. resoluitur generales dici, quæ non fiunt certis Beneficiis, seu pro certis personis, sed Beneficiis in communi, speciales vero, quæ fiunt de certis Beneficiis, seu de certo numero Beneficiorum, seu pro certis personis.

Indultum conferendi Beneficia vacatur ad acceptis generaliter reseruatis non comprehendit reseruata per regulam 8. mensium, num. 60.

Possunt etiam dici specialiter reseruata Beneficia affecta per appositionem manus Papæ, num. 62.

Speciales reseruationes in fauorem aliquorum, maxime mentales etiam non sunt in vsu, num. 64.

Aliquando reseruantur specialiter aliqua Beneficia, quæ sperantur vacare per contractum matrimonij, vel per assecutionem, num. 65.

An reseruationes sint odiosæ, an fauorabiles? n. 66. resoluitur esse odiosas. num. 67.

1 INTER eos, † qui de beneficiis prouidere possunt, primum locum obtinet Papa, ad quem ex suæ potestatis plenitudine libera, & plena dispositio Beneficiorum pertinere dignoscitur *c. 2. in princ. de Præbend. in 6. & Clem. 1. in fi. vt lite pend.* de qua plenissima potestate Papæ in Beneficiis late Hier. Gonçalez post hæc scripta visus ad regulam *de mensib. §. 1. proœm.* dicens omnem conferendi potestatem, & iurisdictionem, ab ipso Papa, tanquam à fonte procedere & fluere, & refluere, & cunctos Prælatos de mundo habere potestatem à Papa, ipsum vero à solo Deo.

2 Adeo vt possit † Papa etiam sine causa, clericum suo priuare Beneficio secundum DD. *in cap. quæ in Ecclesiarum de constit.* vbi Decius *num. 111.* Domin. *in cap. grauis de rescrip. in 6. num. 16.* Ias. *in l. Barbarius num. 41. ff. de offic. prætor.* Ripa *consil. 19. lib. 2. num. 5. & 6.* Ayal. *de antiquitate temporis 1. part. §. ... numero à num. 33.* Gigas *de pensio. quæst. 20. num. 6. & 7. & quæst. 37.* Simonetta *de reseruatio. quæst. 2. num. 6.* & ibi add. Gramtius late Ant. Gabr. *conclus. 1. de iure quæsito,* Hoieda *de incompatibil. Benefic. cap. 13. num. 58.* Mohed. *dec. 4. de restitutione Spol.* Rota *dec. 136. num. 1. part. 2. diuersorum.* Et plures refert Cenedo *collect. 11. ad sextum num. 1.* & comducit *dec.* Putei *116. lib. 3.*

3 † Et ita absque difficultate tenetur Romæ, & est communis opinio, maxime Canonistarum, quæ mihi placet, nam Beneficia sunt instituta de iure positiuo, & quod sint ius, & titulus perpetuus, solum est

4 de iure positiuo Canonico. † Quod non est intelligendum respectu ipsius Principis, nec ligat Papam. *l. princeps legibus. ff. de legibus, capit. innotuit de electione.*

5 † Etenim Papa potest iuri positiuo derogare, & contra illud dispensare, & disponere ad suũ libitum, etiam sine causa secundum Innoc. *in cap. cum ad monasterium num. 3. de statu Monach.* sequitur Domin. *in cap. si tempore num. 5 de electione n. 6.* Fel. plures referens *in cap. ad audientiam 2. nu. 4. de rescript.* & Mandos. *reg. 30. Cancell. quæst. 5. num. 5.* & Cattus Iunior *consil. 1. num. 18. & sequent.* relatus per Mandos. vbi dicit esse communem, & veriorem opinionem etiam Papam supremũ habere liberam potestatem immutandi ea, quæ sunt iuris positiui Pontanus *de spolio lib. 5. num. 100.* Flam. Paris. *de resignatione Benefic. lib. 5. quæst. vltim. num. 146. & seq.* & plures refert Thomas Sanchez *de matrimon. lib. 8. disput. 18. num. 2.* maxime. † cum ipsum ius dicat ad Papam liberam & plenam dispositionem Beneficiorum pertinere, vt in *d. cap. 2. & d. Clem. 1.* & ideo dicunt DD. quod omnia Beneficia sunt manualia respectu Papæ, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. num. 18.* quamuis contrarium teneant cum Cardin. & aliis Felin. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum num. 42. & in cap. ... in 17 secundo exemplo de re iudicata.* Corras. *de Benefic. 2. par. cap. 1. à num. 1.* Gambarus *de off. legati lib. 10 num. 385 & 386.* Pinellus *in rubrica C. de rescindend. venditio. 1. part. num. 30.* Eman. Suarez *in thesauro receptar. sententiarum litera B. num. 20. vers. Beneficiorum suprema est.* Sarmiento *lib. 2. select. cap. 8. num. 25.* Salcedo ad Bern. Diaz *reg. 20. 9. ampliatione 5.* Nauar. *de spoliis §. 3.* Sotus *de iust. & iure lib. 3. quæstion. 6. art. 2.* & alij relati per Menoch. *num. 19.* & Cenedum *supra,* & Theologi Hispani communiter, qui etiam dicunt non posse Principem dispensare, & disponere contra leges sine causa licite. Et posthæc visus Gonç. *d. §. 1. proœm. à nu. 33.* ait, quod naturaliter Papa solus est Dominus Beneficiorum cum Enea de Falc. *de reseruat. præludio secundo, numero 2.* & Flam. Parisio *de resignatione lib. 2. quæst. 4. num 54.* & quod eius potestas nullis regulis, aut legibus coarctatur cũ Gramm. *consil. 2. nu. 15. ad fin. decisionum suarum,* vt ita possit de potestate ordinaria etiam sine causa Beneficium Ecclesiasticum vni auferre, & dare alteri cum Gemin. *cons. 99. n. 7.* & aliis per nos citatis, sed *nu. 37.* remittit ad Pinelum vbi supra, dicẽs, quod super hoc nihil firmat.

8 Potest ergo Papa disponere, † & prouidere de omnibus Beneficiis, & in eorum prouisione concurrit cum qualibet Ordinario, tanquam Ordinarius Ordinariorum, & orbis *cap. cuncta per mundum 9. q. 3.* Abb. *in cap. quia diuersitatem, numer. 5. de concess. Præb.* Staphil. *de literis gratiæ in præfatione, numero septimo & in titulo de va. & effectu clausularum §. an Papa præueniat Ecclesiam, super prouisione eiusdem, numer. 6.* Cosmas *in pragmatica sanctione titul. de collatio. §. volens verb. præuentionis,* Selua *de Benef. 3. p. quæst. 60.* Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. à num. 47.* Corras. *dict. c. 1. numer. 7.* Io. Nic. Gimon. *in Enchiridio Benef. tit. 2. c. 1. ex numer. 2.* Duar. *de sacris Ecclesiæ ministeriis lib. 3. cap. 1. & lib. 5. cap. 10.* Simonetta *de reseruat. quæst. 2. numer. 5.* & ibi Gramtius *num. 14. & quæst. 5. numer. 7. & quæst. 8. numer. 2.* Mandos. *de signatura gratiæ tit. de prouiso, vers. Illiusmodi de præsenti & reg. 34. quæst. 30. num. 6. & 7.* Menoch. *consil. 181. lib. 2.* Burfatus *cons. 126. num. 38. & 48 lib. 2.* Nauarr. *consil. 31. numer. 6. de Præb.* P. Greg. *de Benef. cap. 34. numer. 6.* Flam. Paris. *de resignatione l. 2. quæst. 10. à numer. 51. & l. 7. quæst. 11. à nu. 6.* Quintanadueñas *Ecclesiasticon l. 1. cap. 5. numer. 2.* & Cechus *de republica Ecclesiastica cap. de statu Rom. Pontificis sub num. 14. & de Benef. & pensio. c. 2. numer. 1. & cap. 5. numer. 2. vers. in particulari.* Et Rota *dec. 1. & 17. de præb. in nouis,* Crescen. *dec. 21. num. 5. de dolo, & 8. de priuil.* Puteus *dec. 47. num. 7. & 8. lib. 3.* & fuit decisum in causa Toletana Canonicatus de

anno 1595. coram illustrissimo Seraphino, & alias sę-
pe, & quod in mensibus ordinariis possit Papa pro-
uidere, ac cum Ordinariis concurrere, tanquam Or-
dinarius Ordinariorum, & Episcopus totius orbis,
tradit posthæc Gonçal. §. 1. proœm. n. 1. adducens plu-
ra non necessaria, præsertim in re tam clara, & quæ
nullam habet difficultatem.

9 Et ideo inter Papam, † & Ordinarium est locus
præuentioni, ad idem, l. cum igitur, & c. si a sede Apo-
stolica de Præb. in 6. vbi D. gl. 5. in c. 1. de off. Legati et
l. Staphil. d. præfatione, n. 2. Cosmas. & Corral supra.
& Gomez. de expectatiuis, n. 14. Simoneta d. q. 2. n. 5.
& ibi Cranetius Fuscus de visitatione l. 2. c. 28. n. 30.
Anast. Germonius de sacrat. Card. l. 3. per quæ sublata
n. 81. & 82. Meno. Ham. Paris. Cecbus [illegible] & alii
citati, [illegible] qui dicunt, quod Ordina-
rii in mensibus ordinariis habent facultatem cumu-
10 latiue † cum Papa, ita vt si Papa præueniat, valeat e-
ius collatio, nam etiam in mensibus Ordinariorum
Papa non abdicauit totaliter à se potestatem confe-
rendi, & facit quod dicit Rota in vna Salamantina
11 Parrochialis de † Gattres 1. Dec. 1578. coram D. Blanco
quæ est 1. p. diuersorum dec. 442. nu. 4. quod per præ-
seruationem factam à Papa iurisdictioni Ordinarij in qua-
tuor mensibus ordinariis non ligantur eius manus,
cum sit Ordinarius Ordinariorũ, & quod in Benefi-
ciis vacantibus in mensibus ordinariis, sit locus præ-
uentioni inter Papam, & Ordinarium, & illius pro-
uisio præualeat, quæ prius facta fuerit, tradit posthæc
Gonçal. §. 1. proœm. n. 7. vbi late de præuentione, &
materia d. c. si a sede Apostolica.

12 Vnde alias Rota conclusit 18. † Octob. 1547. quod
verba gratiæ factæ per Papam, si quæ vacant ad præsens
Beneficia, comprehendunt N. comprehendunt etiam Be-
neficia vacantia in mense Sept. vel alio mense ordina-
rio, ex quo Papa vtitur suo iure ordinario, & sic nullo m-
odo iam fuit, nec oportet mentionem facere, vtrum men-
sis fuerit Apostolicus, vel ordinarius. Vt per Mandos.
13 d. tit. de prouisio. [illegible] si qua vacant. † Et idem est in Le-
gato, vt dicetur infra l. 3. a nu. quadragesimo & in nu-
meris ibi notatis.

14 Sed difficultas est, † an idem sit in sex mensibus
alternatiuæ, si Episcopus eam habeat, ita vt si Papa in
eis præueniat, valeat eius collatio? Et idem in eis di-
cunt Menoch. & Germo. supra, & Ham par. d. q. nu.
56. & 57.

15 Sed contrarium in mensibus † alternatiuæ ex de-
creto irritanti in ea apposito tenet idem Germo. in
eod. tract. 5. aliquot numero 14. vbi ait quod clausula
irritans posita in indulto vel alternatiua ligat ipsum
Papam, probat ad Monach. in cap. si is qui, numero 3. &
21. de rescript. in 6. Rebuff. in concord. tit. de forma &
irreuocabili concordatorum stabilitate in princ. versic.
vltimo nota, puteus dec. 141. num. 4. l. 2. Menoch. d.
consi. 83. nu. 6. & 25. l. 1. adeo vt nulla sit prouisio pa-
pæ non derogato indulto, & de eo facta mentione.
puteus ubi, & Caputaquen. decis. 82. p. 2. hæc Germo.
ibi.

16 Et similiter Cerola in praxi † Episcopali 1. p. verb.
derogatio, ait, quod, quando Episcopus habet alterna-
tiuam, & vacat Beneficium in mense suo, impetrans
nihil impetraret, nisi Papa derogaret alternatiuæ ex
Sarnen. de expect. nu. 21. & 22. [illegible] & c. cum ordinem
de rescrip.

17 Ait tamen ipse † Germo. ibi nu. 32. cum Meno. su-
pra nu. 35. quod per clausulam in Bullis poni solitam,
seu si venerabili fratri Episcopo, derogatur alternatiuæ.
18 † pro quo est optima decisio Mohed. 2. de concessio-
ne Præb. alias 54. & alia in Cracouien. 22. Iun. 1537. co-
ram D. Chisanen. in qua fuit resolutum, quod in de-
creto conferendi, cum derogatione quarumcumque gratia-
rum ac vacatura derogatur per expectatiuam [illegible]
per alia verba si venerabili, & etiam posita in forma, &
declaratione [illegible] prouisionis verbo, seu si venerabi-
li. Et ita valebit præuentio papæ in mensibus alter-
natiuæ.

At vero ubi est decretum irritans, † de quo in alter- 19
natiua non obstare prouisioni Apostolicæ, nec esse
necessariam illius derogationem, vt fuit resolutum
in vna Cordüben. Cantoriæ 15. Febr. 1557. coram D.
Quiroga, in qua tenuerunt Domini Non esse necessa-
riam derogationem regulæ alternatiuæ in prouisionibus
Papæ, etiam quod Papa prouideat in mensibus alterna-
tiuis, quia concurrit cum omnibus Ordinariis, cap. si a
sede, de Præben. in 6. Staphil. de literis gratiæ fol. 2.
[illegible] ita seruare dicunt Rota, quia per reseruationem alternatiua
[illegible] tantum obstacula, & præseruatur Ordina-
rijs in sex mensibus, & clausula decreti irritantis apposita non
ligat Papam, nisi dicatur, etiam per nos. Cassad. dec. 1. de
decretis, quamuis idem Cassadorus dec. 5. de concess.
præben. videatur aliud sentire, sed Rota in [illegible]
distinctione [illegible] fit per nos, aut non. Quod etiam
fuit in eadem postea resolutum coram D. Rubeis 29.
Nou. eiusdem anni vt infra n. 24.

Idem fuit resolutum in causa † Canonicatus san- 20
cti Martini 2. Maij 1561. coram Domin. Caputa-
quens. in qua fuit decisum, quod in mensibus alterna-
tiua non potest præuenire Legatus, Papa vero sic, vt
apud Cotam decis. 105. in suis miscellaneis manuscri-
ptis.

Et in causa Trid. † Canonicatus 21. Apr. 1570. co- 21
ram Illustrissimo Lancelloto, in qua dubitatur, an
prouisio Apostolica anterior facta de Canonicatu va-
cante in mense alternato, residente, & acceptante Epi-
scopo alternatiuam, non derogato alternatiuæ, sit præfe-
renda prouisioni Ordinarij? & resolutum est præferen-
dam esse Apostolicam, quia de potestate Papæ, quod pos-
sit præuenire Ordinarium in collatione Beneficiorum va-
cantium etiam in mense alternato, Domini non dubi-
tabant, ex quo potestas ei data non fuit priuatiua, quoad
ipsum Papam, sed accumulatiue per ea, quæ ponit Sarnen.
de expectat. num. 14. Staphil. de literis gratiæ fol. 2.
nec decretum irritans positum in alternatiua regula ob-
stare, siquidem in eo non adsunt verba, etiam per nos.
Mohed. dec. 221. sola difficultas fuit in voluntate, ex quo
in literis narratur vacatio de mense Aug. & quod nullus
alius præter ipsum Papam, potest disponere de vacatio-
nibus ipso, & aliis mensibus reseruatis. Sed Dominis
rursus visum hoc obstare ea ratione, quia alternatiua,
& huiusmodi indulto, vt tenet Rota, solum remanent
obstacula, Cassad. decis. 8. de præb. adeo, quod regula
non efficit, quod mensis Aug. non sit reseruatus sed tan-
tum operatur, quod Ordinarius possit conferre in reser-
uato remanente natura ipsius reseruationis, quæ pro-
pterea non cessat. Aliqui ex Dominis considerabant
verba supplicationis, ibi. de mense Iulij, vel Aug. vel
alio veriori mense defuncti, quasi, quod ex his infera-
tur Papam voluisse prouidere, etiamsi vacauerit in alio
mense, & verba literarum sunt intelligenda iuxta sup-
plicationem, tanquam matricem.

Id autem, † quod in ista dec. Triden. dicitur, regu- 22
lam alternatiuæ non efficere, quod mensis Aug. non
sit reseruatus, sed quod non obstante reseruatione
possit ordinarius prouidere, sicut in indultis, nullo
modo placet, nam reuera regula quatuor mensium
Ordinariorũ subrogat sex menses alternatos in fauo-
rem

rem Episcoporum residentium, & acceptantium,
Mohed. dec. 3. de rescrip. alias 203. quam refert Man-
dos. reg. 17. q. 16. vnde nulli eorum remanent reserua-
ti, Crescen. dec. 11. de priuil. sed sunt menses Ordina-
rij, Puteus dec. 215. l. 1. n. 2. & 5. Ordinarius quando fa-
cit prouisionem virtute alternatiuæ, potius facit iure
ordinario, Mohed. dec. 1. de concess. Præben. numero 1.
Etenim alternatiua solum remouet obstaculum re-
seruationis, Mando. reg. 31. q. 21. n. 3. & d. reg. 17. q. 16.
n. 4. Rota in illa Cordüben. Cantoriæ supra relata n.
19. & in illis Cæsaraugustan. Beneficij de Tauste in-
fra adductis n. 709. & post hæc tradit Gonçalez glos.
53. n. 28. nempe, quod per alternatiuam in totum sit
sublata reseruatio in sex mensibus, qui sunt ordina-
rij, sicut alij quatuor, & Episcopus ea gaudens confe-
rat Beneficia in eis vacantia tanquam libera ab om-
ni reseruatione, vt ostendit illa dictio, libere alter-
natiuę. Et quia alternatiua est remotio obstaculi re-
seruationis, & Episcopus, qui ea gaudet, innititur iu-
re communi, ac locum habet exemplum de ligato
manibus, qui scribere nequit, & si dissoluitur, scribit
ministerio proprio, non autem ministerio dissol-
uentis. Et quod sic in huiusmodi Beneficiis data ne-
gligentia conferendi, datur deuolutio ad Capitulum,
& Archiepiscopum, & alios inferiores Papa, ad quos
de iure communi collatio deuoluitur ad Rotam dec.
774. l. 3. p. 3. diuersorum. Et quod in hoc casu dici
potest, quod nulla vnquam intrauit reseruatio, quia
eadem est regula, quæ reseruat, & modificat, & ad
effectum reseruationis regulæ mensium tempus va-
cationis inspicitur, vt ipsa regula indicat, & condu-
cit d. dec. 774. Cassadorus autem d. decisione 8. de
Præb. loquitur in indultis, in quib. est diuersa ratio, vt
dicetur infra numero 628. & sequent., omissis re-
sponsionibus datis per Gonçalez supra à numer. 57.

23 Et sic in d. Corbub. † Cantoriæ 15. Mar. 1557. co-
ram eod. D. Quiroga fuit resolutum, quod, ex quæsi-
tera erat expedita dispositione, cum narratiua reserua-
tionis octo mensium, & fundabantur in mense Oct. reser-
uato, non poterat gratia canonicari, cum Episcopus ha-
beret alternatiuam & resideret. Cassad. dec. 5. de Præb.
nec obstabat supplicatio, quæ erat in mense Oct. & non
erat fundata in reseruatione, quæ ex quo apparebat de
litteris expeditis, standum est illis, donec de aliis appa-
reat. Et die 17. Maij in eadem fuit resolutum. Suffra-
gari secundas literas expeditas sub eadem data absque
expressione reseruationis mensis Oct. etiam quod in eis
nulla fiat mentio de prioribus, Cassad. decisione trige-
sima tertia super regulis in fine Felinus in capite in
natura numero 69. & 11. de rescrip. Card. consi. 69. n.
3. & potest variare, & mutare literas quamuis primas
produxerit. l. nemo ex his de reg. iuris. Rota. 49. in
antiquis Feli. d. numero 9. & in capitulo Pastoralis
de excep. col. 4. quicquid dicat Rebu. in praxi pag. 154.
n. 4.

24 Et in ead. 29. Nou. 1557 coram † D. Rubeis fuit du-
bitatum. An gratia bonæ memoriæ Reuerendissimi Com-
postellani sit nulla, vel surreptitia, ob non factam mentio-
nem de residentia Episcopi, & derogatione regulæ alter-
natiuæ? & decisum per omnes non esse surreptitiam e-
tiam quod regula alternatiua non fuerit derogatum,
tum quia manus Papæ non sunt ligatæ propter decretum
in ea positum, cum non dicatur, etiam per nos, vel nostra
autoritate, vt per Cassad. dec. 2. de Præben. n. 3. & dec.
1. & 2. de decretis in reseruationibus, quod saltem pro-
cedit, vbi Papa per se ipsum prouidet vt in casu isto, &
ita tollitur id quod ex aduerso dicitur de decreto expe-
ctantiarum, in quibus Papa prouidet per executorem Et
ratio est, quia potestas residet & remanet apud Papam
c. dudũ de Præb. in 6. vt per Staph. de literis gratię fol.
3. vers. menses ait, cum Papa sit Ordinarius Ordinario-
rũ, & possit accumulatiue venire cũ Ordinariis ita, vt sit
locus præuentioni, vt per Card. consi. 156. columna quin-
ta numero nono, Decius consilio 147. numero
quinto Parisius consilio 85. numero duodecimo li-
bro quarto tum etiam, quia per supradictã regulam ni-
hil datur de nouo Ordinariis, sed tantum tolluntur, ob-
stacula, ita, vt in dictis mensib. Ordinarij conferre dican-
tur de iure commun. & ordin. adeo, vt reuocatis indul-
tis & facultatib. non censeatur reuocata alternatiua Or-
dinariorum, vt per Cresc. dec. 195. & quod Ordinarij
non virtute alternatiuæ, sed de iure ordinario, & com-
muni conferant, fuit allegatus textus in cap. cum aliqui-
bus de rescript. in 6. non obstat surreptio, tum quia Pa-
pa præsumit, quod Ordinarius resideat, prout tenetur de
iure communi, & maxime stante regula, quæ eos allicit
ad residendum, tum etiam, quia id, quod est expressum
in primis literis, tollitur, & non est in consideratione stan-
tibus secundis literis, etiam quod de primis non sit facta
mentio, Card. consil. 67. Cassad. super regulis decisio-
ne 33.

Tandem † quod decretum irritans non liget Pa- 25
pam, nisi dicatur, etiam per nos, est decisio Moheda-
ni. 21. de Præb. & fuit resolutum in vna Romana Ca-
salis 25. Oct. 1574. coram D. Robusterio, quæ est 1. p.
diuersorum dec. 106. n. 3. vbi dicitur, quod, licet decre-
tum irritans comprehendat quamcumque authoritatem
etiam Apostolicam, tamen intelligebant Domini hoc,
quando illa authoritas Apostolica prouenit à Delegatis
Apostolicis, sed non quando prouenit ab ipso Papa, quia
tunc nisi dicat etiam per nos, non comprehenditur ipse
Papa, vt pluries fuit in Rota resolutum, vt attestatur
Augustinus de decretis n. 1. Et in vna Calagurritana
Beneficij de Ariola 24. Ian. 1596. coram Decano fuit
resolutum, quod Decretum irritans motus proprij Pa-
pæ non annullat, nec comprehendit prouisiones à Papa
factas, cum in eo non dicitur de prouisionib. per nos fa-
ctis, imo neque de Apostolicis, vt tenuit Rota in d. Ro-
mana Casalis.

Et sic intelligitur d. dec. † Put. 141. n. 4. & 418. n. 5. 26
& 492. n. 4. l. 1. & 387. l. 3. & d. dec. Mohedani 1. de con-
cess. Præbende. n. 4.

Quãuis contra teneant † Probus, Rebuffus, Meno. 27
& Germonius supra citati n. 15. & post Lapum, Do-
mi. n. 10. Francus [illegible] & alij DD. in c. penul. de Præb.
in 6. Glossator regula Cancel. 27. Simoneta de reserua-
tio. qu. 89. in fi. & 90. in princ. Paris. cons. 57. libro quar-
to & Antonius Gabriel. de clausulis consilio 5. n. quar-
to & 74.

Quorum sententia procedere in decreto irritanti 28
posito in iure, quod comprehendit Papam, etiam si
non dicatur, per nos. Probus ad Monachum in capi-
te præsenti de officio Legati in 6. n. 15. & Glossator d.
reg. 27. & Rota dec. 48. n. 4. p. 1. diuersorum. Et hãc di-
stinctionem, nempe, quod decretũ irritans liget Pa-
pam, quando apponitur in lege generali, aut conces-
sione speciali, dummodo addantur in tali concessio-
ne speciali illa verba, etiamsi per nos, aut successores
nostros contigerit attentari, prout sæpissime ponun-
tur, secus vero, quando nec est positum in lege ge-
nerali, neque in speciali gratia adest d. clausula nouis-
sime posthæc tenet Hier. Gonçalez ad reg. de mensib.
glos. [illegible] à num. 22. ex quod infert nu. 27. † quod, cum
decretum irritans positum in d. regula sit appositum
in lege generali, ligat etiam ipsum papam, quoad
prouisiones contingentes in mensibus ordinariis

maxime stantibus illis verbis *in prædictis omnibus*. Et numero sequenti cum Felino *in c. cum ex officij, numero 36. in fi. versic. sed quod autem. de rescript.* Mohed. *d. dec. 1. n. 4. de concess. præb.* & Puteo *d. dec. 492. n. 2. in fi. l. 2. & dec. 387. sub n. 1. l. 3.* dicit, quod per alternatiuæ concessionem coarctatur Papa ad non conferendum in mensibus ordinariis, obstante decreto irritanti. Et dixit etiam *in §. 4. proœm. n. 20.* Sed certe fallitur in dicta illatione Gonçalez, qui non videtur habuisse notitiam de decisionibus Rotæ per me adductis in terminis alternatiuæ; nam, licet regulæ reseruatoriæ sint per modū legis, & habeant vim constitutionis, & legis, Sarnen. *in regula de annali q. 23.* tamen re vera non sunt leges generales, quales sunt aliæ regulæ Cancellariæ, sed auocationes quædā prouisionis Beneficiorum per Papam ad se factæ, vt patet ex diffinitione reseruationis, de qua idem Gonçalez *glossa quinta numero decimonono, & glossa 32. a n. primo* & nos infra *n.* 558. rursus alternatiua non potest dici lex, sed potius est quædam gratia, Mohed. *d. dec. 1. de concess. Præb. cum aliis*, & ita dicitur in ipsa alternatiua ibi *illi vero, quibus gratiam alternatiuæ*, Et tradit idem Gonçalez *glossa quinquagesima octaua a numero vigesimo septimo* vnde decretum in ea positum non potest dici appositum in lege generali. Et d. decisiones Mohedani, & Putei quas Gonçalez allegat, intelliguntur, vt dixi, stante decreto irritanti cum illis verbis, etiam per nos, loquuntur enim de alternatiuis particularibus, quæ tunc certis Episcopis concedebantur per gratias, & literas, seu Breuia particularia cum clausulis amplissimis, non enim erat regula de alternatiua. Gonçalez in dimisione *regulæ, numero quarto, & glossa trigesima prima, numero decimo quinto & glossa 62. nu. 32.* Felinus autem per eum allegatus non dicit, quod decretum irritans alternatiuæ liget Papam, sed, quod acceptatio expectatiuis contra eam facta non valeat propter d. decretum, quod etiam ligat manus executorum ipsius, vt dictum est. Fallitur etiam Gonçalez, quatenus sentit *d. numero vigesimo septimo* quod decretum irritans positum in d. regula mensium respiciat etiam quatuor menses ordinarios, quod non est verum; nam Papa ibi solum reseruat octo menses, & de quatuor mensibus nihil dicit, sed eos non adimit Ordinariis.

30 Sed & Menochius *d. consilio octuagesimo tertio* † *numero vigesimo primo, & vigesimotertio* in proposito ait clausulam, decreti irritantis in alternatiua ex natura principalis dispositionis, cui apponitur, non esse propositam respectu Papæ, quia concessio conferendi Ordinariis est facta cumulatiue, sed, vel respectu Ordinarij, si ante, vel extra tempus à regula statutum contulisset, vel verius respectu inferiorum, vt puta executorum, vel similium.

31 Aduerte tamen ne decipiaris, † quod quamuis Papa prouideat de aliquo certo Benefic. in forma dignum, seu alias in forma commissaria, non obstat decretum irritans alternatiuæ, quia tunc perinde est, ac si Papa per se ipsum prouideat, & illud, quod dicitur de executoribus, seu delegatis Apostolicis intelligitur de datis circa Beneficia incerta, vt in expectatiuis, de quibus expresse loquitur. d. decisio Corduben. adducta n. 24.

32 Sed offert se dubium, † si Papa præueniat in prouisione alicuius Beneficij, cuius prælatus est Cardinalis, & habet indultum, verbi gratia, Toleranus, vel Hispalen. an prouisio Papæ præferenda sit prouisioni posteriori Cardinalis Ordinarij? Et ratio dubitandi est clausula decreti irritantis, quod ponitur in indulto Cardinalis dicendo, etiam per nos, & sic ligat Papam iuxta supradicta.

33 In hoc dubio dicendum est † indultum non intrare, nisi in Beneficiis reseruatis, quia datur ad remouendum obstaculū reseruationis iuxta *d. decisionem.* Cassadori 8. 8. de Præb. & Rotam in causa Romana Beneficiatus S. Petri 28. Apr. 1595. coram D. Gipsio, & 20. Nou. 1595. coram D. Corduba, de qua infra *c.* 5. *n.* 7. & alias sæpe & consequenter, si Papa præueniat in prouisione Beneficij non reseruati, eius prouisio præualebit non obstante indulto, vt in vna Toletana Beneficiorum de numero 1593. Coram D. Orano, in qua fuit resolutum. *Per clausulam Breuis de capienda possessione, amotis inde, & expulsis quibuscunque detentoribus, & intrusis, non tamen prouisis authoritate Apostolica, non posse se tuuare prouisum ab Archiepiscopo Toletano Cardinali Quiroga de Beneficiis vacantibus in mense Dec. non obstante indulto, quia ista prouidentur authoritate ordinaria, cum non sint reseruata, & sic etiam non obstare decretum irritans indulti.* Et iterum coram eod. de anno 1594. fuit in ead. resolutum indultum Cardinalis non intrare. Vnde cum respectu Cardinalis Ordinarij collatoris nulli menses sint reseruati, † quia in regula reseruatoria mensium expresse excipiuntur Beneficia spectantia ad prouisionem Cardinalium, ibi, *non tamen S. Romanæ Ecclesiæ Cardinaliū*, Crescen. *dec. 20. de Præb.* Rota *dec. 537. n. 10. li. 4. p. 3. diuers.* & in causa Burgen. Canonicatus 1. Iun. 1559. coram D. Rubeis, de qua infra, *n.* 657. & in Bononien. optionis infra adducta, *nu.* 451. *circa fi.* & tradit post hæc Gonçalez *glos. 24. à n. 1.* dicens nouissime etiam fuisse decisum in vna Hispalen. Beneficij de Ierez 12. Maij. 1603. coram D. Lita, de quo etiam infra à n. 624. in Beneficiis in quouis mense vacantibus non intrauit indultum, dummodo alias nō sint reseruata, quod nō aduertit Anast. Germō. *de indultis Card. §. volumus à n. 1. & 23.* qui præsupponit. d. regulam includere Cardinales, & ex hoc falso præsupposito nonnulla falsa infert, & sic merito eum carpit Gonçalez *d. nu. 1.* quamuis Rota in d. Bononien. optionis 3. difficultate videatur velle indultum comprehendere Beneficia vacantia in octo mensibus reseruatis. 34

Quod procedit etiam, † si Beneficia spectent ad prouisionem prælati, & Capituli simul, nam d. exceptio prodest etiam Capitulo propter communionem iuris conferendi, vt fuit resolutum in Hispalem. Portionis 19. Ian. 1564. coram illustrissimo Pamphilio, vt in seq. dec. *Gabriel de Soria obtinuit à sede Apostolica Portionem Ecclesiæ Hispalen. vacantem per obitum cuiusdam Ludou. in mense Aug. in cuius collatione Illustrissimus D. Cardinalis de Castro Archiepiscopus prædictæ Ecclesiæ, qui contulit vni, & Capitulum, quod contulit alteri, fuerant discordes, & quia agentes prædictorum Cardinalis, & Capituli opposuerunt se huic prouisioni, Sāctissimus Dominus noster, ne alicui præiudicium inferatur, mandauit, quod in Rota videretur, an gratia Apostolica deberet sortiri suum effectum, & causa per me posita informante tantum Gabriele? ex quo agentes prædicti, licet pluries citati, recusauerunt informare, Domini soluerūt, pro validitate prouisionis Apostolicæ, quia stante discordia Archiepiscopi, & Capituli circa collationem huius Portionis, quæ cum sit in Ecclesia Cathedrali, est inter ipsos communis, vt notat Io. And.* in capite à collatione, *quem ibi sequitur Gemin. Francus* nu. 1. *& Probus* numero quarto de appellatione in 6. *Abb.* in capite cum Ecclesia Vulterana, numero octauo de electione *Egid. dec. 69. & late Cassad. dec. 12.* post princ. de Præb. *neutra etiam valet, & si Papa sequenti die prouideat tertio, illud tenet habere potiorem, vt tradit Probus ad Monachum* in Rubr. de iure patron. n. 8. *post Io. And.* in d. capite à collatione numero tertio. *Francus* numero primo. *Geminia* numero quarto. *Feder. de Senis* consil. 1. cons. 1. sub. n. 8. vers. solutio, *Selua* de Benef. p. 3. q. 71. *& late Rebuf. in* consil. 60. n. 12. cum pluribus seq. *& recta cessat quod prætendebatur pro parte Capituli Sanctissimum Dominum nostrum in hac discordia teneri vni, vel alteri ex contendentibus conferre illam Portionem, & gratificare prouisum ab ipso, vti dignioris, quia quicquid dicendum sit de pluribus præsentatis in discordia patronorum in materia collationis, cuius terminus iā fuit confundendo cum præsentatione, communior & vera est conclusio doctorum, quod neutra collatio teneat, & sit locus prouisioni sedis Apostolicæ ex supra allegatis, Minus obstat prætensio Cardinalis, quod Portio vacarit in mense Aug. qui tamquam vnus de reseruatis vigore indulti, spectat ad ipsum solum, quia in hac portione tamen mensis potest dari aliqua reseruatio, ex per regula numeratum excipit Beneficia spectantia ad prouisionem Cardinalium, & ista exceptio prodest etiam Capitulo propter communionem iuris conferendi,* ad l. si communem, quemadmodum seruitutes amittantur: *& facit notata per Calderinum* consilio vigesimosecundo de Præbendis Felinus in capite primo sub numero 6. de præscript. *Puteus* decisione octuagesima octaua *in vna Tirasonen.* libro tertio *maxime cum Capitulum fuerit admissum ad conferendum vna cum Cardinali Archiepiscopo in mensibus integris iuxta formā iuris communis, vt fatetur ipse Cardinalis in indulto nuper obtento, quo sit vt, attenta quasi possessione, quæ ad validitatem collationis inspici solet* capite querelam de electione, capite consultationibus de iure patro. *collatio in hoc casu debeat fieri ab Archiepiscopo simul cū Capitulo, quod est, prout est in quasi possessione conferendi.* Rota dec. 49. in antiquis Cald. consil. 13. de Præb. *& consequenter nihil operatur indultum, quod non extenditur ad Beneficia, in quorum possessione alius existit.* Mohed. dec. 179. Thes. de Thaur. dec. 3. *Put.* dec. 206. li. 1. *præsertim, quod illud tamen non magis potuit Archiepiscopus solus conferre, quam sine eo potuisset, cum nihil de nouo tribuat, sed remoueat tantum obstacula reseruationum & præseruet Ordinario tantum partem suam, quando collatio est ei communis cum Capitulo.* Cassad. dec. 3. in fi. de priuil. *Mohed.* dec. 14. *Put. Ratha* dec. 28. cum aliis allegatis. *Et ita procedit, non obstante declaratione Felic. recor. Greg. XIII. in secundo indulto concesso prædicto Cardinali, quia ad instantiam Capituli illud fuit postea suspensum per literas Cardinalis Frondati. Ex his fuit resolutum prouisionem Apostolicam esse validam, & supplicationem desuper signatam Gabrieli relaxādam;* & post hæc tradit Gonçalez *glos. 24. n. 32.* refert istam decisionem. 35

36 Et non intrare indultū fuit † in eadem confirmatum coram Dom. Blanch. 14. April. 1595. vt in decisione infra adducta *capite quarto numero trigesimo octauo*, & fuit etiam resolutum in eadem coram D. Orano 24. Ianuar. millesimo quingentesimo nonagesimo septimo & dictum, *indultum Card. ordinariis collatoribus ad conferen. Beneficia concessum non ampliare facultatem, sed tantum præseruare ordinariam.* Cassad. dec. 8. de Præb. n. 6. *Puteus* dec. 198. li. 1. *Mohe.* dec. 1. de Præb. *& inde indultum Cardinalium non capere prouisiones, quæ iure communi ad eum spectant, nec prouisiones præuentionis de vacaturis tollere, sed captiuatiuas, & gratias præuentionis de vacaturis.*

Ex quo etiam fit contra † Gemonium vbi proxime, quod prouisi de Beneficiis in quocunque mense vacantibus à Cardinali ordinario collatore habente indultum, non tenebuntur expedire nouam prouisionem ratione indulti, *in vers. volumus autem*, in quo ponitur decretum, quod prouisus vigore indulti de Beneficiis reseruatis excedentibus valorem vigintiquatuor ducatorum teneatur intra sex menses expedire nouam prouisionem, alias eo ipso vacare censeantur, de quo Mādo. *de signatura gratiæ tit. de noua prouisione ad fi. & tit. de indulto conferendi Beneficia reseruata*, nam tunc non intrat indultum, & consequenter non fit prouisio vigore indulti, vt dictum est. 37

Nec obstat *decis.* † Putei 2. *de Præb. & reseruationibus in manuscr.* quæ sic ait. *Quando Beneficia vacant in aliquo ex dictis mensibus, prouisus vigore indulti tenetur expedire nouam prouisionem, ita in causa Abulen. de Villatoro de mense Iunij 1546. coram Ptolomæo.* Nam loquitur de prouiso vigore indulti concessi Cardinali, non ordinario collatori, nempe Cardinali Farnesio. Qui non fuit Episcopus Abulen. vt apparet ex *decisione eiusdem Putei 365. l. 2.* in impressis quæ loquitur in ista causa. 38

Et in confirmationem d. † doctrinæ intellexi Gregorium XIII. viuæ vocis oraculo declarasse Cardinali Carrafæ anno 1581. quod prouisi ab Archiepiscopo Tolerano de Beneficiis vacantibus in mensib. Papæ non tenebitur impetrare nouā prouisionē, nec Bullas expedire, nec in his loqui indultū, *v. volumus.* 39 40

Si vero, vt ad dubium propositum, † redeamus, Papa præueniat in prouisione alicuius Beneficij reseruati Cardinalem ordinarium collatorem habentem indultum cum decreto irritante dicente etiam per nos, non valebit prouisio Papę, nisi in ea derogetur & fiat mentio de indulto iuxta supradicta *nu.* 15. & Cassad. *d. dec. 2. de Præb. n. 4.* & Putei *dec. 190. n. 1. l. 3.* & Achillis 143. seu *septima de priuil.* ex qua videtur colligi, non posse dici derogari dicto indulto † Cardinalis per clausulam, *cuiusuis venerabili fratri Episcopo, & quolibet alia d. sedis indulgentia*, in literis Apostolicis apponi solitam, cum in ea non fiat mentio de Cardinalis, Rebuf. *consi. 6.* Et sub derogatione indultorum † Cardinalibus concessorum non censetur derogatum indulto Cardinalis ordinarij, sed intelligitur de indultis concessis Cardinalibus extraordinariis collatoribus, Puteus *dec. fi. 4. 2. l. 2. & 93. l. 3.* Achil. 348. seu *2. de priuil.* Gemon *d. §. per quas substantiam numero 95.* & Gonçalez *glossa 13. numero 99. & glossa 24. numero 41.* 41 42

Id autem, quod dictum est inter Papam, † & ordinariam esse locum præuentioni, accipiendum est, nisi prouiso à Papa obstet regula; de verisimili notitia, tunc enim prouisio Papæ anterior nullius est roboris, vel momenti ex d. reg. & consequenter non obstat prouisioni ordinarij posteriori, nec potest dici Papam præuenisse, Corrasius *secunda parte capite primo numero septimo & capite tertio numero octauo.* 43

Quæ reg. solum habet locum † in vacatione per obitum, de quo loquitur Mandos. *in quæstione septima* & onus probandi non incumbit impetranti; sed dans de regula, † supposito, quod impetrans probauerit obitum præcessisse, non tamen probauerit dictum obitum, ex doctrina Bart. *in l. in illa, ff. de verborum obligatione* licet contra teneat Sarnen. *ibi, quæstione sexta* ita fuit resolutum in vna Cremonen. coram 44 45

Verallo, de anno 1551. vt apud Chisanen. *decisio*. 164. *in manuscrip.* & Puteum *decisione* 423. *li.* 3. & sequatur Mand. *ibi, q.* 9.

46 Et debet probare concludenter † de non verisimili notitia, vt fuit resolutum coram D. Aldobrandino, de anno 1557. & alias coram Fantucio 1560.

47 In ordinario tamen, & legato d. reg. non † habet locum, Bertrand. *cons.* 128. *volumine* 1. & videtur tenere, & bene probat Mandos. *ibi, quæstione prima* quamuis dicat vlterius non insistere, quia Rota 11. Ian. & 12. Iun. 1549 coram D. Nouato, in vna Batchinonen. præpositure conclusit d. regulam procedere in ordinariis.

48 Quod etiam tenent Cosmas *in pragmatica* † *sanctione, titul. de collatio.* §. *valens*, seu §. *neque vero. facienda*, Selua 3. *p. q.* 46 Glossator *d. reg. de verisimili* 28. & ibidem Sarmen. dicens communem, *quæstione prima* & Rebuf. *verb. in ante a fecerit, & in prox. vio concord. verb. fati*, Ripa *respon.* 16. *lib.* 1. *in capite secundo de rescrip. in fin.* Corras. *d. ca.* 3 *nu. octauo* Gambarus *de offic. legati l.* 3. *nu.* 558. Rosin. *de Benef. ca. ffice* 29. *n.* 19. & P. Gregorius *eodem tr. alias c.* 31. *nu. quarto* qui alios referunt pro ista sententia, & quod habeat locum in legato sentit Aym. *consil. centesimo octauo à numero nono.*

49 Mihi vero placet sententia Bertrandi, & † Mand. pro qua alias iudicauit Rota, nempe d. regulam non habere locum in legato, vt testatur d. Glossator, & facit *dec.* Mohedani 30. *de præbendis* & Putei 244. & 252. *libro* 1. vbi fuit resolutum reg. de verisimili non habere locum in præsentatione, & tenent Mand. *ibi, q.* 8. & fundamentis contrariæ sententiæ satisfacit idem Mand. *d. q.* 1.

50 Et de dicta reg. vltra Glossat. & Rebuffum † in ea videndi sunt Sarmen. & Mandos. qui super ea de eius materia late agunt per quæstiones, & videndum etiam est quod dicitur infra *s. p. c.* 2 *n.* 4. & 11. *p. c. capit.* 6. *n.* 66.

51 Ordinarius autem non potest præuenire † in Beneficiis reseruatis, quorum prouisio spectat ad Papam
52 priuatiue. Nam, quamuis † cessante reseruatione collatio omnium Beneficiorum in diœcesi existentium in quolibet mense vacantium pertinet de iure communi ad Episcopos loci ordinarios, qui in Beneficiis conferendis fundatam habent intentionem iure communi, *cannones Basilica, c. nullus* 16. *q.* 7. *c. cum ex iniuncto vers. de heret. cum aliis*, Felin. *in capite cum venerabilis, num.* 32. *de except.* Millis *in repertor. verb. Beneficiorum collatio, & verb. Beneficiorum autem dispositio, & verb. Episcopus fundat*, Staphil. *de literis gratia, in præsentatione, n.* 70. Probus ad Monach. *in c. cum in illis de præb. in* 6. *n.* 10 Gomezius *de expectatiuis, n.* 13. 18. & 21. Corras. 2. *p. c.* 4. *n.* 6. *in fin.* Io. Nicol. Gonsa. *in Encomiis Benef. tit.* 2. *c.* 2. *a n.* 28. Vargas *de Episcopor. uniuersalitate, confirmatione* 14. Mandos. *consil.* 11. *à nu.* 2. Bursat. *consil.* 126. *l.* 2. *ex nu.* 37. Bern. Diaz *reg.* 240. Gratian. *reg.* 156. P. Greg. *de Benef. capite* 38. *n.* 2. Flam. Paris. *de resignat. Benef. l.* 1. *q.* 10. *a n.* 49. Zerola *in praxi Episcopali*, 1. *par. verb. Benef.* §. 2. & Zedum *de Benef. & Pensio, c.* 5 *n.* 6. *vers. ex quib. eiusmod* Ægid. Bellam. *dec.* 717. *n.* 3. Puteus 492. *nu.* 3. *l.* 1. Caputaquen. *decis.* 214. *nu.* 5. *p.* 2. *in impressis, &* 307
53 *l.* 1. *in manuscrip.* & posthæc Gonçal. † *ad reg. de mensib.* §. 1. *proœm. nu.* 21. & 22. & *glos.* 11. *n.* 28. & 39. & *glos.* 19. *n.* 1. eorum tamen ordinaria potestas conferendi coarctata est per reseruationes, de quibus tractatus ediderunt Gaspar Perus, Eneas de Falcon, Simoneta, & Campegius, sed qui præcipue, & latius tractant hanc materiam, sunt Æneas, & Simoneta ad quem additiones fecit Paulus Granutius, & videndus etiam est Rebuffus *in praxi titule de reseruatio. & in reg. capit. nulla* 1. *de concessione præbenda* post materiam mandatorum, & nominationum.

Et de tempore, quo cœperunt reseruationes, † vide Bursatum *d. cons.* 126. *li.* 2. *n.* 18. & 93. P. Greg. *c.* 24. *n.* 21. Tom. Campegium *in d. tract.* & Granutium *in d. tract.* Simonetæ *q.* 1. *n.* 2. 54

Et quia hæc materia reseruationum est † in praxi frequentissima, & vtilissima, de ea hic à nobis agendum late est. 55

Et principio † præmittendum est reseruationes, alias dici generales, alias vero speciales, & tamen magna varietas inter Doctores, quæ dicantur generales, & quæ speciales vt est videre apud Æneam de Falcon. *d. tra. q.* 2. Simonetam *quæstione* 4. Cassadorus *dec.* 3. *de reseruatione* & P. Gregorius *d. capite* 24. *numero* 21. 56

Et quamuis multi dicant, quod generales † reseruationes dicuntur illæ, quæ sunt à iure communi inductæ, speciales vero, quæ sunt introductæ per regulas Cancellariæ, vel extrauagantem, *ad regimen*, vltra iuris communis dispositionem, quia sunt temporales, Millis *in reper. verb. reseruatio, vers.* 2. Felin. *in nostra cor.* 5. *de rescript.* ita intelligens *decisionem* Rotæ 10. & 21. *de præb.* in nouis. Bellam. *de charitatiue subsidio, q.* 117. Mandos. *in glos. facultatum in superscriptione verb. ad perpetuam*, Caputaquen. *decis.* 75 *part.* 3. & alii, quod etiam admittit Glossator, *regula prima* & 62. *Cancellariæ*, nisi regul. dicat, quod generaliter reseruat. 57

Tamen verius videtur, quod generales reseruationes dicantur, † quæ non sunt de certis Beneficiis seu pro certis personis, sed de Beneficiis in communi, puta de Beneficiis Collectorum, seu Subcollectorum officialium Curiæ, aut familiarium, vel de Dignitatibus maioribus, etiamsi sint inductæ per regulas Cancellariæ, seu alias, dummodo in ipsis Papa non dicat specialiter reseruare. Vel vt † dicit Zechus *d. c.* 5 *n.* 6. generales reseruationes sunt, quando omnium Beneficiorum Regni, vel certi loci, vel personarum, vel Dignitatum fieret ampla reseruatio, vel quando plures reseruationes reducuntur sub vna ratione, vt Bellamera *consilio trigesimoquarto*. 58 59

Vnde indultum conferendi Beneficia vacatura, † exceptis generaliter reseruatis, non comprehendit Beneficia reseruata per reg. 8. mensium, Mohed. *dec.* 12. & 13. *de priuil. ad fin. libro*, alias 1. & 3. & in simili Cassad. *dec.* 3. 60

Speciales vero dicuntur, quæ sunt de certis Beneficiis, † seu pro certis personis, & idem puto de certo numero Beneficiorum. Ita Rota *dec.* 28. *de præb. in antiquis, &* 3. *de restitutione spoliat. in nouis. in fin.* Cassador. *dec.* 3. Caputaquen. *dec.* 141. *n.* 5. *p.* 1. Cosmas *in pragmat. sanct. tit. de elect.* §. *licet autem, verb. reseruationes*, Aeneas de Falcon. *d.* §. 2 Reb. *f.* 1. *praxi, tit. de reseruat. n.* 11. & *in reg.* 2. *Cancel. cer. ad fi. & in concord. tit. de reseruatio. in princ.* & idem tenet Simonetta *d. q.* 14. *à nu.* 14. Idem quando in ipsis regulis generaliter reseruari dicitur, prout in reg. hodiernis, in quanib. fere dicitur, & Fla. Paris. *de resignatio. l.* 1. *nu.* 16. *n.* 36. & hanc eandem sententiam videtur plane tenere Hier. Paulus *in pract. Cancelar.* § *sequuntur Beneficia reseruata generaliter, &* † *in* §. *fi.* 38. & Gonçal. 61

glos. 30 possunt etiam dici specialiter reseruata Beneficia affecta per appositionem manus Papæ, Simoneta *q.* 4. *n.* 9. de quo infra *à n.* 139.

63 Et ista explicatio est magis conformis significationi, & acceptioni vocabulorum generalis, & specialis, & pro ea facit *reg. Cancellariæ* 55. *de claus. in Beneficiis vacantibus ponendo*, quæ alias erat 62. *ibi, Clausula ponatur, etiam si dictum Beneficium, ex eo, quod talis collector, generaliter reseruatum existat.*

64 At dictæ specialiter reseruationes fundantur in aliquorum, ratione mensalem, de quibus Cassad. *dec.* 4. 5. 6. 7. *de reseruatio. & vltima de concess. præb.* & Mandos. *reg.* 1. *q.* 4. *à n.* non sunt in eis propter decretum S. Concilii Trid. *sess.* 24. *de reformatione capite decimo nono* per quod illæ sunt sublatæ. Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de reseruat. ad supplic.* Nauarrus *in capite si quando, de rescrip. in allegat. n.* 14. & 16. & Fla. Paris *supra n.* 17 & Gonçalez *d.* § 1. *à numero* 66. & *d. glos.* 2. *à num.* 14. *n.* 25.

65 Aliquando tamen reseruantur † specialiter aliqua Beneficia, quæ sperantur vacare per contracta matrimonia, vel per assecutionem vltra *reg. Cancell.* 57.

66 Sed, an reseruationes sint odiosæ, an fauorabiles, est dubium Doctorum, de quo late per Æneam de Falcon *d. tract. præludio* 2. & Simonetam, *q.* 9. *n.* 6. Granu. & per Gonçalez posthæc visum ad reg. *de mensibus*, § 6. *proœm. per totum.*

67 Et quidem ea sententia mihi verior videtur, † quod sint odiosæ, & restringendæ, cum detrahant ordinariæ potestati, quam tenent glos. *in capite præsenti vero, huius, de off. Legati in* 6. quam dicit memorabilem Nauarrus *in capite accepta de restitutione spoliatorum appositione, solutione decima, numero quadragesimo secundo* & Ioan. Andreas Domin. Francus. & alii *in capite quamuis, de electione in sexto* & Corralus 2. *pa.* 1. *numero vndecimo* qui dicunt, quod reseruatio *capite secundo de præbendis in sexto* est odiosa, & restringenda, cum detrahat Ordinarię potestati, & Bellamer. *de permutatione Benef.* 3 *p. q.* 1. & *cons.* 34. qui cum collectario, ait, quod reseruationes Papæ, etiam generales, & Motu proprio factæ sunt odiosæ, & restringendæ, sine restringibiles, quia ordinariis auferunt sua iura, Cassador *dec.* 4. *n.* 5. *de reseruatio.* Ripa *resp.* 15. *l.* 1. *n.* 5. & *resp.* 27. *lib.* 2. *n.* Mandos. *cons.* 11. *n.* 9. & idem videtur velle Glossator, *reg.* 3. *vers. item quæro*, & tenuit Rota in Seguntin. Archidiaconatus, & Canonicatus infra addicta, *n.* 3. 2.

§. 1.

De reseruatione ob vacantionem in Curia, & clausa in corpore iudicis,

SVMMARIA.

Præcipua reseruatio, & in corpore iuris est clausula de Benef. in vacantibus apud sedem seu in curia, quod idem est in proposito n. 68. & 69.

Hæc reseruatio extenditur ad Beneficia venientium ad curiam, vel ab ipsa recedentium aut decedentium infra duas dietas, n. 70.

Beneficia in curia vacantia specialiter certis sunt affecta Papæ, n. 72.

Beneficia apud sedem, seu in curia vacare dicuntur, non solum per obitum in illa, sed etiam quando ibi fit renuntiatio, priuatio, vel alij modi vacandi, numero 73. & 74.

Ibi dicitur Ecclesia vacare, vbi fit priuatio, vel renuntiatio etiam à procuratore alibi constituto, n. 75. *etiam si persona sit alibi, nam solum attenditur locus priuationis, non vbi persona sit, n.* 76.

In vacatione inducta ob modum vacationem solum consideratur, vbi est persona & Beneficium, non solum consideratur, vbi est persona, numero septuagesimo septimo & 78.

Vbi priuatio inducitur à iure, seu ex decreto propter aliud possidere Beneficium vacat, vbi fit alius, numer. 79.

Beneficia hæreticorum vacare in partibus, vbi fuit commissum delictum, & non in curia, vbi sententia lata fuit, numero 80. *Quæ hodie sunt reseruata, numero* 81.

Quomodo in proposito accipiatur curia remissiue numero 82.

In hac reseruatione non comprehenduntur Beneficia, habentium domicilium in Romana curia, nisi curia ibi sit, n. 83.

Quamuis Beneficia officialium, & Capellanorum Papæ, & aliorum, de quibus in extrauag. ex debito, dicantur vacare apud sedem, tamen illa erat temporalis & expirauit cum eius vita, sicut etiam extrauagans ad regimen, à n. 84.

Nec omnia Beneficia reseruata, etiam specialiter aut in d. extrauag. ad regimen, dici possunt proprie vacare in curia, sed ad summum tantum Large ratione reseruat. nu. 88. & *seq.*

Beneficia vacantia ob non publicationem non vacant in curia, etsi resignatio sit facta coram Papa, quia adhuc per resignationem vacat, n. 90.

Qui narrat resignationem non publicatam, & Beneficium adhuc per resignationem vacare, narrat verum, licet Rota aliter teneat non vacare per resignationem, n. 91.

Vbi simpliciter exprimeretur vacatio ex resignatione, non tenetur vacatio ob non publicationem, quæ specialiter exprimi debet, n. 93.

Si Beneficia vacantia in curia Papa non confert infra mensem, a die vacationis Ordinarii possunt illa conferre, ex c. Hæreditat. de præb. in 6. *n.* 96. *Quod non procedit in Beneficiis aliis reseruatis, in quib. nullum tempus est Papæ præfixum ad conferendum, num. nonagesimo septimo.*

Dictum c. statutum, est correctum per Extrauagantem pia de præb. quæ est Bonifac. & posterior, n. 98. *Licet possit dubitari propter datam, l.* 6. *n.* 99.

Quicquid sit de iure per Extrauag. ad regimen derogatur, d. c. statutum, n. 100.

Parochiales in curia vacantes Apostolica Sede vacante etiam quæ vacarunt viuente Papa possunt per Ordinarium prouideri, ex c. si Apostolica de præb. in 6. *quod est posterius, dict. Extrauag. pia, numero* 101. & 102.

Dictum c. si Apostolica non procedit in Beneficiis aliter reseruatis, nec in detentis contra alias, à n. 103.

Extrauagans, quæ fuit temporalium de præb. quæ derogat c. si Apostolica, erat temporalis, & expirauit, numero 106.

Etiam quod Parochiales vacantes, viuente Papa, non est derogatum d. c. si Apostolica, per Extraua. ad regimen, non obstante effectibus indulta viuente Papa, nec extrauag. vienna, de præb. à numero 107.

De potentia & efficacia, ac priuilegiis reseruationis per,

vacationem in curia, qui fint videndi, n.112.

In d. reseruatione non comprehenduntur Episcopatus, bene tamen Abbatiae, numer. 113. cum seq. vbi ponitur resolutio Rotae, ex qua idem etiam videbatur in Episcopatibus.

In reseruationibus Extrauagantis ad regimen exprimuntur Episcopatus & Monasteria, & i. & per reg. 2. Cancel. sit peculiaris reseruatio Episcopatuum & Monasteriorum, n.117.

Reg. reseruatoria Monasteriorum comprehendit Monasteria electiua, n.118.

Aliae Dignitates insteriores etiam electiuae, & alia Beneficia electiua, certum est, quod comprehenduntur in d. reseru. c.2. de preb. in 6. cum faciat mentionem de electi. quo contrarium vult Corras. 19. & seq. & idem erit in reg. reseruatoriis facientibus mentionem de electi. n.121.

Etiam non facta mentione de elect. comprehenduntur sub reseruationib. si nullus modus prouidendi esset expressus quicquid esset in mandato de prouidendo, nu. 122. 123.

In reseruationib. factis sub illa forma reseruamus Benef. ad quamcumq. collationem, prouisionem, praesentationem, seu dispositionem spectantia, non comprehenduntur Benef. electiua, a n.124.

An praeter reseru. per vacat. in curia, sint aliae reseru. in corpore iuris clausae n.127. cum seq. referuntur sententiae Doctorum, & resoluitur unam tantum esse reseruationem illam.

Beneficia singula reseruata contra aliquos, a n.131. & ponuntur dec. Rotae.

68 HIs praemissis notandum est, † primo praecipuam reseruat. & in corpore iuris clausam esse illam de qua in d.c.2. de praeben. in 6. & in c. statutum, & cap. praesenti, eod. & Clem. 1. ut lite pendente, vbi reseruantur dispositioni Roman. Pontificis omnia Beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam, seu in curia, quod
69 idem est † in proposito, secundum glo. in d. c. statut. verb. in curia per tex. ibi, & in d.c. 2. cum qua transeunt ibi DD. & Francus d.c.2. n.2. Lapus allegatione 96. in prin. Simoneta, q.30. numero 2.

70 Quae reseruatio extenditur † in d.c. praesenti ad Beneficia, quae venientes ad Curiam Romanam, vel ab ipsa recedentes obtinent, si in locis vicinis ipsi curiae per duas dietas legales mori contigerit.

71 Et illa reseruatio de Beneficiis apud sedem † vacantibus continetur etiam in d. Extrauagan. ad regimen. de preb. quae per reg. 1. Cancellariae semper innouatur per omnes Pontifices.

Quae Beneficia in curia vacantia specialius † caeteris sunt affecta Papae d.c.2. Mand. in praefatione reg. 5. Cancell. numero 3. Gratiutius ad Simonetam, quaest. 26. n.6.

73 Beneficiaque apud Sedem, seu in curia vacare † dicuntur non solum per obitum in illa, sed etiam quando ibi fit renuntiatio, vel priuatio, aut si ibidem alij vacationis modi inducuntur. Francus in d.c. praesent. 1. fine. n.4. Simoneta q.28. 29. & 30. & ibi Gratiutius Gambarus de officio Legat. l.3. n.424. Caputaquen. dec. 48. 325. & 327. p.3. Quamuis Gigas de intrusio, num. † 47. dicat, quod Beneficia resignata in curia
74 non dicuntur vacare apud sedem, sed bene in curia, & quod, licet propterea sint reseruata, tamen eorum reseruatio nō dicitur in corpore iuris clausa, citans Sarnen. de triennali, quaest. 31. sub numer. 5. qui id non dicit.

Nam ibi dicitur Ecclesia vacare, vbi fit † priua- 75
tio vel renuntiatio, etiam a procuratore alibi constituto, Probus d.c.2. de preb. in 6. n.122. Corral. l.9. c. 8. n.8. Rosinianus c.15. Flam. Paris. l.9. q.14. vel vbi concurrunt omnes alij vacationis modi, Rota dec. 4. & 55. de Preb. alias 53. & 56. in antiquis, Paulinus de offi. & potestate Capituli sede vacan. praeludio vlt. nu. 8. & Mandos. conf. 11. n.1. vbi docet Beneficia priuati vacare vbi priuatur, quando sumus in priuatione hominis, & post haec tradit Gonçalez gl. 13. a n.42. & 43. de gl. 15. §.2. q.5. ex n.8.

Quod procedit etiam † si persona priuata, seu ex 76
qua alias vacat Beneficium, sit extra curiam, quam solum est attendendus locus priuationis, non autem vbi sit persona, vt ex dec. 32. Guidoboni in causa Compostellana Canonicatus resoluit Mand. reg. 32. q.8. ad fin. & volunt citati, quamuis Caputaquen. in d. dec. 48. & 327. distinguat facit glo. verb. vsuram in d. clem. 1. vt lite pendente Milijs in repert. verb. Beneficia vacantia, nec obstat dec. Putei. 356. nu. 4. l.2. vbi habetur, quod Beneficium vacans † ob non expeditionem noua 77
prouisionis, ex decreto dicitur vacare extra curiam ex quo, & persona, & Beneficium erat extra curiam, quamuis noua prouisio erat expedienda in curia, & ibi iura soluenda; quia respondetur id procedere in vacatione inducta ob modum negatiuum consistentem in non faciendo, seu in omissione, quo casu solum consideratur, vbi est persona, & Beneficium, vt, si sunt extra curiam, extra curiam dicatur vacare Beneficium.

Imo solum videtur considerandus locus, † vbi 78
est persona, vt per Paulinum sup. vbi ait, quod priuatur, quia non soluit pensionem in partibus, si est Romae, eius Beneficium censetur vacare in curia, & esse reseruatum d. decis. 4. & Hier. Paulum in d. prax. Cancellariae, verb. Beneficium residentis, pag. mihi 608. post praxi. Rebuf. vbi ait, quod Beneficium residentis in curia non promoti infra annum dicitur vacare in curia, secundum Collectarium in c. Ecclesia, de sortilegiis.

At vbi priuatio inducitur a iure, seu ex † decreto 79
propter actum positiuū Beneficium dicitur vacare, vbi fit actus, ob quem inducitur priuatio a iure, seu decreto iuxta dicta.

Vnde alias in vna Mutinen. Capellae 19. † Iunij 80
1562. coram D. Paleoto fuit resolutum, Beneficia haereticorum vacare in partibus, vbi fuit commissum delictum, & non in curia, vbi sententia lata fuit, nam vacant ipso iure, & possunt impetrari, & conferri ante sententiam, vt per Cotam dec. 250. in suis Miscellaneis manuscrip. & habetur in dec. 707. & 728. l.3. p.3. diuersorum, & refert Mand. de signatura gratiae, tit. de absolutione ab haeresi, versiculo, haereticorum Beneficia.

Hodie tamen Beneficia vacantia propter haere- 81
sis crimen sunt Papae reseruata per constitutionem 29. Pij V.

Et quomodo in proposito † accipiatur curia, vi- 82
de infra super regula quinta Cancellariae, a numero 387.

Et aduerte in hac reseruatione † non comprehen- 83
di Beneficia habentium domicilium in Romana curia, nisi curiales sint, seu cortesani & ibi ratione curiae morarentur, d.c. praesenti. §.fin. & ibi Dd. Aegidi dec. 654. seu 655. & fuit resolutum in causa Romana Beneficiatus S. Petri 27. Ianua. 1585. coram D. Blancheto.

Et, quamuis beneficia officialium, & Capellanorum

84 rum Papae, † & aliorum, de quib. in Extrauag. ex debito, de elect. inter communes dicantur, ibi vacare apud sedem, etiā si alibi decedant, Lapus allegatione 96. in princ. vbi Mand. Litera D. & Francus in d.c. 5. fin. n. 4. Aeneas 4. effectu n.15. & 6. n.4. tamen illa extrauagās
85 erat temporalis, & expirauit cum conditore, † vt patet ibi, Donec Christi dignatione disponeatur vniuersalis Ecclesiae sponsae sue regimini praesidere, & ibi, praemissum nostro, Dom. in d.c. statutum post n. 8. Mand. reg. 2. Cancell. q.2. & Zerola verb. Benef. §.2. fol. 4. licet etiā
86 extrauagans ad regimen, † Dom. in c. si Apostolica n.6. de preb. in 6. Glossator, reg. Cancel. 2. 30. & 61. Cassad. dec. 4. n.3. de consti. & Mandos. d. reg. 1. q.1. quicquid de
87 vtraque † dicat Aeneas de Falcon. praeludio 4. nec referent esse impressas inter Extrauagantes communes, nec dici potest earum reseruationes esse approbatas, ex Extrauagant. Pauli II. sub. de praeb. inter omnes, & sic de d. Extrauagante ex debito, satis non est curandum.

Nec omnia Beneficia reseruata etiam specialiter
88 † aut etiam per dict. Extrauag. ad regimen dici possunt proprie vacare in curia, Lapus alleg. 84. n.3. sed ad summum, tantum large, & improprie ratione reseruationis, quia eorum dispositio pertinet ad certam, Puteus dec. 36. n.1. l.1. Rota in Cordub. Capellaniae, de qua infra n. 425.

89 Et ita potest intelligi glos. verb. collatio, † in fin. d. clem. 1. vt lite pendente, quae ait, quod Beneficia specialiter reseruata vacant in curia, & Simoneta q.30. n.4. & Sarnen. de triennali, q.31. vbi aiunt, quod reseruata per Extrauag. ad regimen, dicuntur vacare in curia, & Couar. pract. c.36. n.4. ad fi. & v. Greg. d.c. 24. n. 4. vbi ait, quod dicimus vacare in curia, vel apud sedem ea Beneficia, quae soli Summi pontificis reseruata sunt collationi; nec in dict. Extrauag. ad regimen, dicitur, quod Beneficia vacantia per obitum personarum, de quibus ibi, censeantur, seu iudicentur vacare in curia, vel aequipararentur vacantibus in curia, quicquid dicat Aeneas d. effectu 2. & 5. & ita tenendum est, quicquid post haec velit Gonçalez, gl. 13. ex n.46.

90 § Vnde Beneficia † resignata extra curiam vacantia ob non factam publicationem, iuxta constitutionem 87. Greg. XIII. de qua infra 11. p. cap. 5. a num. 275. non dicuntur vacare in curia, quamuis eorum dispositio eo ipso ad sedem Apostolicam deuoluta existat, Beneficia autem vacantia, ob non publicationem iuxta dict. constitutionem Greg. XIII. aliunde per resignationem vacant, & sic apud sedem, cum est facta in manibus Papae, vt apparet ex ipsa constitutione, vers. quod si quoquam iis, ab ipsa prima resi-
91 gnatione. Et sic † qui narrat resignationem non publicatam, & Beneficium adhuc per resignationem, vacare apud sedem, narrat verum, ita fuit resolutum in causa Verdunen. Canonicatus 19. Iunij 1589. coram D. Gypso, Flaminius variis locis lib. ... quaestione 8.

92 Quamuis contrarium alias tenuerit Rota † in vna Spoletana Beneficiorum 12. Iun. 1595. coram Dom. Mantica, vt in seq. decisione. Placuit Dominis gratiā si neutri a D. Persio impetratam, quoad modum vacationis non fuisse subreptitiam, cum modus vacandi fuerit in supplicatione expressus propter resignationem, ita quod possit verificari, nisi resignatio fuerit publicata, quia debet intelligi de resignatione valida, quae indiget publicatione secundum formam d. Greg. XIII. constitutionem, neque praesumitur facta publicatio, sed debet probari, quia est facti l. quaecumque. § vlt. de publicanis l. consilio § quaesitum de curatione furiosi, Alexā. consil. 158. n.11. l.2. Socin. Senior consil. 15. n.4. l.1. & ita supplicatio fuit resoluta. Vnde si resignatio non fuit publicata, Beneficium non vacat propter resignationem, vt fuit expressum, sed ob non publicationem ex d. Gregor. constitutione, qui modus vacationis non fuit expressus, & tamen specialiter exprimi debet, et si resignatio, vt in casu proposito, facta fuerit in manibus inferioris collatoris, vt colligitur ex d. Greg. constitutione § Et beneficiis interim, ex illis verbis, & aliis, dictum est & sententia praedicti, quae quidem verba habent relationem ad praedictas qualitates, Cornens consil. 184. nu. 4. l.2. Socinus Iunior consil. 42. numer. 5. l.3. Crauetta consil. 94. numero 8. quare cum D. Persius hoc modum vacationis in supplicatione non expresserit, non facta publicatione non potest Beneficium obtinere, quia si esset obtenta non caperet hunc modum vacationis, quandoque resignatio facta fuerit in manibus inferioris collatoris, vt fuit dictum coram Pamphilio, in Bononiensi Canonicatus, 16. & 19. Februarij 1590.

Et idem tenuit Rota in alia Verdunen. † Canoni- 93
catus 13. Maij 1596. coram D. Pamphilio infra deducta in p. 4. n. 312. & fuit dictum in vna Mediolanen. Beneficij 14. Ian. 1597. coram D. meo Corduba, de qua d.c. 3. n. 284.

Et responsio data in d. Verdunen. ad d. † vers. quod 94
si quoquam non satisfecit, nam tenta in illis verbis, Illaque, siue iura ab ipsa statim a resignat. seu cessione, vacans, & vacare censeantur ex ipso, loquitur de prima resignatione, a qua vult Beneficium vacare non facta publicatione, siue subsecutae sint aliae resignationes, siue non, & in princ. dict. vers. non annullat ipsam primam resignationem, sed dispositiones, & gratias resignatorum, & cessorum Beneficiorum, ac iurium huiusmodi subdens, quod nulla alia super huiusmodi Beneficio, siue iure cesso, iis, quibus concessa fuerit, suffragetur, sed ad ea sint inhabiles.

Verum est tamen, † quod vbi simpliciter expri- 95
meretur vacatio ex resignatione, non veniret vacatio, ob non publicationem, quamuis sit ex resignatione, cum specialiter exprimi debet, ex d. constitu. vers. illarum vero.

Aduertendum est tamen, quod, si Beneficia † vaca- 96
tia in curia Papa non conferat infra mensem a die vacationis, & non scientiae numerandum, Ordinarij possunt illa conferre, ex dict. cap. statutum. de preb. in 6. & ibi gl. & Dd. Cuius tex. moderatio † loquitur, 97
& habet locum tantum in reseruatis propter vacationem in curia per d.c. 2. & c. praesenti, eod. tit. in caeteris autem nullum tempus est Papae praefixum ad conferendum. Francus in d.c. statutum, num. 6. Aeneas de Falcon. q. 4. principali effectu 2. & an. Paulus Gratiutius ad Simonetam q.47. num. 14. & dicetur infra 10. p. c.2. n.12. & hanc sententiam admittit non solum in deuolutis, sed etiam in aliis reseruatis, Gonçalez ad regulam de mensibus, §. quinto prooemio a numero 145.

Sed decis. d.c. statutum, quod est Gregorius X. † est 98
hodie correcta & reuocata per Extrauag. 1. de preb. inter omnes, quae est Bonifacij VIII. & sic posterior, glo. sabinen. & Rota dec. 12. antea n.1. de preb. in nouis, alias 127. Lapus allegatione 96. sub n.3. Domin. consil. 78. Francus in d.c. statutum, sub nu. 6. versic. 9. vnde etiam per Lapum Staphil. de literis gratiae in praefatione, num. 10. Simoneta d. q.30. nu. 5. & Sarnen. de triennali, quaestion. 41. versiculo ex quo infertur, & Gonçalez d. dict. §. 5.

a n.148.dicens,se non dubitare dict. reuocatione.

Verum posset dubitari,† an d.c.tamen sit correctum per d.Extrauag.pia,propter d.c.no lib.6. quae est posterior d.Extrauag.vt dicit Æneas de Falcon.dict. qu.4.effectu 6.n.107.& dubitat etiam Sarn. de expectatiuis,n.21.& etiam Zerola in praxi Episcopali p.1. verb.Beneficium §.1.d.4.qui ait,quod stante hac dubitatione Doctorum Ordinarius prouidebit, prout Deus benedictus sibi inspirauerit. Et 2.pa.verb. reseruatio,§.7. hanc opinionem amplectitur, tanquam fauorabiliorem,&magis connaturalem Episcoporũ potestati, & videtur tenere Mand ad Lapum d.allegat.96.litera E.

100 Sed quicquid sit de hoc tamen per d.Extrauag.ad regimen,quae,vt dixi,innouatur per omnes Summos Pontifices,derogatur decisioni capite statutum, vt apparet ibi. Non obstantibus quibuscunque constitutionib. a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus editis quatenus obsistere possent super enarratis articulis,vel aliquo,seu aliquibus eorundem.Lapus vbi proxime.

101 Similiter etiam Parochiales † in curia vacantes Apostolica sede vacante, & quae vacarunt viuente Papa,de quibus ante eius obitum non fuit ordinatum possunt per Ordinarium prouideri, etiam ante mensem,ex c.si Apostolica de praeb.in 6.Rebuf.in praxi in noua prouisionis, verb.dummodo tempore data praefatum n.14.Paulus Granutius ad Simonetam,quaestio.147.n.12.& nouissime posthaec Gonçalez d.q.5. a n.125.

102 Quod c.si Apostolica, est posterius d.† Extrauag. pia,& sic quãtum ad hoc illam corrigit, vt dicit d.glos.1.n.1.d.Extrauag.& Francus in d.cap.si Apostolica numero 2.

103 Et d.c.si Apostolica, videtur etiam solum † procedere in Parochialibus in curia vacantibus, & non in reseruatis alia ratione iuxta supradicta,Francus in d.ca.statutum,nu.6.Gaspar.de Perusio,de reseruatione q.5.

104 Quamuis Zerola d.1.p.verb.Benef.§.4.† dicto 10. & 2.p.verb.reseruatio,§.5.a fortiori,& a simili contra teneat dicens,quod posset etiam conferre Parochiales vacantes extra curiam,sed in mensa Summi Pontificis,ex maiori ad minus, & ex identitate rationis de qua ibi, & fuerat dictum in causa Abulen.Parochialis de la Calçana 29.Nouem.1593.infra adducta, c.5.num.91.& videtur tenere Rebuffus reg.1.Cancell. verb.etiam si dicto officiales. ibi Tamen huiusmodi officia, seu Beneficia illorum vult esse reseruata,quia semel affecta semper durant,nisi liberentur, c.a.si Apostolica de praeb. in 6.nouissime posthaec tenet Gonçalez d.5.5.prom. a n.137.

105 Nec etiam procedit in deuolutis,licet contra teneat a fortiori Zerola d. verb.reseruatio †§.4.contra quem tenere videtur Gonçalez d.§.5.numero 144. & seq.

106 Et quamuis per Extrauag.Clementis V.† & sim temporalium 3.de praeb. in communibus, quae est posterior,sit derogatum d.c.si Apostolica, vt inquit Francus ibi d.n.2.in fi.tamen illa Extrauagans erat temporalis, & cum suo conditore expirauit,vt apparet ibi,Quae apud sedem Apostolicam vacare contigerit ad praesens,&que nos nostri Pontificatus tempore vacare contigerit,& ibi,sine vero.

107 Difficultas est, † quoad Parochiales quae viuo Papa apud sedem vacarunt, de quibus ante ipsius obitum non fuit ordinatum, nam,cum viuo Papa vacauerint,sunt affectae per reseruationem d. Extrauagantis ad regimen,& Beneficium semel affectum semper manet affectum,vt in Extrauag.vtr.eod.tit.in verb. ... de quo infra a n.735.

Nihilominus verius videtur,† etiam quoad Parochiales viuente Papa vacantes, non esse derogatum d.c.si Apostolica per d.Extrauag.ad regimen,& ratio est,nam in eis Papa solum sue dispositioni reseruat,& non sedis Apostolicae,& ideo non potest dici ei in aliquo obsistere d.c.si Apostolica, quod mortuo Papa & sic sublato de medio permittit prouisionem Ordinarii. 108

Nec affectio inducta in Parochiali viuente † Papa videtur obstare,nam non obstante affectione inducta ex reseruatione d.c.2.de praeb. in 6. vult,vacante d.c.si Apostolica quod Ordinarij possint prouidere Parochiales apud sedem in vita Papae vacantes, de quibus prouisum non est;& reseruatio d. Extrauag.ad regimen,in quantum reseruat Beneficia vacantia in curia,per quam inducta est praedicta affectio, nihil aliud est,quam confirmatio reseruationis d.c. & eadem cum illa. 109

Sed videtur adhuc obstare † d. Extrauagans vltima incip.ad Romanos,de praeb in communib. quae est posterior d.c.si Apostolica,vbi dicitur, quod omnia Beneficia,etiam curiae,semel affecta semper manet affecta,&quod non possint per alium,quam per Romanum Pontificem prouideri. 110

Sed respondetur,† quod ista Extrauagans generaliter,& indistincte loquens debet restringi,& determinari per d.c.si Apostolica,nam lex posterior generaliter loquens restringitur,& limitatur per legem priorem,l.non est nouum,ff.de legibus glos. Ias.& alij l.sciendum ff.qui satis dare cogantur. Ant.Gab.concl. 3.de legibus nu.2.& Thom.Sanchez de matrimonio l.2.disputatio.54.n.6.& Enerar.in loco a ratione legis scriptae n.12.Gonçal.supra,a n.129. 111

Et de potentia,& efficacia † ac priuilegiis d. reseruationis per vacationem in curia,vide Æneam de Falcon.4.n.Simonetam q.4.n.15.& q.73.& Granutium ad eum,q.16.Sarnen de triennali,q.31.Probum ad Monachum c.praesenti de offic.Legat in 6.a num.5. Mandos.in praefatione reg.5.Cancel.& ad Lapum allegatione 84.litera D.& Anast.Germo.de sindaleis Cardinalium.§.si vero,n.10.& quae dicemus infra. 112

Et,an in d.reseruatione comprehendantur † Episcopatus,seu Ecclesiae Cathedrales, & Abbatiae, & aliae Dignitates electiuae,glo.in d.c.2.verb. Dignitatum,tenet non comprehendi Episcopatus,& Abbatias,quia sunt speciali nota digna, idem tenent Monachus ibi n.1.& Probus ad eũ nu.41.& 48.idẽ Monachus in c.Inquisitores, de haeret.in 6.Archid.nu.2.& Francus 4.& 5.in d.c.2 Lapus allegatio.84.vbi Mandos.litera B.alios citatis,Cosmas in prag.sanct.tit.de elect.c.licet.§.statuit, verb.obstaculo,Corras.2.p.c.1.n.8.& 9.Fran.Marcus dec.4.12.a n.3.p.1.& v.Greg.dicens glo.communiter approbatam,de Benef.c.24.n.1.Natian.de probatione l.2 capite 17.n.91.& 92.& c.28 numero 4. 113

In Abbatiis tamen contrarium tenet Domin. † in d.c.2.n.10.improbans gloss. & Simonetta q.11.qui ait,id obseruari,& posthaec Gonçal glo.9.a nu.35. & hoc sententia mihi videtur verior,& magis conformis verbis,d.c.2.ibi Ecclesiarum,& ibi, vt Ecclesias, Dignitates,&c. & ibi,electiua. 114

Et facit dec. Rotae in causa Ciuitaten. † pensionis.5.Decem.1567.in qua fuit resolutum,quod ... pius,ac S.Petri,& Pauli possit, ... vxorem,retinere pensionem,etiam reseruatam super fructib. 115

mensa

mata Episcopalis vigore priuilegiorũ dictorũ militiarũ, quia verba priuilegiorum sunt generalia, ibi, quibusuis Ecclesiis, Monasteriis, & Beneficiis, & appellatione Ecclesiarum ex propria significatione, & in verbis comprehenduntur Ecclesiae Cathedrales, quamuis, & ibi Dol. de praeb.in 6. et in materia etiam odiosa verba intelligenda sunt ex proprio significato, iuxta doctrinam Aretini vbique approbatam in l.Gallus leg.ff.de testamen.Ias.in l.fin.ff.de constitutionibus Princip.num. 35.facit capite porro,de priuil.vbi glossa notat non esse recedendum in priuilegiis a forma verborum,cap accepimus eod.& hoc etiam est de mente Papae in d.priuil.&c.

116 Ex qua decisione idem etiam videbatur † in Episcopatibus. seu Ecclesiis Cathedralibus; sed de hoc parum est nunc curandum, ex quo in reseruationibus

117 Extrauagantis † ad regimen, quae,vt diximus,per omnes Summos Pontifices innouatur, exprimuntur Episcopatus,& Monasteria,Prioratus,Dignitates,caeteraque Beneficia quaecumque, & qualiacumque, etiamsi ad illa personae per electionem assumantur, &c. Et ex quo per regulam 2.Cancellariae fit peculiaris reseruatio Episcopatuum,& Monasteriorum &c.& in reg.3.Prioratuum, ac aliarum Dignitatum Conuentualium, &c. Quae reg.reseruatoria Mona-

118 steriorum comprehendit †Monasteria electiua propter verba generalia,& quia fit mentio de Dignitatibus electiuis, & quia Prioratus regulariter sunt electiui, ita fuit resolutum in causa Meten.Monasterij 8.Iun.1562 vt in recollectis manuscrip. Oradi i, quamuis contrarium dicat Capotaquum,decis.41.nu.1.p.5.

119 De aliis autem Dignitatibus inferioribus,† quantumuis electiuis, & aliis Beneficiis electiuis,certum existimo comprehendi in dict. reseruatione cap.secundo, cum faciat mentionem de electione ibi, vt earum electio, & est de mente Doctorum ibi,& citatorum supra, & tenuit expresse Cosm.vbi supra.

120 Et quamuis aliud videatur velle,† Corras d.numero 8.ibi, & aliae Dignitates electiuae tamen intelligitur de aliis Dignitatibus electiuis, scilicet prioratibus, qui sunt per se nec habent Abbatem superiorem,& sunt in effectu idem,quod Abbatiae,& de Dignitatibus electiuis,in quibus requiritur forma cap. quia propter, de electione, quarum vacatione dicuntur Ecclesiae viduatae, de quibus supra 1.p.cap.6.numero 19. vt apparet ex sequentibus. & ex Cosmas vbi supra quem ipse Corrasius allegat, & Prob.dict.numero 41.

121 Et idem erit in regulis reseruatoriis facientibus mentionem de electione, vt reg.nona mensium, ibi electiuorum, maxime cum ibi reseruentur Beneficia qualitercumque qualificata, Gonçalez gloss.decimanona.

122 Quinimo etiam non facta mentione † de electione comprehendi existimo sub reseruationibus, si nullus modus prouidendi esset expressus,vt tenet Æneas de Falcon. quaest.3.numero.21.ad doctrinam glossa.verb.quacunque in Clem.1.de praeb.de qua supra d.c. 6.1.p.nu.17. vbi plures eam sequentes citaui,& dixi communem, & videtur tenere Gonçalez ibi numero vltimo.

123 Et quicquid esset in mandato de prouidendo, quod est ambitiosum, † & ideo restringendum, tamen in reseruationibus Motu proprio factis, & maxime per viam legis, id videtur de plano procedere, pro quo faciunt dicta,dict.a spirul.6.a numero 67.

In reseruationibus vero factis sub ista forma † reseruamus Beneficia ad cuiuscumque collationem, prouisionem,praesentationem,seu dispositionẽ spectantia, non comprehenduntur Benefi. electiua secundũ Aeneam sup.ex c.cũ in illis,§.1.de praeb.in 6. & d.Clem.1.eod.tit.vers.fi.pro quo facit,† quod licet verbum,prouisio,& verbum,dispositio, late sumpta, & sic in materia larga,& fauorabili comprehendant omnem modum prouidendi,& sic electionem,tamen in materia odiosa,& restringibili,vt est reseruatio,& dictum est sup.n.67.non includunt electionem,vt in d.§.1.& d.vers.fin. 124 125

Et dixi d.c.6.a n.36.†Sed cum Aeneas d.tract.praeludio 2. teneat reseruationes praesertim Motu proprio factas, & non pro certa persona,esse fauorabiles, non loquitur consequenter, & etiam tenendo, quod reseruatio est odiosa,existimo illa verba comprehendere etiam electionem in reseruatione facta Motu proprio, & per viam legis iuxta dicta d.c.6.n.33.& sentit Gonçal.ibi n.9. 126

Sed est dubium † an praeter illam reseruationẽ per vacationem in curia sint aliae reseruationes in corpore iuris clausae? 127

In quo glossat reg.33.de triennali, † & 62.vnam tantum esse concludit reseruationem in corpore iuris clausam,de qua in d.c. 2.& c.praesenti,contra quem Aeneas de Falcon.q.2.principali n.22. ait esse plures: primo illam,† de qua ibi; Secundo illas,de quibus in d.Extrauag.ex debito, & in d. Extrauag.ad regimen, Tertio, in pluribus incompatibilibus retentis vltra tempus praefixum in Extrauag. execrabilis, de praeb. Quarto,de Beneficiorum illorum,qui promouentur in Episcopos post consecrationem. Quinto,de Beneficiis deuolutis. Sexto,de Beneficiis, exemptis & immediate subiectis Papae,de quibus in c.si.de renũtiat. istos tamen duos vltimos casus non posse dici propriae reseruationis, quia Papa confert vt Ordinarius,vt inquit Glossator dict.reg.33. & addit Rotae dec.4 de offic.Legati in nouis.n.5.& sentit Gonçal.glo.51.a n.40. vbi contra Flaminium parisi. recte ait Beneficia exemptorum nõ esse reseruata,sed posse Ordinarium ea prouidere, cum exemptio sit personalis tantum,& n.110.contra eundem ait Beneficia deuoluta non dici reseruata. 128 129

Sed quicquid dicat Aeneas,† nec reseruationes,de quibus in dict. Extrauag. ex debito, & in d.Extrauag. ad regimen, in qua continetur reseruatio de Beneficiis illorum,qui promouentur in Episcopos,& in d. Extrauag.execrabilis, dici possunt in corpore iuris clausae; nam reseruatio in corpore iuris clausa dicitur, quae est a iure communi inducta, & in eius corpore inserta quod non procedit in reseruationibus inductis per Extrauagantes, Sarnen. dict.quaestion.31. de triennali,vers.tamen pace eorum,maxime in reseruationibus, de quibus in dict.Extrauag.ex debito,& in Extrauag. ad regimen, quae erant temporales, & cum suo conditore expirarunt, vt dictum est sup. 130

Vnde Sarnen.ibi † qui tenet esse plures reseruationes in corpore iuris clausas,ponit alias a versic. prima est, & sequitur Gigas de intruso numero 81. & Probus ad Monach.in dict.cap.praesenti,de offic.Legati in 6. a numero 10. ponit octo reseruationes quae tamen non sunt verae & propriae reseruationes in corporeq; iuris clausae, vt patebit singulas consideranti. 131

Quare verior videtur praedicta sententia † Glossatoris,quod vna tantum sit reseruatio in corpore iuris 132

clausa, de qua in dict. cap. 2. & cap. praesenti de praeben. nu. 6.

133 Et quamuis Corrasius dict. cap. 1. 2. par. numer. 7. & 13. inter † reseruationes in corpore iuris clausas ponat reseruationem ob litigium, ex cap. [illegible] & secundo, ut lite pendente in sexto, quod etiam tenuit 2. par. cap. 6. numero undecimo, & Probus in dict. capit. praesenti numer. 13. & in capit. [illegible] de electio. in 6. num. 4. Mandos. reg. 34. quaest. 87. numer. 9. ibi. Quia tamen Beneficia litigiosa, ut sic reseruata, & alij, vt per Sarnen. 4. quaest. 31. & Cassador. decis. 2. de reseruatio. nume. 6. ut Beneficia litigiosa posse dici reseruata, vel soli Papae praeseruata, & dicuntur etiam reseruata in decis. Burgen. de Pancorbo adducta 6. par. cap. 4. num. 11. & Ocen. Canonicatus, seu optionis adducta num. 14. & in Oritana relata numero 27. ibidem, tamen verius est † beneficia litigiosa non esse reseruata, nec

134 induci reseruationem ob litem, sed ea durante prohibetur Ordinarius conferre, & suspenditur eius prouisio, quia lite finita potest postea libere conferre, vt in dict. cap. 1. & 2. ut lite pendente in 6. & in Clem. eod. tit. ita Sarnen. d. q. 31. vers. tamen ex [illegible] numero 9. Simoneta quaest. 10. numero 5. & 6. & ibi Paulus Granutius, & Mandos. ex professo hoc agens reg. 32. quaest. 9. numero 5. Nauarr. in cap. accepta, de restitut. spoliat. oppositione 10. solutione, num. 3. Couar. pract. cap. 36. num. 7. vers. 5 ad idem, & post haec Gonçal. §. 7. prooem. n. 98. & gloss. 6. num. 146. & gloss. 32. num. 40. & gloss. 51. num. 11.

135 Et fuit resolutum in vna Aurien. Canonicatus † 4. Iunij 1576. coram D. Lancelloto, vt in sequen. decis. Fuit conclusum quod regula Cancellariae de exprimendo mense vacationis habet locum, etiam in gratia, si neutri, quae est noua gratia, & noua prouisio, & nouus titulus ex illa acquiritur, & propterea in ea fieri debet mentio de mense vacandi, & de reseruatione, vt habetur in decis. 24. de rescrip. in nouis. Roman. cons. 362. n. 4. Felin. in c. in nostra in 12. cor. de rescrip. Sarnen. in reg. de annali q. 28. n. 2. Non obstat, quod hoc Beneficium sit litigiosum ante dictam gratiam, & quod propterea dicatur reseruatum, & quando Beneficium est reseruatum alia ratione quam ratione mensis, non est locus dictae reg. quia respondetur, quod lis non inducit reseruationem, sed ea durante prohibetur Ordinarius conferre, & suspenditur eius collatio, qua lite finita potest postea libere conferre, vt declarat Sarnen. reg. de triennali q. 31. nu. 9. Simoneta tract. de reseruatio. cap. 9. circa fin. versic. ex pre lite.

136 Et idem fuit resolutum in vna Legionen. † praestimoniorum de mense Iunij 1594. coram D. Pamphilio, vt in decis. sequenti. Fuit resolutum non constare de vacatione ex persona Antonij de Vega, nisi aliter probetur ipsum habuisse ius in illis praestimonijs iustificando eius titulum cum narratis in sua gratia narratis iuxta decisionem Egidij 112. & tradit Rebuff. in praxi. titul. de subrogatio. numero 85. & super concord. rubrica de mandat. Apostolic. ver. successores circa fin. vers. insuper subrogatus. & illa probatio debet esse clara, cum ius Antonij non incidenter, sed principaliter deducatur, vt per Egidium vbi supra, praesertim quod non solum non constat ipsum fuisse triennalem pacificum possessorem, Cassador. decis. secunda de causa possess. quod nec etiam decessit in possessione, quam per decem annos antea dimiserit, ad notata per Puteum, decis. 87. libr. 3. cum alijs allegatis. Neque obstat possessio decennalis Antonij, ex qua solet praesumi bonum ius, vt per Sarnen. reg. de triennali q. 26. n. 7. quia ista praesumptio non potest allegari, nisi ab ipsomet possessore, non autem a tertio, nisi sit successor ipsius iuxta terminos allegationis Lapi, vt declarat Sarnen. dict. reg. de triennali, quaestio. 15. quod in hoc casu non potest habere locum, ubi inter ipsum Antonium, & quendam Franciscum de Sancto Petro non datur ultimum triennium pacificae possessionis, quod est extremum necessarium pro allegatione Lapi, Puteus decis. 330. libr. 1. & 511. libro secundo, cum alijs similibus. Nec etiam obstat, quod Gutierrius magnifecerit ius Antonij acceptando resignationem, & ideo, nec ipse, nec eius successores possunt illud impugnare, quia non constat, quod Ferdinandus de Messa veniat ex persona Gutierri, qui, licet resignauerit ad fauorem Gabrielis, qui postea dicatur resignasse Ferdinando, non tamen de hoc doctum fuit, & potest Ferdinandus habere alium titul. cum notorium sit in Beneficialibus admitti multiplicationem titulorum, vt per Cassador. decis. 21. numero 5. super reg. & decis. 3. de causa possess. in fin. Non obstat, quod dicuntur de non publicatione resignationis Antonij factae ad fauorem Gutierrij, quia Ferdinandus non tenetur docere de aliqua publicatione, cum non fundet se super ista resignatione, sed tantum dicat Beneficium non potuisse vacare per obitum Antonij, qui illud de eo tempore non possidebat, & in eo nullum ius unquam habuit, & in omnem euentum Domini dixerunt etiam data vacatione ex persona Antonij illam non suffragari. Palacios non obstat reg. de mense, ex quo Antonius decesserit de mense reseruato, cuius erat facienda mentio in gratia, si neutri, quae est noua gratia, & noua prouisio, non obstante lite, quae non inducit reseruationem, sed suspendit tantum collationem Ordinarij vsque ad finem litis, vt alias fuit resolutum in vna Aurien. Canonicatus, sub die 4. Iunij 1576. coram Illustrissimo Cardin. Lancelloto, etiam quod illa vacatio capiatur per clausulas generales, siue alio quouis modo, Puteus decis. 169. libro secundo, & decis. 1. & 4. super reg. de mense, Paleot. decis. penult. & cessat omnis difficultas ad effectum, de quo agitur, vt non intret gratia, si venirit concessa Palatio, de anno 1587. de quo tempore illa vacatio erat comprehensa sub clausulis generalibus appositis in gratia resignationis antea facta ad fauorem Gabrielis, quam Domini dixerunt esse iustificatam.

Quamuis in Lucana Canonicatus, 7. Februarij 1561. coram Dom. Rubeis infra relata nu. 657. Rota senserit, quod lis de tempore vacationis induceret reseruationem Beneficij, & sic non obstaret reg. de mense exprimen. &c. & vide infra dicta cap. ult. a numer. 217. 137

§. 2.

De reseruatione, seu affectione per appositionem manus Papae.

SVMMARIA

Inducitur reseruatio, seu affectio Beneficij per solam appositionem manus Papae, quamuis inutiliter factam, numer. 138 & 139. vbi adducitur pro hoc Extrauag. ult. de praeb. & num. 143. contra aliquos. nu. 141. & 142.

Per commendam factam a Papa Beneficium dicitur affectum, & n. 140.

Quando Papa ad certum tempus, vel ex certa causa reseruauit, si illa reseruatio semel affecit, Beneficium semper manet affectum etiam post illud tempus, & cessante causa contra Aeneam, n. 144.

Per collationem Papae inualidam non euanescit reseruatio Beneficij, nec potest Ordinarius illud conferre contra aliquos, n. 145. & 146.

Stante supplicatione signata per Papam de aliquo Beneficio nondum leuatis Bullis non potest Ordinarius illud conferre, etiam si gratia esset nulla, numero 147.

Per mandatum de prouidendo Beneficio vacaturo, aut incerto, non inducitur affectio de iure n. 148. quamuis de stilo curiae aliud esset, n. 149.

Praedicta doctrina de affectione per appositionem manus Papae limitatur 1. vt procedat, quando manum apponit Beneficio ad effectum prouisionis vacante, secus vbi non vacat ad istum effectum, vt quia est collatum alicui, qui nondum acceptauit, vel ad illud est qui praesentatus, &c. n. 150.

Id procedit etiam si in gratia Papa illud reseruasset vt vacans, licet secus, si reseruatio fieret Motu proprio non expresso eo, cui velit conferre, numero 151.

Secundo limitatur, vt non procedat, vbi Papa manum apponit ad Beneficium vacaturum tali modo, verbi gratia, per priuationem, nam si non vacauit per priuationem, non est affectum vllo modo, numero 152.

Gratia conditionalis ante euentum conditionis non afficit Beneficium, & c. n. 153.

Tertio limitatur, vt non procedat quando Papa manum apponit super Beneficio resignato, nam si resignatio non tenet ex aliqua causa, Beneficium non est affectum super alia vacatione n. 154. cum seq. vbi adducuntur resolutiones Rotae.

Responsio, quam tradit Rota doctrinae Sarnen. docentis, quod si resignans in Curia moriatur, infra 20. dies, licet prouisio per resignationem non teneat, ex reg. de infirmis, Beneficium tamen est reseruatum, & affectum Papae, n. 158. & seq.

Etiam in casu Sarnen. falsum est, quod tale Beneficium esset reseruatum, & affectum Papae, nam ex illa reg. non dicitur vacare, n. 160. & seq.

Non obstat, quod ista sit ficta, non vera vacatio, quia tantum operatur, sicut vera, nec hic concurrit veritas & fictio circa idem, sed vna fictio, &c. a numero 162. ad 165.

Ex quo Papa annullat collationem, si infirmus decedat infra 20. dies, & sic non admittit illam resignationem, ius Beneficij dicitur esse penes resignantem, & sic vacat per obitum vere, n. 166.

Vacatio per obitum inducta per illam regulam est etiam vera, & non ficta, quia in his, quae sunt iuris positiui, lex non fingit, sed vere agit, & c. n. 167.

Reg. de impetrantibus Beneficia per obitum familiarium, habet locum in vacatione per obitum inducta per reg. de infirmis contra Sarnen. num. 168. nec opus est exprimere modum vacationis inductae per illam reg. sed sufficit impetrare per obitum contra eundem Sarnen. nu. 169.

Quando quis resignat in curia in fauorem seu conditionaliter scienter, nulliter, Beneficium vacat per d. resignationem, & sic manet reseruatum, & affectum Papae, n. 170.

Reprobatur quod dicit Guillelm. de Monteferrato, quod si Papa pro bono pacis, & concordiae super Beneficio manum apposuit vni illud relinquendo, & alteri super eo pensionem constituendo, si ille decedat, Beneficium censetur reseruatum, seu affectum, numer. 171. cum seq.

Per Breue de capienda possessione, nomine camerae etiam posse, si non sit capta eius nomine, & prouisus decedat antequam illi possessio sit cessa, Beneficium non manet affectum, n. 173.

Per dationem coadiutoris factam a Papa, etiam inualidam non inducitur affectio, n. 174.

Per vnionem nullam non inducitur affectio Beneficij, n. 175. licet secus in vnione ad vitam de Beneficio vacante, n. 176.

Quarto limitatur d. doctrina, vt non procedat, quando Papa prouidet de Beneficio, vti reseruato, quod tamen reseruatum non est, nam tunc Beneficium non manet affectum, n. 177.

Etiam stante clausula, siue alio quouis modo: contra Simonetam, n. 179. 180. & 181.

In prouisionib. additur clausula, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, per quam restringuntur clausulae generales in euentum, quod Beneficia non essent reseruata, numer. 178. sed ista clausula non ponitur ratione reseruationis expressae, sed ratione clausulae generalis, siue per mortem, &c. nu. 182. & seq. vbi ponitur resolutio Rotae.

Non obstante dict. clausula, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, recte intraret clausula generalis, siue alio quouis modo, quando vacatio narrata verificatur de facto, etiam si ex modo contento sub clausula generali Beneficium esset reseruatum, numero 184. & illa clausula seruiret, quando Beneficium esset iuris patronatus laicorum, & stante indulto, &c. numero 185.

Quinto limitatur per aliquos, nisi nullitas prouisionis, seu inualiditas appositionis manus Papalis ex defectu potestatis insurgeret, vt ex Concilio Basilien. numero 186. quae limitatio reprobatur, cum defectus istius potestatis non possit in Papa contingere, numero 187.

Concilium Basilien. quo reseruationes abolentur, & pragmatica sanctio supradicta est, fuit Conciliabulum post dissolutionem, n. 188. & reprehenduntur Patres d. Concilij, n. 189.

Secundo notandum est induci reseruationem, † 138 seu affectionem Beneficij per solam appositionem manus Papae, quamuis inutiliter factam, ita quod si Papa prouidet alicui, vel prouideri mandat de aliquo Beneficio, si prouisio fuerit nulla, vtpote facta inhabili, seu incapaci, vel propter surreptionem, aut alium defectum, Beneficium remanet Papae affectum, & illo Ordinarius non potest se intromittere, etiam si alias non fuisset reseruatum ad cap. vt nostrum de appellat. ita Innoc. in cap. inter dilectos de excessibus Praelatorum Decius in d. cap. vt nostrum, num. 3. & in c. 1. de confirmatione vtili, numer. 10. & cons. 137. Hiero. Paulus in pract. Cancel. §. notabilia supervacantibus reseruatis, vers. affectum dicitur. Rebuff. in praxi. tit. de reseruatio. num. 30. & 34. & reg. 9. Cancella. & in concor. ti. de reseruat. circa prin. vers. item vbicunque, & in c. postulasti de clerico excommunicato ministrante in gl. nu. 66. cum Aenea de Falcon 3. praeludio, & 2. q. 16. effectu, Simoneta de reseruatio. q. 58 & ibi Granutius Corraf. 2. par. cap. 1. num. 14. Gambarus de offic. Legati, lib. 5. num. 85. Mandos. in prooemio regul. q. 5. n. 9. & regul. 4. quaest. 4. nu. 4. & reg. 9. quaest. 6. n. 6. & cons. 19. n. 12. & late eius filius Hor. Mandos. plures referens ad Romanum consil. 135 littera C. bene Couar. in cap. alma mater 1. par. §. 7. sub nu. 1. P. Gregor. de Benefi. cap. 24. num. 17. & 26. Flamin. Paris. de

resignati. Benef. lib. 7. quæst. 11. n. 1. & lib. 12. quæst. 10. n. 9. vbi dicit communem Vgolin. de censuris tab. 2. cap. 13 §. 1. ad fin. Zerola in praxi Episcopali. 3 par. ve. Benefi. §. 2. fallacia 9 Lochus de Benefi. & pensio Eccl. capit. 5 sub num. 6 Enriquez in summa lib. 13. ca. 14. §. 2. Ludo. Lopez instruct. conscientiæ. 2. tom. 2. par. cap. 17. Suarez 5. tom. de censuris disput. 13 sect. 1. num. 54. & alij, & Cassador. decis. 2. de vnio. num. 10. Puteus deci. 180. numero tertio lib. 3. & fuit resolutum in vna Barchinonen. Canonicatus nono Martij. 1598. coram D. Millino infra adducta, 6. par. cap. 4. nu. 25. vbi fuit dictum *per vnionem nullam remanere affectionem, propter appositionem manus Papæ, siue nullitas proueniat ex defectu causæ, siue ex inhabilitate promoti, aut ex alio capite &c.* Et posthæc Gonçalez ad regul. de mensib. §. 3. proœm. nu. 46. & gloss. 52 vbi plura adducit, pro qua

139 † doctrina vltra tex. in d. cap. vt nostrum facit Extrauag. ad Roman. quæ est Paul. II. & vlt. de præbend. in communibus, in sua ratione generali; ibi *ac prouide considerantes effectum per reseruationem manusque appositionem, &c.* & ibi, *Romani quoque Pontificis manus appositionem prædictam tanta efficacia, &c.* & facit decis. quarta de testib. in nouis. & trigesimatertia eadem in antiquis.

140 Et hinc per commendam factam à Papa, † seu administratorem ab eo positum in Beneficio vacante, ex quo semel manum apposuit, Beneficium dicitur affectum ita, quod nec expectans posset illud acceptare, nec Ordinarius de eo disponere, Simoneta quæ. 59. & ibi Granatius, & dixi supra p. præceden. c. 4. à n. 62 Gonçal. d. glos. 52. n. 11.

141 Quamuis Butrius, & Abbas post alios † nu. 10. in d. c. inter dilectos. & Fel. in cap. si. de præsump. n. 40. teneant, quod si Papa non est vsus verbo reseruationis, & mandauit Beneficium conferri certæ personæ si collatio non valuit, reuertitur ad Ordinarium, & sequuntur Aufrer. ad Capellam Tholos. decis. 437. n. 6. & Selua de Benef. 4. p. q. 33. n. 1.

Et quamuis Æneas de † Falcond. 16. effectu in fin.
142 dicat, quod si Papa cõferat Beneficium alias non reseruatum, & collatio non valet isto casu non possit exemplificari d. Extrauagans Pauli II. versi. vt, & si litteræ Apostolicæ istis verbis, *super prouisionibus Beneficiorum*, quia Papa ibi semper præsupponit reseruationem præcise, vt patet ibi, *Beneficiis taliter reseruatis.* & sic videtur Æneas tenere collationem ad Ordinarium reuerti.

143 Sed, vt dictum est d. Extrauagans facit pro † supradicta doctrina in d. sua ratione generali ad reg. leg. reg. §. finali digesto, de iuris & facti ignorantia.

144 Vnde videtur falsum † quod ait idem Æneas quinta quæstione principali, quæstion. prima ad finem quod quando Papa ad certum tempus, vel ex certa causa reseruauit, forte non habet locum dicta Extrauagans, nam quicquid ipse velit si illa reseruatio semel afficit, Beneficium semper manet affectum etiam post illud tempus, & cessante causa.

145 Secundo videtur esse falsum † quod dicit Rota decisione 512. numero quinto par. 3. diuersorum, quod collatione facta à Papa inualida possit Ordinarius Beneficium conferre, licet antea esset reseruatum, ex Sarnensi in regul. de triennali, quæstio. 30. numero secundo.

Cum quo etiam male ait Caputaquen. † decis. 35.
146 in fin. li. 1. in manuscriptis reseruationem euanescere per collationem Papæ etiam inualidam, & P. Greg. d. c. 24. num. 18. cuius contrarium recte tenet Probus ad Monachum. in cap. 2. de rescrip. in 6. num. 37. & Rebuf. d. reg. 9. ad fin. male etiam ait, quod si Papa contulit alicui Beneficium vacans in curia, si semel acceptauerit, non dicitur in curia vacare, si acceptans extra eam sit, etiamsi sit inhabilis, & Selua, quem citat 3. p. q. 72. non dicit id de inhabili.

Tertio videtur falsum quod dixit Zerola † in praxi Episcopali 1. par. verb. supplicatio, quod stante supplicatione signata per Papã de aliquo Beneficio nondum leuatis Bullis potest Ordinarius conferre illud Beneficium supposito, quod alias posset, quod non potest stare ex dictis, etiam si gratia esset nulla, quãto magis existente valida, vt ipse supponit, & dictum est sup. præceden. p. c. 2. n. 13. 147

Et prædicta doctrina videtur intelligenda † quando Papa prouidet, aut prouideri mandat de certo Beneficio vacante, secus in mandato de prouidendo de Beneficio vacaturo, aut incerto; nam tunc per solum mandatum non videtur induci affectio de iure ex te. in cap. dilectus 1. & c. inter cætera de præben. & in capit. 1. & c. si capit. & capit. si soli de concess. præbend. in 6. & Clem. 1. eod. Rota decis. 6. de concess. præbend. in antiquis. & decis. 25 à num. 3. eodem in antiquis. vbi Collector etiam vult quod per solum mãdatum de prouidendo etiam de Beneficio certo vacante, non inducatur affectio de iure, Simoneta q. 60 n. 4. Corras. 4. pa. ca. 5. n. 40 P. Greg. d. c. 24. n. 26. 148

Quamuis de stilo Curiæ aliud esset, † nam Cancellaria tenet, quod per solam manus appositionem Papæ, siue prouideat de vacante, siue de vacaturo, aut mandet prouideri, seu alias disponi etiam de incerto Beneficium sit affectũ, & clausæ sint manus cuiuslibet Collatoris inferioris, vt dicit decis. Rota 10. de preb. in nouis. in additione ad fin. & refert Simoneta d. qu. 60. num. 2. & Collector. d. decision. 6. nu. 6. & d. decis. vigesimaquinta nu. quarto ait audiuisse, quod Cancellaria, vt prædicta iura tollerentur, & vt gratia Papæ possit indubitanter sortiri effectum, per solam manus appositionem eo ipso, quod signat supplicationem, seu prouidet, seu prouideri mandat, vel alias disponit de vacante, vel vacaturo certo, vel incerto, adeo vult Beneficium esse affectum, & ligatas manus inferioris quod semper daret reseruationem cum decreto à die datæ supplicationis signatæ per Papam & quod tunc per illas clausulas reseruationis & decreti negotium esset clarum, verum tamen, cum gratia fit de incerto vacaturo, vt puta, quod duxerit acceptandum dat decretum incertum, & super incerto, quod demum ligat, cum deductum fuerit ad certitudinem per acceptationem iuxta cap. dudum. §. considerantes de præben. in 6. nisi apponeret certum tempus, puta mensem, quia tunc infra tempus, etiam ante acceptationem ligaret manus aliorum, vt mensis appositio aliquid operetur, vt in d. Clem. 1. refert etiam Simoneta d. qu. 60. num. 1. & ita procedet quod ait Gonçal. d. gloss 52. n. 13. 149

Sed limitatur prædicta doctrina sequen. † modis. 150
Primo, vt procedat, quando Papa manum apponit in Beneficio ad effectum prouisionis vacante, secus vbi Papa manum apponit in Beneficio, quod licet vere vacet, non tamen vacat ad effectum prouisionis, vt quia est collatum alicui, qui nondum acceptauit, vel ad illud est † quis præsentatus, &c. Nam si interim conferatur à Papa alij, talis collatio, tanquam

tãquam surreptitia est nulla, maxime stante clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, & si postea ille recuset acceptare Beneficium, vel renuntiet iuri ad rem, aut interim decedat, poterit Ordinarius iterum illud conferre, non obstante dicta collatione Papæ nulla, qui manum apposuit in eo, tanquam libere vacante, & in quo non erat alteri ius quæsitum, ita Lapus, Anchoran. Domin. num. 18. & Francus 14. in capitulo si tibi absenti de præbend. in 6 & Selua d. q. 31. p. 3 num. 1 & post hæc Gonçal. d. glos. 52. à numero 56.

151 Quod procedit etiamsi in gratia, in qua † mandatur alij prouideri de Beneficio, Papa illud reseruasset, vt vacans, licet secus, si reseruatio *Motu proprio* fieret non expresso eo, cui velit conferri secundum eos.

152 Secundo limitatur, † vt non procedat vbi Papa manum apponit ad Beneficium vacaturum tali modo, verbi gratia per priuationem, mandando alicui de illo prouideri in euentum priuationis, nam si tale Beneficium non vacauit per priuationem, vt quia priuandus antea decessit, non est affectum vllo modo, quia dispositio Papæ erat restricta ad Beneficiũ vacaturum per priuationem, & quia appositio manus Papæ erat conditionalis, scilicet in euentum priuationis, & sic non stante conditione non operatur, ita Rota decis. vlt. ne lite pendente in nouis. Æneas 1. quæ. num. 11. & 4. q. 16. effectu n. 2. Simoneta d. q. 60. p. 1. 5. & 6.

153 Conducit decis. Anton. August. 1311. lib. 3. p. diuersorum, quæ habet gratiam conditionalem ante euentum conditionis non afficere Beneficium, vt inter ea ab Ordinario conferri non possit, &c. facit etiam doctrina Probi ad Monach. in rubric. de rerum permut. in 6. in fin.

154 Tertio limitatur, vt non procedat, quando Papa manum apponit super beneficio resignatio non tenet ex aliqua causa, vt quia non fuit verus valor expressus per resignatarium, Beneficium huiusmodi non est taliter affectum Sedi Apostolicæ, quod Ordinarius non possit de illo prouidere per obitum resignantis, nam Papa non censetur manum apposuisse super hoc Beneficio, nisi ad affectum vt resi-
155 gnatio sequatur, & ita † tenuit Rota apud Achillem, de Graffis decis. 119. seu 14. de restitutione spoliatorum, vbi dicitur, quod decretum in resignatione facta, vel manus appositio Papæ in eadem, licet operentur quod nullus inferior possit ex eadem vacatione conferre, tamen non inficit prouisionem per obitum.

156 Et fuit resolutum in vna Triden. † Beneficij decimotertio Iunij 1578. coram Illustrissimo Blanchero, quæ habetur 1. par. diuersorum, decis. 419. quam refert & sequitur Flam. Paris. de resignatione Benefi. libr. 18. quæstion. 2. n. 44. & 45. & post hæc Gonçalez d. glos. 52. n. 49. & seq. vbi citat Lancellotum de atten. 2. p. c. 10. nu. 9.

Et idem fuit tentum in vna Cusentina † Parochi-
157 alis, 12. Aprilis 1594. coram Illustrissimo Pamphilio, in qua fuit dictum, *Affectionem non induci super alia vacatione ex resignatione facta in manibus Papæ, quia, vt fuit dictum in illa Tridem. Papa apponit manum super illa vacat. ex resigna. tantum, vnde si illa non sortitur effect. & sic ius remanet penes resignantem, non adest affectio, &c.* Et conducit decis. Rotæ in causa Vallisoletana Decanatus, de qua infra num. 258. & meminit Gonçalez sup. num. 42.

158 Nec obstat doctrina † Sarnen. in reg. de infirmis, q. trigesimatertia, vbi cum Romano consil. 342. docet, quod si resignans in curia moriatur infra 20. dies, licet prouisio per resignationem non teneat ex illa regul. Beneficium tamen est reseruatum, & affectum Papæ, & sequitur Rebuf. in d. reg. de infirmis verb. ipsumque Beneficium, vers. 1. ex ista, & in praxi super eadem reg. glo. 14. num. 4. Boerius decis. 2. num. 55 ad fin. Flamin. Paris. de resignatione lib. 11. quæstion. 10. à n. 4. Rota in d. decis. Triden. 419. respondet, quod non applicatur † huic casui, in quo resignatio non fuit facta 159
simpliciter, sed in fauorem. Secundo, quod casus Sarnen. est, quando is, qui resignauit, in curia decessit infra 20. dies, hic autem versamur extra hunc casum.

Sed ego vlterius dico etiam in casu Sarnen. † falsum esse, quod tale Beneficium esset reseruatum, & 160
affectum Papæ, nam ex regula de infirmis non dicitur vacare per resignationem, vt dicunt Roma. & Sarnen. sed per obitũ censetur vacare, vt per Rebuf. in praxi super dict. reg. glos. 12. & 14. & consil. 72. & 86.

Et ita contra dict. doctrinam Romani, & Sarnen. recte tenet Rosiniacus de Benef. cap. 28. † Et, vt in- 161
quit Horatius Mandos. ad Roma ibi, littera B. aduertendum est huiusmodi regulam non semper in vnam atque eandem formam emanasse, & quod antiquitus, & tempore Romani non aderant illa verba, quæ nunc in eius fine reperiuntur, videlicet, *ipsumque Beneficium nihilominus per obitũ censeatur vacare.* Alias enim non dubitasset Romanus, vtrum dicantur vacare per resignationem, an per obitum Beneficia per eos resignata, qui infra 20 dies obierunt, illa enim verba clare determinant huiusmodi Beneficia per obitum dici vacare: Nec obstat, quod id de ficta, non de vera † vacatione intelligendum sit, vt inquit, ibi 162
Mandos. vt etiam per Sarnen. in eadem reg. q. 30. qui ait, quod iste modus vacandi inductus per istam regul. cum non sit verus, non comprehenditur sub aliis regulis, & dispositionibus, & concessionibus loquentibus simpliciter de vacatione per mortem, & sic, quod regula de impetrantibus per obitum familiarium Cardinalium non habebit locum in vacatione per obitum isto modo inductã, quam † posteriorem 163
decisionem, quoad regul. de impetrantibus per obitum familiarium Cardinalium, licet non approbet, nec reprobet Nauarrus in cap. accepta. de restitutione spoliato. appel. 8. solutione n. 46 consentit tamen vacationem illam non esse veram, sed fictam. Quia respondetur, † quod illa ficta vacatio tantum operatur, sicut vera, 164
quia tantum operatur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero, Bart. & alij in l. si is qui pro tempore ff. de vsucapio. Rebuffus d. glos. 14. nu. quinto, & vndecimo Mandosius d. reg. de impetrantibus 32. quæst. 6. nu. 2. & Flam. Paris. d. lib. 12. quæst. 9 nu. 8. & in his, quæ sunt iuris, paria sunt aliquid esse, vel haberi pro tali, Putei decis. 297. in fin. li. 3. & Flam. Paris. d. quæstion. nu. 12.

Nec satisfacit responsio Sarnen. d. quæst. 30. quod † 165
id procedit vbi non concurrit veritas, & fictio circa idem; tunc enim fictio veritati cedit, Mandos. d. q. 6. num. 1. & 4. nam in proposito dici non potest concurrere veritatem, & fictionem, sed vnam fictionem, quod Beneficium vacat per obitum, & non per resignationem.

Secundo, principaliter † respondetur, quod ex quo 166
Papa annullat collationem, si infirmus decedat infra viginti dies, & sic non admittat illam resignationem, ius Beneficij dicitur esse penes resignan-

tem per ea, quæ dicit Bisignetus *de c. 1. de renuntiat.* & cum ius sit penes resignantem, vacat per obitum vere, ita *d. decis.* Putei in vna Bononien. regressus de anno 155. in qua fuit resolutum regressui per decessum esse locum in casu dict. regulæ *de infirmis resignantibus*, & refert, & sequitur Flam. Paris. *d. q. 9. n. 7.* 10. 11. & 13.

167 Et quod vacatio per obitum inducta per † dictam regulam *de infirmis resignan.* est vera vacatio, & non ficta, tenet etiam Mandos. *d. quæst. 6. à num. 5.* quia in his, quæ sunt iuris positiui, lex non ficte, sed vere, & mero iure agit, & disponit, & tituli Beneficiorum, illorumque modi vacandi sunt de iure nouo, & positiuo, ergo lex super illis vere, & ficte agit, & operatur, &c.

168 Et contra Sarnen. † supra tenuit etiam Rota in terminis d. regulæ *de impetrantibus per obitum familiarium Cardinalium*, in vna Salamantina S. Thom. coram Capisuco, de anno 1553. quia pacificantur casus fictus, & verus, & quia vere vacat per obitum, quia ius non abdicatur à resignante per istam resignationem, vt per Verallum *decisio. 425. lib. 1. in manuscrip.* & refert, & sequitur Mandosius *dicta quæstione sexta.*

169 Vnde etiam apparet falsum esse † quod ait Sarnen. *d. regul. de infirmis, quæst. 55.* quem sequitur Flam. Paris. sibi non constans *d. quæst. 10. num. 33.* nempe in terminis illius reg. non sufficere impetrare per obitum, sed opus esse exprimere modum vacationis inductę per illam reg. &c.

170 Hæc tamen limitatio † non procedit in Beneficio, quod quis resignat in curia in fauorem, seu conditionaliter, scienter, nulliter, ita quod resignatio non potest sortiri effectum culpa resignantis, nam tunc Beneficium vacat per dictam resignationem in curia, & consequenter manet reseruatum, & affectum Papæ, iuxta dicta infra *vndecima p. capitulo tertio à numero 35.*

171 Ex dictis infertur falsum esse, † quod dicit Guilleln. de Monte ferrato *in commen. ad pragmaticam sanctionem* relatus per Simonetam *quæst. 61.* & per Sarnen. *reg. de triennali, quæstione 31. versic. sic etiam Papa*, & P. Gregor. *cap. 24. n. 15.* quod si Papa pro bono pacis, & concordiæ super Beneficio manum apposuit vni illud relinquendo, vel prouidendo, & alteri super eo pensionem constituendo, si ille decedat, propter huiusmodi appositionem manus Papæ, Beneficium sic pensione grauatum censetur reseruatum, seu affectum, vt de eo solus Papa possit prouidere per *d. c. vt nostrum*, quia propter pensionem duraturam nunquam dicitur plene prouisum de Beneficio, & donec durat pensio, durat & appositio manus Papæ, quod etiam docet Probus ad Monachum, *in dicto c. præsenti, de officio Legati in sexto nu. 41.* Quamuis dicat non esse tenendum in Gallia, propter pragmaticam sanctionem.

172 Sed id est falsum ex dictis, nam tunc Papa non apponit manum, † nisi ad effectum, vt prædicta concordia sequatur, & sortiatur effectum, & alias multorum Beneficia essent affecta, vt dicit Simoneta *sup.* qui, quamuis dicat, quod contra hanc opinionem nihil scriberet, cum inimici Pontificiæ potestatis, & illi, qui curiam impugnant, & reseruationes prohibent, & tollunt, illam veram, & seruandam affirment, tamen satis videtur contra eam inclinare, & de ea dubitat Sarnen. *supra* & P. Gregorius eam referens *vbi supra.* & ita post hæc firmat Gonçalez *d. glos. 52. num. 40. & 41.* dicens firmasse Rotam in Romana Clericatus S. Petri 27 Nouembris 1602. coram D. Pamphilio.

173 Infertur etiam ad illud, de quo vidi dubitari † Romæ in Archidiaconatu de Talauera vacante per obitum D. Gundisalui Marini Pōtij de Leo, quod per Breue de capienda possessione nomine Cameræ, etiamsi possessio sit capta eius nomine, & prouisus decedat antequam illi possessio sit cessa à camera, non manet Beneficium affectum Papæ, nam illa manus Papæ appositio non est, nisi ad effectum, vt sua prouisio debitum consequatur effectum, & non ad effectum iterum prouidendi de illo, facit, quod dicit Gonçal. *sup. n. 39.*

174 Facit quod de datione coadiutoris facta † à Papa dicit Puteus *decis. 226. n. 14. lib. 3* licet dubitanter; scilicet, quod per illam non induceretur talis affectio, vt Ordinarius disponere non possit, quia simile de commenda hic non habet locum, quia in cōmenda benef. vacabat, & Papa per manus appositionem declarabat, quod de eo disponere intēdebat, sed in isto casu, quādo datur coadiutor, Beneficium non vacat, & ideo non videtur per talem appositionem Beneficii afficere, ita vt Ordinarius cessante coadiutoria non posset de Beneficio disponere. &c. Et idem videtur, quando coadiutoria esset surreptitia seu inualida, & sic nō haberet locum futura successio, quæ est accessoria ad coadiutoriam, Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de coadiutoris, vers. coadiutoria habebat*, Puteus *decis. 98. lib. 2* vt supradictum est *4. par. cap. vlt. numero 153.*

175 Infertur etiam contra Rotam † in dict. Barchinonen. Canonicatus, de qua supra *n. 139. ad fi.* per vnionem nullam non induci affectionem Beneficij, cum tunc Papa non apponat manum ad effectum prouidendi, sed ad effectum vniendi, & sic extinguendi, & supprimendi Beneficium, maxime in vnione perpetua,

176 nam in vnione ad † vitam de Beneficio vacante secus videretur dicendum, nempe induci affectionem; cum sit quædam virtualis prouisio, nec per eam extinguatur Beneficium, vt infra *vlt. p. c. 2. à numero trigesimoquarto.* & vide dict. sup. *4. p. c. 4. numero 74.*

177 Quarto limitatur, vt non procedat, quando Papa † prouidet de Beneficio, vti reseruato, quod tamen reseruatum non est, nam tunc prouisio Papæ non tenet, nec Beneficium manet affectum, sed Ordinarius poterit de eo prouidere, decretum enim ex falsa causa interpositum non afficit, Rota *decis. 12. de constit. preban. antiquis.* Probus ad Monach. *in cap. sibi de rescript. in 6. nu. 20.* Horatius Mandos. qui alios refert ad Roma. *loco. statim citando litera F.* ita Roma. *cons. 335.* Gemin. *cons. 136.* qui vult, quod prouisio Papæ sit nulla, si inhæret reseruationi, quæ non est, vel est reuocata, & propterea, quod Ordinarius potest de illo Beneficio prouidere, sequitur Æneas de Falcon. *4. quæst. effectu 16. nu. 2. & effectu 19. ad f.* Gonçal. *d. glos. 25. à n. 45.* qui *nu. 51.* recte ait idem esse, vbi Beneficium impetratur certo modo, ex falsa causa. & *glo. vlt. n. 62.*

178 Et hinc ait Simoneta † *q. 61. n. 3.* videmus, quod si prouisionibus additur clausula, *dummodo collatio, seu eius dispositio ad nos hac vice pertineat*, per quam restringuntur clausulæ generales, quæ apponuntur in gratiis de Beneficiis reseruatis in euentum, quod nō essent reseruata, prout dicit Paninus *in tract. de potestate Capituli sede vacante septimo præludio vltim. columna.*

179 Ait tamen ipse Simoneta † *numero 4.* hæc vera videri

videri attento stylo Curiæ, quo semper prouidetur cum clausula, siue alio quouismodo, de qua per Dd. *in cap. si eccepto de rescript. in 6.* item, quia negari non potest, quin Papa manum apposuerit, & si prouisio non valet, videtur quod affectio sit inducta per ea, quæ supra dicta sunt, & ideo Ordinarium non posse prouidere, nec expectantem illud acceptare.

180 Adhuc tamen videtur tenenda † dicta limitatio, nec obstat prima ratio Simonetæ de clausula *siue alio quouismodo*, nam illa non intrat, nisi vacatio dispensatiue narrata verificetur, saltem de facto, vt dicetur infra *11. p. c. 3. à n. 36.*

181 Secunda vero ratio cessat ex dictis, † nam, & si Papa manum apposuerit, apposuit illam tanquam super reseruato, & sic cessante reseruatione, quæ fuit fundamentum appositionis manus Papæ, illa nihil operatur.

182 Circa illud autem, quod ait Simoneta cum Panino de clausula, dummodo collatio, seu dispositio ad nos hac vice pertineat, aduerte Hieron. Paulum *in practica cancellaria in §. notabilia super vacantibus reseruatis*, dicere illam non poni ratione reseruationis expressæ in literis, quia, ex quo reseruatio probatur, certum est, quod illius Beneficij dispositio, ad Papam pertinet, sed poni ratione clausulæ generalis, *siue præmisso siue alio quouis modo, &c.* Vnde quando non poneretur alius modus vacationis, quam expressus in reseruatione, tunc omittitur clausula *siue præmisso* & illa omissa non ponitur clausula, *dummodo eius dispositio.*

183 Hæc Hier. Paulus ibi, † quem secuta est Rota in vna Aretina commendæ 7. Nouemb. 1586 coram D. Seraphino, in qua fuit resolutum. *Reseruationem satis verificari ratione familiaritatis, de qua constabat per attestationem computatoris palatii, & semper curiæ facere fidem, propter facilitatem habendi veritatem per inspectionem librorum, ex quibus extrahitur; nec constare, quod per expeditionem eius literis fuerit addita clausula, dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat, quia hæc clausula non ponitur ratione reseruationis expressæ in literis, sed ratione clausulæ generalis,* siue præmisso, siue alio quouis modo, *prout tradit practica cancellaria* in notabil. super vacan. reseruatis, &c.

184 Rursus aduerte, † quod non obstante dict. clausula, *dummodo collatio, seu dispositio, ad nos hac vice pertineat*, recte intrat dict. clausula generalis, *siue alio quouis modo*, quando vacatio dispositiue narrata verificatur de facto tantum, etiam si ex illo modo contento sub clausula generali Beneficium non esset reseruatum, & cum Papa concurrat cum omnibus Ordinariis, satis dicitur, ad eum pertinere, vt fuit resolutum in vna Cordub. Beneficii 23. Aprilis 1559. coram D. Quiroga, de qua infra *11. part. capit. 1. numero 60.*

185 Et illa clausula, *dummodo † collatio, seu dispositio ad nos hac vice pertineat*, seruatur, quando Beneficium esset iuris patronatus laicorum, cui non vult Papa in dubio derogare, & quando Beneficium spectaret ad collationem alicuius ex indulto, & priuilegio Apostolico cum decreto irritante dicente, etiam per nos, iuxta supradicta *à n. 19.*

186 Quinto limitatur per aliquos, † nisi nullitas prouisionis, seu inualiditas illa appositionis manus Papalis ex defectu potestatis eiusdem insurgeret, vt ex Consilio Basilien. quo reseruationes abolentur, ex quo pragmatica Sanctio Gallicana sumpta est, *ad cap. ne capiente de consti. Preben. in 6.* ita Roma *d. consil. 355. n. 12. & 13.* Ripa *in c. cum M. Ferrarien. de constitu. num. 197.* Probus ad Monach. *in c. 2 de Preben. in 6. n. 59. & in cap. præsenti de offic. Legat. num. 41.* Aufret. ad capellam Tolosanam *decis. 457 sub nu. 6* Corral. *dict. c. secunda par. num. 1*, & videtur sequi Sarnen. *de triennali quæst. 30. nu. 2. vers. & ista conclusio procedit*, & Horatius Mandos. ad Roma *sub litera G.* qui refert Ripam *supra*, & Staphileum *septima forma mandati de prouidendo numer. 4.* qui tamen solum loquitur de reseruatione, seu appositione manus executoris super certo Beneficio nondum vacante nulliter facta ex defectu potestatis, vt *in dicto capitulo ne capiendo.*

187 Sed, cum defectus iste † potestatis non possit in Papa contingere iuxta supradicta *in princ. huius cap.* hæc limitatio non est tenenda, vt inquit Simoneta *d. q. 58. n. 12.* quamuis ipse Romanus illam audeat ponere eo, quod Patres Concilij Basilien. contra Papā pro viribus nitatis fuerat, quem, vti Galli, sequutur Probus Aufrer. & Corral.

188 Nec obstat d. Concilium † Basilien quo reseruationes abolentur, & dict. pragmatica sanctio sumpta est, nam, licet d. Concilium fuit à principio canonice congregatum, tamen post dissolutionem, seu translationem eius factam per Eugenium IV. postquam contenta in dict. pragmatica facta sunt, factum est conciliabulum & conuenticulum satanæ, & Concilium amplius appellari non debuit, &c. Vt in Bulla Leonis X. super abrogatione pragmaticæ sanctionis in Concilio Lateran. nouissimo *sess. 1.* quæ habetur etiam in Bullario inter constitutiones Leonis X. 16. *in ordine*, & in Bulla retractationum Pij II. quæ est in Bullario *11 ordine* suarum constitutionum D. Anton. *in sum. 2 par. tit. 3 cap. 11 §. 10 & 3. par. titul. 23. cap. 1. in princ. & cap. 2. §. 5.* Turrecremata *de Ecclesia lib. 2. cap. 100. & lib. 3. c. 58.* Cano. *de locis lib. 5. cap. fin. ad nonum*, Cardin. Bellarm. *2. tom. 1 controuersia li. 2. c. 19. ad fi. & lib. 3. cap. 16.* Hoieda *de incompatib. Benef. c. vigesimotertio, num. 85 & cap. vigesimoquarto, nu. 27.*

189 Et Thom. Campegius *in tract. † de reseruat. num. 6.* reprehendit Patres dicti Concilij Basilien. quia ausi fuerunt abolere, quantum in se fuit, reseruationes, quascumque, siue generales, siue speciales, præter clausas in corpore iuris, volueruntque, inquit, ipsi inferiores authoritatem superioris sui certis finibus coercere.

§. 3.

De reseruationibus regularum Cancellariæ.

SVMMARIA.

Per regulas Cancellariæ, quas S. Pontifex facere solent suo tempore duraturas, plures reseruationes inducuntur, numer. 190. de quibus hic agendum est, num. 191.

In regula 1. hic posita continentur reseruationes extrauagantis, ad regimen, quæ videnda est n. 192. de quibus reseruationibus, & huius regulæ interpretatione quidendum sunt, n. 193.

Circa reseruationem Beneficiorum vacantium per assecutionem aliorum authoritate Apostolica, & Beneficiorum promotorum ad Episcopatus, & quæ per constitutionem execrabilis vacat remissum,

numero centesimo nonagesimoquarto.

Per extrauagantem, ad regimen, solum reseruantur Beneficia vacantia per obitum officialium, per hanc vero reg. absolute reseruantur eorum Beneficia, & sic quomodocunque vacent, & c. numero 194. & sic cessat iam quod tradit Fassoli dubio 53. ex Egidio, & cat. numero 196.

Non sufficit ad effectum huius reseruationis ius ad rem, sed in re, n. 197.

Sufficit ius in re, etiamsi alter de facto possideat, sufficit etiam obtinere de facto, dummodo ius non esset penes alium, n. 198. quod est notan. ad reseruationem aliarum regularum, n. 199.

Illa verba, declarans nihilominus, &c. Et illa, & ea etiam Beneficia, addita sunt a tempore Sixti V. num. 200.

Dicta verba, declarans nihilominus, &c. sunt posita ad tollendum dubium, de quo in vna Hispalen. Beneficij, an scriptores Apostolici, qui ratione officij sunt Prothonotarij, dimisso officio desinerent esse tales, & sic Beneficia postea acquisita non essent reseruata? in quo fuit tunc resolutum desinere esse Prothonotarios, & cat. n. 201.

Ante quam dicta additio facta esset, Rota in vna Palentina decessit a dicta decisione, vt in decisione hic posita, num. 204.

Respondetur ad rationem aliquorum quod priuilegium, quod scriptores Apostolici remaneant Prothonotarij etiam dimisso officio, non sit in vsu, & sic per non vsum amissum, quod praesumitur vsus priuilegij, &c. a num. 205.

Quando d. priuilegium non fuisset in vsu, per hanc regulam roboratur & restituitur, maxime quo ad effectum reseruationis, n. 208.

Reseruatio de Beneficiis, de quibus Ordinarij contra Concil. Triden. decreta disponūt, in quibus exemplificatur, n. 209.

Ista reseruatio non videtur habere locum in Beneficiis, de quibus patroni disponunt contra Concilij decreta, etiam secuta institutione per Ordinarium, numero 210.

Intelligitur quando Ordinarius sciens, aut scire debens disposuerit de Beneficiis cōtra decreta Concilij, secus, si per iustum errorem, seu ignorantiam facti, probabilem, num. 211.

190 Tertio notandum est † per regulas Cancellariæ, quas summi Pontifices in crastinum assumptionis suæ facere solent, quas ex tunc suo tempore duraturas obseruari volunt, vt in illarum proœmio, & explicat ibi glossator plures reseruationes induci, vt in primis regulis: & cum sæpe occurrant
191 † in praxi non abs re erit hic ponere istas regulas reseruatorias, vt habentur in regulis S. D. N. Pauli V. & circa eas aliqua adnotare, præcipue circa regulam *de mensibus*, & alternatiua, quæ in praxi frequentior est, & non est per aliquem hactenus declarata.

Reseruationes generales, & speciales.

IN primis fecit easdem reseruationes, *quæ in constitutione Fel. rec. Benedicti Papæ XII. quæ incipit,* ad regimen, *continentur, & illas innouauit, ac locum habere voluerit, etiamsi officiales in eadem constitutione expressi, Apostolicæ sedis officiales ante obitum eorum esse desierint, qui ad Beneficia, quæ tempore, quo officiales erant, obtinebant, declarans nihilominus Beneficia, quæ d. sedis officiales, qui ratione officiorum fuerunt huiusmodi eiusdem sedis notarij erant, etiam dimissis ipsis officiis, quandoque assecuti fuerunt, sub huiusmodi reseruationibus comprehendi, ac reseruauit Beneficia, quæ per constitutionem Ioan. XXII. quæ incipit,* execrabilis, *vacant, vel vacare contigerit, & ea etiam Beneficia omnia, de quibus Ordinarij, & alij Collatores contra Concilij Tridentini decreta disposuerunt, & disponent in futurum.*

Cum in hac regula † innouentur reseruationes *extrauag. ad regimen, de Præben.* inter communes, quæ vt supra dictum est *n.* 57 *&* 89 erant temporales pro tempore Benedicti, vt ibi patet *ad fi.* glossator hic *reg.* 1. *&* 62 illa videnda erit. 192

De quib. reseruationibus, † & huius regulæ interpretatione vltra d. glossatorem Soto, Hispanum, & Rebuffum hic bene agit Mandos. qui hanc regulam explicat per 16. quæstiones: videndus est etiam Simoneta *d. tract. de reseruatio. quæst. 37. 38. & trigesimaoctaua.* vbi de reseruatione Beneficiorum Capellanorum Papæ, ac officialium Romanæ curiæ, & Paulus Granutius *in d. tract. Simonetæ quæstione* 100. vbi de reseruatione Beneficiorum Protonotariorum. 193

Et circa reseruationem † Beneficiorum vacantium per assecutionem aliorum authoritate Apostolica, de qua *in d. extra. n. g. ad regimen.* vide dicta infra 11. *par. c. 9. à numero* 51. & circa reseruationem Beneficiorum, quæ promoti ad Episcopatus obtinent, de quam *eadem extrauag.* videnda sunt dicta *d. u. par. c. 6 à num.* 30. & circa reseruationem Beneficiorum, quæ per constitutionem execrabilis vacant, vel vacare contigerit, videnda sunt dicta *d. capit. qui ... à num.* 45. 194

Et circa illa verba, *ac locum habere voluit, etiam † si officiales in eadem constitutione expressi, &c.* notandum est, quod per d. extrauagantem, *ad regimen*, solum reseruantur Beneficia vacantia per obitum officialium, per hanc vero regulam absolute reseruantur eorum Beneficia, vt patet ex illis verbis, *& sic quomodocunque vacent erunt reseruata*, ad Bellentinis *de charitatiuo subsidio q.* 115. 195

Et ex illis verbis cessat iam † quod tradit Fassoli *dubio* 53. ex Ægidio in terminis reseruationis Clementis V. quæ reseruabat Beneficia Capellanorum cedentium, vel decedentium, quod horum Beneficia, qui tempore reseruationis erant Capellani, non censebantur reseruata, si tempore obitus, & vacationis Capellani esse desierant, quod dictum, licet non procedat stante reseruatione simpliciter reseruante Beneficia officialium, vt hic, tamen in illo casu recte procedebat, vt inquit Simoneta quæstione 37. num. 6. 196

Secundo ex illo verbo, *obtinebant*, notandum est non sufficere † ad effectum huius reseruationis ius ad rem, vt *in regula* 3. *&* 4. sed in re. Milis *in repet. verb. obtinere*, Æneas de Falcon. 4. *quæst. effectu* 45. & facit *decis.* 427. *num.* 2. *&* 3 *par.* 1. *diuersorum*, & quod tradit Mandos. *reg.* 5. *q.* 5. 197

Et sufficit ius in re, † etiam si alter de facto possideat, Æneas ibi, sufficit etiam obtinere de facto stando in possessione, dummodo ius non esset penes alium. Rota *decis.* 8. *de electione alias* 274. *in antiquis, n.* 12. *de Præben. in antiquior.* Bellent. *quæstione* 112. Simoneta *quæst.* 50. 51. *n.* 51. Cassad. *decis.* 2. *de constitution. nu.* 2. Rota *decis.* 102 *lib.* 1. *par.* 3. *diuersorum*, quæ 198

etiam est 53. *lib.* 2. de qua infra, *nu.* 658. & Mandos. *reg.* 3. *quæstio* 15. qui idem in effectu ait *reg.* 6. *q.* 5. iuxta dicta infra 1. *par cap.* 3. *num.* 53. & post hæc Gonzalez plura adducens *glos.* 15 §. 1.

199 Quod est notandum † ad reseruationem Beneficiorum collectorum, seu sub collectorum, & familiarium, de qua *in reg.* 3. *&* 4. & habet etiam locum in reseruatione mensium, vt *in d. decis.* 102 & late Gonzalez *d.* §. 1. & vide quæ circa istud verbum dicemus infra, *n.* 352.

200 Tertio notandum est † illa verba, *declarans nihilominus*, vsque ad illa, *sub huiusmodi reseruationibus comprehendi*, & illa verba. *Et ea etiam Beneficia omnia de quibus Ordinarij, &c.* Addita esse à tempore Sixti V. & ideo in regula, quam Mandosius interpretatur, & alij glossatores ante eum non inueniuntur, dicta-
201 que verba, *declarans nihilominus*, &c. † Sunt posita ad tollendam dubium, de quo fuit actum in Rota in vna Hispalen. Beneficij 14. Ianuarij 1572. coram Illustrissimo Card. Lancelloto, & habetur *prima par. diuersorum decis.* 70. an scriptores Apostolici, qui ratione talis officij sunt Prothonotarij, dimisso officio scriptoriæ desinerent esse tales Prothonotarij, & sic Beneficia per eos acquisita post dimissum officium scriptoriæ non essent reseruata ex *d. extra-*
202 *uag. ad regimen, & hac regula prima.* † In quo tunc fuit resolutum desinere esse Prothonotarios, & sic talia Beneficia non esse reseruata, cum qua decisione tenet Anas. Germonius *de indultis Cardinalium §. etiam ex eo numero quinquagesimoquarto.* vbi hunc art. late tractat; qui tamen num. 89. ait hodie quæstionem istam videri superfluam ex eo, quod *in regu-*
203 *la* 18. Sixti V. sunt reseruata † Beneficia omnium officialium, etiam si officium deposuerunt, &c. voluit citare regulam 1. Sixti V. in qua d. verba addita sunt, vt dixi.

204 Et antequam d. † additio facta esset, Rota in vna Palentina Scholastriæ Canonicatus, & Præbendæ de Valladolid 9. & 14. Aprilis, 1584. coram D. Robustorio recessit à dicta decisione, vt videre est in decisione sequenti. *Cum Ambrosius de Miranda fuisset alias scriptor Apostolicus, & dum haberet huiusmodi scriptoriam, obtinuisset Scholastriam, ac Canonicatum, & Præbendam collegiatæ Ecclesiæ oppidi de Valladolid Palentin. diœcesis, ac postmodum dictas Scholastriam, & Canonicatum, & Præbendam resignasset, seu cessisset reseruato sibi regressu, accessu, & ingressu, & deinde durante huiusmodi regressu de mense Martij 1550. dimisisset scriptoriam, eaque dimissa factus fuisset locus prædicto regressui, idem Ambrosius illius vigore assecutus fuisset dictas Scholastriam, & Canonicatum, quos possedit vsque ad eius obitum, qui fuit de mense Octob. Millesimo, quingentesimo octuagesimosecundo, denique per obitum, D. Ambrosij D. Ludouicus Pimentel obtinuit sibi prouideri de Scholastria, & Canonicatu, & Præbenda prædictis, & etiam obtinuit Breue de capienda possessione nomine cameræ, in quo sunt hæc verba, videlicet. Conferimus d. filio Ludouico Pimentel clerico Oxonien. diœcesis Scholastriam, ac Canonicatum, & Præbendam Ecclesiæ B. Mariæ oppidi Vallisoleti Palentin. diœcesis, per obitum quondam Ambrosij de Miranda notarij nostri olim litterarum Apostolicarum scriptoris extra Romanam curiam de mense Octob. proxime præteriti defuncti vacantes, & antea dispositioni Apostolicæ reseruatas: quæ circa vobis, & cuilibet vestrum per præsentes committimus, & mandamus, vt vos, vel vestrum de dicta vacatione, & quod ipse Ambrosius olim litterarum Apostolicarum scriptor fuerit, & quod tempore obitus sui Scholastriam, & Canonicatum, & Præbendā prædictas possidebat, comperaīt, & cat. Verum quia ex serie prædicta apparet, quod antea quam fieret locus regressui, ipse iam dimiserat officium scriptoris, contigit dubitari, an dicta Beneficia sint reseruata, & an constet de Prothonotariatu, qui comprehendatur sub extrauag. ad regimen de Præben. & quia nunc præsentis mensis Aprilis, & die 13 eiusdem de mandato Sanctissimi proposui in relationibus Dominorum difficultatem prædictam, vt in posterum hæc decisio exemplum cæteris esse possit, Domini visa Bulla Leonis X. plumbata priuilegiorum scriptorum Apostolicorum, quam Illustrissimus, & Reuerendissimus D. meus Cardinalis S. Stephani prodatarius mihi consignauit, & ego illam omnibus Dominis meis in Rota exhibui, ipsique illam viderunt, ac plane examinarunt, & re mature discussa, resoluerunt, quod cum Dnus Ambrosius de Miranda semel fuerit scriptor Apostolicus, & in eadem concessione scriptoriæ creatus Prothonotarius Apostolicus, licet postea de anno 1550. idem Ambrosius dimiserit scriptoriam, non propterea desijt deinceps esse Prothonotarius, quia Leo X. in d. Bulla, quam nos omnes vidimus, creat scriptores, qui clerici fuerint, Prothonotarios Apostolicos, ita quod etiam postquam scriptores esse desierint, adhuc sint deinceps Prothonotarij, & pro talibus in omnibus, & ad omnes effectus haberi vult, & mandat, vt ex verbis dictæ Bullæ clare apparet: & cum verba Bullæ sint clara, & aperta, est casus legis expressus in ea. Comprobāt hoc idē Domini ex Bulla Pauli III. in fauorem dictorum scriptorum, in qua narratur concessio Leonis X. de huiusmodi dignitate Prothonotariatus in fauorem dictorū scriptorum. Idem etiam confirmabant ex eo, quod ipse, ac plures vidimus, quod cæteri officiales Papæ, qui creātur Prothonotarij, omnes habent in suis priuilegiis eandem clausulam, vt etiam postquam tales esse desierint, nihilominus nō desinant deinceps esse Prothonotarij ad omnes effectus; vnde, cum nō desierit Ambrosius esse Prothonotarius, res est clara, quod prædicta Beneficia sint reseruata, cū Extrauagans, ad regimen, quæ reseruat Beneficia Prothonotariorum, habeat locum, non solum in Prothonotariis participantibus, sed etiam in omnibus Prothonotariis creatis à Papa, vel Legato, qui non sunt de numero, nec participantes, vt pluries resoluimus in Rota nostris temporibus, & sunt plures decisiones Putei, Peregrini, & aliorum plurium auditorum antiquorum: nec hoc habet difficultatem aliquam. Non obstat, quod ex aduerso dicebatur de decisione facta in causa Hispalen. Beneficij de Villamartin coram Illustrissimo D. Cardinal. Lancelloto, quod scriptores Apostolici, postquam desierunt esse scriptores, non sunt amplius Prothonotarij, & Beneficia post dictam dimissionem acquisita non reseruata, cum cesset Prothonotariatus, quoniam dicta decisio fuit facta de iure communi, ex quo tunc Rota nullam habuit notitiam de d. Bulla Leonis X. priuilegiorum dictorum scriptorum, & pars asserebat, quod, cum non probaretur scriptores Apostolicos habere in priuilegiis suis hanc clausulam, quam habent alij officiales, dicebat esse in hoc inspiciendam dispositionem iuris communis, quæ inspecto, si occasione officij creatur aliquis Prothonotarius Apostolicus, cessante illo officio, vt causa successiua, & non momentanea, debet cessare Dignitas Prothonotariatus, & ita Domini tunc resoluerunt habentes solum considerationem ad dispositionem iuris communis, cum huiusmodi Bulla priuilegiorum nondum tunc fuisset reperta, sed cum hodie Illustrissimus D. Cardinalis S. Stephani illam repererit, & exhibuerit, & sit clara illius dispositio, prædicta decisio non facit ad propositum, cum ista decisio sit fundata in eo, quod Papa in priuilegio expresse*

valuit, quod licet desierint esse scriptores, non desierunt esse Prothonotarij. Et ita, vt supra, resolutum fuit coram me Christophoro R. bustero de Lamat. Rotæ auditore.

205 Nec obstat dicere, † vt aliqui prætendunt, quod dictum priuilegium, quod scriptores Apostolici remaneant Prothonotarij dimisso officio, quod competeret eis etiam si illud ignorarent, ad decisionem Putei 19. lib. 2. & Horatium Mandos. *de priuilegiis ad instar gloss. 7. num.* 50. & Rotam *decis. 14. par. 2. diuer. n. 2* non sit in vsu, & sic per nō vsum sit amissum ad *l. 1. ff. de nundin.* vbi D. & *in l. falso. C. de diuers. rescrip. & in cap. cum accessissent*, maxime Felin. & Decius *de constitutionibus, & in ca. si de terra, & cap. accedentib. de constitutionibus, & in l. 2. C. de his, qui sponte munera publica subeunt. lib.* 10. Ias. & Carolus Tapia *in l. 1. ff. de constitutionibus Principum*, Balb. *de præscript. 4. p.* 5. *qu.* 4. Horat. Mandos. *d. tract. glos.* 15. *l. 41. tit.* 18. *pag.* 3. vbi Greg. Lopez, & *l. 3. tit. 7. p. 5.* & Ioan. Garcia
206 *de nobilitate* † *gloss. 6 numer. trigesimooctauo, versiculo quinto præmitto*; nam præsumitur vsus priuilegij in fauorem priuilegiati, Crescen. *decis. 4. de priuil.* alias 79. & Rota *decis. 67. par. 2. diuersorum*, Gregor. *d. l. 4. gloss. 1. ad fin.* & Ioan. Garcia *supra*, quicquid velit Horatius Mandos. *d. gloss. decimaquinta, à num.* 55. &
207 habeo notitiam, † quod D. Petrus Ordonnez, de Anaya Canonicus Abulen. qui fuerat scriptor Apostolicus dimisso officio, vti Prothonotarius faciebat Notarios.

208 Præterea quando d. † priuilegium non fuisset in vsu, per hanc regulam renouatur, & restituitur maxime quo ad effectum reseruationis, ex quo in ea vult, & declarat Papa Beneficia, quæ sedis Apostolicæ officiales, qui ratione officiorum suorum huiusmodi eiusdem sedis Notarii erant etiam dimissis ipsis officiis, & quandocunque assecuti fuerint, sub huiusmodi reseruationibus comprehendi quasi remaneant tales Notarij post dimissa officia. Et de officialibus, qui ratione officiorum suorum sunt sedis Apostolicæ Notarij, seu Prothonotarij, etiam dimissis officiis, vide constitutionem Leonis X. 14. 27. & 36. & Pauli III. 23. & Sixti V. 35.

209 Circa reseruationem † autem illam de Beneficiis de quibus Ordinarij contra Concilij Trident. decreta disposuerunt, & disponent in futurum, dico illam posse exemplificari in Beneficiis collatis non habentibus ætatem à S. Concilio requisitam, vt in specie *cap. 6. sess. 23. & cap. 4. sess. 22. & cap. 8. & 12. sess. 14. de reform.* aut non habentibus habilitates & qualitates requisitas, *vt in cap. 10. sess. 14. & d. cap. 4. sess. 22. & cap. 18. vers. de cætero sess. 23. & d. cap. 8. & 12. sess. 24. & cap. 5. sess. 25. de reformation.* aut non seruata forma à Concilio præscripta, vt *in cap. decimooctauo sess. septima, & cap. 18. sess. 24. de reformatione*: aut contra dispositionem *cap. 15. session. 25. de reformatione, &c.*

210 Et cum loquatur ista regula † de Beneficiis, de quibus Ordinarij disposuerint, non videtur habere locum in Beneficiis, de quib. patroni disposuerint contra Concilij Triden. decreta, etiam secuta institutione per Ordinarium, est enim inducta in odium Ordinariorum disponentium de Beneficiis contra decreta Concilij.

211 Et intelligitur quando † Ordinarius sciens, aut scire debens disponeret de Beneficiis contra decreta Concilij, secus si per iustum errorem facti, seu ignorantiam facti probabilem, vt quia facta debita diligentia existimauit prouisum habere ætatem aut alias qualitates à Concilio requisitas, &c. Nam ista reseruatio, vt diximus, facta est in odium Ordinariorum disponentium de Beneficiis contra decreta Concilij, quod odium cessat tunc, cum cesset culpa ad *c. 2. de constit.*

§. 4. De Regula 2.

Reseruatio cathedralium Ecclesiarum & monasteriorum, ac de tempore vacationum Episcopatuum vacaturorum beneficiorum.

SVMMARIA.

Regulæ secundæ hic positæ primam partem qui explicent, n. 212.

Ad quos olim prouisio Episcopatuum spectaret remissiue, num. 213.

De iure patronatus Regum Hispaniæ, & Regum Franciæ remissiue, n. 214. & 215.

Varietas, quæ videtur fuisse circa hoc, & prouisionem Episcopatuum Hispaniæ, n. 216.

Iuris præsentandi, & patronatus Regum Hispaniæ ad Episcopatus præcipuū fundamentum est priuilegium Apostolicum, quod habent Reges Hispaniæ, num. 217. & seq.

Iure patronatus Regio non censetur derogari per hanc reseruationem, etiam si ex priuilegio, vel consuetudine competat, quamuis præsentatio sit facienda Papæ, &c. n. 219. & seq.

Secunda pars huius regulæ de reseruatione Beneficiorū vacantium de tempore vacationum Episcopatuum est nouiter addita. Et primus, qui fecit hanc reseruationem fuit Pius V. n. 221. & seq.

Circa istam reseruationem Pij V. fuit dubitatum, an comprehenderet Beneficia spectantia ad collationem Episcopi, & Capituli simul, & non comprehendere rectè respondit Hier. Gabr. contra Mexiam, numer. 223.

Dicta reseruatio Pij V. erat personalis, & sic expirauit cum ipso, n. 227. quamuis non esset personalis, non expirasset, ex quo non erat regula primæ editionis, num. 225. vbi ponitur resol. Rotæ.

Gregor. XIII. non fecit talem reseruationem, eam tamen fecit Sixtus V. & successores, vt hic, numer. 228.

Ex illis verbis, non tamen ad collationem cum alio, *&c. sublatum est dubium illud motum circa reseruationem Pij V. voluit enim Papa illis, ad quod alias collatio pertinebat deficiente Episcopo, præiudicare, numer. 229.*

Si ad Episcopum solum spectaret electio, nominatio, seu præsentatio personæ, quamuis collatio, seu institutio ad alium pertineat, seu sit communis, intraret hæc reseruatio, n. 230.

Sicut è conuerso quando præsentatio, vel electio ad aliū pertinet, quamuis collatio, seu institutio ad Episcopum spectet, non intraret reseruatio, numer. 231. & sequenti, vbi ponitur resolutio Rotæ, quæ tamen intrat in Beneficiis spectantibus ad collationem Episcopi, cum supplicatione, consilio, aut consensu alterius, numer. 233.

An vbi simultanea est diuisa per turnos, hæc reseruatio locum habeat? nume. 234. cum seq. resoluitur non habere locum non solum quando Beneficium vacat in turno c. sed etiam in turno Episcopi.

Concordia, & turnorum diuisio non intelligitur mortuo, seu deficiente Episcopo, quamuis secus esset Episcopo suspenso, seu excommunicato, numero 237. & sequenti.

In concordia proprietas remanet indiuisa, & accrescit Capitulo vacante sede, & solum fuit diuisum exercitium conferendi, numero 239. diuiditur tamen ius conferendi quo ad actum collationis, ita quod quilibet confert iure proprio in suo turno, & ita concordantur resolutiones Rotæ, quæ videntur contrariæ, num. 241. & seq.

Prouisiones factæ per Capitulum sede vacante non consumunt, nec alterant turnum, neutrique computantur, nec Capitulo, nec Episcopo, &c. numero 243.

Hæc reseruatio non procedit vbi collatio Beneficiorū spectans alias ad Episcopum, sede vacante ad aliquē spectat, nu. 244.

Beneficia vacantia post renuntiationem Episcopatus à Papa admissam, vel post translationem ad alium Episcopatum, etiam antequam Episcopus habeat notitiam, sunt reseruata, quamuis possit Episcopatum administrare, &c. n. 245. quod tamen non videtur habere locum in Beneficiis simultaneè diuisis per turnos vacantibus in turno Episcopi durante administratione, n. 246.

Cessat iam dubium, quod fuit in Rota agitatum in vna Seguntina circa prouisionem factam à D. Io. Manuele de quibusdam Beneficiis post factam ab eo renuntiationem Episcopatus, & à Papa admissam, sub prætextu ignorantiæ, & resolutum est non valere, præcipuè, quia non potuit prætendere ignorantiam, vt in decisione posita, à n. 247.

Non videtur verum quod in illa decisione dicitur, quod eo ipso, quod Episcopatus sunt reseruati, omnia etiam Beneficia vacantia ad collationem Episcopatuum pertinentia sunt reseruata, numero 250.

Respondetur ad quasdam decisiones Rotæ, quæ loquūtur in intruso in Dignitate reseruata, qui propter decretum reseruationis nulliter confert, n. 251.

Hanc regulam non habere locum in Cardinalibus tenuit Rota in vna Toletana, vt in decisione posita, n. 252 de qua valde dubitat author ex regul. 67. Cancellariæ, & quia hæc regula non fundatur in ratione expeditionis literarum, neque fructuum debitorum cameræ, à num. 253.

Hæc regula non habet locum in Dignitatibus non reseruatis, & sic Beneficia ad prouisionem earum pertinentia post illarum vacationem vacantia non reseruata, &c. nu. 255. vbi etiam de verbis vltimis regulæ remissiue.

Item reseruauit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, primatiales, Archiepiscopales, Episcopales, nec non omnia Monasteria virorum valorem annuū ducentorum florenorum auri communi extimatione excedentia, & voluit, quod excessus huiusmodi in litteris exprimatur. Ac etiam reseruauit Dignitates, & Beneficia omnia ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcunque aliam dispositionem Patriarcharum, primatum, Archiepiscoporum & Episcoporum, nec non Abbatum, & aliorum quorumcunque collatorum, & collatricium secularium, & regularium quomodolibet, non tamen ad collationem cum alio vel aliis aut ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia, quæ post illorum obitum aut Ecclesiarum seu Monasteriorum, vel aliarum Dignitatum suarum dimissionem, seu amissionem vel priuationem, vsque ad promotionem successorum ad easdem Ecclesias, aut Monasteria, vel Dignitates Apostolica authoritate faciendam & adeptam ab eisdem successoribus pacificam illarum possessionem quomodocunque vacant, & vacabunt in futurum.

212 Huius regulæ primam par. † quæ agit de reseruatione Ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum commentantur glossator Hispanus Soto, & Rebuff. & Mandos. ponens 5. quæst. & de ea agit Simoneta quæst. 39.

213 Et ad quos olim prouisio † Episcopatuum spectaret vide gloss. *in c. quamquam de elect. in 6. verb. deuoluetur*, Abb. *in capit. cum Ecclesia Vulterana, num. 8. de elect.* Seluam *de Benef. 3. par. q. 22. 5. casu*, Corra *4. par. c. 5. n. 1.* Greg. Lopez *in l. 17. tit. 5. p. 1.* Bursatum *consil. 126. ex numero 8. lib.* 2. Quintanaduennas *Ecclesiastic. lib. 1. capit. 5. numero* 4. & dicetur infra *capit. 4. à num. 6.*

214 Et de iure patronatus Regum † Hispaniæ vide *ca. cum longe 63. dist. & l. 18. tit. 5. par. 1.* & ibi Greg. Lopez & Humadam ad eum, & *l. 3. tit. 3. & l. 2. tit. 6. lib. 1.* ordinam. vbi Dida. Perez. & *l. 1. titul. 6. lib. 1. recopilationis*, vbi Azeuedo, vide etiam glossatorem *Reg. Cancell.* 40. Palacios Rubios *in rep. c. per vestras de donat. inter virum. in introductione à num.* 14. & in libello *de Beneficiis in curia vacantibus ex §. 8* Couarr. *in regula possessor. 2. par. §. 10. num. 5. & 6.* Spino *de testamen. gl. 4. num.* 15. Quintanad. *supra*, Bobadillam *in sua Politica lib. 2. c. 18. nu.* 215. & relatos per Cenedo *collect. 51. ad decretum n. 3.* & Ioan. Gutierrez *pract. lib. 3. quæst. 13. nu.* 72. & Quebedum de patronalibus Regiæ coronæ.

215 Et de iure patronatus † Regum Franciæ vide Carolum de Grassal. *lib. 1 regalium Franciæ iure tertio*, Ioan. Ferrar. *iure nono*, Guillel. Benedic. *in rep. c. Raynutius de testamen. verb. & vxorem nomine Adelasiam, decisi. 2. ex num.* 78. [216] † & vt apparet ex diuersis circa hoc, & prouisionem Episcopatuum Hispaniæ, videtur fuisse varietas, nam tempore Gothorum electio Episcoporum fiebat ab ipsis Regibus, vt *in d. c. cum longe*, quod est Concilij Toletani 12. *cap. 6.* & tradit Doctor Villalpando *commentar.* in Concilia Toletana *cap. 39.* postea vero nuntiata prius Regi morte Episcopi, & ab eo petita licentia eligendi successorem, electio fiebat à Capitulis, & electus præsentabatur Regi, &c. vt *in d. l. prima, & in dict. legibus ordinamenti*, iam vero præsentatio fit à Rege, vt *in dict. l. recopilationis*, & notat Greg. Lopez *dict. l. 18.* & Bobadilla *supra numer.* 213. cuius iuris præsentandi, † & [217] patronatus præcipuum fundamentum est priuilegium Apostolicum, quod habent Reges Hispaniæ, vt *in dict. l. recopilationis*, & vidisse testatur Greg. *supra*, & dicitur in Bullis Episcopatuum, & pensionum super eis, & P. Mariana in historia Hispana † *lib. 24.* [218] *cap. 16. ad fin.* ait, quod, cum fuisset hoc controuersia, Sixtus IV. concessit perpetuo Regibus Castellæ, quod in Episcopatibus eligerentur per eos nominati, & petiti, de quo etiam *lib. vigesimoquinto & cap. quinto* ait, quod Papa Adrianus VI. concessit Carolo Imperatori Regi nostro, & eius successoribus ius præsentandi Episcopos Hispaniæ, qui antea prouidebantur ad supplicationem Regum, de quo etiam meminit conciuis noster Gil. Gonçalez in sua historia de Salamanca *libro tertio capitulo decimooctauo.*

219 Cui iuri patronatus † Regio non censetur derogari per hanc reseruationem, etiam si ex priuilegio vel consuetudine competat gloss. *d. reg.* 40. Palacios rubios *in d. libell. de Beneficiis in curia vacan. §.* 11. Lamber. *de iure patron. 3. par. 2. li. quaest. 1. artic.* Rebuff. *in praxi 3. par. 3. signatura, verb. nec nō iuris patronatus, nume.* 64. Couarr. *practi. cap. 36. numer. 2. & nu. 6. vers. secundum* Azeuedo, *supra numer. 6.* & ita seruatur. Et facit bene decretum Concilij Trident. *sess. 25. de reformatione capit. 9. versic. exceptis*, quamuis
220 praesentatio † sit facienda Papae, & ab eo prouisio facienda ex hac regula, vt recte inquit gloss. *dict. reg.* 40. & facit *cap. si eo tempore, de electione in sexto*, & tradit post haec Gonçalez *gloss.* 51. *nu.* 49.

221 Secunda autem pars huius regulae, † quae agit de reseruatione Beneficiorum vacantium de tempore vacationum Episcopatuum, &c. est nouiter addita, &
222 primus, qui fecit hanc reseruationem, fuit † Pius V. qui anno tertio sui Pontificatus fecit regulam reseruatoriam suae disposit. omnium Beneficiorum vacantium sede Episcopali vacante ad prouisionem seu dispositionem Episcoporum quomodolibet pertinentium, vt in Bullario in ordine constitutionum Pij V. 161.

223 Circa quam reseruationem † Pij V. dubitatum fuit, an comprehenderet Beneficia spectantia ad collationem Episcopi, & Capituli simul? & non comprehendere respondit Hier. Gab. *consi.* 197. *lib.* 1. vbi id late & bene deducit, quamuis contra tenuerit Mexia *in pragmatica frumentaria verb. qualquier fol.* 13.

224 Sed cum d. reseruatio Pij V. † facta esset dispositioni suae, & non sedis Apostolicae, & sic esset personalis, expirauit cum ipso Pio V. Zerola *in praxi Episcopali. 2. par. verb. Beneficiū. §. 1. & verb. Episcopus, §. 23.* ad tradita per Mando. *reg. 1. q.* 12. & Petrū Matthaeū ad Motus proprios, seu cōstitutiones *pag.* 427.

225 Quamuis, si non esset personalis, † non expirasset per eius obitum, sed esset perpetua, ex quo non erat regula primae editionis, in qua Papa vult re-
226 gulas suo tantum tempore durare, † vt per Verallum *decis.* 225. *lib.* 1. *in manuscriptis*, vbi habetur, *quod regula Clementis. VII. de consensibus extendendis infra 15. dies, non est regula, quae expiret per obitum Papae, quia non est in illa prima editione, in qua Papa vult regulas durare suo tantum tempore, sed est perpetua, &c extrauagans.*

227 Quod non aduertunt † Paulus Granutius admonetam *quaest.* 47. *n.* 11. Flam. paris. *de resignatione li. 2. q. 16. n.* 30. nec P. Greg. *de Benef. cap. 24. nu.* 28. qui ponunt istam reseruationem Pij V. tanquam perpetuam.

228 Et Gregorius XIII. † qui successit Pio V. non fecit talem reseruationem, at Sixtus V. eam fecit, vt hic habetur in sua regula 1. & post eum Greg. XIV. etiam *in regul.* 1. & Innoc. IX. Clemens VIII. & Paulus V. *in reg.* 2. vt hic.

Et ex illis verbis, † *non tamen ad collationem cum*
229 *alio, vel aliis*, iam prorsus sublatum est dubium illud quod circa d. reseruationem Pij V. motum est, de quo *nu.* 223. nam, cum tunc deficiente Episcopo ille, vel illi, ad quos cum Episcopo collatio pertinebat, possent de iure talia Beneficia conferre, vt *in ca. 1. ne sede vacante in 6.* vbi Dd. illis noluit Papa praeiudicare, vt in Salamantina portionis 30. Aprilis 1599. coram D. Mellino, de qua infra numero, 235.

230 Et aduerte, † quod, si ad Episcopum solum spectaret electio, nominatio, seu praesentatio personae, quamuis collatio, seu institutio ad alium pertineat, seu sit communis Episcopi, & aliorum, intraret haec reseruatio, quia attendenda est prima dispositio Beneficij, vt colligitur ex ipsa regula, & *de mensibus*, & dicendis infra, à *numero.* 715. & 733.

Sicut è conuerso, quando praesentatio, † vel ele- 231
ctio ad alium pertinet, quamuis collatio, seu institutio ad Episcopum spectet, non intrat reseruatio, vt in ea dicitur.

Vnde in vna † Vicen. Beneficij S. Martini deci- 232
monono Nouc. 1599. coram D. Pamphilio, & 10. Decemb. 1600. coram D. Sacrato, fuit resolutum, *Istam regulam, non comprehendere d. Beneficium vnitum mense Capitulari cum decreto, quod capta per Capitulum possessione occurrente vacatione Capitulum infra mensem supplicare habeat Episcopo, vel Vicario, quod conferat, & ipse conferre habeat antiquiori Canonico, nam hoc stante Beneficium spectat ad praesentationem Capituli, & illa supplicatio dicitur praesentatio, ex quo imponit necessitatem Episcopo conferendi. & attendenda est substantia, nec istam praesentationem tollit Cō-cilium* sess. 25. cap. 9. *quia fuimus in visione habente certam formam confirmata à sede Apostolica, & per 40. annos ante Concilium effectum sortita, quae praeseruatur in d. decreto, quod maxime procedit stante obseruantia, & vltimo statu huiusmodi, & quasi possessione Capituli, &c.* de qua vide aliam decisionem infra *par. sequen. cap. tertio, numer.* 61.

Et pro ista decisione Vicen. † quod illa supplica- 233
tio dicatur. & sic in effectu praesentatio, conducunt tradita per Probum, ad Monachum *in cap. cum in illis de Praeben. in 6. num.* 10 *ad* 13. si tamen supplicatio debens praecedere, non obligaret, nec poneret necessitatem conferendi, vt ex se non obligat, cum concernat gratiam, & meram liberalitatem eius, cui supplicatur, Gonçalez *glossa* 49. *numer.* 10. bene intraret d. reseruatio, vt ex eius verbis constat, & tradit Gonçalez *ibi num.* 11. dicens ita sentire Rotam in d. Vicen. 19. Nouemb. 1599. coram D. Pamphilio. Sicut etiam recte intrat in beneficiis spectātibus ad collationem Episcopi, cum consilio, aut consensu alterius ad textus *in cap. vn. §. cum vero ac sede vacante in 6.* Ioan. And. *in d. cap. cum in illis*. Et ibi Francus. *§. si vero num.* 5. Rota *dec. 79. de rescrip.* alias 380. *in antiquis.* Felin. *in cap. eam te de rescrip. sub num.* 16. Ripa *in cap. 1. de iudic. numero 5 & sexto.* & ita tenet in terminis Gonçalez *glo. quadragesimasexta, num. vigesimo nono.*

Sed est dubium circa hanc regulam, † an vbi si- 234
multanea ex concordia est diuisa per turnos, ita vt vna vice prouideat Episcopus, & altera Capitulum, vt in Ecclesia Salamantina Burgen. Palentina, & Segobien. haec reseruatio locum habeat? & ratio dubitandi est, nam tunc ad solius Episcopi dispositionem Beneficia pertinent, saltim in suo turno, & conducunt infra adducta *n.* 709.

Nihilominus tamen dicendum est, † non habe- 235
re locum non solum quando Beneficium vacat in turno Capituli, in quo non est difficultas, quia regula solum reseruat Beneficia spectantia ad collationem Episcopi, & non capituli, cui Papa non intellexit praeiudicare, vt fuit resolutum in d. 2 Salamantina Portionis, & *quod ista vacatio contingit in turno Capituli, quia turnus Episcopi fuit consumptus per prouisionem ab eo factam de anno* 1586. *cum Didacus non probet, quod ista vacatio non habuerit effectum vel*

postea successerit alia vacatio, prout ad illum effectū est necessariū, vt fuit resolutum coram eodem in causa Segobien. Praebenda Theologalis, & Barchinonen. Canonicatus, &c.

236 Seu etiam quando † Beneficium vacat in turno Episcopi, quia tunc mortuo Episcopo, seu alias vacante sede potest Capitulum iure proprio conferre Canonicatus, & alia Beneficia simultaneae in quocunque turno vacent, quemadmodum posset, si simultanea non esset diuisa, vt in dict. capitul. vnico.

Nec obstat concordia, † & turnorum diuisio,
237 nam cum illa facta sit ad tollend. controuersias, dissensiones, & discordias, quae ex communi prouisione oriri possent, non intelligitur mortuo Episcopo, seu alias deficiente, cum tunc cesset ratio discordiae, ex quo solum Capitulum habet prouidere, vt in dicto capit. vnico ad leg. cum pater. §. dulcissimis ff. de Legatis secundo, quae optime facit in proposito.

Quamuis in casu, † quo Episcopus esset suspen-
238 sus, seu excommunicatus, in quo alias posset Capitulum prouidere, d. cap. vnico. viderentur habere locum concordia, quia non videtur omnino cessare ratio illius, cum possit Episcopus post absolutionem prouidere, & idem possit contingere Capitulo, si forte esset suspensum, vel omnes excommunicati, nisi suspensio esset ad centum temp. & vltra sex menses, tunc enim propter diuturnam vacationem idem esset, ac si Episcopus deficeret.

239 Rursus in concordia † proprietas remanet indiuisa, & accrescit Capitulo vacante sede ad tradita per Rochum de iure patron. verb. aut qualiter. 6. & per concordiam fuit solum diuisum exercitium conferendi sede Episcopali plena, & ea vacante dispositio fuit relicta in terminis iuris communis iuxta decis. Putei. 1. 4. libro tertio vt dixerunt aliqui ex Dominis in dict. Salamantina Portionis 30. Aprilis 1599. & fuit resolutum in eadem coram eodem Dom. Mellino 65. Iunij eiusdem anni. Et ita post haec tenet Gonçalez glossa 45. §. tertio numero trigesimonono.

Et ita practicatur, † & in particulari ita fuit pra-
240 cticatum in d. Ecclesia Palentina de anno 1597. & in d. Ecclesia Segobien. de anno 1605. pro qua consultus ita respondi.

Sed contra praedictam rationem, quod pro-
241 prietas remaneat indiuisa, & accrescat Capitulo vacante sede, & quod solum fuit diuisum exercitium conferendi sede Episcopali plena, &c. facit decisio Rotae in alia Salamantina alternatiuae de anno 1581. infra adducta, numero 708 vbi dicitur, quod vbi ex concordia partium collatio simultanea est alternis vicibus cuilibet reseruata in suo turno, totum ius conferendi pro illa vice dicitur translatum in illum, solum, qui est in turno, & non dicitur diuisus vsus solus, sed totum ius conferendi est penes ipsum solum etiam iure proprio, & non iure communi ex doctrina Ioan. And. in cap. cum in illis. §. fin. in fin. de Praebendis 6. de qua ibi. Quod etiam fuit dictum in Romana Beneficiorum S. Petri 28. Aprilis 1595. coram D. Gipsio, & 20. Nouemb. 1596. coram D. meo Corduba, & 8. Martij 1602. coram D. Penna infra relatis 10. part. cap. 4. numer. 39. & infra numero 705.

Respondetur tamen istas decisiones intelligen-
242 das esse, † quod non dicatur diuisus vsus solus ita, quod quilibet conferat in suo turno iure communi, sed quemlibet conferre in suo turno iure proprio ex illa diuisione, per quam diuiditur ius conferendi, quoad actum collationis, quamuis ipsa proprietas remaneat indiuisa, & ita procedit illa doctrina Ioannis Andreae, nam ius patronatus, de quo ipse agit, non potest diuidi, quoad proprietatem, cum sit incorporale, sed quoad actū praesentationis. Rochus dict. quaestion. sexta, & Lambert. secunda parte libro primo quaestion. secunda. artic. 56. numer. 2. 3. & 4. Probus ad Monachum in dict. cap. cum in illis, num. 60.

Vnde, cum sede vacante † Capitulum iure pro- 243
prio conferat talia Beneficia in quocumque turno vacent, sic prouisiones factas per Capitulum sede vacante non consumere, nec alterare turnum, neutrique computari, nec Capitulo, nec Episcopo, Puteus d. decis. 154. libro tertio. & ita, si tempore mortis Episcopi, seu sedis vacantis turnus erat Episcopi, primus turnus erit successoris, non obstantibus quibuscumque prouisionibus factis per Capitulum sede vacante, & si turnus erat Capituli post aduentum successoris, primus turnus erit Capituli, licet ipsum Capitulum sede vacante, fecerit aliquas prouisiones & ita consului in d. Segobien. & ita tenendum est, quamuis post haec Gonçalez gloss. 45. §. 3. num. 57. dicat, quod si vacatio Beneficij contingit sede Episcopali vacante, & in turno Capituli, tunc collatio à capitulo facta consumit turnum suum, & allegat dict. decisionem Putei, quae potius dicit contrarium; quando vero Episcopus erat in turno, & contulit Capitulum, concordat nobiscum, numero trigesimoseptimo, quod neutri computatur talis collatio, & prima vacatio sede plena spectabit ad Episcopum, & ait ita decisum in dict. Salamantina portionis 25. Iunij 1599. coram D. Mellino, & in alia Salamantina Portionis 16. Maij 1603. coram D. Iusto.

Praeterea haec reseruatio, † non procedit, vbi 244
collatio Beneficiorum spectantium alias ad collationem Episcopi, sede Episcopali vacante ad aliquem spectat, nec reseruatur futuro successori, quia regula non intendit tertio praeiudicare, vt in vna Gerunden. Beneficij 31. Maij 1600. coram Domino meo Corduba infra relata seq. part. capit. tertio numero 15.

Rursus ex illis verbis regulae. † Dimissionem, seu 245
amissionem, vel priuationem, videtur, quod Beneficia vacantia post renuntiationes Episcopatus à Papa admissam, vel post translationem ad alium Episcopatum, etiam antequam Episcopus habeat, aut habere possit notitiam de eis, erunt reseruata Papae ex ista regula prima, vt tangitur infra 11. parte cap. 6. numero 42. non obstante, quod ante habitam notitiam admissionis, resignationis, aut translationis possit Episcopatum administrare, & possessioni eius insistere ad decisionem Putei 170. libro secundo, & Mohedani, vigesimanona de renuntiatione, & dicta supra 2. parte c. 1. num. 116. & infra cap. 8. a numer. 174. & etiam post ea consuetudine, vt in dict. cap. 6. 11. parte numero 41.

Quod tamen non videtur † habere locum in Be- 246
neficiis simultaneae diuisae per turnos vacantibus in turno Episcopi durante administratione illius Episcopatus, cum aliae pertinerent ad prouisionem Capituli.

Vnde videtur cessare iam dubium, † quod fuit 247
in Rota agitatum in vna Seguntina Beneficiorum 2. Iunij 1592. coram D. Orano, circa prouisionem,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quam fecit D. Ioannes Emanuel de quibusdam Beneficiis d. Episcopatus post factam ab eo illius renunciationem in manibus Papæ, & ab ea admissam sub prætextu ignorantiæ dictæ admissionis, & resolutum est, non valere tum ex aliis, tum præcipue, quia non potuit prætendere ignorantiam, quia post admissionem transacti erant 31. dies intra quos plusquam verisimile est, (inquit decisio) ipsum à procuratore fuisse certioratum de ea iuxta

248 consilium Roman 481. numer. 7. Quod Rota † sæpe ac sæpius canonicauit, vt in decis. Seguntina: sic se habet.

D. Ioannes Emanuel renuntiata † in manibus Papæ

249 Ecclesia Seguntina post illius admissionem, cum in fine mensis Februarij contigisset in partibus vacatio Beneficiorum, de quibus contrauertitur sub prætextu ignorantiæ dictæ admissionis, de illis disposuerat D. Herr. Delgado prouiso Apostolico collationem huiusmodi impugnante, quæsitum an collatio Ioannis Eman. sustineretur? Domini re mature discussa descenderunt in sententiam negatiuam, quoniam Episcopus post resignationem Ecclesiæ libere in manibus Superioris factam non potest se intromittere in collatione Beneficiorum in ea vacantium, ex quo enim renuntiauit omne ius, & possessionem, quam in Ecclesia habuit, à se abdicauit. Bisign. decis. 3. num. 2. de renunt. Innoc. in cap. super hoc post. num. 5. versic. item post. de renuntiat. Paris. consil. 19. nu. 3. lib. 4. & quidem respectu possessionis nulla cadit dubitatio, cum hoc frequentissime fuit receptum, vt censeatur amissa possessio. dict. decis. 3. de renuntiat. in antiquis, & decis. 4. eodem in nouis. Cassador. decis. 2. numero 5. eodem, & decis. 4 numero 10. de restitution. spoliatorum. Sarnen. de infirmis quæstione 29. & de annali quæstio. 57. versic. pro quo diligenter. addit. ad decis. 1. de renuntiatio. in nouis numero 7. & 8. Achill. decis. 10. eodem. amissa itaque possessione sequitur ius quoque conferendi, quod est in fructu, fuisse amissum cap. consultationibus. de iure patron. gloss. cap. cum olim, & ibi Doct. de maioritate, & obedientia. Abb. in cap. cum olim numero 4. de causa poss. quod etiam non absque ratione procedit, cum enim Episcopatus quomodolibet vacantes sint dispositioni Apostolicæ reseruati, necessarium, quod omnia Beneficia vacantia, quæ ad collationem Episcopatuum pertinentia sint etiam reseruata, quæ à nemine, præterquam à Papa, possunt conferri, & quod aliàs facta collationes sunt nullæ, Rota decision. 20. de Præbend. in antiquis, & 4. eodem in antiquior. Hoc autem in præsenti themate tanto magis, quia Ecclesia Seguntina non modo fuit reseruata ea quia vacauit in curia per resignationem in manibus Papæ, iuxta cap. 2. de Præbend. in 6. sed etiam quia amissa Ecclesia cessauit Beneficium alternatiuæ Episcopis residentibus in earum Ecclesiis concessum, adeo, quod fuit factus locus regulæ reseruatoriæ illo mensium inter quas mensis Februarij, quo Beneficia vacarent, est comprehensus, quæ, cum habeat decretum irritans afficit etiam ignorantes cap. dudum de Præbend. in 6. capit. cognoscentes, & ibi post Felin. & Decium Beroius numero 49. & sequent. de constitut. non obstante, quod non sit super certo corpore Beneficij, nam eadem est ratio, quando decretum est notificatum, probata videlicet vacatione in mense reseruato, tunc enim decretum notorium dicitur ex quo incontinenti probatur, & dissoluerat ut Sarnen. reg. de triennali quæst. 44. Simonetta de reseruation. quæstion. 49. Puteus decis. 190. numero 5 libro 3. procedit etiam, quando super incerto, si adducitur in partibus certum tempus, quia intra dict. tempus ignorantes ligat, Francus in cap. dudum, numero 9. de Præbend. in 6. non obstante consideratione Rebuffi in tract. nominationum quæstio. 14. numero 92 & in praxi part. 2. titulo de simon. resignatione, numero 27. cum multis seqq. vbi valent Episcopum dantem mandatum ad resignandum Episcopatum in curia posse post resignationem admissam ante admissionis notitiam Beneficia interim vacantia aliter conferre, quia ipse loquitur in resignatione conditionali in fauorem, quo casu militat diuersa ratio. Nam, cum post illam admissionem non abducitur ius à resignante, donec sit acquisitum resignatario, nec interim, si resignans interim, donec sibi constet de purificatione conditionis, remaneat titularis, at vbi resignatio est simplex, amittitur statim titulus, & possessio, & per eam Episcopus dicitur in Ecclesia mortuus ciuiliter, quod æquiparatur morti naturali. capit. susceptum. de rescript. libro sexto clem. fin. de procurato. Roman. consil. 374. numero 5 prouide, si post resignationem incumbit decentationi, non facit fructus suos, Sarnen. ad regul. de annali quæst. 47. sed tenetur ad eorum restitutionem, etiamsi non habuerit notitiam admissionis resignationis, & ad præmissa facit textus in cap. primo versic. adiciebatur. de concess. Præbend. in 6. vbi Episcopum partibus existentes depositi à Papa in consistorio à die depositionis non valent collationes, etiam quod ignorent dispositionem, & repetatur verus Episcopus, & per illum textum tradunt Franc. in cap. cum, qui sub numero nono, & Gemin. sub numero 5. versicul. & ideo de Præbend. in 6. Felin. in capitul. ex parte Decani, numero 20. de rescript. nec congruit argumentum eiusdem, quod, cum prouisus de Episcopatu, non possit administrare, & conferre ante præsentationem literarum, debeat interim resignans medio tempore posse administrare, & Beneficia conferre, exemplo desumpto à iudice reuocato, qui iurisdictionem exercet vltra tempus officij, quousque successor aduenerit, & à Vicario reuocati, qui confert donec notitiam habeat reuocationis; etenim primo casu excurrit dispositione officialis non videtur deputatus solum ad tempus expressum, sed etiam ad tempus sequens, donec successor aduenerit, adeo quod ante eius aduentum non dicitur officium eius esse finitum, neque officialis primatus l. meminisse in princ. cum gloss. verb. debebit. de officio proconsul. glossa l. si forte, de offic. præsidis. Et ratio est, quia ibi, cum nemo sit, qui ministret, oportuit ita specialiter prouideri, ne Prouincia sine rectore remaneat, verum in Episcopatu secus est, quia succedit capitulum, toto tit. ne sede vacante, lib. 6. secundus casus non transit absque difficultate ex traditis per Calder. consil. 10. de sententia, & re iudicat. Felin. dict. cap. ex parte, numero 20. & nihilominus si sequimur illam opinionem, ideo potest dici sustineri collationem Vicarij post reuocationem à se ignoratam, quia fuit in bona fide, neque dominare potuit, se esse reuocatum, Puteus decis. 370. libro secundo, Mohedan. decis. 29. de renuntiat. quod secus est in Episcopo Seguntino, qui prætendere non potuit ignorantiam resignationis, tum quia specialiter ad hoc dederat mandatum, tum etiam quia inter illud, & resignationem admissam excurrerunt triginta & vnus dies, intra quos plusquam verisimile est ipsum à procuratore de ipsa fuisse certioratum iuxta consilium Romani 481. numero septimo, minus aduersatur, quod saltem prouisio ab Episcopo suffragari debeat possessio triennalis, nam, cum regula requirat titulum coloratum, impossibile est, quod illum habeant innitentes collationi nullæ cap. factus. in fin. 7. quæstione prima, Sarnen. ad regul. de triennali quæstione vigesimaseptima, in final. & trigesimaquinta in fin. etenim titulus intitulatus est, quando est ipso iure nullus, Felinus in capit. in nostra Col. trigesimosexto, de rescript. sicut

sicut diximus litteras, quæ non valent, non dici litteras, sed esse nullas. glossa capit. cum nostris, verbo de facto de concess. Præbend. Felinus cap. ex tenore. de rescript, Rebuffo consilio 190. titulus enim nullus non producit aliquam exceptionem, aut est enim l. quoties. ff. qui satisdare cogant. Rebuff. consil. 190. sicut neq; regula de triennali tuetur habentem titulum infectum, dicto amborum decis. 11 cum allegatis.

250 Circa quam tamen decisionem † aduerto, mihi non videri verum quod in ea dicitur, quod, cum Episcopatus quomodolibet vacantes sint dispositioni Apostolicæ reseruati, eo ipso omnia Beneficia vacantia, & ad collationem Episcopatuum pertinentia sunt etiam reseruata, &c. Vnde enim id sequitur? & contrarium plane tenuit Rota in vna Salamantina Parochialis de Gaustesa Decembris coram D. Bravo, quæ habetur 1. part. diuersorum. decis. 432. vbi quod collatio Parochialis vacantis sede Episcopali vacante reseruatur successori Episcopo. Et alias non fuisset necessaria hæc regula.

251 Nec obstat decisio Rotæ † 20. de Præbend. in antiquis, & 4. eod. titulo in antiquior. loquuntur enim in longe diuersis terminis, nempe in intruso in Dignitate reseruata, qui propter decretum reseruationis nulliter confert Beneficia spectantia ad eius collationem ratione Dignitatis reseruatæ, vt dicetur infra c. 4. à n. 21.

252 Verum hanc regulam † non habere locum in Cardinalibus tenuit Rota in vna Toletana Parochialis de Alcandete, tertio Iulij 1595. coram D. Seraphino, vt in sequenti decisione. Fuit de ordine Sanctissimi Domini nostri dubitatum in Rota, præsupposito concursu, & collatione facta per serenissimum Cardinalem ab Austria de Parochiali, de qua agitur Michaeli de Ayala de mense Aprilis 1595. an ei concedenda sit prouisio simplex, vel saltem noua prouisio, & difficultatem faciebat prouisio facta à Papa de mense Februarij Hieronymo de Leyua tanquam de vacante per obitum extra Christophori de Bustamante vsque de anno 1593. cum clausula, seu alio quouis modo, & ex alterius cuiuscunque persona. Quare in concursu prouisorum orta est dubitatio super validitate concursus, & collationis factæ Michaeli. & causa per me, vtraque parte informante, proposita, pro parte Hieron. duo opponebantur contra huiusmodi concursum, & prouisionem Michaelis, primo fuit oppositum de reseruatione ex secunda regula reseruatoria in qua reseruantur Beneficia vacantia sede Episcopali vacante vsque ad prouisionem successoris adeptam possessionem; verum hæc oppositio non placuit, quia, cum Cardinales non ligentur dispositione extrauagantis Iniunctæ, vt fuit aliàs in Rota resolutum coram Illustrissimo Lancellotto, & possint etiam ante adeptam possessionem conferre, vt post Bellenzin. de charitatiuo subsidio quæstion. 66. qui dicit ita fuisse resolutum in Rota, tradit Sarnen. in proœmio regularum quæstione 4. numero 9. in qua non applicatur regula maxime, cum requirat vacationem, quæ hic non datur propter gratiam quadriennalem cum futura successione, & cum clausula, ex nunc prout ex tunc, neque facit quod dicitur, quod quando in regulis Papa voluit excipere Cardinales, hoc expressit, vt etiam habetur in vlt. reg. de edendis, à qua excluduntur Card., quia hoc est intelligendum de iis regulis, quæ possunt applicari Cardinalibus, non autem in illis, quarum rationes, non applicantur, vt est ista, in qua neque ratione expeditionis litterarum, neque ratione fructuum debitorum cameræ, qui ad prouisos spectant statim post præconizationem in consistorio, maxime in Regnis Hispaniæ, potest verificari ratio finalis regulæ, & hoc idem sensit Rota nuper in causa Toletana Canonicatus à me proposita. Secunda oppositio facta fuit contra huiusmodi concursum præsentatam in dataria Sanctissimi Domini nostri, & Domini censuerunt ex pluribus concursum hunc esse defectiuum, nec in eo seruatam formam Concilij Tridentini. Primo, quia non fuit apposita dies propositi edicti adeo, vt sciri non possit, an intra terminum fuit Michael examinatus, quod tamen videtur necessarium ad examinis validitatem, cum terminus ille, qui præfigitur iuxta dispositionem Concilij Tridentini sessione 24. capite 18. sit ad conuocandum eos, qui concurrere voluerint, & eo transacto, non prius debeant examinari, cum quo concordat Concilium Prouinciale Toletanum, & ista non est forma ad effectum, sed præ ipsa, vt fuit dictum coram R. P. D. Gipsio in vna Vellaterrana Parochialis 20. Maij 591. & ratio potest esse, ne per præuentionem vnius alij supplantetur. Secundo, quia ex testibus apparet fuisse examinatum, & approbatum Michaelem intra tempus pendentis termini, quod, licet fuit examinatis ad perpetuam rei memoriam, tamen residuit vegetum suspectum ex quo in concursu non fuit apposita dies edictis, prout ex stylo solet in aliis, qui præsentantur, apponi, & quorum nonnulli fuerunt Dominis meis ostensi. Tertio, quia, cum adessent plures examinandi, vnicus Michael fuit examinatus, & illarum approbatus, reliquis non expectatis, eoque facta collatio. Quæ etiam ex eo redditur suspecta, quia erat familiaris Archiepiscopi, neque fuit expectatum tempus, intra quod potuissent alij concurrentes sese examini subiicere. Et quamuis per vnum ex Reuerendis Dominis meis fuerit allegata dec. sic facta coram R. P. D. Orano in vna Carthaginen. Parochialis, 9. Decembris 1588. in qua dictum fuerat, quod examen poterat fieri pendente termino, & quod parti impugnanti contrarium incumbebat onus probandi adfuisse alios, qui concurrere volebant, & non fuerant admissi, tamen hoc casu non fuit habita ratio huius decision. quia hic constabat de existentia aliorum concurrentium, quod non apparebat in illa Carthaginen. & ideo conclusum nihil esse concedendum Michaeli, nec concursu eidem suffragari, & posthæc tradit Gonçalez gloss. 24. numero 6. referens hanc decisionem, & recens iterum resolutum in causa Hispalens. Beneficij, 19. Aprilis 1602. coram dicto Iusto.

Sed ego valde dubito de ista † resolutione, nam, quod hac regula Cardinales comprehendantur, valde vrget reg. 67. quod Cardinales comprehendantur 253
sub regulis faciendis, vbi Papa statuit, & declarat, quod in quibuscunque constitutionibus, & regulis in posterum post primam editionem faciendis, non includuntur ipsi Cardinales, &c. vnde clare vult, quod in regulis primæ editionis comprehendantur; & quando Papa vult, quod in reseruationibus Cardinales non comprehendantur, id exprimit, vt in regula de reseruatione mensium &c.

Nec fundatur hæc regula in † ratione expedi- 254
tionis litterarum, neque fructuum debitorum Cameræ, cum procedat etiam post expeditionem litterarum, vsque ad adeptam à successoribus pacificam possessionem, &c. Et sic recte potest applicari Cardinalibus, & pro hac parte faciunt adducta per Sarnen. quæst. 4. proœm. regularum Cancellar. & Mandos. regul. 19. quæstion. 2. num. 3. & per Gonçalez supra à num. 13.

Vltimo ex illis verbis. *Apostolica authoritate faciendum*, videtur † regulam hanc non habere locum 255
in dignitatibus non reseruatis, ita quod Beneficia ad prouisionem obtinentium aliquam Dignitatem per-

tinentia, quæ post illius vacationem vacant, non sunt reseruatæ per hanc regulam, si talis Dignitas non est Papæ reseruata, vt, verbi gratia, in Archidiaconatu Salamantino, & de Ledesma, & aliis habentibus prouisionem Beneficiorum, quæ non sunt primæ dignitates post Pontificalem, nec principales in Collegiata, & possunt vacare in mense ordinario &c.

Et circa illa verba. *Quomodocunque vacant, & vacabunt in futurum*, videnda sunt dicta infra *num.* 536. 635. & 636.

§. 5. De Regula 3.

Resignatio dignitatum, nec non suorum, & S.R.E. Cardinalium familiarium beneficiorum.

SVMMARIA.

Regulam 3. hic positam qui explicant n. 256.

Reseruatio huius regulæ de Dignitatibus maioribus, & principalibus intelligenda est de maioribus, seu principalibus actu, nec sufficit erectio in posterum, numero 257. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Si tempore prouisionis Dignitas esset actu maior, licet non tempore vacationis, intraret reseruatio, numero 258.

E conuerso regula comprehendit Dignitatem, quæ tunc esset actu prima, licet cum vacaret, deberet desinere esse talis n. 259.

Dignitates Ecclesiarum Cathedralium, quæ ibi non maiores existunt, sunt tamen principales in Collegiatis, sunt reseruatæ numero 260 & ita Archidiaconatus de Virbiesca, & alij similes sunt reseruati, numero 261.

An per hanc regulam reseruentur in qualibet Ecclesia duæ maiores, & duæ principales Dignitates? n. 262 resoluitur negatiue, & non reseruari, nisi vnam tantum, nec Rotam tenuisse contrarium, quicquid dicat Mandos.

Si in aliqua Cathedrali sunt duæ Dignitates maiores, vel in Collegiata duæ principales æquales, an ambæ sint reseruatæ, vel neutra? n. 265 resoluitur ambas esse reseruatas, & ponitur decis. Rotæ.

An ista reseruatio habeat locum vbi est tantum vna Dignitas? n. 267 resoluitur affirmatiue contra aliquos, & ponitur decis. Rotæ.

Vnita prima Dignitate post Pontificalem Capitulo, an regula intret in sequenti, & illa sit prima? à numero 269. resoluitur affirmatiue, & ponitur resolutio Rotæ.

Per secundam partem huius regulæ reseruantur Dignitates principales regularium Conuentualium, seu Monasteriorum Fratrum, quæ reguntur per Priores, præpositos &c. num. 271. nec in ea comprehenduntur Prioratus, & aliæ Dignitates temporales numero 272.

Circa 3. p. huius reg. in qua reseruantur Beneficia familiarium &c. qui sint videndi n. 273. & videnda est reg. 30 de impetrantibus Beneficia per obitum familiarium &c. n. 274.

Iuxta istam reg. 30. in collatione Beneficij vacante per obitum familiaris Cardinalis requiritur cōsensus Cardinalis, in cuius familiaritate decessit, licet illud habuerit tempore familiaritatis alterius prædefuncti nu. 275. vbi etiam quod requiritur d. consensus etiam in prouisione Legati &c.

Licet ad effectum illius regulæ requiratur quod fuerit familiaris continuus commensalis Cardinalis per quatuor menses, tamen ad effectum reseruationis id non est necessarium, &c. n. 276.

Procedit hæc reseruatio, & dispositio d. reg. 30. etiamsi postea familiaris esse desierit, n. 277.

Hæc reseruatio includit etiam Beneficia ad quæ familiaris habebat ius ad rem, n. 278. & etiam d. reg. 30. comprehendit iam ius ad rem, licet olim secus, numero 479.

Licet in specie illius regulæ sufficiat iam ius ad rem competiisse familiaritate durante, tamen, si familiaris decederet ante consecutionem iuris in re, non haberet locum illa regula, cum loquatur de Beneficiis vacantibus per obitum familiarium, nec habeat locum, si aliis modis vacent, numero 280. quamuis illud Beneficium esset reseruatum per hanc regulam, num. 281.

Ius ad rem ex acceptatione quæsitum includitur in hac regula, ad quod sat est considerabile, quamuis respectu Papæ conferentis tale Beneficium non sit considerabile contra Mandos. à n. 282.

Ius ad rem per mandatum de prouidendo de prima Præbenda factum recepto in Canonicum authoritate Apostolica, includitur in hac regula, & reg. 30. quando durante familiaritate successit vacatio Præbendæ, à nu. 286.

Ius ad rem per electionem includitur in hac regula, & d. reg. 30. n. 288. & seqq.

Ius ad rem per præsentationem clerici, & etiam laici, cū non posset variare, includitur in dict. regulis, numero 290.

Ius ad rem per reseruationem factam pro familiari de certo Beneficio includitur in d. regulis, quando tale Beneficium vacaret durante familiaritate, &c. n. 292. & seq.

Ius ad rem per collationem nōdum acceptatam includitur in d. regulis, &c. n. 294.

Ius ad rem per consuetudinem optandi non includitur in hac regula, quoad Præbendam in optatam, licet secus in Præbenda optata per eum, qui erat familiaris tempore, quo competebat ei ius optandi, &c. Et in Dignitate, seu Beneficio optato per familiarem, &c. numero 295.

Ius per cessationem solutionis pensionis non includitur in hac regula, nec Beneficium cadit in hoc reseruatione decedente pensionario ante canonicatum regressum, vel accessum, &c. n. 299. & seq.

Ius per regressum includitur in hac regula n. 301. & 302. & idem in accessu, & in coadiutoria cum futura successione, n. 303.

Si familiaris habens regressum, accessum, vel coadiutoriam ante vacationem decederet, aut vacationis tempore non esset iam familiaris, tale Beneficium non includeretur in hac regula & 30. nisi in literis adesset decretum, quod ex nunc plenum ius sibi acquisitum existeret, vt in casu Canonicatus Ciuitaten. nu. 304. 305. & 306.

Ius per priuationem in forma iuris non comprehenditur in reseruatione huius regulæ, n. 307.

Prædictos modos acquirendi ius ad Beneficium, quos ad effectum huius reseruationis prosequitur Æneas de Falcon. ad alios effectus alias prosequitur author nu. 308.

Ius

Ius ad rem per mandatum de prouidendo de certo Beneficio vacante includitur in hac regula n. 309.

Ius per oppositionem in ea non videtur includi, nisi quando oppositor iustificauerit qualitates requisitas &c. n. 310.

Isti modi etiam sunt notandi ad reseruationem regulæ sequentis, quæ etiam contentatur iure ad rem, numero 311.

Conclauistæ conclauis Sixti V. sunt vere familiares Papæ ex constitutione Sixti V. quæ in aliis non habebit locum, n. 312. & 313.

An fratres, seu nepotes Cardinalium, qui sunt eorum commensales, sint familiares, ad effectum huius regulæ? n. 314. cum seqq. resoluitur negatiue, & ponitur decisio Rotæ.

Licet verbum familiares, varie accipiatur, in proposito familiares dicuntur deputati ad seruitium Domini, n. 315.

Qui in domibus Cardinalium haberent expensas victus, seu partem, non vt familiares, sed vt amici, aut consanguinei, eleemosyna, vel alia causa, non sunt familiares, &c. num. 316.

An vicarij, seu prouisores Cardinalium dicantur eorum familiares, & illorum Beneficia includantur in hac reseruatione? n. 318. cum seqq. resoluitur negatiue, nisi ille, qui constitutus fuit vicarius, esset ex familiaribus Cardinalis, &c.

Quod dictum est de vicariis, idem de visitatoribus, & aliis officialibus huiusmodi, n. 324.

An hæc regula habeat locum in familiaribus familiarū habentibus partem ab ipso Papa, vel Cardinalibus? numero 325. cum sequentibus resoluitur affirmatiue cum communi, nisi ratione incertitudinis, quando non constaret, qui viuunt expensis Papæ, vel Cardinalis.

An sint reseruata per hanc regulam Beneficia cubiculariorum, seu camerariorum honores, qui recipiunt de Palatio partem panis? n. 33[?] resoluitur cum Rota non esse reseruata, & ponitur decisio, & quod fuit practicatum in vna Segobien.

An familiaris habens Beneficium reseruatum possit dimisso eo optare aliud, & posito, quod possit, verum dimissum maneat reseruatum, an potius optatum? n. 334. cum sequentibus resoluitur posse optare, nisi consuetudo in contrarium adsit, & quando in optione mutatur titulus, optatum non manere reseruatum ratione subrogationis, sed dimissum, licet secus, quando non mutatur titulus, & agitur de consuetudine interpretatiua.

Obtinens Parochialem cum Canonicatu ex dispensatione ante Concilium obtenta potest post illud optare aliam Præbendam, cum non mutetur titulus, alias secus, nu. 343.

Item reseruauit generaliter dispositiones suæ omnes Dignitates maiores post Pontificales in Cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, nec non valorem decem florenorum auri communi æstimatione excedent principales in collegiatis Ecclesiis. Reseruauit etiam Prioratus, præposituras, præpositatus, ac alias Dignitates conuentuales, & præceptorias generales ordinum quorumcunque, sed non militarium, ac quæcunque Beneficia, quæ sui, etiam dum Cardinalatus fungebatur honore existentes, ac S.R.E. viuentium nunc, & qui erunt suo tempore Cardinalium familiares continui commensales obtinent, & in posterum obtinebunt eorum familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quæ ius eis competit, aut cōpetierit, etiamsi ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem, vel alias recesserint, declarans Dignitates, quæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales non maiores existunt, & quæ ex Apostolica sedis indulgentia, vel ordinaria authoritate, aut consuetudine præscripta, vel alias quouis modo in Collegiatis Ecclesiis principalem præeminentiam habere noscuntur, sub reseruatione prædicta comprehendi debere.

Hanc regulam vltra † gloss. & Rebuffum late 256
explicat Mandos. per 21. quæstiones, & circa eius 1. partem, in qua reseruantur Dignitates maiores post † Pontificalem in Cathedralibus, ac principa- 257
les in Collegiatis, notandum est intelligendam esse de Dignitatibus, seu principalibus actu, nec sufficere, vt intret hæc reseruatio, quod Dignitas sit erecta in maiorem post Pontificalem in posterum post mortem obtinentis nunc primam, vt fuit practicatum in Decanatu Vallisoletano vacante per obitum D. Ioannis de la Torre. In qua causa in Rota proposita 11. Decembris 1600. coram D. Mellino *Cum in erectione cuius Ecclesiæ in Cathedralem Decanatus fuisset erectus in maiorem Dignitatem post Pontificalem ex nunc prout ex tunc, & è contra, cum primum Prioratus per cessum, vel decessum, aut aliam quamlibet amissionem, vel dimissionem Prioris, vel illius coadiutoris vacare contigerit, & mortuo Priore, & superueniente illius coadiutore successisset vacatio Decanatus, qui fuit prouisus per Ordinarium, fuit resolutum, quod, quamuis gratia, & erectio fuit perfecta ab initio, eius tamen effectus, & executio fuit dilata in tempus, postquam Prioratus vacauerit per cessum, vel decessum Prioris, vel coadiutoris, vt in terminis similium gratiarum fuit per Rotam resolutum, & consequenter ante adimplementum, & effectuationem Decanatus remanet in suo statu, & non est adhuc prima Dignitas, & ideo non cadit sub hac regula tertia reseruatoria, Paris.* cons. 82. col. 2. lib. 4. *& ita fuit resolutum in causa Mediolanen. præpositura 16. Martij 1590. coram D. Bubalo, & licet secuto effectu clausula,* ex nunc prout ex tunc, *retrotrahatur ad diem datæ Crescen.* decis. 250. *hoc tamen non procedit ad effectum reddendi nullam collationem præcedentem, & in præiudicium iuris alteri medio tempore quæsiti Puteus* decis. 190. libr. 2. *Cata* decision. 19. *& quod ad effectum, vt Decanatus sit reseruatus tanquam prima dignitas, debet expectari obitus vtriusque, tam coadiuti, quam coadiutoris, quia alternatiua resoluitur in coniunctiuam ex mente Papæ, qui noluit etiam præiudicare coadiutori, &c. Et quod per appositionem manus Papæ in hac erectione Decanatus non remansit effectus ita, quod non potuerit conferri ab Ordinario ante obitum coadiutoris, nam cum effectus erectionis in primam Dignitatem fuerit dilatus post obitum vtriusque, & interea Decanatus non sit prima Dignitas, manus appositio limitata ad certum effectum, & in certum tempus non videt[?] ad effectum ante secutum adimplementum, Genuen.* cons. 146. *& fuit resolutum in Tuden. Beneficij 11. Ianuarij 1598. coram D. Blanchetto: nec obstat quod dicitur de destinatione, quia destinatio nō operatur effectum contra intentionem destinantis ante secutum adimplementum, Felinus* in cap. cum adeo, numero 4. de rescript. &c. Ita in dict. Vallisoletane Decanatus, & tradit post hæc Gonçalez *gloss.* 51. *num.* 58.

Videtur tamen, † quod si tempore vacationis Di- 258
gnitas non esset actu maior, ante prouisionem vere esset talis effecta intraret reseruatio, quia eo ipso, & in ipso puncto, quo facta est maior actu, eam capit reseruatio.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Et è conuerso videtur, quod regula comprehenderet illam dignitatem, † quæ tunc esset actu prima, licet esset iam ordinatum, quod cum primum vacare contigerit, desineret esse talis; statim enim regula eam afficit, & satis est, quod vigente regula semel sit actu prima.

260 Secundo notandum est † ex vltimis verbis huius regulæ, ibi *declarans dignitates*, clare apparere, quod dignitates Ecclesiarum Cathedralium, quæ ibi post Pontificalem non maiores existunt, habent tamen sub se Canonicos in Collegiatis, seu principalem præeminentiam, sunt reseruatæ ex hac regul. ex quo sunt principales in Collegiatis, licet sint minores in Cathedralibus, & ita hic tenet Glossator, quamuis *in sua regul.* Innocent. VIII. non haberentur illa verba, *declarans dignitates, &c.* & ait sic fuisse in Rota pronuntiatum in vna Abbatia Burgen.

261 Vnde apparet, † quod Archidiaconatus de Virbiesca in Ecclesia Burgen. qui in Ecclesia Collegiata oppidi de Virbiesca principalem præeminentiam, & iurisdictionem habet, est reseruatus ex hac regul. quamuis eo nuper vacante Ordinarius illum prouidisset, & idem in aliis similibus Dignitatibus.

262 Sed dubitatur primo, † an per hanc regulam 1. *part.* reseruentur in qualibet Ecclesia duæ maiores, & duæ principales dignitates, ita vt inter se vna sit maior altera? quod dubium mouet Mandos. hic 3. *quæst.* & resoluit negatiue, imo, quod vna tantum Dignitas maior in qualibet Cathedrali, & principalis in qualibet Collegiata reseruata sit, non obstante, quod reg. loquatur in plurali, quia pluralitas resoluitur in singularitates, & respicit pluralitatem Ecclesiarum, ita, quod in qualibet cathedrali reseruat dignitatem maiorem, &c. pro qua resolutione plura adducit. 263 In fine tamen quæst. ait, † quod postquam hęc scripserat, dubium præmissum fuit bis in Rota discussum in vna Tuden. Abbatia pro Reuerendissimo Gienen coram D. Montisflasconen. & Rota dubia remansit, tandem dubio tertio proposito Rota pro maiori parte sensit, tum propter pluralem sermonem, tum propter dictionem, omnes, vniuersalem comprehendi sub regul. plures dignitates maiores sub qualibet Cathedrali, & quod, licet sibi dura visa sit resolutio, propter authoritatem tamen tantorum Patrum acquiescit.

264 Sed certe fallitur † in hoc Mandos. nam in illa Tuden. non agitur de hoc dubio, sed de duabus dignitatibus æque principalibus, vt etiam ipse dicit *quæst. 4. sub num. 7.* & patebit *dubio sequenti*, in præsenti igitur dubio pro certo tenendum est, non reseruari, nisi vnam tantum dignitatem maiorem in qualibet Cathedrali, & principalem in Collegiata, vt dictum est, & id vult Gonçalez *gl. 21. n. 7.* cum alleget Mandosium *d. q. 3.*

265 Secundo dubitatur, † si in aliqua Cathedrali sint duę dignitates maiores post pontificalem, vel in Collegiata duæ principales æquales, an ambæ sint reseruatæ, vel neutra? In quo dubio dicendum est, ambas esse reseruatas, nam verba, & ratio, ac mens regulæ sunt apta illas comprehendere: & ita per plura tenet
266 Mandos. *quæst. 4.* Et tenuit Rota † in d. Tuden. Abbatiæ de Bayona, 13. Iunij 1554. coram D. Montisflasconen. vt per Guidobonum, *decis. 34 in manuscriptis*, quæ ait, quod *reg. reseruās Dignitates principales in Collegiatis, & maiores post Pontificalem in Cathedralibus, comprehendit duas Dignitates pariter æquales in Ecclesia propter reg. verbum* omnes Dignitates, *quod est aptum sui natura comprehendere æque principales in eadem Ecclesia, tum etiam, quia eadem est ratio reg. & mens illam continentis in duabus, seu pluribus, quæ in vna, & interrogatus de hoc casu idem respondisset conditor regul. & ita fuit per maiorem partem resolutum.*

Et fuit dictum in Turritana Archypresbyteratus adducta dubio seq. tenet etiam Zerola *in praxi Episc. 2. p. verb. Dignitas. §. 4.*

267 Tertio dubitatur, † an ista reseruatio habet locum, vbi est tantum vna dignitas? in quo, quamuis multi contrarium teneant, Gomezius *de expectatiuis num. 45.* Zerola *1. part. verb. dignitas. §. 1.* tenenda est pars affirmatiua, quam tenet Simoneta *quæst. 85.* & Mandos. *hic quæst. 5.* & secuta est Rota in causa Turritana Archipresbyteratus 7. Maij 1574. vt in decis. seq.

268 *Fuit conclusum per omnes Dominos, † quod regul. 3. reseruatoria maiorum Dignitatum post Pontificales in Ecclesia Cathedrali comprehendit Archipresbyteratum, qui est prima Dignitas in Cathedrali Ecclesia Turritana, quia, licet verbum, maiores, quod est comparatiuum, ex sui natura præsupponat positiuū,* l. 1. *vbi Dd.* de verborum obligat. *tamen ponitur, & pro positiuo, gloss.* in l. vnic. vers. melius, *vbi Decius* num. 53. C. de eo quod interest, *Paris.* cons. 115. num. 14. volum. 1. *etiam si essemus in materia stricta, vt dicit Tiraquell.* de primogen. quæst. 72. num. 5 *sicut dicitur de verbis*, optimus, maximus, supremus, & proximus, *quæ, licet sint superlatiua, & præsupponant etiam positiuum.* l. illa verba, de verbor. significat. *tamen ponuntur etiam pro positiuo, & verificantur, etiamsi nullus præcedat, vel subsequatur.* l. proximus de verborum significatione l. 1. §. proximi vnde cognati. *vt late per Alciat.* in dict. l. proximus, *vbi etiam subdit non seruari de iure, quod semper requiratur positiuum, & inde infert ad primogenitum, quod dicatur etiamsi is solus, de quo etiam per Tiraq.* in d. tract. de primogen. quæst. 1. num. 3. *accedit etiam, quia in reg. non simpliciter dicitur maiores Dignitates, sed additur post Pontificales adeo, vt verum sit dicere quod inter hanc, de qua agitur, Dignitatem, & Pontificalem nulla reperiatur maior ipsa, considerabant etiam aliqui ex Dominis vltimam partem reg. vbi declaratur, sub ea etiam comprehendi Dignitates, quæ in Cathedralibus post Pontificales non maiores existunt; nam si vult comprehendi debere etiam non maiores post Pontificales, sequitur, quod comprehendantur etiam illæ Dignitates, quæ sunt vnicæ, & non habent alias supra se, & vna pars regul. declarat aliam l. vtrum, de petitione hæred. præsertim, cum præcedat declarando. præterea si reg. habet locum, quando sint duæ æquales Dignitates in Collegiata, vt fuisse resolutum in causa Tuden. Abbatiæ de Bayona coram Montisflascone. de anno 1554. vltima Aprilis reperitur annotatum propria manu bonæ memoriæ Oradini in libro informationum super d. causa, quem Domini voluerunt videre, & fuit liber allatus ad Rotam, & reperitur etiam annotata* eadem decis. à Guidobono, in sua decis. 14. *à fortiori habebit locum d. reg. quando adest vnica tantum Dignitas, cum in vnica consideretur minus præiudicium Ordinarij, quam in duabus, & in vnica Dignitate fuit etiam resolutum in eadem causa Tuden. vt in* dict. lib. *Oradini, quam etiam opinionem sequitur Simoneta* in tract. reseruat. quæst. 85. *cuius rationes omnes placuerunt Dominis præter illam, quod hæc reg. sit fauorabilis, cū hic articulus, an sit fauorabilis, vel odiosa, sit multū controuersus, & semel fuerit in hac*

causa disputatus in Rota, ex proposito, & dubio dato Domini nihil voluerunt pro nunc determinare. Eandem etiam opinionem secutus est Apostillator ad consil. *Gemin. 36. qui author dicitur esse Felinus, & cū supradictæ rationes, quod reg. comprehendat etiam vnicam Dignitatem, visæ sint Dominis multum vrgentes, noluerunt sequi contrariam opinionem, quam nonnulli sunt amplexi. Nec obstat, quod decis. in d. causa Tuden. & Simoneta loquantur in Collegiata, & non in Cathedrali, & Dignitas, de qua agitur, est in Cathedrali, quia Domini nullam videre esse rationabilem diuersitatem in hoc, cum semper militet præiudicium, licet non vniforme, & in decis. Guidoboni non sit differentia inter vnam, & alteram, Nec etiam obstat, quod cū Dignitas ista sit vnica, & propterea monocularis, nō debeat comprehendi sub reg. per ea, quæ de monocularitate scribit Monachus* in reg. in generali. in 6. & *Faillal.* dub. 55. *Rota* 12. de præbend. in antiq. cum aliis, *de quibus per* Felin. in cap. in nostra 24. col. de rescript. & *aliis, de quibus per informantes, quia respondetur, quod monocularitas non habetur in consideratione, quando collator habet alia Beneficia, pro vt hic præsupponitur adesse vndecim Canonicatus, & Præbendas in Ecclesia Turritana, iuxta decis. Rota* 40. de rescript. in nouis. & *Felin.* d. cor. 24 in fin. & *licet supradicti Canonicatus non sint eiusdem qualitatis, sicut est Dignitas Archypresbyteratus, tamen sat est, quod adsit existentia aliquorum Beneficiorum, licet non eiusdem qualitatis, vt considerat Simoneta* d. quæst. 85. *cuius responsio placuit Dominis; præterea reg. non habuit respectum ad monocularitatem, ex quo reseruat Prioratus, & præposituras, per ea, quæ supradicta sunt.* Et posthæc hanc sententiam sequitur Gonçalez *gloss. 9. §. 4. a n. 18.*

269 Quarto dubitatur, † vtrum prima Dignitate post Pontificalem Capitulo, an regul. intret in sequenti, & illa sit prima? in quo breuiter dicendum est, sequentem esse primam, & in ea regul. intrare ad dicta de vnione infra, *vltima parte, capit. 2. numero 12.*

270 Et ita tenuit Rota in causa Virdunen. † Decanatus, 9. Martij 1580. coram Illustrissimo Lancelloto, in qua fuit resolutum, quod *vnita prima Dignitate post Pontificalem Capitulo, sequens est prima, & in ea intrat tertia regula Dignitatum maiorum post Pontificalem, & non in vnita, quia fuit vnita accessorie & non æque principaliter, vt patet ex verbis vnionis Capitulo vnionis, notatis per gloss. & Dd.* in cap. 1. ne Sede vacante, & in cap. & temporis. 16. quæst. 1. *Rebuff.* de vnion. num. 12. *Tamquam, quando minus dignum vnitur, magis digno, dicitur facta vnio accessorie, Rebuff.* vb. num. 19. *Mensa vero Capitularis dicitur magis digna, Oldrad.* cons. 257. colum. 6. *quando vero Beneficium vnitur alteri accessorie, perdit nomen suum, & non dicitur amplius Beneficium, sicut dicebatur ante vnionem, & efficitur vt pedisequa illius, cui vnitur, Archid.* cons. 114 nu. 2. & *efficitur illius membrum, & transit in temporalitatem, Rota* decis. 2. de excessibus Prælatorum in nou. *Cassador.* 3. num. 1. de iudiciis, & *in terminis vnionis factæ mensæ Capitulari Ecclesiæ Parochialis, Oldrad.* supra, & *priuatur suo debito honore. Calder.* cons. vlt. de rebus Ecclesiæ, & *Dignitas dicitur esse in eo, cui vnitur gloss.* in d. c. & temporis, & *dicantur perire iura Beneficij vniti, vt ibi per glossam, & hæc est natura vnionis, vt faciat cessare titul. Gambar.* de officio Legati. lib. 5. in princip. num. 150. *vnde in impetratione non est facienda mentio de Beneficio vnito, sed sufficiet exprimere principale. Item nō inducitur vacatio, quia solum dicitur vacare Ecclesia, cui fit vnio*, cap. cum accessissent, de constitutionibus, *vbi Hostiens. & Abbas* 4. notab. *sed collata Ecclesia, cui fit facta vnio intelligitur etiam collata Ecclesia vnita, gloss.* in cap. gratia. de rescript. in 6. & *clausula vnionis, cum suis præeminentiis, & quod debitis non defraudetur obsequiis, & non mutant naturam vnionis, licet Beneficium debeat conseruari in suo statu, & in eo deseruiri more solito, Abb.* in cap. exposuisti, num. 7. de præbend. *vnde, cum illa prima dignitas vnita non vacet, & non sit amplius conferibilis, in ea non intrat* dict. regula 3.

271 Circa secundam partem huius regulæ, † in qua reseruantur Prioratus, præpositurae, ac aliæ Dignitates Conuentuales, ac præceptoriæ generales ordinum quorumcunque, seu non militarium, notandum est per eam reseruari Dignitates principales regularium Cōuentualium, seu Monasteria Fratrum, quæ non reguntur per Abbates, de quib. reg. præced. sed per Priores, præpositos &c. Gloss. *hic secunda par.* & Mandos. sic intelligendus, *quæst. 8. & 10.*

272 Nec in ea comprehenduntur Prioratus † præpositurę, & aliæ Dignitates temporales, vt ordinum Mendicantium, Glossat. *ibi*, & Mandos. *d. quæst. 10. & seq.* & eius filius Horat. Mandos. *de priuilegiis ad instar q. ... secunda num. secunda* iuxta dicta infra *numer. 497.*

273 Circa 3. partem huius reg. in qua reseruantur Beneficia familiarium Papæ, † ac Cardinalium continuorum commensalium, videndi sunt Glossat. Simoneta *quæst. 35. & 36.* & ibi Granutius, Æneas de Falc. 4. *quæst. effectu* 17. 30. & 47 Sarnen. *in proœmio regul. quæst. 6. circa fin. & in reg. de impetrant. Beneficia per obitum familiariarium Cardin. quæst.* 13 & 14. Gambar. *de officio Legati, libro 3. ex num. 133. per plures sequen. & lib. 5 ex num.* 130. Bero. *quæst.* 35 Menoch. *de arbitr. libro 2. casu 201. a nu. 121.* & Mascard. *de probatio. conclus.* 755. Et qui dicantur familiares, & continui commensales Papæ, vide *constitutionem* 78. & 79. Pauli III. & 44. Iulij III. & late Flam. Paris. *de resignatione, lib. 2. quæst. 16. a num. 36.* & Gonçalez *gloss. 51. à numero 15.*

274 Et videnda est etiam *d. reg. 30. de impetrantibus † Beneficia per obitum familiarium Cardin.* alias 31. & *sequens* super qua reg. *de impetrantibus Beneficia per obitum familiarium Card.* vltra Glossat. & Rebuffum late scribunt Sarnen. & Mandos.

275 Iuxta quam reg. *in collatione † Beneficij vacantis per obitum familiaris Cardinalis* requiritur consensus Cardinalis in cuius familiaritate decessit, licet illud habuerit tempore familiaritatis alterius prædefuncti, & ita tenet Gloss. *super d. reg.* cuius authoritatem semper Rota plurimi fecit, Puteus *decis. 227. libro 3.* Achilles 1. *super hac regul.* Fabius *decis. 11. lib. 2. & 2.* pars regulæ procedit, vbi vterque Cardinalis viuit; ita fuit resolutum in causa Lunen. Sarcanen. Beneficij 29. Aprilis 1594 coram D. Seraphino, & requiritur d. consensus etiam in prouisione facienda per Legatum, vel alium habentem facultatem conferendi tale Beneficium, Gonçalez *dict. gloss. 51. numer. 66.*

276 Notandum autem est primo, † quod licet ad effectum illius regul. nempe, vt in prouisione Beneficij vacantis per obitum familiaris Cardinalis debeat exprimi nomen, & titul. ipsius Cardinalis, & etiam ad id accedere assensus, &c.

Requiritur † quod fuerit familiaris continuus commensalis Cardinalis per quatuor menses ad

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

...ibus,,vt ibi dicitur, tamen ad effectum reseruatio-
nis id non est necessarium, sed sufficit, quod durante
familiaritate Beneficia obtinuerit seu in illis vel ad
illa ius ei competierit, quantumcunque paruo tem-
pore duret familiaritas, ex hac regula Mandos. *hic quæst.* 10.

177 Et procedit hæc reseruatio, & † dispositio *d. reg.* 30.
etiamsi postea familiaris esse desierit, vt in ipsis iam
clare dicitur, & tradit Paulus Gran. ad Simonetam *d.
q.* 35. *n.* 40. *&* 41. plures referens.

178 Secundo notandum est, † quod hæc reseruatio
includit etiam Beneficia, ad quæ familiaris habebat
ius ad rem, quicquid dicat Gonçalez infra, ex quo
reseruat Beneficia, quæ familiares obtinent fami-
liaritate durante, & in quibus, seu ad quæ ius eis
competit, Æneas de Falcon. *d. effectu* 47. Mand. hic
quæst. 14. *num.* 2. qui tamen reprehendit Æneam ibi
in quantum vult adaptare quæstiones concernen-
tes ius ad rem *d. reg.* 30. seu 31. quæ non continet ius
ad rem, sicut ista, nec de eo agit. Quod quidem est
179 † verum secundum regulas antiquiores, iam tamen
comprehendit illa regula etiam ius ad rem, & se-
cundum regulas antiquiores procedit *decis.* Rotæ
427. *p.* 1. *diuers.* quæ de *d. reg.* 30. loquitur, licet ibi di-
catur 3. quæ quidem non percepit Gonçalez *gloss.*
55. *num.* 4. nec intellexit Mandosium. Sed oportet
aduertere, quod, licet in specie illius regulæ suffi-
ciat iam ius ad rem competiisse familiaritate duran-
te, tamen si familiaris, cui ius ad Beneficium com
petebat, decederet ante consecutionem iuris in
180 re, non haberet locum illa regula, † cum loquatur de
Beneficiis vacantibus per obitum familiarium, nec
habeat locum, si aliis modis vacent, gloss. *ibi*, & Ae-
neas *d. effectu* 17. *circa fi. vers.* [illegible] Sarnen. *q.* 4.
& 7. & Mandos. *quæst.* 5. *&* 8. ibidem, Flam. Parisius,
lib. 8. *quæst.* 10. *ad fin.* & Beneficia non dicantur vaca-
re per obitum habentis solum ius ad rem, sed vt
prius, vt supra *parte præcedent. cap.* 3. *numero* 6. *&* 9. *&*
60.

181 Quamuis illud Beneficium esset reseruatum per
hanc regulam, quæ reseruat Beneficia, quæ familia-
res obtinent familiaritate durante, ac in quibus, seu
ad quæ ius eis competit. vnde ad effectum huius re-
seruationis & vt ea intret, sufficit ius ad Beneficium
competiisse familiari familiaritate durante, siue vacet
ex persona illius, siue non, sed vt prius cessante iure
ad rem.

182 Quod tamen non habere † locum in iure ad rem
quæsito ex acceptatione familiari expectanti, qui
post acceptationem obiit, docet Mandos. *hic d. q.* 14.
cum Aenea *d. effectu.* 47. 1. *modo.* qui tamen id non di
183 cit, sed, quod *d. reg.* 30. † non potest verificari in isto
modo, quia, cum alius tale Beneficium impetrans
à Papa non teneatur facere mentionem de tali iu-
re, Rota *decis.* 244. aliàs 17. *de præbend. in nouis.* Aegi-
dius. 67. sequitur, quod non requiritur consensus
Cardinalis, cuius erat familiaris defunctus, & quo-
ad hanc 3. reg. inquit ad fin. dict. effectus, quod non
184 dubitaret omnes prædictos modos, † aut plures ex
eis includi in ea, quia huiusmodi reseruatio est fa-
uorabilis: quæ ratio, licet non sit certa, vt supradi-
ctum est *num.* 67. tamen adhuc existimo illud ius in-
cludi in hac regul. cum in eo verificentur verba re-
gulæ.

185 Nec obstat ratio, † qua mouetur Mandos. ibi, ad
quem se refert Granutius ad Simon. *d. quæst.* 35. *n.* 45.
quod tale ius est debile, & parum considerabile, ex
quo collatio, & reseruatio facta à Papa de tali Bene-
ficio valet, de acceptatione expectantis nulla facta
mentione, vt idem Aeneas ait *effectu* 15. *&* 3. *quæst. sen.
num.* 17. & sic istud ius à regula nostra neglectum
videatur. Quia respondetur, quod hæc reseruatio in-
ducitur ad hoc, vt cessante iure ad rem, vel vacante
Beneficio, ad quod familiaris ius habuit, non possi
Ordinarius de illo prouidere; ad quod satis conside-
rabile est illud ius ex acceptatione quæsitum, cum
respectu inferiorum sit verum ius ad rem, quamuis
respectu Papæ conferentis tale Beneficium, non sit
considerabile ex ratione, de qua *in d. decis.* 17. & supra
d. c. 3. *partis præced. n.* 24.

Et discurrendo breuiter per alios modos, † quibus 186
ius ad rem acquiritur, quos prosequitur Aeneas *d.
effectu* 47. secundus modus, quem ibi ponit, est per
mandatum de prouidendo de prima Præbenda fa-
ctum recepto siue creato in Canonicum authoritate
Apostolica, de quo *d. c.* 3. *quarto modo*, & in isto modo
arbitratur Aeneas ibi hanc reg. *& d. reg.* 30. verifica-
ri, quia talis Præbenda per Canonicatus Collatio-
nem, reseruationem, & decreti interpositionem re-
mansit affecta, quod videtur, inquit, hodie decisum
per extrauagantem Pauli II. ad Rom. Pontifices *de
præbend.*

Sed istud intelligo, quando durante familiaritate
successit vacatio Præbendæ, † tunc enim ille habet 187
ius ad illam, quod includitur in hac reg. & ante vaca-
tionem non habet nisi spem, sicut de expectante di-
ximus *d. cap. num.* 16. nec reseruatio, & decreti inter-
positio afficit ante vacationem, cum sit super incerto,
iuxta supradicta, *num.* 148. *& seq.* nec d. Extrauag.
probat contrarium, nec multum facit ad proposi-
tum.

Tertius modus, † quem ponit Aeneas ibi, est per 188
electionem, de quo *d. c.* 3. 1. *modo*, quem non includi
in prædictis regulis ait Aeneas, ibi, *quia, si electus mo-
reretur in curia, non maneret reseruatum Beneficium*,
vt dixit *præced. effectu.*

Sed illa ratio nihil valet in † proposito, nam his 189
non agitur de inducenda reseruatione ob vacatio-
nem, sed propter ius ad rem familiari competens,
& ideo verius est, istud ius includi in hac regul. vt
idem Aeneas videtur tenere ad fin. d. effectus, & et-
iam *in d. regul.* 30. saltim hodie iuxta supradicta, & ita
tenet Sarnen. *in regul. de iure quæsito, quæstion.* 1. *primo
modo.*

Quartus modus, † quem ponit Aeneas ibi, est per 190
præsentationem, de quo *d. c.* 3. *secundo modo*, & ait
includi in prędictis regulis per presentationem cle-
rici, qui non potest variare, quia erat sibi acquisitum
irreuocabiliter, & idem tenet Sarnen. *d. reg. de iure
quæsito, quæst.* 1. *secundo modo* dicens, quod quoad effe-
ctum aliarum regularum de iure loquentium putaret
faciendum esse differentiam inter ius ad rem ex pre-
sentatione clerici, vel laici, nam ius competens ex
præsentatione laici non est ita radicatum nec firmum
in persona præsentati propter variationem, quam
laicus facere potest, sicut est illud ius proueniens per
præsentationem clerici, &c.

Vnde idem esset in præsentione laici, † cum non 191
posset variare vt quia iurauit non variare, vel lapsum
est quadrimestre, tunc enim ius ad Beneficium ex
ea competens includeretur in hac regul. si alias tale
Beneficium caderet sub reseruatione, vt quia esset
ius patronatus laici ex priuilegio, seu consuetudine,
&c.

Quintus modus, † quem ponit Aeneas est per 192
reseruationem factam pro familiari de certo Bene-
ficio,

ficio, de quo *d. cap.* 3. *sexto modo*, quem putat includi
sub d. regulis, quia remanet Beneficium reseruatum
per mortem ipsius reseruatarii, vt in d. Extrau. Paul.
II. & Sarnen. *d. q.* 1. *sexto modo*, inquit, quod ius huius-
modi erit considerabile, non solum quoad illam reg.
de iure quæsito, sed etiam quoad alias reg. *de iure quæ-
sito* loquentes.

193 Intelligo tamen istud ius includi in hac † reg. & *in
d. reg.* 30. quando Beneficium reseruatum pro fami-
liari vacaret durante familiaritate, nam si familiaris
reseruationis, pro quo reseruatum est Beneficium
nondum vacans, decederet ante vacationem illius,
non maneret Beneficium reseruatum per hanc regu-
lam, quamuis maneret affectum, ex quo Papa semel
manum apposuit iuxta dict. Extrauagantem Pauli II.
vt dicit Æneas *ibi, & effectu* 16. *&* 5. *principali, q.* 12.
15. 17. *&* 18.

194 Sextus modus, quem ponit Æneas, est per † colla-
tionem nondum acceptatam, de quo *d. c.* 3. *quinto mo-
do*, & putat hunc etiam includi in prædictis regulis,
quia erat ipsi prouiso acquisitum ius in tali, vel ad ta-
le Beneficium irreuocabiliter, Sarnen. *d. q.* 1. *quinto
modo* ait istud ius esse considerabile quoad omnes re-
gulas & impetrationes.

195 Septimus modus, † quem ponit Æneas est per con-
suetudinem optandi, per quam acquiritur ius ad præ-
bendam, quæ potest optari, *cap.* 1. *in princip. de con-
suetud. in* 6. de quo *d. c.* 3. *septimo modo*, ponit exem-
plum, si mortuus est quidam Canonicus, cuius præben-
dam poterat, & volebat optare alter Canonicus, qui
erat familiaris Papæ, aut Cardinalis, qui priusquam
optaret, mortuus est, an talis præbenda inoptata re-
maneat reseruata, & sic includatur *in hac reg.* 3. *& in*
30. & ait forte, quod sic, per prædictam rationem, de
qua *in præced. modo.*

196 At Sarnen. *d. q.* 1. *septimo modo*, ait, † quod licet istud
ius sit considerabile quoad illam regulam, tamen
quoad effectum *d. reg.* 30. & quoad alios effectus est
magis dubitandum.

197 Ego falsam existimo d. sententiam Æneæ, † nam,
si illa præbenda inoptata remaneret reseruata, & in-
cluderetur in hac reg. non posset per sequentem o-
ptari, primo, qui erat familiaris, mortuo, aut postea
optare nolente, quod videtur absurdum.

198 Videtur tamen, † quod posset intrare reseruatio
huius reg. in præbenda optata per eum, qui erat fami-
liaris tempore, quo competebat ei ius optandi, quam-
uis tempore ipsius optionis iam non esset familiaris,
& in Dignitate, seu Beneficio optato per familia-
rem, qui ante subsecutam collationem faciendam,
qua mutatur titulus, decessit, quia tunc specialiter e-
rat ei acquisitum ius ad talem Dignitatem, seu Bene-
ficium optatum.

199 Octauus modus, † quem ponit Æneas, est per ces-
sationem solutionis pensionis in terminis conten-
tis, & descriptis in literis Apostolicis propter clau-
sulas positas in eis; nam si propter non solutionem
familiaris pensionarius mouerit iudicium contra
principalem, & decesserit, forte, inquit, tale Benefi-
cium cadet in reseruatione huius regulæ, & forte in
literis in isto casu ius in re tribuitur, inquit, sequent.
modo.

300 Sed, cum de stylo Rotæ non sit † locus regressui,
vel accessui ob non solutionem pensionis, nisi lata
magna proteruia vsque ad tertiam sententiam, vt in
dict. capit. 3. *octauo modo* decedente pensionario ante
canonicatum regressum, vel accessum, non videtur
Beneficium cadere in reseruatione huius regulæ,

Nonus modus, † quem ponit Æneas, est per re- 301
gressum, quem familiaris habebat ad Beneficia Titij,
nam si contingat, inquit, Titium primo mori, po-
stea ipsum familiarem priusquam, vigore regressus
apprehenderit, Beneficia Titij forte cadent *in reg.
hac*, &c. Quod mihi certum videtur maxime, quia
tunc in regressu ius in re tribuitur, vt ipse ibi, sub
verbo, *forte*, dicit.

Et idem erit in accessu, & † in coadiutoria, cum fu- 302
tura successione, ex quibus ius ad Beneficium com-
petit, vt *in d. c.* 3. *decimo modo*, nam si succedente va-
catione Beneficij habens accessum, vel coadiutoriam
in familiaritate, decedat antequam in eo intret, erit
reseruatum per hanc regul. maxime si in literis ac-
cessus, & coadiutoriæ fieret collatio in euentum
vacationis, ex nunc prout ex tunc, & sic tribue-
retur ius in re. Consonat Sarnen. *dict. quæstione* 1. *de-
cimo modo*, dicens, quod ius ad rem per regressum,
& accessum, est considerabile, quoad omnes
regulas, & dispositiones de iure quæsito loquen-
tes.

Si tamen familiaris habens regressum, accessum
vel coadiutoriam, ante vacationem † decederet, aut 303
vacationis tempore, non esset iam familiaris,
tale Beneficium non includeretur *in hac reg. & d. re-
gul.* 30. quia illud ius ante vacationem non est con-
siderabile, cum sit conditionale in euentum vaca-
tionis, Cassad. *decis.* 3. *de præbend.* Moheda. 23. *eod.
titul.*

Nisi in literis adesset decretum, quod ex nunc ple-
num ius in † vel ad Beneficium sibi acquisitum exi- 304
steret, nam tunc videtur, quod si ille tempore con-
cessionis gratiæ, seu illa existente, esset familiaris,
includeretur tale Beneficium *in hac reg. & d. reg.* 30.
propter illud decretum, quamuis tempore vacatio-
nis desijsset esse familiaris, etiam per mortem Cardi-
nalis.

Vnde, cum Canonicatus Ciuitaten. vacasset † de 305
mense Martij 1594. per obitum Francisci de Cue-
ro, qui tempore, quo fuerat constitutus coadiutor
in d. Canonicatu, cum futura successione, & clausu-
la, *quod cessante coadiutoria Ordinarius, ex nunc prout
ex tunc*, & e contra. ei conferret Canonicatum præ-
dictum, & cum decreto, quod si d. Franciscus ido-
neus repertus sit, ex nunc plenum ius in, vel ad d.
Canonicatum acquisitum sibi existeret, fuerat fa-
miliaris continuus commensalis Cardinalis Tole-
tani D. Gasparis de Quiroga, qui habebat indul-
tum, vt omnibus gratiæ prærogatiuis, fauoribus,
&c. concessis Cardinalibus præsentibus in Curia
Romana gauderet, ac si præsens esset, ad Mandos.
d. reg. apud eum 32. *quæst.* 23. tempore tamen, quo co-
adiutoria cessauit, & successit in Canonicatu dict.
Franciscus, desierat iam esse familiaris dicti Cardi-
nalis, dubitatum fuit, an esset conferendus † de con- 307
sensu dict. Cardinalis, iuxta *d. reg.* 30. *seu* 31. quæ con-
tentatur iure ad rem competente tempore fami-
liaritatis, in quo D. Seraphinus tunc Rotæ Deca-
nus, nunc Cardinalis Illustrissimus de ordine San-
ctissimi dedit suum votum contra Cardinalem To-
letanum, quia illud ius ex coadiutoria dicebat non es-
se considerabile, vt pote conditionale, & sic fuit si-
gnata supplicatio de dicto Canonicatu in fauorem
Licent. Viuero, qui illud prætendebat sine consen-
su d. Cardinalis, cum pensione 200. ducatorum; re
tamen ad Rotam delata ad instantiam Cardinalis,
dubium fuit bis propositum, & tandem maior pars
Dominorum inclinabat contra votum Decani,

promptæ ex d. decreto posito in conditoria, licet
307 non fuit pro tunc † capta resolutio, sed causa dilata; interim fuit signata supplicatio in fauorem D. Francisci Pacheco familiaris d. Cardinalis de consensu illius, cum eadem pensione, cui ille consensit, & ita causa non fuit amplius proposita, nec habuit effectum gratia d. Licen. Viuero.

Decimus & vlt. modus, quem ponit Æneas, est
308 per priuationem † in forma iuris, per quam, inquit, afficitur debitum Beneficium, &c. de quo d. cap. 3. nouo mod. quem tamen non putat comprehendi in reseruatione huius reg. cum non vacet tale Beneficium antequam ille priuetur, nec ille familiaris ante mortem dicitur habuisse aliquod ius, Rota decis. antiquis nouiss.

309 Isti sunt modi acquirendi ius ad rem, † id est, ad Beneficium, quos ad effectum huius reseruationis nostræ reg. prosequitur breuiter Æneas d. effectu 47. quos ad alios effectus prosequimur d. cap. 3. oper. vbi addimus alium † verum modum, nempe per mandatum de prouidendo de certo Beneficio vacante, qui includetur in hac regul. & 12. per oppositionem, qui in ea non videtur includi, nisi quando oppositor iustificauerit qualitates requisitas per fundationem constitutionem, seu priuilegium, ita vt censeatur ab illa vocatus & sola prouisio deficiat ad ibi dicta.

310 Qui etiam sunt notandi † ad reseruationem regulæ sequentis de Beneficiis collectorum, & subcollectorum, quæ etiam continentur iure ad rem.

311 Tertio notandum est, † quod in vna Beneuentana Beneficiorum 15. Nou. 1597. coram D. Seraphino fuit resolutum, Conclauistas esse vere familiares Papæ, & illorum Beneficia spectare ad liberam collationem Papæ sine consensu Cardinalis, cuius sunt familiares constit. 32. Sixti V. de priuilegiis conclauistarum &c. Flamin. Paris. dict. libro secundo q. 16. numer. 37.

312 Sed dict. constitutio solum † loquitur de conclauistis conclauis, in quo ipse Sixtus ad Summi Apostolatus apicem assumptus est, vnde in aliis non habebit locum, nisi adsit alia similis constitutio. Quia fecit etiam S.D.N. Paulus V. de conclauistis sui conclauis, & Leonis XI. pridie Calend. Aug. 1605.

313 Sed dubitatur primo an fratres, † seu nepotes Cardinalium, qui in eorum domo sunt tanquam tales, & continui commensales, & viuunt eorum expensis, sint familiares ad effectum huius regulæ, verbi gratia D. Petrus de Deça cum Cardinali Deça eius patruo, & noster Decanus D. Didacus de Bracamonte, cum eius fratre Cardinali Auila.

Et respondendum est negatiue, † nam licet ver-
314 bum familiares, varie accipiatur, & domestici dicantur familiares, Abb. in c. cum dilectus. num. 2. de cleric. non residen. Felin. num. 1. in literis, vbi gloss. de testibus, at in proposito familiares dicantur deputati ad honestum seruitium Domini, qui dicuntur seruitores, seu famuli, cap. fin. de verborum sig. ifi. in 6. & ibi Ioan. And. Domin. num 8. & Francus 14. Probus
315 ad Monachum in cap. vnico. de Schismaticis in 6. nu. 8. & 9. Simoneta † quæst 35. num. 2. Sarnen. in regul. de impetrantibus Beneficia per obitum familiarium Cardin. quæst. 13. & Mandos. ibi q. 10. num. 3. Flamin. Paris. lib. 5. quæst. vlt. num. 196. & Açor. lib. 5. cap. 23. quæst. 8. facit decis. Cassadori vnica de verborum significat.

Et sic, qui in domibus † Cardinalium habere 316
expensas victus, seu partem, non vt familiares, & seruitores, sed vt amici, aut consanguinei, vel ex eleemosyna vel alia causa, non sunt familiares, nec eorum Beneficia sunt reseruata. Bonifacius in clemen. 5. de celebrat. Missar. numer 34. Simoneta numer. 6. & Sarnen. supra Bero q. 5. num. 3. & 4. Mascard. concl. 755. num. 3.

Et ita in terminis † D. Fernan Mexia de Mendo- 317
ça nepotis ex sorore Card. D. Ioannis de Mendoça fuit resolutum in vna Salamantina, & Abulens. Beneficiorum 9. Iunij 1599. coram D. Penna, vt in sequent. decisione: Rota censuit Don Ferdinandum Mexia de Mendoça non fuisse familiarem bonæ memoriæ Cardinalis de Mendoça ad effectum, vt Beneficia per eius obitum vacantia remanserint reseruata, nam cum ad istum effectum requiratur mens & dens, Sarn. in reg. impetrant. Beneficia per obitum familiarium Card. quæst 13. & ex qualitate personæ recepte, & intentione seruiendi colligatur, quis sit, vel non sit familiaris, in casu proposito hæc omnia excludebant familiaritatem, primum qualitas personæ Ferdinandi, qui cum esset nepos Cardinalis ex sorore ex nobilissima progenie, licet cum Cardinali conuiueret, non tamen morabatur in eius palatio tanquam familiaris, sed tanquam nepos, & sanguine Cardinali coniunctus, neque Ferdinandus prætendebat dicto Cardinali inseruire tanquam familiaris, Sarnen. in dict. quæst. 13. Francus in c. fin. de verborum significatione num 14. lib. 6. recepti etiam excludebat familiaritatem, quia Ferdinandus non fuerat receptus in palatio Cardinalis, vt seruiret, & propterea deputatus illi fuerat magister, qui in literis humanioribus eum instrueret, sicut quotidie actu instruebat, vnde cum intentio Cardinalis recipientis non fuisset, vt Ferdinandus deputaretur ad aliquod honestum seruitium Cardinali impendendum, cessabat familiaritas, cum ille dicatur familiaris in hac materia, qui deputatur ad aliquod honestum seruitium impendendum. Francus in d. cap. fin. num. 14. de verbor. significatione in 6. Mandos. in reg. de impetran. Beneficia per obitum familiarium Cardin. quæstion. 10. numer. tertio. denique intentio recipientis, & recepti familiaritatem penitus excludebant, nam respectu Cardinalis notum erat eum non recepisse Ferdinandum, vt sibi inseruiret, sed vt literis operam daret, & studia virtutum complecteretur, & hanc Cardinalis intentionem probabat tractatus, & reputatio, quia neque Cardinalis tractabat Ferdinandum tanquam familiarem, neque Ferdinandus communiter reputabatur tanquam familiaris, vt testes asserebant, quod sufficit ad excludendam familiaritatem, Simoneta tract. de reseruatio quæst. vigesimaquarta Bellamer. decision. sexcentesima duodecima. respectu Ferdinandi recepti manifestius erat eum non accessisse ad Palatium Cardinalis, tanquam familiarem, sed tanquam nepotem, neque prædictis obstabant deducta per informantes pro Ioannis Guetta, quod Ferdinandus esset commensalis Cardinalis, viueret illius expensis, & quædam eiusdem Cardinalis imperata exequeretur, & coram eodem Cardinali staret nudo capite, & similia, quia respondebatur primo, quod cessante animo vtriusque recipientis videlicet & recepti, ista omnia non operantur familiaritatem. Sarnen. d. quæst. decimatertia. secundo respondebatur Ferdinandum ista omnia præstitisse non tanquam familiarem, sed tanquam nepotem, atque ex his respondebatur ad dicta testium pro contraria parte examinatorum, quanquam non admodum vrgerent.

Secundo dubitatur, † an Vicarij, seu prouisores 318
Cardina-

Cardinalium in eorum Episcopatibus, seu Abbatiis habentes ab eis expensas, seu mensam, aut salarium seu stipendium, dicantur eorum familiares continui commensales, & illorum Beneficia includantur in hac reseruatione? Et respondetur negatiue; nam isti re vera non sunt, nec dicuntur familiares, id est, seruitores, seu famuli (hispane criados) sed officiales, & tanquam tales, & non tanquam familiares recipiunt expensas, seu stipendium à Cardinali.

319 Et facit quod ait Sarnen dict. quæstion. 13. ante fin. non esse familiarem continuum commensalem eum, qui accedebat ad Cardinalem causa docendi eum in literis Græcis, Hebraicis, & Latinis, ob quam causam Cardinalis portionem panis, & vini, non tanquam familiari, sed magistro ministrari iubebat.

Quamuis Segura de Auales in directorio iudicum
320 Ecclesiastici fori 1. p. c. 14. 34. † dicat iudices ordinarios, vel Delegatos Episcoporum venire appellatione familiarium, & ex communi vsu loquendi famulos nuncupari, &c.

321 Et ita in proposito tenuit Rota, † vt per Simonetam d. q. 35. nu. 21. & Mandos. hic quæst. 19. qui eam sequuntur.

Quæ tamen intelligit Rota, & cum ea Simoneta,
322 † & Mandos. ibi, nisi ille, qui constitutus fuit Vicarius, esset ex familiaribus continuis commensalibus Cardinalis; nam tunc talis etiam Vicarius effectus manet, cum adhuc sit in seruitio Cardinalis, & eius expensis viuat, & refert Gonçalez gloss. 53. numero 66.

323 Quamuis si esset constitutus Vicarius sine † salario, aut expensis, non maneret continuus commensalis, & sic Beneficia, quæ tunc obtineret, non caderent sub hac reseruatione.

Et quod dictum est de Vicarius, idem dicendum
324 † erit de visitatoribus, & aliis officialibus huiusmodi.

325 Tertio dubitatur, † an dispositio huius reg. quæ loquitur de familiaribus Papæ, & Cardinalium, habeat locum in familiaribus familiarium habentibus partem, seu expensas ab ipsis Papa, vel Cardi-
326 nalibus? In quo † Dd. communiter partem affirmatiuam tenent, eo, quod seruiendo familiari Papæ, vel Cardinalis, dicantur illis seruire: & facit l. quemadmodum. §. sed an instrumenti. ff. de fundo instructo, & quæ tradit Oldradus § 21. ita Salicetus in l. 2. C. de Episcopis & Clericis ad fin. & Glossator hic, & super reg. Iulij II. de prerogatiuis expectat. 7. part. & Sarnen. qui multa adducit ad propositum, quæstion. 14 Æneas de Falcon. quæstion. quarta principali effectu 30. Simoneta quæstion. 35. numero 11. & ibi Granutius, Menoch. de arbitrar. casu 201. numero 17. Et Mandos. hic quæstion. decimaseptima, ait pro hac parte se obtinuisse †
327 in vna Regien. partialium S. Chrisanchi, & Dariæ, coram R.D. Reomano, de mense Ianuar. seu Februarij 1551. dato enim dubio, an Beneficia familiaris commedentis in tinello Papæ familiaris, & continui commensalis Papæ dicantur reseruata, sicut Beneficia veri familiaris? Domini de Rota concluserunt pro affirmatiua in fauorem D. Antonij Branolæ sui clientis.

328 Sed hæc communis sententia † patitur difficultatem ex multis adductis per Sarnen. ibi in princip. & Mandos. qui ait, quod quæsitum præmissum pro vtraque parte satis disputabile videtur, & quod quid ipse sentiat aperiet super 7. part. regul. de prærogatiuis expectan. sed non habemus scripta, Mandos. super illa, & contrariam sententiam tenet Guido Papa consil. 50.

Nihilominus non puto recedendum à communi
† sententia, maxime, cum sit authoritate Rotæ comprobata. 329

Aduerte tamen cum Glossat. † hic, & in d. 7. parte, 330
reg. Iulij II. de prærogatiuis expectan. ad fin. quod, si Papa, vel Cardinalis daret suo familiari portionem, seu expensas per se, & duobus familiaribus, & ille haberet plures, vt tres, vel quatuor, & non nominaret illos duos, qui viuant expensis Papæ, vel Cardinalis, nullius Beneficia sunt reseruata, ratione incertitudinis argum. l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tutela, & l. si fuerit. ff. de rebus dubiis, & glossæ in cap. nolite recedere 11. quæst. 3. verb. iniquam, sequitur Sarnen. d. q. 14. versi. secundo limitatur, & facit quod dicetur infra numer. 367.

Quarto dubitatur, † an sint reseruata per hanc re- 331
gulam Beneficia cubiculariorum, seu camerariorum honoris, qui recipiunt de palatio partem panis: & videbantur esse reseruata iuxta constitutionem Pauli III. 78. 79. & etiam videbantur reseruata per regul. 6. vbi reseruantur Beneficia cubiculariorum.

Nihilominus tamen contrarium in † terminis
fuit per Rotam resolutum, in vna Seguntina Archi- 332
diaconatus, & Canonicatus, 19. Martij 1601. coram D. Lancelloto, vt in decisione sequenti. Vacantibus Archidiaconatu, & Canonicatu in Ecclesia Seguntina, per obitum quondam Don Petri de Sylua, de mense Augusti. 1599. defuncti, D. Episcopus Seguntinus gratia alternatiua gaudens, alterum ex iis contulerat Don. Ioanni Chaco..., & alterum D. Didaco Escalante, eas autem vti reseruatas à Sede Apostolica impetrauerat D. Ioannes Baptista Riston. Et reseruatio deducebatur ex eo, quod prædictus Petrus fuerat cubicularius honoris felic. record. Sixti V. recipiendo partem panis, quamuis enim adesset vnus testis deponens, quod haberet etiam partem vini, tamen omisse, quod est vnicus, non concludit, nam redderet rationem suæ depositionis dicit, quod aliquando cum dicto D. Petro comedit, & pro vtroque panis Papalinus apponebatur, quæ ratio nihil facit ad partem vini, & cum ratio non concludit, dictum infringitur, Aymon. consi. 2. numero 4. vltra quod potest esse, quod quandoque aliqua occasione vinum de Palatio habuerit, non tamen quod illud quotidie reciperet quemadmodum panem. Et cessat omnis difficultas, ex fide computistæ Cameræ siue Palatij Apostolici attestantis prædictum D. Petrum in rolis familiarium Sixti V. reperiri descriptum, sub rubrica cubiculariorum honoris, qui partem panis tantum recipiebant, orta desuper lite inter prædictum Apostolicum, & prouisos ab Ordinario, eaque coram me introducta, dubitari contingit, an constaret de reseruatione horum Beneficiorum? & Domini resoluerunt, non adesse aliquam reseruationem, cum enim reseruatio sit odiosa glossa in c. præsenti, verb. finitur, de officio Legati in 6. Beson. decis. 1. in fine, de præbend. Cassad. decis. 3. num. 5. de reseruatio. eaque non inducantur, nisi in casibus expressis, Cassador. decis. 2. numero 9. de reseruatio. Simoneta de reseruatio. quæstion. quinta cum aliis ibi relatis in appendice, non potest dici huiusmodi cubiculariorum Beneficia esse reseruata, cum id nullibi cautum reperiatur, non in regula tertia reseruatoria, non in constitutione Pauli III. neque in Bulla Iulij III. non demum in alia regula sexta. Si enim inspiciamus regulam tertiam reseruatoriam, cum illa loquatur de familiaribus continuis com-

mensalibus non intrat, nisi concurrat vtraque qualitas, familiaritatis scilicet, & continuae commensalitatis, Simoneta de reseruatio. q.35 in princip. Gambar. de offic. & potestate Legati, lib.5. tit. de officio. & potest. in Beneficia conferen. nu. 166. Beroius quaest. 35. quae qualitates deficiunt in huiusmodi cubiculariis, ex quo continua commensalitas corpore, & dentibus contrahitur, cap. fin. cum ibi notatis de verborum signification. lib. 6. ex eo namque solo quod quis recipiat panem in Palatio, non est continuus commensalis, quia iste panis datur potius honoris gratia, quam ratione commensalitatis, cum in solo pane non viuat homo, Alfon. de Soto Glossator antiquus super d. reg. 3. in fin. Sarn. de impetrat. Beneficia per obitū familiariū Card. q. 13. n. 11. idē Sarn. dec. 5. Simoneta dec. 24. nec hic applicari possunt deducta ex decis. Peregrini 104. quod familiaris ex priuilegio comprehendatur sub regul. reseruatoria, in quibus terminis procedit etiam decis. in causa Beneuētana Beneficiorum, coram R.P.D. meo Decano, quia nō apparet de aliqua declaratione Papae, ex priuilegio, quod huiusmodi cubicularij honoris sint veri familiares, & continui commensales. Si vero attendamus constitutionem Pauli III. siue regul. Cancellariae, de qua in Bullario, num. 78. & 79. illa procedit in cubiculariis officialibus, vt patet ex illius inspectione, cum loquatur de scriptoribus, militibus cubiculariis & aliis officialibus, & semper haec qualitas officiales sit repetita, ac ideo non est extendenda ad cubicularios honoris, qui non sunt officiales, cum omnino sit exorbitans, ex quo facit continuos commensales, qui reuera non sunt, stricte debet intelligi de officialibus, Puteus decis. 13. lib. 1. & hoc modo hanc regulam intellexerunt Sarnen. in prooemio regul. quaest. 6. numer. 9. & de impetran. Beneficia vacantia per obitum familiarium, quaestione decimatertia, numero decimosexto. Mandosius super regula sexta, quaest. 1. num. 8. & ita fuisse decisum in Rota coram Mariscoto, in causa Lucen. Archidiaconatus vigesimotertio May 1540. refert Puteus decis. 33. alias 18. de Praebend. in manuscrip. & in alia Adrien. refert idem Puteus supra allegata dec. 313. libr. 1. in impressis Bulla vero Iulij III. in Bullario 44. declarans Ecclesiarum Praelatos, qui solum ratione suae personae panem ex palatio habent, esse veros & indubitatos continuos commensales etiam ad effectum regulae reseruatoriae, cū emanauerit ad declarationem, & ampliationem regularum Pauli III. quae comprehendebant tantum illos Praelatos, qui percipiebant panem ratione officij, eam extendendam ad eos Praelatos, qui solo intuitu personarum, absque aliqua consideratione officij, panem habent, debet intelligi, & regulari secundum d. constitutiones, quas declarat l. haeredes palam §. si quid ff. de testamen. vt scilicet comprehendat Praelatos, qui ratione personae panem accipiunt, quales sunt Archidiaconi, qui habent panem ratione personae, quod suadetur, quia illos Papa creat suos domesticos, & continuos commensales, vel vt comprehendat Praelatos maiores, non autem Archidiaconos, aut Rectores Ecclesiarum, qui proprie non sunt Praelati, Clementina dudum. cum ibi notatis de sepulturis Abb. in cap. 2. num. 16. de iudiciis, & in c. tua nos, num. 2. de Clerico aegrotan. maxime in hac materia reseruationis, in qua, vt dictum est, facienda est stricta, & propria interpretatio, Beroius d. quaest. 35. Gemin. cons. 135 num. 2. idem etiam dicendum est, attenta reg. 6. per quam reseruantur omnia Beneficia cubiculariorum, & cursorum, quia illa iuxta opinionem, quam alias Rota secuta est, non potest huiusmodi cubicularios comprehendere, cum enim per constitutionem Leonis super erect. Collegij cubiculariorum anno 1515. de qua in Bullario num. 14. §. & ne Apostolicorum sit expresse prohibitum, ne vltra numerū cubiculariorum praescriptum in erect. illius Collegij, & antiquos familiares, & continuos commensales pro tempore existentium Romanorum Pontificum aliquis alius nomen, aut titulum cubiculariorum vsurpet, regula non potest habere locum in istis cubiculariis, cum de tempore editionis regulae non essent amplius cubicularij, & in hic terminis habemus supra allegatam decis. Putei 33. de Praeben. Ant. August. in epitome super hac reg. Mohed. decis. 90. alias 2. de probatio. licet non sit admodum clare relata, lex namque quae semper loquitur, comprehendit solum cubicularios de tempore regulae existentes, non autem eos, qui sunt prohibiti nominari cubicularij, & ideo quicquid dicendum esset ante Bullam Leonis, de quo tempore procedunt dicta per Alfon. gloss. antequam super hac reg. in fin. eam scilicet intelligendam esse de cubiculariis extra muros postquam d. Bulla superuenit, non possunt applicari stante huiusmodi prohibitione. Neque obstat Mandos. super hac reg. quaest. 1. in fin. quia multum se inuolat, & in posteriori edit. non animaduertit ad prohibitionem, de qua in Bulla Leonis, nec suadet contrarium ratio per eundem considerata, quod non possit intelligi de cubiculariis officialibus, cū similis reg. extaret tempore Sixti IV. & sic anno 1572. & Innocentij VIII. anno 1584. & Collegium cubiculariorum officialium fuerit postea erectum à Leone X. anno 1515. sicut, quod neque possit habere locum in aliis cubiculariis, quia alias esset superflua, cum isti sint comprehensi in reg. 3. reseruatoria Beneficiorū familiarium, & continuorum cōmensaliū, nam quantum ad primū quāuis ab initio regulae haec intelligeretur de iis cubiculariis, qui non erant officiales, tamen superueniente Bulla Leonis X. prohibente, quod nullus alius, praeter expressos in ea, possit dici cubicularius: reg. non potest loqui de illis, qui non sunt amplius, quantum vero ad secundum, non est inconueniens, quod ratione maioris Dignitatis, quam habent alij cubicularij secreti, vt per Staphil. in tit. de praerogat. expectan. §. videndum n. 42. sit etiam facta particularis reseruatio suorum Beneficiorum, vltra quod, cum haec reg. declaret explicite, ac distincte, quod implicite erat dispositum, & expressum, non potest dici superflua Gemin. in cap. 1. n. 22. de summa Trinitate. Ruinus cons. 89. n. 17. vers. nec obstat vol. 1. Non obstat, quod Beneficia vacantia per obitum Capellani honoris, videantur reseruata, Rota dec. 21. de Praeben. in antiquis. & decis. 12. eod. tit. in nouis, & Glossator antiquus super hac reg. 6. tum quia nos non versamur in Capellano, tum quia ex d. decis. non potest colligi, vnde proueniat haec reseruatio, quae potuit forsan occasione familiaritatis cum continua commensalitate ortum habuisse. Nec potuit fieri fundamentum in literis fel. recor. Gregorij XIV. quia quicquid dicendum sit ad effectum expediendi gratis, cum agatur ad effectū reseruationis, quae esse plene, & concludenter probandam, fuit pluries decisum, non probant, tum quia narratiua emanauit ad instantiā partis, tum quia est de facto praedecessoris, tum denique, quia nō fuit facta motu proprio, Vital. in Clement. 1. de probatio. num. 28. Puteus decisione 138 lib. 3. & ita conclusum. Quam decisionē post haec refert, & sequitur Gonçalez gloss. 51. numero 95.

333 Et iuxta hanc decisionem, † cum de mense Decem. 1603. vacasset Archypresbyteratus Segobien. per obitum D. Alfonsi Perez, qui fuerat cubicularius, seu Camerarius honoris Clementis VIII. fuit prouisus per D. Petrum de Castro Episcopum Segobien. eius nepoti D. Petro de Castro, qui illum nunc

nunc possidet, &c.

334 Vltimo dubitatur, quod etiam deseruit ad alias regulas, an familiaris habens Beneficium reseruatum, ratione familiaritatis in Ecclesia, in qua adest consuetudo, seu priuilegium optandi, possit dimisso eo, quod habet, optare aliud, & posito, quod possit, vtrum dimissum maneat reseruatum, an potius optatum?

335 Et quantum ad primum, certum videtur † posse optare, nisi consuetudo particularis in contrarium adsit, Collectarius in c. dilecto, quaest. 7. de Praeben. Cardin. consil. 126. Simoneta q. 45. num. 8. & supponunt Aeneas de Falcon. Probus, Rebuff. & Paul. Granutius statim citandi, & tradit Gonçalez gloss. 341. numero 42.

336 Quantum ad secundum isti D. dicunt † optatum tantum esse reseruatum, & loco dimissi subrogari, & sequitur Aeneas de Falcon. 4. q. effectu 37. Probus ad Monach. in c. fin. de consuetud. n. 6. sub n. 27. litera B. Rebuff. in hac regul. verb. obtinet, & Paulus Granutius ad Simonetam, quaest. 35. num. 42 & Gonçalez supra nu. 40.

Et vtrumque tenuit Rota in vna Salamantina Portionis 15. Octobr. 1584. coram D. Viccecomite, vt in sequen. decis. Dubitatur, an habens Portionem reseruatam, possit optare, & an in casu, de quo agitur, probetur consuetudo negatiua? Domini duobus exceptis censuerunt posse, nec consuetudinem contrariam probari: primo, mouebantur authoritate Collectarij in cap. dilecto, quaestion. 7. de Praeben. Cardin. consi. 126. ad fin. qui non habent Doctorem contradicentem, secundo, mouebantur ex generalitate Bullae Nicolai V. quae dat facultatem optandi indistincte nulla excepta, nec familiari Papae, nec alij, ergo generaliter intelligenda vulg. iuribus, praecipue cum nullum ex hac optione oriatur incommodum Papae, ex quo optio sit de pinguiori Portione, quae cum subeat onus reseruationis, vtilius erit reseruantibus, cessat etiam alia ratio, quae huic opinioni prima fronte obesse videbatur, nempe, quod sequens non possit optare, cum dimissa sit reseruata, quoniam, cum onus reseruationis transeat ad Portionem optatam, dimissa remanet libera, vt declarat Card. allegatus, & Simoneta, tract. de reseruatio. quaest. 45. & sic cessat illa ratio, mouebantur etiam, quoniam, si diceremus habentes Portiones reseruatas ratione familiaritatis Papae, non posse optare, sequeretur, quod essent deterioris conditionis, quam alij, quia cogerentur persistere in Portione tenui, & in consequentiam praeiudicaret reseruantibus, nec putabat obesse contrarium primo, quod non liceat tunc optare, quando dimissa non est libera, quia respondetur, quod dimissa remanet libera, cum onus illius transeat in optatam: nec obstat responsio data ad consilium Cardin. distinguenda inter Portionem titularem, & temporalem, quoniam, licet in aliis casibus fortasse differrent, in hoc nulla conducens ratio assignari potest, quando persona familiaris non trahat ad se reseruationem, ita vt Portio possessa à familiari non assumat statim qualitatem personae, & desinat qualitas in Portione, vbi persona qualificata possideri desinat. Quo ad consuetudinem contrariam, Domini dixerunt non probari, quoniam aliqui ex testibus non allegant exempla, vt est opin. ex Bartol. in l. 2. C. quae sit longa consuetud. aliqui non dicunt de tempore, aliqui loquuntur in regressariis, & limitatis, in quibus est diuersa ratio, ideo probanda erit melius.

337 Sed ab hac decisione recessit † postea Rota in eadem causa, 11. Februarij 1585. vt in sequenti decisione, Fuit dictum per Dominos in casu, de quo agitur, locum esse consuetudini interpretatiuae, quia, cum verba Bullae sint generalia, quod Capitulum debeat conferre Portionario, propter generalitatem inducitur probabile dubium, circa quod versatur consuetudo interpretatiua, vt per similem generalitatem verborum alias fuit decisum, circa dictionem, quaelibet, quae est apta comprehendere maiora expressis, vt pro parte D. Aluari dicebatur per doctrinam Tiraq. de retractu Lignag. §. 1. gloss. 7. num. 2 cum sequen. etiam cum per istam consuetudinem non possit dici aliquid additum, vel immutatum, sed tantum illa generalitas longo vsu declarata sit intelligenda de antiquioribus, qui non haberent reseruata, talis consuetudo non potest dici, nisi declaratiua, & interpretatiua ad l. haeredes palam. §. 1. vbi Bart. ff. de testamen. & per Gabriel. de regul. iuris, conclus. 1. in princip. & illa magnam vim habet, vt per Abba. in ca. cum dilectus, numer. 7. de consuetudine, & in capit. 1. numero 14. de constit. nec illa obseruantia, & interpretatiua consuetudo est contraria Bullae, sed imo conformis illi, vt ex eius verbis subsecutis etiam elicitur, quia si Beneficia vacantia per ascensum secundum Bullam pertinent ad collationem Capituli, & Beneficia huiusmodi reseruata non possunt spectare ad Capitulum, sed ad Papam, Rota decis. 10 & 22. de praeben. in nouis. & 14. & 35 eodem titul. in antiquis, Simoneta de reseruatio. q. 58. versic. hac vero aetate, etiam dictum praecedens, quod Capitulum teneatur conferre antiquiori, intelligitur de antiquiori qui habeat Beneficium liberum, & illud ad liberam dispositionem Capituli pertinere possit, quod importat verbum, conferre, per Gemin. in capit. nemo sub numer. 7. & ibi Franc. numer. 5. de electio. in 6. Cassador. decis. 8. numer. 11. in quo articul. de priuil. Aymon. consi. 274. sub numer. 2. & licet etiam in reseruatis optio locum habeat, vt optatum subintret in locum reseruati, sicut fuit resolutum, tamen istud intelligitur, quo ad ipsas praebendas, vt vna fiat reseruata in locum praecedentis, sed quando titulus mutatur, ista subrogatio non videtur posse fieri, etiam secundum Cardin. consil. 126. versic. fin. ergo & Calder. consil. 3. sub num. 2. versic. sed talis optatio, de consuetudine, & Facit Francus, in cap. 1. eodem tit. in 6. Puteus decis. 267. siue 262. libr. 2. & ad sermonem sunt hinc inde opiniones. Vnde, cum consuetudo dederit hanc intelligentiam, vt teneatur Capitulum conferre antiquiori habenti liberū, dicitur omnino interpretatiua, vt per Aretinum consil. 84. n. 5. & dicitur interpretatiua, etiam quod mala esset interpretatio, vt per Abb. d. c. dilectus eodem nu. 7. de consuetudin.

338 In qua etiam causa † 20. Decembr. eiusdem anni 1585. coram D. Cantucio, fuit resolutum, Quod in consuetudine interpretatiua nulla requiritur praescriptio, etiam decennalis, sed sufficit per aliquot actus ita aliquando seruatum, Gabriel. de consuetud. concl. 1. nu. 69. Menoch. de arbitrariis casu 83. n. 10. Puteus decis. 287. lib. 1. cum aliis, &c. & 16. Aprilis 1586 coram D. Robusterio, † Domini steterunt in decisis. & dixerunt 339 esse interpretatiuam, licet forte sit contra communem opinionem, cum est interpretatio iuris dubij, & non inductio, &c. seu interpretatio verborum dubiorum, &c.

Ex qua decisione Feb. apparet, † quod in optione, 340 quando mutatur titulus, optatum non subrogatur loco dimissi reseruati, & sic ratione subrogationis non erit reseruatum, & supposito, quod habens Beneficium reseruatum, optet aliud, prout potest in Ecclesia, vbi adest optio, non stante consuetudine particulari, seu obseruantia interpretatiua in contrarium, vt stat in dict. Ecclesia Salamantina, dimis-

sum spectabit ad prouisionem Papæ ratione reseruationis, seu affectionis, optatum autem, vt dixi, non erit reseruatum, nisi tempore optionis adhuc duret qualitas inductiua reseruationis, puta familiaritas, subcollectorias Prothonotarius, &c.

Nec obstat, quod postea Rota in vna Virgellen.
41 Canonicatus 7. Maij 1593. coram D. Blancheto recesserit ad opinionem, quam tenuit prius in dict. Salamantina, vt apparet ex decis. infra adducta num. 346.
341 quia, vt ex ipsa † decis. constat, ibi erat optio tantum quo ad præbendam temporalem, & non mutabatur titulus Canonicatus, Rota decis. 6. de consuetud. in nouis. & 10. de præben. in antiquis. Francus in c. fin. de consuetud. in 6. nu. 6. Cassad. decis. 37. de præben. Puteus 201. lib. 2. Mohed. 1. de consuetud. alias 46. & Rota in Oscen. optionis 4. Iun. 1593. infra adducta par. sequen. capit. 4. numer. 14. & sic non est contra decis. posteriorem, in dict. Salamantina, in qua ita distinguitur.

343 Et sic procedit declaratio S. Congregat. quæ sic ait, *Congreg. Concilij censuit obtinentem Parochialem vna cum Canonicatu ex dispensatione Apostolica ante Concilium Trident. obtenta, potuisse post Concilium absque alia dispensatione optare præbendam pinguiorem.* Si enim mutaretur titul. id non haberet locum, sicut non posset in alia Ecclesia obtinere aliam præbendam retinendam, cum parochiali, etiam dimissa prima, & multas quæstiones in materia optionis vide per Gonçalez d. gloss. 34. & vide etiam dict. infra numer. 449.

§. 6. De Regula 4.

Reseruatio beneficiorum collectorum & subcollectorum.

SVMMARIA.

Regulam quartam hic positam qui explicant, numer. 344.

Non requiritur exercitium officij collectoris, vel subcollectoris, vt eius Beneficia sint reseruata, num. 345. & 346. vbi ponitur decisio Rotæ, imo sola deputatio sufficit, etiam ante notitiam n. 347. quamuis requiri exercitium tenuerit alias Rota, & aliqui numer. 350. & explicantur, verba regulæ, quæ videntur obstare, nu. 351.

Transfertur iurisdictio, quo ad habitum in delegatum à tempore datæ, licet, quo ad exercitium requiratur præsentatio literarum, numero 348. & 349.

Beneficia, quæ collectores, seu subcollectores habuerunt tempore officij, sunt reseruata, etiam si ante officium illa obtinuissent, num. 352. quamuis contrarium teneat Mando. nu. 353. & verbum, obtinere, non solum significat impetrare, seu assequi, sed etiam tenere, seu retinere, n. 354. & seq.

Impetranti Beneficium, vt reseruatum ratione subcollectoriæ, sufficit illam probare, nec tenetur probare, quod erat vnicus, sed aduersario incumbit onus probandi pluralitatem, n. 356.

Etiam stante subcollectore generali in vna Prouincia, Beneficia subcollectoris particularis in vna Ciuitate sunt reseruata n. 357. & à fortiori sunt reseruata Beneficia subcollectoris vnici, in vna Ciuitate, vel Diœcesi, licet ibi sit collector generalis, n. 358.

Difficultas, quod subcollector, cum sit subdelegatus, non potest alium subcollectorem constituere, numero 359.

Prima responsio, quod intelligatur in subcollectore deputato à subcollectore vniuersali, qui potest subdelegare, vt de delegato ad vniuersitatem causarum dicitur, & talis subcollector est delegatus ad vniuersitatem causarum, sicut inquisitores, & quando committuntur omnes causæ, intus talis territorij, dicitur delegatus ad vniuersitatem causarum, numero 360.

Secunda responsio, quod dict. resolutio potest intelligi, quando subcollector fuit deputatus à subcollectore facto à Papa, qui perinde est ac collector, & alium deputare potest, numero 364. & alia responsio planior ibid.

Si collector successiue plures subcollectores deputauit in aliqua Ciuitate, vel Diœcesi, ita quod eodem tempore vnicus tantum fuit, eorum omnium Beneficia sunt reseruata, num. 365. & subcollectorem secundum deputando, primum tacite reuocare videtur, numero 366.

Quando eodem tempore sunt duo, aut plures subcollectores in vna Ciuitate, vel Diœcesi, neutrius Beneficia sunt reseruata, numero 367. licet vtriusque deputatio valeat, numero 368. nisi in facultate subcollectoris sit limitatio, quod non possit, nisi vnum constituere, numero 369. & tunc non intraretur prima, &c. numero 372.

Id procedit, siue vtriusque deputatio facta est simul, siue alias, si de prioritate, vel posterioritate nõ constat, quia neutrius Beneficia erunt reseruata, n. 370. si vero facta deputatione vnius fiat deputatio alterius non reuocãdo primum, licet Beneficia habita per primum, vsque ad deputationem maneant reseruata, tamen Beneficia post eam obtenta, & Beneficia secundi non erunt reseruata, n. 371.

Reg. ista non habet locum in subcollectore particulari deputato ab alio subcollectore particulari, etiam ex facultate data à Papa, vel consuetudine, n. 373. essent tamen tunc reseruata Beneficia primi subcollectoris à collectore deputati, n. 374.

Si esset vnus subcollector in Ciuitate, & alius in Diœcesi, an isti comprehenderentur ab ista regula? numer. 375. resoluitur, quod non, etiamsi vna Diœcesis sit valde lata, & habeat plures Cathedrales, ac Ciuitates, &c.

Licet collectoris facultas sit probanda per litteras, subcollectoria tamen probatur per testes, numer. 376. ad effectum probandi reseruationem, secus, quando agitur de probanda facultate ad effectum soluendi, numer. 377.

Nec ad effectum probandi reseruationem probatur subcollectoria per testes de communi reputatione & fama, n. 378. & ponitur resolutio Rotæ.

Requiritur ad istum effectum subcollectorem esse deputatum cum omni iurisdictione, & non vti nudum ministrum, &c. n. 380.

Beneficium subcollectoris à collectore generali deputati, qui tempore deputationis erat excommunicatus, & publicatus, exercuerat tamen officium, est reseruatum, n. 381.

Beneficia illius, qui fuit deputatus commissarius, seu subcollector pro recuperandis bonis cuiusdam Ecclesiæ vacantis extra Italiam per collectorem Apostolicum, pro Italia deputatum, non sunt reseruata, numero 383.

Beneficia illius, qui vni tantum negotio est impositus, non sunt reseruata, in quo, nec actu, nec potentia possunt verificari verba reg. officia exercuerint, ibidem, num. 383.

Sicut per redditionem computorum factã per collectorem dicitur expirasse ipsius officium, ita censet expirasse officium subcollectoris, &c. num. 384.

Subcollector debet esse persona in Dignitate constituta, alias deputatio erit nulla, & reseruatio cessabit. num. 385.

Item reseruauit generaliter omnia Beneficia Ecclesiastica quorumcunque collectorum, & vnicorum in quacumque Ciuitate, vel Diœcesi, qui suo tempore officia exercuerint subcollectorum, fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum, illa videlicet Beneficia duntaxat, quæ durante eorum officio obtinebãt, & in quibus, seu ad quæ tunc eis competebat.

344 Hanc regulam, vltra Glossato. antiquum, † Soto, & Rebuffum explicat per 11. quæst. Mandos. de qua etiam videri est Bellen. de charitatiuo subsidio. quæst. 106. & sequent. Simoneta quæst. 32. 33. & 34. & ibi Paulin. Granutius, & Mascard. de probatio. conclus. 317.

345 Circa quam primo notandum est, † non requiri exercitium officij collectoris, vel subcollectoris, vt eius Beneficia sint reseruata, Feli. in cap. in nostra de rescrip. col. 21. Mil. in reper. verb. Beneficia collectorum Selua de Benefic. 2. p. quæst. 11. 10. qualitate. Simoneta d. q. 33. à n. 8. Cassad. decis. 1. de verbo. signif. Caputaq. decis. 140. & sequen. parte 1. & decis. 76. parte 3. Mand. plures decisiones, & authoritates adducens hic quæst. 4. Flam. Paris. dicens communem de resignatione Benefic. lib. 2. quæstione 16. numer. 26. & Zerola in praxi Episcopali 1. p. verb. Beneficia §. 2. fallen. 8. & 2. p. verb. exempti. §. 6. qui dicunt solam deputationem sufficere etiam absque acceptatione & exercitio.

Et fuit resolutum in causa † Vrgellen. Canoni-
346 catus 7. Maij 1593. coram Illustrissimo Cardinal. Blancheto, vt in seq. decis. *Circumscripto capite obiectæ apostasiæ, ac attentatorũ, cum non respiciant propositum dubium, Domini dixerunt Breue esse sustificatum, quamuis enim vacatio mensis stante acceptatione alternatiuæ, & residentia Episcopi non intret, quæ sola dicitur pertinere libera collatio ad Episcopum, postquã in ipsa collatione facienda alius secum non concurrit, nec optio Præbendæ aliquod impedimentum operatur collationi Canonicatus* Calder. cons. 30. de consuetud. *tamen quo ad reseruationem, quæ oritur ex subcollectoria Petri Cases illa dicitur concludenter probata, cũ & subcollectoria ex depositionib. testiũ probari possit, nec requiratur scriptura,* Mill. verb. pbatio, *quod quis sit subcollector, & sufficiat etiã dictũ vnius testis cum aliquib. adminiculis, vti fuit resolutum coram D. Gipsio in causa Seroluien. Beneficij anno præterito, ex testium, quorum pro parte Ferdi. copia data fuit, satis probatur subcollectoria Petri, primus enim testis iuxta 24. dicit illum fuisse subcollectorem, dum esset Canonicus Vrgellen. 5. testis optime deponit, & est bene informatus, cum esset Fiscalis Cameræ Apostolicæ penes collectorem 4. de publica voce, & fama, & vidit instrumentum deputationis in manu Ferdin. non obstat, quod non probetur exercitiũ, quia sufficit d. Petrum fuisse paratum ad exercendum si se occasio obtulisset,* & Chisan. dec. 14. *non obstat, quod Petrus Cases dimisisset Canonicatum, quem obtinebat tempore, quo erat subcollector, per optionẽ alterius, quia Canonicatus optatus subrogatur in locum dimissi, & in illum transit reseruatio, Cardinal. cons. 116. Collector.* c. dilecto num. 7. de Præben. Simoneta de reseruatio q. 35. nu. 42. *& fuit resolutum in illa Salamantina portionis coram Reuerendissimo Mediolanen. 15. Octob. 1584. ex quibus ita fuit resolutum.*

Imo sola deputatio sufficit, † etiam ante quam 347
suam potestatem videat, vel recipiat, Rota decisione 12. de Præben. in nouis, & etiam ante notitiam, vt cũ Gaspar. de Perusio de reseruatis numer. 13. & Aeneas de Falcon. 3. quæst. princip. numer. 16. firmat Mandos. supra.

Nec obstat doctrina Rotæ † decis. 21. de concess. 348
Præben. in nouis, alias 459. quam sequitur Francus in c. super eo 2. de appellat. à num. 9. quod iurisdictio, seu potestas delegata non acquiritur iudici, etiam quo ad habitum, nisi scienti & consentienti, & receptis literis. verius enim † est, transferri iurisdictionem 349
quo ad habitum in delegatum à tempore datæ, licet quoad exercitium requiratur præsentatio literarum, Roman. cons. 353. num. 7. & 8. Felin. in c. cum te num. 21. & in c. si secundus, num. 12. de rescrip. & in c. fin. de præsumpt. num. 37. Corras. 4. p. c. 1. num. 12. Mandos. reg. 27. quæst. 17. num. 4. & reg. 31. quæst. 1. qui plures refert, Molina, de Hispanorum primog. lib. 2. cap. 7. num. 58. & in terminis Rota d. decis. 12. de Præben. in nouis ad fin. & dicetur infra 6. par. capite secundo, dub. 1. à num. 7.

Quamuis contrarium, scilicet † requiri exercitium officij ad reseruationem, tenuerit alias Rota, vt 350
per Crescen. dec. 17. de Præben. Puteum 315. lib. 1. & Thom. de Thanis dec. 114. in manuscriptis, & dec. 1846. lib. 3. p. 3. diuer. quod etiam fuit dictum in vna Foroliuien. Capellæ 2. Iun. 586. & tenet Paulus Granutius ad Simonetã d. q. 52. ad fin. & Mascar. 3. n. 27. & in subcollectoribus, glos. hic ex illis verbis reg. *qui suo tempore officia exercuerint.*

Sed per ista verba non † requiritur exercitium 351
actu, sed potentia, id est quod suo tempore Papæ reseruantis fuerint tales collectores, vel subcollectores, & per ea intendit Papa declarare solum reseruare Beneficia collectorum, & subcollectorum sui tẽporis &c. & vide dicta infra num. 385. & istam sententiam, quod requiratur exercitium subcollectoris, vt intret reseruatio, tenet post Gonzal. glos. 51. à n. 70. eam intelligens, vt sufficiat, quod talis subcollector sit deputatus, & acceptauerit, & pro tali sit communiter reputatus, ac fuerit d. officium exercere paratus, quamuis actualiter non exercuerit, quia non venit occasio, vel alias fuerit legitimo impedimento detentus, & allegat Chisanen decis. 14. & d. decis. Vrgellen. quæ non satis probant suam sententiam.

Secundo notandum est † Beneficia, quæ colle- 352
ctores habuerunt tempore officij, esse reseruata ex hac reg. etiam si ante officium illa obtinuissent, vt recte tenet, & probat Bellen. q. 120. Felin. s. cap. 11. & Selua supra sequitur Simoneta d. quæst. 32. num. 1. & Granutius ad eum quæst. 33. num. 18. & Æneas de Falcon. 4. quæst. principali, effectu 12. loquens in terminis regulæ præcedentis de reseruatione Beneficiorum familiarium, & est decis. Rotæ 10. de præben. in nouis.

Quamuis contrarium teneat Mandos. hic † quæst. 5. qui tamen fatetur nostram sententiam nullum habere contradictorẽ. Nec obstat verbum, *obtinuerint*, quod ponderat Mandos. † pro sua opinione dicen-
do, id est, impetrauerint, seu assecuti fuerint, quia si- 353
gnificat impetrare, seu assequi, vel cõsequi. Nã respondetur, quod verbum, obtinere, † significat etiam tenere, seu retinere, *l. clam possidere, vers. si autem, &*

ibi gloss.verb.obtinenda.ff.de causa poss. Alber. in dictione.verb.obtinere,idem Mandos. in gloss.facultatum. §.sane verb.obtinebat,Rota decis 233.numer.29.par.1. diuersorum,& patet ex reg.3.ibi obtinent,& 54.de valore,ibi,obtinuerint,& sic accipitur in proposito, vt constat ex verbis sequen. & in quibus, seu ad quæ, ius ei competierit, secundum Bellen.quicquid inuoluat Mandos. & hoc iam clarius patet, quia non dicitur iam in reg.obtinuerit, sed obtinebant, quod clare significat,id est,tenebant.

356 Tertio notandum est,† quod quamuis ista reg. reseruet Beneficia vnicorum in quacumque Ciuitate, vel Diœcesi subcollectorum,tamen impetranti Beneficium vt reseruatum ratione subcollectoriæ, sufficit illam probare, nec tenetur probare, quod erat vnicus, sed aduersario incumbit onus probandi pluralitatem,cum sit præsumptio de vnitate,vt recte tradit Mandos. in quæst.prima dicens, ita tenuisse Dominos de Rota,in vna Calagurritana Scholastriæ de Logronno coram R.P. D. Ant. August. vlt. Maij 1546.& sequitur Mascar.sup.num.vigesimoquarto.

357 Quarto notandum est, † quod licet collectorum Beneficia,& subcollectorum vnicorum,in qualibet Ciuitate sint reseruata,tamen adhuc,stante suo collectore generali in vna Prouincia Beneficia subcollectoris particularis in vna Ciuitate sunt reseruata, propter istam regul.loquentem de vnico, quia est vnicus,non obstante generali subcollectore in Prouincia & ita tenuit Rota,vt apud Chisanen.decis. 34. & Guidobonum decis. 3. in manuscriptis. Vnde à fortiori sunt reseruata † Beneficia subcollectoris vnici 358 in vna Ciuitate,vel Diœcesi, licet ibi sit collector generalis,vt Vallisoleti,quod nota ad Beneficia D. Ioannis Martinez de Recalde Prioris Vallisoletani, qui,vt audiui,erat subcollector,&c.

359 Sed contra prædictam resolutionem facit† difficultatem,quod subcollector, cum sit subdelegatus, non potest alium subcollectorem constituere, seu subdelegare,l.super quæstionum,§.si vero, & ibi glos. verb.delegare,&de offic.deleg.c.cum causam de appellatio.& ibi gl.verb.delegatus,& Francus n.11.& l.à iudice, C.de iudic.& ibi gl.& D.& dicetur infra cap. 8. num.167.

360 Cui difficultati responderi potest, † cum Mandos.hic q.3 vbi ait,quod quamuis reg. ista non habeat locum in subcollectore ab alio subcollectore deputato, ex l.boues §.hoc sermone.ff.de verborum significatione, vbi, quod in dubio debet fieri interpretatio de prima vice, & de primo actu, & faciunt cumulata per Felin.in cap.2.num.2.& 3.de treuga & pace, &c.tamen secus sit in subcollectore deputato à subcollectore vniuersali, quia subcollector vniuersalis videtur, quod sit perinde, ac si esset collector, & possit subdelegare, vt de delegato ad vni-
361 uersitatem causarum dicit gloss.in d.locis,de quo d.c. 8.n.35.

Nec obstat,† quod subcollector etiam vniuersalis non sit delegatus ad vniuersitatem causarum,cum solum sit constitutus ad causas spoliorum, sicut de Inquisitoribus dicit Francus in d. cap. cum causam, numer.27. quod non sint delegati ad vniuersitatem causarum,quia solum ad causam hæresis,non in aliis, &c. nam verius videtur istos esse delegatos ad vniuersitatem causarum,quia,cum talis commissio referatur ad certum territorium, vniuersalis videtur, vt de inquisitoribus, contra Francum, ibi inquit Decius in c. causam matrimonij,de officio delegati numer. 4. sicut quando committuntur omnes causæ nuntii talis territorij,seu castri, dicitur delegatus † 362
ad vniuersitatem causarum,Bald. in l.solet. num. 1.ff. de iurisdi.omnium iudicum,vbi Alex.n.9.dicens communiter receptum,Soc.in l.more n.40.ff.eodem, Decius supra,Bertac.in repert. verb.delegatus ad causam vnam,ante n.10.& Thomas Sanchez de matrimo. lib. 3.disput.31.n.4.

Cum ergo subcollector sit † Delegatus ad Vni- 363
uersitatem causarum, poterit subcollector vniuersalis vnius Prouinciæ constituere subcollectorem particularem in vna Ciuitate seu Diœcesi, quamuis non possit constituere alium subcollectorem vniuersalem, sicut subcollector particularis vnius Ciuitatis,seu Diœcesis poterit vnam,vel alteram causam subdelegare, quamuis non totam suam iurisdictionem, iuxta tradita per glossam, & Francum, num.30.in d.cap.causam,Ias. in d. l.à iudice,numer. 8. & alios relatos per Thom. Sanchez, s. numer. tertio.

Secundo dictæ difficultati responderi potest, † 364
cum Mandos.d.quæst.3.2.fallat.num.5 quod d. resolutio potest intelligi,quando subcollector fuit deputatus à subcollectore facto ab ipso Papa, verbi gratia,Papa deputat in collectorem A. & in subcollectorem B. Tunc enim iste subcollector à Papa constitutus perinde est ac collector,& alium deputare potest tanquam Delegatus Papæ, d. l.à iudice, & d.cap.cum causam,& cap.fin.de officio Delegati, idem Mandos.hic quæst.vltim.num.3. Sed planius respondetur,quod d.resolutio intelligatur de subcollectore,tam particulari quam generali deputato à generali collectore.

Quinto notandum est,† quod, si collector suc- 365
cessiue plures subcollectores deputauit in aliqua Ciuitate,vel Diœcesi,ita quod eodem tempore vnicus tantum fuit subcollector,eorum omnium Beneficia sunt reseruata per hanc reg. quia satis est, quod eodem tempore vnus tantum subcollector reperiatur,ita Rota decis. 11. de praeben. alias 412.in antiquis,& 12.eod.titul.alias 207.& 9.de offic.Delegati, alias 265.in antiquis.Bellen.q.vlt.Felin,in cap.cum dilecta de iudic.n.12.vers.2. considera.Decius in c.2.de iudic. nu. 75.Glossat.hic,& Mandos.q.9.& quæst.10.n.1.Simonet.q.33.num.17.

Et subcollectorem secundum deputando † quis, 366
primum tacite reuocare videtur, Rota d.decis. 9. & ibi add.Papaz.num.5.Bellen.q.109. & Mandos.d.qu. 10.numer.2.Caputaquen.decis.189 numer.2. & 140. par.2.

Difficultas est, † quando eodem tempore sunt 367
duo,aut plures subcollectores in vna Ciuitate, vel Diœcesi,& tunc amissis,quæ tradit Mandos.d.q. 10. dicendum videtur,neutrius Beneficia esse reseruata ex hac reg.nam non est maior ratio de vno, quam de altero,& facit l.duo sunt Titij ff. de testam. tutela, l.si fuerit ff.de rebus dubiis,& quod dictum est supra num.310.

Licet vtriusque deputatio valeat, † non obstan- 368
te hac reg.quæ solum reseruat Beneficia vnicorum subcollectorum, sed non prohibet plures deputari,vt contra Felin.& Man.d.q.10 num.4. aduertit d. additio Papaz num.5.nisi in facultate collectoris † ad sit limitatio, quod non possit, nisi vnum subcol- 369
lectorem,dumtaxat in singulis Ciuitatibus, & diœcesibus constituere : tunc enim ex ista limitatione, absque alio decreto irritante neutrius deputatio valeret,cum verbum, non possit, tollat potentiam faciendi,

faciendi,Bar & Iason, à num.16.& alij in l.Gallus ff. de liberis & posthum. & dictum est supr.2.par.cap.5. numero 177. quicquid sub dubio forte dicat collector d.dec.1.9.& facit l.qui solum cau. legi sequitur ff. de hæredi.instituendis.

370 Quod procedit, siue vtriusque deputatio † facta est simul,& in eisdem literis, seu instrumento, ex quibus constat, siue deputatio duorum facta fuit sub eadem die in duobus instrumentis, seu literis, nec de prioritate, vel posterioritate constare potest, siue per testes probatur duos eodem tempore fuisse subcollectores,de quorum deputationis tempore non constat, quia in omnibus istis casibus neutrius Beneficia erunt reseruata, & in secundo casu cum non constet,quis ex illis sit reuocatus, neuter videtur admittendus Rom.singul.151.Mandos.supra num.10.

371 Si vero facta deputatione vnius subcollectoris † in aliqua Ciuitate,vel Diœcesi postea fit deputatio alterius absque reuocatione 1. quia in secunda dicitur non reuocando ad primum, quamuis Beneficia habita per primum durante officio, vsque ad deputationem secundi,vt pote semel affecta maneant reseruata,& affecta,tamen Beneficia per eum obtenta post deputationem secundi, & Beneficia secundi non erunt reseruata iux.dicta.

372 Et stante in facultate collectoris limitatione † supradicta non valeret deputatio secundi, licet non vitiaretur prima, quia ista semel valuit, & secunda tantum est contra limitationem, & consequenter in isto casu essent reseruata Beneficia primi etiam obtenta post deputationem secundi nullam.

373 Ex quibus infertur reg. † istam non habere locum in subcollectore particulari deputato ab alio subcollectore particulari alicuius Ciuitatis, vel Diœcesis, quamuis à Papa esset data facultas, quod subcollector subcollectorem facere possit, vel esset consuetudo, quod subcollector subcollectorem deputare possit, nam quamuis in istis casibus talis diceretur verus subcollector, tamen non comprehenderetur à regula ista,quæ solum reseruat Beneficia vnicorum subcollectorum, & tunc essent duo subcollectores eodem tempore, quicquid dicat Mandos. dict.quæstion.tertia & quarta.Fal.† videtur
374 tamen, quod tunc essent reseruata Beneficia primi subcollectoris à collectore deputati tanquam principalis &c.

375 Sed est alia difficultas, † quid, si esset vnus subcollector in Ciuitate, & alius in Diœcesi, an isti comprehenderentur ab ista regula? & videtur,quod non: nam mens regulæ reseruantis Beneficia vnicorum in quacumque Ciuitate, vel Diœcesi subcollectorum videtur esse, quod pro tota Diœcesi non sit nisi vnus subcollector,&c. & ita post hæc tenet Gonçalez glos.41.à num.167.& gloss.51.à num. 73.dicens, quod quamuis vna Diœcesis sit valde lata,& habeat plures Cathedrales, ac Ciuitates, vt in Diœcesi Calagurritana, & aliis pluribus Hispaniæ, non potest esse in tota Diœcesi cum suis Ciuitatibus nisi vnicus dumtaxat subcollector, vt fuit resolutum in vna Calagurritana Beneficiorum 2. Dec. 1602. coram D.Lancelloto, & fuit confirmatum in alia Burgen.Beneficij 13.Maij 1604. coram D. Lita. vbi fuit dictum,quod illa dictio,vel, sit intelligenda restrictiue, & declaratiue, prout passim accipitur. consil.1.n.8.lib.4.&c. Sed id de pluribus Cathedralibus intelligo, quando sunt vnius Diœcesis,secus, si duo Episcopatus, seu duæ Diœceses sunt vnitæ æque principaliter,nam tunc licet vnus sit Episcopus, possit poni subcollector in vtraque Diœcesi.

Sexto notandum est, † quod licet collectoris fa- 376
cultas in probanda per literas l.iubemus C.de mandatis Principum & cum in iure perito,cum ibi notatis de officio Deleg. subcollectoria tamen probatur per testes. Rota in c. fiunt decima de officio Deleg. alias 266. in nouis,& ibi add.Papaz Bellen.q.110 & 111.& Mil. in reper.verb.probatur,quod quis sit collector, & verb. probatur,quod quis sit subcollector.Simon.d.q.34.& ibi Granutius Gomezius in cap.statutum de rescrip. in 6. numer. 60.Caputaquen.decis.139.num.3.p.1. Mandos.hic quæst.2.& Mascard.d.conclu.317.à numer.primo & 15. & fuit resolutum in d. Vrgelen. Canonicatus vero, add.ia numer. 346. quæ est notanda circa modum probandi subcollectoriam per testes.

Probatur autem subcollectoria † per testes ad effectum probandi reseruationem, secus, quando agitur de probanda facultate ad effectum, vt soluere 377
debentes caute soluant, nam tunc requiritur scriptura,Bellen.dicta quæst.3.& dicta add.Papaz. numero 5.

Nec ad effectum probandi † reseruationem pro- 378
batur subcollectoria per testes de communi reputatione,& publica voce & fama,Bellen.quæst.111.& 112.Cassad.decis.2.ante num.3.de consti.Simoneta quæst. 24.& ibi Granutius & ad quæst.34.n.2.& 3.† Masc. 379
supra num.17 contra Puteum decis.10.li.3. & fuit resolutũ in vna Fereten. Parochialis 9. Maij. 1558. coram D.Rubeis nempe, non probari aliquem fuisse subcollectorem per testes, qui deponunt de publica voce, & fama, & exercitio ipsius, nisi deponant fuisse præsentes commissioni, & deputationi, aut alias per scripturã probetur deputatio ad effectum probandi Beneficium esse reseruatum, Bellen.d.q.112.Rota d.dec.10 & dictum est fuisse resolutum coram Veralli.1554.in Geruden. Beneficiorum &c. & faciunt dicta parte sequenti capit. 2. dubio 11. ex numer. 235.quæ sunt videnda in proposito.

In qua etiam Fereten.† Parochialis fuit resolutũ, 380
Requiri subcollectorem esse deputatum cum omni iurisdictione, nec sufficere esse deputatum, vel nudum ministrum ad exigendum absque iurisdictione, Bellen.q.109. & 4.quicquid teneat Mandos.q.8

Septimo notandum est, † quod Beneficium sub- 381
collectoris à collectore generali deputati, qui tempore deputationis erat excommunicatus, & publicatus,exercuerat tamen officium per septennium, est reseruatum,licet enim l.Barbarius.ff.de offic.prætor. non habeat locum in reseruatione deficiente deputatione,tamen contrarium est,vbi adest deputatio ab habente facultatem,cum sit valida alio respectu,vt per Bellen. quæst. 112. ita decidit Rota in vna Geruden.Canonicatus de anno 1554.vt per Chisanen.decis. 37 & per Cotam decis. 12. in manuscrip. Mascar.d.num.18.

At Beneficia illius,† qui fuit deputatus commis- 382
sarius, seu subcollector pro recuperandis bonis, & fructibus,consilium Ecclesiæ vacantis extra Italiam per collectorem Apostolicũ in Italia deputatum,nõ sunt reseruata,quia is non potuit deputare subcollectorem extra limites suæ commissionis cap. cum dilecta de rescrip.cap.cum olim.de offic. Deleg. vbi Abbas maxime si nunquam officium subcollectoris exercuit,&quia vni negotio tantũ est impositus,&sic

non applicantur verba huius regulæ, quæ loquitur in illis, qui officium subcollectoris exercuerint. Ita fuit dictum, & resolutum in vna Castellaneten. Benefi-
383 ciorum. 7. Febr. 1594. coram D. Orazio. † Et aduerte hic non decisi quod ad reseruationem requiratur exercitium subcollectoriæ contra supradicta num. 345 sed vide decisio. & ita potest saluari, quod in eo, qui vni negotio est impositus, nec actu, nec potentia possunt verificari verba regulæ, *officia exercuerint*, quæ non verificantur in vna vice ex traditis per Nauar. *in man. cap. 27 num. 149 vers. 3. cum includere* & alios citatos infra *vndecima part. cap. vltimo. numero* 198.

384 Vltimo notandum est, † quod in vna Lauden. Parochialis coram Chisanen. de anno 1557. dixerunt Domini, *quod licet mortuo procuratore, qui substituit, non tamen sequitur reuocatus substitutus* ad decis. 414. in nouis & *Bisign.* 9. de procurator. *tamen sicut per redditionem computorum factam per collectorem dicitur expirasse ipsius officium, ita censetur expirasse officium subcollectoris, præsupposito tamen, quod per redditionem computorum factam a generali collectore in camera dicantur reddita etiam computa subcollectoris, Bart.* in l. diem functo num. 6. de offic. proconsul. vt per Verallum *decis. 552. n. 2. in manuscrip.*

385 Addo, quod cum subcollector † sit subdelegatus Apostolicus, & iurisdictionem habeat, debet esse persona qualificata iuxta formam *c. statutum de rescript. in* 6. alias deputatio erit nulla, & reseruatio cessabit, vt cum Belle. 7.108. n. 1. tradit Gonçalez *d. glos.* 51. *num.* 79.

§. 7. De regula 5.

Reseruatio Beneficiorum *curialium dum curia transfertur.*

SVMMARIA.

Reseruatio regula 5. hic posita continetur in corpore iuris, non tamen continetur in extrauagante, ad regimen, & qui sint de ea videndi, numero 386.

Quomodo hic accipiatur curia Romana, quam aliqui dicunt ibi esse, vbi est Papa, num. 387. alij dicunt ibi etiam esse curiam, vbi est causarum, & literarum Apostolicarum audientia, licet ibi non sit Papa, nu. 388. & Couar. ait curiam Regiam esse locum, vbi Rex est cum suis consiliariis, & Romam dici locum, vbi sit Papa, si inibi Papa cum curia simul degat, n. 389. & Hier. Gigas ait, quod vbi esset Cancellaria, audientia Papæ etiam, quod ibi non esset Papa diceretur esse curia Romana, & quod vbi esset Papa sine audientia, & Cancellaria, ibi non diceretur esse curia Romana, numero 390.

Resoluitur in terminis huius regulæ tunc dici transferri curiam, cum papa vadit cum Cancellaria, & tribunalib. suis, seu cum Cancellaria, & alia tribunalia mutantur numero 391. & quando Papa tantum alio vadit, non dicitur transferri curiam, sed Papam ire, &c. 392. & simile est de curia regia, numero 393.

Ad effectum reseruationis, de qua in cap. præsenti videbatur curiam Romanam tantum intelligi pro loco, vbi est audientia causarum, & literarum Apostolicarum & non vbi est Papa, sed contrarium declarauit Paulus III. n. 394. & 396.

Ad effectum reseruationis, cap. 2. de Præben. in 6. de Beneficiis vacantibus in curia, seu apud sedem, quod idem est, comprehenduntur, tam Beneficia vacantia vbi est Cancellaria, & audientia Papæ, licet ibi non sit Papa, quam vacantia in loco, vbi est Papa, num. 395. & ita declarauit Paulus III. n. 396.

Item reseruauit omnia, & singula Benefic. Ecclesiastica quæcumque curialium, quos dum curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contigerit in quouis loco quantumcumque etiam a dicta curia remoto.

386 Hæc reseruatio, † vt benedicit Rebuf. hic continetur in corpore iuris, scilicet in *cap. præsenti. §. porro de Præben. in* 6. quamuis Gloss. tot hic dicat, quod ista regula venit ad extensionem *d. c. præsenti*, & quod etiam continetur *in extrauag. ad regimen*, quod non est verum. Et videndi sunt de hac reseruatione Glossator. Rebuf. & Mandos. hic, & Dd. *in cap. præsenti, &* Gonçal. *glos. 51. n. 83.*

387 Sed difficultas est quomodo † hic accipiatur curia Romana, nam aliqui dicunt ibi esse curiam vbi est Papa, Innoc. *in cap. ego N. de iureiurando*, & ibi Abbas *num. 6.* Felin. *9. glos. in extrauag. execrabilis de Præben. verb. Romana in extrauag.* Io. XXII Roma. fig. 145. Francus *in cap. vbi periculum, n. 5. de electione & in c. 2. de priuileg. sub. n. 2. ad fin. & in cap. 2. de Præben. in 6. n. 2.* & ibi Domin. *penu. notab.* vbi loquuntur in terminis reseruationis, de qua ibi Decius *in cap. nominatim de appellat. nu. 4. & 5.* Cosmas *in pragm. sanction. titulo de electione cap. licet. §. censuit verb. curia Romana* Tiraq. *de nobil. cap. 31. nu. 4.* Sarnen. *in regul. de triennali quæst. 31. vers. sed antequam*, vbi docet, quod curia ad effectum reseruationis *d. cap. 2. & d. c. præsenti* intelligi debet, vbi residet Papa, & Rebuf. *in concord. in forma mãdati Apostolici verb. extra Rom. curiam* vbi etiam loquitur in proposito reseruationis *d. cap. 2.* & in terminis huius regulæ Glossat. *hic.* & Mando. *quæstio 2* idem Mandos. *in glos. facultatum verbo in Romana curia*, & post hæc Gonçalez. *glos. 13. §. 1. numero 2.*

388 Alij vero dicunt ibi † etiam esse curiam vbi est causarum, & literarum Apostolicarũ audientia, licet ibi non sit Papa, *Clem. ne Romani. §. sane de elect.* & ibi Bonifac. *num. 18.* & Card. *ibidem. §. eo tamen, n. 2. & in Clem. auditor. de rescrip. in princ.* Sarnen. *in regul. de verisimili quæst. 7.* & Mandos. *in glos. facultatum d. verbo in Romana curia. & verb. curia* & Nauar. *de datis, & promissis notab. 17. n. 29.* dicens ex *d. §. sane*, quod non semper vbi est Papa ibi est curia, & sequitur Candelabrum aureum in explanatione Bullæ cœnæ Dom. *num. 81.*

389 Et Couar. † *pract. quæst. cap. 4. n. 10.* ait curiam Regiam esse locum, vbi Rex est cum suis consiliariis, & aliis, qui eius lateri assistunt, vt ei consulant in regimine totius Regni, & quod Innoc. & Panor. *in d. cap. ego N.* & Tiraq. *supra*, & cæteri scripsere asserentes Romam dici locum, vbi sit Papa in hunc modum accipiendum, si inibi Papa cum curia simul degat. *d. §.*
sane, & c. & Hier. Gigas *in add. ad* † *Decium supra d.* 390
n. 4. ait quod vbi esset Cancellaria, & audientia Papæ, etiam quod ibi non esset Papa, diceretur esse curia Romana, & quod vbi esset Papa sine audientia, & Cancellaria, ibi, *non diceretur esse curia Romana ex d. §. sane, versic. eo tamen adiecto.* De quo etiam Cauallinus in Egidiana constitutione *lib. 2. cap. 32. in glo. A.* & alii relati per Cenedum *collector 22. ad textum, numero 4.*

Mihi

Mihi videtur in terminis huius † regulæ tunc di-
391 ci transferri curiam, cum Papa vadit cum Cancellaria, & tribunalibus suis, seu cum Cancellaria, & alia tribunalia mutantur, sic n. accipiuntur ista verba, curia transferri, in communi modo loquendi, & concipiendi, & facit *d. §. sane vers. eo tamen adiecto* ibi, *de curia transferenda*, iuncto *principio d. ver.* licet contradicat Glos. hic dicens, quod curia dicatur, & capiatur hic pro loco, vbi est Papa, & non vbi est audientia Rotæ, & contradictarum, † etenim quando Papa tantum
392 alio vadit, non dicitur transferri curiam, sed Papam ire ad talem locum, sicut quando Clemens. VIII. adiit Ferrariam, & sic Beneficia illorũ, qui Papam sequentes vltra duas dietas decederent, non essent reseruata, per istam regulam.

393 Et facit simile de curia Regia, † quæ non dicitur transferri, licet Rex alio vadat, vel alibi sit, si consilia, & tribunalia Regia non transferuntur, cum autem illa transferuntur, curia transferri dicitur, vt vidimus in translatione Regiæ curiæ ex Maerito in Vallisoletum.

394 Similiter etiam † ad effectum reseruationis, de qua *in d. cap. præsenti* de Beneficiis venientium ad curiam Romanam, seu recedentiũ vel decedentiũ intra duas dietas videbatur curiam Romanam tantum intelligi pro loco vbi est audientia causarum, & literarum Apostolicarum, & non vbi est Papa. Sed contrarium declarauit Paulus III. *constitutione sua* 36. de qua infra, cui declarationi standum est ad titulum in causis de
395 re iudica. † Ad effectum tamen reseruationis *d. cap.* 2. de Beneficiis vacantibus in curia, seu apud sedem, quod idem est in proposito, vt dixi supra, *num.* 69. plane comprehenduntur tam Beneficiã vacantia, vbi est Cancellaria; & Audientia causarum, & literarum Apostolicarum, licet ibi non sit Papa, quia reuera ibi est curia, neque hoc negari potest ex dictis, quam vacantia in loco, vbi est Papa, licet ibi non sit Cancellaria, & Audientia dicta, nam reuera vacant apud Sedem Apostolicam, quia vbi est Papa, ibi est Sedes Apostol. glos. in d. Extrauag. execrabilis verb. Romanæ, & Decius d. num. 4. Toletus in sum. lib. 1. c. 25. glos. ex com. 1. dubio, & Papa, & Sedes Apostolica non distinguuntur, sed idem sunt Bannes 22. quæst. 1. art. 10. dubio 2. 3. concl. maxime ad fin. & facit quod dicunt Naua. & Candelabrum supra per c. §. sane, Sedem Apostolicam esse vtrobiq. & vbi est curia, & vbi est Papa.

396 Et ita declarauit Paulus III. † dicta constitutione 36. nempe vnam, & eandem Romanam curiam existere, & censeri in Vrbe, & vbi est Papa, etiam quoad Beneficia, quæ tam in dicta Vrbe, quam in Ciuitate, ad quam papa se contulisset, vel permansisset, & infra duas dietas à dicta Ciuitate, in qua pro tempore fuisset, vacarent &c.

§. 8. De regula 6.

Reseruatio Beneficiorum cubiculariorum, & cursorum.

SVMMARIA.

De regula sexta hic posita, qui sint videndi numero 397.

De quibus cubiculariis intelligatur hæc regula nu. 398. resoluitur videri hodie intelligendam de cubiculariis officialibus, præter quos alii non dicuntur cubicularij, nec Camerarij etiam secreti.

Hæc regula non intelligitur de Camerariis secretis, sed illis Camerariis, qui recipiunt partem, & victum tanquam familiares, & continui commensales Papæ, comprehenduntur regula tertia n. 399.

Item reseruauit generaliter idem D. N. Papa dispositioni suæ omnia Beneficia cubiculariorum, & cursorum futurum.

De hac reg. videantur † Glossator, Soto, Rebuf. & 397
Mandos.

Circa quam est dubium † difficile, de quibus cu- 398
biculariis intelligatur, in quo multum se inuoluit Mandos. *quæst.* 1. & quicquid ipse dicat, videtur hodie intelligenda de cubiculariis officialibus, quorum Collegium erectum est per Leonem X. vt in eius constitutione 14. in Bullario, postquam ex d. constitutione. *§. & ne Apostolorum.* alij præter illos non
dicuntur cubicularij, nec camerarij etiam secreti, vt 399
per Rotam in Seguntina Archidiaconatus, & Canonicatus supra adducta *num.* 332. quæ est videnda in proposito, quamuis illa decisio videtur velle, quod hæc reg. intelligatur etiam de Camerariis secretis, & sequatur Gonçalez *glos. 51. à nu.* 91 qui etiam videtur, velle quod de illis solum intelligatur, quod mihi non placet, sed illi Camerarij, qui recipiunt partem, & victum tanquam familiares, & continui commensales Papæ, comprehenduntur regula tertia tantum.

§. 9 De regula 7.

Reseruatio Beneficiorum Ecclesiarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri, ac B. Mariæ maioris de Vrbe, & Beneficiorum titulorum Cardinalium à curia absentium.

SVMMARIA.

De regula septima hic posita, qui sint videndi num. 400.

An regula ista sit superflua, vel necessaria respectu Beneficiorum Ecclesiarum Vrbis n. 401.

De quibus Episcopatibus intelligatur reseruatio hic facta de Beneficiis spectantibus ad prouisionem Cardinalium à Rom. curia absentium ratione suorum Episcopatuum à n. 402. resoluitur intelligendam de Episcopatibus annexis Cardinalibus.

Cardinales obtinentes alios Episcopatus, qui in eis resident solent habere indultum à Papa, vt omnibus gratiis, prærogatiuis, fauoribus &c. concessis Cardinalibus præsentibus in curia, gaudeant, numero 406.

Decretum irritans in fine huius regulæ positum, refertur non solum ad omnia contenta in ista regula, sed etiam ad omnes regulas præcedentes, numer. 407. & sic cessat quod ait Simoneta &c. numero 408.

Reseruatio sine decreto operatur, & ligat manus Ordinarij ita quod eius collatio non valebit, numero 409.

Reseruatio cum decreto afficit ante notificationem, ne

Aa 2

... pro reseruatio sine decreto. n. 410.

Reseruatio cum decreto inficit non solum titulum, sed etiam possessionem, & omnia, quæ sequuntur, reseruatio vero sine decreto, solum videtur annullare collationem, nec videtur omnino titulū discolorare, nec possessionem inficere n. 411.

De vi & effectibus decreti irritantis remissiue, n. 412.

An decretum reseruationis impediat restitutionem in spolio, & manutentionem remissiue plurib. citatis, n. 413.

Resolutio Rotæ, quod quando resolutio est iustificata, vel in corpore iuris clausa, aut super certo corpore Beneficij, decretum inficit titulum, & possessionem, alias secus, n. 414. & sequentibus, vbi adducuntur variæ resolutiones Rotæ.

Contraria videtur quædam decisio Putei, n. 419. & decis. Ilerden. Canonicatus, n. 420. & seq. & alia Anconitana Parochialis non videtur omnino recte procedere, n. 422.

Decretum irritans positum in decreto de dimittendo, non respicit hanc partem, si ille non dimiserit infra duos menses, sed reseruationem Beneficij in euentum, non dimissionis, n. 423. & seq. vbi ponitur resolutio Rotæ, & alia resolutio, n. 425.

In rigore, secluso stilo Rotæ, videbatur exceptionem reseruationis etiam nō inclusa in corpore iuris, nec super certo corpore, Beneficij impedire restitutionem in spolio etiam si non esset probata, nec probaretur in continenti, num. 426. nam decretum irritans inficit titulum, & possessionem, & omnes iuris effectus illius tollit, num. 427. & afficit omnia quæ sequuntur, num. 428. & est penetrabilius omni gladio ancipiti, &c. numero 429.

Ad effectum manutentionis, non obest decretum irritans etiam super certo corpore Beneficij, aut in corpore iuris clausum, nisi sit iustificatum, aut an continenti iustificetur, num. 430. & seqq. vbi ponuntur resolutiones Rotæ.

Licet institutio, & admissio præsentati à personis Ecclesiasticis sine examine, sit nulla ex decreto Concilij, tamen in illo non est decretum irritans Bulla Pij IIII. &c. n. 434.

Ad effectum impediendi manutentionem, tunc dicitur probata reseruatio, & decretum iustificatum, cum constat de ipsa reseruatione, & possessor dicit, se prouisum ab Ordinario, nec alium titulum allegat, alias secus, numero 435. & seq. vbi ponitur resolutio Rotæ.

An decretum irritans positum in literis de Beneficio vacante in mense ordinario inficiat possessionem prouisi postmodum ab Ordinario, resoluitur contra Gonçalez. quod sic num. 437.

I*Tem reseruauit dispositioni suæ generaliter quæcumque Canonicatus, & Præbendas, ac Dignitates, personatus, & officia in S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum, ac B. Mariæ maioris de Vrbe, Ecclesijs, nec non ad collationem, prouisionem, & præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium à Romana Curia absentium ratione suorum Episcopatuum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum, & diaconicarum spectantia quamdiu absentia sua durauerit, Canonicatus, & Præbendas Dignitates, personatus, administrationes, & officia, cæteraque Beneficia Ecclesiastica cum cura, vel sine cura vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem Vrbe, quam in Ecclesijs, Ciuitatibus, & Diœcesibus dictorum Episcopatuum consistentia ac decreuit irritum, &c.*

De hac etiam regula videantur † Glossator, Soto, Rebuf. & Mandos. in ea, & an regula illa sit superflua vel necessaria respectu Beneficiorum † Ecclesiarum Vrbis, cum Papa sit Episcopus Romæ, vltra Glos. hic videndus est Sarnen. *in reg. de triennali, q. 31. vers. sed antequam,* & Mandos. *hic q. 1.* & nouissime Gonçalez *glos. 13 à n. 21.* 400 401

Et circa secundam† partem huius regulæ dubitari potest, de quibus Episcopatibus intelligatur reseruatio, quæ hic fit de Beneficiis spectantibus ad prouisionem Cardinalium à Romana curia absentium ratione suorum Episcopatuum, an scilicet de Episcopatibus annexis Cardinalibus, qui sunt sex Hostien. Portuen. Subiuen. Albanen. Penestrien. & Tusculan. qui sunt prope Vrbem, an vero etiam de aliis Episcopatibus, quos Cardinales obtinent, vt Toletan. Hispalen. Mediolanen. &c. † Et Rebuf. hic videtur sentire intelligi de omnibus, ibi, *secus si in Franciæ Diœcesibus, &c.* 402 403

At Glossator, Soto, † & Mandos. quæst. 3. videntur sentire, intelligi tamen de Episcopatibus annexis Cardinalibus, & hoc videtur vero similius, & pro hac intelligentia facit illud verb. *Cardinalatus*, positum post verbum, *Episcopatuum*, quod in aliquibus reg. v in reg. Innocētij. VIII. quas ponit Glos. & Iulij III. quas ponit Mandos. & Pij VI I. ponitur sine coma, & sic verbum illud *Cardinalatus*, ponitur ad restringendum verbum Episcopatum, vt intelligatur de Episcopatibus Cardinalatus; hanc † sententiam maxime cōfirmat decretum S. Concilij Triden. *sess. 23. de refor. c. 1. ibi etiam si S. R. Ecclesiæ Cardinales sint,* vbi declarat S. Concilium Episcopos, etiam si sint Cardinales, obligari ad personalem residentiam in suis Ecclesiis, vel Diœcesibus. Et ita post hæc tenet Gonçal. *glos. 14 à n. 142.* 404 405

Sed quicquid esset de hoc, † Cardinales obtinentes alios Episcopatus, seu Archiepiscopatus, Toletan. Hispalen. &c. qui in suis Episcopatib. resident, solent habere indultum à Papa, vt omnibus gratiis, prærogatiuis, fauoribus &c. concessis Cardinalibus præsentibus in curia, gaudeant, ac si præsentes, &c. & vide infra dict. *n. 637. & seq.* 406

Tandem aduerte circa† decretum, irritans in fine huius regulæ positum, ibi ac decreuit irritum &c. referri non solum ad omnia contenta in ista regula, sed etiam ad omnes regulas præcedentes, Cassad. *decis. 2. de restitut. spoliat. in fin.* Puteus *decis. 108. nu. 2. & 19. sub. num. 1. lib. 3.* Mandos. *hic quæst. 4. & in proœmio regul. quæst. 2.* & post hæc Gonçalez *ad reg. de mensib. glos. 1. num. 10. & seq.* qui tamen *num. 12.* male ait, quod Ecclesiæ illius regul. capiunt etiam regul. præcedentes. 407

Et sic cessat quod ait Simoneta, † *quæst. 40. nu. 14.* quod multæ sunt reseruationes inductæ ex regulis, in quibus nullum est decretum, & an reseruatio sine decreto operetur, dic, quod sic, & ligat manus Ordinarij, ita quod collatio per eum facta non valebit, Cosmas *pragmatica sanct. tit. de elect. capit. licet. §. 1. verb. impediri.* Simoneta *de reseruatione, quæstione 18.* & ibi Paulus Granutius Mandos. *reg. 9. quæstio. quarta.* 408

Est tamen differentia, † quod reseruatio cum decreto afficit ante notificationem, non vero reseruatio sine decreto. Cassad. *decis. 1. num. 3. de rerum permutat.* Granutius *d. quæst. 18. & quæstione 40. litera R.* Lancellot. *de attentatis 2. part. capit. 12. limitatione 3. num. 27.* 409

Et etiam alia differentia, † quod reseruatio cum decre- 410

decreto inficit, non solum titulum, sed etiam possessionem, & omnia, quæ sequuntur, vt infra dicetur *n. 427.* & hoc propter prægnantiam, amplitudinem, & generalitatem verborum decreti, nempe decernimus irritum, & inane quicquid secus &c. reseruatio vero sine decreto solum videtur annullare collationem contra factam, nec tamen videtur omnino titulum discolorare, & possessionem inficere, & ita videtur sentire Simoneta *d. q. 40. n.* & vide *infra cap. 5. num. 32.*

411 Et de vi, virtute, potentia, & † effectibus decreti irritantis vide Mandos. *hic d. qu. 4.* Probum ad Monach. *in c. ad*, *quæ de rescript. in 6.* & Ant. Gabr. *de clausul. conclus. 3.*

412 Et an decretum reseruationis † impediat restitutionem in spolio, & manutentionem, videndi sunt Æneas de Falcon. *de reseruat. quæst. 4. effectu 16.* Simoneta *quæst. 40.* Sarnent. *de annali, quæst. 13* Lapus *allegat. 23. num. 1.* & ibi Mandos. *lit. D. & allegat. 51. num. 9.* & ibi Mand. *lit.*, & latius idem Mand. *regula Cancel. 3. & cons. 18. à num. 13.* Ant. Gabr. *de restitut. spoliator. conclus. 5. 34.* Pontanus *de spolio, lib. 3. num. 25. & 68.* Menoch. *de recuper. possess. remed. 1. quæst. m. & remed. 15. qu. 35.* Hojeda *de incompatibilit. Benefic. ca. 10. num. 8.* Lancel. *de attentat. 3. parte cap. 24. q. 9.* Mascar. *de probationib. conclus. 1267 num. 11 & conclus. 1334. 4.* Marches *de commissio. 2. parte c. 3. de commiss. restit. in integrum. à numer. 47.* Ant. Augus. *in epitome decis. tit. de impedimento restit.* Rota *recol. 3. de restitutione spoliat. in nouis & 2. & 11. eodem tit. in antiquis, & 10. de causa possess.* Cassad. *decis. 1. n. 2. de restitut. spoliat. & 1. de causa possess.* Achill. 8. & 15. *de restitut. spoliator.* Puteus 30. *lib. 1.* 83. *lib. 2. & 180. 190. 191. & 197. lib. 3.* Caputaquen. *decis. 325. parte 1. & 307. & 345. par. tertia* Mohed. *decimo quinto de causa possess. in tertia par. diuersorum libr. 1. decisione 75. & lib. secundo decisio. 56. & 122. & lib. tertio decisio. 61.*

413 In quo quidem † Rota tenet, quod quando reseruatio est iustificata, vel in corpore iuris clausa, aut super certo corpore Beneficii, decretum inficit titulum, & possessionem, alias secus, & ita communiter obseruatur in Rota teste Gamboro *de officio legati libr. quarto num. 150.* & fuit resolutum in vna Regien. Canonicatus coram D. Pamphilio decimoseptimo Nouembris 1595. in qua fuit dictum. † *Quod* 414 *legatus non habet facultatem conferendi Beneficia existentia extra suam Prouinciam, ad caput primū de officio Legati in sexto: sic etiam procedere non potest titulum collatum, nisi constet esse intra limites suæ legationis nec etiam potest conferre Beneficia reseruata, seu vacantia in mense reseruata,* Gambarus de officio legati libr. tertio numero 116. capite licet. de præbend. in sexto, *consequenter stante reseruatione collatio eius est nulla, & possessio illius vigore capta non est restituenda, et effectum concurrente decreto irritanti, quod inficit, & discolorat titulum, vt tenuit Rota 23. Iunij 1593. coram D. Blanchero. Et procedit † etiam quod decretum* 415 *non sit positum in reseruatione clausa in corpore iuris, vel alias super certo corpore Beneficij, quia dummodo reseruatio sit notoria, & iustificata, valeat eadem ratio,* Puteus decisione 190. & centesima nonagesima septima libro tertio. Simoneta quæstione quadragesima *& fuit in reseruatione prædicta resolutum in Cremonen. Decanatus 20. Maij 1587. coram D. Orano, prout est iustificata in casu, de quo agitur, cum vero sit Aug. sit semper reseruatus respectu Canonicatuum Ecclesiæ Regien. non obstante alternatiua, quæ cum sit restricta ad Beneficia ad liberam dispositionem Episcopi tantum pertinentia, non cadit dictus Canonicatus, quorum collatio, vel ad eidem Capitulum, vt fuit dictum in alia Regien. vel de iure communi simul ad Episcopum, & Capitulum pertinet iuxta opinionem, quam Rota seruat, vt fuimus fuit resolutum.* Idem fuit resolutum in vna Nucerina Beneficij coram D. Seraphino 17. Iunij 1596. & est *decisio* Guidoboni 196. de qua infra *11. par. c. 6. n. 32.*

Et in vna Bobien. † Canonicatus 17. Febr. & 13. Martij 1595. coram D. Gipsio fuit resolutum. *Mandatum de manutenendo dandum esse prouiso Apostolico, etiam si capit possessionem post alterum alio prouisum ab Ordinario existente in possessione, quando Beneficium vacauit in mensibus reseruatis, etiam si sit mensis alternatiuæ, si nō constat de acceptatione eiusdem, &c.* Crescen. dec. 1. de causa poss. *Cæsar de Grassis* dec. 35. *seu 7.* de causa poss. nu. 9. *& fuit etiam resolutum coram Sanctissimo in vna Pampilonen. Parochialis vigesimo primo. Octob. 1575. &c.* 416

Quæ resolutio intelligitur † iustificata reseruatione iuxta dicta, nempe quando est probata, aut in continenti probatur reseruatio, tunc enim impedit manutentionem & restitutionem in spolio iuxta *decis.* Putei 190. & 197. *lib. 3.* & Seguntinam Beneficiorum supra adductam *num. 249.* & in causa Auersana Beneficiorum 24. Nouembris. 1557. in qua fuit resolutum, *quod in casu, quo constat de Prothonotariatu defuncti, reseruatio etiam obstat spoliato in spolio, non tamen esset ad mittendus reus ad probandum, aliqui tamen dicebant quod deberet admitti, si vellet probare in continenti,* vt in decisionibus Oradini manuscriptis, quæ decisio est coram D. Quiroga, & alias in ea dicitur, *quod præsupposito, quod in actis cōstat Beneficium vacasse per obitum Prothonotarij, licet non de numero participantiū, sed ex priuilegio, denegandā est restitutio in spolio iuxta dec. 1 de restitu. spol. in antiquis, si nihil opponatur in actis, quod enderet, & obumbraret Prothonotariatum, Rom. cons.* 499. num. 4. *Sarnen.* de annali quæst. 42. *Cassad.* decis. 1. de restitut. spoliat. *Bero.* quæst. 80. docent Mascar. *dict. conclus. 1176. numero 12. & seq.* & Anas. Germo. *de indultis Cardin. §. volumus à n. 27* qui ait, quod possessio capta vigore prouisionis factæ ab Ordinario in mense reseruato, est vitiosa, & irrestituibilis, semel in continenti probata vacatione in mense reseruato *deci.* Orani 250. & 168. *in antiquioribus*, & quod si vacat in Aug. spoliato incumbit onus probandi acceptatam esse alternatiuam, non ei, qui est in possessione, Oranus supra, &c. & Marches *supra numero* 49. & post hæc Gonçalez *glos.* 31. *ex numero* 7. qui etiam ait reseruationem impedire integram reuocationem, & purgationem attentatorum, nam possessio attentata non est restituenda spoliato, de cuius non iure apparet per reseruationem, sed tunc est sequestranda d. possessio, Simon. *dict. quæst. 40. numero 12. & 13.* Lancel. *cap. tab. 24. n. 9.* & omnia prædicta intelligenda esse arbitratur, quando reseruatio claræ, & concludenter probatur, alias secus, nam tunc spoliatus, & attentata passus, deberet ante omnia restitui, & in sua possessione defendi, quia paria sunt, non probare, & minus bene, ac obscure probare iuxta dicta infra *6. par. c. 4. à n. 24.* &c. idem Gonçalez *glos. vltima. à n. 29.* 417

Est etiam decisio † Rotæ in vna Beneuentana Beneficiorum 14. Decem. 1600. coram D. Coccino, quæ sic ait. *Quamuis constaret de anteriori possessione prouisorum ab Abbate, nihilominus, cum ille sit ex inferiorib. Collatoribus, quibus non conceditur alternatiua, &* 418

ideo mensis Aprilis, quo contigit vacatio, sit reseruatus, possessionem dictorum prouisorum, obstaret decretum irritans positum in regula reseruatoria octo mensium, quod inficit titulum, & possessionem iuxta decis. tertiã de restitut. spoliat. in nouis, & 2. eodem titul. in antiquis Cassad. decis. 1. eodem titul. Mohed. decis. decimaquinta de causa possess. Rota coram bonæ memoriæ Bubale in causa Senen. Canonicatus 13. Martij 1578. vt refert, quod decretum non sit positum in reseruatione in corpore iuris clausa, vel alias super certo corpore Beneficij, quia eadem militat ratio, vbi reseruatio est notoria, & iustificata, Puteus decis. 190. numero 5. lib. 3. Simoneta de reseruat. quæstion. 40. & fuit resolutum in vna Cremonen. Decanatus 20. Martij 1587. coram bonæ memoriæ Bubalo, & in alia Regien. Canonicatus 17. Nouemb. 1595. coram D. Pamphilio, vnde fuit conclusum Ioann. Iacobo dandum esse mandatum de manutenendo, quia de eius possessione constat, quæ licet sit instrumentalis, tamen cum possessioni prouisorum ab Abbate resistat decretum irritans & per consequens illa possessio sit infecta, & nullius momenti habetur pro vacua, dicta possessio instrumentalis est manutenibilis, Cassad. decis. 20. de Præben. Puteus decis. 360. numero 80. libro 1. Verallus decis. 354. numero 6. lib. 2. Fastol. dub. 41. & fuit pluries alias resolutum, & venit manutenendus in omnibus bonis dictorum Beneficiorum, quia per adeptionem possessionis Capellæ acquiritur etiam possessio bonorum, Anchar. in regul. Beneficium colum. vltima antepenult. duodecimum. vers. & ideo ego dico de regulis iuris in 6. Couar. libro 3. cap. 16. numero 13. quibus accedit, quod Ioannes Iacobus fuit immissus in possessionem ab executore suarum literarum, qui iudex rite, & recte procedendo, etiam quod possessio dictorum prouisorum esset aliqui in consideratione, potuit illos sua possessione priuare, Angel. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, numero secundo, vbi Alex. Socin. Ias. & alij ff. de acquirenda possess. Ferret. consil. 18. numero 10. Mohed. dec. 4. numero 4. & 5. de restitut. spoliat. & tenuit Rota in causa Pientin. & Adrien. Beneficiorum 4. Iulij 1584. & in causa Hipporegien. Capellæ 3. Martij 1578. coram Cantucio & alias sæpius.

419 Vnde conuinci videtur decisio † Putei 372. lib. 2. vbi fuit resolutum, neutri esse dandum mandatum de manutenendo, nec Nicolao priori possessori, quia propter decretum appositum in regressu Ioan. Dominici eius possessio erat attentat. & vitiosa, nec Io. Dom. secundo capienti possessionem, quoniam stante alio priori possessore, non habebat possessionem, &c.

420 Et etiam decisio Rotæ in causa † Illerden. Canonicatus 7. Maij 1593. coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum, quod possessio eius, qui venit post duos menses Partitionem, quam is dimittere tenebatur, est vitiosa, & non manutenibilis stante decreto de dimittendo in prouisione Canonicatus, quod positum super certo corpore Beneficij, inficit nedum titulum, sed etiam possessionem. Chisanen. decis. 46. cum aliis supra; possessio vero illius, qui præcedente dicta possessione accepit eam, cum sit mere instrumentalis, non prodest, nec est manutenibilis, l. peregre §. quibus. l. quamuis. §. conductor, & ibi
421 Bart. de acquir. poss. & sæpe resolutum, &c. † Si enim in casu illarum decisionum prior possessio non erat considerabilis, & manutenibilis propter decretum irritans, habetur pro vacua, & secunda erat manutenibilis iuxta dicta.

422 Vnde etiam † non videtur omnino recte, & consequenter procedere decisio in vna Anconitana Parochialis 6. Iun. 1561. coram D. Rubeis in qua, vacante Parochiali in mense Nouembr. reseruato vicelegatum Papa de illa prouidit Desiderio, qui possessionem accepit, & deinde Papa illam contulit Io. & concessit ei literas ad capiendam possessionem absque vitio spolii, cum decreto, quod quæcumque prouisiones, &c. De dicta Parochiali, ad colorandum titulum nemini suffragari possint vigore dict. Breuis facit etiam capta possessio per Ioannem, sed quia pro parte Desiderij prætendebatur huiusmodi possessionem esse instrumentalem, & non priuasse eum sua anteriori, ideo petebatur mandatum de manutenendo per Desiderium, & etiam per Ioannem, & dato dubio fuit conclusum, quod si Desiderius non docet de perceptis fructibus, vel de continuata possessione post possessionem captam per Ioannem, non est dandum mandatum de manutenendo Desiderio, quia ei obstat decretum, ex quo totaliter inficitur sua possessio, Sarnen. de annali quæstion. 17. & 19. Egid. decis. 542. & 536. & sic intrat possessio instrumentalis Ioannis, ac si possessio Beneficij tunc esset vacans. Vnde ei est dandum mandatum, quod si Desiderius persistit in detentatione fructuum, tunc non est dandum mandatum, sed potius restitutio in spolio, ex quo probat primum extremum ex instrumento suæ possessionis quod sufficit, nec obstat possessio anterior Desiderij, quia illa non est considerabilis, cum sit infecta ex decreto, vt est dictum, Rota decisio. secunda de restitutione spoliat. in antiquis, hæc inquam decisio non videtur omnino recte, & consequenter procedere, si enim Ioannes non se habuit pro spoliato, vt videtur non se habuisse, cum petat manu teneri, parum refert, quod Desiderius continuauerit suam possessionem, quia id est turbatio &c.

Præterea circa decisionem † Illerden. aduertendum est, quod decretum irritans positum in decreto de 423 dimittendo, non respicit hanc partẽ, si ille non dimiserit infra duos menses, sed reseruationem Beneficij in euentum non dimissionis ita, vt de eo quod Papa vult vacare, eo ipso per Sedem Apostolicam duntaxat, disponi possit, alias irritum, &c vt alias in simili fuit consideratum in vna Taurien. præposituræ decis. 631. lib. 5. par. 3. diuersorum. Et in terminis huius decreti in vna Corduuẽ. Capellaniæ in qua 24. Maij, & 18. Iunij 1596. coram D. † meo Corduba fuit resolutum 424 Petrum esse manutenendum in sua possessione Capellaniæ, non obstante decreto de dimittendo infra duos menses, & irritan. apposito in sua prouisione de altera Capellania eiusdem Ecclesiæ, & quod per spatium vndecim annorum, nec literas expediuit, nec fecit aliquam diligentiam super secunda, & sic eius negligentia in assequendo demonstrabatur, nam fuit responsum, decretum irritans stare consecutiue ad decretum de dimittendo, quod, an intret in hoc casu, adhuc iudicatum non est, vnde merito pendente lite, qui possidet, manutenendus est, cum dictũ decretũ veniat accessorie ad decretũ de dimittendo, nõ potest habere locũ, licet sit super certo corpore Beneficij ad decisionem Illerden. Can. coram Pamphilio, nisi prius constiterit factum fuisse locum decreto de dimittendo, & fieri potuit, vt Petrus non fuerit prosecutus suam impetrationem, nec literas expedierit, quia animaduertit se non fouere bonum ius &c. præterea fuit responsum dict. die decimaoctaua Iunij dictum decretum irritans concernere solum reseruationem huius Capellaniæ in euentum non dimissionis, ita, vt aliter quam Sedes Apostolica, de ea disponere non possit, irritum, sicut in simili dicitur de decreto posito in Extrauagante execrabilis. §. Porro de Præben. vbi adest simile decretum. Puteus decisione 99. libro primo, numero decimotertio, & sic non operari contra non dimittentem, sed contra prouisum ab alio, quam a Papa in euentum non dimis-

dimissionis, vt fuit dictum de ipsis verbis in causa Romana Canonicatus Sancti Nicolai decimaseptima Decembris 1574. coram Sanctissimo Rota dicta decisione 641. libro tertio parte tertia, &c.

425 * In qua etiam causa † 28. Octobr. 1596. & 24. Ianuarij 1597. coram eodem D. meo Corduba fuit resolutum, regulam de triennali suffragari Petro, nec obstare, quod regula excipiat casus vacationis in curia ob reseruationem ca. secundo de Præb. in sexto, quamuis enim Beneficia iuxta decretum vacarent in curia vacent vbi est prouisio facienda, quia Beneficia, quorum dispositio ad Papam spectat, dicantur vacare in curia, non tamen apud Sedem, qui est casus exceptus in dict. regula; secundo stante triennali, non fuisse factum locum decreto, & consequenter de nulla constabat vacatione, &c. & contra decisionem Illerden. tenet Gonçal. gloss. vlt. num. 68. cum Putec. & decis. Rom.

426 Imo in rigore secluso † stilo Rotæ, videbatur exceptionem reseruationis etiam non clausæ in corpore iuris, nec super certo corpore Beneficij impedire restitutionem in spolio, etiam si non esset probata, nec probaretur in continenti, dummodo intra tempus competens & terminum conuenientem id fieret, quia hæc exceptio directo respicit possessionem & per eam negatur in effectu saltem spoliatum, & titulus coloratus. Abb. in cap. literis de restitutione spoliat. num. 27. & recte Nauar. in ca. accepta, eodem tit. oppos. 10. solutione nu. 40. maxime quando oppositum est de reseruatione, antequã sit probatũ spolium, & antequam causa super spolio sit instructa, Mandos. d. q. 3. n. 5.

427 Nam decretũ irritans † inficit, & annullat titulum, & possessionem, & omnes iuris effectus illius tollit, Cass. super reg. dec. 7. n. 3. Simoneta d. q. 40. n. 1. & 2. Sarn. de triennali q. 49. Reb. in praxi tit. de resignatione n. 40. Crescen. dec. 4. de priuileg. Lancellot. de attentatis 3. par. c. 3. n. 92. & Rota decisio. 189. n. 4. par. 2. diuersorum.

428 Et afficit omnia, quæ † sequuntur, ita vt nec effectum, nec iuris fomentum habeant, capite si eo tempore de elect. in 6. & ibi notat Cassad. decis. 1. numer. 7. de restitut. spoliat. Sarnensis ibi & de annali q. 25. & de gratis expectat. n. 19. Alex. Strat. in Extrauag. ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ n. 67. Rota dec. 24. n. 5. & dec. 1195. 2. p. 2. diuersorum.

429 Et vt dicit † Guil. de Monte Laud. in clem. si Romanus. de Præb. super verb. cumcura relatus ad Sarn. d. q. 23. & Nau. de spoliis §. 14. n. 12. decretũ irritans est penetrabilius omni gladio ancipiti, omnia interiora & occultissima afficiens, & astringens, nam est tam malignantis naturæ, quod quicquid inuenit, destruit, & in oppositum ducit, quod etiam ait Alex. Straticus dic. 67. & tradit prædicta Gonçalez gl. [illegible] n. 12. & sic tollit remedia possessoria Gul. Bene. in repetit. c. Raynutius, verb. si absque, de [illegible] & de successione n. 38. & quæstione de Episcopatu, n. 51.

430 Ad effectum vero manutentionis, † non obest decretum irritans etiam super certo corpore Beneficij, aut in corpore iuris clausum, nisi sit iustificatum, aut incontinenti iustificetur, interim enim non est quis priuandus, & amouendus a sua possessione.

431 Et sic in vna Cosentina † Capellæ 16. Oct. 1601. fuit resolutum, quod decretum irritans positum in gratia aduersarij, non impedit manutentionem, quia ad illum effectum requiritur, quod gratia sit iustificata, si enim non est iustificata, decretum quod est accessorium, non operatur aliquem effectum, & ideo quia potest esse, quod gratia non iustificetur, possessor interim non est priuandus sua possessione, vt fuit resolutum in Valentina iuris patronatus trigesima Aprilis 1582. coram D. Seraphino, &c.

Et alias † in vna Oriolen. decimarum 19. Iun. 1592. 432 coram D. Gipsio voluerunt Domini, Capitulum, & fratres consortes esse manutenendos in quasi possessione exigendi decimam, &c. non obstante priuilegio exemptionis Fratrum S. Dominici, a solutione decimarum, quia respicit petitorium, & est dubium, an iuuet in casu isto stantibus resolutionibus iam factis, propterea non potest impedire dictum mandatum. Cou. var. l. 1. c. 16. n. 10. & fuit resolutum coram eod. in alia Carthaginen. decimarum, nec obstare decretum irritans, & clausulam sublatam, quia sunt accessoria, & solum operantur quando priuilegium intrat, Gemin. in c. præsenti, in princ. vers. nota quod eo ipso, & in Fra. c. 3. notab. de officio Legati in 6. Fabr. de clausulis conclusione 3. n. octuagesimo secundo &c.

Et in vna Calagurritana † Beneficij de Nauarrete 433 7. Feb. 1586. coram D. Blanchetto fuit resolutum, quod mandatum de manutenendo decretum in fauorem Dionysij non erat reuocandum, quia est probata eius possessio, & quæ obiiciebantur respiciebant petitorium, nisi pro parte Beneficiatorum probetur, quod non fuerit examinatus ab Ordinario, tunc enim propter decretum irritans Concilij Tridentini, possessio non esset manutenenda, quod dum per Beneficiatos verificetur, non est amouendus a possessione, &c.

Circa quam tamen resolutionem † aduertendum 434 est, quod licet institutio, & admissio præsentati, seu electi, a personis Eccles. sine examine, sit nulla ex decreto d. Concilij sessione septima de reformatione cap. decimo tertio, ex quo cum examen præcedere debeat, datur consequenter ordo, qui inducit formam, vt in alia Calagurritana Beneficij de Archua infra adducta 9. parte c. 3. n. 31. vbi dicetur, tamen in illo decreto, non est decretum irritans quod inficiat titulũ, & possessionem iuxta supradicta n. 411. nisi dicas, quod cum ex tenore d. c. inducatur nullitas propter formã datam, intrat decretum irritans Bullæ Pij IV. super confirmatione Concilij iuxta dec. Rotæ in causa Romana vineæ 5. Maij 1589. coram D. Orano, de qua d. capite tertio 9. parte n. 12. vbi vide, & ita potest d. resolutio saluari.

Tandem aduertendum est, † quod ad effectum 435 impediendam manutentionem tunc dicitur probata reseruatio, & decretum iustificatum, cum constat de ipsa reseruatione, & possessor dicit se prouisum ab Ordinario, nec aliũ titulum allegat, alias secus, quia in Beneficialibus datur multiplicatio titulorũ, vt in vna Regien. Beneficij 16. Feb. 1596. coram D. Lita, † in qua fuit resolutum Dandum esse mandatum de 436 manutenendo prouiso ab Ordinario existenti in possessione Beneficij, vt constat ex instrumẽto adeptæ possessionis, non obstante reseruatione opposita, & decreto irritan. contenta regulis, quia non constat de reseruatione, & ea probata, non releuat, cum in Beneficialibus detur multiplicatio titulorum, & possibile sit vltra prouisionem Ordinarij habere aliam Papæ, quam ad effectum, de quo agitur, [illegible] exhibere nec iustificare, Rota diuersorum dec. 595. n. 8. parte 1. & fuit alias resolutum in vna firmana Beneficij 10. Martij 1593. coram D. Blanchetto, nec obstare possessionem aduersarij, quia est nulla, & attentata, tum capta, non reproducto monitorio, nec seruata forma Breuis. Lancellot. de attentatis, c. quarto nu. 49. vltra quod erat mere instrumentalis, & capta alio existente in possessione, non est considerabilis, &c.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Addit etiam posthæc singulariter † Gonçalez d. §. *vltima num. quadragesimo quinto* quod decretum irritans appositum in literis prouisionis factæ per Papam iure præuentionis de Beneficio vacante in mense ordinario, non inficit possessionem prouisi postmodum ab Ordinario, Cassad. *dec. 2. n. 7. de restit. spoliat.* Puteus *de. 37. lib. 1.* & quod fuit decisum in vna Romana Canonicatus 7. Decembr. 1584. coram Sanctissimo Clemente VIII. & nouissime in Hispalen. Beneficij de Villanueua de mense Ian. 1604. coram D. Lusto. Ac quod Puteus *d. decis.* 27. dicit Cassadorum laborasse in quærenda ratione, quare decretum irritans minus inficiat possessionem in vacante, quam in vacaturo, cum patens sit ratio, quia, si inficeret in iam vacanti, omnes secundæ gratiæ de vacante factæ per Papam essent nullæ. Et ipse Gonçalez etiam aliam rationem assignat, quia gratia de Beneficio vacanti in mense ordinario est magis nociua, & præiudicialis Ordinario collatori, ac prouiso ab illo ex his, quæ scripsit *in 3. quæst. in prœmium in principali.* & hoc tetigit *in glossa quinquagesima secunda numero sexagesimo primo.* Quod quidem mihi non placet ex supra adductis, nec ratio Putei videtur bona. Tum quia facta semel per Papam prouisione valida de Beneficio vacante, non est inconueniens, quod secundæ prouisiones per eum factæ de tali Beneficio sint nullæ cum Beneficium iam sit prouisum, & primus habeat ius in illo, vel ad illud. Tum etiam quia decretum irritans positum in concessione, & gratia speciali, non ligat ipsum Papam, nisi dicatur etiam per nos, vt diximus *supra d. n. 25.* & tradit ipse Gonçalez *d. gloss. vlt. q. 2. nu. 22.* nec etiam ratio ipsius Gonçalez est bona, nam supposito, quod Papa præuenit Ordinarium, voluit illi præiudicare, & prouiso post modum ab eo, & sic nihil mirum, si decretum irritans positum in prouisione Papæ illum afficiat, & illius possessionem inficiat. Et in d. decisione Hispalen. illud videtur obiter dictum, & incidenter consideratum, non principaliter decisum, vt apparet ex ipso Gonçalez *d. glo. vlt. n. 56.* vbi meminit etiam de dicta decisione.

§. 10.

De regula mensium, & primo de iis, in quibus differt à regulis antiquis, &c.

SVMMARIA.

Super regula mensium hic posita nullus scribit, nam non solebat poni inter alias regulas, nisi post hac Gonçalez, n. 438.

Cum hæc regula non soleret edi cum aliis, fuit aliquando Rota resolutum, quod tunc non obstabat interim prouiso ab Ordinario, n. 439.

Cum Sixtus V. fecisset separatim regulam mensium publicatam quarta Maij reseruantem Beneficia à die publicationis vacatura, dubitatum est, an Canonicus Gerunden. qui vacauit dicta quarta Maij, comprehenderetur in reseruatione, & Sixtus declarauit comprehendi n. 440. & consuluit Nau. & tenuit Rota n. 441. & carpitur Gonçalez male carpens Nauarrum, numero 442.

Contingente ead. die vacatione Beneficij in mense reseruato, & prouisione Ordinarij, vel non reseruatione nostra regula cum aliis regulis facta, censetur reseruatio præcedere, etiamsi prouisus ab Ordinario anteriorem possessionem haberet, quia tota dies comprehenditur in regula, & n. 443.

De origine, & principio regulæ mensium, & alternatiuæ remissiue, & ordo seruatus in eius explicatione numer. 444.

Regula hæc in aliquibus differt ab antiqua, numero 445.

A tempore Sixti fit vsque ad conditoris beneplacitum, & si durat toto tempore sui Pontificatus, nisi ab eo reuocetur, cum antea soleret fieri vsque ad quinquennium, & illo finito renouari, nu. 446. & ita tunc facta noua regula necessaria erat noua acceptatio alternatiuæ, nu. 447. & reprobatur sententia Gonçalez, numero 448.

A tempore Sixti V. addita fuit illa verba, ac consuetudines etiam immemoriales optandi, &c. 449. *n. quæ videntur superflue addita, nam in Beneficiis reseruatis non cadit optio, numero 450. quamuis per mandatum de prouidendo, & reseruationem de Beneficiis vacaturis pro aliquo non tollatur optio, quæ tamen tollitur per clausulas generales in eis contentas, numero 451.*

Nec est superflua derogatio addita, nam stante consuetudine saltem immemoriali, aut indulto Apostolico optandi, reseruata possunt optari, vt in dec. Bononien. posita numero 452. & seq. quamuis verius videatur non posse dari d. consuetudinem stante interruptione per singulos Pontifices renouantes regulam, sed ad tollendam omnem difficultatem, & dubitandi occasionem, addita sunt illa verba.

Per reseruationem spiritualem Beneficij etiam motu proprio factam post vacationem ipsius, seu prouisionem à Papa de eo factam, non videtur sublatum ius optandi, & ius ad rem acquisitum, nisi illi derogetur, vt derogatione regulæ de iure quæsito, & cætera numero 455.

An impediatur optio in Ecclesiis, vbi non optantur Prabenda, sed præstimonia annexa? n. 456. cum seq. resoluitur non impediri, sed posse optari, licet secus sit in camera, domo seu prædio, vel loco, annexis perpetuo & inseparabiliter Prabendæ & in fructib. grossis, qui dantur pro Prabenda.

Pensio imposita super fructibus Canonicatus Corduben. vel non præstimonij illi annexi, mortuo possessore, tota solui debet à successore in Canonicatu, & nihil à successore in præstimonio, n. 459.

In alternatiua addita sunt illa verba, vere ac personaliter, *nam in aliis aliter dicebatur n. 460.*

Secunda alternatiua Pij V. non erat restricta ad residentes dumtaxat, sed ad residentes iuxta formam Concilij, & sic in tribus mensibus absentiæ permissis à Concilio illa gaudere n. 461. vbi ponitur decisio Rotæ, & num. seq. ponitur alia contraria. Et alias aliqui de Rota inclinabant Episcopum absentem etiam vltra trimestre ex iusta causa, & permissu Papa, debere gaudere dicta alternatiua num. 463. vbi ponitur decisio Rotæ.

Ex verbis d. secundæ alternatiuæ Pij V. videbatur, quod Episcopus, qui vno anno abfuit vltra tres menses, licet postea, resideret, non debebat pro illo anno ea gaudere, n. 464.

Ex d. verbis, vere, ac personaliter, vt Episcopus gaudeat alternatiua, requiritur vera, & realis residentia, & ideo per fictionem contra Germanum, qui etiam fallitur, dum existimat, Episcopos Cardinales etiam alternatiua & teneri residere Romæ n. 466. & seq. vbi declarat S. Cong. circa hoc.

Ex illis etiam verbis clarum est non gaudere alternatiua Episcopum, qui ob aliquam instantem causam exiuit à diœcesi animo breuiter reuertendi, vel qui nondum diœcesim ingressus est, sed pararet ingredi, & infertur ad casum de quodam Beneficio Segobrien. numero 468.

Reprobatur sententia Gonçalez tenentis, quod si Episcopus non potest ingredi suam diœcesim, nec in ea residere propter persecutionem imperium gaudet alternatiua, n. 469.

Addita etiam fuit illa verba, ad liberam ipsorum dumtaxat, &c. n. 470. *& sic, licet antea alternat. concessa Episcopis comprehenderet Beneficia simultanea collationis cum Capitulo, quod posset ea uti, etiamsi menses essent diuisi, tamen hodie id non procedit, num. 471. & seq. vbi adducuntur resolutiones Rotæ. Et reprobantur duo dicta Gonçalez circa hoc, numero 473. & sequent.*

Illa dicitur libera collatio, ad effectum alternatiuæ, quæ potest fieri à solo Episcopo absque alterius dispositione, præsentatione, vel electione, consilio, consensu, seu interuentu, aut aliàs n. 45.

Dicitur libera collatio, ad effectum alternatiuæ, quando collator tenetur conferre certo generi personarum, & c. n. 476.

Quando Episcopus esset in quasi possessione conferendi sine interuentu Capituli, potest alternatiua in Canonicatibus, & Prabendis, n. 477. vbi ponitur resolutio Rotæ. Ad quod considerandus est vltimus status Beneficij, videlicet, an Episcopus fuerit in quasi possessione libere conferendi, vel in contraria possessione num. 478. & sufficit semiplena probatio illius quasi possessionis, n. 479.

Si duo Beneficia, quorum vnum spectat ad prouisionem Episcopi, & alterum ad prouisionem alterius, sunt vnita, non habet locum alternatiua, quamuis secus, si spectarent ad prouisionem duorum Episcoporum, n. 480.

Episcopus non potest se iuuare alternatiua in Beneficiis ad aliorum collationem spectantibus, n. 481.

Addita sunt etiam illa verba, seu etiã aliorum dispositioni sue, &c. n. 482.

Circa modum acceptandi alternatiuam fuit varietas in regulis, & à tempore Sixti V. ordinatur fieri vt sit, nu. 483.

Acceptatio alternatiuæ est voluntaria, & nemo inuitus illam acceptare tenetur, n. 484. semel vero acceptata non poterit Episcopus pœnitere, & ab acceptatione recedere, nisi Papa acceptauerit renuntiationem, n. 485. & acceptatio alternatiuæ cessat per translationem acceptantis ad alium Episcopatum, in quo si vult eam, ei debet, de nouo acceptare n. 486. & acceptatio alternatiuæ nihil aliud est, quam mentis & voluntatis declaratio, & sic facta ab excommunicato tenet, numer. 487.

Acceptatio alternatiuæ debet fieri per literas patentes, id est apertas, num. 488. subsignatas, id est subscriptas manu propria ipsius Episcopi num. 489. & sui sigillo munitas num. 490. & non est necessaria adhibitio testium, nec interuentus notarij seu secretarij num. 491. debent tamen fieri in propria Ciuitate, vel Diœcesi, non extra, num. 492. & ad datarium transmitti numero 493. & ab eo recognosci d. 494. nec hodie est necessaria expeditio literarum alternatiuæ, vt olim n. 495.

Si datarius organum Papæ admitteret acceptationem alternatiuæ factam non seruata omnino d. forma, valeret, n. 496.

Hæc de acceptatione alternatiuæ indultũ est ad euitandas fraudes circa vsum ipsius n. 497.

Formula literarum acceptationis, & fidei, quæ datur per datarium, à quibus ponitur, n. 498.

Per fidem datarij probanda est acceptatio alternatiuæ, aut per librum dataria & non præsumitur cũ sit facta, sed debet probari à fundante se in alternatiua, & si liber dataria inueniri non posset, quomodo probetur, numero 499.

Romæ satis probatur acceptatio alternatiuæ per fidem alicuius notarij, quod est in libro dataria, sicut aliàs fuit resolutum de familiaritate n. 500.

Qui dicit Episcopum gaudere alternatiua, satis fundat intentionem in acceptatione, & præsumptione iuris, quod Episcopus residet, & contrarium dicens id probet secundum Rotam nu. 501. sed contrarium tenetur tam Gonçalez, & Rota, aliàs, nempe quod fundans se in alternatiua tenetur probare, non solum acceptationem, sed etiam residentiam Episcopi, quæ non præsumitur n. 501. quamuis sit aliqualis præsumptio, quod quis resideat in loco, vbi residere tenetur, quæ cum aliquibus adminiculis seu alia præsumptione sufficiet ad probat. & n. 503.

Impetrans Beneficium, vt reseruatum ob non residentiam Episcopi, debet eam plene, & concludenter probare n. 502.

Prouisus Apostolicus de Beneficio vacante in mense Martij vel Sept. tanquam reseruato ex eo quod Episcopus gaudet alternatiua, non solum tenetur probare acceptationem illius, sed etiam quod Beneficiũ sit liberæ collationis secundum Gonçalez, quod tamen solum videtur procedere in Beneficiis, quæ de iure non sunt liberæ collationis n. 505. vbi an ea probatio debeat esse concludens?

Prouisus Apostolicus in aliquo ex mensibus Martij, & Sept. qui cessante alternatiua sunt Ordinarij, non tenetur probare, quod Episcopus residebat in mensibus Febr. & Aug. respectiue, vel saltem in ipso mense Martij, aut Septembris, licet non ex ratione, Gonçalez, numero 506.

Alternatiua non desinit gaudere Episcopus non residens in mensibus Iunij, & Dec. qui semper sunt Ordinarij, & consequenter prouisus ad Episcopo de Beneficiis in eis vacantib. non tenetur probare residentiam, sicut in aliis quatuor mensib. contra Gonçal. n. 507.

Reseruatio mensium Apostolicorum, & alternatiua pro Episcopis residen.

ITem Cupiens idem D. N. Papa pauperibus Clericis, & aliis bene meritis personis prouidere omnia Beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura sæcularia, & quorumuis Ordinum regularia qualitercumque qualificata, & vbicumque existentia in singulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris, Mensibus, vsque ad sua voluntatis beneplacitum extra Romanam curiam, alias quam per resignationem quocumque modo vacatura ad collationem, prouisionem præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem, quorumcumque collatorum & collatricum sæcularium, & quorumuis Ordinum regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscumque alios initis & per eos, qui illa acceptare & obseruare debuerant acceptatis, & obseruatis quæ cedere nõ intendit cõprehensorum) quomodolibet pertinentia dispositioni suæ generaliter reseruauit, volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum quæ de dictis Beneficiis tunc va-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

…ribat, etiam Motu proprio fierit, de mense in quo vacauerint dispositiue mentionem fieri, aliquin gratias nullas esse, ac consuetudine etiam immemorabiles optandi maiores, & pinguiores Prabendas, nec non priuilegia, & indulta Apostolica circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi Beneficiis, aut, quod illa sub huiusmodi reseruationibus nunquam comprehenduntur etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis, & fortioribus efficacioribus & insolitis clausis, nec non irritantibus, & aliis decretis quibusuis personis, & Collegiis cuiuscumque dignitatis, status gradus, ordinis, & conditionis existentibus quomodolibet concessa aduersus reseruationem huiusmodi minime suffragari. Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, ipsis quandiu apud Ecclesias, aut diœceses suas verè, ac personaliter resederint, duntaxat de omnibus, & quibuscumque Beneficiis, cum cura, & sine cura sæcularibus, & regularibus ad liberam ipsorum duntaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interuentu Capitulorum, vel aliorum, aut alias pertinentibus, qua antea in mensibus Febr. April. Iun. Aug. Octobr. & Decembr. extra curiam ipsam vacare contigerit (dummodo alias dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta, non fuerint) libere disponendi facultatem concessit, ac etiam voluit, vt, si ipsi in collatione, aut alia dispositione Beneficiorum in aliis sex mensibus, videlicet Ian. Martii, Maii, Iulii, Septembr. & Nou. vacaturorum (qua etiam dispositioni sua, vt præfertur reseruauit, seu etiam aliorum dispositioni sua, & dictæ sedis alias quomodolibet reseruatorum, vel affectorum, sese intromiserint, aut quominus prouisiones, & gratia Sanctitatis sua de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquo modo præstiterint, vsu, & beneficio prædictæ facultatis, eo ipso priuati existant, ac collationes, & aliæ dispositiones de Beneficiis illius prætextu deinceps facienda nullius essent roboris, vel momenti. Illi vero, qui gratiam alternatiua prædicta acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes literas manu propria subsignatas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque ciuitate, vel Diœcesi datas declarare, & literas ipsas hinc ad datariam Sanctitatis sua transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea vti incipiant gratia supradicta, decernens sic in prædictis omnibus per quoscumque &c. iudicari debere ac irritum, &c.

438 SVper hac † regula nullus commentator scribit, nam non solebat edi, & poni inter alias regulas Cancellariæ, sed separatim. & quamuis Paulus Granutius ad Simonetam *de reseruat. quæst. 45. litera B.* dixerit, huic constitutioni commentarium prope diem edendum, non sine ingenti labore iam parare, nunquam edidit huiusmodi commentarium. A longe posthæc scripta prodiit glossema, seu commentatio ad hanc regulam Hier. Gonçalez Hispani, Romæ aduocati. Cuius liber Romæ editos anno 1604. ad manus meas non venit, nisi intrato anno 1607.

439 Vnde, cum hæc regula † non soleret edi cum aliis regulis Cancellariæ, in Auximana Castri Baldi de anno 1552. coram D. Rosanen. fuit dictum, quod, si regula reseruatoria octo mensium non fuit edita cum aliis, quæ ligant in crastinum assumptionis Papæ, non obstat interim prouiso ab Ordinario, vt per Cotam dec. 58 in suis miscellaneis manuscriptis, facit dec. Mohedani decimatertia, *de priuil. ad fi. libri* alias *tertia*.

Vnde etiam, † cum Sixtus V. post regulas Cancellariæ separatim fecisset regulam mensium, quæ fuit publicata die quarto Maij 1585. in qua reseruauit Beneficia à die publicationis vacatura in mensibus Maij, &c. vt in Bullario post regulas Cancellariæ Sixti constitutione 18 dubitatum fuit in vna Gienen. Canonicatus, qui vacauit d. die quarto Maij, an comprehenderetur in d. reseruatione? in quo idem Sixtus V. per aliā regulam editam die 27. Iulij eiusdem anni declarauit, Beneficia, quæ in ipsa die 4. Maij vacarunt comprehensa esse sub dict. reseruatione, & mentis & intentionis suæ ita fuisse &c. vt in d. Bullario vbi supra. 440

Et ita in d. causa Gienen. † consuluit Nau. *cons. 31. de Preb.* vbi id fundat, quem sequitur Zerola *in praxi Episcopali 2. par. verb. alternatiua, §. 5.* & tenuit Rota 4. & 11. Maij 1587. coram D. Robusterio vbi sic dicitur. *Vltimo non obstant quæ dicuntur de publicatione regulæ reseruatoria hic Romæ, circa horam 10. circa meridiem, quia stante declaratoria S. D. N. res non habet difficultatem, & hac declaratoria videtur satis honesta, quia reseruatio de Beneficiis vacaturis à die quarto Maij, capit vacantia in illa ante publicationem, dummodo ante publicationem non sint prouisa per Ordinarium*, Simoneta de reseruat. q. 47. 441

Vnde Gonçalez. §. 14. *proœm. n. 59.* perperam & inconsiderate carpit Nau. *d. cons. 31. de Preb.* dicens non considerasse Nauarrum ibi, nec animaduertisse, quod regulæ Cancellariæ Sixti. V. & sic regula mensium, die 4. Maij 1585. publicatæ, fuerant factæ in crastina die assumptionis, videlicet 25. mensis Aprilis præceden. vt ex proœmio ipsarum regularum Sixti V. constat in quo aderat Ecclesia, *Quas etiam ex tunc suo tempore duraturas obseruari voluit*, &c. cum potius Gonçalez non considerauerit, quod regula mensium Sixti V. non fuit edita cum aliis regulis, sed post, & falso etiam ait Gonçalez regulas Cancellariæ Sixti V. fuisse publicatas die 4 Maij, nam potius fuerunt publicatæ die 2. Maij, vt ad fi. ipsarum regularum dicitur. 442

Sicut etiam male ait idem † Gonçalez *§. 3. proœm. d. 128.* quod si eadem die contingeret vacatio Beneficij in mense reseruato, & prouisio Ordinarij, nec non reseruatio nostræ regulæ, vt puta, quia eadem die Papa regulas Cancellariæ faceret, cessante possessione prouisi ab Ordinario, præsumeretur reseruatio anterior, & ligaret manus Ordinarij; secus tamen esset, si prouisus ab Ordinario anteriorem possessionem haberet, quam alius post modum à Papa prouisus, *ex c. si à Sede, de Preb. in 6.* & ibi Gemin. post Lapum *n. 4.* & Fran. *n. 6.* Æneas de Falcon. *q. 4. principali effectu 33.* & Simoneta *q. 79. ex n. 4* male inquam in hoc ait Gonçalez, nam, cum regulæ Cancellariæ fiant cum clausula, *quod ex tunc*, id est, ex die qua fiunt ligent, & obseruentur in illo casu, etiam si prouisus ab Ordinario anteriorem possessionem haberet, censeretur reseruatio præcedere vacationem Beneficij, & prouisionē Ordinarij in illa die, ex quo tota dies comprehenditur in regula, quicquid esset de Beneficio ante publicationem prouiso, in specie dictæ decisionis Gienen. vbi reseruata erant Beneficia à die publicationis regulæ vacatura. In qua etiam verius puto Beneficium ante publicationem prouisum, esse sub reseruatione, cum illa die vacauerit, maxime stante dicta declaratoria Sixti. Nec contradicit Simoneta *d. qu. 74.* qui loquitur de simplici reseruatione de Beneficiis vacaturis, seu cum vacauerint, quam ait trahi etiam ad vacantia. Et quod 443

tradunt

tradunt Dd. *in d. ca. si à Sede* & Æneas & Simoneta q. 79. per Gonçalez allegati, est quando simplex reseruatio Beneficij, & collatio Ordinarij eodem die concurrunt.

444 De origine autem, & † principio regulæ mensiū & alternatiuæ, vide Bursatum *cons. 126. l. secundo, à n. 101.* & in huius regulæ explicatione ego hunc ordinem seruam, & seruo, primo noto ea, in quibus nostra regula differt ab antiquis (nam in multis ab eis differt) explicando obiter quæ sese offerunt, & ex verbis differentib. resultant, & inferuntur; secundo in alio §. agitur de explicatione regulæ, & notabilibus, quæ ex eius verbis, seu circa ea deducuntur, tertio in alio §. agitur in particulari de alternatiua, & multa dubia examinantur circa eam.

445 Ad primum igitur † deueniendo, præmittendum est regulam hanc mensium, & alternatiuæ in aliquibus differre ab antiqua, in hac enim sunt aliqua addita, seu mutata, quæ non erant in antiqua.

446 Et in primis à tempore † Sixti V. sic huiusmodi reg. & reseruatio vsque ad Papæ eius condit. beneplacitum dicendo, *Vsque ad suæ voluntatis beneplacitum*. Et sic durat toto tempore sui Pontificatus, nisi ab eo fuerit reuocata *c. si gratiose de rescript. in 6.* & ibi glossa & Dd. Nauar. *d. cons. 31. de Preb. n. 2.* & Zerola *supra §. 2.* cum tamen antea soleret fieri, vsque ad quinquennium, & illo finito renouari, vt in regula Pij V. & Greg. XIII. & ita post finitum quinquennium facta noua regula, necessaria erat noua accep-

447 tatio alternatiuæ, † vt fuit tentum per Rotam coram Sanctissimo Clemente VIII. in vna Egitanen. Beneficiorum 19. Ian. 1579. infra adducta, *n. 463.* quinimo in decisione Fauentina Canonicatus de anno 1585. infra adducta *nu. 693.* dicatur ex stilo seruari, vt alternatiuæ acceptatio censeatur continuata, etiam post lapsum quinquennij. Quod mihi non videtur certum.

448 Ex qua decisione † Fauentina male etiam inquit Gonçalez *§. 4. proœm. n. 17.* quod temporibus præteritis, cum solum fiebant regulæ reseruatoriæ mensium ad certum limitatum tempus, veluti quinquennium, quod etiam seruatum fuit vsque ad tempus Pij V. & Greg. XIII. tunc de stilo ex taciturnitate Papæ, & Episcopi censebatur facta prorogatio ad aliud quinquennium ad instar locationis, & conductionis. *Item quæritur. §. qui impleto ff. locati*, quod quidem non est verum, imo finito quinquennio renouabatur d. reseruatio, vt diximus. Et si non renouaretur, ea omnino cessaret finito tempore. Et Gonçalez male allegat d. dec. Fauentinam, quæ non dicit, quod finito quinquennio reseruatio censebatur prorogata ad aliud quinquennium, sed quod renouata regula alternatiuæ acceptatio censebatur continuata.

449 Secundo à tempore Sixti. V. † addita sunt illa verba. *Ac consuetudines etiam immemoriales optandi maiores, & pinguiores Prabendas, nec non priuilegia, & indulta Apostolica circa ea.*

450 Quæ verba videntur superflue † addita, nam in Beneficiis reseruatis, siue sint generaliter reseruata siue specialiter motu proprio, non cadit optio, Domin. & Frācus *in c. si. §. in prabendis de consuetud. in 6.* Gaspar de Perusio *de reseruat. 2. q.* Æneas de Falcon *4. q. effectu 5.* Simoneta *q. 45.* & ibi Granutius *litera B. & q. 54. n. 6.* Probus ad Monach. *in d. ca. fi. nu. 8.* Gigas *de pensio. q. 63. n. 9.* Paris. *cons. 10. p. 4. ex n. 5.* Flam. Paris. *de resignatione Benef. l. 2. q. 20.* & Zechus *de republic. Ecclesiastica c. 14. de Canonicis nu. 4. 11.* & Rota *dec. 1. de rerum permutat. in nouis n. 4. & in additione, nu. 7.* Cassad. *dec. 4. de concess. Preb.* Put. *decis. 4. li. 2.* Mohed. *17. de Preb.* alias 197. vbi quod regula reseruatoria & mensium obstet optioni, & quod in vacantib. in mensibus prædictis non sit locus optioni, &c. & Rota in Bononien. optionis infra adducta, *n. 452.* & nouissime posthæc Gonçalez *gloss. 34. nu. 2.* nec est necessarium secundum ipsos in reseruationibus fieri derogationem, saltem cum clausula generali, (cum qua tamen id clarum videtur, nec esse amplius disputationi locum, ait Mandosius ad Lapum *alleg. 84. litera k.*) quamuis id velit Staphileus *de literis gratia tit. de vi, & effectu clausularum. §. quomodo derogetur statutis, & consuetudinibus num. 4.* & Zerola *in praxi. 1. p. verb. Canonica §. 7. 7. conc.* atque Æneas de Falcon. *supra effectu 50.* quod optans sciēter Beneficium reseruatum, nō solum illud nō obtinebit, imo non poterit admissum redire *c. si Beneficia de Preb. in 6.* sequitur Granutius *d. q. 54. nu. 7.* & tradit Gonçal. *d. gloss. 34. à n. 84. & 94.* & facit *consilium* Calderini *6. de consuetudine.*

Quamuis per mandatum † de prouidendo seu expectatiuam & reseruationem, etiam motu proprio de Beneficiis incertis vacaturis pro aliquo, non tollatur optio Gemin. *cons. 104.* quem sequitur Rota vt per Gamburum *dec. 9.* & Simonetam *d. q. 45. num. 6.* quæ tamen tollitur per clausulas *generales, non obstantibus, &c.* in eis contentas, vt per Gonçalez *d. gloss. 34. n. 3.* qui allegat Rotam, *dec. 5. de consuet. in nouis.* Cassad. *d. decis. 4. n. fi. de concess. Preb.* Crescentium *decisione noua eod. titul.* & Francum Marcum *decisione 1269. l. 1.* 451

Sed eo non obstante dicendum est, † non esse superfluam d. derogationem de nouo additam. Nam stante consuetudine saltē immemoriali, aut indulto Apostolico optandi Beneficia, seu præbendas, reseruata possent optari, vt in d. Bononien. optionis nono Ianuarij millesimo quingentesimo septuagesimo nono coram Dominis Rubeis, seu Lancelloto, quæ sic ait, *dubium à me propositum de ordine Sanctissimi continet tres difficultates, prima est, an Beneficia reseruata optari possunt, in qua fuit resolutum, non posse optari, sine sint specialiter reseruata in fauorē certæ personæ, siue generaliter, vt tradit Anchar. an. in c. fi. n. 1.* & col. fi. vers. quarto, de consue. in 6. & ibi *Gemin. §. in præbendis num. 3. Francus n. 6. Probus ad Monachum n. 18. Cellarius in c. ex tenore nu. 6. de concess. præb. Card.* cons. 16. circa fin. *Gemin.* cons. 30. col. 2. vers. ad secundum vbi testatur *de communi, Rota* dec. 2. de consuetud. in nouis, & decisi. 1. n. 4. de rerum permut. in nouis dub. 2. *Puteus* dec. 4. de priuil. *Mohed.* 296. *Millis* verb. consuetud. optandi *non habet locum in Beneficiis reseruatis, Lapus* allegatione 84. n. 1. *Franc. Marcus* decis. 1271. l. 1. *Staphil.* de literis gratiæ fol. 101. *Ferret.* cons. 127. n. 4. *Gigas* de pensio. quæstione 63. numero nono. *Simoneta* de reseruatio. c. 65. *Æneas de Falcon.* in eodem tractatu quæstione quarta principali 5 effectu, *Cassad.* decisione quarta numero primo de concessione Præbendæ, *vbi de communi Paris.* consil. 10. vol 4. *& in reseruatione, ob vacat. apud Sedem adtex* in d. *§. in Prebendis, Æneas de Falcon.* d. tract. 2. effect. numero secundo *Gigas.* d. quæstione 63 numero decimo *Paris.* d. cons. 10. numero 3. *Staphil.* vbi supra ver. cessat, *Rota* d. dec. 4. *ratio est, quia Papa in Beneficialibus habet amplissimam potestatem* ca. secundo de Præbendis in sexto *& reseruando afficit Benef-* 452

cam, & inficit totum quicquid disponitur in contrarium, & derogat omnibus iuribus & statutis, & adimit omnem potestatem conferendi, & sic tollit iura, quæ dant potestatem optandi, vt post Io. de Lignano tradit Gemin. in d.§ in Præbendis n.3. vbi Fran. numero 6. & in reseruatione 8. mensium, de quibus in reg. Cancellariæ est d. decisi. Mohedam 296. Puteus d. decisione quarta Rota d. decisione prima de rerum permutatione. Secunda est difficultas, an saltem possit optari stante consuetudine optandi reseruata, & in consuetudine legitime præscripta valuit Calder. cons. 3. de consuetudine, quod potest optari, & quæritur hæc consuetudo, licet sit contra ius, & est rationabilis, & ideo potest præscribi cum legitimo tempore. sequitur Staphil. d. fol. 101. versiculo an autem valeat, licet de veritate huius consil. dubitet Æneas de Falcon. d. effectu 5 col. pen. vers. est bene verum, dicens Calderinum fuisse audacter locutum. Quo vero ad consuetudinem immemorialem Domini tenuerunt illam valere, moti ex generalibus regulis, quia immemorialis consuetudo sufficit, etiam ad acquiren. specialiter reseruata Principi c. super quibusdam. § præterea de verborum significat. Abb. in c. cum nobis col. pen. de præscrip. Ias. cons. 108. col. pen. vers. tamen ea vol. 2. Balbus de præscriptione 2. p. 2. principalis q. 6. Ferretus consi. 141. num. 30. cum aliis, de quibus per Gabr. de præscrip. consi. 1. n. 3. versi. amplia. habet enim hæc immemorialis consuetudo vim priuilegij & legis, & ex ea potest etiam allegari titulus fundationis & quilibet alius titulus de Mundo, vt dicunt allegati Dd. Fel. in c. causamque col. 3. & 4. de præscrip. Feder. 234. col. 2. vers. ad propositum. Stante ergo probata ista immemoriali, non est dubium, quod est legitime præscripta consuetudo, & sic intrabit de consil. Calderini, quod Domini approbant. Sed circa hanc difficultatem aliqui ex Dominis dubitabant, si hæc immemorialis posset probari, ex quo singuli Pontifices renouant regulam de mensibus reseruatis, per quam interrupta videtur ista immemorialis, vnde quando fuit inchoata, fuit interrupta per dict. reg. nec potest tempus vnius Pontificis coniungi cum tempore alterius stante interrup. Socin. in l. mihi, & Titio, § in legatis post princip. de legat. 1. & propterea dixit Cald. in d. consi. 3. col. fin. vers. ad illud vero, quod talis consuetudo optandi ad hoc, vt releuet, nō debet esse interrupta per c. illud de præscrip. c. cū, de Beneficio, de Præb. in 6. & ad inducendam interruptionem opus est quod interueniat aliquis actus contrarius d. consuetudini, vt ibi per eum, & tradit Anchar. in d. capit. fin. vers. quæro, vbi per Gemin. Francum, & alios de consuetudine in 6. Gigas d. q. 63. nu. 8. super hac tamen interruptione nihil Domini resoluerunt, sed nunc præsupponunt consuetudinem immemorialem introductam, & probatam 3. erat difficultas, an indultum cōcessum Card. de conferendo Beneficia vacantia in 8. mensibus reseruatis ex dicta regula Cancellariæ obstet, quominus reseruata possint optari in vim dict. consuetudinis immemorialis, quæ nunc præsupponitur probata? & Domini resoluerunt non obstare mouentur, quia huiusmodi indultum conferendi ex obseruantia Rotæ non semper recipit interpretationem, vt ampliet facultatem conferendi, quam habent ordinarij in suis Ecclesijs, sed tamen, vt illis reseruat. non obstantibus possint ipsi libere conferre Beneficia ad eorum collat. spectantia, perinde ac si dict. reseruationes non emanauerint, vt colligitur ex tenore indultorum, & est dec. 3. Cassadori de priuil. Puteus dec. 4. eodem Simoneta dec. 28. Mohed. 179. hinc est, quod intelliguntur huiusmodi indulta de illis Beneficiis in quorum quasi possessione conferendi ipsi Ordinarij existunt iuxta cons. Cald. 23. de Præben. dec. 5. eodem titul. in antiquior. 49. de rescript. in antiquis. Mohed. d. dec. 179. Puteus d. dec. 4. de priuil. & de quemadmodum Ordinarij impedire non possunt optionem sine indulto, ita non possunt cum indulto, Puteus dec. 4. de priuil. in fi. & ... e, si cessarent reseruationes, non posset Cardinalis habens indultum conferre Beneficia, quæ vigore d. consuetudinis immemorialis possunt optari, ergo minus potest conferri vigore indulti, quod non auget facultatem conferendi, sed tantum remouet obstacula, & impedimenta reseruationum, vt dictum est, ex supradictis infertur non obstare allegatam dec. Paleoti 357. præsupponebatur, quæ fuit facta in causa Reginen. Canonicatus, nec reperitur inter alias eius decisio. quæ circumferuntur, in qua dec. Rota dixit censeri derogatum immemoriali consuetudini optandi reseruata per clausulas derogatorias appositas in quadam prouisione Papæ, in quibus clausulis derogabatur consuetudini, & statutis quibuslibet authoritate firmatis, & fuisset necessaria specialis derogatio, cum clausula, quorum tenores, &c. & similes clausulæ sunt appositæ in indulto, de quo agitur, quia Domini respondebant diuersos esse terminos quæstionis nostræ a terminis d. decisionis? illæ clausulæ erant positæ in prouisione Papæ, non in indulto remouente obstacula. Præterea in illa decision. præsupponebant adesse reseruationem, quæ etiam hic non adest, nam regula reseruatoria 8. mensium non comprehendit Cardinales, sed illos in specie excepit, vt etiam declarat dec. Mohedan. 296. Cretten. dec. 218. non obstat quod d. clausula indulti derogantes consuetudinibus censentur etiam derogare consuetudini optandi, quia respondebatur, quod postquam indulta, vt dictum est nihil aliud continent, nisi quod remouent obstacula, ita etiam d. clausulæ non possunt operari, quod per eas sit ampliata, & alterata principalis dispositio ipsius indulti, sed tantum confirmatur, & consolidatur iuxta Clemen. de Præb. Decius consil 2. n. 10. Felin. in c. licet, num. 7 vers. 3. limitat. de Offi. Ordin. & in terminis iuris optandi est d. consilium Cald. 3. de consuet. hinc est, quod dicitur, clausulas derogatorias solum operari in his, quæ periment gratiam, Felin. in c. nonnulli in princ. colum. 11. versi. nota. de rescript. Rota 13. in add. de Præben. at principalis dispositio indulti ea est, vt Cardinalis possit conferre in omnibus mensibus, prout de iure poterat ante reg. 8. mensium, sed de iure non poterat conferre Beneficia, in quorum quasi possessione optandi alius existit ab immemoriali tempore quia immemorialis operatur vim priuilegij Apostolici legis & fundationis, vt dictum est, non obstat, quod indulto detur etiam facultas conferendi spectantia ad inferiores quatenus sunt reseruata, quia respondetur, quod intelligitur eo modo, quo possunt conferre inferiores si non essent reseruata, sed inferiores non tollerent optiones, ergo nec indultum.

De qua dec. meminit Anasta. Germonius † de indultis Card. § etiam ex eo, à n. 16. & posthæc Gonçalez gloss. 3. num. 6. & gloss. 34. a num. 6. dicens, quod stante consuetudine immemoriali optandi in quibuscunque mensibus, cessabat reg. nostra, quæ non auferebat talem consuetudinem, vt in d. Bononien. optionis, & quod in alia Gadicen. iuris nominandi 11. Feb. 158[illegible] coram Bubalo, fuit similiter resolutum, quod istius reg. reseruatio non auferebat consuetudinem immemorialem prouidendi in quibuscunque mensibus, & ideo, inquit ipse Gonçalez, prædicta verba non sine maxima consideratione, & effectu addita fuisse ad remouendum immemoriales consuetudines, & Apostolica indulta optandi in omni- 453

omnibus mensibus, præsertim, quia non solum valebat consuetudo immemorialis optandi Præbendas reseruatas, sed etiam alia consuetudo ordinaria [illegible], vt consulunt Calder. d. cons. 3. de consuet. licet pluribus illius sententia non placeret, vt per Anast. Germon. d. § etiam ex eo n. 15. quod hodie, inquit Gōçal. penitus cessat attenta reg. nostra. Et alias in vna Vercellen. Canonicatus, & Archipresbyteratus 27. Apr. 1594 coram D. Penna fuit dictū, Quod consuetudo immemorialis optandi in mensibus reseruatis iuxta cons. Calder. 3. de consuetud. hodie non suffragatur, cum per reuocat. Cancellariæ regula sublata sit quælibet consuetudo optandi, etiam in mensibus reseruatis, & cætera.

454 Quamuis ego verius existimem † non posse dari d. consuetudinem, nec ordinariam, nec immemorialem stante interruptione per singulos Pontifices renouantes regulam, ex traditis in d. dec. Bononien. in 1. & 2. d. § etiame, licet super hac interruptione nihil Domini resoluerunt. Facit consilium Nau. 1. de feriis, vbi ait, q contradictio superiori interrumpit consuetudinem [illegible] & quod tradit P. Rauennas d. consuet. fol. 4. n. 18. & vide infra n. 557. sed ad tollendam omnem prorsus difficultatem, & dubitandi occasionem, quæ ex d. dec. Bononien. oriebatur per Sixtum V. & eius successores, vtiliter addita sunt illa verba, ex quibus ita Rota hoc habet pro constanti vt in dubium reuocari non valeat, Gonçalez [illegible] & si cessantibus d. verbis in nostra reg. additis posset dari consuetudo, saltem immemorialis optandi reseruata, dicendum esset ea stante etiam hodie optari posse reseruata per alias regulas, cum in illis non sit addita huiusmodi derogatio, nec sint huiusmodi verba.

455 Per reseruationem tamen specialem alicuius † Beneficij, etiam Motu proprio factam post vacationem ipsius, seu per prouisionem à Papa de eo factam, non videtur sublatum ius optandi, & ius ad rem acquisitum per consuetudinem optandi, nisi illi derogetur cum derogatione regulæ, de non tollendo iure quæsito, ex traditis per Æneam de Falcon. 4. quæstio 47. n. 9. Sarnen. d. regul. de non tollendo iure quæsito, q. 1. vers. septimus modus, & per Zerolam 1. p. verb. canonic. § 7. 3. [illegible] vbi hoc tenet. Et videtur sequi Zechus de [illegible] 24. de Canonicis n. 4. vers. 1. & ex dictis sup. n. 2. 5. [illegible] c. 3. 7. modo, vbi vide. Vnde etiam videtur requiri derogatio d. regulæ de non tollendo iure quæsito quod per Flaminium Parisium d. libro 2. quæstione [illegible] numero [illegible].

456 Sed est difficultas, † an impediatur optio in Ecclesijs, vbi non optantur Præbendæ, sed præstimonia annexa [illegible] verbi gratia, in Ecclesia Corduben. in qua quot sunt Canonicatus, & Præbendæ, tot sunt præstimonia annexa, & ex statuto & consuetudine illius Ecclesiæ Canonici iuxta suam antiquitatem per optionem succedunt [illegible] præstimonia [illegible] difficultas [illegible] decedente aliquo Canonico, in mense reseruato, præstimonium illius possit optari per Canonicum antiquiorem? nam videtur quod non, ex Æneæ de Falcon. d. 4. [illegible] 19. vbi ait, quod reseruatio per vacationem in curia non solum impedit optionem ipsius Beneficij [illegible] impedit, quod non possit optari camera, quæ erat illius, per cuius obitum vacauit Beneficium Cardin. cons. 16. vers. sed alius est casus, pro quo facit, quia reseruatio Beneficio regulari, intelligitur reseruatus locus, qui debetur obtinenti Beneficium reseruatum [illegible] Cancellariæ fol. 92. vers. reseruato Beneficio regulari [illegible] plura notabilia, tam circa Beneficia reseruata, quam nō reseruata. Vnde ille qui habuit Præbendam taliter reseruatam, quæ alias poterat optari, intrat in locum prædefuncti, quo ad Præbendam, & Cameram, quæ est annexa illi Præbendæ reseruatæ, non tamen intrabit, quo ad stallum in choro, & vocem in Capitulo, sed sedebit in vltimo loco, & ius optandi in tali Ecclesia non competit sibi, nisi postquam erit antiquior in receptione. Hæc Æneas ibi, facit etiam dec. 4. de consuet. in nouis. quæ ait, quod sicut Canonicatus, & Præbenda in Curia Romana vacantes per alicuius obitum, optari non possunt vigore consuetudinis sic c. fin. de consuetud. l. 6. ita nec grossi fructus per d. Canonicum in curia defunctum obtenti possunt optari, etiam illi grossi fructus redirent ad Capitulum, prout Greg. XI. declarauit per suam Bullam. Quam decisionem sequuntur Francus [illegible] Præb. [illegible] Millis [illegible] consuetudo [illegible] sicut non potest fieri [illegible] Staphil. [illegible] Franc. Marcus dec. 1162 [illegible] Flaminius Parisius [illegible] & nouiss. sine Gonçalez d. gloss. 34. num. 31.

Nihilominus in prædicta difficultate videtur dicendum posse optari etiam in proposito † casu præ- 457
stimonium non est annexum Canonicatui, & Præbendæ æque principaliter, & vt titulus distinctus, sed accessorie, & per modum incorporationis & suppressionis ac tanquam prædium pro Præbenda temporali applicatum tali Canonicatui, & Præbendæ, non perpetuo & inseparabiliter, sed pro vita illius Canonici, iuxta dicta per Gigan. [illegible] 69. n. 3. & sic non cadit sub reseruatione, & ita practicatur in d. Ecclesia Corduben.

Nec obstat d. doctrina Æneæ de Falcon & † pra- 458
cticæ Cancellariæ sup. quia procedit in camera, domo seu prædio, vel loco annexis perpetuo & inseparabiliter Præbendæ seu Beneficio, vt post hæc tradit Gonçal. d. gloss. 34. a n. 32. allegans dec. Capuaq. 282. [illegible] p. 2. quam vide. Nec etiam obstat d. dec. 4. quia procedit in fructibus grossis, qui dantur pro Præbenda.

Et quo alias Rota in vna Corduben. pensionis 2. 459
Maij 1594. coram Illustrissimo Card. Mantica resoluit, † pensionem impositam, & reseruatam super fructibus, & distributionibus cuiusdam Canonicatus & Præbendæ d. Ecclesiæ Corduben. quos quidam Fernandus possidebat nec non præstimonij de las Herreras, dicto Canonicatui annexi in obitu d. Ferdinandi possessore & in Canonicatu & Præbenda succedente D. Did. Ferrera de Cordoba, in præstimonio vero per optionem D. Ioan. de Spinosa, totam pensionem solū debere a successore in Canon. & nihil a successore in d. præstimonio de las Herreras, iuxta Gigan. [illegible] quod pensio expresse esset imposita sup. fructibus Canonicatus, & præstimonij de las Herreras, quia id est causa demonstrationis, & perinde ac si solum imponeretur super fructib. Canonicatus &c. quamuis antea in eadem causa Rota tenuisset contrarium 10. Aprilis 15[illegible] coram eodem D. Mantica, scilicet pensionem diuidendam esse pro rata fructuum Canonicatus, & præstimonij inter successorem Canonicatus, & successorem præstimonij &c. de qua vltima decisione meminit Gonçalez d. gloss. trigesima quarta numero 46. male tamen eam referens, & dicens esse coram Illustrissimo Blanchero.

460 Tertio in alternatiua addita fuit illa verba, *vere ac personaliter*, nam 1. regula Pij V. super reseruatione mensium, & alternatiua facta de mense Ian. 1565. ad quinquennium, quæ est in Bullario constitut. 164. solum dicebatur ei, *quod quotiescumque, & quandiu apud eorum Ecclesias, seu in eorum Diœcesi resederint dumtaxat*, & in secunda edita de anno 1570. anno 6. sui Pontificatus post elapsum quinquennium primę, quæ est in d. Bullario constitutione 165. dicitur *omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis apud Ecclesias, & Diœceses suas iuxta Concilij Tridentini dispositionem residentibus dumtaxat de omnibus, &c.*

461 Ex quibus verbis † apparet istam secundam alternatiuam Pij Quinti non esse restrictam ad residentes dumtaxat, sed ad residentes iuxta formam, & dispositionem Concilij Tridentini, quod cum Episcopis permittat abesse per tres menses quolibet anno in c. 1. sess. 23. de refor. in illis trib. mensibus Episcopi gauderent alternatiua, ac si personaliter residerent, vt fuit resolutum in vna Salmantina fructuum Archidiaconatus de Monleon. 20. Iunij 1586. coram D. Bubalo. Et adhoc videtur alludere decis. Salamant. Canonicatus 30. Maij 1592. coram D. Oradino in fi. quæ sic ait. *Fuit conclusum processum auditoris Cameræ reuocandum, & Antonium restituendum, quia Domini intellexerunt Breue sensisse de vacatione in mense Sept. vt exinde induceretur reseruatio, & etiam videtur intellexisse Papa, vt in commissione vltima, vndę eius fundamentum hoc cessit, sequitur, quod gesta ab Episcopo Salamantino, & ab Auditore Cameræ nullius essent momenti, & cum Antonius doceat de titulo & de vtroque extremo, consequens est eum fore restituendum, cum autem mensis Sept. in hoc casu non videat reseruationem, omnia gesta pro Philippo sunt nullius momenti. Et huic sententiæ accommodatur stilus curiæ, qui dat huiusmodi Breuia propter reseruationē, quē stilus attēdi debet, Lapus allegat. 89. n. 9. dixerunt tamen Domini, quod videatur in facto, an Canonicat. vacauit trib. mensib. datis à Concil. Episcopis.*

462 Quamuis in ead. postea Rota tenuerit contrarium 20. Iunij eiusd. † anni 1592 coram eod. D. Oradino (nisi forte in casu huius decis. Canonica. vacauit tempore primę alternatiuę Pij V.) vt in dec. seq. *Fuit dubitatum, an Antonius sit restituendus ad suam pristinam possessionem, non obstante decreto Concil. Trid. Philippus ad excluden. reintegrationem duplici c. nititur, & primo, ex d. decreto Concil. Trid. asserens, Episcopum ex eo posse abesse tribus mensibus, quibus durantibus gaudeat alternatiua, ex quo vacatio de mēse Sept. induxit reseruationem, quia stante alternatiua est mensis Papæ, ideo Canonicatus dicitur reseruatus, sed in hoc Domini fuerunt contrarium, quod Concilium non iuuet ipsum, quia aut volumus accipere cursum trium mensium à die, quo discessit à ciuitate Salamantina, tunc, cum Beneficium vacet die 4. Sept. dicitur vacasse post cursum trium mensium, quia Episcopus discessit ab Ecclesia 2. Iunij, & sic elapsi sunt 93. dies, aut volumus computare tempus à die, qua recessit à Diœcesi, & in puncto adhuc non erat Concilium, quia Domini intelligunt, vt possit abesse tribus mensibus, accipiendo mensem pro diebus 30. iuxta notata in c. licet de supplen. neglig. Prælatorum, quæ opinio videtur verior, ex quorum præfigitur tempus absentiæ, & tunc Beneficium vacat post 90. dies, secundo, quia Domini intelligunt, quod, licet Episcopis detur facultas, vt absint, tamen interim non gaudent alternatiua: nam regula super alternatiua dat Beneficium vere residentibus, vt deducitur ex pluribus verbis reg. ideo non competit non residentib. quoad secundam extensionem Breuis fuit resolutum, quod, licet aliquo modo Episcopus prætendat se velle processisse propter simplicia verba Breuis, tamen postquam Rota interpretatur quod intelligatur de mense Sept. reseruato, apparet de iniquitate sententiæ, quæ venit reuocanda virtute vlt. commissionis, nec obstat clausula sublata, quia Papa in d. commiss. aperit os, vnde cum mensis Sept. quo Canonicat. vacauit ex causa alternat. sit mensis Ord. & non Papæ, consequens est, quod Canonicatus vacauit in mense non reseruato, ergo Ant. est iniuste spoliatus, & restituendus, vt excludatur propter communem stilum extortum*, de qua dec. meminit Gon. gl. 45. n. 41. dicēs, in ea fuisse decisum, quod Episcop. absens trib. mēsib. sibi permissis recreationis causa animo redeundi non gaudebat alternatiua, &c.

463 Ex quo etiam in vna † Egitan. Benef. 19. Ian. 1579. coram S. Clem. VIII. aliqui ex D. inclinabant Episco. absentem, etiam vltra trimestre, ex iusta causa & permissu Pontificis debere gaudere dicta alternatiua, vt in decisione sequenti *Domini dixerunt, quod si Breue est iustificatum potest procedi ad eius executionem, quia in commissione deputatur auditor in illius executorem; non obstat quod Cameræ procurator non sit in causa, quia Antonius, ad cuius fauorem emanauit, bene potest pro suo interesse nomine Cameræ petere huiusmodi executionem, & ita alias dicebant fuisse tentum, & obseruatum; nec minus obstat, quod Ant. cœperit agere via Ordinaria petendo executionem suarum literarum, quia, quando esset verum, non propterea id præiudicaret Cameræ, cuius nomine via Ordinaria actum non fuit, non etiam potest dici, quod aut Breuis expirauerit per expeditionem literarum, quia quod debeat constituari possessio Antonio literis expeditis, in eius est fauorem inductum, & consequenter literarum expeditio non debet in ipsius odium retorqueri, an autem Breue sit subsistatur, pendet ex hoc, an sit verisse ita reseruatio, & non residentia Episcopi talis, quod non gaudeat alternatiua? quoad reseruationem est indubitatum, quod Beneficia vacarunt de mense Aug. 1571. & consequenter in mense Apostolico secundum regulam, esse mensium, quod autem Episcopus non resideret tempore vacationis, Domini dicebant, non constare ex prouisione eiusdem Episcopi de huiusmodi Beneficiis Vlixbona de eodem mense Augusti facta, non enim concludit hoc quod die, quo vacarunt Beneficia, Episcopus abesset Diœcesi, sed vitali in facto Domini, quod in actis constabat circumscriptis nullitatibus ex confessione Petri, & ex dictis saltem duorum testium, quod tunc aberat approbant enim testes Episcopum accessisse Vlixbonam in initio anni. 1571. & per totum illum annum Vlixbonæ permansisse, sed secundum Domini non per hoc concludebatur, Episcopum non debere gaudere alternatiua stante approbatione causarum suæ absentiæ facta à delegato Apostolico specialiter ad hoc deputato, cum enim abesset ex iusta causa, & permissu Pontificis, aliqui ex Dominis inclinabant, quod deberet gaudere alternatiua, & ad id fuit allegata dec. alias facta in casu simili in vna Cremonen. Parochialis de Pernardis 19 Iunij 1571. coram D. Vestano, in qua Rota tenuit, quod Cardinalis Rauenna gauderet indulto, non obstante decreto fel. recor. Pauli III. quod Cardinales residentes in Roma. curia aliquando gauderent indultis, & priuilegiis, quib. alij Cardinales gaudent, & gaudere possunt, nisi de expressa licentia Papæ apud Ecclesiam Metropolitanam, seu Cathedralem, vbi præfuerint, resideant, & subiaceant aliis pœnis arbitran. & hoc, quod præfatus Cardinalis Rauenna de licentia Papæ probata per testes Flora residebat; sed quia prima alternatiua,*

cuius

cuius acceptatione extra tempus factam Papa approbauit, iam erat expirata, quæ fuit concessa Calendis Ian. 1565. ad quinquennium, & de acceptatione alterius concessæ de anno. 1557. in actis non constat, Domini dixerunt quod stante materia nullam habebus difficultatem & quod propterea, si hoc in facto ita se habet, poterant procedere ad executionem, &c.

464 Ex ex illis etiam verbis † secundæ alternatiuæ Pij V. videbatur, quod Episcopus, qui vno anno abfuit vltra tres menses, licet postea resideret, non deberet pro illo anno eo gaudere, cum iam pro illo anno defecisset conditio requisita de residentia iuxta disposit. Concilij.

465 At in alternatiua † Gregorij XIII. additum est verbum *personaliter*, dicendo *ipsi quandiu apud Ecclesias, aut Diœceses suas personaliter resederint dumtaxat, &c.* à tępore Sixti V. dicitur, *vere ac personaliter* vt habetur in nostra reg.

466 Ex quibus verbis apparet, † quod ad hoc, vt Episcopus gaudeat alternatiua, requiritur vera, & realis residentia, & non sufficit residentia per fictionem, vt si esset absens causa Ecclesiæ, vel reipublicæ, vel alia legitima causa, vt in Concilio vniuersali, vel prouinciali, vel in aliquo negotio, ex mandato & commissione Papæ &c. Gonçalez *glossa 43. à numero primo* qui plura adducit vt solet non necessaria; quicquid velit Anast. Germo. *de indultis Card. §. solemus n. 1. & 13.* vbi ait si Cardinalis acceptauerit alternatiuam, fingi etiam residentem Romæ, cum ratione Cardinalatus Romæ residere teneatur, & ibi residendo omnibus, & singulis Ecclesiis deseruire teneatur, & sic vult ad alternatiuam sufficere residentiam fictam, qui etiam fallitur in eo, quod existimet, Episcopos Cardinales egere alternatiua, cum tamen respectu eorum non sint menses reseruati, vt supra dictum est *num.* 54. & ita contra Germonium nouissime tradit Gonçal. *glossa 14. n. 71. & glo. 53. n. 44.* & in eo, quod subdit, Episcopos Cardinales teneri residere Romæ cum contrarium declarerata S. Concilio Triden. sessio 23. *de ref. ... capite 1. ibi ... S. Rom. Ecclesiæ Cardinales sint*, & dictum est supra *numero* 405.

467 Et quamuis Ham. Paris. *de resignat.* † *Benef. l. 1. q. 10. n. 85.* (qui etiam loquitur de alternatiua Sixti V. vt patet ex n. 46.) dicat, quod Episcopi absentes causa reipublicæ habent alternatiuam, & quod ita censuit S. Cong. 9. Iulij 1573. ista declaratio facta fuit attenta alternatiua Pij V. aut etiam ad summum Greg. XIII. cuius tempore fuit facta, quæ carebat dictione, *vere*, Gonçalez *d. glos. 43. n. 84.* quod etiam concessit Pius III. Episcopis interessentibus Concilio Triden. vt in constitutione sua 33. secus vero est attentis d. verbis, *vere ac personaliter*, quæ non videntur addita ad alium effectum, nisi ad excludendam residentiam fictam, & interpretatiuam, Gonçal. *dict. n. 85.* dicens cessare tam declarationem prædictam, & subiunxit, quod postea S. Congregatio contrarium censuerit. Et subdit, quod, cum quidam Episcopus Hispaniæ abesset à propria Diœcesi pro exercitio sui officij Inquisitoris generalis, in Curia inuictissimi Hispaniarum Regis, vbi generalis inquisitor cum suo tribunali residere solet, & instanter supplicaret Sanctissimo Clemen. VIII. quod concederet indultum speciale, vt posset gaudere beneficio alternatiuæ quamuis non resideret in propria Diœcesi, attenta d. causa in fauorem Fidei, & reipublicæ resultante, nunquam tamen d. indultum obtinere potuit, quamuis antea bene concedebantur indulta gaudendi alternatiua per aliquod tempus absentiæ, vt consuluit in casu vnius indulti, Mandos. *consilio vigesimo primo.*

468 Ex quibus etiam verbis cessat dubium Sarmienti, † *selectarum c. 16. n. 9.* vtrum Episcopus, qui ob aliquam iustam causam à sua Diœcesi animo breuiter reuertendi, vel qui nondum Diœcesim ingressus est, sed pararet ingredi, gaudeat alternatiua? ex illis enim verbis clarum est non gaudere, & postlitæc tradit Gonçal. *d. glos. 45. n. 11.* & infert ad casum, quem adducit, & hæc pro vtraque parte disputat Gonçal. *ibi n. 41.* de Beneficio Segobien. quod vacauit de mēse April. 1603. stante D. Episcopo in domo del Scorial à propria Diœcesi Segobien. per quatuor milliaria dumtaxat distante, ad visitandum Reges Catholicos, & de sua promotione ad Archipresbyteratū Compostellanum gratias agendum, qui festinanter ad suam residentiam continuandam redijt in propriam Diœcesim, à qua solum modo abfuit per duos dies, nempe die 13 & 14. d. mensis Aprilis, & in hoc tempore Beneficium vacauit, quod virtute alternatiuæ contulit D. Hiero. de Padilla suo Vicario generali, & postea à Papa alteri prouisum est, vti reseruatum ex eo, quod vacauerat durante d. absentia. Vnde orta est controuersia, an in hoc casu intraret alternatiua, vel non? & quod non intret alternatiua dicit Gonçal. *n. 83.* se procliuiorem esse, cum verba nostræ regulæ sint fortissima, & excludant omnem fictionem, ac veram, & actualem præsentiam de facto exigant. &c. Ego autem id certum existimo, & ita consultus pro parte dict. D. Hiero. de Padilla respondi. Et tandem causa in Rota proposita 26. Mar. 1604. coram D. Iusto, fuit resolutum non intrare alternatiuam, sed potius reseruationem, aliquibus tamen ex D. contrarium sentientibus vt per Gonçal. *d. n. 83.*

469 Et ex illis † etiam verbis apparet falsa sententia Gonçal. *d. glos. 43. 9. 7. n. 200.* vbi tenet, quod, si Episcopus nō potest ingredi suam Diœcesim, nec in ea residere propter proteruiam, & crudelitatem impiorum, qui illam occupatam habent, gaudere valeat alternatiua, quamuis vere non resideat iuxta *Clem. 1. de foro comp.* quæ sententia est contra d. verba reg. quæ veram, & realem residentiam in propria Diœcesi requirunt omnino, nec concessio d. Clementinę trahenda est ad alternatiuam, vere ac personaliter in sua Diœcesi residentibus dumtaxat concessam.

470 Quarto fuit additū † per Greg. XIII. illa verba *ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis,* & à tempore Sixti V. illa verba, *nec etiam cum consilio, vel consensu seu interuentu Capitulorum, vel aliorum*, nam in prima alternatiua Pij V. solum dicebatur, *ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem, non tamen simpliciter ... pertinent.*

471 Et sic licet antea alternatiua † concessa Episcopis residentibus, quia est fauorabilis, comprehenderet Beneficia, & Canonicatus quorum collatio est communis Episcopi, & Capituli, & Capitulum ex Beneficio Episcopi posset vti alternatiua, ita vt etiā inuito Capitulo Episcopus posset vti alternatiua, Calde. *cons. 22. de Præben.* Vantius *de eff. & potest. Capituli sede vacante. 1. p. q. 10. n. 23.* Simoneta *de reseruat. q.* 71. n. 2. & ibi Granutius n. 3. Hiero. Gab. *cons. 197. n. 1. & 2. l. 1.* Achil. *dec.* 226. seu 3 *de Præb.* Put. *dec.* 88 *l. 3.* Rota *dec. 12. l. 3. p. 3. diuer.* & Gon. *gl. 24. n. 48. & gl. 42. n. 3.* quod extendit Rota apud Puteū *ibi*, vt etiam al-

lternatiua concessa Episcopo prosit Capitulo, vbi menses Ordinarij sunt diuisi inter Episcopum, &
472 Capitulum ex concordia,& sequitur†Granutius supra *n.* 4. Gonçal.supra *d.glos.*42.*n.*4 de quo infra *nu.* 718.tamen hodie attentis dictis verbis nostræ regulæ,& Gregorij XIII. & etia secundæ alternatiuæ Pij V.id non procedit, vt aduerterunt Domini in Salamantina alternatiuæ 22. Octobr. 1581. infra adducta *n.*708. & in Vercellen. Canonicatus 27.April.1594. coram D.Penna, in qua fuit dictum quod, *Si ex immemoriali consuetudine collatio Præbendarum pertinet ad Capitulum priuatiue*, quoad Episcopum, Episcopus iuuari non potest alternatiua,quæ non habet locum, quando ius conferendi spectat ad inferiores collatores, vt apparet ex verbis regulæ. & si iure communi agendum sit iuxta eam operationem,quam Rota seruat,vt per Cassad. *decis.* 22. *de Præben.* quæ vult collationem debere esse communem Episcopo, & Capitulo, Episcopus non gauderet alternatiua,*quam excludit regula in illis verbis, ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem* &c. fuit dictum in illa Regien. Canonicat. 17. Nou.1595. supra relata *n.*413. & resolutum in vna Lunen Sarçanen. Canonicatus 23. Oct. 1598. coram D. Seraphino in qua fuit dictum, *vacationem in mense Aug. probari ex confessione aduersarij in sua prouisione, & adesse etiam vnum testem de publica voce, & fama, & ex hac probatione resultare probationem reseruationis ex regula Cancellariæ. Nec excludi ex eo, quod dicitur Episcopum gaudere alternatiua, quia cum Canonicatus sit in Ecclesia Cathedrali in qua ex iuris communis dispositione collatio est communis Episcopi, & Capituli, alternatiua non habet locum, vt in ea dicitur, nec obstare, quod hoc procedat in simultanea collatione, non autem vbi turnus fuit diuisus, vt in Salamantina alternatiua coram D. Robusterio, & Dd.* in c. cum illis. §.si. de Præb. in 6. *Rochus* de iure patron. verb. ius, quæstione 6. n. 11. *quia qui dat de hoc turno debet vtrumque probare, nempe, quod adest turnus ex conuentione, vel consuetudine, & quod illa vice collator fit in turno &c. neque posse iuuari quasi possessione Episcopi conferendi sine interuentu Capituli ad cap. consultationibus de iure patron. quia exhibentur alia collationes Capituli, quæ reddant hanc probationem æquiuocam &c.*

473 Et tradit posthæc†Gonçal. *d.glo.*24.*n.*49. qui tamẽ *d.gl.*42.*à n.*1. male ait hodie cessare d.decis. Achillis, & Putei dicentes, quod Capitula Cathedralium gaudere poterant alternatiua &c. eo, quod hodie solum conceditur Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, & ad eos restringit regula nostra, alternatiua autem antiqua non erat restricta ad solos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, sed omnibus collatoribus concedebatur. Quod quidem falsum est, nam alternatiua antiqua non concedebatur collatoribus inferioribus, sed Episcopis, & quia est fauorabilis, comprehendebat Beneficia simultaneæ collationis, vt per citatos sup. *n.* 471. hodie vero id non procedit, quia alternatiua restringitur ad Beneficia spectantia ad liberam Episcoporum, non autem aliorũ
474 cũ eis dispositionem &c. † vt dictum est. Vnde etiã male ait idem Gonçal. *glos.* 45. *num.* 29. quod eo ipso, quod regula nostra dicebat concedere alternatiuam in Benef. spectantibus ad Episcopi collat. quãuis reliqua verba *liberam dumtaxat, non autem aliorum cũ eis*, &c. apposita non essent, venirent intelligenda de de collat. spectãte ad solũ Episcop. nõ autẽ de simultanea collat. pertinente ad Episcopum cum alio per textum quem dicit expressum *in capite cum in illis ibi, §. si vero de Præb. l.* 6. & ibi glossa. & Dd. cum aliis. Quod quidem est falsissimum & contra Rotam, & Dd. citatos *d.n.*471. & contra dict. decisionem Salamantinã alternatiuæ, & alias adductas *n.*472. & text. *in d. c. cum in illis. §. si vero* loquitur & procedit in gratia odiosa, & ambitiosa, non in materia fauorabili, Domin. & Francus, & alij ibi Fel. *in c. cum te, de rescript. n.*16. alternatiua vero est fauorabilis, & amplianda cum innitatur iure communi, & remoueat obstaculum reseruationis, vt tradit ipse Gonçalez §. 6. *proœm. n.*42. *& d. glossa quadragesima quinta num. trigesima quarto & glossa* 43. *num. octuagesimo primo &* 151.

Et illa dicitur libera†collatio ad effectum alterna- 475
tiuæ, quæ potest fieri a solo Episcopo absque alterius dispositione, præsentatione, vel electione, consilio, consensu, seu interuentu, aut alias, vt patet ex verbis regulæ nostræ, & tradit Gonçal. *d.glos.*45.*à n.* 10. qui *glos.* 46. explicat illa verb. *nec etiam cum consilio*, & *glos.* 47 verb. *vel consensu*, & *glos.* 48. *aut alias pertinentib*, vbi multa adducit nostram regulam parum necessaria.

Dicitur autem libera collatio ad effectum†alter- 476
natiuæ, quando collator tenetur conferre certo generi personarum, veluti filiis patrimonialibus ad *decis.* Achil. 151. seu 5. *de priuil.* Et Putei 162. l. 2. & tradit Gonçalez *d.glos.*45.*n.*19. dicens, fuisse resolutum in vna Vlisbonen. Prioratus de Carrança. coram Illustrissimo Seraphino, de mense Nou. 1603. vbi fuit dictum, esse liberam collationem, quamuis sit facienda vni, ex sex personis de certo Collegio. Vnde ait, *n.* 21. intrare alternatiuam in Beneficiis Curatis, & Parochialibus, quamuis sint conferenda dignioribus per concursum, iuxta formam Concilij Tridentini *sess.* 24. *c.* 18. *de refor.* nihilominus enim sunt liberæ collationis, vt fuit resolutum in Abulen. Parochialis coram illustrissimo Blancheto, infra adducta *c.* 5. *n.* 92. & 93. & ratio prædictorum est, vt inquit ipse Gonçalez, *ibi n.* 22. quia ex parte Episcopi est libera collatio, cum solus conferat, sine præsentatione, electione consilio, consensu, vel interuentu alterius, aut alias. Et sic nullum adest impedimentum respectu alternatiuæ, & licet in cui dando non sit absoluta potestas, cum Episcopus teneatur dare dignioribus, seu filiis patrimonialibus, illud tamen non est considerabile ad effectum huius regulæ nihil de hoc dicentis. Id autem, quod dicitur de Beneficiis patrimonialibus, vt in eis intret alternatiua, non procedit in illis Beneficiis patrimonialibus, quæ prouidentur per Episcopum ad aliorum præsentationem seu electionem, vt ex verbis regulæ constat, & tradit alias Gonçalez *glossa nona §. primo numero septuagesimo primo.*

477 Quando tamen Episcopus esset in quasi † possessione conferendi, sine interuentu Capituli, intraret alternatiua in Canonicatib. & Præbendis ad *ca. consultationibus, de iure patron. & c. querela, de elect. & c. cũ olim, de causa possess.* & infra dicta *c.*5 & sentit Rota in d. Lunen. Sarçanen sup. relata *n.*472. & fuit resolutum in vna Assisien Canonicatus 14. Iun. 1600. coram D. Sarçato in qua fuit dictum, *Intrare alternatiuam in illo Canonicatu, quia hic non agitur inter Episcopum & Capitulum super iure conferendi, sed inter ipsos prouisos, quo casu attẽditur sola quasi possessio collatoris iuxta* conf. *Cald.* 23. de Præb. *quod Rota sequitur* dec. 49. de refer in antiquis, *Put.* 106. *l.* 2. *Mohed.* de

Mohed. 8. de priuil. & *Thom.* decis. 3 & vlt. *coram Pamphilio, in Vicẽ. Benefici S. Martini* 19. *Nou.* 1599. *Vnde superfluum fuit tamen ingredi q. an probaretur præscriptio quadragenaria, & talis probatio esset necessaria, vel non, quia in proposito sufficit quasi possessio, & illa tamen actu requiritur glo. in* c. cum Ecclesia de causa poss. & *d. possessio. Episcopi iure conferendi in suis mensibus bene probatur per testes explicite deponentes Episcopos pro tempore, absque villa participatione Capituli, contulisse Canonicatus, & tales prouisiones fuisse sortitas effectum. Secundo, ex pluribus collationib. factis per solos Episcopos, & c. nec obstare, quod Episcopus conferendo conseruauerit simultaneam cum Capitulo, nam vt explicite deponunt testes, Capitulum non prætendebat simultaneam, sed præuentionem in conferendo, & cessat etiam difficultas, quia in aliquibus ex collationibus, quæ dantur, dicitur collatione cum ad Episcopum spectare, quod significat ad ipsum solum glos.* in c. cum in illis. §. si vero, verbo. cum alio in fi. de Præben. in 6. *fac.* c. nouit. *ibi*, cuius cognitio ad Episcopum spectat de iudic. *in aliquibus autem collatio. adest clausula*, ad omnimodam, *quæ significat plenariæ, & est verbum vniuersale, & aptum comprehendere omnem speciem prouisionis* gloss. 1. in Clem. 1. verb. omnimodam de foro compet. *quarũ tenorẽ non ignorauit Capitulũ, cũ illarũ vigore tradiderit pos. ad nota.* in l. non est ferendus ff. de transact. *Vnde Capitulum nullo modo potest prætendere quasi. possess. Sec.* in l. tem quæ nobis n. 8. vers. infertur de acquiren. possess. *Decius* cons. 302. *Paris.* 1. nu. 164. l. 1. *Cassad.* dec 4 de restitu. spoliat. n. 6. *nec requiritur probatio, cum sit actus in actu negatiuo, quia non excluduntur alij modi acquir. quasi possess. præter ipsi sunt. Nec obstat his motu per cap. de anno 1571. primo, quia non erat super collatione Canonicatuum, sed super deputat. Canonicorum ad administ. fabricæ: & in eum euentum Episcopus erat prius in quasi poss. conferendi, & continuando non potest dici, quod attentauerit, Caputaquen.* decis. 51. n. 2. p. 1. & *vlt. status attenditur.*

478 Et post hæc tradit Gonçal. *gl.* 45. & §. 1. † *n.* 79. & 2. *à n.* 1. dicens, quod ad effectum inspiciendi, an aliquod Beneficium sit liberæ collationis, necne, ita vt intret, vel non intret alternatiua per reg. nostram concessa, cum non agatur inter Episcop. & Cap. super iure conferendi, sed inter tertios, super validitate collationum, & incidenter, potissime est considerandus vltimus status Beneficij, videlicet, an Episcopus fuerit in quasi possess. libere conferendi. vel in contraria poss. nam, si fuerit in tali quasi poss. libere conferen gaudebit alternatiua, quamuis in proprietate bonum ius forsan habere definat, & dumtaxat collator putatiuus sit, & versa vice, licet habeat bonum ius, seu proprietatem, si tamen talem quasi possess. non habeat, quia alius existit in quasi possess. conferendi cum illo, seu præsentandi, aut eligendi, vel consilium, consensum, aut interuentum adhibendi, tunc Beneficium non erit liberæ collationis, & allegat *d. dec.* Assisien. Canonicatus, & Vicen. Beneficij, de qua in ea fit mentio, & ait etiam fuisse decisum in vna Tarraconen. sacristiæ nono Iunij 1600. coram D. Iusto, & in Maioricen. sacristiæ 16. Iunij 1601. coram Pamphilio & alias pluries.

Quod declarat idem † Gonçal. *ibid. d.* §. 2. *à n.* 49.
479 quod ad effectum, vt intret, vel non intret alternatiua in casu reg. nostræ, sufficit semiplena probatio quasi possessionis libere, aut non libere conferendi, vt fuit resolutum in terminis nostræ reg. in d. Maioricen. Sacristiæ, vbi propterea fuit decisum sufficere probat. de publica voce, & fama, quod cessantib. reseruationib. collatio pertinet ad solum Episcopum absque interuentu Capituli, cuius rei, inquit Gonçal. *n.*51. ratio est quia in hoc casu agitur incidenter dumtaxat de pertinentia collationis inter prouisos, & ideo semiplena probatio satis erit. Rota *de* 3 *de probatio. in nouis*, Milis *ver. probatio*, quod Beneficium pertinet, cum aliis per me allegatis infra *d. c.* 5. *num.* 144. & *sequ.* & *n.*52. ait procedere secundum illos, siue agatur inter prouisos ab Episcopo, & ab inferioribus illo, siue inter prouisum ab Ordinario, & prouisum à Papa, Cassad. *decis.* 5. *de probatio. n.*1 & declar. *dict. dec.* Maioricen. addens, quod cessat omnis difficultas, quando cum fama concurrunt aliqua adminicula. & Cassad. *dict. numero primo & secundo*, circa quod vide per me dicta *dict. capitulo quinto à numero* 146.

Rursus ex illis verbis, † *ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis* &c. colligitur, quod si 480
duo Benef. quorum vnum spectat ad prouisionem Episcopi, & alterum ad prouisionem alterius, essent vnita inuicem æque principaliter, non haberet locum alternatiua, ex quo in illorũ prouisione requiritur vtriusque consensus. vt dicetur infra *vlt. p. c.* 2. *n.*47. quamuis, si essent vnita Beneficia spectantia ad prouisionem duorum Episcoporum, vt quia essent duarum Diœcesum, intraret in eis alternatiua, si ambo eam haberent acceptatam, & residerent in sua Diœcesi. Denique ex *d. verb. alternatiua* etiam primæ Pij V apparet, Episcopum non posse se iuuare alternatiua nec vigore illius se intromittere in Benef. ad aliorum collat. spectantib. vt in Vercel. de qua *n.* 492. & Nucerina Beneficiorum 30. Oct. 1592. coram D. Pamphil. infra adducta *c.* 5. *n.* 64.

Quinto illa verb. † *seu etiam aliorum dispositioni* 481
sui, & d. Sedis, aliis quomodolibet reseruatorum, vel affectorum, non habebantur in alternat. Pij V. sed à tempore Greg. XIII. addita sunt, per quę extenditur pœna priuationis alterna. ad sese intromittentes in prouisione Beneficiorum, non solum in aliis sex mensib. reseruatis vocantium, sed etiam alias quomodolibet reseruatorum, vel affectorum &c.

Sexto circa modum etiam † acceptandi alternati- 482
uam, fuit varietas in reg. Summor. Pontif. in alterna. Pij V. sic dicebatur, ac *Episcopi, Archiepis. & Patriarchæ prefati infra tres menses à die publicat. præsentis constitut. eamque se alternatiuam huiusmodi acceptare, vel recusare coram Notar. publico, & testib. declarare teneantur, alio quin lapso trimestri alternatiuas huiusmodi illis nullatenus suffragetur.* In secunda vero alternat. Pij V ac d. alternat. Greg. XIII. sic dicebantur *illi vero, qui gratiam alternat. prædictã acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes literas, suo sigillo munitas declarare, & literas ipsas huc ad Datariam Sanctitatis suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea vires incipiat gratia prædicta.* A tempore vero Sixti V. Ordinat. acceptationem fieri debere, vt habetur in nostra reg. ex quibus verbis *acceptare voluerint*, apparet primo, quod acceptatio alternatiuæ est † vo- 483
luntaria, & ideo nemo inuitus illam acceptare tenetur, nam alternatiua est gratia, & Beneficium, vt declarat reg. ibi *gratiam* & ibi *Beneficio*, & inuito Benef. non datur. l. inuito. 70. ff. de reg. iuris. vt tradit Gon. *gl.* 58 *à n.* 1. qui alia cumulat, vt soler.

Semel vero acceptata † alternatiua, non poterit 484
Episcopus pœnitere, & ab acceptatione recedere,

quia acceptatio est mensium commutatio, seu permutatio, & quidam quasi contractus inter Papam, & Episcopum, & facit *l. sicut C. de. obliga. & act. & reg. mutare, & reg. quod semel placuit li. 6.* tradit Gonçal. *d. glo.* 58. *nu.* 14. nisi Papa acceptauerit renuntiationẽ alternatiuæ, vt aliquando solet fieri, Gonçalez *ibi nu.* 21. Rota in Vicen. præceptoriæ infra adducta *n.* 741. acceptatio vero alternatiuæ per aliquem Episcopũ facta, cessat per translationem illius ad alium Episcopatum, & si vult alternatiuam in nouo Episcopatu debet causa de nouo acceptare, nam 1. acceptatio solum est, quoad Episcopatum tunc obtentum imo nec potest fieri, quoad Episcopatum futurum, vt ex mente reg. constat & tradit Gonç. *d. dict. glo.* 58. *numer.* 21.

487 Et acceptatio alternatiuæ nihil aliud est, † quam mentis & voluntatis declaratio, vt patet ex ipsa reg. ibi *declarare*, & sic ad factum potius, quam ad ius pertinet, vt alias dicitur infra 6 *p. c.* 13. *à n.* 35 & tradit Gonçal. *d. glo.* 58. *nu.* 24. vnde ait *nu.* 26 quod quamuis Episcopus esset excommunicatus de tempore, quo alternatiuam acceptat, teneret acceptatio, excommunicatione non obstante, sicut valet acceptatio Beneficij ab excommunicato facta, vt nos ibi di-
488 ximus. Secundo, ex illis verbis, † ibi, *per patentes literas*, appareat acceptationem alternatiuæ fieri debere per litteras patentes, id est apertas non vero clausas & secretas, & notat Gonçal. *glo.* 59. dicens reg. nostra pro forma id requirere, & sic esse illius formam seruandam. c. cum dilecta. de rescrip. cum aliis.
489 Tertio, ex † illis verbis, ibi *manu propria subsignatas* apparet, quod literæ acceptationis alternatiuæ sunt subsignandæ, id est, subscribendæ manu propria ipsius Episcopi acceptantis, alias acceptatio non tenebit, notat Gonçal. *glo.* 60. vbi id late explicat, & ali-
490 quas q. circa ista verba tractat. Quarto, † ex illis verbis, ibi *suoque sigillo munitas*, apparet litteras acceptationis alternatiuæ, non solum debere esse manu propria Episcopi acceptantis subscriptas, sed etiam suo sigillo munitas, not. Gonça. *gloss.* 61. vbi id late explicat, & aliquas q. mouet.

491 Quinto, ex d. verbis apparet, quod in literis acceptationis alternatiuæ, non est necessaria adhibitio & appositio testium, nec interuentus, & subscriptio Notarij, seu Secretarij, quia regula solum requirit, quod sint manu propria Episcopi subscriptæ, & suo sigillo munitæ, & notat Gonçalez *d. glossa sexagesima prima numero vigesimoquarto & 25.* Sexto, ex illis
492 verbis ibi, † *& in sua quisque ciuitate, vel dioc. est datas*, apparet non posse fieri acceptationem alternatiuæ, & literas eam continentes, nisi in propria ciuitate, vel diœcesi, non autem extra, quamuis alias possint exerceri extra diœcesim huiusmodi actus, & actus voluntariæ iuris dict. tradit Gonç. *glo.* 62 qui qui huius requisiti rationem reddit *à n.* 20.

493 Septimo, ex illis verbis ibi. *Et literas ipsas † hoc ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur*, apparet, quod Episcopus volẽs frui alternatiua non solum debet illam acceptare per literas patentes, propria manu subscriptas, & suo sigillo munitas, & in propria ciuitate vel diœcesi datas, vt dictum est, sed etiam tenetur literas ipsas ad Datarium Papæ transmittere, & notat per Gonçal *glo.* 63 vbi aliquas
494 quæstion tractat circa hoc. Octauo, ex illis † verbis ibi, *quibus ab eo receptis, & recognitis, &c.* apparet ad complementum acceptationis alternatiuæ per Episcopum factæ, debere literas acceptationis per Episcopum transmissas recipi, & recognosci à Datario, notat Gonç. *gl.* 64. vbi de recognitione instrumẽtorum aliqua agit. Nono, ex d. † verbis apparet hodie 495
nullam esse necessariam expeditionem literarum alternatiuæ, cum hodie per reg. nostram concedatur gratia alternatiuæ & certa forma illam acceptandi constituatur, nec sit necessaria vlla supplicatio, nec alia concessio, nec dicatur, quod fieri debeat aliqua literarum expeditio, quamuis de tempore antiquo esset necessaria literarum expeditio ad vsum alternatiuæ, vt in aliquibus decis. dicitur, quia tunc non concedebatur alternatiua per reg. nec per legem generalem vt nũc, sed per gratias particulares ad supplicationem Episcoporum. Mohed. *decis.* 3. *de rescrip.* & Put 387. *l.* 3. tradit Gonçal. *glo.* 62. *à num.* 29. *& gloss.* 65. *n.* 19.

Si tamen Datarius, qui est organum Papæ, † Gõ- 496
çal. *glo.* 63. *n.* 60. admitteret acceptationem alternatiuæ factam, non seruata omnino d. forma, vtique valeret, vt tenuit Rota in Salaman. fructuum Archidiac. de Monleon. 3. Ian. 1587 coram D. Gypsio, nempe *Datarium, qui est organum papæ, et de Cancellaria dicta Cassador* decis. 2. n. 7. de vnio. *non obstante forma acceptationis, & decreto irritante, de quo in d. 2. alternatiua Pij V. potuisse admittere instrumentum acceptat. alternatiuæ, licet non esset sigillo munitum, nec recognitum, vt requirebat regula &c.*

Et hoc de acceptatione alternatiuæ inductum est 497
ad euitan. fraudes, quæ per Ordinarios cõmitti possent, circa vsum alternatiuæ, vt per Fuscum *de visitatione. li.* 2. *c.* 28. *n.* 32.

Et formulam & tenorem litterarum acceptationis † alternatiuæ ponit Fuscus, ibi numer. 33. quam etiam & aliam ponit Gonçal. *glo.* 62. *n.* 33. & Fuscus *ibidem n.* 34 ponit formulam fidei, quæ datur per datarium de præsentatione, & recognitione d. literarum, quam etiam in ampliori forma ponit Gonç. *d. glo.* 64. *n.* 30. 498

Per quam fidem Datarij probanda est, † quando 499
opus fuerit, acceptatio alternatiuæ completa, aut per ipsum librum Datariæ, vbi tales acceptationes describuntur. per Gonç. *glo.* 62 *n.* 28 vbi ait, quod nõ præsumitur, quod alternatiua sit accepta, cum acceptatio sit facti, & requirantur omnes solemnitates per regul. nostram assignatæ & factam non præsumitur, nisi probetur, & sic fundans se in alternatiua illius acceptationem probare tenetur, & si forsan, inquit, d. liber datariæ inueniri non posset, probatio acceptationis fieri posset per testes deponentes de quasi possess. conferendi in mensibus alternatiuæ vigore concessis, aut aliis legitimis modis, vt fuit decisum in Astoricen. Archidiaconatus, 3. Decẽ. 571. coram D. Seraphino, & Anast. Germo. *de indultis Cardinalis. §. volumus, numer. vigesimoseptimo.* 32. & 33.

Romæ vero satis probatur acceptatio alternati- 500
uę † per fidem alicuius Notarij, quod est in libro datarię nam tali fidei creditur, cum ad librum, qui est in dataria, sit facilis recursus, vt fuit ita resolutum in vna Caurien. præstimonij, 9. Iun. 1592. coram D. Penna, Sicut alias in Aretina Commendę, septimo Nouemb. 1586 coram D. Seraphino, fuit resolutum, *quod reseruatio satis verificatur ratione familiaritatis, de qua constat per attestationem computatoris Palatij, & fides in curia facit fidem, propter facultatem habendi veritatem per inspectionem librorum, ex quibus extrahitur, &c.*

Et qui dicit Episcopum gaudere alternatiua † sa- 501
tis fundat suam intentionem in acceptatione, & præsum-

sumptione iuris, quod Episcopus residet in suo Episcopatu, & qui contrarium dicit, illud probet, tanquam fundamentum suæ intentionis, ita in d. Caurien. pro qua resolutione faciunt tradita per Tiraq. *in l. qui. coniunt. gloss. 8. à numero 30.* Mascar. *de probat. concl. 5. numer. 5. & concl. 1277. numer. 1. & 2.* per Menoch. *de præsum. pr. lib. 6. præsumpt. 19. numero 4. & 5.* Cæsar de Graf. *dec.* 63. & Rotam 420. *p.* 1. *diuers. nu.* 1. *cum alijs*, vbi quod quis præsumitur præsens in loco, vbi residere tenetur, vel vbi habet domicilium, seu habitationem.

502 Contrariam tamen sententiam, nempe, quod † prouisus ab Ordinario, qui se fundat in alternatiua, tenetur probare, non solum acceptationem illius, sed etiam residentiam Episcopi in suo Episcopatu, de tempore vacationis, tenet Gonçal. *gloss. 43. à num.* 92. quia vtrumque requiritur à reg. nostra, vt Episcopus Gaudeat alternatiua, & quia residentia, seu præsentia probanda est ab eam allegante, & se in ea fundante, quia, cum quod sit facti, non præsumitur, Put. *decis.* 365. *in fi. li.* 2. & alij relati per Mascar. *d. conc.* 5. 7. 4. & Menoc. *d. præsum.* 19. *n.* 5. & ita ait fuisse resolutum in Rota, vt in vna Placen. Capellan. 31. Maij 1604. coram illustris. Pamj lul. & ad contraria respõdet, quod illa possent admitti, quando prouisus Ordinarius esset possessor, & reus, secus vero si sit actor. Sed ista responsio non satisfacit, nam, si est iuris præsumptio, quod Episcopus residet in suo Episcopatu, & quod quis est præsens in loco, vbi residere tenetur, ex ea vtique probaretur intentio illius, qui se fundat in alternatiua, & residentia Episcopi, quicquid ibi Gonçal. dicat, & dicetur alias inf. 530. vnde melius respondetur quod non est vera iuris præsumptio, quod quis resideat in loco, vbi residere tenetur, nã, licet non præsumatur delictum. *l. merito ff. pro socio*, nõ ideo præsumitur, quod quis non faciat delictum, sed debitum, sed qui in eo se fundat, id probet. Verum est tamen, quod est aliqualis præsumptio, quod
503 † quis resideat in loco, vbi residere tenetur, quæ, cum aliquib. adminiculis, seu alia præsumpt sufficiet ad probationem, & ita arbitratur Gonçal. *sup. n.* 100. quod ad probandam d. residentiam peractorem sufficiat, alia non exacta probatio iuncta d. iuris præsumpt. vt ex omnibus remaneat integra probatio in casu, de quo agitur ex adductis per Gab. *de probat. concl. 1. ex n. 1.* pro quo, inquit *multum faceret, si velis probare residentiam de tempore vacat. probares illam, & alias de tempore proximo præcedenti, quia tunc præsumetur continuata, nec præsumitur mutatio, nisi probetur.* Menoch. *præsum.* 57. *lib.* 6. nisi ex aduerso oriretur aliqua coniectura, vel præsumptio, quæ animum iudicis ad contrarium credendum moueret, prout mouit in casu *d. decis.* Placen. Capellan. de qua *n. præced.* & conducit decis. Rotæ, in causa Mayoricen. Canonicatus 15. Nouembr. 1593. coram illustr. Cardin. Millino infra adducta *numer.* 712. vbi quod residentia Episcopi probatur ex prouisione facta ab Episcopo in domo Capitulari Ecclesiæ, die sequenti post vacationem. Ait tamen recte Gonçalez *dict. gloss.* 43. *numer.* 101.
504 quod quando quis impetrauit † Beneficium, vti reseruatum, quia, licet vacauerit in aliquo ex mensibus alternatiuæ, puta, Febr. April. Aug. seu Oct. tamen ob non residentiam Episcopi prætendit intrare reseruationem, tunc proculdubio plena & concludens probatio non necessariæ requiritur, cum in illa fundetur reseruatio, & in contrarium sit præsumptio, & agatur de graui præiudicio Ordinarij, & prouisi ab illo iuxta alias d. per eũ, & per nos *p. seq. ca.* 2. *à n.* 125.

Et similiter, inquit idem † Gonçal. *gl.* 45. *n.* 8. quod 505
prouisus Apostolicus de Beneficio vacante in mense Martij, vel Septembr. tanquam reseruato, ex eo, quod Episcopus gaudeat alternatiua, non solum tenetur probare acceptationem illius, sed etiam probare debet, quod Beneficium sit liberæ collationis, cum alias illa non gaudeat, & quod in tali casu probatio debet esse concludens, vt fuit resolutum, se obtinente, in vna Corduben. dimidiæ portionis coram D. Sacrato 13. Febr. 1602. quod tamen, licet ipse non dicat, solum videtur procedere in Beneficiis, quæ de iure non sunt liberæ collationis, vt in Dignitatibus & Præbendis Eccl. suæ Cathedralis, & etiam in Portionibus, seu dimidijs portionibus, de quibus loquitur d. decis. Corduben. Quę de iure pertinent ad prouisionem Episcopi, & Capituli simul iuxta opinionem, quam tenet Rota, vt dicitur infra *cap. 4. à num.* 13. 20. & 237 vbi de dicta decis. Corduben. fit mentio. in Beneficiis autem, quæ de iure, seu vniuersali consuetudine sunt liberę collationis Episcopi, non requiritur alia probatio, cum de iure talia censentur iuxta alias *dict. prima part. cap. vltim. numero* 8. & 12. & tertia parte cap. secundo à numero quarto & infra *numero* 530. & id, quod ibi dicit Gonçalez, quod in tali casu probatio debet esse concludens, non videtur verum ex his, quę cum eo diximus supra *numero* 478. *& seq.* vnde non videtur loqui consequenter.

Sed quærit Gonçal. † *d. gloss. 43. à numer.* 102 an sic- 506
ut prouisus ab Ordinario in aliquo ex quo mensibus Febr. April. & similibus qui vti actor se fundat in alternatiua Episcopi, tenetur probare d. residẽtiam de tempore vacationis, sic etiam prouisus in aliquo ex mensibus Martij, & Sept. qui, cessante alternatiua sunt Ordinarij, teneatur tanquam actor probare, quod Episcopus residebat in mensibus Feb. & Aug. respectiue, vel saltem in mense Martij, aut Sept. in quo contigit vacatio? Et resoluit, quod non, quoniam eo ipso, quod Episcopus acceptat alternatiuam mensium, inter Papam, & ipsum fit quoddam pactum, & permutatio mensium, & Papę manent menses Martij, & Sep. ita, quod Episcopus pœnitere, & retrocedere non valeat, cum d. acceptatio sit quasi contractus, Mandos. *cons.* 18. *n.* 8. quæ acceptatio censetur facta cum omnibus suis qualit. & oneribus videlicet residendi &c. & cum stante d. acceptatione menses Martij & Sep. sint proprij menses Papæ & Episcopus nullũ habeat ius conferendi in illis, siue nõ resideat in illis, vel in mensibus præcedentibus Febr. & Aug. semper collatio erit Papæ, Mandos. ibi, ac propterea prouisus Apostolicus non tenetur in hoc casu probare aliquam residentiam, vel non residentiam Episcopi, & allegat decis. Fauentinam Canonicatus 16. Dec. 1584 coram D. Blancheto, & Maioricen. Canonicatus 15. Nouem. 1593 coram D. Mellino infra adductas *num.* 693 & 672. sed ista ratio, & assumptũ non est omnino verum, vt dicitur infra *à n.* 687. vera tamen est dict. resolutio ex eo, quod, cum Episcopus elegerit & acceptauerit alternatiuam, præsumẽdum est ea gaudere, & omnes alios sex menses esse Papæ, nisi contrarium probetur. Rursus quęrit Gonçalez *d. glo.* 43. *n.* 116. an alternatiua desinat gaudere Episcopus non residens in mẽsibus Iunij, & Decem. & consequenter prouisus ab Episcopo de Beneficijs vacantibus in istis mensibus, qui tanquam actor agit, teneatur probare residentiam, sicut prouisus de Beneficiis vacantibus in aliis 4. mensibus alternatiuæ? Et pluribus adductis inclinat in opinionem

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

alternatiuam ex eo in fumena, quod per nostram regulam alternatiua conceditur Episcopis in sex mensibus, cum conditione, & onere resi entiæ, & omnes sex menses sub eadem clausula, & oratione ponunt, & ab eodem ve bo reguntur, & determinatur, & Episcopus acceptando alternatiuam voluntarie se obligauit ad residentiam in omnibus, sex mensib. sub conditione & pœna amittendi ius conferendi, sub qua per regulam nostram indulgetur alternatiuæ commodum, & ob hanc causam augentur per alternatiuam duo menses Ordinarij, vt cum hoc lucro, & augmento compensetur necessitas, & obligatio residendi in omnibus sex mensibus &c. sed ista opinio mihi videtur omnino falsa, contrariumque tenendum existimo, quia menses Iun. & Dec. semper sunt Ordinarii, siue alternatiua sit acceptata, siue non. Nec in istis fit aliqua permutatio, cum Papa, cum semper remaneant Ordinarii, & cum isti duo menses sint ordinarii, siue alternatiua, vere non conceduntur à Papa per alternatiuam Episcopis, quamuis in ea fiat etiam mentio de illis causa demonstrationis, & sic onus & conditio residentiæ, non censetur impositum respectu illorum, sed aliorum 4. qui per alternatiuam de nouo conceduntur, & ita videtur communi sensu, & praxi receptum.

§. II.

De explicatione regulæ, & notabilibus, quæ ex eius verbis, seu circa ea deducuntur.

SVMMARIA.

PEr verb. reg. cum circa, clare reseruatur Papæ collatio Beneficiorum curatorum, quæ, etiam si non essent addita ista verb. adhuc comprehenderentur numer. 508. tamen tollitur concursus numer. 509.

Verba reg. omnia Beneficia intelligẽda videntur de Beneficiis perpetuis, non de manualibus, seu ad nutum amouibilib. quæ siue secularia, siue regularia, sub reseruationibus non comprehenduntur.

Quamuis regula hæc exprimat Beneficia regularia, quæ sunt manualia, tamen aliquando sunt perpetua, & de iis, non de manualibus videtur intelligenda, numer. 511.

Beneficia regularia perpetua comprehenduntur in regula, etiamsi de regularib. expressa mentio non fieret, quia Beneficiorum appellatione, etiam regularia veniunt &c. n. 512.

Beneficia regularia Ordinum militarium etiam minora, non comprehenduntur in hac reseruatione contra Gonçal. n. 513.

Comprehenduntur in hac reseruatione, sicut etiam in aliis Beneficia, etiam tenuissima, & sine redditib. & num. 514.

An Beneficia patrimoniaria includãtur in reseruatione huius regulæ remissiue? n. 515. & an Canonicatus Doctorales, & Magistrales in ea comprehendantur etiam remissiue? n. 516. & an hæc regula procedat in Beneficiis Ecclesiæ non numeratæ, etiam remissiue? n. 517.

Hæc regula capit Beneficia monocularia, etiamsi sint Dignitates maiores, & principales n. 518.

Sub reg. cadunt Beneficia postea creata n. 519. id tamen non procedit in ipsa 1. vacante per creationem, sed in vacationibus succedentibus post primam prouisionem, num. 520.

Ampliatur reseruatio huius regulæ ad Beneficia vbicũque existentia, id est, siue in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus, siue aliis, quæ tamen verba, maioris declarationis gratia, sunt adiecta: nam etiam alias venirent in reseruatione generali, &c. nu. 521.

Octo menses Ianuar. Februar. &c. prout iacent, & putantur, sunt Apostolici, & reliqui quatuor remanent Ordinarii, &c. n. 522.

Vnde mensis incipiat, & computetur in proposito? num. 523. resoluitur incipere à media nocte, nam dies naturalis, & consequenter mensis incipit à media nocte. Et media nox est vbi cœpit sonare hora 12. nu. 524. & vbi sunt diuersa horologia, standum horologio parochiæ, seu viciniori, aut per quod communiter ibi regitur &c. num. 525. alias accipienda est media nox iuxta cursum noctis & arbitrium, & a communiter accidentibus, & verisimilibus num. 526. vbi de coniectura ex gallicantu.

Quando vacat Beneficium per obitum alicuius, cuius mors ignoratur quo die, & mense fuerit, an censeatur vacare in mense Apostolico, an in Ordinario, & Ordinarius possit illud conferre? num. 527. resoluitur, quando facta indagatione, quam Episcopus facere debet, id constare non potest, censeri vacare in mense ordinario, & Ordinarium posse conferre, nam præsumitur pro Ordinario, & præsumptio iuris transfert onus probandi in aduersarium, etiam possessorem &c. idque procedere, etiam quando prouisio Ordinarij est posterior prouisione Apostolica contra Gonçalez, & respondetur cap. si à Sede Apostolica. de Preben. in 6. & decisio Puteι 207. libr. tertio. & aliis de præsumptione vitæ hominis loquentibus, &c.

Beneficium vacans in mense ordinario, non est reseruatum ex eo, quod vacatio duret, at intret in mensem reseruatũ, quia regula solum reseruat Beneficia de nouo vacatura in mensibus Apostolicis, secus ac in regula 2. reseruatoria Beneficiorum vacantium Sede Episcopali vacante, &c. n. 526.

Beneficia vacantia Sede Apostolica vacante in mense alias Apostolico, non reseruantur per superueniẽtem regulam mensium n. 537.

Reseruatio regulæ locum habet in Beneficiis vacantib. in mensibus Apostolicis, non solum 1. vice sed etiam aliis, non obstante regula. §. hoc sermone n. 538.

De verbis vsq; ad suæ voluntatis beneplacitum *remissiue n. 539.*

Beneficia vacantia in Romana curia nõ includuntur in reseruatione huius regulæ, in qua tamen includuntur alia Beneficia reseruata contra Gonçal. nu. 540. quãuis quoad expressionem mensis vacationis, non habeat locum regula in Beneficiis aliàs reseruatis n. 541. vbi etiam reprobatur Gonça. & an de reseruatione per regulam nostram inducta esset etiam facienda mentio?

Beneficia in quocumque mense resignata in manibus Ordinarij, non sunt reseruata per hanc regulam, & reprobatur Gonçalez intelligens verba reg. alias quam per resignantem, *etiam de resignat. coram Papa numer. 542.*

In quolibet mense anni possunt permutari Beneficia coram Ordinario, cum vacant per resignationem numer. 543.

Regula tantum excipit resignationem expressam non vero tacitam, quæ ipso iure fieri intelligitur, numero 544.

In vacantibus per resignationem non habet locum cum alternatiua, cum non sint reseruata per hanc regulam, habet tamen locum, non solum in vacantibus per obitum, sed etiam aliis, vt per assecutionem, &c. numer. 545.

Quando per istam regulam reseruarentur simpliciter Beneficia vacantia in mensibus Apostolicis, videbatur posse tentari, non comprehendi resignata ex causa permutationis, sed contrarium tenetur, numero 546.

Omnes modi vacationis exceptâ vacatione in curia, & per resignationem includuntur in reseruatione huius regulæ, qui etiam non appositio verbo, quocumq; modo comprehenderentur, n. 547.

Regula non solum habet in vacatione de iure, & de facto, sed etiam in vacatione, de iure tantum, aut de facto tantum, n. 548.

Non intrat reseruatio huius regulæ, si habens ius ad Beneficium decedat in mense Apostolico, n. 549.

Regula non procedit in Beneficiis Ecclesiæ non numeratæ, sed receptiua, quæ numquam vacat, n. 550.

De verbis, ad collationem prouisionem, *remissiue, numer. 551.*

Certum est Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici, sub hac reseruatione comprehendi, nam etiam non facta particulari expressione in reseruationibus comprehenduntur, nec in gratia Beneficij est necessaria mentio iuris patronatus Ecclesiastici, numero 552.

Ius patronatus Ecclesiasticum est, quod, licet originẽ habuerit ex patrimonio laici, fuerit tamen, vel ab initio, vel postea in Ecclesiam translatum, & quod competit Ecclesiæ, vel ratione Ecclesiæ, nu. 553. & 554. ponitur decis. & resolutio Rotæ.

Si laicus patronus ex fundatore fiat religiosus, tale ius patronatus est Ecclesiasticum, quia transit in Monasterium, durante tamen vita Monachi, vbi iure sanguinis defertur in posteros, & illi adsunt, & si Episcopus obtinens Comitatum, vel Ducatum, ratione illius habeat ius patronatus, iudicabitur Ecclesiasticum, & ius patronatus spectans ad Prioratum est Ecclesiasticum, licet Prioratus sit iuris patronatus laici, numero 555.

Ius patronatus spectans ad laicos religiose viuentes, & portantes habitum religiosum, est Ecclesiasticum, & sic ius patronatus spectans ad illas de tertio ordine, & etiam spectans ad magistros, seu milites Ordinum militarium, etiam coniugatos, est Ecclesiasticum, numer. 556.

Quamuis certum, & receptum sit Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici comprehendi in reseruationibus, tamen non seruatur in Hispania, & an id defendi possit, non obstantibus huiusmodi reseruationibus, quasi vsu non receptis, aut abrogatis in iis Beneficiis, numero 557.

Resoluitur negatiue, & illud de non receptione, aut abrogatione non posse applicari regulis reseruatoriis, numer. 558.

Esto, quod Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici cadãt sub hac reseruatione, & aliis, an secus sit, quando sunt debita certis personis, seu certo generi personarum, numer. 559.

Cum sequentibus ponuntur sententiæ Doctorum, & decisiones & resolutiones Rotæ, & tandem resoluitur, idem esse, vt habet stilus curiæ, cui videtur standum etiam in Hispania, in qua contrarium obseruatur, & à numero 566.

Agitur de indulto Clemen. VIII. super modo prouidendi de Beneficiis patrimonialibus Calagarritan. An comprehendatur sub reseruatione, & derogatione huius regulæ posterioris, & resoluitur non comprehendi, ex tribus rationibus adductis, n. 568. 569. & 570.

Beneficia iuris patronatus laicorum non comprehenduntur in reseruationibus, etiam in corpore iuris clausis, nec Legatus illa potest conferre, & in gratia eorum necessaria est mentio, & derogatio iuris patronatus, numero 571.

Verba nostræ regulæ, præsentationem &c. *non includunt præsentationem laicorum, sed clericorum, numer. 572.*

Id procedit, quando ius patronatus competit laicis ex fundatione, vel dotatione, secus si ex priuilegio, consuetudine, vel præscriptione, n. 573. & seq. etiamsi ius patronatus ex priuilegio, seu præscriptione spectet ad Duces, vel alios Principes, nisi sit Regum, quamuis alias iuri patronatus Ducum, &c. ex dotatione, vel fundatione non censeatur derogatum, nisi facta speciali mentione, &c. n. 575.

Ad excludendam reseruationem ratione iuris patronatus laicorum, oportet docere de iure patronatus ex fundatione, &c. maxime stante Concilio, numero 576.

Quod dicitur de iure patronatus ex præscriptione, seu consuetudine, non habet locum, vbi quis allegaret ius patronatus sibi competere, ex fundatione, vel dotatione, & ad id probandum vteretur immemoriali, quæ probat legitimum titulum ex fundatione, vel dotatione n. 577. & procedit vbi ius patronatus absolute est ex præscriptione seu consuetudine, secus vbi est ex fundatione, licet præscriptum ab aliis n. 578. Vbi ponuntur decisiones Rotæ.

Quando aliqui sunt veri patroni ex fundatione, vel dotatione, sed non sunt in quasi possessione præsentandi, sed alij, videtur requiri mentio, & derogatio iuris patronatus, n. 579.

Quod dicitur de iure patronatus, ex priuilegio intelligitur, nisi sit cum clausula, quod non sit ex priuilegio, sed ex vera, & reali fundatione, ac dotatione laicali, seu cum clausula, quod habeatur, ac si ex vera dotatione & fundatione competeret, &c. n. 580.

Aut nisi sit ex causa onerosa, n. 581.

Etiam Beneficia iuris patronatus mixti, non comprehenduntur sub reseruationibus, nec à Legato conferri possunt, nec valeret prouisio Papæ, non facta de eo mentione, &c. n. 582.

Solet iuri patronatus mixto derogari in totum, in prouisionibus Papæ, 583.

Cui tamen non derogatur, quia solet Papa derogare iuri patronatus laicorum pro medietate, nam ista derogatio iuris patronatus laicorum tantum, & mixto derogatur in totum, n. 584.

Et derogatio pro medietate non est aliud, quam reducere consensus per plures patronos præstandos ad medietatem, &c. n. 585.

An derogatio pro medietate suffragetur, quando præsentatio spectat ad vnum tantum, seu ad Vniuersitatem? n. 586.

Resoluitur suffragari, quando plures sunt præsentati, alias non.

De derogatione iuris patronatus laicorum remissiue, numer. 589.

Quando Beneficia vacant per assecutionem alterius, aut deuolutionem, & alias vbi habent possessores, derogatur iuri patronatus, etiam Principum in totum, & admittitur etiam in Hispania, n. 590.

In Beneficiis iuris patronatus laicorum, seu mixti, sicuti non cadit expressa reseruatio, ita nec tacita ex appositione manus Papæ numero 591. vbi

ponitur de is. Rota.

In patronatus laicorum est, quod alicui, siue laico, siue clerico non ratione Ecclesiæ, sed propter patrimonium, competit: & si nō appareret, attenditur ius successiuum, nam si per successiuum deferatur, præsumitur laicum n.592.

Quando clericus Beneficiatus ex bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ ac redditibus Beneficij fundat, seu dotat Ecclesiam, Capellam, seu Capellaniam, relinquēdo patronus suos heredes, seu consanguineos, an tale ius patronatus censeatur laicale, an Ecclesiasticum, vt videtur certum, quoties ex bonis Ecclesiasticis Ecclesia fundatur seu dotatur, ius patronatus est Ecclesiasticum n. 593.

Sed id videtur procedere inspecto iure communi secundum quod Beneficiati non possunt testari, sed Ecclesia succedit, secus stante consuetudine, vt in Hispania, ex qua possunt testari, ac eis intestato succedi, ac etiam Episcopis habentibus facultatem testandi, & ita videtur in Hispania receptum n. 594. & 595.

Quamuis Episcopi non possint testari, tamen, cum interuiuos fundant, seu dotant aliquam Capellam, seu Capellaniam, solent relinquere ius patronatus suis consanguineis, aut aliis absque eo, quod Ecclesia, seu successor, vel camera in eo succedat, quia consuetudine stante, etiam istud ius patronatus videtur laicale, nu. 596. & n.597. ponitur resolutio Rotæ, in confirmationem dictorum.

An ius patronatus competens operariis, seu œconomis Ecclesiæ, sit laicale, an Ecclesiasticum? numer. 597. & seq. resoluitur esse Ecclesiasticum contra Fel. & alios.

Idem videtur in iure patronatus spectante ad Hospitalarios etiam laicos, non solum, quando est fundatum, seu approbatum authoritate Episcopi Hospitale, quo casu est locus pius, & religiosus, & gaudet priuilegiis, & immunitate Ecclesiæ, sed etiam alias, si est perpetuum, nec potest reuocari, quia, licet non sit locus religiosus, & sacer, & sic non gaudeat immunitate, est locus pius, & de iurisdict. Ecclesiastica, & gaudet, priuilegiis Ecclesiæ, n.600.

An ius patronatus confraternitatū laicorum, sit laicale, an Ecclesiasticum? n.604.

Resoluitur istas confraternitates esse loca pia, & etiam religiosa, si sunt ab Ordinario approbatæ, & sic super earum rebus curam Ecclesiastico esse conuenientē, & in rigore illud ius patronatus esse Ecclesiasticum, ex æquitate tamē ac effectum derogationis, & reseruationum censendum laicale.

Idem dicendū in iure patronatus spectāte ad Priores, sed officiales eorum, qui solent esse laici quamuis aliquando sit clericus, n.609. Si tamen esset relictum Priori, qui semper debet esse persona Ecclesiastica, seu clericus ius patronatus erit absolute Ecclesiasticum, n. 610. & seq.

Quod dictum est de Hospitalibus, & confraternitatibus similiter dicitur de Collegiis institutis pro sustentatione pauperum, & de eorum iure patronatus, quando maior pars est laicorum, & declaratur doctrina Bart. in l.fin. de Colleg. illicit. n.612. Et infertur ad quæstionem de subsidio imposito per Papam super redditibus Ecclesiasticis, an huiusmodi Collegia debeant ex eo contribuere de bonis suis temporalibus, n.613.

An quando ius patronatus est Ecclesiasticis, & laicis, & facta est conuentio de alternis vicibus præsentandi, in turno Ecclesiastico censeatur Ecclesiasticum & in turno laici laicale merè? n.614. resoluitur, quod sic, & ita in turno Ecclesiastici Beneficium cadere sub reseruatione, & confusum eius turnum, per prouisionem Papæ ... alias data æqualitate prouisionis Apostolicæ ... turnum.

Quando laici vocant Beneficia nominant Rectorem, quem persona Ecclesiastica præsentat Episcopo, vel è contra, penes quem sit ius patronatus, & sic, an sit Ecclesiasticum, an laicale? n.616. resoluitur esse apud eos, qui nominant, non qui præsentant, & an censeatur laicale, vbi requiritur consensus, aut consilium Ecclesiastici?

De verbis, electionem, & quamuis aliam dispositionem, remissiue n.617.

Illis verbis reg. quorumcumque collatorum, comprehenduntur Beneficia ad collationem quorumcumque pertinentia, quia pluralitas resoluitur in singularitates, &c. nu.618. & ista verba capiunt etiam collatores ex priuilegio etiam ad tempus, contra Summerum, & Gonzal. n.619. & reg. in illis verbis comprehendit, tam ordinarios quam extraordinarios collatores, etiam ex fundatione, n.621.

Verbum, collatorum, tanquam prælatum à lege comprehēdit præsentatores electores, & alios dispositores, &c. n.621.

Quamuis masculinum concipiat fœmininum, tamen maioris explicationis causa addita sunt verba, & collatricum nam ex priuilegio fœminæ possunt habere ius conferendi, & verbum, collatricum, comprehendit præsentatrices, cum iure fœminæ capaces sunt de iure, n.622.

Sicut respectu Beneficiorum, quæ reseruantur, fit in reg. expressa mentio de secularibus, & regularibus maioris explicationis causa, sic etiam respectu collatorum, nu. 623.

Respectu Cardinalium nulli sunt menses reseruati, quia reg. eos excipit, alias eos comprehenderet, n.624. & ista exceptio intelligitur de Cardinalibus ordinariis collatoribus tantum, non de aliis etiam Legatis de Latere, numer. 625. & procedit etiam in Beneficiis simultanea collationis, cum Capitulo cui prodest, numer. 626.

Ad sicut ista exceptio prodest Capitulo, sic etiam in Beneficiis simultaneæ collationis reseruatis ex prosit indultum concessum Cardinali Episcopo ad conferendum reseruata? n.627. resoluitur non prodesse contra Gonzal. & declaratur id, quod dicitur, indulta nihil de nouo concedere, nec augere facultatem conferendi, sed tantum remouere obstaculum reseruationis.

De indultis Cardinaliū remissiue, & limitationes, quæ in indultis modernis ponuntur, quorum tenor est diligenter inspiciendus, n. 630.

Si Cardinalis collator non contulit Beneficium vacans in mense alias Apostolico infra semestre, an deuolutio fiat ad Archiepiscopum, seu Capitulum, an vero ad solum Papam? n. 631.

Resoluitur fieri ad Archiepiscopum, &c. licet secus sit in Beneficio reseruato conferendo vigore indulti, numero 632.

An Cardinalis Episcopus possit conferre Beneficium, quod vacauit in mense Apostolico ante eius promotionem in vita sui antecessoris, qui Cardinalis non erat? numer. 633. Resoluitur cessante indulto non posse.

An Cardinali Episcopo decedente ante collationem Beneficii vacantis in mense alias reseruato, possit illud conferre Episcopus successor non Cardinalis? à numer. 634.

Resoluitur non posse stante reg. 2. Cancellariæ reseruatoria Beneficiorum post obitum Episcoporum vacantiū, contra Gonzal. cuius etiam doctrina, quod Vicarius Episcopi in remotis agentis habeat facultatem conferendi post obitū, ante illius notitiam possit conferre Beneficium, quod vacauit viuente Episcopo, est falsa, n.636.

An dicta exceptio, & fauor nostræ regulæ extendatur ad Cardinales absentes à curia, vel solum procedat in existentibus in curia? numer. 637. Et sequi resoluitur per hanc regulam, quæ absolute, & indistincte excipit Cardinales, non reseruari Beneficia vacantia in suis Episcopatibus Cardinalium, antequam sint reseruata per regulam 7. si sunt absentes à curia.

An sicut regula, non comprehendit Cardinales, similiter etiam non comprehendat Reges collatores? n.639. resoluitur, quod non.

Quare dicat regula, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium? numero 640. resoluitur, quia ad differentiam aliorum, qui non sunt S. Romanæ Ecclesiæ, vel potius ad denotandam eorum Dignitatem, & denominationem.

Papa non intendit lædere concordata Germaniæ, & Franciæ, de quibus remissiue, n.641.

Per hanc regulam reseruantur Beneficia ad prouisionem quorumcumque quomodolibet pertinentia, id est, siue de iure communi, siue de iure speciali, numer. 642.

Reseruatio hæc est personalis, & si cum conditore expirat, maxime, quod est facta ex sua voluntati beneplacitum, quod morte finitur, numer. 643. & quod est posita inter alias regulas Cancellariæ suo tempore duraturas. Et sic expirat morte, aut renuntiatione Papæ, n.644.

Sede Apostolica vacante omnes menses sunt Ordinarii, & tunc Ordinarii possunt prouidere de Beneficiis vacantibus in quolibet mense ante factam electionem regularum, n.645. nisi aliàs sit affecta, aut Papa noua electus declararet, non expirasse reseruationes, aut illa de nouo referuet, prout aliquando fit ad prouidendum constanter, &c. n.646.

Indultum conferendi, seu præsentandi Beneficia vacantia in mensibus Apostolicis, non habet locum sede Apostolica vacante, quia tunc nulli sunt menses Apostolici secundum Rotam, n.646. quod conducit ad indultum Ducis Albanæ, quod est restrictum ad menses Apostolicos, & solum in Beneficiis prouisione ad Papæ collationem pertinentibus, n.648.

Clausula apponi solita iuxta regulam Cancellariæ in litteris indulgentiarū, quod si aliàs aliqua indulgentia fuerit per ipsum concessa, illa nulla sit, quæ operatur, vt indulgentia sit aliàs nulla in totum, si aliquæ tantum de ipso Papa concedente, & non de antecessore, &c. n.651.

Sub clausula Breuis de capienda possessione, non tamen à nobis prouisis, comprehenduntur prouisi à prædecessoribus iuxta verborum proprietatem, & prouisi tempore literarum Papæ, dicuntur prouisi ab ipso, n.652. secus quando in Breui dicitur, non tamen à nobismet, seu à nobis ipsis prouisis, nam clausulæ sunt personalissimæ, & operantur, quod Breue vagat quendum contra omnes non prouisos ab ipso, n.653. ibi ponuntur resolutiones Rotæ.

De verbis generaliter & de verbo reseruamus remissiue, n.654.

Statutum est de mente vacationis exprimenda fieri, quia nisi Papa certior reddi, an Beneficium vacauerit in suo mense, n.655. de quo disputatio est diffinitiue, id est affirmatiue, & absolute, non dubitatiue, aut cum dictione, vt asseritur, neque in communi, numer. 656.

Id solum habet locum in mensibus reseruatis, & prouisus à Papa de Beneficio vacante in mense Ordinarii, non tenetur de mense mentionem facere contra Gonzal. n.657.

Quod dicitur de octo mensibus reseruatis, scilicet debere fieri mentionem de mense vacationis, procedit etiam in sex mensibus alternatiuæ Papæ, quando Episcopus habet alternatiuam, n.658.

Regula de mense exprimēdo procedit in gratia, si neutri, n.659. & in noua prouisione, quando in prima gratia non fuit expressus, n.660. & etiam, si quis velit capere Beneficium per clausulas generales, siue alio quouismodo, n.661.

Procedit etiam in gratia de Beneficio vacante, non solum de iure, & de facto sed etiam de iure tantum, & de facto tantum, n.662. ita vt, quando Beneficium impetratur per obitum habentis ius in re alio existente in possessione, si exprimendus mensis vacationis, & obitus illius, quando vero impetratur per obitum vltimi possessoris de facto possidentis, sufficit exprimere mensem illius vacationis de facto, n.663. vbi ponitur decisio Rotæ.

Non placet, quod in ista decisione dicitur quod, cum non datur concursus prouisionis Ordinarij, non est necesse de mense fieri mentionem, n.664.

Procedit etiam, non solum in vacatione per obitum, sed etiam alio quocumque modo, in quo intrat reseruatio regulæ, n.665. nec praxis, & stilus datariæ est in contrarium quamuis admittantur supplicationes de aliis vacationibus absque expressione mensis, cuius ratio redditur, n.666. vbi quando Papa censeatur velle præiudicare Ordinarium.

In vacatione per resignationem, siue in curia, siue extra, non est necessaria expressio mensis, nisi vbi resignatio, non teneret, & resignatarius ex clausulis generalib. vellet capere Beneficium n.667.

Regula etiam hæc de expressione mēsis non habet locū in Beneficiis aliàs reseruatis, & in vacantibus in curia, n.668. nec in prouisione Papæ de Beneficiis iuris patronatus laicorum, nu.669. nec mensis expressio est necessaria in præsentatione, & institutione etiam coram Papa, n.670.

Non etiam habet locum reg. de expressione mēsis subrogationibus, quia ad Beneficium litigiosum in locū, & ius defuncti, quamuis fiet in gratia, si neutri n.671. nec etiam habet locū in gratia reseruatoria seu perinde valere, quando in gratia sui nec sit expressus, n.672.

An in prouisionib. Nuntii, seu Legati locum habeat hæc regula de expressione mensis remissiue? n.673.

In prouisionibus Episcoporum, & aliorum Ordinariorum clarum est non esse necessariam expressionem mensis n.674.

De priuilegiis, ac consuetudines immemoriales optandi, &c. nec non Priuilegia, & indulta, &c. remissiue, n.675.

Per verba, ac etiam disponendi de huiusmodi Beneficiis, &c. derogatur indultis disponendi de Beneficiis, etiam reseruatis, seu vacantibus in mensibus reseruatis n.676.

Dicta verba, ac etiā disponendi de huiusmodi Beneficiis, referuntur non solum ad priuilegia, & indulta, sed etiam ad consuetudines, etiam immemoriales disponendi de huiusmodi Beneficiis, &c. n.677.

Papa etiam sine causa potest derogare, & reuocare priuilegia ad conferendum Beneficia n.678.

Per hanc regulam non censebitur derogatum Bulla Sixti

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IV & Leonis X. de Canonicatibus Doctoralibus, & Magistralibus Hispaniæ, vbi statuitur huiusmodi Canonicatus sub reseruationibus non comprehendi, ex 20 præcipue, quia d. Bulla est per modum statuti, & per viam legis n. 679. & seq. vbi de rationibus, & fundamentis adductis per Gonçalez.

De verbis, etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis, *& c. & aliis sequentibus vsque ad finem regula, remissiue, & c. n. 681.*

508 AD secundum deueniendo ad explicationem nostræ reg. & notab. quæ ex eius verb. seu circa ea deducuntur, in primis notandum est, circa illa verba, *cum cura* clare per ea reseruari Papæ collationem Benefi. curatorum, quæ etiamsi non fuissent addita ista verba *cum cura, & sine cura*, adhuc comprehenderentur in hac reseruatione, tum quia in dispositione legali appellatione Beneficij veniunt omnia Beneficia, etiam curata in materia stricta, vt dixi supra 1. p. c. 6. n. 67. tum maxime propter illa verba vniuersalia, *omnia Beneficia*, vt alias in simili reg. 7 Gregor. XIV. resoluit Rota in Salamantina Parochialis de los Villares 5. Iulij 1593. coram Illustrissimo Card. Arigonio, & post hæc tradit Gonçal. gl. 6. ex n. 17. non tamen tollitur.

509 Concursus ab Ordinario † faciendus iuxta decretum S. Concilij Trid. sess. 24. de refor. c. 18. & constitutionem Pij V. 32. super collatione Ecclesiarum Parochialium, qui etiam in reseruatis est faciendus, vt ibi, & declarauit S. Congr. Concilij, vt infra dicitur 9. p. c. 2. à n. 153.

510 Secundo circa illa verba, † *omnia Beneficia*, &c. notandum est, quod intelligenda videntur de Beneficiis perpetuis, non de manualibus, seu ad nutum amouibilibus, quæ siue sæcularia, siue regularia, sub reseruationibus, etiam generalibus, ac regulis reseruatoriis non comprehenduntur, quia Papa reseruando sibi collationem Beneficiorum, videtur intelligere de collatione, quæ fit perpetuo, & non intendit mutare naturã Beneficiorum, cum non exprimat. Calder. consil. 26. de Præben. Fel. qui sequitur istud consil. illud simpliciter referens in c. per tuas sub n. 4. de maior. & obed. Staphil. de literis gratiæ 9. forma expectat. numero 29. Glossator, Soto in reg. 3. Cancell. vers. ex quo sequitur Æneas de Falcon. de reseruat. 4. quæst. principali num. 25. Cassad. dec. 4. num. 1. de Præben. Achilles decis. 272. seu 9. de Præbend. Lud. Gomezius de expectat. numer. 94. Rebuffus in regula 2. *Cancell. verb. ac dignitates conuentuales vers.* Mandos. *reg. 1. Cancellariæ quæst. 11. numer. 4.* & latius *reg. 3. quæst. 11.* Paulus Granutius ad Simonetam *quæst.* 8. (licet Simoneta ibi contrarium teneat) Flam. Parif. *de resignatione Benef. lib. 11. quæst. 3. numer. 82. 83. & 95.* & facit, quod ipse tradit *lib. 2. quæst. 11. à numer. 7.* Zerola *in praxi Episcopali. 1. par. verb. Beneficiis § 4. dicto 9.* Rota *decis. 739. numero 8. par. 1. diuer.* & in Parmen. Prioratus 5. Iunij 1595. coram D. meo Corduba, de qua supra 1. *par. c. 2. n. 67.* & post hæc tradit Gõçalez *gl. 5. § 6. à n. 9.* dicens fuisse decisum 10. Decem. 1603. coram D. Lita.

511 Et quamuis regula hæc † exprimat Beneficia regularia, quæ regulariter, & natura sua sunt manualia, tamen aliquando sunt perpetua, Cassad. *numer. 3.* & Achilles *supra*, & Mandos. *d. reg. 3. q. 10. & 11.* & dictum est *d. cap. 2. 1. par. à numer. 65.* & de iis, non de manualibus videtur reg. intelligenda, etiam quo ad regularia, sicut & extrauagans *ad regimen innouata* per *reg. 1.* quæ loquitur etiam expresse de regularibus, ex dictis, & alias diximus supra *num.* 271. & ita post hæc notat Gonçalez supra *d. gloss. 5. § 6. à numero 58.*

Et ista Beneficia † regularia perpetua comprehenderentur in reg. etiamsi de regularibus expressa mentio non fieret, quia Beneficiorum appellatione non solum veniunt Beneficia sæcularia, sed etiam regularia, Rota *dec. 739. n. 1. par. 1. & dec. 189. n. 1. par. 2. diuersorum*, & nullibi reperitur scriptum, quod in generali reseruatione Beneficiorum non veniant regularia Beneficia, si sint perpetua, & in hoc magis inclinat Gonçalez *gloss. 8. à nu. 18.* vbi multa hinc inde adducit. 512

Sed an Beneficia regularia † Ordinum militarium comprehendantur in hac reg. tractat ibi Gonçalez *num. 53.* & plura pro vtraque parte adducit, & tandem ait, quod pro nunc adhæret generalitati constitutionis regulæ, & sic, quod comprehendantur in ea perpetua Beneficia prædictarum Religionum propter amplissima verba regulæ, *quarumcumque Ordinum*, præsertim stantibus sequentibus verbis, *qualitercumque qualificata, & vbicumque existentia*. Admittit tamen, quod fortasse reseruatio huius regulæ in sua generalitate non se extendat ad præposituras, & Prioratus Ordinum militarium quæ per regulam 3. non reseruantur, sed exceptuantur, ne in generali reseruatione veniat quod in speciali non comprehenditur *arg. l. obligatione generali ff. de pign. vel l. 5. n. 15. par. 5.* Ant. Gabr. *conc. 12. de reg. iuris.* item ne generalis lex comprehendat casum specialem, & priuilegiatum, &c. Et ne in continenti detur correctio d. regulæ 2. Sed mihi magis placet, quod nulla Beneficia, etiam minora dictorum Ordinum militarium comprehendantur in hac reseruatione *arg. d. regulæ 3.* ex qua videtur colligi mens Papæ nolentis reseruare Beneficia Ordinum militarium. 513

Notandũ est, † etiã ex illis verbis, *omnia Beneficia*, comprehendi in hac reseruatione, sicut etiam in aliis Beneficia etiam tenuissima, & sine redditibus, & sic non posse conferri per Ordinarios, aut si sunt deuoluta, quicquid contra teneat Zerola *d. 1. par. verb. Beneficia. § 3. dict. 7.* 514

Præterea circa illa verba, *omnia* † *Beneficia qualitercumque qualificata* Gonçalez *glo. 9. § 1.* (vbi de Beneficiis patrimonialibus late agit, de quibus nos aliqua infra *cap. 7. à numer. 67. & 89.*) mouet quæstionem, an illa Beneficia patrimonialia includantur in reseruatione huius regulæ? quam quæstionem late tractat ex *n. 22.* & nos tractamus infra *à num. 559.* vbi vide. 515

Circa ead. verba † Gonçalez *dict. gloss. 9. § 2.* mouet quæstionem, an Canonicatus Doctorales, & magistrales, quæ in Regnis Arragoniæ Castellæ, & Legionis sunt cõferendi per concursum vni Magistro, seu Doctori, vel Licentiato in S. Theologia, & vni Doctori, vel Licentiato in iure Canonico, vel ciuili graduatis iuxta formam Bullarum Sixti IV. Innoc. VIII. & Leonis X. comprehendantur in reseruatione huius regulæ, stantibus dict. Bullis, & indultis ad conferen. hos Canonicatus, in quibuscumque mensibus vacauerint, & disponentibus, quod per nullas reseruationes speciales, & generales siue regulas Cancellariæ comprehensi censeantur. Quam quæstionem nos breuiter attigimus infra *n. 679.* circa illa verba, *ac etiam dispensandi de huiusmodi Beneficiis, aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus nunquam comprehendantur, &c.* vbi melius cadit ibi vide, & *n.* 608. 516

Cir

Circa ead. verba est alia quæstio, † nam tractat 517 Gonçalez *d. gloss. 9. § 3.* an hæc regula procedat, quo ad Beneficia consistentia in Ecclesia non numerata, vbi non adest certus numerus Canonicorum, seu aliorum Beneficiatorum, sed secundum fructuum supercrescentiam, vel decrescentiam Beneficiati crescunt, seu decrescunt, quæ dicitur Ecclesia receptiua? De qua quæst. infra *n. 550.* circa verba *quocumque modo vacaturæ* vbi melius cadit.

518 Circa ead. verba quærit idem Gonçalez *d. gloss. 9. § 4.* an, si in vna Ecclesia vnum duntaxat Beneficium consistat, vel, si alicui competit collatio vnius tantum Beneficij, hoc vnicum, & monoculare Beneficium comprehendatur in reseruatione huius regulæ? & tandem resoluit, quod quicquid esset in terminis regulæ 3. de quo supra à *num.* 267. hæc regula capiat huiusmodi Beneficia monocularia, quia generaliter, & plenissime loquitur de omnibus Beneficiis qualitercumque qualificatis, & quia hæc regula non aufert lumen, & potestatem conferendi omni tempore, vt illa regula 3. sed duntaxat in mensibus Apostolicis, & alias sequeretur, quod fere omnia Beneficia curata, quæ vt plurimum sunt sola, & monocularia in Parochialibus, non venirent sub reseruatione contra verba regulæ exprimentia Beneficia cum cura: & sic ait, quod tentari posset, quod quando, sine veri præiudicio Dignitates maiores post Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, si essent monoculares, non comprehenderentur sub reseruatione d. regulę 3. tamen caderent sub reseruatione huius regulæ, quod mihi nõ certum videtur.

519 Circa ead. verba restat alia quæstio, quam agit † Gonçalez *d. gloss. 9. § 5.* an hæc regula capiat Beneficia creata, & fundata post illius promulgationem? & pluribus adductis pro parte negatiua, quam tenet Rota *decis. 32. num. 7. de Præben. in antiquis* & Simoneta *quæst. 12.* per *Clemen. si de rescrip.* tandem resoluit id, nempe, quod sub regula cadant Beneficia postmodum creata, cum Gaspare de Perusio *de reseruat. cap. 2. num. 8.* Gemin. *cons. 69. sub num. 9.* Æneas de Falcon. *quæst. 4. principali, num. 8.* Mandosio *regul. 3. quæst. 7.* additionatore Simonetæ *d. quæst. 12.* & P. Greg. *de Benef. cap. 7. numer. 1.* quia, quando, reseruationes sunt inductæ per constitutiones, leges, seu regulas, vt in proposito, non est in consideratione noua creatio, quia lex semper loquitur, *leg. Arrianum. C. de hæret.* & contraria procedunt in reseruationibus specialibus pro certis personis iuxta terminos *d. clem. si.* quæ sunt ambitiosæ, odiosæ, & restringendæ *cap. quamuis. de Præben. in sexto* cum aliis, non in reseruationibus generalibus, & per viam legis.

520 Puto tamen, † quod, quamuis Beneficia postea creata & erecta, cadant sub reseruatione regulæ id non procedat in ipsa prima vacatione per creationem, & erectionem, sed in vacationibus succedentibus post primam prouisionem: durum enim videtur, & à mente Papæ longe alienum, quod, si in mense Apostolico crearetur, seu erigeretur Beneficium per Ordinarium, quod non esset de iure patronatus laicorum, Ordinarius ipse non posset illud conferre pro illa prima vice, nec patronus Ecclesiasticus præsentare, quamuis Gonçalez *ibi, numer. 49. 50.* contra teneat, nempe tale Beneficium venire sub reseruatione regulę, etiam in prima vacatione per nouam creationem, & erectionem.

Tertio circa illa verba, † & *vbicumque existentia*, 521 notandum est, quod per ea ampliatur reseruatio regulæ nostræ, non solum ad omnia Beneficia qualitercumque qualificata, sed etiam vbicumque existentia, id est, siue in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, seu Cathedralibus, siue aliis, quæ tamen verba maioris declarationis gratia, & omnis dubitationis tollendæ causa, sunt adiecta, nam etiam sine eis illa comprehenderentur in reseruatione generali, & per viam legis, licet secus in reseruationibus specialibus pro certis personis, Hier. Gabr. *cons. 197. lib. numer. septimo.* tradit Gonçalez *gloss. 10. à n. 1.* qui alia etiam adducit circa ista verba, non multum conducentia.

Quarto ex illis verbis † *in singulis Ianuarij, Febr. Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, & Nouemb. mensibus*, notandum est istos 8 menses prout iacent, & computantur, esse Apostolicos, & reliquos quatuor remanere Ordinariis, ordinarios propterea communiter nuncupatos, notat Gonçalez *gloss. 11. ex n. 1.* 522

Sed hic oportet videre, † vnde mensis incipiat, & computetur in proposito, & dicendum est, mensem incipere à media nocte, verbi gratia, mensis Ianuarij seu Februarij seu Martij incipit à media nocte præcedenti 1. diei, quę dicitur media nox præcedentis diei, id est, vltimi præcedentis mensis. Nam dies naturalis, & consequenter mensis secundum communem & naturalem computationem, incipit à media nocte, vt in l. more Romano ff. de feriis, & ibi Ias. & alij *ca. consuluit de offic. Deleg.* vbi D. Tiraq. *de retract. lign. § 1. gloss. 11. num. 7.* Nauar. *de oratione cap. 3. n. 34.* late Francolinus *in tract. de tempore horarum Canonicarum cap. 27. cum seq.* & in proposito Rota in vna Auersana Parochialis 12. Mar. 1562. coram Oradino, vt per Verallum *decis. 67. seu 71. lib. 2. in manuscriptis* Ioseph Lodouic. *decis. 116. n. 7.* Rota etiam in Pistorien. alternatiue infra adducta *n. 739.* & post hęc Gonçalez *d. gloss. 11. à num. 9.* qui citat Polidorum Ripam in nouissimo *tract. de nocturno tempore c. 3. à n. 17. & c. 158.* & in terminis nostrę regulæ inquit dixisse sępe Rotam. 523

Est autem media nox † vbi cœpit sonare hora 12. mediç noctis, etiam antequam desinat sonare horologium, seu ante finitos pulsus illius horę, quia cum primus pulsus horæ sonat, iam est hora expleta Thom. Sanchez *de matrim. lib. 2. disputat. 41. nu. 40.* & sic qui expirant post primum pulsum horę decimę secundę, medię noctis vltimi diei, verbi gratia, Decembris antequam finiretur pulsus illius horę, dicitur obiisse in mense Ianuarij & non Decembris. 524

Et vbi sunt diuersa † horologia, videtur standum horologio Parochiæ, seu viciniæ, in qua defunctus obiit, aut illi, per quod communiter ibi reguntur, cessante tamen fraude, aut notabile de ordinatione horologij, vbi autem horologia non incipiunt à media nocte, & meridie de 12. in 12. horas numerando, vt in Hispania, & Gallia, sed ab occasu solis vsque ad vigintiquatuor horas numerando per quatuor senarios, seu duas duodenas, vt in Italia, media nox accipienda erit iuxta quantitatem, seu magnitudinem, & paruitatem dierum, & noctium, & tempore ęquinoctij media nox erit hora 6. &c. Et ad id cognoscendum deseruient tabulę positę per Francolinum *in d. tract. 3. par. c. 100. 101. & 102.* quamuis factę sint ante correctionem anni, & sic in eis vernũ ęquinoctium ponitur 10. Martij & non 21. vt in correctione, deseruient etiam regulę positę per lunaria per- 525

perua, & in calendario aliquorum missalium ponitur in fine mensium, quot horas habent dies, & noctes mensis de 10. in 10. dies.

516 In locis vero vbi † non est horologium, vel, si sit, quando probatur non esse bene ordinatum, seu quod audiri non potuit, aut de facto non fuit auditum, accipienda erit media nox iuxta cursum noctis, arbitriumque ac iudicium hominum, præsertim habentium experientiam, & cognitionem de hoc. Et etiam à communiter accidentibus, & vero similibus, vt *in d. decis.* Veralli. 67. seu 71. vbi ex galli cantu probato per testes, fuit resolutum Beneficium post mediam noctem ad sustinendam prouisionem Ordinarij, Ioseph Ludou. *supra*, & Gonçalez ex *numero* 16. qui post Polidorum Ripam *in dict. tract. capitulo* 157. 160. *& sequent.* aliqua adducit de galli cantu, & tempore, quo galli cantare solent, & tandem concludit, quod ad probandum esse iam noctem versus diem inclinatam, diemque sequentem iam ceptum, sit leuis ponderis præsumptio, quæ in solo gallicinio fundatur, cum diu, noctuque galli cantare non prætermittant, quamuis versus auroram cantare frequentius sit, & quantum deferatur huic gallicinio arbitrio iudicantis pensatis circumstantiis, & testium rationibus aliisque verisimilitudinibus relinqui putat ad *l. 3. vers. tamen magis scire potes. ff. de testibus & c. in præsentia de renuntiatione*, sed ego addo d. præsumptionem ex galli cantu maxime accipiendam esse ad sustinendam prouisionem Ordinarij, vt in terminis d. decisionis Veralli, ex quo pro Ordinario facit ius commune, vt dicetur *num.* 528. & seq.

517 Succedit nunc difficultas, † quod iuris quando vacat Beneficium circa mediam noctem vltimi diei mensis, ita vt minime constare possit, an fuerit finitus vnus mensis, & ceptus alius, & sic an vacauerit in mense Apostolico, an in Ordinario, vel quando vacat Beneficium per obitum alicuius, cuius mors ignoratur in quo die, & mense fuerit, an in ordinario, an in Apostolico, quia, verbi gratia, inuenitur mortuus in flumio, puteo, aut in deserto, & nescitur quo die, & mense obiit, nemo enim vidit eum mori, vel mane die 1. Ian. repertus est mortuus in lecto & nescitur, an obierit post mediam noctem, an ante. An tunc Beneficium censeatur vacare in mense ordinario, an in Apostolico, Et an Ordinarius possit illud conferre? Et difficultas procedit quando facta diligentia, & indagatione, sciri non potest in quo mense Beneficium vacauerit, nam Episcopus, antequam prouideat de Beneficio vacante, inquirere debet in quo mense vacauerit, vt sciat, an ad se, an vero ad Papam prouisio pertineat, alias male faceret, & si forte vacasset in mense Apostolico, violaret alternatiuam, vt in d. Pistorien. infra adducta, *d. n. 739.*

518 In casu autem dubij, † quando facta indagatione constare non potest in quo mense Beneficium vacauerit, videtur posse Episcopum illud conferre, nam in casu dubij præsumendum est pro Episcopo, et quo ad eum spectat prouisio omnium Beneficiorum suæ Diœcesis de iure communi cessantibus reseruationibus, vt supradictum est *in principio nu.* 51. quo iure priuari non debet non constando d. reseruationes, & confirmatur, nam illa interpretatio est fauorabilis, per quam fit redditus ad ius commune *l. si vnus § pactus, ne pateret ff. de pactis*, & ibi Ias. *n. 6. cum aliis*, præterea in dubio facienda est interpretatio pro non reseruatione, nam in dubio fauendum est ordinariæ collationi, & iurisdictioni, quæ fauorabilis est, Staphil. *de literis gratiæ in præfatione n.* 16. & Mandos. *cons. 11. n. 45. & 8.* ex glos. *in cap. 1. de rescript. in 6. verb. processus circa fin. & in Clement. 2. de off. ord. verb. volumus*, quam dicit notabilem, Abb. *in c. si quis contra, de foro comp. n. 4.* & reseruatio est odiosa vt supradictum est à *n. 66.* & per istam interpretationem non fit graue præiudicium Papæ, qui concurrit cum omnibus Ordinariis, & alias fieret graue præiudicium Ordinario priuando eum sua prouisione, Gonçalez *§. 4. proœm. n. 21.* quæ ratio procedit in quolibet Ordinario, &c. nec obstat *Clementina 1. versi. neutro, vt lite pendente*, quia loquitur in casu speciali, in quo constabat fuisse litem super Beneficio, cuius ratione Episcopus erat impeditus prouidere de iure communi, vt *in c. 1. & 2. vt lite pendente in 6.* & reseruatio *c. 2. de Preben. in 6.* de qua dubium erat an intraret, tanquam clausa in corpore iuris est fortior, ac fauorabilior, &c. vt per Gonçalez *d. gloss. 11. à n. 44.*

519 Sed ait Gonçalez *ibi ex num.* 26. † quod tali casu actor succumbat, siue fuerit prouisus Apostolicus, siue Ordinarius, & possessor est absoluendus, ex Puteo *decision. 207. & 266. lib. 3.* nam, cum sunt partium iura obscura, contra petitorem iudicandum est. *§. retinendæ versic. commodum de interdictis cap. 2. de probatio. cap. inter dilectos in fin. de instrumen. regul. cum sunt partium* 11. *in* 6. Mascard. *conclusione* 1200. *cū aliis*, & actore non probante, reus debet absolui *l. qui accusare C. de edendo. c. vnico. versicul. cum enim, vt Ecclesiastica Beneficia*, Mascard. *conclusione* 36. quod etiam procedit in causa Beneficiali, nam, licet reus non doceat de iure suo, adhuc vincere debet, & dari ei sententia absolutoria, ex non iure actoris Felin. *in c. olim. de rescriptio. n. 9. &* 10. Caputaquen. *decis. 174. n. 6. part. 2. & 133 part. 3. cum aliis*, neutro tamen possidente, obtinebit prouisus ab Ordinario supposito, quod eius prouisio sit anterior prouisione Papæ, quia Ordinarius, & prouisus ab eo fundat intentionem suam de iure communi, & onus probandi reseruationem ratione mensis spectat ad prouisum Apostolicum, se fundantem in vacatione in mense Apostolico, cum hoc sit suæ intentionis fundamentum, Rota *decis. 46. parte 2. diuersorum cum aliis*, hæc Gonçalez.

520 Cuius quidem sententia † mihi non placet, quatenus ait, quod tunc prouisus Ordinarius succumbet, si prouisus à Papa de illo Beneficio tanquam vacante in mense Apostolico possidet, nam, cum in prædicto casu, vbi constare non potest in quo mense Beneficium vacauerit præsumatur pro Ordinario & ius commune pro eo faciat, vt dictum est, prouisus ab eo habens hanc præsumptionem iuris pro se habet suam intentionem fundatam, & transfert onus probandi in aduersarium etiam existentem in possessione, Alciatus *de præsumpt. 3. parte nu. 2.* & ibi addit Mandos. *reg. 4. quæst. 1. nu. 4. & regul. 12. quæst. 7 num. 4.* Couarr. *lib. 2. vari. cap. 6. num. 1.* Mascard. *quæst. 17. à n. 6. & conclus. 1227.* & Pacian. *eodem tract. de probatio. lib. 1. cap. 12.* & vbicumque ius commune pro aliquo facit, & pro eo præsumit, istius modi iuris præsumptio onus in reum probandi transfert, Mascard. *d. quæst 17. num. 9* & ipse Gonçalez *supra n.* 47 ait, quod qui habet pro se ius commune, vt in proposito, dicitur habere plenam probationem quamdiu aliqua exceptione contraria plene probata non repellitur cum Bar. *in l. admonendi num. 50.* Ripa *nu. 112. ff. de iureiuran.* Puteo *dec. 101. n. 1. lib. 2.* & Rota

& Rota *decis. 522. n. 4. p. 1. diuers.* & quod præsumptio iuris reiicit probandi onus in aduersarium, & quo ad hunc effectum æquiparatur quasi possessioni, quæ & ipsa transfert onus probandi in aduersarium, dicit Menoch. *de præsumptione lib. 1. quæst. 13. à numer. 2.* & præsumptio iuris est vera, & liquidissima probatio, Alcia. *n. 4.* & Cotian. *supra* Mascard. *d. conclusione 1227. num. 11.* Menoch. *supra quæst. 36. à n. 3.* Rota *decisione 4. n. 21. parte 2. diuersorum*, Gonçalez *§ 7. proœm. num. 141. & glos. 43 n. 91.* & Valasius *de iure emphyt. quæst. 7. n. 33.* vbi docet probationem per legis præsumptioné sufficere, etiam vbi requiritur probatio per scripturam. Et possessio non transfert onus probandi in aduersarium, quando est aliqua præsumptio contra possidentem, Mascard. cum communi. *d. conc. 1200. n. 5.*

521 Nec obstat *d. decis.* † Putei 207. vbi dicitur, quod prouiso per Ordinarium agenti contra prouisum Apostolicum possessorem incumbit onus probandi Beneficium vacasse de mense ordinario, quia non loquitur in casu proposito, quando constare non potest in quo mense Beneficium vacauerit, sed quando de eo constare potest, & controuertitur, cui incumbat onus probandi mensem vacationis Ordinarium vel Apostolicum, an prouiso per Ordinarium, qui est actor, an prouiso Apostolico reo, & possessori non petenti nisi absolutionem.

522 Ex quibus prædicta † resolutio procedit, non solum quando prouisio Ordinarij est anterior, sed etiam quando est posterior prouisione Apostolica, quæ fundatur in reseruatione, & vacatione in mense Apostolico, & non iure præuentionis, quicquid dicat Gonçalez *d. glos. 11. num. 34. 40. & 45* nam, cum prouisio Apostolica fundetur in reseruatione, corruit non stante, aut non apparente reseruatione, ac impedit subsequentem prouisionem Ordinarij iuxta supradicta *num. 177* nam de non stantibus, & non apparentibus idem est iudicium, vt est vulgare. 523 Nec supradictis † obest *capitulum, si à sede Apostolica de Preben. lib. 6* de cuius materia late Gonçal. *§. 3. proœm. num. 50* nam solum procedit vbi constat de prouisione, aut etiam reseruatione Papæ concurrente cum prouisione Ordinarij, & dubitatur de anterioritate, in proposito autem non constat de reseruatione, quamuis vbi in ipsa die acceptationis recognitæ alternatiuæ vacaret aliquod Beneficium, & non posset constare, an esset Prior vacatio, an acceptatio, & consequenter, an Beneficium vacaret in mense Ordinarij, an Apostolico, recte procederet d. capitulum si à sede Apostolica, vt ait Gonçalez *glos. 65. num. 18* quia tunc primo, & principaliter dubitatur de anterioritate vacationis, aut acceptationis, conducit *decisio* Guidoboni 112. *in* 524 *manuscriptis*, † vbi habetur, *quod, cum ageret fabrica S. Petri contra Iacobum possessorem bonorum cuiusdam defuncti eo prætextu, quod ad se bona pertinerent vigore statuti Bononien. disponentis, quod bona decedentium ab intestato non habentium agnatos, vel cognatos vsque ad quintum gradum, deueniant ad fabricam S. Petri, dubitatum est, an incumberet ei onus probandi Io. se esse cognatum, vel agnatum intra quintum gradum, an fabricæ, non extare aliquem infra dict. gradum? & Domini censuerunt incumbere onus probandi Io. etiam, si esset possessor, quia fabrica habet fundatam intentionem ex statuto allegando negatiuam quod non extet aliquis intra d. gradum per glossam in* l. cum de lege. ff. de probat. *& quod decesserit intestatus præsumitur, nisi doceatur testamentum, quia concedere testamentum, est quod facilis, quod non præsumitur, qui autem ex aduerso dicit se esse cognatum, vel agnatum intra quintum gradum, cum sit facilis, debet illud probare, alias succumbit propter statutum, quod vocat fabricam. Ita resolutum est 30. Octob. 1553. coram D. Capisuc.*

525 Nec obstat † quod ait Gonçalez *glos.* 43. *num.* 95. (vbi *num.* 99. refert *d. decisionem* Putei 207. & 266.) quod quando quis tenetur vti actor probare aliquid, in quo se fundat, tunc non sufficit iuris præsumptio, sed requiritur aliunde probatio, citans Achillem de Grassis *decis. 1. de probat. num. 1. & 2.* Cæsarem de Grassis *decis. 176* alias 1. *qui filij sunt leg. n.* 17. & 18. quia id est falsissimum, & contra receptas doctorum sententias, vt ex adductis patet, nec dictæ decisiones id probant, nam *decisio* Achilis, quæ est 165. in ordine dicens, quod doctrina communis, quod quis præsumatur viuere vsque ad centum annos, non suffagatur illi, qui tenet probare pro fundamento intentionis suæ aliquem viuere, quia tunc necesse est plene probare vitam, ex Alex. *cons. 27. vol. 7* ex eo quidem procedit, quod vere non sit iuris præsumptio quem viuere vsque ad centum annos, vt tenet Alcia. *de præsumpt. reg. 1. præsumpt.* 44. Mandos. *reg. 19. de infirmis quæst. 6. à n. 5.* Pinel. *in l. 2. C. de resc. vend. 3. par. numero 33.* Paz *in praxi 5. par. 1. tem* 10. Pacianus *de probat. lib. 2. capitulo 7. & 8.* & Ioan. Gutierrez *pract. lib. 2. quæstione 7. numero* 8. & ita etiam procedit d. decisio Cæsaris de Grassis, *num.* 17. & 18. quæ allegat decisionem Achillis, quando non est vera & firma legis præsumptio, vltra quod ibi nihil resolutur. Et facit quod dicitur supra *num.* 556.

526 Quærit etiam circa prædicta † verba Gonçalez, *d. glos. 11. ex num.* 48 quid erit, si aliquod Beneficium vacat in mense ordinario, & Ordinarius non confert illud in ipso mense, sed ingresso iam mense Apostolico, an ex eo, quod vacatio durauit, ac intrauit in mensem reseruatum, sit d. Beneficium reseruatum, nec ne. In qua quæstione multa adducit, & expendit, cum tamen ea parum habeat dubitationis, & sic nullus nunquam de ea dubitauerit, nec sit in Rota disputata, licet quotidie contingat, vt ipse dicit, tandem à *n.* 53. resoluit, d. Beneficium non esse reseruatum. Et ita sine dubio tenendum est, quia regula nostra duntaxat reseruat Beneficia vacatura in mensibus Apostolicis, & d. Beneficium non vacauit in mense Apostolico, sed ordinario, quamuis eius vacatio duret vsque ad mensem Apostolicum. Secundo quia regula loquitur de tempore, & initio vacationis, scilicet quando contingit obitus possessoris Beneficij, seu alius modus vacationis, non autem de continuatione ipsius vacationis, vt constat, tam ex mente, quam ex verbis regulæ, ad quod faciunt illa verba, *in mense, in quo vacauerit*. De mente etiam clare constat, cum Papa velit partiri menses inter se & Ordinarios, ita quod Beneficia de nouo vacatura in 8. aut 6. mensibus sint reseruata Papæ, Beneficia vero de nouo vacatura in aliis quatuor, aut 6 mensibus spectent ad prouisionem Ordinariorum, & alias non esset bona partitio, si Episcopi non possent prouidere Beneficia in suis mensibus vacantia, postquam intrasset mensis Apostolicus, cum tamen Beneficia semel vacantia in mense Apostolico, & sic semel reseruata semper remaneant reseruata. Et confirmatur ex regula 2 Cancellariæ, vbi, quia Papa vult reseruare Beneficia non solum de nouo vacatura, sed etiam, quorum vacatio durat

fede Epifcopali vacante, dicitur, *quomodocumque vacant, & vacabunt in futurum.* Ex facit etiam extrauagans *ad regimen, de Preben.* post principium in illis verbis, *nunc apud fedem Apoftolicam vacantia, & in pofterum vacatura,* quæ etiam verba ponitur *in §. ac etiam per obitum.* Vnde apparet, quod quando Papa vult referuare etiam Beneficia vacantia, feu quorum vacatio durat, id expreffe declarat, quafi aliud fit Beneficium vacaffe, & durare vacationem, & aliud in pofterum vacaturum, quod intelligitur de nouo, nifi fublata materia, aut ratio aliud importet, vt in cafu *cap. fi poftquam de Preben. in 6.* vbi gloff. & D. & Puteus *decifion. 48. lib. 3.* aut nifi Beneficia vacatura abfolute referuentur non dicendo tali tempore, feu à tali tempore, feu tali loco, aut modo vacatura, & fic procedet fententia Simonetæ *quæftione 74.* quam fequitur Mand. *reg. 26. in præfatione, numero 3. & 4. & regula 32. quæftione 3. à numero 2.*

537 Vnde infertur, † quod Beneficia vacantia, fede Apoftolica vacante, in menfe alias Apoftolico, non referuantur per fuperuenientem regulam menfium noui Pontificis, licet adhuc vacent. Ex quo regula folum referuat Beneficia vacatura, & non vacantia, in quam fententiam procliuior eft Gonçalez *§ 1. proœm. ex num. 60.* vbi iftam quæftionem tractat, & vide dicta fupra à *num. 440.* & infra *num. 646.*

538 Rurfus circa prædicta † verba quærit Gonçalez, *d. glof. 11. ex num. 79* de alia quæftione, quæ nullam habet difficultatem, nec fere dubitandi rationem, Quod fi eadem Beneficia vacent pluries in menfibus Apoftolicis, an poft primam vacationé referuatio regulæ locum habeat; Et multis pro parte neg. adductis, tandem refoluit contrarium, cum Calder. *conf. 10. de Preben.* & Simon. *q. 4.* non obftante regula *l. bouer. §. hoc fermone de verborum fignif.* quoniam eadem ratio militat in fecunda, & vlterioribus vacationibus, quæ in prima, & quia regula noftra referuat omnia Beneficia in menfibus Apoftolicis, quocumque modo vacatura, & fic quocumque modo vacent, fiue prima vice, fiue pluribus, intrat referuatio, Præterea, quia regulæ noftræ referuatio eft per viam legis generalis. Item quia quando in difpofitione affignatur certum tempus, non folum comprehenditur primus actus, fed etiam omnes illo tempore contingentes; infuper, quia per primam vacationem non fatisfit menti, & intentioni Papæ referuantis, Vlterius, quia verfamur in materia de fui natura reiterabili, vt eft vacatio Beneficij, quæ funt limitationes *de reg. 3. hoc fermone* adductæ per Feli. *in c. 2. de treuga, & pace, num. 4* Tiraq. *in d. § hoc fermone* Ant. Gab. *conc. 2. de legib.* & alios relatos per Gonçalez *fupra.*

539 Quinto circa illa verba vfque † *ad fua voluntatis beneplacitum,* circa quæ multa cumulat de more Gōcalez *glof. 11.* non fatis ad propofitum videnda funt per nos breuiter dicta fupra *n. 446.* & infra circa verba, *difpofitioni fuæ, n. 643.*

540 Sexto ex illis verbis, † *extra Romanam curiam* notandum eft Beneficia vacantia in Romana curia, de quibus fupra *à n. 68.* non includi in referuatione huius regulæ, cum per eam folum referuentur Beneficia extra Romanam curiam vacantia eo quod Beneficia in Romana curia vacantia non egent referuatione huius regulæ, cum femper, & quocumque menfe vacent, fint referuata principaliori, & potentiori, fortiorique referuatione in corpore iuris claufa *ca. 2. de Preben. in 6.* & de iftis Beneficiis in Romana curia vacantibus, feu apud fedem referuatis ad *cap. 2.* intelligenda funt d. verba noftræ regulæ non autem de aliis Beneficiis referuatis, quæ non poffunt dici vere, & proprie vacare in curia fed ad fummum tantum large, & improprie, vt dictum eft *nu. 88.* & fic bene includuntur in referuatione huius regulę, nec id eft inconueniens, cum poffint concurrere duæ, pluresve referuationes in eodem Beneficio eodem tempore, & vnum Beneficium pluribus referuationibus poffit effe obnoxium, vt dicitur infra *cap. 4. num. 141.* & tradit Gonçalez *gl. 13. à numero 81.* quamuis idem Gonçalez *ibi ex numero 63.* teneat d. verba etiam de omnibus aliis Beneficiis referuatis intelligi, ita vt regula noftra de nouo non referuet illa Beneficia quæ iam funt referuata, cum excludat Beneficia in Romana curia vacantia, & omnia Beneficia referuata dicantur vacare in curia, vt antea dixit, & quod referuatio regulæ noftræ locum non habeat in Beneficiis alias referuatis, ait etiam Gonçalez *glof. 5. § 8. nu. 61. & in aliis locis.* Quod non eft verum ex dictis, bene verum eft, † quod regula noftra 541
de expreffione menfis vacationis non habet locum in Beneficiis alias referuatis, quia in eis ceffat ratio finalis regulæ, cum Papa folus de illis difponat. Mandof. *de fignatura gratiæ tit. de prouifio. verfic. an autem in impetratione* Puteus *decif. 25. lib. 3* quam refert Gonçalez *d. gloffa 13. num 78* de quo Latius infra *n. 668.* vnde male ait idem Gonçalez, *d. glof. 13. num. 91.* quod fi regula noftra includit Beneficia alias referuata, effet neceffaria expreffio menfis. Quamuis de referuatione per regulam noftram inducta effet etiam facienda mentio, vt ibi ait ex Caffadoro *decif. nona numero 5. de Preben.* Ænea de Falcon. *4. par. de principali effectu 44.* Parif. *conf. 138. nu. 8. lib. 4.* Caputaquen *decif. 85. n. 4. par. 2.* Simoneta *quæft. 14. n. 12.* iuncta additione, & Mandofio *in locis per eum allegatis.* Sed id ceffat ex claufula apponi folita *fpecialiter, vel generaliter referuatum,* de qua infra *11. par. cap. 1. n. 30.*

Septimo ex illis verbis, † *alias quam per refignationem,* notandum eft Beneficia in quocumque menfe 542 refignata in manibus Ordinarij non effe referuata per hanc regulam, vt poft hæc tradit Gonçalez *glof. 3. ex num. 1.* vbi citat Thom. Tribiam *in decif. Veneta. 54. fub num. 15. lib. 2* male tamen ait Gonçalez *ibi à n. vigefimo nono,* quod illa verba noftrę regulæ intelligantur tam de refignatione pura & fimplici, quam de conditionali & in fauorem, quæ fit coram Papa cum regula noftra indiftincte, & generaliter loquatur, & fic generaliter fit de vtraque refignatione intelligenda, &c. nam refignatio coram Papa facta, quę inducit vacationem in curia, exclufa eft per verba præcedentia, *extra Romanam curiam.* Et fic per ifta verba folum excluditur refignatio facta coram Ordinario. Nec pro Gonçalez facit Rotæ *decif. 624. numero 1. lib. 3 par. 3. diuer.* dicens, quod regula noftra excipit refignationes, idque, fiue in curia fiant fiue in partibus, cui confonat *decif. 575. numero tertio & 4. & decif. 700. in fin. ead. 3 par. diuerf.* quia ibi non dicitur, quod refignationes factæ in curia excipiantur per dict. verba, *alias quam per refignationem,* vnde intelligenda decifio eft, quod regula noftra excipit refignationes factas in curia per illa verba, *extra Romanam,* & refignationes factas in partibus per ifta verba alias, quam per refignationem.

Ex quibus verbis apparet, † quod in qualibet 543
menfe

menfe anni poffint permutari Beneficia coram Ordinario, nam cum in permutatione Beneficia repugnentur *cap. 1. de rerum permutat. in 6* ibi, *refignantur,* & *Clem. 1. eod. tit.* ibi, *refignata,* vere vacant per refignationem, & fic non comprehenduntur in referuatione huius regulæ, tradit poft hæc Gonçalez *d. glo. 13. ex num. 31.* & quod permutatio, feu refignatio ex caufa permutationis, fit vera refignatio dicitur infra *11. par. cap. 4. n. 5.* quamuis multi in his partibus hoc non aduertunt, & ob id expectant menfem Ordinarij ad faciendam refignationem,
544 feu permutationem coram Ordinario. † Aduertendum autem quod regula duntaxat excipit refignationem expreffam, non vero tacitam, quæ ipfo iure fieri intelligitur, vt per affecutionem fecundi Beneficij incompatibilis per contractum matrim. &c. vt recte declarat Gonçal. *d. glof. 14. nu. 62.* quod tamen melius probatur ex dictis per nos infra *11. p. c. 3. num. 241.*

545 Vnde in vacantibus † per refignationem non habet locum alternatiua, cum non fiat referuata per hanc regulam, quicquid dicat Zerola *in praxi Epifcopal. 2. par. verb. alternatiua §. 1.* qui tamen recte ait eam habere locum non folum in vacantibus per obitum, fed etiam per affecutionem fecundi incompatibilis per priuationem, matrimonium contractum, & Religionis ingreffum, &c. fiquidem Beneficia fic vacantia, quamuis dicatur refignatio tacita, referuantur per hanc regulam, vt dictum eft.

546 Et quando per iftam regulam † referuarentur fimpliciter Beneficia vacantia in menfibus Apoftolicis, videbatur poffe tentari non comprehendi Beneficia refignata ex caufa permutationis in manibus Ordinarij ex dictis *d. tit. cap. 4. à nu. 38.* cum Hier. Gabriel *confil. 199. lib. 2. & aliis.* Sed nihil ominus tunc comprehenderentur ex quo fumus in referuatione generali ad *de c. 1. de rerum permutatione, in ... dubio in fi.* Probum *in cap. 2. de Preben. in fexto, num. 24* & fentire videtur Gonçalez *d. gloffa 14. num. 50.*

547 Octauo ex illis verbis, † *quocumque modo vacatura,* notandum eft omnes modos vacationis (excepta vacatione in curia, & per refignationem) includi in referuatione noftræ regulæ, qui cum non appofitis iftis verbis comprehenderentur. Æneas de Falcon. *quæftione 1. fub n. 2.* tradit Gonçalez *gl. 5. n. 1. & 2.* qui ex *n. 3.* ponit. & profequitur modos vacationis Beneficiorum. De quibus vide per nos dicta infra *11. par.*

548 Secundo notandum eft, † quod regula noftra non folum locum habet in vacatione de iure, & de facto, fed etiam in vacatione de iure tantum, aut de facto tantum, vt late per Gonçalez. *d. gloffa 15. §. 1.* & dixi fupra *numero 196. & fequent.* vbi vide.

549 Tertio notandum eft, † quod cum Beneficium non dicatur vacare ex perfona habentis duntaxat ius ad rem, verbi gratia per præfentationem, electionem mandatum de prouidendo, feu gratiam in forma dignum, collationem nondum acceptatam, vel alias, vt fupra *4. par. c. 3.* dictum eft, non intrabit referuatio noftræ regulæ, fi habens ius ad rem ad aliquod Beneficium decedat in menfe Apoftolico, fed adhuc Beneficium vacat vt prius & durat prima vacatio, & prouifio fpectat ad eum, ad quem prius fpectabat, Gonçalez *d. glof. 15. § 2. à nu. 1.* circa quod vide fupra dicta *à n. 178.*

Quarto notandum eft ex d. verbis, † *quod regula noftra non procedit in Beneficiis Ecclefiæ non numeratæ fed receptiuæ,* 550 vbi non eft certus numerus Beneficiorum, quia regula referuat Beneficia vacatura, at ifta Beneficia nūquam vacant, fed cum defuncto expirant, & ceffant ac effe definunt, & cum Beneficiato extinguuntur *c. dilecto 25 de Preben. in cap. ex parte de conceff. Preben.* & ibi D. & dicimus infra *11. par. c. 2. n. 27* & ita poft plura pro contraria parte adducta refoluit Gonçal. *d. gloffa 9. § 3.* dicens in terminis ita fuiffe refolutum in vna Calagurritana Beneficij de Zenzanos 14. Octob. 1587. coram D. Pamphilio, quæ decifio fuit confirmata in aliis pluribus caufis, & fignanter in alia Callagurritana Beneficij de Albania 12. Martij 1602. coram D. Seraphino, & ita etiam concludit Gonçalez *dict. gloffa 15. §. 2. numero 19.*

Nono circa illa verba, † *ad collationem, prouifionem.* 551
De quibus Gonçalez aliqua *glof. 16. & 17.* videnda funt dicta fupra *1. par. cap. vlt. à num. 31. & 4. par. cap. 1 num. 5.*

Decimo ex illo verbo, † *præfentationem,* & fequentibus 552 notandum eft certum effe Beneficia iuris patronatus Ecclefiaftici, fub hac referuatione comprehendi: nam etiam non facta particulari expreffione Beneficiis iuris patronatus Ecclefiaftici in referuationibus comprehenduntur, Felinus *in tractat. quando litteræ Apoftolicæ, tertia limitatione,* Palacios Rubios *in libello de Beneficiis in curia vacant. §. 11.* Caffador. *decifio. 4. numer. 2. de iure patronatus.* Alaua *de Conciliis, fecunda parte, capit. 25* Mandof. *regul. 1 Cancellar. quæftion. 10. numer. 5.* Couarruuias *practic. cap. 36. numero 5.* Hoieda *de incompatibilitate Benefic. capitulo fin. numero 112.* Granutius ad Simonetam *quæftione 9. numero 10. cum aliis,* & à Legato à latere conferri poffunt, vt infra *capitulo 3. à numero 17.* ex quibus etiam in gratia, feu impetratione Beneficij, non eft neceffaria mentio iuris patronatus Ecclefiaftici, vt per Seluam *de Beneficio 3. parte quæftione 11. 12. qualitat. 3. 4. & 6. Falfitas, numero 21. & 23.* & poft hæc tradit Gonçalez *gloffa decimaoctaua, à numer. 6.*

Illud autem eft ius patronatus † Ecclefiafticum, 553 quod, licet originem habuerit ex patrimonio laici, fuerit tamen vel ab initio, vel poft fundationem, teftamento, donatione, aut alio quouis titulo in Ecclefiam tranflatum, aut in Capitulum, feu Collegium Ecclefiafticum Canonicorum regularium, aut fecularium, vel in aliquam perfonam Ecclefiafticam ratione Ecclefiæ, Dignitatis, aut Beneficij, & tandem, quod competit Ecclefiæ, vel ratione Ecclefiæ, *cap. vnico. §. fin. de iurepatronat. in 6.* Felinus *fupra 6. limitatione,* Hieronym. Paulus *in practica Cancellar. verficulo in caufa mea.* Maioricen Rochus *de iure patron. verb. ius quæftione 7. numero 14.* Lamber. *eodem tractat. libro 1. quæftion. 1. art. 8.* Rebuffus *in praxi tit. de præfentatione, num. 5. & 7. & 3. parte fignaturæ verb. vel non iuris patronatus num. 8.* Crefcen. *de f. 5. de iure patronat.* Duarenus *de Sacris Ecclefiæ minifteriis lib. 5. cap. 4.* Mandof. *numero 6* & Couarruuias *2. & 5.* vbi proxime Did. Perez *in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinam. gloffa 1. 1.* Spino *de teftament. gloff. 4. numero 16.* Flaminius Parifius *de refignatione lib. 2. quæftione 4. numero 39.* & Gonçalez *fupra num. 5. cum aliis,* & fuit vtrunque refolutum in vna Valentina Benefic. j † 16. Martij 554
1591. coram D. Orano, vt in fequenti decifione *fuit refolutum præfentationem factam per Abbatiffam, & Moniales Sanctiffimæ Trinitatis, de perfona Petri Loga-*

ne ad Beneficium SS. Mathiæ, & Luciæ situm in Parochiali Ecclesia S. Ioannis de Mercato, non intrare, quia licet admittatur illud esse iurispatronatus ex dotatione Mathiæ Aragon ciuis Valentini, nihilominus, cū translatū fuerit in Abbatissam, & Moniales Sanctissimæ Trinitatis, dicitur ius patronatus Ecclesiasticorum, & Ecclesiasticum, cap. vnico. §. vltimo de iure patr. lib. 6. cum traditis per Couarruuiam libro pract. q. ca. 36. nu. 5. versiculo secundo erit illud obseruandum, & in consequentiam, quia vacauit de mense Maij, anni 1591. sub regula Cancellariæ reseruatoria octo mensium comprehensum, quo stante certum est, non licuisse Abbatissæ, cum Monialibus ad illud præsentare cap. cum dilectus de iure patron. non obstante in contrarium contra prouisionem Andreæ de Dueña, quia cum sit reus, & possessor, sufficit sibi per nō ius alterius ve-are, Rota dec. 4. de re iudic. in nouis cum similib.

555 Et in causa Salamantina † Capellaniæ del voto 5. Iul. 1593 coram D. Pamphilio, de qua infra num. 599 fuit dictum Capellaniam de qua ibi, quę vacauit in mense Maij vti iuris patronatus Ecclesiastici esse reseruatam.

Vnde Gambarus de offic. Legati lib. 3 numero 416. & seqq. cum Mariano Socino in repetit. cap. de Monachis, de Prebēd. ait, quod si laicus patronus ex fundatione efficiatur Religiosus, tale ius patronatus fit Ecclesiasticum, quia per talem ingressum omnia acquiruntur Monasterio, authentica ingressi. Cod. de Sacris Ecclesiis, & sic ius patronatus transit in Monasterium, Lambert. 1. p. 2. lib. q. 2. artic. 11. num. 12. quod tamen solum procedet durante vita Monachi, vbi ius patronatus iure sanguinis defertur in posteros, & illi adsunt ex Probo ad Monach. in rubrica de iure patron. in 6. num. 1. & num. 418. & seq. ait idem Gambarus, quod si aliquis Episcopus ex largitate fideliū obtinens Comitatum, vel Ducatum, in quo exercet iura temporalia, vt Dominus temporalis, (Vt verbi gratia Episcopus Palentinus, qui est Comes Perniæ, & Episcopus Oneren qui est Comes Nuruenæ) habeat ratione huius Comitatus, vel Ducatus ius patronatus, iudicabitur Ecclesiasticum, quia cum Comitatus sit Ecclesiæ, & ius patronatus Comitatus, ergo ius patronatus est Ecclesiæ. Præterea istud ius patronatus habet causam à Comitatu, vel Ducatu, qui est Ecclesiæ, ergo ipsum est Ecclesiæ, vnde etiam infertur contra Valascum consultatione 163. ad fin. 2. part. quod ius patron. spectans ad Prioratum est Ecclesiasticum, licet ipse Prioratus sit iuris patronatus laici.

556 Vnde etiam ius patronatus † spectans ad laicos religiose viuentes, & portantes habitum religiosum, & gaudentes priuilegio fori, & Canonis, vt sūt beguinæ, est Ecclesiasticum, Rota decis. 8. de iure patron. alias 352 in antiquis. Feli. supra limitatione 4. qui inde infert ad ius patronat. spectans ad illas de 3. ordine D. Francisci, non vt singulas, sed vt vniuersas, quod sit Ecclesiasticum, sequuntur Selua d. q. 11. 3. p. d. num. 23. Rochus d. verb. ius numer. 17. Lamber, d. li. 1. q. 1. artic. 10. & Gigas de pensio q. 24. n. 5 Mascard de probat. conclus. 960. nu. 2. 6. & 8. & facit quod tradit Suarez 5. tom. de censur. disputat. 22 sectiō. 1. & hinc etiam ius patronatus spectans ad magistros, seu milites ordinum militarium, vt D. Iacobi, Calatrauæ & Alcantaræ, &c. etiam coniugatos ratione magistratuum, aut præceptoriarum, seu commendarum erit Ecclesiasticum, Mascardus ibi num. 3. 4. & 5 ad quod faciunt dicta supra part. 1. cap. 4. & est declaratio S. Congregationis Concilij, Lusitanen. infra adducta 9. p. cap. 1. numer. 263.

557 Sed quamuis ita certum, † & receptum sit Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici comprehendi in hac, & aliis reseruationibus, tamen non seruatur in Hispania, præsertim in his Regnis Castellæ, imo indifferenter Beneficia iuris patronatus, etiam Ecclesiastici ad præsentationem patronorum prouidentur in partibus, in quocumque mense vacauerint, vt videmus quotidie. Qua obseruantia, ac consuetudine supposita dubitatur, an ex ea defendi possit, id licere, non obstante hac reseruatione, & aliis quasi vsu non receptis aut abrogatis in Beneficiis iuris patronatus Ecclesiastici ad notata per Felin. in cap. 1 de treuga, & pace, & alios infra referēdos 11. parte capit. 5. numero 150. quod lex vsu non recepta non ligat, & in capit. finali de consuetudine.

558 Sed ista doctrina non videtur † posse applicari regulis reseruatoriis, quę licet sint per modum legis Sarnen. de annali quæstion. 23 & in eis proceditur per viam legis vniuersalis, Puteus decision. 164 sub numero 5. libro 2. Rota in Calagurritan. Beneficij de Arcaya infra adducta numer. 560. tamen reuera nihil aliud sunt, quam auocationes quædam prouisionis Beneficiorum per Papam ad se factę, vt patet ex diffinitione reseruationis, de qua per Æneam de Falcon. quæstion. 1. principali. Simonetam, seu potius additionatorem quæstione 1. numero 1. Mascard. conclusione 1276. numero 1. & nouissime per Gonçalez gloss. 5 numero 19. & gloss. 31. à numero 1. & per eas quasi protestatur papa contra inferiores, ne vllo modo se intromittant in prouisione, & dispositione Beneficiorum per illas reseruatorum, & omnino eis adimit facultatem prouidendi, & disponendi de illis, velint nolint, recipiant, vel non recipiant & cum decreto irritante, ex quo magis declaratur expressa eius voluntas, & tollitur obseruantia. & consuetudo in contrarium ad probum in Monachum in c. tibi, qui de rescript. in 6. sub numero 8. Ant. Gabriel, de clausulis conclusion. 3. à num. quarto. & alios infra relatos cap. quarto. num.... nec refert, quod non fiat mentio, & derogatio obseruantię, & consuetudinis pręteritę iuxta capit. 1 de constitution. in 6. quia illa non est vllius considerationis stante interpretatione per singulos pontifices renouantes regulā, vt alias supra dictum est nu. 454. & infra num. 677. nec illa vnquam potuit introduci stante d. decreto irritante, iuxta dicta. Et pręterea papa reseruando generaliter derogat omnibus iuribus, & statutis, seu consuetudinibus, & tollit omnem potestatem conferendi, vt cum Ioanne de Lignano dicunt Domin. numero 3. & Francus 6. in cap. fi. §. in Prebendis. de consuetud. in 6. Mandos. reg. 4. quæst. 7. numer. 2. & Rota in Bononien. supra adducta num. 452. in 2. difficultate.

559 Sed rursus dubitatur († esto quod Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici cadant sub hac reseruatione, & aliis an secus) sit, quando sunt debita certis personis, seu certo generi personarum, verbi gratia consanguineis fundatoris, aut filiis patrimonialibus, vel quę magistris, aut Doctoribus sunt conferenda ex consuetudine, fundatione, &c. In quo prima senten tia est, ista Beneficia cadere sub reseruationibus generalibus, quia verba reseruationum eis conueniunt, & maxime nostrę regulę, quę reseruat omnia Beneficia qualitercumque qualificata, nec per reseruationem aufertur ius illis, quibus sunt debita, nam cum reseruatio sit generalis, & non in fauorem certæ personæ, potest Papa illis conferre.

Ita tenuit Rota in vna Placentina Portionis de anno 1544 apud Puteum decis. 164 lib. 1. vbi respondetur doctrinæ glossæ fin. in ca. cum in Ecclesia de Prebend. in 6. quæ ait, quod Præbenda alteri ex consuetudine debita, puta Magistro, non debeatur expectanti.

Respondetur inquam, quod loquitur in gratia de vacaturo ad fauorem certæ personæ, &c. idem tenuit Rota in vna Tirasonen. iuris præsentandi, & inualiditatis præsentationis 19 Ian. 1583. coram D. Robusterio, vt in sequenti decisione, Fuit resolutum quod præsentatio cap. Ecclesiæ Tirasonen. fuit nulla, quia Beneficium vacauit in mense reseruato, & regula reseruatoria octo mensium capit etiam illa Beneficia, etiam quod sint debita certo generi personarum, vt Papa, & non alius conferat illa dictis personis, vt per Puteum decision. sexta, de mense, ordinario decision. 164. libro secundo, refert Ant. August. in eadem regula de mense numero quinto, prout Papa prouidit in casu illo personæ habenti qualitates Bullæ Alexandrinæ, qualitas enim illa, quod conferantur illis personis, non contradicit reseruationi, sed tuetur ius illarum partium, vt illis dicantur debita ita Beneficia, Sarnen. de iure quæsito quæstion. prima, & ideo illa causa debet alteri generi reseruationes iuxta limites illius, quia limitata causa limitatum producit effectum, & sic quoad ipsas personas tantum comprehensas dict. Bulla, vt Papa solis possit illis prouidere, & non aliis. Nec mouebant Dominos clausula, non obstantibus reseruationibus, quia recipiunt interpretationem a principali dispositione, scilicet ad effectum prouidendi illis personis, etsi, vt illa Beneficia non conferantur aliis, non autem, vt Papa non possit illis quouis modo prouidere, praueniendo, aut reseruando, præsertim, cum Papa non dicat, etiam per nos, nec placebat dec. ex aduerso addicta, quia est defectuosa, & acephala, considerabant etiam Domini, quod clausula illa executiua, de reseruationibus sunt intelligenda, & referenda respectiue, singula singulis, vt sint conferenda per Ordinarios illis personis vbi non adsunt reseruationes, & per Papam, vbi sunt reseruationes, quia qualibet dispositio recipit passiuam interpretationem à iure communi, & ista clausula regularum reseruatoriarum istarum facultatum conferendi reseruata sunt prægnantes, & appositæ in legibus vniuersalibus, quæ capiunt omnia, nec facit Concilium Tridentinum, quia agitur de præsentatione patroni, & institutione Ordinarij, quæ nullo sunt cum fieri Clericorum, & comprehensa sub reseruatione, & non est necesse disputare de prouisione Papæ, & de illius validitate, quia sufficit, vt obtineat per non ius alterius, vltra quod Concilium in casu isto non intrat, vt per informantes, sed hoc est ex abundanti, idem fuit dictum in alia Tirasonen Vicariæ 13. Oct. 1595 coram Vlita infra adducta 9. p. c. 2. n. 309.

560 Et idem tenuit Rota † loquens in Beneficiis patrimonialibus in vna Calagurritana Beneficij de Arcaya 28 Iun. 1591. coram Illustrissimo Seraphino, vt in sequent. decis. fuit resolutum, iustificatam fuisse gratiam D. Petri, nam quantum ad Clericatum legitimatum, & quod sit filius patrimonialis loci, de quo agitur, hæc omnia probantur per testes bene deponentes de publica voce & fama, & communi reputatione: item quod valor Beneficij non excedit 24. ducatos, probatur per eandem publicam vocem, & famam. Puteus 29. lib. primo, item satis probatur dator obtentu, in quo inter probatio etiam de auditu simplici sufficit, iuxta stylum Dominorum, obitus etiam Francisci vltimi possessoris probatur concludenter, item vacatio per eius obitum ex confessione partis aduersæ, & in hoc nulla adest difficultas: maior versatur difficultas circa pertinentiam collationis, nam prouisio facta est tanquam de reseruato, & sumus in Ecclesia numerata patrimoniali, in qua non videntur habere locum reseruationes ex traditis per Couarr. pract. quæstion. c. 36. numero quarto versic. similiter. si Beneficia patrimonialia, maxime stante Bulla Alex. VI. quæ in pluribus causis fuit allegata, quæ excludit generaliter omnes reseruationes, verum quicquid ipse dicat, Domini censuerunt, hæc Beneficia cadere sub reseruationibus generalibus, cum verba reseruationum eis conueniant ad Feli. in c. postulasti, n. 5. de rescr. etenim ea comprehenduntur sub indultis Cardinalium, vt per Puteum dec. 163. li. 3 Capuæ. dec. 64. p. 1. & decis. 89. p. 2. vnde à fortiori debent cōprehēdi in reseruationibus generalibus, præsertim vacationis in curia, quæ est clausa in corpore iuris. c. 2. de Præb in 6. cum in his procedatur per viam legis vniuersalis Calder. consi. 11. de priuileg. Imola in Clement. 1. vltimo not. de sepul. & fuit aliàs discussum, licet non plene resolutum in vna Calagurritana de Apodaca, 30. Mart. 1590. coram R. P. D. meo Orano non obstat Bulla Alexandri, quia præterquam quod non est producta in forma probanti, quæ exceptione alias fuit reiecta in vna Calagurritana de Cenicero 1. Aprilis 1588. non comprehenditur reseruatio per vacationem in curia, quæ nunquam venit sub generali dispositione, in qua fit mentio reseruationum, vt per Francum in d. c. 2. num. 3. de Præbend. in 6. Æneas de Falcon. de reseruat. 4. quæstion. 43. effectu, nec obstat D. Petro statutum numeri super ascensione eorum, qui cœpti sunt beneficiari, quia ante oppositionem aduersariorum, & sententiam pro eis latam ab Ordinario, non dicitur aliquod ius quæsitum in Beneficio, adeo quod neque de huiusmodi oppositione est facienda mentio, vt tradit Cassad. dec. 18. de Præbend. quare non est huius rei habenda ratio, maxime stantibus decretis irritantibus in reseruationibus appositis, & ita conclusum gratiam D. Petri esse canonicandam, Idem etiam tenuit Rota in alia Calagurritana Beneficij de Apodaca 20. Maij 1596. coram D. meo Corduba Episcopo Pacen. in qua fuit resolutum, Didaco Iniguez ad iudicandum Beneficium, nam eius gratia est anterior alia Martini, & iustificata, & ideo canonicanda c. super eo. de offic. deleg. c. tibi. qui de rescrip. in 6. &c. nec obstabat Motus proprius Sixti V. per quem concedebatur facultas Ordinariis conferendi huiusmodi Beneficia, seruata formam in eo contenta, quia ille non comprehendit Beneficia reseruata, vt fuit dictum in illa Calagurritana de Arcela 24. Ianuarij præteriti coram D. Pruna, de reseruatione autem manifeste apparet, cum Beneficium vacauerit de mense Iani, qui est reseruatus. Apertissimi autē iuris est regulam reseruatoriam octo mensium comprehendere etiam Beneficia certo generi personarum debita, Puteus dec. 164. n. 1. lib 2. & fuit resolutum in d. Tirasonen. iuris præsentandi 27 Ian. 1583. coram Reuerendissimo Orsulen. vltra quod constat de alia reseruatione respectu familiaritatis Didaci defuncti, quæ durat etiam defuncto Papa extrauag. ad Roman. de præbend. inter communes, Simoneta de reseruat. q. 57. cum aliis, & hāc sententiam sequitur Flam paris. de resignatione Benefic. lib. 2. q. 11. n. 6.

Secunda sententia est in contrarium, † scilicet quod reseruationes non capiant ista Beneficia debita certis personis, seu certo generi personarum. Ita tenet Æneas de Falcon. per glossam in d. c. cum in Ecclesia 3. quæstione principali, num. vigesimosecundo. vbi ait, quod beneficia, quæ vigore consuetudinis

vel statui debentur alicui, puta Magistro, vel alteri non comprehenduntur in reseruationibus, & refert Puteus *decision.* 255 *libro* 2. *n.* 2. sequitur Menochius *consil.* 234. *numero* 18. *libro* 3. Couarr. *pract. cap. trigesimosexto numer.* 4. *vers. si aliter, si Beneficia patrimonialia*, loquens de Beneficiis patrimonialibus, & Canonicatibus, qui Theologis magistris, & iuris Pontificij Doctorib. ex electione sunt conferenda, qui tamen ait opinionem istam dubiam esse, quoad hæc patrimonialia Beneficia, & Canonicatus propter verba reseruationis *cap.* 1. *de Prebend. in* 6. de qua ibi loquitur, quæ adeo generalia sunt, vt hæc Beneficia comprehendere videantur, propterea se lectorem admonere hac in controuersia, quod diligenter obseruet, quod praxi receptũ fuerit, & quod sit Christianę Reip. ac ministerio diuino cõducibili, si quidẽ admodũ conducit hęc Beneficia non cõprehedi vllis reseruationib. &c. Et tenuerat Rota in vna Cæsaraugustana Canonicatus, & Præbendæ Alcanitij coram D. Fantucio 13. & 27. Ianuarij 1553. in qua fuit resolutũ. *Regulam reseruatoriam 8. mensium, li. et comprehendat Beneficia iuris patronatus ex priuil. tamẽ non comprehendere Beneficia iurispatronatus debita ex priuilegio filiis patrimonialibus, quia quotiescumque sunt debita Beneficia certis personis, comprehenduntur sub regula, & quia æquitas id suadet, vt inuitentur alij ad erigenda similia Beneficia.* Vt apud Verallum *decis.* 315. & 316. *libro* 1. *in manuscriptis.* Et nouissime hanc sententiam sequitur Zerola *in praxi Episcopali.* 1. *parte verbo Benef. in* 8. *§. dicto* 8. & *verbo Præbenda Theologalis.* 5. 4. dicens Beneficia, quæ aliquas qualitates, seu certa onera habent iniuncta, vt Præbendas Theologales, vt in Concilio *sess.* 25. *c.* 5. *de reform.* non comprehendi sub reseruationibus, &c.

562 Mihi videtur in rigore verior † prima sententia, secunda vero videtur tum æquior, tum praxi conuenientior, præsertim, quia Papa non potest de facili habere notitiam de personis, quibus ex fundatione, consuetudine, priuilegio vel alias, Beneficia sunt conferenda, & reuera videtur in praxi recepta, & consuetudine approbata in Hispania. Et sic videbatur posse sequi. *l. minime. l. si de interpretatione. ff. de legibus.* & notatur *in cap. cum dilectus, de consuetudine.* Petrus Rauennas *de consuetudine secunda numero* 4. nec videbatur obstare, quod contrarium haberet stilus Rotæ, qui facit ius, & pro lege habetur. Sarnen. *in proœmio regularum quæst.* 5. *ad princip.* Zerola *in praxi parte* 1. *verb. Rotæ tribunal Vrbis*, seu decisiones ipsius. Etiam in partibus Sarnen. *ubi que.* 2. *sub versicul.* 4. *pro ista parte*, & supra dictum est *prima parte, cap.* 5. *numero* 87. & *sequenti.* quia illa derogatur per stylum, & obseruantiam, & consuetudinem particularem Hispaniæ, Rochus *de consuetudine sectio.* 7. *numer.* 21. 22. & 23. Cardinal. *in Clementina quamuis. de appellati. numero primo.*

563 Nihilominus tamen stante, † quod prima opinio ita sit iam à Rota recepta, quod secundum eam sæpius reperiatur iudicatum, adeo quod introductus sit stylus, vel consuetudo curiæ, vt inquit Paninus *in præludio extrauagantium versic. decisiones Rotæ* & dicam infra *cap.* 3. *num.* 239. videtur illi standum etiam in Hispania, in qua contrarium obseruatur, nam agitur de interpretatione reseruationis, quæ emanat ab ipsa curia, & attendenda est consuetudo loci, vnde traxit originem res, de qua iudicari oportet, Ægid. *decis.* 2. Rota in illa Conchen. pensionis infra adducta *cap.* 3. *numero* 148. vbi dicemus in simili, *numero* 241. & rursus reseruationes habent vim etiamsi non recipiantur, vt supradictum est *numer.* 558. quod maxime procedit stante stylo ipsius Papæ prouidentis de Beneficiis patrimonialibus, & aliis huiusmodi, vt reseruatis.

Nec secunda sententia, † esto esset alias vera, procederet in Beneficiis, quæ sunt conferenda graduatis vt magistris, vel Doctoribus, aut licentiatis, vt Pœnitentiaria, Scholastria, &c. nisi essent conferenda per electionem, & concursum, vt Præbendæ Magistrales, & Doctorales in Ecclesiis Cathedralibus horum Regnorum Castellæ, & Legionis ex Bulla Sixti IV & Leonis X. vbi etiam statuitur eas sub reseruationibus non comprehendi, vt in Bullis infra adductis *cap.* 4. *numero* 169. nam, si non essent conferenda graduatis per electionem & concursum, nullum inconueniens & obstaculum est quominus cõprehendantur sub reseruationibus, cum recte possint a Papa graduatis prouideri, & ita videmus in pœnitentiaria, & Scholastria obseruari. 564

Nec etiam procederet quando personæ, quibus Beneficium debetur, non adsunt, vel nolunt, seu non prętendunt illud, & sic Beneficium est libere prouidendum, nam solum respectu illarum non caderet sub reseruatione.

Post hęc scripta vide Hieronymum † Gonçalez, qui *gloss.* 9. *§.* 1. *ex num.* 22. tractat istam quęstionem, an Beneficia patrimonialia includantur in reseruatione huius regulæ, plura hinc inde pro vtraque parte adducens, & tandem tenet includi, & allegat decisiones Rotę per nos adductas, & quę in illis allegantur, & nouissime ait sensisse Rotam in alia Calagurritana Beneficij de Albania 22. Mart. 1602. coram D. Seraphino, in qua decisione fuit etiam dictum, quod in prouisionibus, quę fiunt à sede Apostolica, non est seruanda forma concursus, nec illa, quę est ab Ordinario seruanda in prouisione Beneficiorum patrimonialium, prout etiam tenuit Rota in aliis causis. Et similiter fuerunt ponderata verba clausulæ, *non obstantibus, &c.* contenta in litteris Apostolicis prouisionis Apostolicę de Beneficio patrimoniali reseruato, per quam clausulam fuit etiam derogatum cuicumque constitutioni, & indulto Apostolico cõtrariis, quatenus derogatio necessaria foret, Aym. *cons.* 126. *num.* 6. *cum aliis.* Et ad illud de praxi, & obseruantia contrariis respondet Gonçalez, quod ideo prouidentur per Ordinarios ista Beneficia patrimonialia, etiam vacantia in mensibus reseruatis, quia Papæ ita placeat, & illa conferre nunquam dignatur, nisi raro, quamuis sint reseruata, ex sua summa benignitate, & sanctitate. Quę quidem responsio non satisfacit, nec est solida, tum quia praxis non fundatur in tali beneplacito papę: tum quia de eo non constat, & ad summum posset constare de aliqua dissimulatione papæ, quę non excusat ad *capit. cum tam dudum. de Prebend.* ibi, *cum multa per patientiam tolerentur, &c.* 565

Declarat tamen † Gonçalez supradictam conclusionem limitandam fore, nisi in indulto, seu priuilegio concesso super Beneficiorum patrimonialium prouisione adsint tales clausulę, quę vincant & superent reseruationem huius regulę, & verisimile sit Papam nolle comprehendi tale indultum sub regula, vnde existimat difficile intrare iam, & in futurum reseruatione huius regulę, quoad Beneficia patrimonialia diœcesis Calagurritan. stante indulto concesso per Clemẽtem VIII. super modo, & forma prouidendi de dictis Beneficiis sub die 28. Aprilis 1596. cuius clausulam ponit, nempe, quod non comprehen- 566

prehẽdatur sub aliquibus derogationib. reseruationibus, & regulis Cancellariæ, sub quibusuis clausulis, & decretis etiam derogatoriarum derogatoriis, nec derogari possit, aut censeatur, nisi de Episcopi, & cleri Calagurritan. & Calciaten. & hominum dictarum diœcesium consensu &c. quæ clausula, inquit, est potentissima, & nunquam intelligitur sublata deficiente d. consensu. Rota *decisio.* 157. & 468. in vna Astoricen. *part.* 1. *diuersorum, & dec.* 304. in alia Astoricen. *parte* 2. *cum aliis.*

567 Sed certe ex ista ratione † non bene saluatur d. indultum à derogatione huius regulæ posterioris, quæ derogat indultis etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis, & fortioribus, & insolitis clausulis, &c. quæ verba sine dubio sufficiunt etiam sine clausula, quorum tenores ad derogationem quorumcunque indultorum, cum illis, & aliis quibuscumque clausulis, concessorum, maxime cum hæc derogatio fiat per viam legis, seu constitutionis generalis ad Felinum *in cap. nonnulli. de rescriptis, numero quinto, vers. fallit autem & in cap. accedentes. de præscript. numer.* 5. Ripa *in capit.* 1. *de rescript. numero* 55. Couarr. *in rubrica. de testament.* 2. *part. numero* 20. *vers. secundam etiam.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 40. *numero* 23. & Gonçalez *dict. gloss. nona, §* 2. *numero* 57. & *gloss.* 36. *a numero* 31. qui alios citant. & Rotam in Tirasonen. iuris præsentandi supra adductam *numer.* 559. quicquid dicat, Rota *dict. decisio.* 157 *à numero* 2. & *decisio.* 468. *numero* 4. etiam in termi. *dict. decisio* 304. vbi de reg. 3. reseruatoria Beneficiorum familiarium agebatur, nulla fiebat mentio in regula de clausula derogatoria, nec ei derogatum fuerat, vt in eadem decis. in fin. dicitur. imo reg. reseruatoria nulla clausula erat derogatiua, nec indulto derogatum fuerat, vt dicitur *in decis.* Putei 308. *in fin. lib.* 3. in terminis autem *decisio.* 137. & 468. vbi agitur de regula Pauli IV. reseruatoria mensium cum eadem clausula derogatoria indultorum disponendi de huiusmodi Beneficiis, & dictione insolitis, vt in nostra regula erant in indulto clausulæ fortiores, nempe, quod non posset derogari, nisi de toto tenore, & data plena, specifica, indiuidua, expressa ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio fiat, &c. quæ non sunt in d. indulto, Clemen. VIII. præterea, vt ipse Gonçalez refert *gloss.* 18. *num.* 57. & *dict. gloss.* 36. *numero* 38. nouissime nonnulli ex Dominis Rotæ auditoribus dubitarunt de subsistentia dictarum decisionum Astoricen. &c. & meo videri præcipuum fundamentum ad sustinendum d. decisio. est, quod ibi agitur de indulto iuris patronatus cum clausula quod habeatur, ac si ex vera dotatione, & fundatione competeret, quæ facit, vt, licet hæc qualitas insit ex priuilegio, debeat tamen regulari, prout regulantur ea, quæ ex dotatione, & fundatione competunt, nisi de mente contraria Papæ appareat, alias nihil operaretur illa æquiparatio, &c. vt *in dict. decis.* 137. *numero primo*, maxime cum Papa voluerit, non posse derogari, sine ipsius Marchionis consensu ad instar iuris patronatus laicorum, cui nunquam solet papa in totum derogare, sed pro medietate, quare regulandum est secundum naturam veri iuris patronatus ex dotatione, & fundatione competentis, vt in dicta *decision.* 468. *numero primo*, de quo infra *à num.* 580. & in clausula regulæ mensium derogatoria indultorum nulla fit mentio de iure patronatus, &c.

568 Sed adhuc existimo, † quod per regulas mensium posteriores non derogetur dicto indulto Clemẽtis, tribus quidem rationibus, prima, quod istud indultũ videtur concessum Communitati, & Vniuersitati Cleri, & hominum dictæ Diœcesis Calagurritan. & Calciaten. & hæc regula non comprehendit indulta concessa communitati, quia solum derogat indultis quibusuis personis, & Collegiis concessis ad Rom. *consil.* 195. *numero* 3. & *consi.* 400. & 456. *numero* 2. Paulum *consil.* 278. *sub numero quart. lib.* 2. Rebuffum *in concordat. eodem titulo de collation.* §. *statuimus verb. personis.* Caputaquen. *decisione* 42. *parte* 3. & Gonçalez, qui plura cumulat *gloss.* 37. *ex numero primo.* & fuit in simili indulto resolutum in vna Meliten. seu Milenitana Beneficij 5. Mart. 20. Iun. 1594. corã D. Penna. *Indultum concessum à Leone X. habitatoribus, & populo insulæ Meliten. quod perpetuis futuris temporibus Beneficia Ciuitatis, & Diœcesis Meliten. in quibuscumque mensibus vacantia, conferantur originariis per Episcopum, non obstante quacunque reseruatione, non esse derogatum per hanc regulam, quia non comprehendit indulta Communitatibus, seu Vniuersitatibus concessa ex allegatis, vt in terminis eiusdem indulti fuerat alias resolutum coram Gregorio* 27. *Octobr.* 1561. &c. de qua decisione alias meminit Gonçalez *dict. glossa nona*, §. 2. *à numero* 45. & *glossa* 36. *numero* 41. & *glossa* 37. *numero* 33. nec obstat difficultas excitata per Gonçalez *dict. glossa* 37. *numero* 34. contra istud motiuum Rotę, quod dicti Doctores loquuntur, quando de Collegiis, seu Vniuersitate nulla fuit facta mentio, & regula nostra per verba clara loquitur, non solum de personis, sed etiam de Collegiis, & Collegium est Vniuersitas, & Communitas, &c. quia respondetur, quod quamuis Collegium sit species Vniuersitatis, seu Communitatis in genere, & in communi, tamen aliud est Collegium, & aliud Vniuersitas, seu Communitas populi, Prouinciæ, vel Regni, vt per Menochium *de arbitr. centur.* 6. *casu* 598. *à numero primo*, & Gonçalez *supra numero* 35. & ex ipsa re constat, & sic, licet nostra regula deroget indultis Collegiis cõcessis, non ideo derogat indultis concessis Vniuersitatibus, seu Communitatibus, populi, Prouincię, seu Regni.

Secunda ratio est, † quod indultum Clementis VIII. videtur concessum, non tam fauore eligentium, quam fauore eligendorum, nempe ipsorum filiorum patrimonialium, & regula non comprehendit indulta concessa fauore eligendorum, vt fuit etiam resolutum in dicta Meliten. coram D. Penna, vbi subdit decisio, quod *placuit Dominis alia ratio, scilicet, quod dict. indultum esset concessum ad fauorem eligendorum, & non eligentium, & quod reg. nostra solum reuocat indulta concessa fauore eligentium, & non fauore eligendorum*, vt per Gonçalez *dict. gloss. nona*, §. *secundo, numero quadragesimoseptimo, & gloss. trigesimasexta nu.* 42. quamuis contra istam rationem videatur sentire Rota in illa Tirasonen. iuris pręsentandi sup. adducta *n.* 559.

Tertia ratio est, † quod cum d. indultum sit generale circa modum prouidendi de Beneficiis patrimonialibus totius diœcesis Calagurritan. & Calciaten. est per modum statuti, & legis, & sic non cẽsetur illi derogatum per hanc regulam, ad decis. Rotę in causa Tirasonen. Vicarię, infra adductas 9. *p. c.* 2. *à n.* 309. & alias dicimus infra, *à n.* 679. & quod non derogetur d. indulto Clementis VIII. per hanc regul. confirmatur ex decisionibus Calagurritan. supra adductis, vbi supponitur, quod si constaret de Bulla- 570

& prætenso indulto Alexand. VI. non esset locus reseruationi huius reg. &c.

571 Beneficia autem iuris patronatus † laicorum, non comprehenduntur in reseruationibus, etiamsi sint generales, & in corpore iuris clausæ, nec Legatus à Latere illa potest conferre, ita Ioan. Mona. nu. 2. Dom. Francus, & alij *in cap. 2. de Præbend. in 6.* vbi idem etiam tenet gloss. *verb. collatio,* quicquid alij dicant, Lapus *allegatione* 84. *n.* 6. *& allegat.* 96. Felin. *in tract. quando literæ Apostolicæ, limitatione* 2. Selua 3. *p. quæst.* 11. 12. *qualitate num.* 12. *&* 21. Æneas de Falcon. 3. *quæst. num.* 6. *&* 4. *quæst.* 14. *effectu.* Simonetta *q.* 9. & ibi late Granutius, Rochus *de iure patronat. verb. competens, quæst.* 24. *num.* 54. Lambert. 1. *part.* 2. *libro quæst.* 6. *art.* 2. *&* 3. *part. quæst.* 9. *art.* 16. Palacios Rubios *in libell. de Beneficiis in curia vacant.* §. 11. *&* 12. Gambarus *de offic. Legati, libro* 3. *à num.* 239. *&* 241. Alaua *de Concilio* 2. *part. c.* 25. Mandos. *reg.* 1. *Cancell. q.* 10. *à n.* 2. & ad Lapum *sup.* Couarr. *pract. c.* 35. *num.* 2. *&* 5. Hoieda *de incompatibilitate Benef. cap. fin. num.* 109. Azeuedo *in l.* 5. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopil. n.* 3. Spino. *de testam. gloss.* 4. *n.* 44. Caldas *respons.* 3. & Valascus *consultatione* 163. 2. *p.* Mohedan. *decis.* 13. *de concess. Præb.* alias 317. Puteus 319. *li.* 1. Cenedo *in Collect.* 21. *ad sextum, numero* 2. & posthæc Gonçalez *gloss.* 18. *numer.* 2. qui plures alios, & decision. Rotæ ad hoc referunt, & reprobant glossa Zencelini *in Extrauagant. execrabilis, verb. disponere, de Præbend.* in Extrauagant. Ioan. XXII. ex quibus apparet sententiam istam receptissimam esse, & in gratia, seu impetratione Beneficij, necessariam esse mentionem, & derogationem iuris patronatus laicorum, alias non valere. Vnde in vna Florentina, de anno 1547. coram D. August. tenuit Rota, quod, si Beneficium iuris patronatus vacet in curia, opus est in impetratione facere mentionem de iure patronatus, alias impetratio non valet, secus est in Beneficio litigioso, Cass. *decis.* 3. *vt lite pendente,* vt per Chisanen. *decis.* 75. *in manuscriptis.*

572 Nec obstant d. verba nostræ regul. *præsentationem,* &c. quia non includunt præsentationem laicorum, † sed clericorum, Lapus *d. allegatione* 84. *n.* 6. Selua *d. quæst.* 11. 12. *qualitate num.* 16. *&* 17. Felin. *supra ampliatione* 3. *&* 4. Lambert. *d. quæst.* 9. *artic.* 6. *&* 7. Caputaquen. *decis.* 122. *part.* 1. Couarr. *d. c.* 36. *n.* 2. Mandos. alios referens ad Lapum *sup. de allegatione* 84. *lit.* P. Flamin. Paris. *de resignatione Benef. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 37. & Gonçalez *sup. n.* 4.

573 Hæc tamen primo declaratur † procedere, quando ius patronatus competit laicis, ex fundatione, constructione vel dotatione, secus, si ex priuilegio, consuetudine, vel præscriptione, in quo non est necessaria derogatio, sed absque derogatione receptũ est valere impetrationem, Felinus *supra limitatione vndecima* Staphil. *de literis gratiæ, titul. de modo & forma impetrandi,* §. *quarto, principaliter, numero quarto,* Selua *d. quæstion.* 11. 12. *qualitate circa fin.* 11. *&* 12. *Fallentia,* Lambert. *d.* 3. *part.* 2. *libro, quæstione* 9. *art.* 25. Gigas *de pensio. quæst.* 24. *in fin.* Caputaq. *decis.* 132. *part.* 2. Mandos. *reg.* 32. *quæst.* 4. *num.* 8. *&* 10. Couarr. *supra num.* 6. Ferretus *cons.* 132. *num.* 7. *&* 8. Flamin. Paris. plures referens *d. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 51. Zerola *in praxi Episcopali.* 1. *part. verb. ius patronatus.* §. 8. *dubio* 33. & alij infra citandi, & dicetur infra loquendo de Legato, *cap.* 3. *nu. septuagesimosecundo.* Quamuis contrarium Rebuffus *in praxi tertia parte signaturæ, verb. nec non iuris patronatus, numero vigesimoquarto, & in regula Cancellariæ* 43. *de derogatione iuris patronatus.*

574 Et tale ius patronatus sub † reseruationibus cõprehenditur, Rochus *supra* Lambert. *d.* 3. *part.* 2. *lib. quæst.* 8. *art.* 3. *& quæst.* 9. *art.* 25. Æneas de Falcon. *d.* 4. *q. effectu* 14. Alaua. *supra,* Mandos. *d. reg.* 1. *quæst.* 10. *numer.* 3. Couarr. videndus *d. num.* 6. & Granutius *d. q.* 9. *num.* 7. qui receptum testantur, & plures in idem referunt, Cassad. *decis.* 4. *de iure patron.* Puteus *decis.* 308. *lib.* 3. Rota *decis.* 45. *lib.* 4. *part.* 3. *& decis.* 304. *part.* 2. *diuers.* Et ita fuit resolutum in causa Cæsaraugustana Parochialis, 10. Maij 1560. coram D. Gropero. *Regulam reseruatoriam* 8. *mensium comprehendere Beneficia de iure patronatus ex priuilegio, & quasi possessionem præsentandi, non probato iure patronatus ex fundatione, vel dotatione non impedire d. regul. & dictum est ita fuisse resolutum in Pampilonen. Parochialis vigesimooctauo Iunij* 1555. *coram D. Achille, &c.* Et in vna Seguntina dimidiæ annatæ 26. Nou. 1593. coram D. Orano fuit dictum, quod, *licet Beneficia, & Capellaniæ iuris patronatus laicorum non veniant in generali dispositione loquente de Beneficiis, tamen hoc admittitur, quando sunt iuris patronatus ex dotatione, & fundatione, verum, si ex priuilegio sint iuris patronatus comprehenduntur sub indultis, reseruationibus, & quibusuis aliis dispositionibus, &c.* Et posthæc tradit Gonçalez *d. gloss.* 18. *à n.* 18. qui *num.* 21. ait, nempe, quod reg. nostra comprehendat in sua reseruatione Beneficia de iure patronatus laicali, quæ nõ sunt ex fundatione, dotatione, aut constructione, sed ex priuilegio, vel præscriptione, fuisse etiam resolutum in Cæsaraugustana Parochialis 10. Iunij coram Gipsio, & in Firmana Beneficij 13. Maij 1596. corã D. Pamphilio, & in vna Cæsaraugustana Parochialis, de mense Iunij 1603. coram eodem & in Valentina Parochialis de Carlet 4. Iun. 1602. corã D. Lancelloto, nouissime in Compsana iuris patronatus 23. Ian. 1604. coram D. Lita.

575 Quod procedit etiamsi ius patronatus ex † priuilegio, seu præscriptione spectet ad Duces, Marchiones, Comites vel alios Principes, vt *in dicta decision.* Putei *trecentesimaoctaua & in decision.* 304. *diuersorum,* nisi sit ius patronatus Regum, seu aliorum Principum iura Regia, seu Imperij obtinentium, vt supradictum est, *num.* 219. & tradit Gonçalez *gloss.* 24. *n.* 159. Quamuis alias iuri patronatus Ducum, Marchionum, vel Comitum ex dotatione, vel fundatione non censeatur derogatũ, nisi facta fuerit specialis, mẽtio quod ad Ducẽ, Marchionẽ, vel Comitem spectat, vt *in reg. Cancell.* 40. seu 41. *de derogatione iuris patronatus,* Felin. *sup. ampliatione* 8. Lambert. 3. *part. lib.* 1. *q.* 9. *art.* 11. Rebuff. *supra n.* 62. & Couarr. *d. c.* 36. *pract. num.* 2.

576 Vnde ad excludendam † reseruationem ratione iuris patronatus laicorũ, oportet docere de iure patronatus, ex fundatione, cõstructione, vel dotatione, maxime stante Concilio Trident. *sess.* 25. *de reform. c.* 9. Gonçal. *d. gloss.* 18. *num.* 22. circa quod vide dicta infra, *capit. quinto. à numer.* 137. *& cap. vltimo, à numero* 81.

577 Hoc tamen, quod attinet ad iuris patron. † probationẽ ex præscriptione, seu cõsuetudine, de quo Couarr. *in regul. possessor.* 2. *part.* §. 10. intelligo non habere locũ, vbi quis allegaret ius patronatus sibi competere ex fundatione, vel dotatione, & ad id probandum vteretur immemoriali temporis cursu, vt sentiunt Felin. *limitatione* 11. Decius *cons.* 126. *num.* 3. Lambert. *d.* 3. *part.* 2. *lib. quæst.* 8. *art.* 3. *& quæst.* 9. *artic.* 25. Cas-

sador.

sador. *decis.* 4. *de probatio. &* 4. *& vlt. de iure patronat.* & docet Couarr. *dict. cap.* 36. *pract. numero* 6. & Zechus *tract. de iure patron. & de republ. Ecclesiastic. c. de statu Legat. sub numero* 4. dicentes, tunc posse procedere opinionem Imolæ *in cap. dilectus, de offic. Legati.* & sic etiam potest intelligi Menochius *consil.* 90. *numero* 86. *&* 87. *libro primo,* & ita procedit *decis.* Putei 404. *lib.* 2. & conducunt dicta infra *cap. vlt. à numero* 82. & in vna Pamphilonen. Beneficij 12. Maij 1557. coram D. Acorambono fuit resolutum, *Expectatiuam non comprehendere Beneficium de iure patronatus ab immemoriali Parochianorũ, quia immemorialis probat legitimum titulum ex fundatione, vel dotatione, Felin.* in cap. causam. numero sexto, de præscript. *& Felin.* dict. limitatione 11. *& Cassad.* dict. decision. 4. de probatio. *non habere locum in tempore immemoriali, Mohedan.* decision. 254. *& ita solere seruare Rotam, nisi ex qualitate personarum posset constare fuisse meram vsurpationem, vt quia essent potentes valde, nec obstare instrumentum, de quo in actu, quia, licet ex eo esset titulus, nullus tamen stante immemoriali, præsumitur alius melior, & poterit allegari, &c.* vt per Cotam. *decis.* 341. *in Miscellaneis manuscriptis,* vbi affert illam decisionem.

578 Secundo intelligo id procedere † vbi ius patronatus absolute est ex præscriptione seu consuetudine, secus vbi est ex fundatione, & dotatione, licet præscriptum ab aliis, vt fuit resolutum in vna Auximana iuris patronatus coram Illustrissimo Cardin. Seraphino, vt in decisionibus sequentibus 7. Febr. 1586.

Difficultas huius causæ restricta fuerat, vt videretur in casu, de quo agitur, sit necessaria derogatio iuris patronatus, ex quo, licet ius patronatus sit ex dotatione, & fundatione, ius tamen præsentandi videtur quæsitum ex præscriptione familiæ de Onuphriis, & ideo videbatur cessare ratio illa propter quã requiritur derogatio, Cassad. de probatio decis. 4. & de iure patron. decis. 4. & fi. numero 5. *& passim tenent Canonistæ valere prouisionem Papæ, sine derogatione iuris patronatus, quod est ex consuetudine, vel præscriptione, vt tradit Card.* consil. 69 colum. 2. versi. ad secundum, *quem refert, & sequitur Staphil. sub* titulo de modo, & forma impetrandi, §. quarto principaliter, num. 4. *quicquid dicat Decius* consil. 116. numer. 3. *contrarium tamen conclusum fuit à Dominis, nemine repugnante: intellexerunt enim præfatam doctrinam procedere, vbi absolute ius patronatus est ex consuetudine, vel præscriptione, non autem ex fundatione, & dotatione, quia semper respectu fundatoris militat ratio, quod potuisset retrahi, si cogitasset Papam aliquando, non habita ratione suæ fundationis, collaturum fuisse, nam etiam, quod præscriptum sit ius præsentandi, tamen per illud conseruatur memoria fundatoris, maxime isto casu, in quo Domini de Onuphriis habent voluntatem fundatoris per se licet fortasse nullam, cum etiam ex nullo colligatur voluntas, & placebat simile ex* decis. *Putei* 392. lib. 2. *vbi licet derogatio comprehenderet ius patronatus ex priuilegio, non tamen comprehendebat ius patronatus ex priuilegio obtento ratione fundationis, & dotationis, quod etiam probatur, & alia similia, quando ius patronatus spectat ad clericum ratione Ecclesiæ, & ad laicum simul, nam ratione huius mixturæ præualet qualitas laicalis, & requiritur derogatio, vt post alios tradit Felin.* in tract. quando literæ Apostolicæ n. 6. in 6. ampliatione, *& ideo Card. ex aduerso allegatus* d. cons. 66. n. 4. *quoad effectum præsentationis, purificat illos casus, quod quis sit patronus, vel sit in quasi possessione præsentandi quoties constat de existentia iuris patronatus, & ideo dixit necesse esse, vt fiat mentio in impetratione de huiusmodi iure præsentandi, sicut si essent veri patroni, & Cardinalem sequitur Rota, vt per Puteum,* dec. 404. lib. 2. *Nec obstat quod Staphileus* d. §. 4. n. 6. *tradit non requiri mentionem, si adsunt veri patroni, qui non sunt in quasi possessione præsentandi, sed alij, qui non sunt patroni, quia iste nõ est casus noster, cum nulli adsint veri patroni qui prætendant sibi hoc ius competere, imo antiquitate temporis, & acquiescentia Capituli, & obseruantia, præsumendum est legatum, quamuis ascriptum sibi ab eodem Notario legatario, insinuatum, & publicatum, & probatum fuisse per testes, quo casu cessat omnis suspitio fraudis, vt per Salicetum* in l. 1. circa fi. C. de his qui sibi ascripserunt; *cũ itaque huius iuris patronatus nulla fuerit facta mentio in gratia Apostolica Sanctissimi, nam clausula in ea apposita respiciunt tantum ius præsentandi competens ex consuetudine, fuit conclusum huiusmodi gratiam non obesse D. Quintiliano.*

In eadem 17. Martij 1586.

Domini steterunt in decisis, non obstantibus in contrarium allegatis, quia in istis materiis ad effectum euitandæ surreptionis, attenditur status præsens adeo, quod etiam de intrusione debet fieri mentio: cum autem hic status præsens sit laicalis, & fundatio facta à laico, vtique necessaria erat derogatio, nec fieri potest fundamentum in eo, quod prius fuisset relictum iuspatronatus Ecclesiæ, quia tollitur ex codicillis, qui fuerunt obseruati per longissimum tempus, nemine contradicente, nec est verum, quod Onuphrij allegant præscriptionem, quia illis sufficit quasi possessio, & titulus fundationis ad effectum, vt necessaria sit derogatio, vt ex authoritate Cardinalis consi. 69. *fuit alias deductum, nec facit Staphileus.* §. 4. numero 4. de modo, & forma impetrandi, *quia loquitur in casu meræ consuetudinis, vel præscriptionis.* Et conducit decisio Gerunden. Beneficij de qua inf. *nu.* 581.

579 Vnde etiam in casu Staphilei † *dict.* §. 4. *principaliter n.* 6. quando aliqui sunt veri patroni ex fundatione, vel dotatione, sed nõ sũt in quasi possessione præsentandi, sed alij, quibus ratione possessionis competit præsentatio, videtur requiri mentio, & derogatio iuris patronatus &c. quia militat eadem ratio, de qua in *d. dec.* Auximana, licet non sit facienda mentio verorum patronorum, sed possessorum, & ita contra Staphileum ibi recte tenet Cou. *d. c.* 36. *pract. num.* 6. *vers. principaliter.*

580 Tertio quod attinet ad ius † patronatus ex priuilegio, id intelligo, nisi ius patronatus ex priuilegio, sit cum clausula, quod huiusmodi ius patronatus non sit ex priuilegio, sed ex vera, & reali fundatione, ac dotatione laicali, vt in indulto Ducis Albæ, in quo dicitur, *nec non, quod huiusmodi ius patronatus sit illustriss. &c. non ex priuilegio, sed ex vera & reali fundatione, & dotatione laicali,* seu cum clausula, quod ius patronatus huiusmodi habeatur, ac si ex vera dotatione, & fundatione competeret, vt in indulto à Clemente VII concesso Marchioni de Astorga, eius vita durante, hæc enim clausula operatur, vt in gratia Apostolica requiratur eius mentio, & derogatio, & beneficia non veniant sub reseruationibus, sicut si essent iuris patronatus ex fundatione. &c. Nam facit, quod, licet hæc qualitas insit ex priuilegio, debeat tamen regulari prout regulantur ea, quæ ex dotatione, & fundatione compe-

tunt, nisi de mente contraria Papæ appareat, alias nihil operaretur illa æquiparatio, ita Rota in causa Astoricen. Archidiaconatus 19 Mart. & 4. Maij 1576. coram D. Seraphino, vt in decision. 157. & 468. numero primo, par. 2. diuersorum. Mieres. de maioratibus, prima part. quæstio. 51. numero 35. maxime, si adest etiam clausula, quod nō possit derogari, nisi de toto tenore, &c. plena, specifica, indiuidua, expressa, ac de verbo ad verbum. 2. &c. mentio fiat, &c. vt in d. decis. 157. num. 2. & d. decis. 468. n. in dec. 304. 2 p. diuersorum, & in decis. Putei 308. lib. 3. & post hæc tradit Gonçalez gl. 18. à n. 91. & vide dicta supra à n. 566. & infra cap. vltimo à nu. 117.

Rursus id intelligo, † nisi ius patronatus ex priuilegio sit ex causa onerosa augmenti dotis, ad tradita per Hiero. Gabr. consil. 195. lib. 1. seu ratione fundationis, & dotationis, vt in specie decision. Putei 392. libro 2. & fuit dictum in Auximana supra adducta numer. 578 & vide dicta infra d. cap. vlt. à num. 120. & 124.

582 Prædicta autem conclusio sic † declarata ampliatur, primo, vt procedat etiam in Beneficiis iuris patronatus mixti laicorum, & clericorum, nam ista etiam non comprehenduntur sub reseruationibus nec à Legato à Latere conferri possunt, de quo infra c. 3. num. 67. nec valeret prouisio Papæ, non facta de eo mentione, &c. Felin. dict. tract. quando litera Apostolicæ ampliatione 6. & limitatione 3. Selua d. 3. p. quæst. 11. num. 17. & 22. Rochus verb. ius, numer. 15. Lambert. d. 3. part. 2. lib. q. 9. art. 9. Rebuff. de nominat. quæst. 15. num. 6. & 7. Gigas de pension. quæst. 24. Simoneta dict. quæst. 9. num. 3. & ibi Granutius, Mandos. d. reg. 1. q. 10. num. 8. & de signatura gratiæ, tit. de derogatione iuris patronatus, vers. & ius patronatus. Couarr. d. cap. 36. pract. num. 5. vers. 3. opportune. Hoieda de incompatibilitate, cap. fin. n. 114. Cassad. decis. vlt. ad fin. de iure patron. & 4. de probatio. numer. 10. Achilles decis. 316. seu 3. de iure patron. Crescen. 3. eod. tit. Puteus 157. lib. 3. Rota decision 574. n. 10. part. 1. diuersorum. & nouissime in vna Gerunden. Beneficij 15. Decemb. 1599. coram D. Seraphino, seu Penna, in qua fuit resolutum, Constare de iure patronatus, cuius initium fundationis habetur, & regulam reseruatoriam 8. mensium non comprehendere Beneficia iuris patronatus. Verallus decisio. 405. in manuscriptis, nec obstare, quod ius patronatus sit mixtum, quoniam ad hunc effectum reputatur laicale, Achill. decis. 3. de iure patron. Verall. ibi Puteus 157. lib. 3. & etiam ad hunc effectum videri sufficere solam quasi possessionem præsentandi, vt per Zabarellam consil. 69. nu. 4. Cald. 23. de Præbend. Mohed. decisio. 179. Puteus 206. lib. 1. Simonet. q. 70. Thanis decis. 3. & fuit dictum in causa Vicen. Beneficij 19. Nou. 1599. coram D. Pamphilio, neque etiam hoc casu necessariam esse probationem descendentiæ patronorum, ex quo reperiuntur in quasi possessione præsentandi, Crescen. decis. 9. de iure patron. &c.

Et fuit dictum in illa Auximana sup. adducta, num. 578. & in Firmana Beneficij infra adducta nu. 591. & tradit post hæc Gonçalez d. glos. 18. à n. 8. Et hæc sententia est communiter recepta, vt ex prædictis apparet, licet cōtraria teneat Rota decis. 46. de Præb. alias 269. in antiquis, Staphil. tit. de modo, & forma impetrandi, § ius patronatus, quomodo probetur nu. 3. & Æneas de Falcon. 4. q. effectu 14. qui ait comprehendi in reseruatione papali, licet non in reseruatione Legati, & Ferretus cons. 132. num. 4. dicens, ius patronatus mixtum regulandum esse, vt Ecclesiasticum, & valere prouisionem papæ, etiamsi nulla de eo fuisset facta mentio, cum censeatur totum Ecclesiasticum, de quo non est facienda mentio, in hoc tamen seruidum esse stilum Romæ Curiæ, & vide infra dicta c. 3. à n. 67.

583 Solet tamen iuri patronatus mixto derogari † in totum in prouisionibus papæ, Cass. Crescen. & Puteus sup. & Rota d. decis. 574. Mandos. d. tit. de derogatione iuris patron. & Flam. paris. lib. 2. de resignat. q. 4. à n. 49. per clausulam in supplicationibus apponi solitam. Et cum derogatio de iure patronatus, quatenus de illo existat, quod dispositione in literis, si videbitur, reg. contraria non obstante, exprimi possit, citra tamen illius approbationem, videlicet, si laicorum tantum, etiam nobilium, ac illustrium, eis que ex fundatione, vel donatione competat pro medietate, alias, seu litigiosum, vel deuolutum sit, in totum latissime extenden. Quæ derogatio, inquit Couarr. sup. quod non admitteretur in Hispania, nisi vbi maiori parte ius patronatus Ecclesiasticum esset.

584 Et aduerte, † quod non derogatur iuri patronatus mixto, quia solet papa derogare iuri patronatus laicorum pro medietate, & sic derogat parti laicorum, parti autem clericorum derogare non est necesse, vt inquit Achilles d. l. decis. 3. seu 316. numero 8. Nam, vt apparet ex dict. clausula, derogatio pro medietate est iuris patronatus laicorum tantum, & iuri patronatus mixto derogatur in totum per illa verba alias in totum, Cassador. dict. decis. vltim. ad fin. & Mandos. supra.

585 Et derogatio pro medietate † non est aliud, quam reducere consensus per plures patronos præstandos ad medietatem, ita quod sufficiat habere tot voces, quæ pro medietate faciant maiorem partem, Mandos. consil. 7. n. 16. & Flam. paris. supra nu. 55. & 56. sic intelligendi.

586 Vnde, inquit † Mandos. ibi, & d. tit. de derogatione iuris patronatus, vers. quando est ius patronatus vnius tantum, & Flam. paris. d. n. 55. quod, quando præsentatio spectat ad vnum tantum, non derogatur pro medietate, nec d. derogatio suffragatur, quia præsentatio in vno consistens, seu vnius consensus, est quid indiuisibile. Cui consonat quod alias Rota dixit in vna Firmana Beneficij 12. Maij 1595. coram D. Blancheto, Quod derogatio pro medietate non potest applicari iuri patronatus Vniuersitatis, quæ vnum tantum corpus constituit, & sic præsentatus à minori parte non potest iuuari tali derogatione, licet secus esset dicendum, si ad singulos pertineret, &c.

587 Quæ tamen dicta, † & ratio non videntur solida, & indistincte vera, nam, cum vnus patronus possit præsentare plures cumulatiue, clem. plures ad fin. de iure patron. præsentatio in vno consistens non potest dici quid indiuisibile, & consequenter derogatio pro medietate posset suffragari in isto casu, quamuis in casu dict. decisionis Firmanæ non posset suffragari, ex quo vnus tantum est præsentatus ab Vniuersitate, præsentatio enim à minori parte facta perinde habetur, ac si facta non fuisset, vt ibi dicitur.

588 Vnde etiam in d. Firmana Beneficij, † de anno 1594. coram eodem D. Blancheto fuit resolutum, Quod derogatio iuris patronatus, quatenus laicorum pro medietate non suffragatur, nisi quando prouisio Apostolica est in fauorem vnius ex præsentatis, non autem quando vnus solus præsentatur, & alter solus obtinet sibi de Beneficio, vti libero, prouideri, & euentualiter derogari iuri patronatus: nam hoc casu sequeretur, quod ipse Papa, qui voluit tantum pro medietate derogare, dero-

gasset in totum, & fuit intellecta d. decisio. Achill. 3. de iure patronat. &c.

Et de derogatione iuris patronatus laicorum,
589 † vide d. reg. Cancellariæ 40. seu 41. de derogatione iuris patronatus. & ibi Glossator, Soto, & Rebuff. & in praxi 3. part. signatura, ver. necnon iuris patronatus, & deuominatio, quæstion. 15. Palacios Rubios in libello de Beneficiis in curia vacant. § 11. Mandosium de signatura, d. tit. de derogatione iuris patro. & d. consil. 7. Couarr. dict. cap. 36. practic. Salcedum ad Bernard. Diaz regula 400 Azeuedum l. 5. titulo 6. libro 1. recopil. & Flam. Parisium d. lib. 2. de resignatione, quæst. 4. à numero 31.

590 Et aduerte cum Rebuffo d. verb. necnon † iuris patronatus, num. 57. & Mandosio, dict. titulo de derogatione iuris patron. versic. similiter quando, quod quando Beneficia vacant per assecutionem alterius, aut deuolutionem, & alio quouis modo vbi Beneficia habent possessores, quos opus est per lites expellere, derogatur iuri patronatus laicorum, etiam Principum, in totum, quod æquum videri ait Rebuff. ibi, & reuera est rationi conforme. Et tunc derogatio credo admitteretur etiam in Hispania, non obstantibus legibus Regis.

Secundo ampliatur d. conclus. vt in Beneficiis
591 iuris patronatus † laicorum, seu mixti, sicut non cadit expressa reseruatio, ita nec tacita, quæ resultat ex appositione manus Papæ. Ita fuit resolutum in vna Firmana Beneficij 13. Maij 1596. coram Illustrissimo Pamphilio, vt in sequenti decisione: Fuit dictum Cæsarem ad iustificant gratiam centum florenorum, & ex inspectione actorum apparere illam non esse iustificatam, cum enim Fabius alter plene probauerit intentionem suam, docendo de iure patronatus, & se fuisse præsentatum in tempore à veris patronis, vt apparet ex decision. factis coram D. Blancheto, à quo etiam institutionem accepit, tenetur Cæsar, licet reus, & possessor, qui excepit de derogatione iuris patronatus, plene iustificare suam exceptionem, in qua dicitur alter, Aymon. cons. 225. numer. octauo & fuit resolutum coram D. Orolen. 24. Nouemb. in causa Cæsaraugustana Parochialis, & consequenter, cum fundet se in gratia centum florenorum, & vtatur derogatione iuris patronatus in ea posita ad excludend. intentionem Fabij alterius, tenetur illam iustificare, vt derogatio sibi suffragetur, ex vulgari regula, quod omnia narrata, tanquam pars gratiæ sunt verificata, lea. Andr. Gemin. numer. octauo. Francus 17. in capit. primo de litis contest. in 6. & Ægid. decis. 26. Felin. in cap. ad aures colum. 3. & in cap. constitutus in princip. de rescrip. & hoc procedit, etiam quando versamur in gratia authoris, quia cum Cæsar ad excludend. Fabium indigeat iure, & gratia sui authoris, tenetur illam verificare, quando prout hic, non fuit triennalis possessor, & eius ius reuocatur in dubium, Ægid. decis. 112. Cassador. decis. 2. num. 1. de causa possess. Rebuff. in praxi. tit. de subrogatione n. 55. Verallus decis. 92. lib. 1. in manuscriptis, & similiter, quando reus excepit de iure tertij ad excludend. intentionem actoris, tenetur illud iustificare perinde ac si principaliter fuisset deductū, vt tenuit Rota in causa Gerunden. Capellaniæ 17. Decemb. 1574. coram D. Lancellotto. Et tunc fuit dictum, idem fuisse resolutum in vna Hispalen. Canonicatus coram D. Aldobrandino 17. Maij 1557. Non obstant deducta, contra præsentationem Fab., nam, quod dicitur illam fuisse nullam propter appositionem manus Papæ, iuxta c. vt nostrum, de appellat. non procedit in Beneficio iuris patronatus laicorum, in quo non cadit tacita reseruatio, quæ resultat ex appositione manus Papæ, sicut non cadit expressa, Lapus allegatione 84. nu. 6. per totum, Gemin. in cap. 2. num. 12. de Præbend. in 6. vbi Francus num. 8. quod habet locum etiam in iure patronatus mixto, quia qualitas laicalis præseruat ab affectione, Collectarius in cap. ex tenore, num. 4. de concess. Præbend. Mandos. regul. 1. quæst. 10. num. 8. Crescen. decis. 56. Achill. decis. 3. de iure patron. Puteus decis. 125 libro 3. & fuit resolutum coram Orolen. in vna Valentina Beneficij Sancti Iacobi, de anno 1576. quod dicitur, Fabium fuisse præsentatum tantum à medietate patronorum, alia medietate neminem præsentante, non obstat, cum ius patronatus, tanquam indiuiduum resideat penes quemcumque patronum insolidum quoad omnes eius effectus, & consequenter vnius præsentatio tribuit ius ad petend. institutionem, etiam quod alij non præsentent, nec vtantur iure suo gloss. verb. diuisi in cap. 1. & ibi Abb. num. 7. & alij de iure patro. & ideo sufficit Fabium fuisse præsentatum à sola medietate, vt potuerit institui, maxime, cum alij non præsentauerint, & præsentatio à patrono censeatur facta communi nomine, Feder. de Senis consil. 102. in fine, Abbas consil. 54. sub num 3. lib. 1. Ruinus consil. 50. num. 10. libro 1. Puteus decis. 298. in fin. lib. 1. non obstat, quod Fabius obtinuerit gratiam, si neutri, quia non ideo dicitur renunciasse suæ præsentationi, cum notissimum sit in Beneficialibus admitti multiplicationem titulorum, & aliquem posse pluribus titulis iuuari, capit. post concessionem, de concess. Præbend. Cassador. deci. 2. 1. numer. quinto super regulis, & decis. 3. de causa poss. in fin. Verallus decis. 280. lib. primo in manuscriptis & nouissime posthæc tenet Gonçalez gl. 52. num. 54.

Est autem ius patronatus laicorum, † quod alicui, siue laico, siue clerico non ratione Ecclesiæ, sed ratione proprij patrimonij competit, gloss. in Clementina plures. verb. præsentare de iure patronatus. Felinus tract. quando litera Apostolica, ampliatione 5. Hier. Paulus in pract. Cancellariæ, versic. in causa mea. Maioricen. Rochus d. versic. ius, quæst. 7. num. 15. Lambert. 1. part. lib. 1. quæst. 1. artic. 5. Rebuf. in praxi 3. par. signaturæ, verb. necnon iuris patronatus, n. 7. & tit. de præsentatione n. 7. Corral. de Benefic. 4. part. c. vltim. n. 8. Duarenus lib. 5. c. 4. Couarr. cap. 36. pract. n. 2. Didac. Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinamenti, Hoieda de incompatibilitate, cap. fin. num. 113. Spino glossa 4. num. 15. Granutius ad Simonetam. quæst. 9. numer. 11. Mascard. de probat. conclus. 960. num. 9. Flam. Paris. libro 2. quæstion. 4. num. 40. & Zauallos, q. 282. num. 8. & alij, & vt inquit Rebuffus d. tit. de præsentatione num. 7. si non appareret attenditur ius successionis, nam si illud per successionem deferatur, præsumitur laicum, quia iura Ecclesiastica iure successionis non dantur. 592

Sed dubitatur, † quando clericus Beneficiatus ex bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, ac redditibus Beneficiorum fundat, seu dotat aliquam Ecclesiam seu Capellam, aut Capellaniam relinquendo, & nominando patronos suos hæredes, vel consanguineos an tale ius patronatus censeatur laicale, an Ecclesiasticum? In quo videtur certum esse Ecclesiasticum ex suppositione facta, quod fundatio, seu dotatio facta est ex bonis Ecclesiasticis, & non patrimonialibus, Felin. in c. ex literis de const. n. 4. Rochus d. verb. ius, num. 18. Lamber. 1. part. li. 2. q. 8. art. 7. Rebuffus in praxi d. verb. necnon iuris patronatus, num. 8. Mandos. d. reg. 1. q. 10. num. 6. & d. tit. de derogatione 593

iuris patron. verſ. primus eſt, & ſeqq. Couarr. d. c. 36. n. 2. Hoieda d. c. fin. n. 113. Spino d. gloſſ. 4. n. 16. Maſcard. dict. concluſ. 560. Flam. paril. dict. quæſtione 4. num. 39. & Cauallos ſupra Achill. deciſione 214. ſeu primo de iure patron. Creſcen. 9. eodem tit. puteus deciſ. 228. lib. 2. & 90. lib. 3. & Mohed. deciſ. 9. de iure patronat. alias 312.

Ex quibus apparet, quod quoties ex bonis Eccleſiaſticis Eccleſia fundatur, conſtruitur ſeu dotatur, ius patronatus eſt Eccleſiaſticum, & agunt, quid in dubio dicendum ſit, quando non conſtat, ex quibus bonis fundatio, conſtructio, ſeu dotatio facta eſt, & ſequitur Gonçalez gloſſ. 18. à n. 107.

594 Ego tamen cogitabam, † id procedere inſpecto iure communi, ſecundum quod Clerici non poſſunt teſtari de bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ, ſed Eccleſia, ſeu ſucceſſor in Beneficio ſuccedere debeat in eis *cap. 1. cum ſeqq. de peculio Clericorum capit. cum in officiis, cap. relatum 2. cum aliis de teſtam.* de quo ſupra *2. parte cap. 1. à numero* 8. vnde erat in iure patronatus acquiſito ex fundatione, ſeu dotatione facta ex bonis Eccleſiaſticis, vt pertineret ad Eccleſiam, & ſic ad ſucceſſores in Dignitate, vel Beneficio, nec poſſet talis fundans, vel dotans, ſibi vt priuato, nec conſanguineis, aut aliis illud applicare, cum acquireretur Eccleſiæ, gloſſa per text. *ibi in cap. Apoſtolicos, in fin. verb. conſtruxiſſe. 12. quæſtione 2.* Abb. *in capitulo tertio de Eccleſiis ædificand. numero* 12. Felinus *in capitulo cum venerabilis numero 37. verſicul. & adde. de except.* Rochus *dict. numero decimooctauo & verb. Eccleſiam fundauit. numero octauo, & verb. dotauit. nu.* 16. paul. de Citadinis *de iure patron. 3. parte cauſa 1. numero* 81. late Lambert. qui alios refert *dict. art.* 7. & ſic tale ius patronatus eſt Eccleſiaſticum, & ideo Rota *in dictis deciſionibus* Achillis Creſcentij, putei, & Mohedani cenſuit ius patronatus à Clerico Beneficiato, qui Capellaniam fundauit, relictum ſuis hæredibus, aut conſanguineis, cenſeri laicorum, ex quo eis fuit relictum in fundatione, & erant in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ſic præſumitur fundatum ex bonis patrimonialibus, nam alias non poſſet illis relinqui, nec fuiſſent admiſſi ad præſentandum iuxta dicta, refert Mandoſ. *dict. tit. de derogatione iuris patronatus verſic. quæro.* N. Presbyter, & ſequitur Gonçalez *d. gloſſ. 18. à n.* 107. & ſimiliter in vna Piſana, in qua Archiepiſcopus reliquerat quędam prædia Capellæ poſitæ in Eccleſia Piſana, referens ea prædia empta de propriis pecuniis, & relinquens ius patronatus hæredibus ſuis, de anno 1526 fuit pro maiori parte reſolutum eſſe ius patronatus laicale ex fundatione, vt apud Gambarum *deciſ. 53. in manuſcriptis*, & refert Mandoſ. *d. tit. de derogatione iuris patronatus à verſicul. pro præmiſſorum declaratione in vltima editione*, & vbi *in verſic. quintus caſus, in fin.* dicit, *Domini de Rota pro maiori parte tenuerunt eſſe ius patronatus Clericale*, eſt erratum, & debet dicere, *laicale*, vt apparet ex ſequẽtibus, at cum in Hiſpania ex generali conſuetudine Clerici poſſint teſtari de bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ, & in illis eis ab inteſtato ſuccedatur, ſicut in bonis patrimonialibus, vt diximus *d. c. 1. 2. parte*, videtur dicendũ, quod, ſi Clericus Beneficiatus ex bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis fundet, ſeu dotet aliquam Eccleſiam, ſeu Capellam aut Capellaniam, poterit ſibi, & hæredibus, ſeu conſanguineis applicare ius patronatus, ſicut poſſet ſi de bonis patrimonialib. id feciſſet, & quod ſi de iure patronatus nihil diſponat, ſpectabit ad eius hæredes, non vero ad Eccleſiam, & conſequenter iſtud ius patronatus, non Eccleſiaſticum, ſed laicale cenſeri debet.

595 Quod etiam videtur militare † in Epiſcopis habentibus indultum, & facultatem teſtandi à Papa, fundantibus ius patronatus ex bonis acquiſitis ex Epiſcopatu, & ita videtur in Hiſpania receptum, ſæpe enim Clerici fundant, & dotant Capellanias ex bonis acquiſitis ſuis Beneficiis Eccleſiaſticis, & relinquunt ius patronatus ſuis conſanguineis, approbantibus Ordinariis, & nunquam tali iuri patronatus contradicentibus, & ad eorum pręſentationem fit inſtitutio talium Capellaniarum, in quocunque menſe vacent.

596 Imo, quamuis Epiſcopi † non poſſint teſtari de bonis ex Epiſcopatu acquiſitis, tamen cum inter viuos fundant, ſeu dotant aliquam Capellam, ſeu Capellanias, quod ſæpe accidit in Hiſpania, ſolent relinquere ius patronatus ſuis conſanguineis, aut aliis ſibi bene viſis, abſque eo, quod Eccleſia, ſeu ſucceſſor in Epiſcopatu, vel Camera Apoſtolica ad quam bona relicta ſpectãt, in eo ſuccedat, aut ſe intromittat, & ideo, ſtante hac conſuetudine, etiam iſtud ius patronatus conſanguineis laicis relictum, videtur cenſendum laicale, quia, vt dicit Mohedan *deciſione 9. in fin.* ius patronatus laicorum dicitur, vbi præſentat laicus, quæ mihi ſatis probabilia videntur, quamuis à nullo authore aſſerta, ſeu tacta inueniam.

597 In quorum confirmationem † facit reſolutio in cauſa Piſtorien. Decanatus, de anno 1554. coram D. Montisflaſconen quam adducit Guidobonus, *deciſ. 118. in manuſcriptis*, in qua fuit reſolutum. *Quod erecto Beneficio de iure patronatus laicorum, in titulum Dignitatis Decanatus reſeruato iure patronat.' ipſius Decanatus pro quatuor vocibus patronis Beneficij, & pro quinta parte Fratri laico ipſius poſſeſſoris Beneficij, conſentientis erectioni, & dotẽ augentis de propriis bonis, ſibi ab eo collatis, iſtud ius patronatus non eſt mixtũ, ſed pure laicorũ, ex fundatione, & dotatione, nã quoad quatuor voces, Domini dixerunt, ſæpius tentũ, quod ſi conſtat Beneficium eſſe de iure patronatus, prout in iſto caſu, ſemper præſumitur, ex fundatione, & dotatione, ſecus, ſi de illo non conſtat, ſed patroni ſunt in quaſi poſſeſ. præſentandi, & inhærendo huiuſmodi quaſi poſſeſſioni præſentauerũt, quia tunc præſumitur ex vſurpatione, vel priuilegio, niſi talis quaſi poſſeſſ. ſit vltra centũ annos, quia eo etiã caſu præſumitur ex fundatione, & dotatione, quoad quintam vocem, quamuis clericus dotaſſet, etiam de bonis quæſitis intuitu Eccleſiæ, ex quo in erectione ius patronatus reſeruatur laico Fratri ipſius Clerici, non poteſt dici clericorum, nec curandum eſt, vnde proueniat dos, quãdo ius patronatus datur laico, ſecus ſi daretur ipſi Clerico, quo caſu intraſſet dubium, an dotaſſet de bonis propriis, vel ab Eccleſia prouenientibus? vt per Rochum*, verbo ius, quæſtione 7.

598 Secundo dubitatur, an ius patronatus competens † ſeu relictum operariis, id eſt, præfectis fabricę Eccleſiæ, ſeu œconomis Eccleſiæ (hiſpane Mayordomos) qui ſolent eſſe laici, ſit laicale, an Eccleſiaſticum? in quo Felin. *d. tract. quando litera Apoſtolica, limitatione* 4. tenet eſſe laicale, ex quo illi ſunt laici, & non habent habitum religioſum, nec gaudent priuilegio fori, & Canonis, quod etiam extendit ad Hoſpitalarios, id eſt, adminiſtratores Hoſpitalium, ſequitur Selua *3. parte q. 11. 12. qualitate, 4. fallentia n.* 23. ſeu 60. & idem videtur tenere Couarr. *d. cap. 36. num.* 8

599 Contrariam tamen ſententiam, nempe, quod † ſit Eccleſiaſticum, tenent Hieron. Paulus *in practic. Cancell. d. verſic. in cauſa mea Maioricen.* & Lambert. *1. part. 1. lib. q. 4. 1. art. 10. n.* 6. ex eo, quod, licet ſint laici, tamen eis competit ratione officij, & adminiſtrationis bonorum Eccleſiæ, & ſic iſtud ius patronatus non prouenit ex eorum perſonis, ſed ex ipſa Eccleſia, & inquit Hieronym. Paulus, iſti, quamuis laici, quoad hanc adminiſtrationem, habentur pro perſonis Eccleſiaſticis, & repræſentant perſonas Eccleſiaſticas, quæ de iure habent curam fabricæ, & adminiſtrationis bonorum Eccleſiæ, & ſic ratione officij, & vti tales adminiſtratores, poſſunt conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, & in hanc ſententiam Hieron. Pauli inclinat, Maſcard. *d. concluſion.* 960. *num.* 14. eandem ſententiam tenet Rebuffus *in praxi, titulo de præſentatione, num.* 6. dicens, quod ius patronatus competens æditui, ſeu operariis Eccleſiarum laicis, dicitur Eccleſiaſticum, quia ratione Eccleſiæ eis competit, etiamſi ſint laici, & ſequitur Gambarus *de officio Legat. lib. 5. numero 390. & 414.* qui tamen *numero* 382. intelligit doctrinam Felini, quando illi præfecti fabricæ ſunt laici, & non deputati, vel confirmati authoritate Epiſcopi. Sed meo videri ſufficit eſſe deputatos à Parocho, vel ab aliis, ad quos de conſuetudine pertinet, & indiſtincte verior mihi videtur hæc ſententia, nam & iſti, tanquam patroni Eccleſiaſtici, habebunt, non quadrimeſtre, ſed ſemeſtre ad præſentandum, & ita in vna Salamantina Capellaniæ del Voto 5. Iulij 1593. coram D. Pamphilio mihi adducta, *6. parte cap. 1. 4. numero* 41. fuit dictum illam Capellaniam, cuius patroni erant Parochus, & œconomus Eccleſiæ, qui erat laicus (*hiſpane el Cura, y el Mayordomo de la Igleſia*) eſſe iuris patronatus Eccleſiaſtici, & vti talem fuiſſe comprehenſam ſub regul. *... 8 menſium, &c.*

600 Et idem mihi verius videtur in iure patronatus † ſpectante ad Hoſpitalarios, id eſt, adminiſtratores Hoſpitalium, etiam laicos, quando Hoſpitale fundatum eſt, ſeu approbatum authoritate Epiſcopi, vt tenet Lambert. *ſupra num.* 7. & etiam Gambarus *d. lib. 5. num. 413. & ſeqq.* qui docet, quod, quamuis ius patronatus fraternitatum laicorum, ſit laicale, de quo ſtatim dicemus, hoc tamen limitat, quando hoc ius competeret fraternitatibus, vel aliis Collegiis laicorum, ratione alicuius rei, quæ eſſet Eccleſiaſtica, vel locus pius, vt quia fraternitati commiſſa eſſet cura Hoſpitalis, vel fabricæ Eccleſiæ, ratione cuius tale ius competeret, hoc, inquit, Eccleſiaſticum iudicarem, cum tales ea de cauſa ſubſint iudici Eccleſiaſtico *à ... de S... Epiſcop. § ...*, & facit, quod tradit Bald. *in l. ſi quis ad declinandum, C. de Epiſcop. & Cleric. colum. 11. verſic. deinde quæro*, & intelligit Gambarus *de Hoſpitali erecto authoritate Epiſcopi iuxta dicta ibi numero 382. & lib. 5. rubric. de poteſtate Legati, circa Hoſpitalia, numero* 33.

601 Et faciunt quæ tradunt Felin. *in cap. de* † *quarta de præſcript. à num.* 2. Balbus *de præſcript. 1. part. 5. partis in princ. num.* 6. Selua *de Benefic. 2. part. quæſt. 6. num.* 8. Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſæ in præfatione, verſiculum reliquum, & ſeq.* id quod plerique Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. ſi in ..., verſic. an in alienatione.* Anton Gabr. *de cauſa pia, concluſ.* 2. Gamar *deciſ. ... numero* 6. & ibi Additionator Flores de Mena. *& quæſt. 11. à numero* 171. Ioſeph. Ludou. *deciſ. 30. numero 6. & 7. & deciſ. 91. numero 36. & 45.* Recopil. *... Eccleſia, rubric. 17. & rubric. 33. caſu 12.* Pailla *in l. ſi aquam. Cod. de ſeruit. & aqua, numero* 46. Ioann. Gutierrez *canon. quæſt. lib. 1. capitulo 35. num.* 29 Azeuedo *in l. 2. tit. 2. lib. 4. recopil. à num. 16. & in l. 1. tit. 12. lib. 9. num.* 4. Maſcard. *concluſ.* 869. Solis *de cenſib. lib. 2. cap. 3. num.* 11. A. Rochus, *de viſitatione, verb. Hoſpitalia*, Zerola *in praxi Epiſcopali, 1. part. verb. Hoſpitale § 3. 2. dubio*, & Syluest. *in ſumm. verbo Hoſpitale, n.* 2. & alij, qui dicunt, quod Hoſpitalia erecta authoritate Epiſcopi ſunt loca pia, & religioſa, & gaudent priuilegiis Eccleſiarum, vt *in cap. ad hæc, de relig. domib.* vnde etiam gaudent immunitate, vt per Remigium de Gonni, *de immunitate Eccleſiarum, ampliatione* 17. plura aſſerentem, Couarr. *lib. 1. variar. cap. 20. num.* 4. Padillam *ſupra num.* 49. D. Paz *in praxi 1. tom. 5. part. cap. 3. § 3. num.* 17. Maſcard. *d. concluſ. 869. num.* 18. & alios, quamuis Flores *dict. quæſt. 11. num.* 176. dicat, quod ſi non haberet Eccleſiam annexam in forma ſolemni Eccleſiæ, non daretur immunitas confugientibus ad Hoſpitale, & ita colligere ex Remigio *ſupra*, qui tamen id non dicit. Et facit etiam, quod tradunt Laſarte *de decima venditionis, cap. 19. numero* 90. & Gironda *de Gabellis 7. part. num. 43. & 66.* qui dicunt, quod ex venditione bonorum Hoſpitalis per Epiſcopum approbati non debetur gabella.

602 Quinimo, & ſi Hoſpitale non ſit erectum, † aut approbatum authoritate Epiſcopi, idem exiſtimo, nam, licet non ſit locus religioſus, & ſacer, & ſic non gaudeat immunitate, vt per Remigium, Couarruu. & Paz, ibi, & Cabedo *deciſ.* Luſitana 204. p. 1 adhuc videtur eſſe locus pius, & de iuriſdictione Eccleſiaſtica & gaudere priuilegiis Eccleſiæ, cum cauſa pietatis ſit inſtitutum, *cap. de Xenodochiis, de relig. domib. l. omnia priuilegia. C. de Epiſcop. & Clericis authent. hoc ius porrectum C. de ſacroſ. Eccleſ.* vt videntur tenere Paunus, *de offic. & poteſtat. Capit. ſede vacante, 1. quæſt. 2. part ſub num.* 5. & Euerar. *in topicis iuris, in loco ab Eccleſia, ad pia loca, & in loco à muneribus ad Eccleſiam, num.* 4. ſequuntur Menochius *de recuperand. poſſ. remed. 15. num. 22. 23. 36. & 37.* Sfortia Odus, *de in integr. reſtit. 1. part. quæſt. 5. art. 5. & 6.* & alij, quos congerit, & videtur ſequi Tiraq. *in dict. præfation. verſicul. ſed aliquando dubitatur*, & Ioann. Gutierrez *dict. numero trigeſimo-nono in 2. editione*, tenet idem in effectu, cum Menochio & Sfortia, nam refert ſe ad dicta, numero vigeſimotertio, dicendo, *intellige niſi in caſu ſupra* numero 23. *poſito*, & nouiſſime ſequitur Caſtillo, *de vſufructu capitulo 54. numer. 24.* & eſt *lex partitæ 1. titul. 12. parte* 1. quod maxime procedit ſtante S. Concilio Triden. *ſeſſion. vigeſimaſecunda de reform. capitulo octauo & nono* quæ habent locum, etiam in Hoſpitalibus, & locis piis priuatis, nec Eccleſiaſtica authoritate inſtitutis, vt S. Congregat. Concilij cenſuit, quamuis tunc plures contrarium, teneant Gambarus *dict. libro quinto rubr. de poteſtate Legati, circa Hoſpitalia numero trigeſimotertio* & citati ſupra *numero* 601. & per Tiraquell. *d. verſic. id quod plerique* & per Anton Gabr. *d. concluſ. 2. de cauſa pia.*

603 Qui tamen *ibi, numero* 7. † inquit limitari forſan poſſe communem, quod Hoſpitale non cenſeatur locus pius, quando non eſt fundatum authoritate ſuperioris, vt illa procedat, quando Hoſpitale non eſt perpetuum, & poteſt Dominus illud reuocare, ſecus vero, quando eſſet perpetuum, ex Baldo, & Petrino, & propterea mortuo illo, qui Hoſpitale erexit, quia non poteſt amplius pœnitere, nec Hoſpitale erectum reuocare, tunc debet dici

locus pius, & non priuatus, ex Abbate, & Socino ab eo relatis, *numero* 8. Quod etiam tenent Ioann. Lupus Decanus Segobien. de libertate Ecclesiastica 1. *parte quaest.* 16. *numero* 5. *&* 6. A. Rochus *supra*, & Zerola §. 1. 2. *&* 3 Flores *dict. quaestion.* 21. *numero* 179, *& sequentibus.* & Mart. Antonius Genuen. *in praxi Archiepiscopalis curiae Neapolitanae, capitulo* 17. & videntur tenere Selua *dict. quaest.* 6. *&* 7. *&* 26. Salazar *de vsu, & consuetudine cap* 8. *numero* 34. *&* 35. & Mastardus *dict. conclusione* 869. *num.* 54. quae distinctio, & concordia mihi placet, quamuis primam sententiam indistincte teneant autores pro ea relati *num.* 620. maxime Sfortia *articulo* 6 *num.* 48. *&* 49. qui ait, quod licet, vbi viuerent fundatores, possint huiusmodi Hospitalia reuocare, Tobias *concilio* 61. *a numero* 3. Selua *dict. numero* 6. *&* 7. & Armilla *verb. Hospitale, num.* 1. tamen hoc non tollit, quin interim dici possint loca pia, vel saltim causa pia, seu opus pium, & quaelibet causa pia gaudet priuilegiis, quibus gaudet Ecclesia, vt ex communi tradit ipse *dict. art.* 5. *a nu.* 31. post Tiraquell. *dict. tract. de priuilegiis piae causae, priuileg.* 140. & Syluestr. *verb. legatum* 4. *num.* 5.

604 Tertio dubitatur, † an ius patronatus confraternitatum laicorum, vt disciplinatorum, &c. Hispane Cofradias, sit laicale, an Ecclesiasticum? in quo Felin. *dict. tractat. quando litera Apostolica limitatione* 4. tenet esse laicale, sequitur Rochus *de iure patronat. verb. iu., numero* 17. & Gambarus *d. libro* 3. *numer* 412. *& seq.* ratio eorum est, quia sunt laici, nec habent habitum religiosum, nec gaudent priuilegio fori & Canonis, & sic istae fraternitates non possunt dici Ecclesiasticae, nec pium Collegium, sed saeculares, seu laicales, & vti tales debent conueniri coram iudice laico, Bart. *in l. cum senatus, numero* 4. *ff. de rebus dub.* & post alios Felin. *in cap.* 2. *ad fin. de foro compet.* Anton. Gabr. *d. tit. de pia causa, conclus.* 1. Auiles *in cap. praetorum* c. 2. *vers. in consideration. nu.* 10. & relati per Tiraq. *in d. praefatione versic. contrarium tamen.* Rodoa *de rebus Ecclesiae Rubrica* 33. *casu* 15. & Nauarr. *cons.* 5. *de foro compet.* & tenentur ad solutionem gabellae Gironda *de gabell.* 7. *p. nu.* 41. cum Auend. de exequend. Mandos. 2. *part. cap.* 14. *numer* 32. candem sententiam in proposito tenet Couarruuias *d. cap.* 36. *pract. num.* 8. dicens hoc ius patronatus esse laicorum, nam etsi confraternitas causa pietatis instituta adhaeret, & sit affixa alicui Ecclesiae, ipsi tamen, ex quibus Collegium hoc & Vniuersitas constat, & ad quorum suffragia praesentatio fit, sunt laici, & ad hanc Vniuersitatem laicorum praesentatio pertinet non ad Ecclesiam, nec aliquam Ecclesiasticam Dignitatem, inquit quae in Hispania nō admittit derogationes, quae fiunt in praeiudicium praesentationis quae ad haec Collegia pertinet. & Couarr. sequitur Fuscus *de visitatione lib.* 2. *c.* 14. *num.* 12. candem etiam sententiam tenuit Rota in vna Valentina Beneficij 6. Octob. 1576. coram D. Robusterio quae est *prima part. diuersorum dec.* 574. in qua tenuerunt Domini, quod *ius patronatus istis fraternitatibus relictum dicitur laicale, etiam quod sint sub nomine alicuius sancti, & etiamsi adhaereant alicui Ecclesiae ex Felin. & Rocho, & Couarr.* supra, *nam ex quo confratres sunt laici saltem pro maiori parte, confraternitas non est Ecclesiastica, sed saecularis, & ita fuit alias resolutum in vna Pistorien.* 21. *Maij, &* 21. *Iun.* 1565. *coram D. Sarmiento, &c.*

605 At Lambertus 1. *p.* † 1. *lib.* 9. 1. *art.* 10. *n.* 4. *&* 5. docet opinionem Felini procedere, quando confraternitates non sunt affixae alicui Ecclesiae, quia tunc, vt laici censentur, quando vero sunt affixae, seu annexae alicui Ecclesiae, tunc earum ius patronatus esse Ecclesiasticum, quia, licet ipsi confratres sint laici, & ex sua persona non dicantur patroni Ecclesiastici, tamen quatenus faciunt Collegia, quae Ecclesiis adhaerent, bene dicuntur patroni Ecclesiastici. *arg. cap. quanto de iudic.* & quae ibi notantur. & ita inquit n. 6. videmus hodie obseruari, quod tales fraternitates pro rebus communibus ipsius fraternitatis conueniuntur coram iudice Ecclesiastico, & non coram laico, quia fraternitas ipsa est annexa Ecclesiae, licet confratres ipsi de aliis eorum rebus, & delictis conueniantur coram iudice saeculari, quod sequitur Ioannes Gutierrez *dict. libro* 1. *can. quaest. cap.* 35. *numero* 24. nam istae fraternitates sunt loca pia, & religiosa, vt tradit *num. praecedenti, & num.* 25. idem existimat in omnibus confraternitatibus piis ab Ordinario Ecclesiastico approbatis, ex eius namque approbatione iam pietas causae clarius elucessit, qui etiam in proposito iuris patronatus videtur tenere cum Lambert. nam *numero* 30. ad illum se refert circa hoc.

Mihi in hac re † videtur dicendum, confraternitates laicorum causa pietatis institutas, & maxime ab Ordinario Ecclesiastico approbatas, prout esse solent, esse loca pia, & religiosa, & priuilegiis Ecclesiarum gaudere, & sic super earum rebus coram iudice Ecclesiastico esse conueniendas, Lambert. supra Redoa. *rubrica* 27. *num.* 17. & contra Hieronymum Gabr. *consil.* 162. *libro* 1. recte tradit Fuscus *d. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 4. *&* 5. Azeuedo *d. l. leg.* 10. *titul.* 1. *libro* 4. *recopil. a num.* 26. *& in dict. l.* 9. 1 *titulo* 18. *libro* 9. *a numero* 1. Solis *d. lib.* 2. *de censibus cap.* 3. *numero* 11. A. Rochus, *de visitatione, verb. laicorum, pag.* 77. Menoch. *d. remed.* 15. *de recuperand. n.* 36. *&* 37. Sfortia *d.* 1. *par. quaest.* 3. *artic.* 6 Ioan Gutierrez. *d. cap.* 35. *n.* 23. 24. *&* 25 & Castillo *d. cap.* 54. *de vsufructu. n.* 24. qui quatuor vltimi, maxime Sfortia, idem dicunt etiam si non sint fundatae authoritate Episcopi, nempe, quod sint loca pia, post plures relatos per Tiraquel. *d. praefatione, versic. sed aliis indistincte, & versic. contrarium tamen, & versic. legatum relictum fraternitatibus*, quod etiam videtur velle Azeuedo in *d. l.* 1. *a nu.* 1. & tenet Bobadilla *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 228. Licet male dicat Confraternitates esse fori Ecclesiastici mixte, si enim sunt loca pia, & gaudent priuilegiis Ecclesiarum, de foro Ecclesiastico solum esse debent, maxime, cum sunt ab Ordinario Ecclesiastico approbatae, & Flores *d. q.* 21. *num.* 190. *& seq.* ait Confraternitatem institutam ad pias causas, licet non sit locus religiosus, esse tamen piam causam, & gaudere Ecclesiae priuilegiis: & facit Concilium Trident. d. cap. 8. & 9. sess. 22. de reform. 606

Vnde in rigore videtur † verior sententia Lamberti quod ius patronatus istarum Confraternitatum sit Ecclesiasticum, nam quamuis Confraternitas sit vniuersitas laicorum, tamen ista Vniuersitas laicorum est locus pius ad minus, & de foro Ecclesiastico, & si est approbata ab Ordinario Ecclesiastico, non solum est locus pius, sed etiam religiosus, vt dictum est. Et ideo huiusmodi Confraternitates habebunt sine dubio semestre ad praesentandum, & non quadrimestre, nec poterunt variare sicut laici. 607

Ex aequitate tamen † ad effectum derogationis, & reseruationum, de quo hic agimus videtur istud ius patronatus Confraternitatem laicorum censendum 608

dum esse laicale, ex ratione D. Couarr. *supr. allata*, nec ad illum effectum huiusmodi Confraternitates esse Ecclesiasticas reputandas.

609 Et idem erit dicendum in iure † patronatus spectante ad Priores, seu officiales earum, qui solent esse laici, quamuis aliquando sit Clericus, vt *in d. decis.* 574. *n.* 8. *&* 9. vt verbi gratia in Confraternitate Abulen. Dominae nostrae de Sanfoles, in qua aliquis ex officialibus, seu patronis est aliquando clericus.

610 Si tamen ius patronatus relictum esset priori † alicuius Confraternitatis laicorum qui semper est, & debet esse persona Ecclesiastica, tale ius patronatus erit absolute Ecclesiasticū, pertinet enim ad Dignitatem Ecclesiasticam, quamuis in hoc contrarium videatur dici *in d. decis.* 574. *n.* 8.

611 Vnde in Confraternitatibus disciplinatorum huius ciuitatis Abulen. † quae sunt Sacrae passionis, & verae Crucis, & Transfixionis, in quibus sunt etiam Clerici, qui per se nominant, & eligunt suum Priorem, seu iudicem Clericum, ius patronatus relictum hinc Priori Clerico, seu ipsis Clericis Confraternitatis, & eorum Congregationi tantum, esset Ecclesiasticum absolute, cum non pertineat ad laicos, sed ad Clericos vt sic.

612 Et quod dictum est de Hospitalibus, † & Confraternitatibus, videtur similiter dicendum de Collegiis institutis pro sustentatione studentium pauperum, vel aliorum egenorum, quod sunt loca pia, & gaudent priuilegiis Ecclesiae, & de iurisdictione Ecclesiastica, & si sunt instituta, seu erecta authoritate Ecclesiastica, non solum sunt loca pia, sed etiam religiosa. Gironda *de gabellis,* 7. *p. nu. num.* 42 & Azeuedo *dict. l.* 10 *titulo. lib.* 4. *recopil. nu.* 26. *& l.* 1. *titul.* 18. *lib.* 6. *numer.* 3. & sic procedit quod dicunt Socinus, Barbatia, Rochus, & alij, quos refert, & sequitur Cardin. Albanus *in lucubrationibus ad Bart. in l. fin. ff. de Collegiis illicitis*, nempe, quod Collegium studentium reputetur Ecclesiasticum, licet maior pars sint laici, quamuis mihi non placeat quod ait Nauar. *consil.* 6. *de simonia*, quod committatur simonia in venditione locorum huiusmodi Collegiorum, licet enim Collegium sit locus pius, aut etiam religiosus, tamen illius loca, & Praebendae, nihil spiritualitatis habent, sicut nec etiam loca seu lecti Hospitalis, & doctrina Bartol. *d. l. fin. numer.* 13. quam sequuntur Abb. *in cap. ex literis de constit. nu.* 14. *& in cap.* 4. *de bono* & aliis dict. & Auffrer. *de potest. sec. Ecclesiastica super laicos, num.* 12. Couarruuias, *Practicar. c.* 14. *sub numero primo* & Azeuedo *d. l.* 10. *numer.* 16. de qua infra *cap.* 3. *numero sexagesimo* [illegible]. vbi alij citantur, quod ad iudicandum, an Collegium sit Ecclesiasticum, vel saecolare, inspiciendum est, an maior pars sit laicorum? & tunc sit saecolare, & laicorum sit maior pars, seu qualis sit Clericorum & tunc sit Ecclesiasticum, procedit in Collegiis non fundatis pro sustentatione pauperum, & sic causa pia, sed in Collegiis Doctorum, & Scholarium, non pauperum, seu in Collegiis aliquorum officiorum, & sic ius patronatus spectans ad praedicta Collegia pia pro sustentatione pauperū instituta, in rigore est Ecclesiasticum, licet ex aequitate ad effectum derogationis, & reseruationum, si maior pars est laicorum, videatur censendum laicorum, sicut de iure patronatus confraternitatum dictum.

613 Vnde infertur ad quaestionem † de subsidio imposito per Papam ad fauorem Regis nostri Philippi, super redditibus Ecclesiasticis, an huiusmodi Collegia debeant in eo contribuere de bonis suis temporalibus. & videtur dicendum, quod si sunt instituta, & erecta authoritate Ecclesiastica, nempe authoritate Apostolica, seu Ordinaria, debeant contribuere, ex quo sunt loca non solum pia, sed religiosa, seu Ecclesiastica, vt probatur ex verbis Bullae Pij IV. & V. super huiusmodi subsidio ibi, *super omnium & singularum Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Collegiatarum, & aliarum Ecclesiarum, &c. Capellaniarum Conuentualium, & aliarum mensarum fructibus, & redditibus, & prouentibus*, &c. quibus verbis comprehendi videntur bona Collegiorum authoritate Ecclesiastica erectorum, redditus enim cuiusuis communitatis, seu loci pij, dicuntur suae mensae, seu superioris *clem.* 1. §. *eadem quoque de supplen. negligentia Praelator.* ibi, *non applicent mensis suis*, vbi Card. & Bonif. *num.* 1. *Clem.* 2. *ibi mensa sua de rebus Ecclesiae*, & confirmatur exceptione facta à Papa de Hospitalibus actu Hospitalitatem seruantibus, quod non teneantur ad dictam contributionem, ex qua remanet impositio certa, & firma in omnibus aliis Hospitalibus acta eam non exercentibus, & similiter in omnibus locis piis, & religiosis authoritate Ecclesiastica institutis, vt Collegiis pauperum, & confraternitatibus, quae etiam soluunt subsidium, vt in praxi videmus. Nam exceptio firmat regulam in contrarium, & eam declarat *l. nam, quod liquide, §. fin. de pen. legata cum aliis*, Eucrat *loco ab exceptione ad regulam*, Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 5. *numero* 4. Gonçalez *glos.* 54. *numero* 19 qui alios citant. Super quo modo lis pendet inter Collegium S. Bartholomaei Vniuersitatis Salmantinae, & Clerum dicti Episcopatus. Si vero praedicta Collegia non sunt instituta authoritate Ecclesiastica, sed priuata ipsorum fundatorum tantum, non videtur debere contribuere in dicto subsidio, quia licet sint loca pia, & gaudeant priuilegiis Ecclesiae, & de iurisdictione Ecclesiastica, non tamen sunt loca religiosa, & Ecclesiastica, sicut etiam non contribuunt eadem ratione opera pia, & Capellaniae non collatiuae ex quo fundantur authoritate priuata fundatorum tantum, & ita fuit obtentum, & iudicatum in fauorem Collegiorum S. Pelagij, & S. Michaelis dict. Vniuersitatis Salmantinae, quae non sunt fundata authoritate Pontificia, vel Ordinaria, &c.

Quarto dubitatur, an quando † ius patronatus est Ecclesiasticum, & laici, & facta est conuentio, seu concordia de alternis vicibus praesentando iuxta *Clem. plures §. & vt facilius de iure patronatus* in turno Ecclesiastici, censeatur Ecclesiasticum mere, & in turno laici, laicale mere. Et videtur, quod sic ad doctrinam Ioannis And. *in cap. cum illis §. fin. in fin. de Praebend. n.* 6. quam sequuntur Rochus *verb. ius, q.* 6. & alij, & ad decisionem Salamantinam alternatiuae infra adducta *n.* 708. 614

Vnde, si stando in turno † Ecclesiastici Beneficium vacaret in mense Apostolico, Beneficium caderet sub reseruatione, & nihilominus Ecclesiasticus consumeret suum turnum, tunc enim Papa prouidet loco illius, & alias fieret praeiudicium laicorū contra vero, si Beneficium vacaret in turno laici, non caderet sub reseruatione, & si prouideretur à Papa, cum derogatione iuris patronatus mixti, nō haberet locum derogatio ad *decisionem* Achillis 315. seu 2. *de iure patro.* & Putei 107. *lib.* 3. & alia adducta *num.* 709. nec contra id, quod dixi, quod prouisio Pa- 615

pę de Beneficio vacante in mense Apostolico consumat turnum Ecclesiastici, obest, quod prouisiones Apostolicæ non consumunt turnum, Rota *decisione* 21. *de Preben.* alia 190. *in antiquis & in d. decisione* Salamantina alternatiuæ, & in alia Salamantina Portionis 16. Maij 1603. coram D. Iusto Gonçalez *glos.* 45. §. 1. *num.* 31. nam id procedit data æqualitate: nempe, quando respectu vtriusque potest intrare reseruatio, vt in turno Episcopi, & Capituli, de quo ibi, secus vbi reseruatio intrat respectu vnius, & non respectu alterius, vt in proposito de turno patroni Ecclesiastici, & laici; nam si prouisio Papæ non consumeret turnum Ecclesiastici, fieret pręiudicium laico, vt dixi, Cosmas *in pragmatica sanctione, titulo de collat. §. item, quod omnia, verb. faciendæ, in fin.* probus ad Monach. *in cap. cum in illis, de Preben. in 6 n. 61.*

616 Quinto dubitatur, quando laicali vacante † Ecclesia, seu Beneficio nominant Rectorem, quem Capitulum, seu persona Ecclesiastica præsentat Episcopo, vel è contra, penes quem sit ius patronatus in isto casu, & sic, an Ecclesiasticū, an laicale? In quo Gambarus *d. lib. 5. de offic. Legati à nu. 392.* cum Collectario tenet tale ius esse apud eos, qui nominant, non autem qui præsentant, & sic laicos nominantes potius dici patronos, cum præsentans sit magis procurator, quam præsentator, quia eius actus non est liber, sed necessarius, &c. licet contra teneant Io. Dōmin. & Francus. *num. 4. in cap. cum in illis. §. si vero de Preband. in 6.* Et sententia Gambari mihi placet; nam in isto casu, qui nominant non habent solum consentire, sed potius præsentatio videtur ab eis facta, & si præsentans nollet nominatum pręsentare infra tempus, haberetur pro præsentato *argum. leg. 33. taurin. in fin.* & si patronus laicus deberet presentare cum consensu, seu de consilio Ecclesiastici, ius patronatus, quamuis sit apud laicum, non censeretur laicale: secus si cum consilio, quia tunc non tenetur sequi. Puteus *decis. 506. lib. 2.*

Vndecimo circa illa verb. *electionem, & quamuis*
617 *aliam dispositionem*, † de quibus Gonçalez *glos.* 19. *& 20.* vide dicta sup. *1. par. cap. vlt. à n. 15. & 32. & 4. par. cap. 1. à num. 6.*

618 Duodecimo, circa illa verba, † *quorumcumque collatorum*, notandum est comprehendi Beneficia ad collationem vnius tantum pertinentia, quia pluralitas resoluitur in suas singularitates. *l. falsa. §. fin. ff. de condit. & demonstr. cum aliis*, & ita cum Baldo *consil. 242. par. 5.* tradit in proposito Simoneta *de reseruat. quæst. 97.* & nouissime Gonçalez *glos. 11. à num. 1.* qui vsque ad *num. 17.* aliqua cumulat circa illam maximam, quod pluralitas resoluitur in suas singularitates.

619 Secundo notandum est, † quod ista verba rapiunt etiam collatores ex priuilegio, vel iure speciali, vt cum aliis tradit Simoneta *quæst. 68. numer. 2.* & Gonçalez *d. gloss. 11. numer. 18.* Quod tamen limitant Simoneta *num. 4.* & Gonçalez *à num. 19.* vt non procedat, quando ius conferendi non esset perpetuum, sed temporale, puta ex indulto, seu priuilegio ad certum tempus, seu ad vitam, vt ait Simoneta, concedente ius conferendi, quod ait bene notandum Gonçalez *numer. 31.* quia videtur singularis limitatio ad nostram regulam. quæ tamen limitatio mihi non placet, quia imo indultum conferendi Beneficia non comprehendit reseruata. Æmilius Falcon. *quæstione 4. principali effectu 6. numer. 9.* & Simoneta *quæstione 81. &* infra *cap. 3. n. 54.*

Et regula nostra in illis verbis, † comprehendit 610
tam ordinarios, quam extraordinarios collatores, Crescen. *decis. 10. num. 1. de Preben.* Gonçalez *d. gloss. 21. num. 32.* & collatores etiam ex fundatione, & etiam si in ea disponatur, quod non intret reseruatio, nisi Beneficium sit iuris patronatus laicalis, aut mixti, Gonçalez *d. glos. 21. num. 39.* & glos. 29. à numero 1.

Tertio notandum est, quod d. verbum, † *collato-* 621
rum, tanquam prolatum à lege comprehendit præsentatores, & electores, & alios dispositores iuxta dicta de verbo, *collatio, supr. 1. par. cap. vltim. num. 32. & 33.* & ideo regula nostra reseruans Beneficia pertinentia ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem quorumcumque, non dicit quorumcumque prouisorum, præsentatorum, electorum, & aliorum dispositorum, sed dumtaxat dicit collatorum, notat Gonçalez *gloss. 16. n. 1.*

Decimotertio circa illa verba, *& collatricum*, † 622
notandum est, quod quamuis masculinum concipiat in se fœmininum Socinus *reg. 255.* Tiraq. *de retract. Lignag. §. 1. gloss. 9. à num. 177.* Ant. Gabr. *concl. 6. de verborum signific.* & Baeça *de non meliorandis filiabus ratione dotis, cap. 11.* & sic sub *verb. collatorum*, comprehenderentur collatrices, quicquid Gonçalez dicat *gloss. 22. num. 9. & 10.* tamen maioris explicationis causa, & vt omnis dubitandi occasio cessaret, addita sunt ista verba *sicut*, & alia plura. Licet enim fœminæ de iure non possint Beneficia conferre, imo istius iuris sint incapaces, tamen ex priuilegio Apostolico possunt habere ius conferendi Beneficia. Gōçalez *d. glos. 22. à num. 13.* & dictum est, *1. par. cap. 2. numer. 53.* addo, quod sicut verbum, collatorum, comprehendit præsentatores, & alios dispositores, vt *num. præced.* dictum est, & sic verbum, *collatricum*, comprehendit præsentatrices, cuius iuris præsentandi fœminæ capaces sunt, etiam de iure, *cap. fin. de concess. preben.* vbi D. & dicitur infra *cap. vlt. à num. 142.*

Decimoquarto † circa illa verba, *secularium, &*
quorumuis ordinum regularium, notandum est, quod 623
sicut respectu Beneficiorum, quæ reseruantur, fit supra in regula nostra expressa mentio de secularibus, & regularibus maioris explicationis causa, sic etiam respectu collatorum, & collatricum, fit etiam expressa mentio de sæcularibus, & regularibus. Gonçalez *glos. 23.* vbi numerat collatores seculares, & regulares.

Decimoquinto, ex illis verbis, *non tamen* † *S. Ro-*
manæ Ecclesiæ Cardinalium, notandum est, quod cum 624
regula nostra expresse excipiat Cardinales, respectu eorum nulli sunt menses reseruati, vt supradictum est *à num. 34.* vbi vide, & si exceptuati non fuissent, regula hæc comprehenderet Cardinales, Crescen. *decis. 20. de Preben. à numer. 4.* late Gonçalez *gloss. 24. ex num. 13.* Et ista exceptio † intelligitur de Cardina-
libus ordinariis Collatoribus tantum, vt Cardinali- 625
bus Episcopis in suis diœcesibus, non autem de aliis Cardinalibus, etiam Legatis de Latere in suis Prouinciis, Crescen. *d. decis. 20.* & late Gonçalez *ibi 1. q. numer. trigesimooctauo*, & conducunt dicta infra *cap. 3. n. 53. & seq.*

Proceditque ista exceptio, etiam in Beneficiis,
seu Præbendis simultaneæ collationis Episcopi, † 626
& Capituli, cui ea prodest propter communionem iuris conferendi. vt dictum est supra *n. 35.* vbi adducitur decis. Hispalen. Portionis 19. Ian. 1594. coram
D. Pam-

D. Pamphilio, vbi ita fuit resolutum, & sequitur Gōçalez *d. gl. 24. q. 2. à n. 52.*

627 Sed quærit Gonçalez ibi 3. quæst. ex numer. † 61. an sicut ista exceptio prodest Capitulo, sic etiam in Beneficiis simultaneæ collationis reseruatis ei prosit indultum concessum Cardinali Episcopo, ad conferendum reseruata, & sic Capitulum debeat illa conferre simul cum Episcopo Cardinali, an vero Cardinalis habens indultum possit eius vigore conferre solus Beneficia simultaneæ collationis, & prodesse indultum Capitulo, nec virtute eius posse Cardinalem talia Beneficia solum conferre, tenet Rota *in d. decisio.* Hispalen. Portionis, vbi dicitur, *Quod virtute indulti, non magis potuit Archiepiscopus solus conferre quam sine eo potuisset, cum nihil de nouo tribuat, sed remoueat tantum obstacula reseruationum, & preseruat Ordinario tantum partem suam, quando collatio est ei communis cum Capitulo.* Cassador. decis. 3. in fin. de priuil. *Mohed.* decis. 24. *quæ est* 1. de priuil. in impressis. *Ioan. Paulus* decis. 28. cum aliis allegatis, sequitur Gonçalez, supra *à n. 66.* dicens, quod prædictum indultum nihil confert de nouo Episcopo Cardinali, sed solummodo remouet obstaculum, vt supra dixit *n. 24. & 25.* Et ideo ius conferendi remanet in eodē statu, prout ante reseruationem, & sicut tunc debebat fieri collatio per Episcopum, & Capitulum simul, sic etiam fieri debet post obtentum indultum, quod iurisdictionem non ampliat, ita vt quamuis diceret, quod conferebat vigore indulti, adhuc diceretur fieri collatio potestate ordinaria conferentis, Paris. *consi. 42. n. 5. vol. 4.* Ioā. Paul. *decis. 27.* Thom. Tribius *in decis. Veneta 54. n. 15. lib. 2.*

628 Sed ista sententia mihi non placet, & verius mihi videtur, † quod indultum non prosit Capitulo, sed eius vigore Cardinalis Episcopus possit solus conferre Beneficia simultaneæ collationis; nam indultum non tollit reseruationem, sed dat facultatem prouidendi perinde, ac si non esset reseruatio, vnde non fingit sublatum vinculum, sed aperit facultatem de reseruatis, ac si non essent reseruata. Cassidor. *dec. 8. de Preben.* nec Cardinalis Episcopus cōferens virtute indulti, confert vt Ordinarius, quicquid Gonçalez dicat, sed vt Delegatus, & Commissarius Apostolicus, & sic, si non prouidet infra semestre, fit deuolutio non ad Archiepiscopum, sed ad Papam, Cassad. ibi, & Crescen. *decis. 15. eod. tit. de Preben.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de prouisio. vers. in Beneficiis reseruatis.* Anastas. Germon. *de indult. Cardin. 9. volumine, n. 56.* qui etiam dicunt, quod tunc in Beneficiis reseruatis datur deuolutio. & dicitur *infra 10. par. c. 2. n. 10. & c. 3. n. 20.* & ita cū indultum non tollat reseruatio-
629 nem, non potest prodesse Capitulo, quod non potest reseruata conferre, nec obstat, † quod dicitur indulta nihil de nouo concedere, nec augere, seu ampliare facultatem conferendi, sed tamen remouere obstaculum reseruationis, vt etiam dicitur infra *cap. 5 num. 7.* quia intelligitur, quod per indultum non censeatur Cardinali data facultas conferendi Beneficia, alias non spectantia ad prouisionem ipsius, sed aliorum tantum, Bene tamen extenditur ad Beneficia spectantia ad prouisionem ipsius, & aliorum simul, etiamsi id non exprimatur, quia est fauorabile, & ampliandum vti concessum Ordinario collatori, iuxta dicta de alternatiua supra *num. 474.* quod tamen in indultis hodiernis exprimitur, in quib. dicitur, quod Cardinalis possit conferre quæcumque Beneficia ad suā, & cum alio, vel aliis, collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem spectantia ratione suæ Ecclesiæ Titularis, & Dignitatis Episcopalis, & Gonçalez *supr. n. 70.* Sed illa facultas quo ad Beneficia simultaneæ collationis censetur data, vt ratione suæ partis Cardinalis solus ea conferat, non simul cum aliis, ad quos etiam alias prouisio spectabat, quia illis non datur indultum, sed Cardinali. Et longe diuersum est in exceptione nostræ regulæ, quia tunc non intrat reseruatio, nec indultum, vt supradictum est ex *d. n. 34.*

Et de indulto Cardinalium videndus est † Anast. 630
Germonius *in d. tract. suo* de eis, vbi ponit, & explicat indultum Illustrissimi Cardinalis Hiero. de Rubere Archiepiscopi Taurinen. additque Gonçalez *d. gloss. 24. num. 72.* quod in indultis modernis ponuntur sex limitationes, & casus, ad quos non se extendunt: primus, de Beneficiis vacantibus in Romana Curia: secundus, quo ad Dignitates maiores, post Pontificalem in Cathedrali, & principales in Collegiatis: tertius, quo ad Beneficia regularia, consistorialia, vel Conuentum habentia, & quorum fructus in libris cameræ taxati reperiuntur: quartus quo ad Beneficia, quæ vacauerint per veros, & actuales familiares & continuos commensales Papæ, qui tam tempore Pontificatus, quam Cardinalatus, priusquam ad apicem Pontificatus assumeretur, fuerunt: quintus, quo ad commendas cessantes in Dignitatibus, seu officiis Claustralibus 6. & vltimus, ad Beneficia vacantia, tam in curia, quam extra illam per obitum familiarium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, iuxta formam constitutionis, seu regulæ Gregor. XIV. de anno 1591. editæ moderatoriæ indultorum eisdem Cardinalibus concessorum. Et quia aliquando, inquit *num. 75.* sunt ampliora & aliquando restrictiora huiusmodi indulta, Pontificum mutatione, & ad Cardinales amore, & affectione, erit semper illorū tenor diligenter inspiciendus, &c.

Quærit etiam Gonçalez *d. gloss. 24. quæst. 4. ex n. 78.* † Si Cardinalis Collator non contulit Beneficiū,
quod vacauit in mense alias Apostolico, infra sex 631
menses, ita quod sit locus deuolutioni ad superiorem, an tunc possit conferre Archiepiscopus, qui Cardinalis non est, seu alius ad quem de iure competit deuolutio? an vero solus Papa, tanquam Beneficium reseruatum: quod est quærere, an tunc deuolutio fiat ad Archiepiscopum, seu Capitulum, iuxta *cap. 2. de concess. Preben.* an vero ad solum Papā in qua quæstio. quæ certe parum habet difficultatis, plura pro vtraque parte adducit, & tandem resoluit deuolutionem fieri ad Archiepiscopum, iuxta terminos *d. cap. 2.* vt tenuit maior pars Rotæ *in decis. 774. lib. 3. par. 3. diuersorum*, quod mihi certum videtur, quia tale Beneficium nunquam fuit resolutum, cum regula nostra Cardinales ordinarios Collatores non comprehendat, sed eos excipiat, nec Beneficium per deuolutionem vacat de nouo, sed semper durat prima vacatio, & sic, cum à principio non fuerit reseruatum, ita remanet in perpetuum. Cassador. *decis. 8. de Preben. n. 3. & 8.* nec Cardinalis Episcopus potest dici exemptus ab Archiepiscopo, ad istum effectum deuolutionis, maxime, cum Beneficia ipsa nullo modo possint dici exempta ab Archiepiscopo, † nec refragatur *d. decisio 8.* Cassad. dicens, quod data negligentia Cardinalis in conferendo Beneficio reseruato vigore indulti, deuoluitur collatio ad solum Papam, de qua Gonçalez *gloss. 53. à nu. 37.* quia

ii, longe diuersa est, cum agatur de Beneficio reseruato, conferendo vigore indulti, quod semper remanet, & à principio fuit reseruatum vt supra dictum est.

Quærit etiam Gonçalez d. glos. 24. quæst. 5. à n. 108.
633 † an Cardinalis Episcopus possit conferre Beneficium, quod vacauit in mense Apostolico, ante eius promotionem in vita sui antecessoris, qui Cardinalis non erat: & breuiter concludit, quod cessante indulto non potest illud conferre, nam cum vacauerit de tempore, in quo Collator non erat Cardinalis, fuit semel reseruatum, & semper durat reseruatio, si vero dict. Cardinalis haberet indultum solitum, ad conferendum Beneficia reseruata, tunc illius vigore posset tale Beneficium conferre, si indultum caperet Beneficia iam vacantia, alias secus.

Deinde quærit è conuerso † 6. q. n. 110. an Cardi-
634 nali Episcopo decedente ante collationem Beneficii vacantis in mense alias reseruato, possit illud conferre Episcopus successor non Cardinalis, si à Papa iam præuentum non sit: & multis adductis tandem ait, quod sibi magis placet vltima sententia nempe, quod possit illud conferre, & quod secundum eam semel consultus pro veritate de simili casu, respondit: quia modernus Episcopus successit in locum defuncti, & sic eius iure vti debet. secundo, quia d. Beneficium vacauit tempore congruo, quando nulla aderat reseruatio, & sic Beneficium semel post vacationem liberum semper remanere debet liberum, vt supra dictum est n. 631. tertio, quia sicut in casu contrario quæstionis præcedentis, non potest conferre Cardinalis, ita è conuerso in isto potest conferre, successor, cum contrariorũ eadem sit ratio, & quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito, & econtra, &c.

Quæ quidem sententia † de plano procederet
635 non stante regul. 2. Cancellariæ reseruatoria Beneficiorum, quæ post obitum Episcoporum quomodocumque vacant, & vacabunt in futurum, ea vero stante non potest sustineri, sed est proculdubio falsa, nã eo ipso, quod Episcopus decessit, intrauit reseruatio d. regulæ, quæ semper loquitur cum verum sit dicere, quod tale Beneficium post obitum Episcopi vacat (quicquid Gonçalez dicat) Pannus de off. & potestate Cap. sede vacante 1. par. q. 10. n. 23. ibi etiam, si vacasset viuente Prælato, quia verum est dicere, quod etiam vacet eo mortuo, ex quo non prouidit donec vixit, & conducunt supra tradita sub n. 536. Vnde etiam
636 conuincitur doctrina eiusdem Gonçalez gloss. 15. §. 2. à n. 91 vbi ait, quod si hodie post d. reg. 2. Cancellariæ, vacaret aliquod Beneficium in mense ordinario Episcopo, vel Abbate viuente, & postmodum ante prouisionem in remotis partibus decedente, & illius Vicarius habens specialẽ facultatem conferẽdi post dictum obitum, ante illius notitiam tale Beneficium contulerit, collatio erit bona, & legitima, non obstante morte Episcopi, de quo notitiam non habuit vt alias dicitur infra cap. 8. numer. 175. neque in hoc casu non obstat dicta reg. 2. Cancellariæ, quia duntaxat loquitur de Beneficiis vacantibus, seu vacaturis sede Episcopali, vel Abbatiali vacante, non vero sede plena, vt scripsit d. glos. 24. sub q. 6. quæ doctrina est etiam falsa ex dictis, nam tunc verum est dicere, quod Beneficium vacat sede Episcopali, vel Abbatiali vacante, seu post obitum Episcopi, vel Abbatis & sic reg. intrat.

637 Quærit etiam Gonçalez d. Gloss. 24. 7. q. ex num. 122 an d. exceptio, & fauor nostræ regulæ, quod eius reseruatio nõ includat Cardinales absentes à curia, vel solum procedat in residentibus in curia ex reg. 7. Cancellariæ: & pluribus hinc inde adductis resoluit, quod loquendo de Beneficiis vacantibus in Diœcesibus, & Episcopatib. Cardinalium non annexis Cardinalatibus Cardinales absentes gaudent exceptione, & fauore nostræ regulæ, ita, vt indultum aliquod ad hoc necessarium non sit, & ita seruari videmus, quia regula nostra indistincte excipit Cardinales, & quod regula septima solum loquitur de Beneficiis vacantibus in Ecclesiis titularibus Cardinalium de vrbe, & in sex Episcopatibus Cardinalium antiquorum Cardinalatibus annexis, quæ non censetur in continenti corrigi per regulam nostram sequentem, l. nam ad ea, & ibi glossa ff. de condit. & demonstrat. & sic fauor nostræ regulæ non conceditur talibus absentibus, quia obstat reseruatio dictæ reg. 7. præcedentis, de qua supra à numer. 402.

Sed melius dic, † quod per hanc nostram regu- 638
lam, quæ absolute, & indistincte excipit Cardinales, non reseruantur Beneficia vacantia in quibuscumque Episcopatibus Cardinalium. quamuis vacantia in dictis sex Episcopatibus Cardinalium, antiquiorum, sint reseruata per dictam reg. 7. si sint absentes à curia, in quocumque mense vacent.

Quærit etiam Gonçalez d. glos. 24. 8. quæst. num.
151. an sicut regula nostra excipit, & non compre- 639
hendat Cardinales Collatores, similiter etiam non comprehendat Reges, & Principes Collatores Beneficiorum ex priuilegio Apostolico: & concludit, quod non, quia eo ipso, quod de eis non sit expressa mentio, non censentur comprehensi in reseruatione nostrę regulę propter altitudinem, & excellentiam eorum ex adductis per eum, & idem repetit q. 48. num. 5 non obstantibus verbis, Cuiuscumque Dignitatis &c. de quibus ibi.

Tandem quæritur † Gonçalez d. gloss. 24. 9. qu. n. 640
161 quare dicit regula nostra in dictis verbis, S. Romanæ Ecclesiæ: & respondet, quod ad distinctionem aliorum qui non sunt S. Romanę Ecclesię, veluti Cardinalium Compostellan. Aurien. Rauennaten. & Mediolanen. qui tamen sunt abusiue Cardinales &c. sed ego potius existimo ea verba non adid apponi, nam licet solum fieret mentio de Cardinalibus, intelligeretur de Cardinalibus S. Romanæ Ecclesię, qui sunt vere, & proprie, & per Antonomasiam Cardinales, non de aliis, qui solum nomine sunt Cardinales, nam & analogum per se sumptum stat pro famosiori significatu. Apponuntur autem d. verba ad decorandam eorum Dignitatem, & excellentiam, denominationemque vt moris est.

Decimosexto, circa illa verba † aut aliorum sub 641
concordatis inter sedem Apostolicam, & quoscumque alios initis, &c. notandum est id dici propter concordata Germaniæ, & Franciæ, quę Papa lędere non intendit, quantum est ex sua parte. De quibus concordatis Germanię, vide constitutionem Nicolai V. & constitutionem 46. Clem. VII. & 42. Gregor. XIII. Cassad. decis. in de pactis Simonetam, seu potius eius additionatorem de reseruat. quæst. 1. à num. 3. & quæst. 99. à num. 4. & Gregor. Branden. in suo opusculo super concordatis Germaniæ. Et de concordatis Franciæ vide constitutionem 16. Leonis X. & Rebuffum, qui latissime illa declarat in glos. ad ea. & vide Gonçalez gloss. 25. vbi explicat prędicta verba, & gloss. 26. explicat

explicat illa verba, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerint, acceptata, & glossa vigesimaseptima explicat illa verba, & obseruatis, & gloss. 28. illa verba, quæ lædere non intendit comprehensorum. Circa quæ aliqua de more cumulat non multum concernentia.

642 Decimo septimo ex illis verbis, † quomodolibet pertinentia, notandum est per regulam nostram reseruari Beneficia, ad prouisionem quorumcumque quomodolibet pertinentia, id est, siue de iure communi, siue de iure speciali, vt fundatione, præscriptione, seu consuetudine, aut priuilegio, notat Gonçalez gloss. 19. & vide dicta supra numero 618. 619. & 620.

643 Decimo octauo ex illis verbis, † dispositioni suæ, notandum est reseruationem hanc esse personalem, & sic eum conditore expirare, ad cap. licet de rescrip. & cap. si gratiose eo l. tit. in 6. & ibi gloss. verbo sua Archid. Io. And. & alij gloss. verb. sedis Apostolicæ, & Dom. in cle. 1. de reprobat. Mill. in reper. verbo reseruatio, quam facit Gambarus de offic. Legat. lib. 4. numer. 195. Mandos. reg. 1. Cancell. q. 4. 12. & posthæc Gonçalez § 5 proœm. numero 15. & gloss. 11. numero 4. Accedit, quod facta est hæc reseruatio ad suæ voluntatis beneplacitum vt supra diximus numer. 446. quod morte finitur d. cap. si gratiose, l. 4. §. locati. tradit Thom. Sanchez de matrimonio lib. 8. disputatione 18 à numero 49. & in proposito Gonçalez d. § 5. proœm. à num. octauo, & late d. gloss. 12. à numero primo. & loquens de alternatiua, gloss. 50. numero sexto.

644 Accedit etiam, † quod est posita inter alias regulas Cancellariæ suo tempore duraturas, vt in proœmio ipsarum regularum, vbi Glossator, & Pauinus in proœmio extrauagantium vers. regula Cancellariæ, & post hæc tradit in proposito late Gonçalez dict. § 5. proœm. ex numero 1. vbi ex numero 16. dicit, quod pari etiam ratione regula nostra euanesceret, & regulæ Cancellariæ expirarent, si Papa renuntiaret Papatui, ex quo fuerunt factæ suo tempore duraturæ, quod renuntiatione fuit consumptum, & terminatum, & renuntians, quo ad hoc, habetur pro mortuo, & mors ciuilis in hoc æquiparatur naturali, & paria sunt Papam obiisse, vel Papatui renuntiasse, Clem. ne Romani § sane, ibi glos. verb. moriente de electione, Felin. in cap. licet vndique, sub numero 2. de officio Deleg. & in terminis Æneas de Falcon. in tract. quanta principali. § 1. num. 8. Paris. cons. 19. à numero nono, libro quarto, & Mandos. regu. 30. quæst. 7. num. 14. & 15. &c.

Vnde sede Apostolica vacante † omnes menses
645 sunt ordinarij, & tunc Episcopi possunt prouidere de Beneficiis vacantibus in quolibet mense, Caputaquen. decisio. 26. parte 2. & 224. part. 2. & in manuscriptis dec. 397. libro primo. Ant. August. decision. 65. l. 1. quæ est 1. par. diuersorum libro tertio decisione 1228. Anastasius Germo. de indultis Cardin. § quod tamen Romanum numero nonagesimo nono, & 100. Zerola in prax. Episcopali, 2. parte Beneficium. § 1. Flores de Mena quæstion. 4. numero quinquagesimo primo, & fuit dictum in Abulen. Parochialis de la Calcada 18. Ian. 1594. ad fin. adducta infra, numero 791. & nouiss. posthæc tradit Gonçalez dict. § 5. à numero 46. qui numero 55. ait, quod non solum erunt omnes menses ordinarij ante assumptionem noui Papæ. sed etiam antequam faciat regulas Cancellariæ, quæ semper solent fieri in die immediate sequenti dict. assumptionis ita, quod si etiam in illo medio tẽpore ab assumptione vsque ad factionem regularum vacaret aliquod Beneficium in mensibus alias reseruatis, nullum obstaculum Ordinarius habere dicatur, & allegat Gemini. consi. 92. ante numer. 1. & sub ipso numero 1. Glossatorem antiquum in proœmio regularum Cancellariæ versicul. item vnde ea, Gomez in d. proœmio quæstio. 2. sub numer. 14. versicul. vnde si vacaret, & Rotam loquentem de regula nostra decis. 21. numero 6. in fi. lib. 2. parte 3. diuersorum, quamuis non est necessaria publicatio regularum, vt ligent, quia statim ab initio, quando sunt factæ, ligant, vt in earum proœmio, vbi dicitur, quas ex tunc suo tempore duraturas obseruari voluit. Gonçalez ibi à n. 54.

Itaque prouisio facta † ab Ordinariis de Benefi- 646
ciis, Sede Apostolica vacante, in quolibet mense vacantibus, erit firma, & valida, nisi alias sint affecta, aut nisi forte Papa de nouo electus declaret, non expirasse reseruationem sui prædecessoris, aut illa de nouo reseruet, prout aliquando fit ad prouidendum conclauistis, tunc enim prouisio facta ab Ordinario post istam declarationem, seu reseruationem, de Beneficiis, quę vacarunt, Sede Apostolica vacante, in mensibus alias reseruatis non valeret, nec facta ante declarationem, si in ea Papa derogat iuri quæsito, & regulæ de non tollendo iure quęsito iuxta tradita per Mandos. ibi regul. 18 quæstion. 6. cum non sit declaratio propria, Decius in cap. fin. de constit. numero 47. & 48. & ibi add. maxime Syluestri verb. dubium, & Anton. Gabr. conclu. 3. de reg. iuris n. 62. cum sequentibus, & etiam prouisio facta ante reseruationem, seu Bullam conclauistarum, non valeret, si Papa in Bulla decernit per talem prouisionem ius quæsitum non fuisse prouiso, neque d. regulæ de non tollendo iure quæsito locum esse, &c. vt fecit S. D. N. Paulus V. de omnibus Beneficiis tempore suæ assumptionis non prouisis, in Bulla ad fauorem conclauistarum data pridie Calend. Augusti 1605 per regulam autem mensium noui Pontificis, non reseruantur Beneficia nondum prouisa, quæ vacarunt, Sede Apostolica vacante, in mense alias Apostolico, quia solum reseruat Beneficia vacatura, & non vacantia, vt late per Gonçalez d. § quinto proœmiali ex numero 60. & dictum est supra numero 557.

Vnde in d. decis. † 307. lib. 1. in manuscriptis, ait 647
Veralhus, quod indultum conferendi, seu præsentandi Beneficia vacantia in mensibus Apostolicis, non habet locum, Sede Apostolica vacante, quia tunc cessante regula reseruatoria per obitum Papæ, nulli sunt menses Apostolici, cum de iure collatio Beneficiorum in quolibet mense vacantium pertinet ad Ordinarium, in Astoricen. Canonicatus coram August. 1. Dec. 1554 quæ est eadem causa, de qua in d. decis. 214. in impressis, & hæc decis. manuscripta est posterior impressa, quæ est de anno 1551. & satis confusa.

Quod conducit ad indultum † Ducis Albani, 648
quod est restrictum ad menses Apostolicos. Nam Pius V. in Bulla confirmationis, & reualidationis, ad finem, ait, ac ius patronatus huiusmodi ad Beneficia vacantia in mensibus Ordinariorum collatorum illis concessis per regulas Cancellariæ, & alias constitutiones à nobis emanatas, & literas alternatiuas per nos concessas, & successores nostros Romanos Pontifices, pro tempore existentes, concedendas, de quibus ipsi Ordinarij sua ordinaria authoritate prouidere possunt non extendi, &c. & facit decis. in causa Salamantina Parochialis de Gaiarça 1. Decemb. 1578. coram D. Brauo, quæ habetur 1. parte diuersorum dec. 442. vbi num. 1. dicebant Domini, dictum indultum Ducis de Alba so-

lum capere illa Beneficia, quæ priuatiue ad ipsius Pontificis collationem pertinent, non autem quæ cumulatiue cum Ordinario, & talem fuisse Pontificis intentionem ex dicta exceptione mensium Ordinariorum Domini iudicabant.

649 Nec obstat, quod † dictum indultum, & ius patronatus Ducis Albani *in principio* datur generaliter, & illa exceptio in fine posita solum de Beneficiis vacantibus in mensibus Ordinariorum, illis concessis per regulas Cancellariæ, seu alternatiuam, atque adeo non comprehendit menses, qui sunt Ordinarij ratione Sedis Pontificalis vacantis, alias vero Apostolici, cum illi non sint concessi per regulas Cancellariæ, seu alternatiuas. Nam respondetur, quod illa verba *concessis per regulas Cancellariæ, & alternatiuas*, stant demonstratiue, non restrictiue, & taxatiue, nam verba regulariter, & in dubio potius intelligenda sunt demonstratiue, quam taxatiue & restrictiue, Bartol. *in l. Centurio numero* 31. *&* 39. & Ripa *numer.* 140. *ff. de vulgari.* Parisius *consi.* 4. *n.* 36. *lib.* 14. Rota *d. decis.* 442. *n.* 3. *&* 662. *n.* 5. *&* 684. *n.* 4. *par.* 1. *diuersorum.*

650 Illa autem verba, † *de quibus Ordinarij, &c.* ponuntur ad restringendam exceptionem, vt non comprehendat Beneficia vacantia in mensibus ordinariis, alias tamen reseruata, seu affecta, ad *l. cū tamen adiectio. ff. de Legat.* 3. Bartol. *in l. omnes populi in princip. ff. de iustitia, & iure, & in l. cunctos populos, numero* 1. *&* ibi Ias. *numero* 2. *C. de summa Trinitate*, & ita indultum intrat in Beneficiis, alias reseruatis in quolibet mense vacantibus, & hodie intrat in Beneficiis, sede Episcopali vacante vacantibus in quolibet mense, ex quo sunt reseruata per *reg.* 2. & sic de eis Episcopi, successores sua Ordinaria authoritate prouidere non possunt, & cessat iam *dict. decisio.* 442. vt dicitur etiam infra *capitulo septimo, numero octuagesimo octauo.*

651 Et ex eo, † quod dictum est seruationem nostræ regulæ esse personalem ex illis verbis, *dispositionem sua* obiter infertur ad *regulam Cancellariæ* 52. *de clausulis ponendis in literis indulgentiarum*, quod clausula apponi solita iuxta istam regulam in literis indulgentiarum, seu iubilæis. *Volumus autem, vt si alias Christianis fidelibus dictam Ecclesiam visitantibus aliquam aliam indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserimus, præsentes nullæ sint.* Quæ operatur, vt talis indulgentia sit alias nulla in totum, intelligitur de ipso Papa concedente talem indulgentiam, in qua ista clausula ponitur, nam verbum, *per ipsum*, de quo in *d. regula* 52. & verbum, *concesserimus*, quod dicitur *in d. clausula* sunt personalia ex *d. c. ad literis de rescrip. & d. cap. si gratiose eod. in sexto* Thom. Sanchez *d. disputat.* 28. *lib.* 8. *sub num.* 46. vnde si illa Ecclesia haberet aliā, seu alias, indulgētias, nondum finitas, non ab eodem Papa, sed ab antecessore concessas, de quibus in secundis literis mentio facta non sit, non ex eo vitiabuntur, & ita tenet Glossator Soto super ista *regula*, quæ apud eum est 57. dicens, quod notandum est, istud verbum hic positum, *ibi per ipsum concessa, &c.* ex quo sequitur, quod si Episcopus secundum capitulum, cum ex eo de pœnitentiis, & remissio. concessit ibidem indulgentiam, vel alius Pontifex Romanus, etiam si non fiat mentio de illa, valet ista secunda, per verba huius regulę, &c. ideo est cautela, quod à quolibet Pontifice nouo petatur noua indulgentia, etiam non facta mentione alterius indulgentiæ concessæ ab alio pontifice, vel ab alius pontificibus, hæc Glossator, nam quamuis dicat, *non valet ista secunda, &c.* verbum, *non* est positum per errorem, vt ex præcedentibus, & sequentibus patet.

652 In vna tamen Aquilana † Canonicatus 6. Octobr. 1586. coram D. Blanchero fuit resolutum, *quod sub clausula Breuis de capienda possessione (non tamen a nobis prouisionem habentibus) comprehenduntur prouisi à prædecessoribus. licet enim verbum, à nobis, sit personale de literis, &* d. c. si gratiose, *tamen attendenda est subiecta materia, vt tradunt Doctores* in c. quamuis *Abbas* de officio Deleg. *& subiecta materia de tollendo iure alterius, & est exorbitantia quædam quæ facit, vt ea accipiatur interpretatio, illa, clausula ponitur ad excludendum prouisos à Nuntiis, seu Legatis, qui authoritate Apostolica prouident. considerarunt etiam Domini, quod in illa causa Papa præseruabat inhibitiones factas quæ esse non poterant verisimiliter, nisi vigore prouisionis à prædecessore factæ, &c.* Accedit, quod cum in breui veniant fructus à die vacationis, solum videtur dari cōtra prouisos ab alio, quam à Papa, nisi aliud constet ad *decis.* Ioan. Pauli 120. quæ est 876. *ad fi. partic. lib.* 3. *diuers.* & dicenda infra 6. *part. c.* 4. *n.* 125. in qua etiam causa Aquilana de mense Nouemb. eiusdem anni coram eod. dictum est, quod prouisus vigore literarū, seu breuis papæ dicitur prouisus à papa *cap. is qui, de Præbend. in 6. &c.*

653 Secus vero est quando in breui † dicitur, *non tamen à nobismet, seu a nobis ipsis prouisio, seu prouisionem habentibus*, nam ista verba sunt personalissima, & ideo operantur, quod Breue sit exequendum contra omnes non prouisos ab eodem Papa, vt in vna Salamantina Beneficij de Duenas 31. Ianuarij 1596. coram D. meo Corduba, in qua fuit resolutum. *Breue de capienda possessione nomine cameræ esse exequendum contra Capitulum de Medina, quod possidebat dictum Beneficium vigore vnionis authoritate Apostolica factæ, non obstante, quod dicitur de paritate tituli, cum in Breui adsint verba præcisa (non tamen à nobis ipsis prouisis) quæ sunt personalissima, Bald.* consi. 304. lib. 5. *Natta.* 163. n. 8. *& illa vnio non est ab ipsomet Papa immediate, nec obstare, quod cum d. Beneficium fuerit comprehensum sub vnione, non vacauit per mortem, stante, quod eo ipso intrauit vnio facta per Episcopum Segobien. in executionem dicti indulti, Rota* decis. 11. de rebus Ecclesiæ in antiquis. *Primo, nam indultum fuit per Rotam surreptitium declaratum, & Episcopum Salamantinum esse manutenendum in possessione conferendi coram D. Blanchetto 19. Martij 1595. si igitur potuit Episcopus conferre etiam Papa Sede Episcopali vacante: secundo, quod per Rotam fuerat inhibitum Capitulo, ne vlterius procederet in executionem illius, & interim non potuit d. Beneficium capere, & cum illa exceptio sit turbida, & requirat altiorem indaginem, non potest dici, quod Collegiata habet parem titulum ad effectum impediendi executionem Breuis, &c.*

Idē fuit resolutum in vna Vicen. Beneficij 22. Iun. 1598. coram D. Lita, in qua fuit dictum. *Sententiam auditoris Cameræ mandantis exequi Breue Apostolicū de capienda possessione, esse exequendā, & confirmandā, cum clausula, constito sit verificata legitime non obstante, quod Beneficium prætendatur vnitum, si quidem non apparet vnitum per ipsummet Papam, à quo emanauit Breue, in quo est clausula,* amotis quibuscumque detētoribus, & intrusis non tamen à nobismet prouisionem habentibus, *quæ operatur, vt executioni demandari debeat contra omnes, & quoscumque non prouisos ab eodem met Papa, vt fuit resolutum in terminis in d. Salamantina Beneficij de Duenas, &c.*

Deci-

Decimonono circa illud † verbum *generaliter*, de quo Gonçalez *glos.* 30. videnda sunt dicta per nos supra ex *n.* 50. & de verbo, *reseruauit*, agit Gonçalez *glos.* 31. vbi agit de vi, & potentia reseruationis, seu potius eius decreti ad inficiendum titulum, & possessionem, & impediendum restitutionem in spolio & alia remedia possessoria, de quo nos congruentius agimus supra ex *n.* 411. circa decretum irritans positum *in fi. reg. præcedentis*, & alia etiam addit quæ nos alias in suis locis adducimus.

655 Vigesimo circa illa verba, † *volens in supplicationib. & c. de mense, in quo vacauerint dispositiue mentionem fieri &c.* notandum est, id ex eo esse statutum, quia vult Papa certior reddi, an Beneficiū vacauerit suo mense, Puteus *dec.* 25. *lib.* 3. Rota *dec.* 9. *n.* 22. *p.* 2. *diuersorum.* & in causa Neapolitana, de qua infra *nu.* 668. & posthæc Gonçalez *§.* 4. *proœm. n.* 7. *& glos.* 32. *num.* 2.

656 Et intellige de mense † vacationis debere mentionem fieri dispositiue, id est affirmatiue, seu assertiue, & absolute dicendo, quod Beneficium, vacauit in mense, Gonçalez *d. glos.* 32. *à num.* 7. ita, quod non sufficeret narrare mensem dubitatiue, vt si diceret, quod forsan vacauit in tali mense, Gonçalez *ibi à numer. decimo* aut cum dict. vt asseritur, Gonçalez *ibi à numer.* 12. iuxta alias dict. sup. *n.* 495. *à num.* 496. nec etiam sufficeret dicere, quod vacauit in vno ex mensibus reseruatis, sed narrandus est mensis vacationis in particulari, & vide resolutionem Rotæ in causa Lucana S. Annæ 28. Nouemb. infra relatam sub *n.* 661.

657 Hoc tamen solum habet † locum in mensibus reseruatis, nam regula dicit de dictis Beneficiis tunc vacantibus, scilicet in dictis octo mensibus, & ex quo de mensibus ordinariis nulla erat facta mentio ad illos non poterat relatio fieri. Vnde prouisus à papa de Beneficio vacante in mense Ordinarij, non tenetur in supplicatione de mense mentionem facere, vt fuit resolutum in vna Conchen. de anno 1543. vt per Puteum *decisione* 53. *lib. secundo*, & fuit dictū in Toletana Canonicatus de Talanera de anno 1552. vt per Cotam *decisione* 61. *in manuscriptis* & conducit decisione Neapolitana Beneficij, de qua infra sub *numero* 668. & hinc in vna Burgensis Canonicatus secundo Iunij 1559. coram D. Rubeis fuit resolutum, quod, *licet in noua prouisione sit exprimendus mensis, quando in prima gratia non fuit expressus, vt resolutum est coram Chisanen. in vna Lucana Parochialis 28. Nouemb. 1558. tamen regula excepit Beneficia spectantia ad Cardinales Ordinarios, & sic illud non habet locum in Canonicatu Burgen. Ecclesiæ, in qua Ordinarius erat Cardinalis, & quia etiam erat reseruatus, quia vacauerat per obitum Episcopi, Cassad. decisione* 3. de constit. *& regula, non habet locum in Beneficiis reseruatis, vt alias resolutum est.* &c & ita tenendum est, quamuis Gonçalez *d. gloss.* 32. *à num.* 49. contrariam teneat opinionem, nempe, quod expressio mensis sit duntaxat necessaria in mensibus ordinariis, non autē in reseruatis, vt ait fuisse nouissime dictum in vna Tirasonen. Canonicatus 24. Maij 1602. coram D. Pamphilio, & allegat etiam *decisiones* Acoramboni 70. alias 59. *lib.* 2. & Mandosium *de signatura gratiæ titu. de prouisio. versic. an autem in impetratione*, qui refert, & sequitur istam decis. Acorambon. Sed falso eos allegat, nam non loquuntur de Beneficiis vacantibus in mensibus reseruatis: sed de Beneficiis alias reseruatis, vt infra *n.* 668. & ita ipse eos allegat, *n.* 19.

Et quod dicitur de octo † mensibus reseruatis 658 scilicet, vt in concessionibus, seu gratiis de Beneficiis in eis vacantibus debeat fieri mentio de mense vacationis, procedit etiam in sex mensibus alternatiuæ Papæ, quando Episcopus habet alternatiuam, nā illi subrogantur loco octo, cum eisdem qualitatibus, vt patet ex versiculo, *quæ etiam dispositioni suæ, vt præfertur, reseruauit.* Nam verbum illud, *vt præfertur* repetit, & refert præcedentia.

Secundo hæc regula *de mense* † exprimendo procedit 659 in gratia si neutri, vt in decisione Aurien. Canonicatus supra adducta, *n.* 135. & in Legionen. præstimoniorum ibi adducta, *n.* 136. & tradit Gonçalez *d. glos.* 32. *à n.* 11.

Tertio procedit, † etiam in noua prouisione, 660 quando in prima gratia non fuit mensis expressus, Puteus *decis.* 343. *lib.* 1. Caputaquen. *decis.* 215. *par.* 2. Mohe. 4. *de concess. Præben.* Rota *dec.* 475. *n.* 4. *li.* 3. *par.* 3. *diuersorum*, & in illa Burgen. Canonicatus de qua supra *n.* 657. & posthæc Gonçalez *d. gloss.* 32. *n.* 10. & vide infra *n.* 672.

Quarto procedit, † etiam si quis velit capere Be- 661 neficiū per clausulas generales, *siue alio quouis modo, &c.* Puteus *decis.* 169. *lib.* 1. *& decis.* 25. *lib.* 3. *&* 1. *&* 4. super regula *de mēse* in manuscriptis, Rota *dec.* 470. 475. 575. 624. 700. *&* 754. *li.* 3. *parte* 3. *diuers.* Bursatus *cons.* 394. *n.* 18. *vol.* 4. & Ham. varii. *de resignatione Benefi. lib.* 8. *qu.* 7. *num.* 144. *&* 145. & fuit resolutum in causa Lucana S. Annæ 17. Octob. 1558. coram D. Chisanen. in qua fuit tentum, *quod contra prouisionem ex qua per clausulas generales impetrans vult capere Beneficium per obitum, obstat regula de mense Sarnen.* de annali q. 28. *alias defraudaretur mens Papæ, qui non intelligit prouidere de vacante per obitum, nisi fiat mentio de mense, vt in* d. regula, &c. Et in eadem 28 Nouem. fuit resolutum, *quod in dicta noua prouisione, in qua dicitur, quod Beneficium vacauit per resignationem N. ex causa permutationis, qui decesserat de mense Iulij, nō est sufficienter facta mentio de mense dispositiue, vt fieri debuit iuxta d. regulam* de mense, *& ideo non suffragatur, &c.* idem fuit resolutum in vna Lucana Canonicatus 7. Febr. 1561. coram D. Rubeis, in qua fuit dictum, *obstare regulam* de mense *volenti capere Canonicatum per clausulas generales sui regressus per obitum de mense Ian. & licet d. regula non procedat in Beneficiis alias reseruatis, tamen lis post vacationem Canonicatus non inducit reseruationem de tempore vacationis, quod tempus vacationis inspicitur*, vt per Cotam *decis.* 286. & in vna Cordeben. Beneficij 21. April. 1562. quæ apud Cotam est *dec.* 248. & habetur *d. dec.* 700. fuit etiam dictum in Toletana Parochialis de Huerta infra adducta, *n.* 665. & in d. Legionen. præstimoniorum supra adducta, *n.* 136. & tradit post hæc Gōçalez *supra à n.* 32.

Quinto, † procedit in gratia de Beneficio vacan- 662 te non solum de iure, & de facto, sed etiam de iure tantum, puta, si moriatur, qui habet solum ius alio existente in possessione, cum regula loquatur simpliciter, & vera vacatio est, quæ fit per mortem illius, qui habebat ius, Milis *in reper. verb. obtinere*, & Bellenz. *de charitatiuo subsidio quæstione* 121. ita Rota *decis.* 102. *lib.* 1. *par.* 3. *diuers.* quæ etiam ait, quod Beneficia, quæ vacant de facto, comprehenduntur in regula, *quatenus verum ius non sit apud aliquem, &c.* iuxta supradicta, *à num.* 197. & tradit Gonçalez *d. gloss.* 31. *nu.* 25.

Quod ita intelligendum est, † vt quando Bene- 663

ficium imperatur per obitum habentis ius in re alio existente in possessione, sit exprimendus mensis vacationis, & obitus illius; quando vero impetratur per obitum vltimi possessoris de facto possidentis, sufficit exprimere mensem illius vacationis de facto, vt fuit decisum in d. Toletana Parochialis de Huerta 22. Maij 1587. coram Illustrissimo Card. Mantica, vt in sequenti decisione. Dubitatum, an regula de mense obstet D. Didaco, & an sit danda remissoria Gondisaluo? Quod attinet ad primam partem, decisum fuit regulam non obstare, quia ipse Didacus expressit mensem vacationis per obitum Georgij de Fonseca vltimi possessoris, & impetranti sufficit verificare vacationem de facto, Rota decision. 8. de electione in antiquis. Egid. decisi. 116. in fi. neque ad effectum validitatis suæ gratiæ tenetur verificare titulum prædecessoris. Rota decis. 10. de rerũ permutatione in antiquis, præsertim quando eo tempore, quo vltimus de facto possedit, alius non habebat ius in Beneficio. Cassad. decisio. 2. num. 2. de constit. cum aliis concordan. neque obstat, quod Puteus dec. 3. super regula de mense dicat huiusmodi expressionem esse necessariam, quando quis vult capere Beneficium per clausulas generales, quia hoc sane intelligitur, quando non fuit facta expressio vacationis per obitũ, sed solũ ex causa resignationis, tunc. n. si quis velit vigore clausularũ generalium capere vacationem per obitum, necessario requiritur expressio mensis, & ita colligitur ex decis. in causa Corduben. Beneficij S. Michaelis coram R. P. D. Caputaquen. sub die 21. April. 1561. quæ reperitur in Miscellaneis Cotæ sub numero 238. præterea Domini dicebant in hoc casu regulam de mense non habere locum, quia, cum sit indicta ad effectum, vt Papa intelligat, an ad eum, vel ad Ordinarium collatio spectet, Puteus dec. 53 numero quarto & quinto, libro secundo & decis. vigesimaquinta libro tertio. & in hoc casu non datur concursus prouisionis Ordinarij, non est necesse aliquam de mense fieri mentionem, quia nullum fit Ordinario præiudicium, vt fuit decisum in causa Corduben. Beneficij coram Illustrissimo Quiroga die 21. April. 1559. cuius copia data fuit. Quod vero pertinet ad secundam partem, placuit Dominis remissoriam D. Gundisaluo non esse concedendam, quia cum causa pluribus annis fuerit agitata, illa nunc non sine magna calumniæ suspitione petitur ad notata per Innoc. in cap. post electionem de conces. Præben. Bald. in l. radices. C. de fide instrumentorum, Felin. in cap. de cætero numero duodecimo, de re iudicata, Cassad. dec. 3. de dilatio. Caputaqu. dec. 65. par. 3. & quidem calumniæ suspitio primum concipitur ex eo, quod ipse Gundisaluus obtinuit gratiam, si neutri, vti de Parochiali habitu, & actu, & pro illius canonicatione acerrime contendit, nunc vero, quia cognouit illam sibi non posse suffragari petit remissoriam ad probandum illam non esse Parochialem. Secundo calumniæ suspitio colligitur ex eo, quod ex scripturis apparet hanc ipsam Ecclesiam esse Parochialem actu, nam tanquam Parochialis in libris Archiepiscopatus descripta est inter alias Parochiales diœcesis Toletan. & tanquam Parochialis actu fuit collata à Clemen. VII. & postea in duabus vltimis vacationibus Ordinarius proposuit edicta, & fuit concursum, sicuti de Parochiali iuxta formam Concilij Tridentini fieri consueuit, atque ipse Ordinarius de qualitatibus Beneficiorum suæ diœcesis, quæ sibi commissa est, præsumitur esse instructus, capit. regenda est decimo, quæstio. prima, cap. nullus omnino 16. quæstione septima, item, quia parochiali anno 1574. constituerunt procuratorem ad defendendum hanc causam Parochialitatis. Idem quoque probatur ex solutione decimarum, & primitiarum quæ fit rectori huius Ecclesiæ, si vti probant testes Didaci, & huius rei extat etiam fides scribæ generalis administrationis decimarum, nam hæc solutio decimarum & primitiarum fit ratione administrationis sacramentorum, vt in hac eadem causa dictum fuit coram R. P. D. Plato die decimoquinto Maij 1587. vnde, quamuis Gundisaluus per testes probaret hanc Ecclesiam non esse Parochialem, tamen adhuc testes Didaci essent potiores, quia alia adminicula probationum, & præsumptionum eis suffragantur Bald. in cap. cum causam in principio de probatio. & late Cravetta consil. 400. numer. 35. cum sequenti.

664 Non placet tamen † quod in ista decisione dicitur, quod cum non detur concursus prouisionis Ordinarij, non est necesse aliquam de mense fieri mentionem, quia nullum fit Ordinario præiudicium, regula enim absolute vult de mense mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse; vnde inducitur forma præcisa ad Rotam in Toletana professionis 17 Febr 1595. coram D. Pamphilio infra adducta 9. par. c. 2. n. 130. Et decisio Corduben. allegata loquitur in diuersa specie, de qua infra 11. part. capit. 1. numero 60.

665 Vltimo procedit non solum † in vacatione per obitum, sed etiam alio quocumque modo, in quo intrat reseruatio regulæ, vt ex ipsa regula clare cõstat, & tradit Gonçalez d. gl. 32. à nu. 26. qui n. 11. ait se tamen videre, quod in dataria admittuntur supplicationes Beneficiales de aliis vacationibus, præterquam per obitum absque expressione mensis, non tamen in vacationibus per obitum, & ideo forsan praxim interpretari regulam nostram in solis vacationib. per obitum, & id annuere videri Mandosium de signatura gratiæ titulo de prouisio. versiculo clausula de præsenti mense, dum dicit hæc verba, voluit Papa in collatione Beneficiorum per obitum vacantium certior reddi de mense, &c. Et sic de aliis vacationibus extra obitum, cõtrarium sentire, &c. subdit tamen Gonçalez, quod cogitet lector de hoc, quia esset magna restrictio regulæ, & quod prima opinio, quod sit exprimendus mẽsis in quacumque vacatione vera videtur, ac sensit Rota in illa Tirasonen. Canonicatus 24. Maij 1602. de qua supra n. 657.

666 Addo ideo Datariam † admittere supplicationes de aliis vacationibus absque expressione mensis, non tamen in vacationibus per obitum, quia in vacantib. per obitũ regulariter Papa non vult præuenire Ordinarios & ideo vult certior reddi de mense, &c. in aliis vero vacationibus, vt per assecutionem, contractum matrimonij, ingressum Religionis, priuationẽ, &c. bene vult præuenire, & ideo admittuntur supplicationes absque expressione mensis, si tamen vacatio contigerit in mense Apostolico, gratia erit nulla, cum non sit facta mentio de mense ex hac regula, nec praxis, aut stylus contra dicit. Vnde, quod ait Gonçalez d. 4. proœm. à n. 5. & 67. quod non præsumitur Papa velle præuenire Ordinarios in suis mensib. ordinariis, nisi ex tenore gratiæ constet, velle præuenire saltim facto ipso, quia concedit gratiam de Beneficio, quod narratur vacasse in mense ordinario, non procedet in aliis vacationibus, quam per obitum, in quibus quamuis non narretur vacatio in mense ordinario, censetur Papa velle præuenire eo ipso quod gratiam concedit absque expressione mensis. Imo etiam in vacatione per obitum, si Papa concederet gratiam de Beneficio absque expressione mensis, cẽseretur velle præuenire, quamuis in ea non soleat id facere, vt dixi.

Cum

667 Cum autem in vacatione † per resignationem, siue in curia, siue extra, nõ intret reseruatio regulæ, vt supradictum est nu. 542. non est in ea necessaria expressio mensis. Rota decis. 624. num. 1. & 575. num. 3. & 4. & 700. num. 5. lib. 2. par. 1. diuersorum, & Gonçalez supra d. gloss. 32. à n. 42. nisi vbi resignatio non teneret, & resignatarius ex clausulis generalibus vellet capere Beneficium, vt supra num. 661. & declarat Gonçalez ibi num. 45. ex alio etiam in resignatione in curia non est necessaria expressio mensis, quia cũ Beneficium vacet in curia, est ex alio capite reseruatum, & quia Papa scit de quo mense vacatio contingat, cum sit in illa hora, & puncto, in quo ipse resignationem admittit, & gratiam signat, Gonçalez d. numero 45. vt statim dicetur numero sequenti.

668 Secundo, regula hæc de † expressione mensis non habet locum in Beneficiis alias reseruatis, quia in eis cessat ratio finalis regulæ, cum Papa solus de illis semper disponat. Puteus decis. 25. lib. 3. Rota decis. 122. lib. 1. par. 4. diuersorum, Mandos. de signatura gratiæ tit. de prouisio. versiculo, an autem in impetratione, & est decisum in illa Burgen. Canonicatus de qua nu. 657. vt ibi, & in aliis causis, & fuit dictum in Aurien. Canonicatus supra adducta nu. 155. & Legionen. præstimoniorum adducta, num. 136. & in Sutrina Parochialis 8. Iun. 1588. coram D. Plato de qua infra 14. par. cap. 1. num. 57. & tradit Gonçalez d. glos. 31. n. 39 & 45. & dictum est supra num. 541. vbi vide. Et in vna Neapolitana Beneficij 14. Dec. 1558. coram D. Rubeis, & alias fuit resolutum, regulam de mense non habere locum in vacantibus in curia, prout clare ex litera colligitur, & quia semper literæ expediuntur sub die vacationis, & sic satis apparet de tempore vacationis, & Papa vult scire mensem vacationis respectu mensium ipsius, non Ordinariorum, Staph. de literis gratiæ fol. 4. sic valere gratiam de vacante in curia, non facta mentione de mense vacationis, etiam si sit cum derogatione iuris patronatus laycorum attenta vacatione in curia, & cæt.

669 Tertio, regula hæc, † quæ requirit expressionem mensis vacationis, non habet locum in prouisione Papæ, de Beneficiis iuris patronatus laicorum. Nam prout regula principalis non comprehendit huiusmodi Beneficia, eodem modo non comprehendit in parte accessoria, Guidobonus decis. 23. in manuscriptis, & facit decisio Neapolitana num. præced. relata in fin.

670 Quarto, mensis expressio † non est necessaria in præsentatione, & institutione, etiam coram Papa, quia non conueniunt verba regulæ, & institutio est de iustitia, ita fuit resolutum in vna Astoricen. iuris patronatus 10. Februarij 1576. coram Illustrissimo Seraphino.

671 Quinto, regula hæc † de expressione mensis non habet locum in subrogationibus, quo ad Beneficium litigiosum in locum & ius defuncti, non ex eo, quod stante lite Ordinarius conferre non possit, sed quia regula loquitur in gratiis de Beneficiis vacantibus in d. mensibus, at subrogatio non dicitur gratia de Beneficio vacante, sed quædam concessio iuris defuncti, subrogando in locum illius, quamuis contra istam limitationem teneat Gonçalez d. glos. 32. n. 40. ex eo, quod supra dictũ est n. 659. quod mensis est exprimendus in gratia, si neutri, quæ præsupponit litem, vt in decisione Aurien. Canonicatus ibi citata, &c. sed respondetur, quod gratia, si neutri, est gratia de Beneficio vacante, & ideo in ea locum habet regula.

Sexto, regula non habet locum † in gratia, reformatoria, seu perinde valere, quando in prima gratia fuit mensis expressus, nam tunc non est opus iterum eum exprimere in noua gratia, alioquin est omnino in ea exprimendus, Caputaqu. dec. 215. par. secunda, Mohed. decis. 4. de conces. Præben. num. 3. Gonçalez d. gloss. 32. numer. 41. & sequentis, & vide supra, numero 660. 672

Ex an in prouisionibus Nuntij † seu Legati locum habeat hæc regula de expressione mensis, vide infra c. 3. n. 158. 673

In prouisionibus autem † Episcoporum, & aliorum Ordinariorum de Beneficiis in suis mensibus vacantibus, clarum est non esse necessariam expressionem mensis, quia nec ratio, nec verba regulæ eis conueniunt. Gonçalez d. glos. 32. à n. 46. 674

Vigesimo primo, † circa illa verba, ac consuetudines etiam immemoriabiles optandi, &c. de quibus Gonçalez glos. 33. & 34. vide per nos supradicta ex n. 449. & circa illa verba, nec non priuilegia, & indulta Apostolica circa ea, &c. agit Gonçalez gloss. 39. q. 1. ex nu. 2. de discrimine, & differentia inter priuilegium, & indultum, quæ magis est quæst. de nomine, quam de re, &c. 675

Vigesimosecundo circa † illa verba, ac etiam disponendi de huiusmodi Beneficiis, aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus numquam comprehẽdatur, &c. notandum est, per ea non videri sublata indulta disponendi de Beneficiis reseruatis, seu vacantibus in mensibus reseruatis, de quibus Æneas de Falcon. de reseruat. quæst. 4. principali effectu 6. & Simoneta quæst. 85 sed velle, quod indulta concessa simpliciter de disponendo de Beneficiis, de quibus per Æneam ibi, & Simonetam quæst. 81. & Mandos. reg. 1. quæst. 9. aut indulta, quod sub huiusmodi reseruationibus non comprehendantur, nec suffragentur aduersus hanc reseruationem, sed contrarium verius est, nempe, quod per dict. verb. derogetur indultis disponendi de Beneficiis reseruatis, seu vacantibus in mensibus reseruatis, vt colligitur ex illis verbis, de huiusmodi Beneficiis, i. de Beneficiis vacantibus in dict. mensibus reseruatis, nam dictio, huiusmodi est relatiua præcedentium, cum omnibus suis qualitatibus, vt alias dicit Gonçalez gloss. 40. numero 4. cũ gloss. verb. huiusmodi, in c. si Abbatem 36. §. huiusmodi de electione in 6. Parisius consilio 12. num. 32. vol. 3. & Rota decisione 319. numero 4. parte 1. diuersorum, sicut etiam derogatur indultis, & consuetudinibus optandi reseruata, seu in mensibus reseruatis, vt dictum est supra à numero 452. & ita etiam in proposito plane tenet Gonçalez gloss. 33. numero 6. & glossa 35. numero primo, & videnda est etiam regul. 13. & 14. vbi reuocantur facultates conferendi Beneficia reseruata. 676

Sed circa dict. verba, † ac etiam disponendi de huiusmodi Beneficiis, est dubium, an ea referantur duntaxat ad priuilegia, & indulta Apostolica, an autẽ referantur ad consuetudines etiam immemoriales disponendi de huiusmodi Beneficiis, ita vt non solum derogetur priuilegiis, & indultis disponendi de huiusmodi Beneficiis, sed etiam consuetudinibus etiam immemorialibus, non tantum optandi, verum etiam disponendi de dictis Beneficiis; & quamuis videantur solum referenda ad priuilegia, & indulta Apostolica, quia relatio in dubio debet fieri ad proximiora, l. idem cum eodem ff. de iurisdict. omnium iud. Rota dec. 666. n. 1. p. 1. diuersorum, præsertim in glossa 677

Et

n. *in fin.in l.talis scriptura* 30.§.*fin.ff.de legatis* 1.Ruinus *cons.*113.*sub n.*7.*vol.*4.Ias.*in l.*1.*n.*9.*falla* 10.*C.de liberis præterit.* Ant.Gabr. *de clausulis conclus.*9.*num.*5. tamen verius est, verba illa referri etiam ad consuetudines etiam immemoriales disponendi de huiusmodi Beneficiis,vt tenet Gonçalez *d.gloss.*35.§.2. *à n.*14.quia illæ dictiones, *ac etiam*, augent dispositionem, Achill.*dec.*7.*num.*2.*de priuilegiis*,&Mandos. *reg.*11.*quæst.*15.*num.*6. ac propterea augent derogationem nostræ regulæ, vt capiat quoque consuetudines etiam immemoriales disponendi, præsertim cum eadem militet ratio in vtroque, & non sit maior ratio, quare referantur ad priuilegia,& indulta, & non ad consuetudines disponendi de dictis
678 Beneficiis. Vnde ita plene † videtur esse de mente papæ, & cessat ratio in contrarium adducta,& hanc sententiam, inquit Gonçalez *ibi num.*30. amplexa fuit Rota in vna Carthaginen.Portionis 29. Noue. 1587.coram Illustrissimo Blancheto,& in vna Foroliuien.Capellaniæ 5.& 12 Dec.1588 coram Illustrissimo Seraphino,vt vidit annotatum in eorum libris, licet decis. extensæ non fuerunt, & se informante & obtinente fuit idem resolutum in vna Casalen. Canonicatus 19 Ian. 1604. coram D.Lita, & desuper fuit optima dec.extensa,& sic cessat iam resolutio Rotæ in Gadicen.iuris nominandi 11.Febr.1582. coram Bubalo, quod istius regulæ reseruatio non auferebat consuetudines immemoriales prouidendi in quibuscunque mensibus, quam refert Gonçalez *gl.*35.*num.*6 quia illo tempore non aderant in nostra regula illa verba, *ac consuetudines etiam immemoriales*,&c.quæ postea addita sunt à Sixto V.vt dictum est *d.n.*449.& regulæ antiquæ post finitū versu. *volens præcedentem*,dicebant sic, *ac priuilegia,& indulta Apostolica disponēdi de huiusmodi Beneficiis,&c.* Gonçalez *d.n.*6.§ *glos.*14.*nu.*7. quamuis ego verius existimē, non potuisse dari d.consuetudinem,stante interruptione per singulos Pontifices renouantes regulam,vt alias dixi supra *n.*454.& vide dicta *à nu.*457. Rursus circa illa verba, quæ vt Gonçalez *d. glos.*35.3.*quæst.n.*31.an Papa potuerit derogare priuilegiis datis ad conferendum Beneficia, cum causa, vel sine illa, & concludit, quod etiam sine causa potest illa reuocare,quia tale priuilegium principis ex sua natura, & qualitate habet tacitam conditionem, vt valeat,& habeat effectum quamdiu Princeps voluerit,& in ead. voluntate durauerit,& alias Anchar. *consil.*2.*n.*4.Paulus *cons.*46.*sub num.*4.*vol.*2. Abb. *in cap. cum,num.*25.§ 16.*de iudic.*Palacios Rub.*in rubrica de donat. inter virum.*§.96.*à nu.*16. Ant. Gom. *in l.*43.*Tauri num.*2. Grammat. *decis. quadragesima sexta à num.* 5 late Ant.Gabr.*conclus.*9.*de iure quæsito.*Quod à fortiori procedit quo ad ea,quæ sunt iurisdictionis,& sic iuris conferendi. Nam iurisdictio-
679 nalia Princeps ad sui libitum reuocat,& tollit quando vult.Grammat.*decis.*49.*à num.* 2. maxime, quia regula nostra non tollit in totum d. priuilegia, sed effectum illorum suspendit,vt non suffragentur contra reseruationem huius regulæ,vt dicit idem Gonçalez *gloss.*40.*&c.*

Tandem circa prædicta † verba notandum est, quod quamuis hæc regula velit priuilegia, & indulta, quod Beneficia sub huiusmodi reseruationibus non comprehendantur, aduersus eam minime suffragari, non censebitur derogatum Bullæ Sixti IV. & Leonis X. de Canonicatibus Doctoralibus, & Magistralibus Cathedralium Hispaniæ infra adductæ *c.*4.*n.*169.vbi statuitur huiusmodi Canonicatus sub reseruationibus non comprehendi, ex eo præcipue, quia d. Bulla est per modum statuti, & per viam legis ad decisiones Rotæ in causa Tirasonen Vicariæ infra adductas 9. *par. capitulo* 2. *num.* 509.

680 Et hæc est ratio præcipua,† & solidum fundamentum huius rei, & vera resolutio quæstionis, quam post hæc latissime tractat Gonçalez *glossa* 9. §. 2. an huiusmodi Canonicatus Doctorales, & Magistrales comprehendantur in reseruatione huius regulæ, in qua plura pro vtraque parte adducit, & tandem resoluit non comprehendi,& *d. glos.*35. *numero* 36. remittendo se ad *dict.* §.2.eius tamen fundamenta fere omnia procedunt in casu quo in nostra regula non adesset d.derogatio,& decretum Concilij *sess.* 25 *de refor.capitulo* 5. in quo principaliter fundatur, nihil facit ad propositum de reseruatione, nam solum dicit, quod in prouisione huiusmodi Præbendarum non detrahatur earum qualitatibus, nempe, quod prouidendi sint Doctores, seu Magistri, seu alias graduati, & de pertinentia collationis nullum verbum, decisio autem Rotæ in causa Meliten.Beneficij,de qua supra *num.*568.in qua etiam principaliter fundatur,non multum facit,quia hoc indultum,quicquid Gonçalez dicat, reuera non est concessum Vniuersitati,seu communitati, vel Regnis,& Prouinciis Castellæ, sed eius Ecclesiis Cathedralibus, Episcopis,& Capituli,vt ex d.Bullis patet, atque adeo poterat dici comprehendi sub illis verbis derogationis, *quibusuis personis, & Collegiis, &c.* nec rursus d.indultum fuit concessum ad fauorem eligendorum (vt in d.Meliten.) & personarum graduatarum, & ob remunerationem laborum d.Canonicorum Doctoralium, & Magistralium,vt male ait Gonçalez, sed ad fauorem Ecclesiarum, & Capitulorum, vt ex d. Bullis constat. Recte tamen dici potest, quod sic et per istam regulam non derogatur indultum concessum fauore eligendorum,vt in d. Meliten.ita, & à fortiori non derogatur indultum concessum fauore Ecclesiarum,in quo ius,& bonum publicum versatur *l.*1.§.*huius studij ff. de iustitia, & iure*,ibi,*publicum ius in sacris,in sacerdotibus,in Magistratibus consistit*,vt bene sentit Gonçalez *d.* §.2. *numero* 48 qui tandem *num.* 63. id fundat ex communi vsu praxi vniuersali,& obseruantia, quæ ita recipit, & interpretata est,& hoc solum,inquit,mittit falcem ad radicem.Sed ista praxis,& obseruantia fundata est præcipue in illa ratione per nos breuiter adducta,quod d. Bulla Sixti, & Leonis est per modum statuti, & per viam legis, ex quo d.indultum est generale, & quoddam statutum, & ordinario, vt in ipsis Bullis dicitur circa prouisionem, & modum prouidendi de dictis Canonicatibus omnium Ecclesiarum Cathedralium Regnorum Coronæ Castellæ, & Legionis, vt alias dicimus supra *numero* 570. circa indultum Clem.VIII de Beneficiis patrimonialibus Calagurritan.

681 Vigesimo tertio, circa illa verba,† *etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis,& fortioribus,efficacioribus, & insolitis clausulis,&c.*de quibus Gonçalez *gl.*36.vbi late agit de derogationibus priuilegiorum,& clausulis derogatoriis, videnda sunt per nos dicta in proposito nostræ regulæ supra *num* 569. & circa illa verba, *quibusuis personis, & priuilegiis*, de quibus Gonçalez *gl.*37. videnda sunt per nos dicta supra *n.*568. & circa verba, *cuiuscunque Dignitatis,* &c. de quibus Gonçalez *gl.*38. dicta supra *nu.*639 & circa verba, *quomodolibet concessa*, notandum est per ea derogari priuilegiis, & indultis, siue sint concessa ad instantiam cuiuscunque supplicantis, siue motu proprio, vel alio quocunque modo, Gonçalez *gloss.* 39.& circa illa verba, *aduersus reseruationem huiusmodi minime suffragari*, de quibus Gonçalez *gloss.*40.videnda sunt dicta supra *num.*678.

§. 12.

De alternatiua circa quam multa dubia examinantur.

SVMMARIA.

A*Lternatiua solum cōceditur Episcopis,seu Archiepiscopis, & Patriarchis residentibus,vt inuitentur ad residendum,&c.n.*681.*Et sic non habet locum in inferioribus collatoribus, num.*683 *nec in Capitulo habente per se collationem,num.*684 *nec etiam in Capitulo sede vacante, num.* 685. *vbi ponitur resolutio Rotæ.*

*De residentia Episcoporum ad alternatiuam requisita remissiue,n.*686.

*An Episcopus, qui habet alternatiuam acceptatā,& est absens à diœcesi,possit conferre Beneficia vacantia in mense Mar.vel Sept. à num.*687.*resoluitur posse cum Rota,cuius decisio ponitur contra Mando. & Gonçalez,id tamen non procedere, quando Episcopus, qui gaudens est mense alternatiue,ex parte eius, esset absens mense sequenti Mar.seu Sept.aut quando acceptaret in Roma alternatiua mense Martij,seu Sept.aut in fine Febr.seu Aug.&c.*

*Episcopus absens à sua diœcesi vltra tres menses absque causa legitima,& approbata,licet fructus suos non faciat, & prouisio inter fructus computetur,potest conferre Beneficia,quia non est proprie,& vere fructus,&c. Et vbi fit mentio de fructibus,ad alicuius sustentationem,non venit præsentatio,seu collatio,numer.*690.*& seq.*

*An menses alternatiuæ debeant esse integri,vt Episcopus ea frui possit, à n.*692.*resoluitur, non requiri esse integros,&c.licet Rota contradicat,cuius decisio,& resolutio ponitur, quæ tamen decisio est vera in suo casu quando Episcopus gaudens est alternatiua mense August.& recessit mense sequenti,&c.*

An Episcopus qui de ordinario, & vt plurimum,non residet in suo Episcopatu, sed ad tempus cum animo recedendi, gaudeat alternatiua in Beneficiis tunc vacantibus,cum residet, à numero 699.*resoluitur affirmatiue contra Rotam, cuius decisiones adducuntur.*

*An Episcopus existens in loco exempto suæ Diœcesis dicatur in sua Diœcesi residere,ita,vt gaudeat alternatiua, à nu.*703. *resoluitur negatiue, nisi ibi esset causa sui esse,n contra Gonçalez.*

*An Episcopus,qui acceptauit alternatiuā,possit ea gaudere in Beneficiis ad eius prouisionem spectantibus existentibus in alia Diœcesi, à n.*705.*resoluitur affirmatiue cum Rota,cuius decisiones ponuntur.*

De verbis ad liberam duntaxat,&c.*remissiue. Et an in Ecclesiis,in quibus collatio est communis Episcopi, & Capituli, facta inter eos concordia de prouidendo alternis vicibus, possit Episcopus in suo turno gaudere alternatiua,à n.*707.*resoluitur affirmatiue cum Rota, cuius decisio ponitur,& idem esse quando diuisio facta est per choros,vel annos,licet secus si per menses, hebdomadas,seu dies. Et procedere, etiam si sola electio, nominatio,seu præsentatio personæ sit diuisa,& collatio remaneat communis,& idem esse in iure patronatus,seu præsentandi communi Episcopi, & aliorum, &c. Et an tunc sit diuisum ius conferendi, an solum exercitium.*

In terminis alternatiuæ antiquæ, in qua loquitur decisio Puteι 88.*lib.*4. *alternatiua concessa Episcopo prodest Capitulo, vbi menses Ordinarij inter Episcopum, & Capitulum sunt diuisi ex concordia, etiam facta ante concessam alternatiuam,numero* 718.*& sequente.*

An prædicta resolutio procedat, etiamsi concordia non sit authoritate Apostolica confirmata,à n. 721.*resoluitur pro tempore Episcopi eam facientis concordiam valere,etiamsi non sit confirmata,& sic in ea procedere pro tunc dictam resolutionem, non tamen transire ad successores,nisi sit ab illis approbata,seu obseruata, & intrare etiam alternatiuam quando concordia fuit confirmata cum clausula,*saluis reseruationibus,&c. *contra Gonçalez.*

*Doctrina Ostiensis,& aliorum,quod Episcopus de bonis, seu iuribus suæ mensæ Episcopalis potest donare,& alienare Capitulo sine solemnitate est dubia,& contrarium videtur verius,n.*722. *&* 723.

*De materia turnorum in collationibus Beneficiorum remissiue,n.*728.

An in Canonicatu,& Præbenda Pœnitentiaria, in qua electio personæ est solius Episcopi,possit Episcopus gaudere alternatiua non obstante quod collatio Præbendæ sit communis Episcopi, & Capituli,vel solius Capituli,à numero 729. *resoluitur affirmatiue, & tunc per accedens, & in consequentiam Capitulum frui alternatiua in collatione Præbendæ annexa. Et consequenter vacante Pœnitentiaria in mense Sept. seu Mar. habente Episcopo alternatiuam,electionem, & collationem spectare ad Papam,& ponuntur decisiones Rotæ.*

*Si Episcopus habet ius præsentandi ad aliquod Beneficium, cuius institutio ad alium spectat, intrabit in eo alternatiua,num.*734.

*An facultas data Episcopis per alternatiuam intelligatur ita, vt prorsus sit sublata reseruatio,&c.remissiue num.*736.

*An per indultum obtentum ad conferendum in omnibus mensibus videatur renunciare alternatiuæ acceptatæ n.*737.*resoluitur,quod non.*

*An eo ipso, quod Episcopus se intromittit in prouisione Beneficiorum reseruatorum,&c.vel,& beneficio alternatiuæ statim priuatus existat, & prouisiones illius prætextu deinceps faciendæ sint nullæ à n.*738.*resoluitur affirmatiue, & ponuntur Rotæ decisiones, nec est necessaria alia declaratio,& acceptatio Papæ contra Rotam,non obstante exemplo de caducitate,de quo à num.* 743. *nec etiam requiritur declaratio iudicis num.*748.

*Quamuis Episcopus violans alternatiuam in sui odium statim amittat eam omnino, tamen ad gaudendum omnibus quatuor mensibus ordinariis,etiam qui iuxta alternatiuam sunt Papæ,oportet certiorem facere Papam,seu Datarium de amissione,vel illi coram eis renunciare, nisi Papa amissionem acceptasset expresse, & dispositiue,&c.n.*749. *quæ certioratio de violatione,non sufficeret, nisi fieret etiam de fraude quando Episcopus eam violaret ex proposito,& data opera ad eximendum se ab illa n.*750.

Episcopus,qui amisit alternatiuam per contrauentionē, si eam iterum habere velit, debet recurrere ad Pa-

pam id variando, & petendo eam, &c. numero 751.

An Episcopus, qui se intromisit in prouisione Beneficiorum reseruatorum propter ignorantiam reseruationis amittat alternatiuam n. 752. resoluitur, quod si ignorantia prouenit ex errore facti probabili, aut, quia reseruatio esset secreta, & particularis, non amittat, secus si prouenit ex ignorantia iuris, saltem in foro exteriori, nisi sit ius dubium, quamuis ignorantia iuris, nisi sit dubium, non excuset à deuolutione etiam in foro conscientiæ.

Episcopus, qui à principio habuit iustam causam ignorantiæ, vel excusationis, si postquam certificatus est de reseruatione immittit in possessionem ab eo prouisum, amittit alternatiuam secus, quando immissum non curauit à possessione remouere contra Gonçalez. nu. 756. & seq. & num. 758. respondetur c. si Beneficia. de Præbend. in 6. & n. 759. finali de impetratione absentis nemine facta, non narratis eius obtentis, quod ab initio non valet, &c.

An Episcopus, qui se intromisit in prouisione litigiosi amittat alternatiuam numer. 760. resoluitur, quod nõ, ea tamen amittit intromittens se scienter in prouisione Beneficiorum non reseruatorum, quæ sunt per Papam prouisa iure præuentionis, siue valide, siue inualide num. 761.

De acceptatione alternatiuæ, & modo illius remissiue n. 762.

An Episcopus acceptata alternatiua Romæ ante habitam notitiam acceptationis possit, valide prouidere in suis quatuor mensibus, an vero statim illi cessent, & effectualiter incipiat gaudere alternatiua à n. 762. resoluitur illos cessare contra Rotam, & effectualiter ei competere alternatiuam.

Mouetur difficultas, quod Episcopus non habens notitiam acceptationis alternatiuæ nullatenus ea vti potest, cum non sit certus de sua potestate, sicut dicitur in iudice num. 765.

Secunda difficultas quod priuilegium non operatur antequam innotescat priuilegiato numer. 766. & aliqui curiales volunt Episcopum non posse vti alternatiua ante notitiam acceptationis, & receptam fidem num. 767.

Ad primam difficultatem respondetur Ordinarium habentem alternatiuam prouidere ex vi suæ potestatis ordinariæ, nam alternatiua solum remouet obstaculum reseruationis, & licet ignoret eius acceptationem, certum esse de fundamento suæ prouisionis num. 768. & ad secundam, gratiam alternatiuæ, non esse priuilegium, sed remotionem obstaculi numero 769. & esto esset priuilegium, non requireretur dict. notitia ex quo per procuratorem acceptatur, &c. numero 770.

Esto Episcopus non posset valide prouidere ante notitiam acceptationis virtute alternatiuæ, tamen ea habita posset prouidere Beneficia, quæ vacassent in mense alternato post acceptatam Romæ alternatiuam, quod sufficeret, vt statim cessarent quatuor menses, n. 771.

Similiter collatio Beneficij vacantis in mense alias Apostolico, Sede Apostolica vacante, facta ab Episcopo vacatione dict. Sedis ignorante valet, &c. numero 772. ad quod conducit resolutio. Rota relata numero 773.

An Episcopus, qui Romam misit literas acceptationis alternatiuæ, & nescit, an sint Romæ receptæ, & recognitæ, vel non possit, in dubio licite prouidere de Beneficio tunc vacante in mense alternatiuæ, à n. 774. resoluitur non posse licite simpliciter, & absolute prouidere, posse tamen sub conditione, & similiter non posse tunc licite prouidere de vacantibus in mense Martij, seu Sept. nisi sub conditione, & prouisum sic in dubio non debere capere possessionem Beneficij, donec certitudo habeatur, &c.

Si Episcopus, qui probabiliter dubitat, an alternatiua sit iam acceptata, simpliciter prouidet de Beneficiis vacantibus in mense Martij, seu Sept. amittet alternatiuam, si iam acceptata erat. At conferens virtute alternatiuæ, de cuius acceptatione non constat, eam non amittit, licet non sit facta, n. 780.

De clausula sublata, & decreto irritante, an liget Papam. Et Legatum, seu Nuntium, &c. remissiue, num. 781.

682 ACcedimus iam ad alternatiuam, † quæ incipit *à versiculo, in super sanctitas sua,* & solum conceditur Episcopis, seu Archiepiscopis, & Patriarchis residentibus, vt inuitentur ad residendum, vt patet ex illis verbis, *insuper sanctitas sua ad gratificandam Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta ipsis quandiu apud Ecclesiam, &c.* est enim eorum residentia grata Papæ. Et sicut illi, si non resident, plectuntur pœnis, de quibus in Conc. Triden. *sess. 6 capitulo 1. & sess. 23 cap. 1. de reform. & in constitutione 17. & 115 Pij IV.* sic etiam, si resident, plutibus potiuntur priuilegiis per dict. constitutionem 17. Pij IV. concessis, de quibus Gonçalez *gloss. 41. à numer. 4.* vbi ex *num. 11.* aliqua dicit de Patriarchis.

683 Vnde, cum alternatiua solum † concedatur Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis, non habet locum in inferioribus collatoribus. Flores de M na *quæst. 4. num. 50.* Rota in Beneuentana Beneficiorum supra adducta, *num.* 418. & post hæc Gonçalez *gloss. 42. numer. 1. & 2.* quamuis de hoc olim dubitatum fuisset in vna Barchinonen. infirmariæ 18. Martij 1558. coram D. Iunio. In qua Domini dixerunt consulendum esse Papam super intentione suæ regulæ, qui respondit, vt in ea decisione dicitur, mentem suam esse, vt regula pertineat tantum ad maiores collatores, non autem ad inferiores, cum ipsi perpetuo resideant Et quamuis Zerola *in praxi Episcopali 1. part. verb. alternatiua.* videtur dicere eam habere locum etiam in inferioribus collatoribus, tamẽ reuera, quod vult dicere est, quod reseruatio octo mensium habet locum etiam in inferioribus collatoribus, vt dicit *verb. Beneficia. §. 2. fall. 7.* vbi ait, quod alternatiua currit inferioribus collatoribus per argumentum à maiori ad minus, & solum, quoad quatuor menses, iste enim author loquitur barbare, vt solet.

684 Vnde etiam non habet locum † alternatiua Capitulo habente per se collationem, vt fuit dictum in Salamantina alternatiuæ infra adducta, num. 708. & in Salamantina dimidiæ Portionis infra adducta. 11. *par. cap. vltimo num* 242. & in Regien. Canonicatus supra relata, *numero* 415. Gonçalez *dict. glossa 42. numero secundo.* circa quod vide dicta supra *numero* 471.

685 Nec etiam habet locum in Capitulo † sede Episcopali vacante, vt in vna Segobien. Canonicatus 24. Nou. 1588. coram Illustrissimo Cardin. Plato, in qua dixerunt Domini *Satis constare de lite valida ad hoc vt vtrret gratia si neutri D. Ioãnis Yturmẽdi ex quo causa fuit commissa in Rota, & eius vigore citatio legitime executa iuxta notata* in Clem. 2. vt lite pendente, & *licet semel signatura auocauerit causam à Rota ad partes, tamen etiam iterum illam commisit in Rota, quod si prætendat pars fieri non potuisse, debet ipsam signaturam adire, & reformari facere commissionem, tamen, si commissio est iusta, cum agatur de Beneficio reseruato, siue capiatur reseruatio per obitum in mense Februar. quæ est reseruatio cum alternatiua, non habeat locum sede Episcopali vacanti, siue capiatur vacatio propter decretum vacationis per assecutionem, vt per Simonetam de* reseruatio. quæstione 16.

686 Et circa residentiam † Episcoporum, ad alternatiuam requisitam, de qua in illis verbis, *ipsis quandiu apud Ecclesias, aut diœceses suas vere, ac personaliter resederint duntaxat,* videnda sunt supradicta *ex num.* 460. & 502.

687 Sed circa ista verba † restant aliqua dubia examinanda Et primo dubitatur, an Episcopus, qui habet alternatiuam acceptatam, & est absens à Diœcesi, possit conferre Beneficia vacantia in mense Martij, vel Septemb. qui iuxta alternatiuam est Papæ? In quo Mandosius *cons. 18. & 8. & 9.* tenet alternatiuam acceptatã præiudicare Episcopo absenti à suo Episcopatu, quoad mensem Martij, seu Sept. qui iuxta alternatiuam est Papæ, in arbitrio enim Episcopi habere quatuor menses, vel sex acceptando alternatiuam, quo casu non est amplius quærendum, an contra ipsum alternatiua allegari possit, cum ipse eam elegerit, vnde succedit regula, quod semel placuit, &c. Et variatio reprobatur præsertim in præiudicium alterius. *l. seruus electione. ff. de Legat. 1. l. huiusmodi. §. Stichum, & ibi gloss. de Leg. 2. l. nemo potest mutare. ff. de reg. iuris,* &c. maxime, si non allegatur impedimentum, ob quod excusari potuisset, vt ait *num.* 11. sequitur nouissime Gonçalez *gloss. 43. à n.* 106. & 154. & allegat decisionem Fauentinam Canonicatus. 16. Decemb. 1575. infra adductam, *n.* 693. & Mayoricen. Canonicatus 15 Nou. 1595. infra adductã, *numero* 732.

688 Contrarium tamen tenuit † Rota in vna Sulmonen. Canonicatus coram D. Cantucio 4 Mart. 1583. vt in sequenti decisione. *Vacante in Ecclesia Sulmonen. de mense Sept. 1581. Canonicatus, de quo Ordinarius prouidit Vincentio de Bernardis, postmodum de eodem Canonicatu, vti de reseruato ex regula mensium reseruatoria, fuit authoritate Apostolica prouisus Rainaldus de Rainaldis. Dubitatũ 4. Martij 1583. an constaret de reseruatione stante, quod Episcopus Sulmonen. acceptauerit alternatiuam, resederit personaliter apud Ecclesiam, vel Diœcesim de mensibus Ian. Febr. Mart. & Aprilis 1581. & in principio mensis Maij se absentauit ab Ecclesia, vel diœcesi, durauitque absentia per totum mensem Sept. & vltra, & sic Canonicatus vacauit de mense Sept. durante absentia Episcopi, Domini sine difficultate tenuerunt non constare de reseruatione, quæ licet secundum alternatiuam mensis Sept. sit reseruatus, tamen ex quo Episcopus tunc temporis non residit, cessauit alternatiua, quæ non solum acceptationem, sed etiam residentiam requirit, & ideo intrauit regula 8. mensium, secundum quam mensis Sept. est Ordinarij, non obstat, quod reseruatio 8. mensium inchoauit de mense Maij, de quo cessauit residentia Episcopi, & per consequens alternatiua, quæ cessante intrat regula 8. mensium, quia licet de mense Maij inchoauerit reseruatio 8. mensium, non tamen mutantur menses in regula expressi, qui sunt certi, & inuariabiles, prout verba regulæ sunt clarissima. Non obstat, quod ratio regulæ prouidendi, scilicet pauperibus clericis, & aliis benemeritis personis, militat etiam in aliis mensibus, quia regula est restricta ad 8. menses certos in ea specificatos, non obstat quod in similis scribit Abb. cons. 95. lib. 1. de electione medici facienda in mense Ian. ex forma statuti, quod propter rationem in eo expressam conseruandi scilicet sanitatem, & prouidendi ægrotis, potest eligi medicus in mense Maij, quia hoc dictũ Abbatis nõ applicatur casui nostro, ideo enim post lapsum mensis Ian. ad eligendum medicum præfixi, non est exclusiua, & potest eligi in alio mense, quia non cessat ratio statuti, imo fortius militat, quia quanto magis differtur electio medici, tanto magis mora est periculum allatura, vt per Abb.* ibi sub num. 5. vers. ita in proposito, *at secus in casu, in quo retentis eisdem mensibus in regula nominatis satisfit rationi ipsius regulæ, quia statim atque Episcopus nõ residet, incipit reseruatio 8. mensium, qui tamen non mutantur sed retinentur ijdem, qui in regula sunt expressi, aliàs oriretur confusio.* Refert. & sequitur Anastas. Germonius *de indultis Cardinalium. §. volumus* 18. & tandem cõcludit Episcopum absentem à Diœcesi posse conferre Beneficium vacans quouis quatuor mensium, licet acceptauerit alternatiuam.

689 Id tamen non procederet, † quando Episcopus, qui gauisus est mense alternatiuæ, puta Februarij, seu Augusti, aut parte eius esset absens mense sequenti Martij, seu Sept. iuxta dicta infra, *num.* 696. ex d. decisione Fauentina & Maioricen. aut quando acceptaretur Romæ alternatiua mense Martij, seu Septembris aut in fine Februarij, seu Augusti, tunc enim non deberet gaudere mens. Martij, seu Sept. etiamsi nunc absens esset. quemadmodum non deberet eo gaudere, si præsens esset, alias posset gaudere duobus mensibus continuis redeundo in mensem sequentem, quicquid velit Rota in illa Seguntina præstimonij infra relata, *numero* 763.

690 Sed videtur, † quod Episcopus absens à sua diœcesi vltra tres menses absque causa legitima & approbata, vt in Concilio Trident. *sess. 23 de reform. capit. 1.* non possit conferre Beneficia vacantia, etiam in quatuor mensibus ordinariis, quia ex d. decreto Concilij, *versic. si quis autem, fructus suos non facit,* & prouisio Beneficiorum inter fructus computatur *c. querelam. de electio., cap. cum olim. de causa poss. cap. consultationibus de iure patron.* vbi notatur, *& in cap. cum olim de maioritate, & obedientia, & in cap. 2. de in integrum restitutione, & in c. 2. ne sede vacante,* & Card. *in Clementina 2. numero 13. de ætate, & qualitate.* Villadiego *de legato, quæst. 9. 2. part. nu.* 20. Corras. *de Benef. 2. part. cap. 7. in princip. n. 4. part. 1. vlt. n. 23.* & Rota in vna Hispalen. iuris votandi 26. Iun. 1591. coram D Orano, & in Calagurritana infra relata *cap. vlt. n. 216.*

691 Resp. vero collationem † Beneficiorum non esse vere, & proprie fructum, sed tantum large improprie, & metaphorice, vt alias recte tradit Suarez. *5. tom. de censuris disputatione 27. sectione 1. numero 33.* nec de his loquitur Concilium *d. vers. si quis autem* quod cum sit pœnale est stricte interpretandum *reg. odia. lib. 6. cum aliis.* Et confirmatur, nam Concilium illis fructus, quos Episcopus ob absentiam amittit, ait esse fabricis & pauperibus erogandos, quod non conuenit collationi Beneficiorum. Facit doctrina Felini *in d. cap. cum olim de maior. & obedientia. nu. 2.* quam sequuntur Cassaneus *in consuetud. Burgundiæ rubric. 6. § 4.* Baeça *de decima tutori præstanda cap. 13 num. 15. & 26.* & Ioann. Gutierrez *de tutelis 3. part. cap. 29. num. 10.* quod vbi fit mentio de fructibus ad alicuius sustentationem, non venit præ-

seruatio, seu collatio, &c.

692 Secundo dubitatur, † an menses alternatiuæ debeant esse integri, vt Episcopus ea frui possit, verbi gratia, si Episcopus habens alternatiuam acceptatam, sit absens à sua diœcesi principio mensis Febr. Aprilis, aut alterius alternati, & reuertatur in eodem mense, an gaudeat alternatiua in Beneficiis vacantibus in tali mense post reditum ad Episcopatum, seu si Episcopus secunda Februarij seu principio alterius mensis alternati, acceptet Romæ alternatiuam, an ea gaudeat in Beneficiis post acceptationem vacantibus in tali mense? In quo videtur respondendum gaudere alternatiua, & non requiri menses esse integros, cum vacationis Beneficij ratio habeatur, vt ibi, *quæ antea in mensibus Febr. April. &c. vacare contigerit.* Et in hoc videtur inclinare Sarmiento *libro sexto selectarum cap. 18. sub numer. 9. ibi, cum Beneficij vacationis ratio habeatur summo iure agendo.*

693 Contrarium tamen videtur † Rota tenere in vna Fauentina Canonicatus 16. Decembr. 1585. coram Illustrissimo Blancheto, quæ Decisio sic se habet. *Proposita dubium in causa Fauentina Canonicatus, an constet de tali reseruatione, quæ obstet in casu, de quo agitur, & decimosexto Decembr. 1585. fuit per Dominos resolutum consultare de tali conseruatione, quæ obstet Iulio. clara est enim reseruatio Papæ, & indubitata est acceptatio alternatiuæ per Reuerendissimum Episcopum, ex quo fundatur intentio Ioãnis Euangelistæ, non obstat, quod beneficio alternatiua tamdiu liceat Episcopis gaudere, quamdiu resederint in suis Ecclesiis, ex quo cũ Reuerendissimus Episcopus esset absens à propria diœcesi, cessat commodum alternatiuæ, quia cum ab initio mensis Septemb. esset acquisitum ius Papæ, semper ille mensis remanet reseruatus, sicut dicitur de Beneficio semel affecto, quod semper remanet affectum.* Rota in nouis de Præbẽ. decis. 10. & *dictio, quamdiu, est apposita mensi integrali, non autem diebus mensis, quo casu integrat regula.* leg. cũ qui. ff. de vsucap. *vt totum integrale, non autem singulæ partes remant considerandæ, alias sequeretur, quod liceret Episcopis frui mense Aug. propter residentiam, & Septemb. propter absentiam, & pro reditu mense Octob. sequeretur etiam, quod alternatiua concessa residentib. vt eos ad residendum inuitet, contrarium operaretur, vt ad sæpe recedendum impelleret. Nec obstat quod integritas Reuerendissimi Episcopi excludat huiusmodi præsumptionem, quia agitur de expositione regulæ, quæ vniuersaliter loquitur, & complectitur omnes casus.* l. 1. §. sexum. ff. de postulando. *Non obstat, quod collatio non pertineat ad Episcopum.*

Primo, quia adhuc lis pendet cum Capitulo.

Secundo, quia per concordiam initam inter Reuerendissimum Episcopum, & Capitulum collatio est libera Reuerendissimi Episcopi. Tertio, cum Iulius veniat ex collatione Reuerendissimi Episcopi, ius debet metiri ab actore, & si ipse non habet titulum ab habente potestatem conferendi, multo minus potest molestare Ioannem Euangelistam possessorem. Non obstat, quod expirauerit acceptatio ex lapsu quinquennij, quia contrarium seruatur ex stylo, vt alternatiua acceptatio semper censeatur continuata, ex quib. & aliis deductis pro Ioãne Euangelista, & his præcipue, quæ scribit Dom. Bisaca, Domini tenuerunt huiusmodi Canonicatum esse reseruatum. Apparet ergo Rotam velle menses alternatiuæ debere esse integros, & dictionem, *quamdiu*, esse appositam mensi integrali, non autem diebus mensis, & refertur in Eluen. Beneficij infra adducta, *numero* 699. idem tenet Anast. Germ. *de indultis Cardin. § volumus, num.* 20. vbi affert totum, quod tradit ista decisio Fauentina, & ait, quod Episcopus habens alternatiuam acceptatam, qui discessit à diœcesi, puta Sept. non potest prouidere illo mense, licet absens non gaudeat alternatiua, & si resideat in diœcesi in mense Papæ reseruato, per suam absentiam non recuperat ius conferendi, quia mensis ceptus sub reseruatione Papæ, in eadem perseuerat, & dictio *quamdiu*, deseruit mensi integro, non autem aliquibus diebus mensis, &c. vt *in d. decis.* & ita sentiunt communiter curiales Romæ. Et ita nouissime intellexi tenuisse Rotam in vna Salamantina Beneficij de Almenara 20. Iun. 1605. in qua, cum Beneficium vacasset 19. Aug. 1603. & D. Episcopus acceptasset alternatiuam 18. eiusdem, qui virtute eius illud prouidit, Papa autem illud prouidit D. Roderico de Paz, declarauit Rota, quod prouisio spectabat ad Papam, quod mensis non est diuisibilis, nec sunt dies in alternatiua, sed mense, &c.

Tamen in Episcopatu † Legionen. de anno 1594. accidisse casus, quod Episcopus 5. Febr. acceptauit Romæ alternatiuam, & decima eiusdem vacauit Canonicatus quidam, quem Episcopus prouidit, eius prouisio, vt Romæ intellexi, fuit tollerata per S. D. Clementem VIII. & Sanctissimus prouidit alijs, qui vacauit sequenti mense Martij, quamuis aliqui curiales prætenderent d. primum Canonicatum, quasi spectaret ad prouisionem Sanctissimi ex eo, quod alternatiua fuerat acceptata incepto mense Februarij iuxta dicta. 694

Et quidem mihi verior † videtur prima sententia, scilicet, non esse habendam rationem mensis integri, sed vacationis Beneficiorum, ita vt si vacatio contingat post acceptatam alternatiuam, in mẽse alternato, & Episcopo residente, possit ipse ea cõferre, licet acceptatio facta sit intrato iam dicto mẽse, seu ante vacationem Episcopus absens fuerit in illo mense per aliquot dies, & hæc sententia videtur conformior & verbis, & menti regulæ, & dicere, quod dictio *quamdiu* apposita est mensi integrali, videtur magna restrictio, & diminatio, cum mensis sit diuisibilis per dies, nec intrat simile de Beneficio semel affecto, quod semper remanet affectum, de quo infra ad fin. in proposito enim reseruatio, seu affectio, non cadit super mensem, sed super Beneficia vacantia in mense, vt apparet ex ipsa regula, & si dictio, *quamdiu*, apponeretur mensi integro, sequeretur, quod non posset Episcopus conferre Beneficia vacantia in mense alternato, si post vacationem in eodem mense abesset à Diœcesi, quod non est dicendum. 695

Puto tamen decisionem † Rotæ in d. Fauentina esse veram in suo casu, scilicet quando Episcopus gauisus est, seu gaudere potuit, si vacatio euenisset alternatiua mense Aug. seu etiam in parte illius, tunc enim non posset gaudere mense Sept. propter absentiam, si forte se absentauit postquam intrauit Septemb. seu etiam antequam intraret, alias sequeretur absurdum consideratum in dict. decisione, quod liceret Episcopis frui mense Augusti, propter residentiam, & Sept. propter absentiam, & pro reditu mense Octobr. quod non est admittendum, nam sic fraudaretur Papa, & Episcopus frueretur tribus mensibus continuis, seu parte trium, & alternatiua concessa residentibus vt eos ad residendum inuitet contrarium operaretur, vt ad sæpe recedendum impelleret, vt *in d. decis.* dicitur, & ista dec. Fauentina in suo casu videtur approbata in vna Vicen. præcentoriæ 696

riæ coram eod. D. Blancheto 14. Dec. 159.. infra adducta .741. & in Maioricen. Canonicatus adducta nu. 732.

697 Hæc sunt, quæ in prædicto † dubio ego punctualiter scripseram, post quæ vidi Gonçalez *d. gloss.* 45. 5. *q. a n.* 136. vbi late tractat istam quæstionem & *a n.* 141. tenet prædictam meam sententiam, nempe, quod si Episcopus, qui acceptauit alternatiuam, fuit absens à Diœcesi in principio alicuius ex mensibus suis ratione alternatiuæ, & post reditum ad propriã Diœcesim, vacat tunc in eodem mense Beneficium potest illud conferre, quia regula nostra ad hoc, vt Episcopus, qui alternatiuam acceptauit possit conferre, quo dumtaxat requirit, primum, quod Beneficium liberæ collationis, alias non reseruatum, vacauerit in aliquo ex sex mensibus ordinariis, vigore alternatiuæ, secundum quod de tempore vacationis resideat, sed in casu propositæ quæst. vtrumque concurrit, vacatio in mense ordinario, & in tempore residentiæ, cum iam Episcopus ad suam Diœcesim redierit, licet in principio mensis absens fuerit, igitur ad Episcopum spectat collatio: præterea, quia ad considerandum si Beneficium sit reseruatum iuxta dispositionem regulæ nostræ, attenditur tempus vacationis, Rota *decis.* 774. *num.* 13. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers. cum aliis*, & qualitas adiuncta verbo, *vacauerit*, debet regulari secundum tempus verbi, ergo si nihil aliud est considerandum, nisi tempus vacationis, & qualitas residentiæ de illo tempore, nihil deficit vt Episcopus conferre valeat: Rursus, quia illa dictio, *quamdiu*, tempora diuidit, iuxta *leg. si quis ita legauerit*, 8. *ff. de conditionib. & demonstrationibus*, & quæ ibi notantur, & per Manticam *de coniecturis lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 12. nam quilibet mensis in dies triginta, aut triginta & vnum, aut viginti octo diuiduntur, & quilibet dies in vigintiquatuor horas &c. Et eadem ratio, quæ est de toto quoad totum, est de parte, quoad partem. Enerar. *in loco de toto ad partem.* Deinde, quia alias, si esset necessaria integra residentia totius mensis, sequeretur inconueniens, quod si Episcopus resedisset omnes fere dies mensis, & in illis vacantia Beneficia contulisset, & post iactam legitimam prouisionem de dictis Beneficiis, in vltima die ipsius mensis abesse contigisset, collationes factæ de tempore habili corruerent, quod est prorsus contra mentem Papæ alternatiuam concedentis, sequeretur etiam, quod tales collationes essent conditionales, videlicet, sub conditione, si Episcopus integram residentiam totius mensis continuasset contra *cap. 2. de elect. lib.* 6. necnon, si principium mensis esset considerandum, daretur inconueniens, quod si Episcopi residerent in principio suorum mensium, & postea abessent, in reliqua parte mensis gauderent alternatiua non residentes, quod minime dicendum est, quia esset expresse contra regulam nostram. Demum, quia si Papa voluisset, quod esset necessaria continuata residentia totius mensis, expressisset, quod non fecit. *Item arg. § æ i præter versicul. ea enim. ff. de iuratis cap. ad audientiam.* 12. *de decimis*, item, quia concessio alternatiuæ est fauorabilis, cum innitatur iuri communi, ac propterea potius amplianda, quam restringenda, vt supradictum est *numero* 474. & Beneficium Principis est contra concedentem latissime interpretandum, *leg.* 3. *ff. de constitutionibus Principum cum aliis.* Et ad dict. decisionem Fauentinam respondet, quod non loquitur de aliquo ex sex mensibus ordinariis vigore alternatiuæ, sed de mense Septemb. qui stante alternatiua semper est mensis Apostolicus, siue Episcopus resideat, siue non resideat, secundum suam opinionem, de qua *dubio præceden. numero* 867. & quod respectu dict. mensis Septem. narrant bene omnia, quæ dicuntur in d. decisione, iuxta cuius terminos, inquit, intelligenda est decisio Eluen. eam allegans. Et ad rationem adductam in d. decisione, quod dictio, *quamdiu*, sit apposita mensi integrali, non autem singulis diebus mensis iuxta *leg. cum qui ædes, ff. de vsucap.* cui consonat *l. qui vniuersas, ff. de acquirenda possessione*, respondet negando, quod dictio, *quamdiu*, sit apposita mensi integrali quando mensis est ordinarius, vt dixit: & quod casus *d. l. cum qui ædes*, & similium non applicatur in proposito nostro. Nam domus constituta ex omnibus suis materialibus indicatur vna & eadem res indiuidua, & singulæ res quamdiu adhærent ædificio amittunt naturam suam rerum mobilium, & efficiuntur vnum corpus immobile & indiuisibile, quod secus est in casu nostro, quia mensis habet singulos dies, & horas separatos, & indiuisibiles, vt supra considerauit. Et quod melius conueniret mensi exemplum de grege de quo loquitur *l. rerum mixtura. ff. de vsucap.* &c. hæc Gonçalez. *dict. gloss.* 45. *quæstione* 5.

Qui idem tenet *glossa* 65. † vbi ex eo, quod regula declarat vsum alternatiuæ incipere, ex quo sunt recognitæ literæ acceptationis ipsius, infert, quod si Episcopus acceptauerit alternatiuam effectualiter, cum recognitione de principio mensis Martij, quamuis non potuerit prouidere in mensibus Ianuarij, & Februarij ratione reseruationis regulæ nostræ adhuc etiam erit impeditus prouidere in ipso mense Martij, nam stante d. acceptatione d. mẽsis remanet Papæ reseruatus, & sic in isto casu Papa habebit tres menses continuos. Et versa vice, si Episcopus acceptauerit alternatiuam de principio mensis Aprilis aut Octobris, quamuis menses præcedentes Martij, & Septembris fuerint Ordinarij, nihilominus gaudere debet alternatiua in ipso mense Aprilis vel Octobris, & sic fruitur duobus mensibus continuis. Et quod si Episcopus acceptat alternatiuam post iam ceptum mensem Februarij, Aprilis, Augusti, aut Octobris, quamuis in principio talis mensis ante acceptationem, non potuerit prouidere, quia obstabat reseruatio, tamen in reliquis diebus eiusdem mensis intrabit alternatiua, ac poterit Episcopus prouidere, prout etiam è conuerso, si acceptatio contingat fieri intrante iam mense Martij, aut Sept. vsque ad diem acceptationis ille mensis erit ordinarius, & post eam erit reseruatus, & quod vnus & idem mensis potest esse partim reseruatus, & partim ordinarius, & quod mensis non sit semper considerandus, vt vnum totum integrale, sed sunt attendendæ singulæ eius partes, suam causam, & naturam diuersam continentes, vt *in dict. glossa* 43. *quæstione* 5. & quod in casu nostro non solum vnus, & idem mensis potest esse partim reseruatus, & partim non reseruatus, sed etiam vna & eadem dies, nam si conclusio acceptationis fit in vna die mensis Februarij, Aprilis, Augusti, aut Octobris tempus illius diei vsque ad punctum recognitionis erit reseruatum, & ex illo puncto in posterum erit ordinarium ac cessabit reseruatio, & quod ita consultus super respondit in quadam causa Salamantina Beneficij, & per contrarium si acceptatio concluditur in aliquo ex mensibus Martij, aut Septembris dies illa acceptationis erit par- 698

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tim ordinaria, vsque ad illum punctum recognitionis, & partim reseruata ex illo puncto, vt in terminis tradit Mandos. *consil. 18. in princip. & sub num. 8. ad fin.* imo eadem ratione vna, & eadem hora poterit amplecti tempus reseruatum, & poterit esse valida, & non valida collatio Ordinarij, &c. Hactenus Gonçalez *dict. gloss.* 65. cuius doctrina mihi placet, & est notanda, & vide dicta supra *numero* 533.

699 Tertio dubitatur, † an Episcopus, qui de ordinario, & vt plurimum non residet in suo Episcopatu, sed ad tempus, non cum animo permanendi, sed recedendi; gaudeat alternatiua in Beneficiis, tunc vacantibus, cum residet? In quo Rota in causa Eluen. Beneficij 22. Mart. 1599. coram D. Mellino Cardinali meritissimo, & Nuntio Hispaniæ negatiue tenuit, vt in sequenti decisione.

Reuerendissimus Episcopus Eluen. continuus commoratur in ciuitate Vlisbonen. vbi præest officio S. Inquisitionis totius Regni, sed ante festa Paschalia solet accedere ad suam Ecclesiam, & eis peractis, iterum reuertitur ad d. ciuitatem, de anno 1598. accessit ad suam Ecclesiam die 6. Mar. in qua resedit per totũ mẽsem Apr. de quo mense vacauit per obitum Balthasaris de Lucena Beneficium simplex in Ecclesia Parochiali S. Saluatoris, & cum dubitaretur, an collatio spectaret ad eum vigore alternatiuæ quam acceptauerat, vel Beneficium esset reseruatum, propositum dubium, an esset reseruatum, & fuit resolutum esse reseruatum. Potissima ratio resolutionis fuit, quia licet regula tribuat Episcopis priuilegium alternatiuæ, quamdiu apud suas Ecclesias vere, & personaliter resederint, & sic est contenta præsentia temporali Episcopi, dummodo sit per integrum mensem iuxta interpretationem alias datam in causa Fauentina Canonicatus 16. Decembr. 1585. coram Illustrissimo Cardinal. Blancheto, tamen debet intelligi de præsentia temporali ordinata ad effectum permanendi, & residendi in sua Ecclesia, non autem de casuali, momẽtanea, & temporali, non cum animo permanẽdi, sed recedendi, quia ista non dicitur proprie residentia, quam regula requirit Archidiacon. in capit. licet canon. numer. quinto de elect. in sexto. *Corneus* consilio 244. numer. decimooctauo. & decimonono. lib. 2. *& ista interpretatio est multum conformis menti regulæ, quæ fuit, allicere Episcopos ad residendum propter hoc priuilegium, cui menti non satisfit per præsentiam momentaneam, & temporalem, cum animo discedendi, vnde cum Reuerendissimus Episcopus non accesserit ad suam Ecclesiam cum animo permanendi, sed iuxta solitum aliorum annorum, per illis functionibus Paschalibus, redeundi, prout rediit ad d. ciuitatem, in qua vt dictum est, continuo commoratur, non est locus regulæ, & consequenter cessante alternatiua Beneficium est reseruatum ratione mensis.*

700 Quam decisionem adducit † posthæc Gonçalez *d. gloss. 43. 6. quæstione, à num.* 173. & ait, quod postmodum in eadem causa sub die 30. Octob. 1602. coram D. Ludouisio, fuit, vtraque parte informante, disputatum dubium, an intraret arbitrium Rotæ, nã prouisus Ordinarius appellauerat à sententia Auditoris Cameræ prolata, ad fauorem prouisi Apostolici, & causa appellationis fuit commissa eidem D. Ludouisio, cum clausula arbitrio Rotæ, & resolutum fuit, non esse locum arbitrio, & quod circa propositum nostrum, dicit d. decisio sic. *Quod autem Episcopus non resideret, licet de tempore vacationis fuerit præsens, patet, quia propter officium Summi Inquisitoris, quo fungebatur in ciuitate Vlisbonen. ibi continue permanebat, licet aliquando, & certis temporibus visitaret Ecclesiam Eluen. vbi per aliquos dies morabatur exercendo munera Episcopalia, prout contigit de tempore vacationis, vnde ex mora, quã fecit in ciuitate Eluen. animo reuertendi, prout reuersus fuit ad ciuitatẽ Vlisbonen. non potuit pro residente haberi.* leg. 1. §. habitare. ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderũt. l. postliminio. §. captiuus. ff. de captiuis, & postliminio reuersis, *& fuit in hac causa dictum 22. Martij 1599. coram R.P.D. meo Mellino, ex traditis per Archid.* in c. licet canon. num. 5 de elect. in 6. *&* per *Corneum*, cõsil. 244. n. 18. & 19. li. 2. *facit quia, cum non diceretur recessisse a ciuitate Vlisbonen. à qua recessit animo reuertendi,* l. qui fugitiuus. ff. de ædilit. edict. §. in his autem animalibus. instit. de rerum diuision. *& ita adhuc in d. ciuitate diceretur residere, Io. And.* vbi supra, *Card.* in Clem. 1. q. 12. de foro compet. *non poterit pro eodem tempore haberi pro residẽte etiam in ciuitate Eluen. gloss. & Dd.* in cap. non potest de Præb. li. 6. *cum aliis allegatis per Ripam,* resp. 14. n. 32. in tit. de lege, & consuetudine, *non obstat decisio, in causa Fauentina Canonicatus coram Illustrissimo Card. Blancheto, quia illi respondetur in decisione D. mei Mellini, verum esse sufficere præsentiam Episcopi, per mensem integrum, ad effectum, vt gaudeat alternatiua, sed debere intelligi de tali præsentia, quæ fit cum animo ibi permanendi, quia non dicitur quis esse, vbi est in corpore, si mente & animo abest.* l. postliminio. §. captiu', ff. de captiuis, & postlimin. reuersis, cum aliis allegatis, *ad id, quod dicitur animum Episcopi non cognosci, cum sit imperscrutabilis, respondetur, quod imo satis in casu nostro declaratur ex præcedentibus, & sequentibus.* l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legatis 1. *& absolutis, Aymon.* consi. 10. n. 7. Et inquit etiam Gonçalez, quod deinde in alia causa Eluen. ratione vacationis alterius Beneficii de mense Febru. quando Episcopus Eluen. aderat in sua Ecclesia, cum ipse illud contulisset vni, & alius esset prouisus à sede Apostolica, introducta lite in Rota, coram D. Penna, fuit facta eadem resolutio, contra prouisionem Episcopi, sub 13. Nouemb. 1602. cuius resolutionis decis. in hac parte se habet, vt sequitur. *Non obstat prætensa prouisio Petri ab Ordinario prouisi eo, quod Episcopus gaudebat alternatiua, quia respondebatur primo, quod cũ Episcopus Eluen. exerceret in Regno Portugalliæ officium Inquisitoris, cuius ratione solebat, & tenebatur residere in ciuitate Vlisbonen. vbi erat constitutum idem tribunal, ideo, licet aliquando soleret accedere ad suum Episcopatũ, & in eo residere, cũ illa residentia non esset continua, & deliberata, sed animo recedendi, & reuertendi ad tribunal officij generalis Inquisitoris, non gaudebat alternatiua, cum illa nõ esset propria, & talis residentia, qualem regula requirit, Archidiacon.* in cap. licet canon, num. 5. versicul. patum enim est, de electione libro 6. *Corneus* consilio 244. num. 18. & seq. lib. 2. *& fuit resolutum in alia Eluen. Beneficij, 22. Martij* 1599. *corã R.P.D. meo Mellino.* Et idem etiam postmodum fuit firmatum in eadem causa Eluen. coram eodem D. Penna 17. Nouemb. 1603.

Nihilominus tamen (salua pace, † & reuerentia 701 tanti tribunalis) contrarium mihi verius visum est, nam regula solum considerat residentiam actu tempore vacationis, absque distinctione, & consideratione animi, sic etenim inducuntur Episcopi ad residendum saltim amplius, quam alias residerent, & qui residet, licet habeat animum redeundi, nec resideat de ordinario, pro tunc vere residet, & vt talis facit fructus suos, non obstante Decreto Concilij, *sess. 23. de reform. cap. 1.*

Nam

702 Nam obstat ratio d. decisionum, dici † & censeri quem residere, vbi continue commoratur, non vbi casualiter & ad tempus adest, nam id est improprie, & per quandam fictionem, & secundum quendam modum loquendi, & ideo iura, & Doctores, qui id dicunt, loquuntur per verbum, *videtur*, seu *censetur*, vel *habetur*, quæ verba denotant improprietatem, & fictionem Mandos. *reg. de annali, quæst. 87. numero 1.* Nauarrus *consil. 8. numero 6. de cleric. non residen.* Attenta vero veritate, & realitate, clarum est, quod Episcopus, qui adest in propria Ecclesia, seu Diœcesi mense Aprilis, vel alio, vere & realiter in illa residet, eo mense, non autẽ in loco vbi de ordinario residet, & regula nostra ad effectum alternatiuæ requirit veram, personalem, & propriam residentiam & non contentatur cum ficta, & impropria residentia, vt supradictum est *a numer.* 466. vt recte considerat Gonçalez *supra numero* 169. *&* 170. præterea sicut Episcopus, qui casualiter, & ad tempus abest à Diœcesi cum animo statim reuertendi, non gaudet alternatiua de illo tempore absentiæ, vt Rota censuit, & dictum est supra *numero* 468. ita à contrario Episcopus, qui vere, & personaliter adest, & residet in Diœcesi, licet ad tempus, & cum animo reuertendi, debet pro tunc gaudere alternatiua, nam contrariorum eadẽ est ratio, & disciplina, Gonçalez *supra* 171.

Quare ego in hac sententia persisto, quam libenter, inquit Gonçalez *supra numero* 173. *&* 178. & intrepide amplecteretur, nisi vidisset, quod Rota contrarium sæpe decideerit in dict. decisionibus Eluen. quibus stantibus propter authoritatem tanti tribunalis, non audet illius impugnare sententiam, sed, vt par est, vult reuerenter differre, donec forsan ipsa Rota sententiam mutet, prout post illa scripta cœpit in contrariam inclinari sententiam, vt colligitur ex quadam decisione facta in dicta causa Eluen. coram D. Ludouisio, super concessione remissoriæ sub die 22. Mart. 1604.

703 Quarto dubitatur, an Episcopus existens in loco † exempto suæ Diœcesis dicatur in sua Diœcesi residere, ita vt gaudeat alternatiua? quam quæstionem tractat Gonçalez *d. glo. quadragesimatertia, septima q. numero* 180. & post adducta fundamenta pro parte negatiua, affirmatiuam tamen sententiam tenet *à n.* 187. ex eo, quod locus exemptus dicitur de Diœcesi, & in Diœcesi *argum. tex. in cap. cum Episcopus de off. ord. num. 6.* vbi notant D. Domin. *numer.* 3. Francus 2. & alij tex. etiam *in Clemen. 1. §. simili modo. de priuil.* vbi notat Card. *num.* 4. & Bonif. *num.* 41. *&* 42. *glossa in Clementina 1. de foro compet. verbo aut earum parte versi. quod si in aliquo loco Diœcesis suæ tamen exempto,* vbi Cardin. *numero* 9. Imola 22. & Bonif. 16. Abb. *in cap. Apostolicæ numero 3. de donat.* P. de Vbaldis *de Canonica Portione cap. 4. quæstio. 6. numero* 11. & Rota *decisio.* 207. *num. 2. par. 2. diuersorum.* & Rolan. *consil. 53. numer. 17. vol. 3.* & Felin. *in cap. graue, numero 2. de offic. ord.* & plus habet Episcopus in locum, & personas exemptas suæ Diœcesis, quam in prorsus extraneos, etenim habet iurisdictionem in aliquibus casibus in locum, & personas exemptas, Rota *decision.* 702. *numero 4. & dec. 744. parte 1. decis. 145. parte 2. diuersorum,* maxime post Concilium Triden. *vt in sess. 7. cap. 8. & sess. 21. c. 8. & sess. 24. cap. 9. de refor.* vnde etiam ait idem Gonçalez *glo. 62. num. 27.* quod literæ acceptationis alternatiuæ, quæ dari debent in propria Diœcesi validæ erunt, si datæ sint in loco exempto Diœcesis.

704 Sed ista sententia mihi † non placet, nam quamuis locus exemptus sit de Diœcesi, & in Diœcesi, tamen parta sunt quoad iurisdictionem, quod locus sit exemptus, vel extra territorium, & locus exemptus quoad iurisdictionem dicitur extra potestatem & territorium Episcopi *d. cap. cum Episcopus* Io. Andr. *in cap. 2. de constitut. in 6. numero 5. & 6.* & ibi Domi. *numer. 24. & 25.* Francus 10. & Ludo. Gomez *§. statuto eiusdem cap. 1. numer.* 84. & Rolan. *d. consil. 53. ex numero 23.* vbi plura cumulat, ac Felin *supra,* & confirmatur, nam ratio, ex qua regula nostra exigit dict. residentiam, est, vt Episcopus tanquam bonus pastor præsit ouibus suis, & munus suum personaliter exerceat, quæ ratio plene cessat, quando est in loco exempto, cum ratione exemptionis oues non sint propriæ ipsius Episcopi, sed alienæ, nempe Prælati illius loci, seu territorij, nec Episcopus ibi possit munus suum exercere regulariter, vnde sententia Gonçal. solum, posset procedere, quando Episcopus esset in loco exempto suæ Diœcesis causa sui officij pro iurisdictione exercenda in aliquo casu, quo sibi competeret.

Quinto circa illa verba, † *de omnibus, & quibuscunque Beneficiis,* &c. dubitatur, an possit Episcopus gaudere alternatiua acceptata in Beneficiis ad eius prouisionem spectantibus existentibus tamen in alia Diœcesi verbi gratia ad Abbatem S. Ioannis de la Penna ante dismembrationem dictæ Abbatiæ pertinebat prouisio, & collatio in mensibus Ordinariorum Portionum, seu simplicium Beneficiorum Parochialium Ecclesiarum loci de Tauste, Luna, & Erla Cæsaraugustan. Diœcesis, quorum prouisio à dicta Abbatiæ dismembratione Episcopo Iacen. in eius erectione fuit applicata per hæc verba, *de Beneficiorum collationibus, & prouisionibus, seu aliis quibuscunque iuribus pari ratione dicendum est. quapropter declaramus Beneficiorum collationem, aut alia quæcumque iura, quæ olim habebat Abbas S. Ioannis de la Penna in locis Tauste, Luna, & Erla, & aliis in plantis consistentibus, deinceps ad Episcopum Iacen. pertinere eo modo, quo ad prædictum Abbatem hactenus pertinere fuit solita,* dubitatum est, an Episcopus Iacen. vigore alternatiuæ per eum acceptatæ possit ea gaudere in huiusmodi Beneficiis, attento, quod in alia Diœcesi existunt, & Abbas S. Ioannis alternatiua gaudere nõ posset? ad quod dubium anno 1582. 19. Ian. sic consultus respondit doctissimus Christophorus Robusterius, Rotæ auditor, & postea Episcopus Oriolen. *ratione noua erectionis Episcopatus Iacen. Episcopus gaudet alternatiua quoad prouisionem, seu collationem Beneficiorum Parochialium loci de Tauste, Luna, & Erla Cæsaraugustana Diœcesis, & pari ratione dicendũ est, quoad alia quæcumque iura, quæ olim habebat Abbas S. Ioannis de la Penna in locis prædictis, Christophorus Robuster. Rotæ auditor.* 705

Et cum postea dubium † istud propositum esset 706 in Rota coram Illustrissimo Plato idem resoluerunt Domini, vt apparet ex decisionibus sequentibus Cæsaraugustana Beneficij de Tauste 14. Nouemb. 1586. *cum Abbatia loci de Tauste existentis in Diœcesi Cæsaraugustana, cuius Abbas habeat facultatem conferendi Beneficia, fuisset vnita Episcopatus Iacen. tunc erecto, ita, vt dicta Abbatia, eo modo ad Episcopum pertineret, quo ante erectionem ad Abbatem pertinere erat solita, contigit dubitare, an Episcopus Iacen. gauderet alternatiua in Beneficiis loci? & dubio super inde dato die Veneris 14. Nouemb. 1586. domini tenuerunt partem affirmatiuam, nam gratia alternatiua concessa Episcopis residentibus capit omnia Beneficia spectantia ad liberam*

eorum collationem, quare, cum per vnionem, factam de dicto loco de Tauste Episcopatui Iacen. Beneficia eiusdem loci, ad liberam Episcopi Iacen. collationem spectare ceperunt, necessario sequitur; vt alternatiua in eis locum habeat, & licet ante vnionem Abbas non posset conferre, nisi in quatuor mensibus, id proueniebat propter impedimentum regul. reseruatoriæ, quo sublato etiam ipse potuisset conferre in aliis mensibus, pari igitur ratione poterit conferre Episcopus, propter gratiam alternatiuam, quæ tollit obstacula. Caputaquen. decisione 87. numero sexto libr. secundo, & ideo non obstat quod Abbatia fuerit vnita eo modo Episcopatui, quo erat ante vnionē, quia ante vnionem ita erat apud Abbatem, vt, si Papa substulisset impedimentum reseruationis, Abb. potuisset conferre, nunc autem sublatum est impedimentum in mensib. non reseruatis, quoad Beneficia spectantia ad collationem Episcopi, ergo gratia prædicta tollens obstaculum, quoad menses in alternatiua expressos, habebit locum etiam in Beneficiis extra Diœcesim, spectantibus tamen ad Episcopi collationem, ad quod propositum placuit Dominis decisio Caputaquen. 335. libro primo. Non obstat, quod dicitur Episcopum in acceptatione se restrinxisse ad Beneficia suæ Diœcesis, quia contrarium apparet ex lectura, nam acceptat simpliciter, & licet fides, quam idem Episcopus facit de acceptatione, attestetur, etiam se contulisse Beneficia suæ Diœcesis, nec excludit alia Beneficia, cum stent ea verba demonstratiue, non taxatiue, nec propterea receditur ab acceptatione generali, cum de hoc verbum nullum ex lectura etiam acceptationis, apparet minus verum esse, quod dicitur acceptationem factam fuisse de alternatiua iam extincta, nam illa dicit simpliciter acceptare gratiam alternatiuam à Gregor. concessam, quare est intelligendum de illa, quæ tunc vigebat, non autem de ea, quæ erat extincta, quæ iam desierat esse, & sic acceptari non poterat, nec prodesse Episcopo, & ex his concluserunt Domini in Beneficio, de quo agebatur, Episcopum Iacen. gaudere potuisse gratia alternatiuæ, non obstante, quod esset in Diœcesi Cæsaraugustana, quia tamen intelligebatur per partem, quod Episcopus aliter intellexerat, atque obseruauerat eo, quod contulerat Beneficia dicti loci de Tauste, in mense Martij, Domini reseruauerunt hunc articulum particulariter videndum, cum super eo voluerit audiri.

In eadem sexto Martij 1587. coram eodem D. Plato.

DOmini resoluerunt non constare, quod Episcopus Iacen. acceptando alternatiuam, intellexerit tantū de Beneficiis sitis in Diœcesi, cum simpliciter acceptauerit, & simplex acceptatio trahatur etiam ad Beneficia extra Diœcesim ad collationem suam spectantia, vt fuit resolutum coram me in hac causa die. 14. Nouembr. 1586. Nec datur aliquis actus positiuus Episcopi, per quem possit apparere de huiusmodi mente, quin potius dantur nonnullæ collationes, per quas apparet Episcopum vsum fuisse alternatiua, etiam quoad Beneficia extra Diœcesim, vt in Beneficio collato de mense Martij 1579. quod vacauerit de mense Februa. & licet eo tempore nondum fuisset præsentata in curia acceptatio alternatiuæ, tamen Episcopus sciebat se acceptasse, & ad se non posse spectare, nisi vigore alternatiuæ. Non obstat, quod dicat collationem ad se spectare pleno iure, quia remoto obstaculo reseruationis per alternatiuam collatio spectat ad Episcopum pleno iure, non obstat, quod Episcopus dicat se vigore alternatiuæ contulisse Beneficia suæ Diœcesis, quia non excludunt acceptationem, quoad Beneficia extra Diœcesim, vt ex effectu, & ex collationib. memoratis videre est, neque obstat quod Episcopus conferendo in mense reseruato Papæ per regulam alternatiuam amittat priuilegium regulæ, & per necessarium antecedens collatio facta in mense, quæ de sui natura est Episcopi, posset sustineri tanquam valida, cum ex actu nullo pœna non incurrat, vbi si pœnæ locus esse debuerit, alium valere oporteat, iuxta tradita per Bartol. in l.1 versic vnde, cum quæritur. C. de his, quæ pœnæ nomine, & tradit Clarus in §. feudum, quæstio. 31. versic. sed quæro, quia fuit responsum, quod Episcopus conferendo in mense reseruato, nulliter confert, quare cum Papa sibi reseruet sex menses alternatos, nullitas collationis oritur à reseruatione, pœna autem incurritur ex sola intromissione, dum conatur conferre Beneficium in mense reseruato, vt aperte patet ex verbis reg. alternatiuæ, quæ priuationis pœnam inducunt, si solum modo Episcopus se intromiserit. Eandem sententiam, nempe, quod Episcopus recte alternatiua gaudebit, quoad Beneficium extra suam Diœcesim consistens ad liberam illius collationem spectans, breuiter tenet posthæc Gonçalez glos. 10. num. 4. allegans Mohed. decis. 3. de Præb. qui non loquitur in proposito, nec eius decis. est certa, vt infra cap. 3. num. 29.

Circa illa verba, ad liberam ipsorum † duntaxat, non autem aliorum cum eis, &c. de quibus Gonç. gl. 45. 707
seq. videnda sunt per nos dict. sup. à n. 470 circa quæ tamen restant aliqua dubia examinanda, & ideo dubitatur, an in Ecclesiis in quib. collatio Beneficiorum, & Præbendarum est communis Episcopi & Capituli, facta inter eos conuentione, & concordia de prouidendo alternis vicibus iuxta Clem. 2. de iure patron. possit Episcopus in suo turno gaudere alternatiua? in quo videbatur dicendum, quod non, nam tunc Episcopus non videtur prouidere iure suo proprio tantum, & sola sua authoritate, sed etiam iure & authoritate Capituli, & iure communi ad cap. fin. de Præben. in 6. & Puteum decis. 88. in fi. lib. 3. vbi dicitur in terminis alternatiuæ antiquæ, quod alternatiua concessa Episcopo prodest Capitulo, vbi menses Ordinarij sunt diuisi inter Episcopum, & Capitulum ex concordia, & sequitur Granutius ad Sinonetam quæst. 17 num. 4. de quo supra num. 471. quod non potest alia ratione procedere, nisi, quod adhuc facta ista diuisione prouisio fit iure communi, & non iure proprio tantum, & confirmatur. nam licet, vsus & exercitium iuris conferendi sit diuisum per turnos, tamen ius ipsum, & proprietas conferendi remanet indiuisum, vt fuit dictum in Salamantina Portionis 30. Aprilis, & 23. Iun 1599 coram D. Mellino, de qua supra n. 239.

Nihilominus tamen contrarium, † & sic partem 708
affirmatiuam tenuit Rota in causa Salamantina alternatiuæ 22. Octobr. 1581. coram D. Robusterio, vt in sequenti decisione. Dubitans hodie 22. Octobr. 1581. stante concordia inter Episcopum, & Capitulū Salamātinum super collatione Dignitatum, Canonicatum, Portionum, & dimidiarum Portionum dictæ Ecclesiæ in turno & alternatiua Episcopis residentib. per Sanctissimum Dominum Nostrum concessa, quorum omnium in necessariis copia detur, an si Dignitates, Canonicatus, Portiones, & dimidiæ Portiones d. Ecclesiæ vacauerint in mensib. alternatis, in eis intret, vel non intret reseruatio, de qua alternatiua Sanctissimi Domini Nostri? & licet informantes fortasse existimantes quod forma moderna

moderna alternatiua sit eadem cum antiqua, contendāt quod Capitulum ex Beneficiis Episcopi possit vti alternatiua per Sanctissimum Dominum Nostrum concessa ex Calder. consil. 22. de Præben. cum aliis allegatis: tamen Domini, visa tenore dict. alternatiuæ, resoluerunt, quod dictus Episcopus solus possit vti alternatiua, non autem Capitulum, siue vellet Capitulum conferre in eadem vacatione, cum D. Episcopo, quod tamen sibi licet, cum turni sint vigore concordiæ distincti, siue vellet separatim conferre in suo turno, quia alternatiua est limitata ad solos Episcopos, Archiepiscopos, & alios superiores, vt inueniuntur ad residendum, quod non potest applicari ad Capitulū, est etiam limitata ad collationem pertinentem libere duntaxat, & non cum aliis, vt expresse excludat Capitulum quando habet communionem cum Episcopo, & in hoc verba alternatiuæ huiusmodi sunt ita prægnantia, geminata, & clara, vt non indigeant aliqua declaratione, vel suppletione: vnde, cum in puncto agatur de facultate conferendi vigore istius alternatiuæ, Domini restrinxerunt difficultatem ad solum D. Episcopum, videlicet, an D. Episcopus Salamantinus possit vti alternatiua in istis Dignitatibus, & aliis Beneficiis vacantibus in turno suo, & in mense alternato? & resoluerunt, quandiu vacauerint dict. Benefi. in prædicta Eccl. & in mensibus alternatis pro Episcopo, & in turno suo, poterit D. Episcop. illa lib. conferre, quia Beneficia, stante huiusmodi concordia & turno, dicuntur pertinere ad liberam collationem Episcopi, & non vna cum Capitulo, & sic in eis non intrat reseruatio seu limitatio (& non cum aliis) de qua in d. alternatiua, & hoc tam ex dispositione iuris communis, quam ex verbis expressis dictæ concordiæ siue turni, nam vbi ex concordia partium collatio Beneficiorum pertinentium ad duos, vel plures simul est, prout hic, alternis vicibus cuilibet reseruata in suo turno, totū ius conferendi pro illa vice dicitur translatum in illum solum, qui est in turno, & non dicitur diuisus vsus solus, sed totum ius conferendi est penes ipsum solum, etiam iure proprio, & non iure communi. vt bene Ioan. Andr. in cap. cum in illis. § fin. de Præbend. in sexto & ibi sequuntur Gemin. Francus Anchar. Ioann. Veglel. in compendio sexti, & in eodem cap. cum in illis, Rebuffus tract. de iure patron. verbo ius, quæstione sexta numero vndecimo. Lamber. eodem tract. libro primo parte secunda quæstione secunda, articul. trigesimosexto, numero secundo, § 8. Bologn. Ad Anianam consil. quadragesimotertio de iure patron. & sic verum est, quod eo tempore, quo fit collatio, est quo ad liberam dispositionem Episcopi, & non cum aliis, quod tempus collationis debet attendi, nam qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi l. in delictis. § in extraneis de noxalibus accedit, quod alternatiua est fauorabilis, & late interpretanda in fauorem Episcoporū, Calde. d. consi. 22. de Præbend. & sic ista communio successiua non instantanea, & contemporanea, non attenditur ad istum effectum, idem etiam sequitur attenta tenore d. concordiæ, in qua præfertur in 16. cap. expresse dicitur ad solum Episcopum, & ad liberam illius collationem, & non nomine Capituli, sed iure proprio conferat, cum aliis clausulis amplissimis, & quod subdit postea, sine consensu Capituli, & perinde, ac si per Capitulum esset facta prouisio, est per comparationem, & similitudinem, vt tam valida, & efficax existat talis prouisio, ac si esset ab vtroque scilicet Episcopo, & Capitulo dictiones enim istæ, perinde ac si, & similes comparationem important, & similitudinem, vt late habetur in l. prima in princip. recept. arbitris nec refragatur decisio quarta de compromissis in antiquis vt in illius lectura apparet. Nec obstat perplexitas considerata, quod Episcopus habeat sex menses, & Capitulum paucos, nam, licet concordia det facultatem illam vtendi alternatiua concessa Episcopo, ad suā faciant eo tempore, quo tenor alternatiuæ non repugnabat interpretationi iuris communis, quo in specie alternatiua concessa Episcopo dicitur concessa Capitulo, Calder. dict. consil. 22. Sed cum tenor modernæ alternatiuæ aliud inducat, sit caducum illud Capitulum concordiæ, vt possit vti eadem alternatiua. Nec hinc sequitur aliqua inæqualitas, vel perplexitas, cum sit expectandum quousque veniat turnus pro Capitulo, adeo quod Episcopus, postquam semel prouiderit, non poterit amplius prouidere antequam veniat vacatio in quatuor mensibus Capituli, iuxta tenorem concordiæ, an autem Capitulum possit recedere à concordia, quia illud Capitulum correspectiuum de alternatiua sit caducum, est alia res, in qua est videndum de causa concordiæ, an illa fuerit successiua, vel momentanea, & alia forte essent discutienda, quæ non pertinent ad nos, hic enim præsupponimus existentiam, & durationem concordiæ.

Et idem fuit dictū in † Salamantina dimidiæ portionis 25. Iun. 1590 coram D. Comitulo, scilicet Episcopum Salamantinum in suo turno, gaudere alternatiua, & in Lunen. Sarzanen. Canonicatus 23 Octob. 1598 coram D. Seraphino supra relata. numer 472. & facit dec. Achillis 15 seu secunda de iure patr. & Putei 107. lib. 3. & quod stante diuisione simultaneæ inter Prælatum, & Capitulum, quam iura permittunt, cap. vltim. de Præben. in sexto gloss. in d. Clem. 2. de iure patron. quilibet eorum iure proprio in suo turno confert, nec collatio est communis, fuit etiam alias dictum in vna Romana Beneficiatus Sancti Petri 28. April. 1595. coram D. Gipsio, & 20. Nouembr. 1596. coram D. meo Corduba, & 8 Martij 1602. coram D. Penna infra relatis 10. part. cap. 4. numero 39. & ita in proposito dubio tradit post hæc Gonçalez glos. 45. §. 1. à num. 12. dicens, idem nouissime resolutum in vna Salamantina Portionis 16. Maij 1603. coram D. Iusto. 709

Et idem erit, quando † diuisio facta est per choros, 710
seu latera, nempe quod Beneficia, seu Præbendæ sedentium in cornu, seu latere dextero chori Ecclesiæ spectent ad collationem Episcopi, Beneficia vero, seu Præbendæ sedentium in cornu, seu latere sinistro chori ad Collationem Capituli, seu quod Beneficia chori Episcopi spectent ad prouisionem ipsius Episcopi. Beneficia vero chori Decani, ad prouisionem Capituli, vt in aliquibus Ecclesiis seruatur, nam similiter in hoc casu Episcopus gaudebit alternatiua acceptata in Benefi. sui chori ad eius prouisionem spectantibus, Capitulum vero prouidebit in quatuor mensib. ordinariis, de Beneficiis sui chori, Gonçal. supra n. 36.

Et idem etiam erit, † quando diuisio facta est per 711
menses, ita vt Episcopus conferat vacantia in duobus ex quatuor mensibus ordinariis, & Capitulum in aliis duobus, iuxta gloss. in d. ca. fi. de præben. in 6. verb. statuto, dummodo Episcopus habeat mensem Martij, & Septem. quo casu Episcopus gaudere poterit alternatiua, per quam dicti duo menses dimittuntur Papæ, & loco illorum Episcopus recipit alios quatuor menses, Febrna April August. & Octob. Si vero Episcopus non haberet dict. duos menses, Martij, & Septembris minime intraret alternatiua, cum illos duos menses permutare non valeat cum Papa, nec possit Episcopus auferre Capitulo aliquem ex suis mensibus l. id quod nostrum ff. d. reg. iuris

cum aliis, ita Gonçalez sup. ex numero 37.

712 Sed videtur, † quod etiamsi Episcopus habeat mensem Martij, & Septemb. nullo modo possit gaudere alternatiua, quia Papa in alternatiua, Episcopo habenti alias quatuor menses, dat duos menses plus, ita vt habeat sex menses, & sic auget solum in dimidia parte, at si habenti solos duos menses darentur quatuor pro illis, duplicarentur menses, & augeretur, non in dimidio, sed in alio tanto, vnde, cum non seruetur proportio, non videtur intrare alternatiua, & hoc mihi magis placet, quod non aduertit Gonç. ibi, & *glo.* 54. *n.* 25.

713 Si autem sit facta diuisio † simultaneæ per hebdomadas, seu dies, non potest commode intrare alternatiua, etiam respectu Episcopi, quia diuisio temporum fit à reg. nostra per menses, non per hebdomadas, aut dies, & diuisio per hebdomadas, vel dies repugnat diuisioni mensium per alternatiuam constitutæ, cum hebdomada, & dies vtriusque, nempe Episcopi, & Capituli possit occurrere in vno & eodem mense. Et vna & eadem hebdomada possit participare de duobus mensibus, &c. Gonçalez *supra à num.* 49.

714 Sed si diuisio collationum facta sit inter † Episcopum & Capitulum per alternatos annos, vt in specie *dict. decis.* Achillis 315. in anno Episcopi proculdubio intrabit alternatiua, cum de illo anno Beneficia sint liberæ collationis Episcopis, & possit fieri commoda mensium diuisio inter Papam & Episcopum, nullumque adsit impedimentum, iuxta dicta, quamuis secus sit in anno Capituli, Gonçal. *supra numer.* 55. *& seq.*

715 Et quod dictum est, † intrare alternatiuam in turno Episcopi, quando simultanea diuisa est inter Episcopum, & Capitulum, videtur procedere etiamsi sola electio, nominatio, seu præsentatio personæ sit diuisa, & collatio remaneat communis, vt in Ecclesia Segobien. & Palentina, iuxta infra dicta *num.* 733. *& seq.*

716 Et idem erit in iure patronatus, † seu præsentandi communi Episcopi ratione Dignitatis, & aliorũ per concordiam diuiso, quoad turnum Episcopi, nam in eo poterit gaudere alternatiua.

717 Nec prædictis † obstat *d. c. si. de Preb. in* 6. quia termini illius sunt diuersi, & ratio diuersa.

718 Ad *d. decis.* Putei 88. *lib.* 3. responderi potest, † vel quod non est vera, ex d. doctrina Ioannis Andr. *in d. cap. cum in illis. §. fin.* quem sequuntur plures relati *in d. decis.* Salamantina alternatiuæ, vel quod procedit cum concordia illa, & diuisio mensium facta fuit cõcessa iam alternatiua Episcopo, & ab eo acceptata, & ea iam gaudente Capitulo ex Beneficio Episcopi, tunc enim pro tempore illius alternatiuæ videbatur Capitulum posse ea vti, ex quo ante diuisionem ipsi competebat.

719 Sed verius est, quod in terminis alternatiuæ † antiquæ, in qua illa decisio loquitur, alternatiua concessa Episcopo prodest Capitulo, vbi menses Ordinarij inter Episcopum, & Capitulum sunt diuisi, ex concordia, vt ibi dicitur etiamsi concordia, & diuisio esset facta ante concessam alternatiuam, vt patet ex dict. Salamantina alternatiuæ, quod tamen non procedit ex eo, quod prouisio adhuc fiet iure communi, etiam facta ista diuisione, sed quia per concordiam diuiduntur menses Ordinarij, prout competerent Episcopo, & Capitulo, & sic stante alternatiua, quæ posset prodesse Capitulo menses alternatiuæ.

Ad confirmationem † respondet Gonçal. *supra* *numero* 20. quod tunc solum est diuisum exercitium, non tamen ipsum ius conferendi, quando ille, ad quem turnus spectat, confert communi nomine, secus vero, si confert solo iure proprio, vt in causa d. deci. Salamantinæ alternatiuæ, & quod ita fuit distinctum & declaratum in d. Romana Beneficiatus S. Petri 28. April. 1595. coram Gipsio, & in d. Salamantina Portionis 16. Maij 1603 coram D Iusto. Sed ibi saltem in d. Romana solum dicitur, quod quando est diuisa simultanea, quilibet confert in suo turno iure proprio, nec fit talis distinctio. Et illa decis. Salamantina Portionis 30. Apr & 25. Iun. 1599. coram D. Mellino, in confirmatione allegata loquitur in eadẽ concordia facta inter Episcopum, & Capitulum Salamantinum, de qua in d. dec. Salamantina alternatiuæ: vnde ad d. confirmationem respondendum est, vt supra *n.* 242.

720 Sed hic est difficultas, an prædicta resolutio procedat, † etiamsi concordia non sit authoritate Apostolica confirmata, an vero requiratur, quod sit confirmata? Et quidem videtur pro tempore Episcopi eam facientis concordiam valere, etiamsi non sit confirmata, & consequenter in ea pro tunc procedere dictam resolutionem, iuxta supra dicta *numero* 709. non tamen transire ad successores in Episcopatu, etiamsi sit facta nomine Dignitatis, & successorum, nisi sit ab illis approbata, seu obseruata *cap. de cætero cap. veniens de transact.* Rota in vna Oscen. Canon. 9. Martij 1592. coram Illustrissimo Seraphino, in qua fuit resolutum. *Non esse locum executioni Breuis de capienda possessione illius, vti reseruati, ex reg. 8. Gregor. XIIII. cum in illis constaret de prouisione anteriori Capituli, & prætenderetur ad illud spectare collationem vigore conuentionis, seu statuti, ad quod probandam & obseruationem illius debebat admitti ab auditore Cameræ, cum ista exceptio oriretur ex ipso Breui, vel sic cessabat, quod dicebatur dictam concordiam non fuisse confirmatam, & ideo expirasse morte illius Episcopi, cum quo fuit inita, quia prædicta concordia fuit facta nomine Dignitatis, & successorũ, ideo potuit à successoribus obseruari, & dati erant articuli ad probandã obseruantiam, &c. Sed satis esse, quod Episcopus non reclamauerit vt sustineatur prouisio Capituli.* Puteus decisio. 21. de Præben. *& inferiorem collatorem etiam venire appellatione ordinarij,* &c. Rota etiam in vna Vlisbonen. Beneficij de Ouidos 20. Aprilis 1598. coram Dom. Lancelloto, in qua fuit resolutum, *constare de iure Petri prouisi à Priore S. Iacobi de Ouidos, qui licet non sit fundatus super iure conferendi Beneficia suæ Parochiæ, competit tamen ei ex concordia inter Archiepiscopum Vlisbonen. & Reginam Catherinam, ac Priores Ecclesiarum sui iuris patronatus inita, quod durantibus differentiis inter ipsos existentibus, Beneficia dictarum Ecclesiarum alternatim prouiderentur, nec obstare, quod concordia, vti non confirmata à Papa non sit transitoria ad successores in Archiepiscopatu, c. veniens de trãsact. quia satis ligat Georgium Archiepiscopum, cum ipse illam approbauerit conferendo iuxta tenorem alternatiuæ, & approbando collationes à Priori eius vigore factas,* Aym. consi 158. numer. 2. & 3. & cõsil. 159. nu. 5. in fin. *vltra, quod præter concordiam Prior est in quasi possessione conferendi per turnum, quod solum sufficit, vt collatio facta Petro fuerit valida* capit. cum olim. de causa poss. cap. consultationibus de iure patron. *&c.*

Verum prædicta concordia † facta per Episcopum cum suo capitulo, videbatur transire ad succes- 721

sores

sores, etiamsi non esset à Papa confirmata iuxta doctrinam Ostiensis *in cap. nouit de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli*, quam ibi sequuntur Ioan. And. Butrius, Card. & Imola, & glossa *in Clementina secunda, §. fin. verb. Ecclesiam de rebus Ecclesiæ*, & Rota *decis.* 756 *num. tertio parte prima diuers.* quod Episcopus de bonis, seu iuribus suæ mensæ Episcopalis potest donare, & alienare Capitulo sine solemnitate, quia non potest dici alienatum ab Ecclesia, quod semper in dominio Ecclesiæ retinetur, &c. ergo multo magis poterit facere concordiam cum suo Capitulo super prouisione communi, & simultanea diuidenda.

722 Respondetur tamen † prædictam doctrinam Ostien. esse dubiam, vt per Card. *in d. Clem.* 2. *§. si.* 6. *q.* & contra eam tenet Bonif. *ibidem n.* 16. dicens, quod in eo, quod detrahitur à mensa Episcopali distincta à mensa Capituli, est alienatio, quam solus Episcopus facere non potest, vt *c.* 1. *de reb. Ecclesiæ non alienan. & d. §. fin.* & hoc videtur verius, & in proposito ita sentit Rota in dict. Oscen Canonicatus, & in Abulen. Canonicatus Pœnitentiariæ inf. adducta *c.* 4. *nu.* 140.

723 Sed prædicta doctrina, † & resolutio difficultatis propositæ, quatenus dico, quod facta concordia, & diuisione simultaneæ etiam non confirmata, intrat alternatiua in turno & prouisione Episcopi pro tempore, quo concordia durat, videtur corruere ex traditis per Gonçalez post hæc scripta visum *d. glo.* 45. *§.* 1. *ex n.* 93. præsertim ex decis. Rotæ, quam refert in vna Columbren. Canonicatus 24. Maij 1599. coram D. Mellino in qua, vt ait, fuit resolutum, quod *quamuis fuisset facta diuisio inter Episcopum, & Capitulum per choros, & de super esset inita inter eos concordia, quæ Apostolica confirmatione fuerat munita, nihilominus non intrabat alternatiua per Episcopum Columbren. acceptata ex duplici ratione per eandem decisionem assignata, prima, quia in confirmatione Apostolica dictæ concordiæ aderat clausula expressa, saluis reseruationibus Apostolicis, & sine earum præiudicio, & ideo sicut ante concordiam non poterat Episcopus conferre, nisi in solis quatuor mensibus ordinariis, sic etiam, nec post concordiam cum Canonicatus dictæ Ecclesiæ Cathedralis non sint liberæ, sed simultaneæ collationis, & alternatiua locum non habeat, nisi in Beneficiis liberæ collationis, ac dicta confirmatio Apostolica præseruet præiudicium Sedis Apostolicæ, ac salues reseruationes Apostolicas, ita vt ad hunc effectum esset perinde, ac si d. confirmatio obtenta, non esset, & ideo alternatiua intrare non poterat, vnde quando dicta clausula,* saluis reseruationibus &c. *apposita fuerit in confirmatione concordiæ in nullo casu intrabit alternatiua, cum constet de voluntate Papæ nolentis includi,* Bart. in l. si quis priore n. 3. ff. ad Trebell. *Mohed,* dec. 13. n. 2. & 3. de Præb. *secunda ratio fuit, quia Episcopus, & Capitulum nihil possunt facere inter se in præiudicium Sedis Apostolicæ, ad effectum, vt ex tali statuto, vel concordia tollantur reseruationes Apostolicæ mensib. in quibus antea Episcopus prouidere non poterat propter simultaneam collationem, cum in potestate inferiorum non sit per eorum pacta priuata præiudicare reseruationibus Apostolicis, vel illas diminuere,* c. cum inferior. ca. quod super his, de maioritate & obedientia. Clementina, ne Roman. de election. *glo. & Bart. & alij* in authen. quæ supplicatio C. de precib. Imperatori offeren. *Parif.* consi. 111. num. 6. lib. primo *Felin. plenissime in d.* cap. quod super his num. 1. vsq. ad fi. *Rota, quæ loquitur de simili turno, seu vicissitudine* decis. 3. post mediũ vers. nec potest dici. de concess. Præb. in antiquior. *Bisignetis, nam alias si possent facere, quod Beneficia simultaneæ collationis efficerentur liberæ collationis, vt intraret alternatiua in illis, daretur occasio, vt facilius via aperiretur includendi in alternatiua Beneficia, quæ sunt simultaneæ collationis, & eludendi dispositionem regulæ nostræ,* ita dicta decisione Columbrensi.

Vnde resoluit Gonçal. *ibi ex num.* 71. † quod, si agitur de diuidendis collationibus, vt commodius fiant, & discordiarum euitetur occasio, secluso effectu reg. nostræ, proculdubio valet concordia, & diuisio, ex *d. Clem.* 2. *versic. & vt facilius de iure patron.* vbi glo. & Dd. & *d. ca. fin. de Preb. in* 6. *& l. vna, vers. vnus ff. de seruitutib. & l. quoties.* 34. *ff. de vsufruct.* & tradita per Boerium *dec.* 5. *à n.* 2. Lamb. *lib.* 1. *par.* 2. *art.* 36. *à n.* 6. Couar. *pract. c.* 40. *n.* 1. 9. 2. *&* Cæsarem de Grassis *dec.* 4. *de re iudicata.* Si vero agitur ad effectum reg. nostræ, scilicet, vt intret alternatiua in istis Beneficiis, quæ alias erant simultaneæ, & non liberæ collationis, quando concordia fuit per sedem Apostolicam ex certa scientia confirmata, sine vlla difficultate intrabit alternatiua, vt fuit decisum in d. Salamantina alternatiuæ, & in dicta Salamantina Portionis, quando vero fuit confirmata cum restrictione illius clausulæ, *saluis reseruationibus Apostolicis, & sine illarũ præiudicio,* minime alternatiuæ locus erit, vt in d. Columbren. Canonicatus, nec etiam erit ei locus, quando fuit confirmata concordia in forma communi dumtaxat, aut quando non fuit confirmata nisi fuerit longo tempore obseruata, nam stante lõga consuetudine, super d. diuisione, seu libera collatione, alternatiuę locus erit &c. 724

His tamen non obstantibus † persisto in prædicta mea resolutione, & adhuc existimo, stante concordia, & diuisione simultaneę, intrare alternatiuam in turno & prouisione Episcopi, etiamsi illa non sit confirmata, nec obstat, quod Episcopus, & Capitulum non possunt per eorum pacta præiudicare sedi Apostolicæ, & eius reseruationibus, &c. quia illud præiudicium venit in consequentiam, & sic non attenditur ex regul. *l. si quis nec causam ff. si certum petat,* vbi Ias. ex *num.* 3. Probus ad Monach. *in cap. cum in illis n. fi. de Preb. in* 6. Ferretus *consi.* 64. *&* 243. *numer.* 3. cum aliis per Gonçalez *d. glo.* 45. *§.* 1. *numer.* 35. & cum Episcopus, & Capitulum in facienda huiusmodi concordia, & diuisione vtantur iure suo & permissione iuris, non videntur fraudem committere *l. nullus* 56. *ff. de reg. iuris* cum aliis per glo. & Decium ibi. 725

Rursus existimo intrare alternatiuam, † quando concordia fuit confirmata cum clausula, *saluis reseruationibus Apostolicis, & sine earum præiudicio.* Nam ista clausula non ponitur ad tollendam alternatiuam sed ad saluandas, & præseruandas reseruationes Apostolicas, siue octo, siue sex mensium, & alias, ita vt per talem confirmationem non intelligatur dari ius in reseruatis, & per illam clausulam potius exprimitur id, quod de iure inest, & sic nihil operatur *l.* 3. *ff. de legat.* & dicitur alias infra 11. *par. cap.* 5. *num.* 21. *&* 135. 726

Et de materia turnorum in collationibus † Beneficiorum, vide Gonçal. *d. glo.* 45. *§.* 5. vbi de ista materia in particulari agit, & aliquas q. tractat. & vide etiam dicta sup. *à n.* 233. 727

Septimo dubitatur, † supposito, quod electio personæ Pœnitentiarij quandocumque facienda ad solum Episcopum spectat, absque consensu Capituli, collatio autem Præbendæ ab illis fieri debet, ad quẽ 728

ante spectabat, iuxta declarationem S. Cong. Concilij, vt infra dicetur *cap. 4. à nu. 137.* an in Ecclesiis, in quibus collatio Præbendarum est communis Episcopi, & Capituli, vt in hac Ecclesia Abulen. & aliis, vacante Canonicatu, & Præbenda Pœnitentiariæ in mense alternæo, puta Febr. April. Aug. seu Octo. Episcopus virtute alternatiuæ acceptatæ possit eligere personã Pœnitẽtiarij, & illi sit faciẽda collatio ab Episcopo, & Capitulo: & idẽ dubium est, vbi collatio præbẽdarum esset solius Capituli, quod est quærere, an in Canonicatu, & prębẽda Pœnitẽtiariæ possit Episcopus gaudere alternatiua, non obstante, quod collatio Prębendarum sit cõmunis Episcopi, & Capituli, vel solius Capituli Et videtur, quod non, nam alternatiua est restricta ad Beneficia, quę spectant ad liberam Episcoporum, dumtaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, &c. vt in d. verbis reg. & in pœnitentiaria, licet electio personę ad solum Episcopum pertineat, tamen collatio prębendę est communis, seu solius Capituli in prędictis Ecclesiis, vt supponimus, & sic non potest dici spectare ad liberam Episcoporum dumtaxat dispositionem & ita hanc partem negatiuam aliqui tenent.

730 Nihilominus † tamen verior videtur pars aff. nam considerandũ est, quod pœnitẽtiarius habet officium pœnitẽtiarij, q est principalius, & insuper prębendã Canon. illi vnitam, seu annexam, vt patet ex S. Con. Trid. *sess. 24. de ref. c.* 8 & dicet inf. 15. *p. c. n.* 250. cũ ergo electio personæ pœnitentiarii, & sic dispositio officij Pœnitentiarij, quod est principalius, spectet ad solum Episcopum, habebit in eo locum alternatiua, non obstante, quod collatio præbendæ annexæ sit communis, seu solius Capituli, nam id est attendendum, quod est principalius, nec Capitulum potest conferre, nisi electo ab Episcopo in pœnitẽtiarium, & tunc per accidens, & in consequentiam Capitulum fruetur alternatiua in collatione prębendæ annexæ pœnitentiario, ex reg. *l. 1. ff. de author. tutor.* de qua per glos. *in §. ex non scripto verb. diuturni instit. de iure naturali*, quod in consequentiam, & per obliquum aliquid permittitur, quod alias principaliter, & directo denegatur, & ex reg. *l. Arist. ff. quæ res pignori oblig. poss. in fi.* ibi, *Sæpe enim, quod quis ex sua persona non habet hoc, per extraneum habere potest.* Ex *l. si communem ff. quemadmodũ seruitutes admittantur*, quod ratione communionis quis consequitur, quod per se non posset, & est in simili *glo. fin. in c. vnic. §. verum, de iure patron. in* 6. quam DD. ibi communiter sequuntur, & alij inf. citati *c. vlt. numero* 210.

731 Et ita plane tenuit Rota † in vna Mayoricen. Canonicatus, seu pœnitentiariæ coram Illustrissimo Mellino, & corã Illustrissimo Seraphino, in qua cõsequenter, & conformiter ad ista resoluerunt Domini vacante pœnitentiaria in mense Sept. habente Episcopo alternatiuam, prouisionem, & electionem Pœnitẽtiarij spectare ad Papã ratione mensis Apostolici, nec valere prouisionem factã ab Episcopo, & Capitulo, non obstante, quod collatio præbendarum esset communis Episcopi, & Capituli. Licet in illa coram D. Seraphino, Domini videantur velle quod in illo casu posset Episcopus, & Capitulum facere collationẽ Præbendæ Pœnitentiario electo à Papa, nisi ipse Papa præueniret eligendo simul, & conferendo, quod mihi non placet, nam tunc nullo modo posset collatio Præbendæ ad Episcopum, & Capitulum pertinere, sed ad Papam vti sequela, vt in illa coram D. Mellino, & in consequentiam, sicut quando vacaret in mensibus alternatis Episcopi, in consequentiam collatio Prębendæ spectaret etiam ad Capitulum, & non solum in duob. mensibus quicquid in illa coram D. Seraphino controuertatur, quę decis. sic se habent.

Maioricen. Canonicatus 15. Nouem. 1593. coram D. Mellino.

Domini concorditer † resoluerunt, non constare de 732 *bono iure Matthæi, moti fuerunt, quia Episcopus acceptauit alternatiuam, & vacatio successit in mense Septem. ideo prouisio spectabat ad Papam, & non ad Episcopum, & Capitulum, à quibus ipse fuit prouisus, nec potest reuocari in dubium acceptatio alternatiuæ, & residentia Episcopi, quia de acceptatione constat ex actis, & ex confessione Episcopi: residentia vero probatur ex prouisione Matthæi, quæ est facta ab Episcopo in domo Capitulari Ecclesiæ Maioricen. die sequenti post vacationẽ, vltra quod absentia Episcopi priuat ipsum cõmodo alternatiuæ, sed non præiudicat Papæ, vt fuit resolutũ in causa Fauentina Canonicatus 16. Decemb. coram R. P. D. Blancheto. Non obstat, quod alternatiua est restricta ad Beneficia, quæ spectant ad liberam collationem solius Episcopi, & collatio in Cathedralibus est communis Episcopi, & Capituli, Cassad. deci. 22. de Preben. & licet electio personæ Pœnitentiarij spectet ad Episcopum, tamen collatio Præbendæ pertinet ad eos, ad quos ante cõcilium spectabat, vt in ista causa Cong. Illustrissimorum Cardinalium S. Concilij interpretum censuit, quoniam respondebãt Domini hoc procedere, quando electio pertinet ad Episcopum, non autem quando vacatio contingit in mense Apostolico, prout eadem Congreg. censuit in causa Salamantina, & Tirasonen. nominationis Pœnitentiarij, quia, cum Præbenda, sit vnita officio Pœnitentiarij, collatio Præbendæ, vti sequela officij Pœnitẽtiarij, spectat ad Papam ad quem pertinet electio personæ Pœnitentiarij, glo.* in c. vlt. verb. datur, de rescrip. in 6. *Peregrin.* decis. 40. lib 1. *Anton. August.* tit. de vnio. §. 3. *alias, si collatio Præbendæ spectaret ad Episcopum, & Capitulum quando electio Pœnitentiarij pertinet ad Papam sequerentur plura absurda, secundum Dominos; primum quod prouisio Papæ redderetur elusoria, si Episcopus, & Capitulum, alteri conferrent Præbendam, quia electus à Papa ex collatione nullum commodum consequeretur, secundum quod esset necessarius duplex titulus, vnus à Papa, alter ab inferiore; tertium, quod Præbenda est vnita officio Pœnitentiarij, & Pœnitentiarius haberet solum officium siue Præbenda, & tamen vtriusque eadem debet esse dispositio. Angel.* in l. sed si plures. §. filio. n. 1. *& ibi Imola* in princ. ff. de vulg. & pupill. substitut. *qui ex hoc inferunt ad eum, qui impetrauit Ecclesiam, cui alia est vnita, vt non possit vnam sine alia possidere.*

In eadem coram D. Seraphino 24. Ianuarij. 1597.

Fuit dubitatum super validitate collationis Canonicatus, & Præbendæ Ecclesiæ Maioricen. vnitæ officio Pœnitentiariæ iuxta decretum S. Concilij Trid. sess. 24. ca. 8. de refor. *facta per Episcopum Maioricen. cum vacarent per obitũ cuiusdã Ant. Pellicer. de mense Sept. 1585. & in hoc versabatur difficultas, quod Episcopus acceptauerat alternatiuam, & sic mensis Sept. effectus erat Apostolicus, ideo dubitatur, an electio Pœnitentiarij spectaret ad Papam, vel ad Episcopum, & pro validitate deducebatur alternatiuam capere tantum beneficia, quæ spectant ad liberam Episcopi collationem, sed in casu proposito electionem esse quidem Episcopi, sed collationem spectare ad Episcopum & Capitulum, ideoque non habere locum alternatiuam, ita vt Papæ competat electio, & pro hac parte allegabatur quædam decis. S. Cong. Concilij in causa Gerund. contrarium tamen in hac causa fuit resolutum coram R. P. D. meo Mellino, & deinde coram me in præsenti causa propositione confirmatum, & moti fuerunt Domini hac potissimum ratione, quia ante collationem, quæ fieri debet per eos, ad quos spectat, necesse est, vt præcedat electio personæ valida, quæ electio spectat ad Episcopum solum, verum cum vigore alternatiuæ non posset Episcopus eligere in mense Sept. qui est effectus Apostolicus, electio spectat ad Papam, nam in hac electione nihil habet commune Capitulum cum Episcopo, & per consequens necesse habet Episcopus, & Capitulum conferre ei, quem Papa elegerit, ideoque Papa præueniendo eligit simul, & confert, nullumque ex hoc fit præiudicium collatoribus qui electo conferre tenentur, & non alij, neque obstat decisio in causa Gerunden. quia non fuerat quæsitum, an electio & collatio spectaret ad Papam, vel ad Episcopum, sed an electio Episcopi immutaret naturam collationis præsupponendo electionem factã ab Episc. & in hac parte optime fuit responsũ non immutare, quod est relicta facultas conferendi cui de iure cõpetebat, sed hoc vix locũ habere potest in Papa, cũ Papa similes gratias imperfectas facere nõ soleat, & ex hoc tolluntur omnia, quæ ex aduerso allegantur, nam quod dicitur posse euenire absurdum, quod hoc pacto in duobus tantũ mensibus posset Capitulum conferre huiusmodi Præbendam, & Canonicatum, quia dato, quod hoc sit verum, non tamen esset inconueniens cum non respectu vnius, aut alterius Beneficij concedatur alternatiua, sed generaliter respectu omnium, præterquam reseruatorum, & ideo compensatur præiudiciũ, quod ex accidenti oritur circa aliquod corpus Beneficij, cum emolumento, quod Episcopus consequitur ex adeptione duorum mensium, & vt dictum est, hoc præiudicium Capituli non est considerabile, cum omnino cogatur conferre ei, quem Episcopus elegisset, quare conclusum fuit collationem factam per Episcopum non fuisse validam, cum præcederet valida electio, quæ non processit ex eo, quod illo mense non poterat ipse eligere, sed spectabat electio ad Papam, & ita post trinas propositiones fuit per Dominos conclusum.*

733 Præterea quando in pœnitentiaria † solum consideraretur Canonicatus, & præbenda, cum onere Pœnitentiarij, seu audiendi confessiones, sicut in Præbenda lecturæ deputata, ex decreto Concil. *sess. 5. de reform. ca.* 1. solum consideratur Canonicatus, & præbenda, cum onere lecturæ adhuc Episcopus gauderet in ea alternatiua, supposito, quod ad eum spectet electio personæ, quamuis collatio præbendæ esset communis eius, & Capituli, nam ad hoc, vt intret alternatiua, sufficit, quod Beneficium spectet ad liberam dispositionem, vel electionem solius Episcopi, vt patet ibi, *ad liberam ipsorum dumtaxat*, vnde solum consideratur, quod ad Episcopum spectet prima dispositio Beneficij, quamuis ad alium spectet collatio, seu institutio, vel confirmatio.

734 Et sic si Episcopus habet † ius præsentandi ad aliquod Beneficium ratione suæ Dignitatis, intrabit in eo alternatiua, non obstante quod institutio ad alium spectet, & etiamsi esset in aliena Diœcesi, iuxta d. *in* 5. *dubio n.* 705. & sic institutio spectaret ad Ordinarium Diœcesis, vbi situm erat Beneficium, & idem in electione.

Cum ergo ad Episcopum † spectet electio personæ in pœnitentiaria, quomodocumque illa consideretur, intrabit in ea alternatiua, quamuis personæ electæ sit facienda collatio ab Episcopo, & Capitulo, seu à Capitulo solo, & ita dixi, & fuit practicatum, in pœnitentiaria huius Ecclesiæ Abulen. vacante de mense Aug. 1606. probitum Doctoris Laurentij Cachon, Episcopo gaudente alternatiua, ad quam fuit per D. Episcopum electus D. Martin. de Aguierre Canonicatus lecturæ Eccle. Segobien. & ei fuit facta collatio per Episcopum, & Capit. ad quos simul spectat collatio præb. de qua tamen tanquam reseruata ratione mensis fuit per Papam prouisus quidam Roderic. Gom. Toletanæ Diœcesis super quo pendet modo causa in Rota. 735

In qua extraiudicialiter proposita de ordine Illustrissimi Cardinalis Arigonij Sanctiss. D. N. Pauli V. pro-Datarij, fuit posthæc facta sequens decis. coram D. Iusto Abul. Canonicatus, pœnitentiariæ Lunæ 7. Maij 1607. *Canonicatus & Præbenda, cui est vnitũ officium Pœnitentiariæ in Ecclesia Abul. vacarunt in mẽse August. & vigore alternatiuæ acceptatæ Episcopus Abul. contulit Martino Aguerre, sed S. D. N. contulit Roderico G. n. Vnde illustrissimus D. pro-Datarius mandauit mihi vt proponerem in Rota punctum, ad quem spectaret huiusmodi prouisio, ad Episcopum scilicet, vel ad Papam? Et eo proposito, Domini censuerunt spectare ad Papam, si quidem electio personæ Pœnitent. vacante officio in mense Apostolico, vel reseruato, spectat ad Papam, vt Cong. Concilij censuit, & datũ est decret. in summario. cum igitur officium vacauerit in mense Aug. Apostol. tam electio, quam collatio spectat ad Papam. non obstat alternatiua per Episcopum acceptata, quæ facit de mense Apost. ordinar. quia effectus alternatiuæ cessat in his, quæ spectant ad Episcopum simul cum Cap. non ad liberam Episcopi collat. vt dixit Rota coram Illustriss. D. Card. Pamphilio, in causa Assisien. Canonicatus 14. Iunij 1600. & coram me in Tarraconen. Sacristiæ 16. Iunij. 1602 & sæpe alias, hoc est in proposito casu. Non obstat, quod electio personæ spectet ad solum Episcopum, vt S. Cong. Concil. censuit, & data est copia decreti, & Rota coram bonæ memoriæ Orano in alia Abulen. Pœnitentiariæ 17. Aprilis 1589. idem censuerit, vnde sequi videtur ad Episcopum solum pertinere, & intrare alternatiuam, vt in decisionibus Maioricen. Pœnitentiariæ quæ dantur, vna coram Illustrissimo D. Card. Mellino die 15. Nou. anni 1593. alia coram illustrissimo D. Card. Seraphino 24. Ianu. 1597. nam responsum fuit decretum Congregationis, & decisa in causa Abulẽ. procedere stãte vacatione in mense ordinario: Nos autem loquimur de mense Apostolico, & sic, quando electio spectat ad Papã. In causa vero Maioricen. vacatio erat in mense Sept. ordinario, sed vigore alternatiuæ factus erat Apostolicus, ideo Papa elegit, & contulit, quia quando Papa cõpetit electio personæ, competit etiam collatio Præbendæ, vt colligitur ex eisdem decisionibus, non obstat dicere, quod in mense Aug. eadem ratione concludendum videatur virtute alternatiuæ factum esse ordinarium, quia firma est reg. quod in mensibus Apostolicis electio spectat ad Papã, in mensibus vero ordinariis ad Episcopum, menses autẽ Ordinarij sunt 4. in quib⁹ nõ negatur intrare posse alternatiuam, & mensis Martij & Sept. pertinebit ad Papã, vt decisũ fuit in causa Maioricen. vbi nõ deciditur, quod intret in mensibus Apostolicis. Et quãuis regulariter alternatiua pcedat in mẽsibus Apostolicis, hoc euenit, quia*

de iure absolute Episcopus habet proprium ius conferendi, quo ad alia Beneficia, sed ad electionem Pœnitentiarij habet tantum ius in mensibus ordinariis, non in reseruatis, vt dixit Congreg. Concilij, & ideo non potest habere communicationem alternatiuæ in Apostolicis, in quibus nullum habet ius, sed tantum in ordinariis, in quibus competere potest alternatiua, quoad electionem personæ, quæ ad solum Episcopum spectat, & consequenter in mensibus Apostolicis ad Papam spectat electio personæ, & collatio Præbendæ & Canonicatus ex reg. reseruatoria mensium, ex alternatiua acceptata Episcopus habebit duos menses alternatos, in quibus poterit eligere, & simul cum Capitulo conferre, Papa vero ad alios duos menses ad eligendum, & consecutiue, vel in sequelam ad conferendum, vt in causa Maioricen. fuit decisum, vbi coram Illust. Seraphino sublatum fuit absurdum, quod allegabatur scilicet, hoc pacto Capitulum posse solummodo conferre in duobus mensibus. Si autem in hac Pœnitentiariæ officij erectione, & vnione Canonicatus & Præbendæ, vigore Conc. Trid. facta plus iuris acquiritur Papæ, quam Episcopo, non est mirum, quia plus est Papa, quam Episcopus, & sic decisum in hoc casu prouisionem spectare ad Papam.

Sed non obstante ista decis. persisto in supradicta sententia, quod alternatiua intrat in Pœnitentiaria, etiamsi collatio Præbendæ sit communis Episcopi, & Capituli, aut solius Capituli, nam cum electio personæ Pœnitentiarij, & dispositio, & prouisio officij Pœnitentiarij ad solum Episcopum spectet, vt est decisum, habebit in eo locum alternatiua, ad quã sufficit, quod Beneficium spectet ad liberam dispositionem, seu præsentationem, vel electionem solius Episcopi, vt in reg. nec refert quod collatio Præbendæ sit communis, vel solius Capituli, nam Præbenda est accessoria, & annexa officij Pœnitentiarij, & attenditur, quod est principalius, vt dixi, quamuis in Præbenda non vnita, seu vnienda officio Pœnitentiarij etiam erecto, non haberet locum alterna. si eius collatio ad solum Episcopum non spectaret, quia tunc principaliter, & de per se consideratur Præbenda, ex quo nondum erat acto vnita, & sic vnio de 1. vacatura non intraret, nisi in Præbenda vacante in 4. mensib. ord. iuxta d. infr. *c. 4. n. ...* & declarationes ibi adductas, quod secus est in Præbenda iam actu vnita, quæ non considerantur de per se, sed tanquam accessoria, & sequela officij pro cuius dote datur; facit *reg. accessorium, l. 6.* & gl. *in ca. fin. de rescript. eod. l. verb. datur*, & ideo vacante Pœnitentiaria sede Episcopali vacante, etiam in mense ordinario Capitulum non posset illam prouidere, quamuis collatio Præbendæ pertineret ad Episcopum, & Capitulum simul, vel ad solum Capitulum, sed eius prouisio spectaret ad Papam priuatiue, stante regula secunda Cancellariæ reseruatoria Beneficiorum vacantium sede Episcopali vacante, licet illa regula non reseruet Beneficia ad collationem Episcopi cum alio, vel alias pertinentia, vt inf. dicitur *d. c. 4. n. ...* & decisiones Maioricen. adductæ sunt plane pro nostra sententia, nam, si mensis Sept. stante alternatiua est Papæ, seu Apostolicus, consequenter mensis Augusti debet esse Episcopi, & ordinarius, vt æqualitas seruetur, nam vtrumque pendet ab eadem reg. & contrariorum eadem est disciplina, & ratio, cognito enim vno de contrariis, cognoscitur & alterum, Euerar. *loco 19. à contrariis.*

Nec satisfacit responsio Rotæ in d. dec. Abul. respondentis, quod firma est regu. quod in mensibus Apostolicis electio spectat ad Papam, in mensibus vero ordinariis ad Episcopum, & quod menses Ordinarij sunt quatuor, in quibus intrare posset alternatiua, &c. & quod, quamuis regulariter alternatiua procedat in mensibus Apostolicis, hoc euenit, quia de iure absolute Episcopus habet proprium ius conferendi, quo ad alia Beneficia, sed ad electionem pœnitentiarij habet tantummodo ius in mensibus ordinariis, non in reseruatis, vt dixit Cong. Concil. & ideo non potest habere communicationem alternatiuæ in Apostolicis, in quibus nullum habet ius, sed tantum in ordinariis, in quibus competere potest alternatiua, &c. nam ista responsio, salua pace tanti tribunalis, certe corruit ex eo, quia sicut ad alia Beneficia de iure absolute Episcopus habet propriũ ius conferendi seclusa reseruatione, ita etiam ad electionem Pœnitentiarij, de iure absolute habet ius in quibuscumque mensibus cessante reseruatione. Nemo etenim negabit, quod si Pœnitentiaria vacat sede Apostolica vacante in quocumque mense possit Episcopus eam prouidere, & Pœnitentiarium eligere. Nec contradicit d. S. Cong. Concilij, quæ solum fundatur in obstaculo reseruationis auferentis prouisionem, & electionem Pœnitentiarij, alias de iure Episcopo competentem ex Concil. Triden. *sess. 24. de reform. c. 8.* cessante autem reseruationis obstaculo, non negat S. Cong. quod electio Pœnitentiarij absolute ad Episcopum spectet, imo id clare sentit in declarationibus adductis *d. c. 4.* vbi ait quod electio pœnitentiarij quandocumque facienda ad solum Episcopum spectat ita interpretando Concil. *d. c. 8.*

Nec est absolute verum, quod menses Ordinarij sint quatuor, nam stante alternatiua sunt sex, & cessantibus regulis per mortem Papæ, omnes sunt Ordinarij, vt alias diximus. Rursus declaratio S. Cong. non dicit, quod in octo mensibus electio pœnitentiarii pertineat ad Papam, sed indiffinite, quod in mensibus reseruatis. Si ergo mensis Februar. Aprilis, Augusti, & Octobris, non est reseruatus propter alternatiuam concessam Episcopo, non obstat d. declaratio.

Et si ista responsio Rotæ esset vera, sequeretur, quod etiam in Ecclesiis, vbi collatio præbendæ esset solius Episcopi, non intraret alternatiua in pœnitentiaria, nam declaratio S. Cong. quæ generaliter ait, quod in mensibus reseruatis, seu Apostolicis electio pœnitentiarij spectat ad Papam, & non ad Episcopũ procedit etiam in Ecclesiis, vbi collatio prębendæ est solius Episcopi, vt est indubitatum. Si ergo ex ista declaratione non potest competere alternatiua in mensibus Apostolicis, ea non competeret etiam in Ecclesiis, vbi collatio prębendæ esset solius Episcopi, quod tamen est omnino falsum, & contra mentem omnium. Et dicere, quod in pœnitentiaria intret alternatiua in quatuor mensibus ordinariis, & sic, quod Episcopo non remaneant, nisi duo menses, nempe Iun. & Decemb. nullo modo potest stare, nam id nõ est dare alternatiuam, sed auferre ex quatuor mensib. ordinariis duos, & alternatiua datur ad augmentum, nempe ad dandum sex menses pro quatuor, & sic ad augendum duos menses, inductum autem ad augmentum non debet operari diminutionem, & è contra *l. si mancipia ff. de fundo instructo. l. legata inutiliter, de adimen. legat.* Euerar. *loco 103. ab ordinatione, numero tertio & quarto.*

Præterea Episcopus habens alternatiuam, & residens in suo Episcopatu esset peioris, deteriorisque condi-

conditionis in Pœnitentiaria, quam non habens aut non residens, quod videtur absurdum, cum potius Papa per alternatiuam voluerit gratificare, non autem præiudicare, vt patet ex verbis regulæ, & *quod ob gratiam alicuius conceditur, nõ est in eius dispendium retorquendum*, vt est *reg. iuris in 6.* & habetur *in l. nulla iuris ratio ff. de legi. & in l. quod fauore C. eodem*, vbi dicitur, *quod fauore quorundam constitutum est quibusdam, ad læsionem eorum nolumus inuentum videri*, nec poterit responderi, quod compensetur illud præiudicium, quod oritur circa Pœnitentiariam, cum adeptione duorum mensium in aliis Beneficiis, quia regula id non dicit. Secundo, quia augmentum istorum duorum mensium potius datur in compensationem oneris residentiæ, vt ex ipsa reg. constat, & tradit Hier. Gonçal. in ea *glos. 43. n. 129.* & sic, si non posset intrare alternatiua sex mensium in Pœnitentiaria remaneret Episcopus cum suis quatuor mensibus ordinariis, sicut in aliis Præbendis, & Beneficiis simultaneæ collationis. Rursus Capitulo, cui auferebatur collatio Præbendæ vnitæ officio Pœnitentiariæ in duob. mensibus nulla fiebat compensatio, & sic non erat credendum Papam illi voluisse præiudicare, cum id non exprimat *l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico*, cum aliis per Gonçal. *§. 4. proœm. n. 12. & gl. 28 à n. 1.* & quamuis Capitulum cogatur conferre ei, quem Episcopus elegerit, non ideo præiudicium istud desinit esse considerabile, cum adhuc collatio ista sit actus iurisdictionis honoris, & præeminentiæ, Gonçal. *d. §. 4. proœm. à n. 27.* tandem dici non potest, quod in hac pœnitentiariæ erectione, & vnione Canonicatus, & præbendæ vigore Concil. Trid. facta plus iuris acquiratur Papæ, quam Episcopo, vt dicitur *in d. dec. ad fi.* quia Cõcil. *d. ca. 8.* de papa nullam mentionem facit, sed solũ de Episcopo, quamuis Papæ saluum maneat suum ius cõcurrendi cum Ordinariis, & stante reseruatione priuatiue prouidendi &c. ex quib. apparet Rotam in d. decis. Abul. non loqui consequenter ad decisi. Maioricen. & standum esse in resolutione à nobis tradita, speroque Rotam melius informatam recessuram esse ab ista nouissima decis. Episcopis valde præiudiciali.

736 Octauo circa illa verba, † *libere disponendi facultatem concessit*, dubitatur, an ista facultas data Episcopis per alternatiuam intelligatur ita, vt prorsus sit sublata reseruatio de Beneficiis vacantib. in mensib. in 1. p. reg. reseruatis, an vero solummodo detur illis facultas prouidendi talia Beneficia, non obstante reseruatione, sine eius tamen extinctione, de qua q. agit Gonçal. 53. *ex n. 16.* & nos agimus sup. *n. 22.* ibi vide.

737 Nono dubitatur, † an, si Episcop. qui acceptauit alternatiuam, obtinuit postea indultum à Sede Apostolica, vt possit conferre Beneficia vacantia in omnib. mensib. anni, per tale indultum sit visus renuntiare alternatiuæ, quã q. mouet Gonç. *d. gl. 53. q. ex n. 43.* & concludit, quod nõ, cum Caputaquen. *dec. 309. p. 1. & decis. 88. & 377. num. 3. p. 2.* & Anast. Germo. *de indulto Card. §. volumus, nu. 21.* nam alternatiua per regulam nostram concessa non est incompatibilis cum indulto conferendi in omnibus mensibus, &c.

738 Decimo † circa amissionem alternatiuæ, de qua in illis verbis, *ac etiam voluit, vt si ipsi*, &c. vsque ad illi, *nullius essent roboris vel momenti*, quæ explicantur per Gonç. *ex gl. 54. usq. ad 57.* dubitatur, an eo ipso, quod Episcopus se intromittit in prouisione Beneficiorum vacantium in mensib. Papæ, vel aliorum quomodolibet reseruatorum, seu affectorum, aut quominus prouisiones Papæ de illis effectum consequantur, impedimentum quoquomodo præstiterit, vsu & beneficio alternatiuæ statim priuatus existat, & prouisiones illius prætextu deinceps faciendæ, sint nullæ, in quo dicendum est, quod sic vt *in d. vers. ac etiam voluit*, expresse cauetur, nisi forte habuerit aliquam iustam causam excusationis, aut careat dolo, *vt in dec.* Aragoniæ 13. *in manuscriptis*, quæ ait, quod *si Episcopus, cui concessa est alternatiua, prouidit de Beneficiis vacantib. in aliis mensib. per reg. concessis Ordin. qui menses propter alternatiuam efficiuntur Papæ, perdit alternatiuam, quia abutitur gratia sibi concessa*, & in illa Cæsaraugustana 6. Mart. 1587. supr. adducta, sub *n. 706. ad fi.* & in vna Pistorien. alternatiuæ 17. Oct. 1558. coram D. Quiroga, & in vna Aurien. Canonicatus Cardinalatus 14. Ian. 1578. corã D. Brauo, & in vna Vicen. percentoriæ. 14. Dec. 1592. coram D. Blanche. quas decis. non abs re erit hic ponere, maxime, quia d. Vicen. alia etiam continet circa hanc materiam alternatiuæ.

Pistorien alternatiua 18. Octob. 1558. coram D. Quiroga.

Quidam Fantinus obtinens † Parochialem S. Andreæ, & S. Ioannis de Angaria Diœcesis Pistorien. 739 *obijt vlt. mensis Iulij 1556. circa mediam horã noctis, & Episcopus Pistorien. die prima August. sequentis de dictis Parochialibus, tanquam vacantibus per obitum d. Fantini, cuidam Cæsari Vesario prouidit, & successiue vacante Plebe Castrinoui de mense August. 1557. idem Episcopus vigore alternatiuæ de illa cuidã Thomæ Brinello similiter prouidit; & quidam Fanerius illam à Papa impetrauit, & tandem introducta lite inter d. Fanerium, & Thomam possessorem, pro parte Fanerij fuit obiectũ, etiã de abusu alternatiuæ præfatæ, quia d. Episcopus prouiderat d. Cæsari de Parochialibus præfatis vacantibus vlt. mensis Iulij, Apostolico mense, & quod per consequens non poterat d. alternatiua vti, & licet pro parte d. Thomæ fuisset dictum, quod per illam vnicam collationẽ Episcopus non perdidisset alternatiuam, quasi fuisset modica contradictio, & allegatum fuit dictas Parochiales censeri vacasse de mẽse August. licet noctis primi diei vacant, & quod alias Episcopus veniebat excusandus, cũ non esset in loco, vbi Fantinus obijt, & in dubiis præsumebatur ignorantia, ex quo scientia nõ probatur ad l. verius ff.* de probatio. cum vulg. *tamen his nõ obstantibus Domini fuerunt pro abusu, & priuatione ex illa vnica collatione, & cessione alternatiuæ, dummodo de collatione, & prouisione Beneficiorum in reliquis sex mensibus reseruatis nõ se intromittant. Ripa* l. 1. respon. c. 8. n. 2. *Aym.* cons. 138. n. 16. *& in simili Bald.* cons. 34. n. 3. l. 2. *Bertram.* cõs. 148. l. 1. in nouis *nõ seruans illius formam propter abusum perdidit illam facultatem, & est casus legis in fine eiusdem alternatiuæ, & tradit Socin.* cons. 81. n. 8. l. 1. & cons. 262. n. 4. l. 2. *Fel.* cons. 4. num. 8. *Tiraquell.* de retractu. 8. glo. 7. num. 15. pag. 452. *Curtius Iun.* cons. 137. n. 2. *Ruin.* cons. 28. n. 5. li. 1. *Probus* in ca. vnic. in princ. de ætate & qualitate l. 6. & in ca. volentes, num. 14. vers. absentiæ de priuil. eod. l. *& ad 2. dixerunt, quod per vnicam solam collationem Episcopus perdiderat alternatiuam, quia non fuit satisfactum formæ alternatiuæ, & propterea sufficit modica contrauentio, Socin.* d. cons. 262. n. 14. l. 2.

Tiraq.d.gloss.7.numer.15 Crauet resp.73.l.2.Cagnol. in l. si quis maior,numer.96.C.de transact. & de minimis tradit Decius in cap.de appellationibus,numer. 2.cum seq.de appellat.ad 2.dixerunt,quod,cum obijsset circa mediam horam noctis vlt.dies Iulij,dicebatur obijsse in Iulio,totum illud tempus,quod est ante dimidiam noctem,attribuitur d.diei vlt.ad l.more Romano,& ibi Iaf.& alios allegat num.24. ff.de ferijs,&c 1. & 2.de ferijs, quod à vespera in vesperam Sabbatha sanctificantur, intelligitur, quoad festiuitatem Sabbati, non autem,quod à vespera dies incipiat currere mensis. Et quo ad reliquum de ignorantia, D.dixerunt,quod, cum Episcopus ad prouisionem teneretur ex necessitate officij scire vacationem,praesumebatur indagasse ad tradita per Rom.consi.481.n.9. & in prouidente indigno, quod non excusetur à poena,nisi sufficienter probet ignorantiam,c.innotuit elect.vbi Abb.col.3.n. 9.vers.nec probari, & ad hoc, quod vigore scientiae praesumptae debeat quis priuari,tradit in specie Rebuffus in praxi,titul. poenae contra collatores indignis conferentes, n.1.& 3.& cum teneretur indagare,& scire etiam quod non fecisset, praeiudicaret sibi, ac si sciuisset, & per Decium in reg.qui cum alio num 1 & 9. & Cagnol.num.11.ff.de reg.iuris, quod procedit etiam in eligente ad Beneficia, vt per Decium ibi,n 3.praecipue,quia Episcopus erat in Dioecesi, & vicinis propter quod praesumatur habuisse notitiam,cap.4.& cap.quosdam. de praesumptione & in terminis de scientia mortis Beneficiati, quod conferens censeatur scire,tradit Boerius consil.133. nu.duodecimo.

Aurien. Canonicatus, Cardinalatus, 13. Ianua. 1578. coram D. Brauo.

740 PRoposita† causa Aurien.Canonicatus,Cardinalatus circa dubium,an Episcopus violauerit alternatiuam,& an Episcopus habuerit aliquam excusationem, Domini dixerunt in casu,& ad effectum,de quo agitur, satis constare de violatione alternatiuae. Nam de acceptatione alternatiuae satis constat ex instrumento.fol.4. acceptata autem 1566.de violatione etiam apparet,cum de mense Ian.1567.Episcopus fecerit prouisionem Canonicatus vacantis in personam Licen.Mota, qui mensis est Apostolicus, & de prouisione satis constat ex instrumento in actis producto,cui Domini satis fidem adhiberi affirmabant, cum non sit verisimile, quod si res aliter se haberet, Episcopus voluerit se submittere poenis contentis in regula concessionis alternatiuae, nec dubitabant de actu praesentationis, nam Ferdinan. Perez Procurator Phoebi Rodriguez petit, vt Alfonsus Caesar Notarius dict.instrumenti collationis illud daret in publica forma,& Alfonsus Caesar Notarius ait,quod ad petitionem partis dict.Phoebi illud extraxit ab originali,cuius assertioni standum est argu.cap.ad audientiam de praescrip. & in l.si quis decurio.C.de falsis,Curtius Senior consil. 49.n.75.Decius 450.& 423.Alciat.reg.3.praesump.3. minus autem dubitabant Episcopum non habuisse aliquam iustam causam excusationis, nam indultum Innoc.non suffragatur,cum,licet non sit in actis,ex eodem facultas tantum conferendi Praebendas Episcopo, & Capitulo, in casu, in quo ipsi hanc facultatem haberent datur,& quando prouisi de Canonicatibus Ecclesiae Aurien.Praesbyteralibus vigore expectatiuarum expellantium non fecerint promoueri ad Sacerdotium,qui casus nihil habet commune cum praesenti prouisione,quia Episcopus solus fecit prouisionem tum etiam quia non eueniat casus indulti, & ita prout ex diuersis non est facienda illatio aliqua argumen.l.Papinianus exul ff.de minor.minus etiam obstat Concil. Prouinciale Compostellanum, quia in eo non dicitur, quod Episcopus possit in omnibus mensibus prouidere,sed quod collatio fiat ab illis, ad quos pertinet, & licet hoc non exprimeretur,satis deberet intelligi ex defectu potestatis ipsorum statuentium,omnis etiam cessat difficultas, quia in indulto alternatiuae expresse derogatur indultis, & priuilegijs quibuscunque.Put. decis 164.l.2. in simili casu videlicet omnino,cum fuerit acceptata ab Episcopo de anno 1566.non potest aliquam ignorantiam praetendere, argumento l.non est ferendus. ff. de transactione & l. vlt.ff pro socio.

Vicen. praecentoriae, decimoquarto Decembris 1592. coram Domino Blancheto.

FVit per Dominos † resolutum non constare Episcopum Vicen amisisse alternatiuam, cum enim illam 741
acceptasse sit indubitatum,docendum est vel de amissione propter contrauentionem claram, vel per renuntiationem Episcopi notam Reuerendissimo Datario, & acceptatam,quo enim pacto inducta fuit obligatio,eodem modo dissoluenda venit. l.nihil tam naturale de reg.iuris,de renuntiatione autem tantum abest,vt constet,quod imo ex literis scriptis per ipsum Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali Ascanio Columnae,super hac praecentoria appareat de contrario. Nec huic casu suffragatur mandatum,quia non fuit intimatum Illustr. D.Datario, aliàs per mandatum ad renuntiandum alternatiuae facile fieret fraus Summo Pontifici, cum in mensibus reseruatis,occurrentibus vacationibus, renuntiatio in alijs mensibus acceptatio allegari posset, & ita ius sedis Apostolicae esset incertum,ad quam euitandam incertitudinem introductae fuerunt reg. de publicandis resignationibus, & postea editae constitutiones, & ex hac causa tollendae fraudis fuit resolutum coram me,in causa Fauentina Canonicatus 16.Decemb.1585.quod mansit incepti reseruatio ad fauorem sedis Apostolicae durabat,etiam Episcopo absente,ne liceret Episcopis suis mensibus concessis vigore alternatiuae, & per recessum fraudare Summum Pontificem mense reseruato. Quo vero ad contrauentionem: primo illa non probatur, Michael enim,qui venit obiectiue contra prouisum Apostolicum, debet concludenter probare intentionem suam, Rota de exceptionibus in antiquis decis.5.sed ex allegatis per ipsum non constat clare, quod Beneficium Annuntiationis B.Mariae Virginis sit de iure patronatus, cum probatio sit admodum turbida:secundo, dato, quod constaret Beneficium esse tale, non tamen probatur dolus Episcopi, qui requiritur ad effectum amissionis iuris. Aymon consi.16.in fin.imo, cum ipse contulerit illud vigore alternatiuae, vt liberum, negari non potest dolum abfuisse,quo casu ea,quae fiunt in delictum, si animo non delinquendi committantur, poenam non merentur, vt per Bart.in l.qui ea mente,n.5.ff.de furtis,tradit Gab.cōs. 166.in fi.lib.2.nec refragatur,quod affertur illud fundatum à Petro de Quintana, quia cū ius patronatus possit amitti,seu extingui,non potest inferri ad scientiā praetensam,quod ius praesentandi pertineret ad Rectorē Ecclesiae de Gorte, quia potuit pertinere etiam ad laicum. Praeterea requiritur, quod Papa acceptet istam amissionem,forsan enim potuit illam condonare,prout dicitur de Ecclesia,qua volentente inducitur caducitas, Alex.consil.173. appe fi.li.2.& fuit saepe in Rota resolutum, & quoniam contra-

contrauenient cadat ipso iure,poenam requireret declaratio,Fel.c. Rodulphus n.35.de rescrip. non obstat praesumpta scientia ex vicinia & dioecesi, quia potest praesumptio ex alio positiuo collationes Beneficij, ... collatio praesump. scientiae, ex testationibus,non obstante testes,quam ex literis Episcopi supradictis eorum probatio redditur debilis, quemadmodum potest dici probatum Episcopum noluisse nisi iure alternatiuae, ... rogat impetrari pro Michaele,quia ad Papam collatio spectabat, & ex his ita decisum fuit.

742 Illud autem,† quod in ista decis. Vicen. dicitur requiri,quod Papa acceptet istam amissionem alternatiuae, salua pace, mihi non placet,nam est contra verba ipsius regulae.ibi ac etiam voluit,vt si ipse, & c. vsu, & beneficio praedictae facultatis, in ipso priuatus existat ac collationes, & aliae dispositiones de beneficijs illius praetextu deinceps faciendae nullius existant roboris vel momenti,in quibus verbis satis declarat Papa velle,quod contrauenienas statim priuatus existat,vsu & beneficio alternatiuae,nec possit deinceps vigore illius prouidere, & sic non est necessaria alia declaratio,& acceptatio Papae.

743 Et cessat exemplum † adductum de Ecclesia,qua volente inducitur caducitas,quia ibi non aderat huiusmodi declaratio voluntatis: & poena caducitatis non habet locum nisi Domino volente (cui forsan magis placebit ad pensionem agere)l.e. 2.ibi,volentis vbi glossa C.de iure emphyt. & ibi Iaf. à n. 6. Cassad. dec.2.& 3.de locato. Tiraq.in l.si vnquam verb.reuertatur n.8.Iulius Clar.§.emphyteusis q.9.n.1.Flam. Parif. de resignatione Benef.l.6.q.3.n.24.Rota dec.28. parte secunda diuersorum,& posthaec Gonçal gl.56.à n.50. cum alijs.

744 Praeterea poenae † impositae ipso iure, seu ipso facto,quae consistunt in mera priuatione, & non requirunt aliquam actionem,seu executionem positiuā, qualis est poena,de qua hic, statim incurruntur absque aliqua declaratione iuxta dicta infra 11.p.c. vlt.n. 9. & ibi allegatos,sit in poenis etiam ipso iure impositis, quae requirunt aliquam actionem positiuam,qualis est poena caducitatis, requiritur non solum declaratio voluntatis partis, in cuius fauorem apponuntur, & quod petat, sed etiam sententia declaratoria iudicis iuxta dicta in d.c.vlt.& ibi allegatos ac Felin.n. Rodulphus de rescript.n.15.& sequenti,& Gigan.de pensi.q.78.quamuis, quod attinet ad caducitatem,quod non requiratur aliqua sententia, vel declaratio iudicis sit communis sententia, vt per Iul. Clar.d.q.9. Flam. Parif.supra num. 25.& Rotam d.dec.28.n.4.

745 Rursus requiritur, † quod Papa acceptet amissionem alternatiuae, si prouisiones per Episcopum interim factae vigore alternatiuae essent in pendenti ita,vt Papa acceptante postea amissionem,censerentur nullae à principio,ad tradita per Specul.de locato §.nunc aliqua vers.10.& Ang.ac Cuman.quos refert, & sequitur Felin.in c.de quarta n.33.de praescr. & per Iaf.in d.l.2.n.17. & cons.29.n.3 vo.1. Tiraq.in d. l.si vnquam.ver.reuertatur n.170 alias 221. Nau.in Man. c.23.à n.104.& in proposito Gonçalez d.gl.56.n.124. & seq.quod videtur inconueniens,maxime,quia collatio est actus legitimus, qui non debet esse in pendenti,nec vagari sub incerto c.2.vnica gl. de elect.in 6.Probus ad Monachum c.cum,qui de rescrip.in 6.n.8.

746 Vnde verius videtur,† & conformius verbis regulae,quod Episcopus contrauenienas eo ipso statim amittat vsum,& beneficium alternatiuae, & prouisiones per eum deinceps factae vigore illius etiam ante aliam acceptationem Papae statim sint nullae, & perinde sit ac si alternatiuam Episcopus non acceptasset,& consequenter deinceps ei competerent quatuor menses ordinarij duntaxat.

Et posthaec Gonçalez d.gloss.56.vbi de hoc late a- 747
git ex n.48.plura afferens pro vtraque parte,licet de d.dec. Vicen.non meminit. in hanc sententiam magis adducitur n.124 ex communibus per eum allegatis à num. 119.nempe,quia Papa,vt dixi per regulam nostram satis declarat intentionem, & voluntatem suam,vt Episcopus eo ipso, quod abusus fuerit alternatiua illa priuatus existat, vnde cum habemus iam claram expressam, & indubitatam,frustra est exigenda noua declaratio,q.1.§.1.ff.de aed.empt.c.si dubius de appellat.ca.cum,qui de reg.iuris in 6. Capitaq. dec.109.n.1 p.1.2.quia nunquam vidimus, nec audiuimus talem declarationem aliter factam fuisse, quā per regulam nostram fit, & sic est maximum argumentum veritatis,quod necessaria non sit. Lud. Gomez.de annali q.2.n.2.ver. nam, vt inquit Bald.,& quia esset absurdum imponere Papae hoc maximum onus declarandi de nouo in specie cuilibet Episcopo contrauenienti,quod per legem Gonçalez, & expressā iam omnibus declarabit,maxime,cum eo ipso,quod Episcopus acceptauit alternatiuam, cum conditionibus, & grauaminibus in ea contentis iam habuerit plenissimam notitiam de intentione ac declaratione Papae, ac seipsum subdidit poenae absque alia noua declaratione.l.Impetrator.§.4.ibi, ipse se huic poenae subdidit.ff.de iure fisci. Quarto, quia omnia per eum supradicta,ex n.48.vsque ad 109.videlicet, quod omnis actus,& poena intelligitur parte petente,& declarante,videtur esse extranea à casu nostro,nā illa procedūt quādo nullitas,aut poena adiecta tenent duntaxat ad fauorem partis,aut inferioris absque alia legis resistētia,secus vero est in casu nostro,in quo regula nostra expressa resistit,ac prorsus destruit, & annullat absque aliqua de nouo declaratione facienda omnes collationes post contrauentionem factas, & non agitur de interesse alicuius personae seu partis particularis, aut inferioris, sed de interesse ipsius supremi Principis, & de fauore, seu de iure publico Paul. Castren.cons.159 n.1.l.2. Decius in l.in ambiguis.85.§.non est nouum n.11.& 12. ff.de reg.iuris Meno.de praesump.l.2 praesump.46. n. 30. cum alijs adductis per eundem Gonçalez glossa 66.numero 50.hae sunt rationes Gonçalez non contemnendae.

Nec etiam requiritur ad huiusmodi † amissionem 748
alternatiuae declaratio iudicis,seu sententia declaratoria,vt inquit d.decisio Vicen.ex Fel.in d.c.Rodulphus,n.35.nam,vt supra diximus,n.744.poenae impositae ipso iure. seu ipso facto,quae consistunt in mera priuatione, & non requirunt aliquam actionem, seu executionem positiuam, qualis est poena de qua hic, & poena excommunicationis,suspensionis, irregularitatis,inhabilitatis,& similes, statim incurruntur absque aliqua declaratione,& sententia, vt in d. c.vlt.11.p.à n.9.quamuis Gonçal.supra n.126.& seq. dicat,quod quando contrauentio Episcopi non est ita notoria,& clara,quod nulla possit tergiuersatione celari, aut contrauentis, esset necessaria iudicialis declaratio citato,& audito Episcopo,quia licet priuatio inducatur ipso iure per regulam nostram, nihilominus sententia declaratoria requiritur praeuia summaria causae cognitione super contrauentione vel non contrauentione c.cum secundum leges.§.con-

plicationis de haeret. l.6. glos. in c. quam sit verb. ex ipso de elect. l.6 Bart. in l. eum, qui n.3 ff. de iure fisci Fel. supra, & in c.2. n.1. de sponsal. Cou. in c. cum esses n.6. de testam. & in reg. peccatum 2.p.§ 8. n.8 Ber. Diaz regula 543. vbi add. Salcedo Ant. Gabr. conclusione 12. de criminal. & Tiraq. d. l. si vnquam verb. reuertatur. ex nu. 398. vsque ad 404. quae declaratio retrotrahitur, ad tempus cōtrauentionis, vt supra dixit. n.125 & c. sed quicquid Gonçalez dicat, ista declaratio non est necessaria ad amissionem alternatiuae, siue contrauentio sit notoria, siue non, quamuis vbi agitur de Beneficio, debeat contrauentio & amissio alternatiuae concludenter probari per eum, qui in ea se fundat, vt dicitur in d. decisione Vicen. & alias infra 6.p.c.2. à n. 225. & consequenter iudex super ea iudicare saltim tacite. Nec aliud volunt Felinus & Doctores citati.

749 Sed videtur, † quod, quamuis Episcopus violans alternatiuam in sui odium, & poenam, statim amittat eam omnino, tamen ad gaudendum omnibus quatuor mensibus ordinariis, etiam qui iuxta alternatiuam sunt Papae, vt Martij, & Sept. oporteret certiorem facere Papam, seu Datarium de amissione alternatiuae, vel illi coram eis renuntiare quemadmodum in acceptatione requiritur ad regulam omnes res in decretalib. & l. nihil tam naturale ff. nisi Papa alias amissionem acceptasset expresse, & dispositiue, tunc enim non esset necessaria alia certioratio, reg. eum qui l.6. non tamen sufficeret pro certioratione, quod Papa vsus esset amissione prouidendo ob illam ex narratiua impetrantis, ex illa enim non constat Papae de amissione determinate, & certo quāuis pro declaratione Papae requisita iuxta sententiam Rotae in d. Vicen. id sufficeret, Gonçalez supra d. n.124. qui tamen n.147. ait quod Episcopus amittens alternatiuam ratione contrauentionis statim redit ad quatuor menses ordinarios, & Papa ad reliquos octo, prout prius ante acceptationem alternatiuae cum Ant. Augu. in reper. verb. alternatiua Mād. cons. 21. n.2.

750 Quando vero † Episcopus contrauenenirет, & violaret alternatiuā ex proposito, & data opera in fraudem ad eximendum se ab alternatiua, de cuius acceptatione forsan eum poenitebat, quamuis statim eā amittat quoad se, & in sui damnum, non tamen quoad Papam, quia fraus & dolus nemini patrocinari debet c. sedes. c. ex tenore, de rescrip. nisi Papa expresse eam acceptasset, nec tunc videretur sufficere certioratio de violatione, nisi fieret etiam mentio de fraude, & animo, quo facta est, & nihilominus Papa eam amitteret ad dicenda alias infra 8 p.c.3 à n.94.

751 Sed subdubitatur, † quod remedium habeat Episcopus, qui amisit alternatiuam per contrauentionem, & violationem, & si eam iterum habere velit, in quo dico debere recurrere ad Papam narrando qualiter, cum haberet alternatiuam acceptatam, eam amisit per contrauentionem, & petendo eam iterum sibi concedi de gratia speciali, & caetera.

752 Tandem † circa hoc subdubitatur, an Episcopus, qui se intromisit in prouisione Beneficiorum Papae reseruatorum propter ignorantiam reseruationis non, enim sciebat esse reseruata, amittat ex eo alternatiuam? In quo breuiter resp. distinguendum esse, quod, aut ignorantia reseruationis prouenit ex errore facti probabili, vt quia, verbi gratia Episcopus ignorabat defunctum, per quem vacauit Beneficium, fuisse officialem Papae, aut familiarem Cardinalis, vel quia Episcopus verisimiliter credidit defunctum in longinquis partibus decessisse in suo mense, quia fama de hoc erat, aut quia verisimiliter existimabat sedem Apostolicam vacare, quia ita pro certo habebatur, & consequenter reseruationem nostrae regulae cessare, &c. Et tunc non amittet alternatiuam, cum ignorantia facti eum excuset, reg. ignorantia lib.6. vbi gloss. & Dd. Puteus decis. 361 num. 1. & 2. lib.2. & ita post haec tradit Gonçalez dict. gloss. 56. à n. 128. dicens, quod in his, & aliis similibus casibus Episcopus conferens Beneficium reseruatum, iustam causam excusationis à poena nostrae regulae habebit, nam semper ignorantia facti excusat à culpa, & consequenter à poena, glossa verbo si culpa vbi Gemin. num 4. & caeteri in cap. si Beneficia de Praebend. lib.6. vbi loquuntur in terminis collationis de Beneficio reseruato, & à poena quaelibet causa excusare valet. l. igitur. §. potest. ff. de liberali causa gloss. 1. in cap. cum venerabilis de consuetudine. Mohed. dec. 4. de transact. & eo magis, quia alternatiua non est proprie priuilegium, sed remotio obstaculi, ac reductio ad ius commune, &c. & poena per regulam nostram sancita tanquam odiosa est restringenda, & benigne interpretanda, &c. Et idem esset, si reseruatio esset secreta & particularis, cuius datur iusta ignorantia, Feder. de permutat. Benef. q.3. num.6. & 7

753 Aut ignorantia † reseruationis prouenit ex ignorantia iuris, quia ignorabat reseruationem in iure, aut in regulis Cancellariae, & constitutionibus Apostolicis contentam, & tunc amittit alternatiuam, saltim in foro exteriori, quia ignorantia iuris non excusat, vt in d. regula, ignorantia. Puteus. d. decisione 361. num.3 & decisione 363 lib. 2. & Feder. d. num. 6. & facit in simili doctrina glossae verb. scienter in cap. cū qui, de Praeben. in 6. quam tenet Domin. cons. 78. Bonifacius in Clem. gratia de rescript. nu. 13. & Probus ad Monachum in eod. cap. cum qui, sub num.3. & Rota in Toletana Capellaniae de Varaias coram Illustrissimis Mantica, & Pamphilio, vt in decisionibus infra adductis 11. part. cap.5. à nu. 212. nisi sit ignorantia iuris dubij, & obscuri, cuius error est probabilis, & iustus, & aequiparatur errori facti, Bellam. de permutatione 11. part. quaest. 4. & dicitur infra cap. 5 num. 8. & videtur tenere in proposito Gonçalez supra numero 130.

754 Dixi saltim in foro exteriori, † quia in foro cōscientiae non videtur eam amittere, qui ex ignorantia iuris se intromisit in prouisione Beneficij reseruati sincere, & absque malitia, & mala fide, ad tradita per Caietan. in summ. verb. praecepti transgressio. in fin. Armillam verbo praeceptum, numero octauo. Nauarrus in man. capit. vigesimotertio, numero 59. & dicta supra 3. parte, cap 3. numero 66. dum non impugnantur prouisiones per talem factae vigore alternatiuae.

755 Quamuis ignorantia iuris, nisi † sit dubium, non excuset à deuolutione, vt per Rotam in Gienen. praestimonij, & Mediolanens. Beneficij infra relatis, 12. part. cap. 2. num. 195. & 192. etiam in foro conscientiae, ex quo deuolutio inducitur non ob delictum, sed ob negligentiam, quę in ignorante ius dari videtur.

756 Ait tamen post haec Gonçalez. d. glos. 56. à num. 141. quod, si à principio Episcopus habuerit iustam causam ignorantiae, vel excusationis, vt in casibus supradictis, tamen, si postquam certificatus fuerit de re-

de reseruatione, & quod nullatenus prouidere poterat, prosequatur ad vlteriorem effectum suae prouisionis, veluti immittendo in possessionem ab eo de facto prouisum, vel si fuerat ante scientiam immissus, non curauerit quantum in se fuerit intrusum à tali possessione remouere, vt possessio vacua remaneat, quominus Apostolicus prouisus in illa capienda impedimentum habeat, incurrat alternatiuae priuatio argumento c. si Beneficia de Praeben. in 6. & ibi Dd. & Rota in Dertusen. Parochialis 12 Febr. 1591. corā D. Penna supra adducta 4. part. c.4. n. 90. & quod facit etiam, quod si obtecta Beneficia absentis in impetratione eius nomine facta non narrentur, vt alias sunt narranda, non propterea vitiatur gratia cum iusta ignorantię causa adsit. Rota decis. 74. & 75. de rescript. in antiquis Felin. in capit. super literis eodem tit. num. 7 tamen si absens, postquam id sciuit, vel scire debuit, nolit curare supplementū d. defectus, & gratiā perinde valere obtinere, sed potius vtatur d. prima gratia, tunc talis gratia minime illi suffragari debet per dict. capitulum si Beneficia, & quod audit ita dixisse Rota.

757 Sed quamuis ista sententia † videtur vera in primo casu, quando post notitiam reseruationis Episcopus immittit, seu immitti mālit in possessionem à se prouisum, eo quod impedimentum praestat, quominus prouisio Apostolica effectum consequatur, tamen non placet in secundo casu, quando immissum non curauit à possessione remouere, quia id in regula non dicitur, nec poena est extendenda, reg. Odia lib. 6. cum aliis.

758 Nec dictum Capitulum, † si Beneficia facit ad propositum, quia ibi agitur de amissione priorum Beneficiorum per retentionem aliorum de facto, quia paria sunt illa de facto assequi, vel de facto retinere c. eum, qui de Praebend. in 6. iuncto c. saepe de restit. spoliat. nec ibi agitur de extensione poenae, vnde etiam non facit ad propositum d. decisio. Dertusen. vbi agitur de amissione iuris ad Beneficium per retentionem possessionis de facto scienter sicut amittitur per intrusionem, & facit ad propositum quod dicitur in decisionibus Salamantin. infra relatis, num. 776. ad finem.

759 Nec obstat simile † de impetratione absentis nomine facta, non narratis eius obtentis, quia verius talem gratiam ab initio non valere, & ideo requiritur supplementum dict. defectus, & gratia perinde valere. Nec refert, quod iusta ignorantiae causa adfuerit in impetrante pro absente, nam non est attendenda eius scientia, vel ignorantia, sed ipsius principalis, pro quo impetratur, & ad cuius fauorem fit gratia.

760 Vndecimo dubitatur, † an Episcopus, qui se intromisit in prouisione Beneficij litigiosi contra c.1. & 2. vt lite pendente in 6. amittat ex eo alternatiuam? & breuiter respondetur non amittere, nam Beneficia litigiosa non sunt reseruata, licet durante lite prohibeatur Ordinarius ea conferre, vt dictum est supra n.151 & regula solam priuat alternatiua intromittētes se in prouisione Beneficiorum reseruatorum, vel affectorum. Quae poena non est extendenda, vt supra nu. 757.

761 Episcopus autem, † qui se intromitteret scienter in prouisione Beneficiorum non reseruatorum, quae tamen sunt per Papam prouisa iure praeuentionis siue valide, siue inualide, amitteret alternatiuam, nam licet non fuit alias reseruata, tamen per appositionē manus Papae manet affecta, vt supra dictum est à nu. 158. & sic intrat priuatio regulae, quae loquitur de Beneficiis reseruatis, vel affectis.

762 Circa acceptationem alternatiuae, † & modum, illius de quo in illis verbis, illi vero, qui gratiam alternatiuae praedictae acceptare voluerint, &c. vsque ad illa, tunc demum, & non antea, vti incipiant gratia supradicta, quae explicantur per Gonçalez ex gloss. 58. vsque ad 65. videnda sunt per nos dicta supra à numero 485. Sed dubitatur 12. an Episcopus acceptata alternatiua Romae, verbi gratia, in fine August. seu in principio Septemb. ante habitam notitiam ipsius acceptationis, & recognitionis literarum, possit valide prouidere, in suis quatuor mensibus ordinariis, verbi gratia, in d. mense Septemb. an vero statim illi cessent, & effectualiter incipiat gaudere, alternatiua.

763 In qua Rota in vna † Seguntina praestimonij 14 Decemb. 1592. coram D. Orano tenuit posse tunc prouidere in d. quatuor mensibus his verbis, manus etiam intentionem Franc. circa d. variationem probant testes, nam ex eorum depositione non liquet praecise, de quo tempore praestimonium vacauerit, quod poterat constare Francum de illo prouisum ab Ordinario per tempus quinque annorum posse dici, ac postmodum D. Hieronymo, via permutationis idem renuntiasse, nec dicatur Episcopum 16. Septemb. 1575. alternatiuam acceptasse, quia non propterea minus illi licuit ante habitam notitiam huiusmodi acceptationis de illo prouidere, maxime cum tunc tēporis in sua Dioecesi non resideret, vt bene deducunt informantes pro D. Hieronymo.

764 Nihilominus tamen † contrarium verius videtur, scilicet post acceptatam Romae alternatiuā, seu post receptionem, & recognitionem literarum acceptationis, etiamsi nondum illius notitiam habuerit, non posse Episcopum amplius vti valide quatuor mensibus ordinariis, magis quam si illius notitiam habuisset, sed simul atque Romae facta est acceptatio, seu recognitio literarum illius statim ei effectualiter competere alternatiuam, vt patet ex illis verbis regulae, quibus ab eo receptis, & recognitis tunc demum, & non antea, vti incipiant gratia supradicta, & sic si verbi gratia, facta esset acceptatio, seu recognitio Romae in fine Ianuar. seu Septembr. & in principio mensis sequentis, qui est alternatiuus Episcopi, vacaret aliquod Beneficium, & illud Episcopus statim prouidisset antequam sibi constaret, & constare posset de dicta acceptatione, seu recognitione, prouisio valida esset, vt post haec tradit Gonçalez, gloss. 65. numero 20. cum ergo statim Episcopo competat cum effectu alternatiua, statim cessabunt quatuor menses Ordinarij, quantumuis Episcopus id ignoret, vt in vna Salamantina fructuum 12. Maij 1583. & 20. Iun. 1586. coram Dom. Bubalo, & 3. Iun. 1587. coram Do. Gipsio, vbi habetur Episcopum Salamantinum non potuisse prouidere de Cantoria vacante mense Sept. 1571. cum tunc alternatiua esset Romae acceptata ab eius procuratore, quamuis Episcopus id ignoraret, etiam tempore prouisionis, &c.

765 Sed contra est primo, † quod Episcopus non habens notitiam acceptationis alternatiuae, nullatenus ea vti potest, cum non sit certus de sua potestate, sicut dicimus in iudice, quod debet esse certus de sua iurisdictione, alias actus non valet ad notata in capit. cum in iure peritus de offic. Deleg. Rota decisio. 21. de cōcess. Praebend. in nouis. Achilles decis. 53. seu se vnda de offic. Deleg. Rota decisio. 69. part. 1. diuersorum. Massa Gallesius ad formam cameralis obligationis titulo de processu numero 4. & 5. & alij, & quod in collatione

Beneficiorum conferens debet scire potestatem suam, & ex illa facere actum, dicunt Aymon. *consil.* 134. *num.* 4. & Mandos. *regula* 32. *quaest.* 25. *num.* 5. *cum aliis.*

Secundo, quod priuilegium † non operatur, nec habet effectum antequam innotescat priuilegiato, seu ante scientiam illius, cui conceditur. Imola Abb. Felin. *num.* 7. tertia limitatione, & Decius 1. *lectura à num.* 41. *in cap.* 2. *de constitutionibus*, & Doctores *in capit.* 1. *de conceß. Prabend. in* 6. Bartolus, Baldus, Albert. Iason, & alij *in l. fin. ff. de constitutionibus Princi-*
766 *pum*, & ibi Oroscus, *numero* 23. & late Tapia. Puteus dicens communem *decis.* 19. *&* 145. *libro* 2. Menochius *de arbitr. lib.* 2. *casu* 185. *à n.* 30. Rota *decis.* 14. *part.* 2. *diuers.* Molina *de Hispanorum primog. libro.* 2. *c.* 7. *nu.* 9. & Thom. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *disputation.* 36. *n.* 2. *cum aliis*, & ita se habet communis sententia Legistarum, & Canonistarum, vt per Ias. *num.* 46. & alios *supra.*

767 Vnde, vt intellexi, aliqui curiales † Romae volunt Episcopum non posse vti alternatiua, antequam habeat notitiam acceptationis, seu recognitionis literarum, ac etiam recipiat fidem illius, &c.

768 Sed ad primum respondetur † Ordinarium habentem alternatiuam prouidere ex vi suę potestatis ordinariae sibi competentis de iure, nam alternatiua solum remouet obstaculum reseruationis faciendo illos menses ordinarios, vt supradictum est *à numer.* 22 & sic, licet ignoret acceptationem alternatiuae, per quam obstaculum reseruationis remouetur, certus tamen est de fundamento suae prouisionis, quod est ordinaria potestas, quod videtur sufficere, ad tradita per Ant. Gabr. *conclusione* 3. *de executione rei iudicatae, tertia limitatione, ex numero* 10. facit *decisio.* Putei. 488. *libro* 2. & quod tradit Rota *decis.* 2. *de probatio. in antiquior. &* 4. *de offic. Deleg. in nouis, & ibi additio.* & Felin. *in cap. suscitatus de rescript. nu.* 12. *versic. sed dicas regulariter*, & quod tradit Mando. *reg.* 27. *q.* 26.

769 Vnde etiam respondetur † ad secundum, quod gratia alternatiuae non est priuilegium, sed remotio obstaculi reseruationis, & reductio ad ius commune, praeseruatioque ordinariae iurisdictionis Mandos. *reg.* 11 *quaest.* 11. *à num.* 4. Gonçalez *gloss.* 35. *numer.* 15. *& gloss.* 42. *n.* 13. *& gloss.* 56. *num.* 137. *& gloss.* 58. *num.* 28. cum aliis, quos citat. Et sic non requiritur notitia, & scientia illius, &c. Et esto esset priuile-
770 gium † non requireretur d. notitia, ex quo per Procuratorem seu Nuntium acceptatur, seu potius exhibetur acceptatio Episcopi, ad Rotam *d. decis.* 14 *à num.* 2. Siluest. *verb. priuilegium, quaest.* 16. Eman. Rodriguez *quaest. regul.* 1. *tom. quaest.* 7. *art.* 6. Açor. *lib.* 5. *instit. moralium cap.* 3. *q.* 5. *& cap.* 23. *quaest.* 12. Tho. Sanchez *vbi supra. n.* 6. & Gabr. Vazquez 1 2 *disput.* 156. *à num.* 30

771 Praeterea quoad † propositum dubium de prouisione, in quatuor mensibus ordinariis ante habitam notitiam acceptationis alternatiuae, esto Episcopus non posset valide prouidere virtute alternatiuae ante habitam notitiam acceptationis ipsius, tamen ea habita posset prouidere Beneficia, quae vacassent in mense alternato post acceptatam Romę alternatiuam, licet tempore vacationis non habuisset notitiam acceptationis. quia esto ante habitam notitiam non haberet exercitium iuris alternatiuae, habitu tamen illud haberet, sicut dicitur de iudice Delegato ante receptionem literarum. Feli. *in cap. cum te, num.* 21. *de rescript. & in dict. capit. suscitatus, num.* 22. *& in cap. fin. de praesumpt. num.* 37. & dictum est supra, *num.* 549. sed & priuilegium statim etiam ignoranti competit, licet non efficaciter, seu cum effectu, Decius *supra num.* 45. post Cardinal. *in proemio Clement. verb. Vniuersitati quaest.* 5. & Rota *d. decis.* 14. *à num.* 6 & Molina *supra*, quod sufficeret, vt statim ac acceptata est alternatiua, cessarent quatuor menses Ordinarij.

Ex praedicta resolutione † infertur ad aliam similem quaestionem, quam late tractat Gonçalez 5. 5. *proem. ex numer.* 95. an collatio de Beneficio vacāte in mense alias Apostolico, sede Apostolica vacante, facta ab Episcopo vacationem d. sedis ignorante, valeat, in qua similiter dicendum est valere. Et omissis aliis fundamentis adductis per Gonçalez *ibi ex num.* 107. quae non multum faciunt, ratio praecipua est, quia per vacationem sedis Apostolicae solum cessat obstaculum, & vinculum reseruationis, & nihil de nouo conceditur Episcopo, sed vigore iuris communis, & suae ordinariae potestatis confert. Et sic nil refert sciat, vel ignoret d. vacationem sedis, cum illa non sit fundamentum suae prouisionis, sicut de alternatiua diximus. Et ita hanc sententiam plane tenet Glossator Soto *in reg.* 9. *Cācellariae.* vbi ait, quod si staret in partibus, & vacaret ibi Ecclesia Cathedralis consuleret, quod Canonici eligerent, & Archiepiscopus confirmaret, quia tunc forte Papa esset mortuus, & valeret electio, & confirmatio, cessante reseruatione per eius mortem, & quod, si esset Canonicus eligeret, (quamuis illud consilium Glossatoris sit valde temerarium iuxta dicenda infra. *à num.* 775. & in specie, in qua loquitur, omnino falsum, & sine fundamento, vt infra *numer.* 787.) refert, & sequitur Gonçalez *d.* 5. 5. *proem. à num.* 119. *& num.* 121. ait, quod propterea nonnulli Episcopi solent facere similes prouisiones de Beneficiis in mensis reseruatis vacantibus, moti ex eo, quod tunc forte Papa esset mortuus, & sublata esset de medio reseruatio, nollet tamen, quod hoc praetextu sic prouisus intruderetur, & quamuis postea constet de superuiuentia Papae, in intrusione & peccato, perseueret, &c. sed ego nunquam audiui, nec intellexi, quod aliqui Episcopi faciant tales prouisiones, nisi quando creditur Papam obiisse. Et ita etiam in praedicta quaestione concludit idem Gonçalez, *dict. glossa* 65. *num.* 21. 772

Et concludit resolutio Rotae, † quam refert Gonçalez *d.* 5. 5. *num.* 115. in vna Calciaten. Canonicatus 6 Maij 15 9. coram D. Seraphino. *Vbi fuit dubitatū, an teneret prouisio de quodam Canonicatu vacāte facta à Capitulo Calciaten. in mense ordinario in personam Ferdinand. de Palacios ex eo, quod constabat fuisse suspensum Capitulum ante dictam prouisionem, & quod licet in curia fuisset dicto Capitulo iam concessa absolutio de tempore factae prouisionis, tamen dictum Capitulum illius notitiam habere non poterat. Et Rota resoluit pro validitate collationis ex eo, quod dicta absolutio suffragabatur etiam ante habitam illius notitiam.* 773

Sed restat difficultas, stante † quod facta acceptatione alternatiuae Romae, seu recognitione literarum eius, valet prouisio facta ab Episcopo de Beneficio vacante in suo mense alternato, etiamsi tempore prouisionis non haberet notitiam illius, an Episcopus qui Romam misit literas acceptationis alternatiuae, & nescit, an Romae sint receptae, & 774

reco

recognitae, vel non, licet secundum tempus elapsum possit esse, quod sint receptae, & recognitae; an inquam, licite valeat prouidere de Beneficio tunc vacante in mense alternatiuae, quod, si forte est Romae acceptata, spectat ad eius prouisionem, alias non.

775 Et videtur, quod non. † Nam in dubio tutior pars est intelligenda cap. illud de clerico excommunicato ministrante late Gab. Vazquez 1. 2. *disputatione* 65. *&* 66. & dicetur alias infra 7. *par. c.* 2. *à num.* 11. & in casu proposito tutius est non prouidere, quam prouidere, quia non prouidendo, sed expectando certiorationem nulli se periculo exponit, vt patet, prouidendo vero exponit se periculo vsurpandi prouisionem ad Papam priuatiue spectantem ratione reseruationis, & faciendi intrusum in Beneficio, atque adeo peccandi mortaliter, & qui se exponit periculo peccandi mortaliter, peccat mortaliter, nam qui periculum amat peribit in illo, vt est vulgatum.

776 Praeterea ille est certus † de reseruatione, & de acceptatione non habet certitudinem, etiam moralem, sed ad summum solum est dubius, ergo non potest in dubio prouidere. Sicut, qui est certus de debito & de solutione dubius, non potest desinere soluere, quia non sunt caetera paria, & aequa causa, & ius vtriusque, vt recte inquit Lud. Lopez *in instruct. conscientiae.* 1 *tom. c.* 2, 2. & Gab. Vazquez *d. disp.* 66 *n.* 43.

777 Rationes istae † mihi videntur satis conuincere quando Episcopus simpliciter, & absolute prouideret, posset tamen quando verisimile est alternatiuam esse acceptatam, aut stante dubio, an sit acceptata, vel non, prouidere sub conditione, & in quantum possum, seu sub conditione si alternatiua est perfecte acceptata, nam sub istis conditionibus cum sint de praesenti, recte Beneficium conferri potest, Couarr. *de Benef.* 4. *part. cap.* 4. *nu.* 24 sicut sub conditione, si vacat, vel si est capax, gloss. *in c.* 2. *de elect. in* 6. & ibi Dd. & Francus *nu.* 4. & sicut si executor diceret, confero tibi tale Beneficium vacans, si de iure debetur, valeret collatio, si de iure debetur, alias secus, vt cum Innocentio inquit Francus *ibi*, quamuis cum Domin. contrarium teneat Felin. *in c. cum contingat de offic. deleg. n.* 15. quem sequitur Rebuff. *in concordatis, in forma mandati verb. mandatum*, de quo vide inf. 8. *p. c.* 2. *à n.* 4.

778 Et similiter Episcopus, † qui probabiliter dubitat, an alternatiua sit iam Romae acceptata per eius procuratorem, non poterit licite prouidere de Beneficiis vacantibus in mense Martij, seu Septemb. nisi sub conditione, quatenus alternatiua non esset acceptata, vt dicitur in dictis decisionibus Salamantin. fructuū supra citatis *numer.* 764. *de Episcopo Salamantino, qui, cum non esset certus, an alternatiua fuisset in curia acceptata ab eius procuratore, quae vere acceptata fuerat, prouidit de dicta Cantoria vacante mense Septembris 1571. quatenus alternatiua non esset acceptata protestando, quod sua intentionis non erat prouidere, quatenus illa in mense reseruato vacasset, & quod ideo non sumpsit turnum, sed ius illius sibi praeseruauit, glossa fin. in c. cum* in multis de rescrip. in 6. *Cassad.* decisio. 10. num. 4. de conceß. Praebend. *Maxime, nam prouisus possederat postea ex noua intrusione prouisus Apostolicus, Puteus* decis. 179. lib 3. *Achilles* 1. de collatio. *quae non prouisio nulla scientia facta turnum consumat. Rom.* consil. 329. *n.* 1. *Puteus* decis. 357. lib. 2. cum aliis allegatis *qui praeterea loquuntur in eo, qui potuit dimittere habita notitia nullitatis prouisionis, & non dimisit, sed in facultate Episcopi non remansit, quia functus officio suo fuerat, vt dicto prouiso ius inuenit dimitteret*, &c. haec in dictis decisionibus

Prouisus aūt sic in † dubio non deberet capere possessionem Beneficij, donec de acceptatione alternatiuae certitudo habeatur, & id debebit Episcopus cauere dicendo in titulo, & literis prouisionis, & ei detur possessio, cum de verificatione conditionis constiterit, & non antea, ne forte intrudatur sine vero titulo. 779

Vnde infertur, † quod Episcopus, qui probabiliter dubitat, an alternatiua sit iam Romae acceptata, simpliciter, & absolute, prouidet de Beneficiis vacātibus in mense Martij, seu Septembris amittet alternatiuam, si iam acceptata erat, quamuis contra teneat Gonçalez *dicta glossa* 65. *numero* 22. *& glo.* 56. *nu.* 129. conferens autem virtute alternatiuae, de cuius acceptatione, & recognitione Romae facta non constat, eam non amittit, licet nondum facta sit, quia id in regula non cauetur. 780

Circa clausulam, sublata, † quae continetur in illis verbis, *decernens sic in praedictis omnibus per quoscunque & c. iudicari debere*, de qua Gonçalez *gloss.* 66. videnda sunt per nos dicta infra 6. *parte capit.* 5. *numero octuagesimo primo.* & circa decretum irritans, quod est in fin. ibi, *ac irritum*, &c. de quo Gonçalez *glossa* 67. *& vltima*, an liget ipsum Papam, vide supra *numero* 14. & an liget Legatum, seu Nuntium, vide infra *cap.* 3. *ex num.* 45. *&* 135. & vide etiam supradicta *ex num.* 407. 781

§. 13. De regula. 10.

SVMMARIA.

Omissa regula nona, quia non est reseruatoria, &c. de qua, qui videri possint restat regula 10. quae hic ponitur, n. 782.

Difficultas contra istam regulam, quod videtur superflua stante constitutione, & declaratione perpetua Pauli II. cuius ratio est generalis, & omnia comprehendit, &c. nu. 783.

Responsio, quod non est superflua, cum clarius exprimat nu. 784.

In eo illa regula est minus ampla, quam dicta constitutio, quod loquitur de Ecclesiis, & Monasteriis, ac Beneficiis, quae tempore praedecessorum vacabant, illa verba etiam de Beneficiis vacantibus post illorum obitum nu. 785.

Illatio, & sententia Glossatoris, quod, si Ecclesia Cathedralis vacasset post obitum Papae, posset fieri electio, & confirmatio, & quod d. constitutio Pauli, non habet locum, neque loquitur in Episcopatibus, &c. n. 786. *quae reprobatur n.* 787.

Tunc per reseruationem Beneficia etiam ante vacationem sunt affecta, cum reseruatio facta est absolute, & pure, & de Beneficiis certis, seu certarum personarū, seu cum reseruantur ratione qualitatis Beneficij, vel persona illa semel data tempore reseruationis, &c. n. 788. *cum vero reseruatio est conditionalis, seu de Beneficiis incertis, seu ratione vacationis in certo tēpore seu certo modo non intrat, nec afficit nisi impleta conditione, &c. num.* 789. *vbi refertur, quod tradit Gonçalez.*

Attendendum est, an qualitas inducens reseruationem semel detur stante regula, & tunc statim reser-

natio intrat, & remanet inducta affectio, an vero non detur stante regula, sed postquam illa expirauit, tunc reservatio non intrat, nec afficit Beneficium, numero 790.

Prædicta doctrina est approbata per Rotam cuius decisio ponitur, n. 791.

782 FInita iam regula 8. † *de reservatione mensium, & alternatiua*, & omissa regula 9. *de literis in forma rationi congruit expediendis*, quia nō est reservatoria, nec facit ad nostrum propositum, de qua videri poterunt Glossator antiquus Alfonsus de Soto, Rebuffus, & Mandos. super ea, restat *regula* 10. quæ agit *de reservatione Beneficiorum facta per prædecessores, & affectione per eam inducta*, & sic se habet.

Declaratio reservationis Ecclesiarum, & Beneficiorum per prædecessores reservatorum.

10 I*Tem declarauit omnium, & singulorum Ecclesiarum Cathedralium, & monasteriorum prouisiones, quas prædicti prædecessores sui, ordinationi, & dispositioni eorum, nec non omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica, quæ dicti prædecessores, etiam prædicta dispositioni, cum interpositione decreti reservauerant, quæ quidem Ecclesiæ, & monasteria, nec non sic reservata Beneficia tempore obitus eorundem prædecessorum vacabant, aut Ecclesiæ ipsa, vel monasteria huiusmodi, si commendata, vel eis administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent, remansisse, & remanere per huiusmodi reservationem, & decretum affecta, nullumque de illis præter Roman. Pontificem ea vice se intromittere, vel disponere potuisse, siue posse quoquo modo, decernens irritum, & inane, si secus super illis attentatum forsan erat tunc, vel in posterum contingeret attentari.*

783 Circa quam regulam statim † se offert difficultas, quod videtur superflua stante constitutione, & declaratione perpetua Pauli II. quæ est extrauagans *ad Romani, vltimo de Præbend.* in communibus, & quamuis illa loquatur de Beneficiis familiarium, & collectorum, & subcollectorum, nec exprimat Ecclesias Cathedrales, & monasteria, tamen ratio illius, scilicet effectus per reservationem, manusque appositionem in esse productus, & quod Beneficium semel affectum semper manet affectum, est generalis, & omnia comprehendit, atque adeo ipsa constitutio est generalis. *l. regula est. §. fin. ff. de iuris, & facti ignorant.* Euerar. *in topicis iuris in loco à ratione legis larga*, cum aliis maxime, cum simus in declaratoriis.

784 Sed respondetur, non esse superfluam, cum clarius ista exprimat, vt per Mandosium hic, quæ quæ apud eum est *reg. 9. quæst. 5. &* 6. nam superfluum non dicitur quando explicite, ac distincte declaratur, quod implicite erat dispositum. Rota in Seguntina Archidiaconatus, & Canonicatus supra adducta *nu.* 332. *prope fin.* & Gonçalez *gloss. 6. num. 43. & gloss. 51. nu. 96. cum aliis.*

785 Quamuis in eo, † sit minus ampla hæc regula, quam dicta extrauagans, quod hæc loquitur de Ecclesiis, & monasteriis, ac Beneficiis, quæ tempore prædecessorum reseruantium suæ dispositioni vacabant, illa vero loquitur etiam de Beneficiis vacantibus post obitum prædecessorum reseruantium.

Ex quo inferebat † Glossator *hic*, Quod si vacasset Ecclesia Cathedralis post obitum Papæ, & antequam successor fecisset reservationes Ecclesiarum Cathedralium, fieret electio, & confirmatio in forma iuris, illa valeret, &c. Et videtur sequi Gōçalez. *§. 5. proœm. num.* 93. & 119 vt infra *num.* 789. & ad *dict. extrauagantem* respondet Glossator, quod nō habet locum, neque *loquatur in Episcopatibus, vel principalibus in collegiatis, neque in monasteriis, sed in Beneficiis officialium, vel familiarium Papæ, vel Cardinalium, &c.* Et quod in ea non fit mentio de Episcopatibus, &c. 786

Sed ista sententia est omnino falsa, † & contra d. extrauagantem, cuius ratio, vt dixi, est generalis, & omnia comprehendit, etiam Episcopatus, &c. 787

Aduertendum est autem, † quod tunc per reservationem Beneficia † etiam ante vacationem sunt affecta, cum reservatio facta est absolute, & pure, & de Beneficiis certis, seu certarum personarum, vt Dignitatibus principalibus, Monasteriis, Beneficiis familiarium, & officialium, &c. seu cum reseruantur ratione qualitatis Beneficij, vt quia est Dignitas principalis, Monasterium &c. vel ratione qualitatis personæ, vt quia sit familiaris officialis, &c. tunc semel data illa qualitate tempore regulæ, seu reservationis, reservatio intrat, & afficit Beneficium, ita vt maneat affectum, licet postea regula expiret, aut qualitas cesset, & ita procedit *d. extrauagans ad Romani*, & eius ratio

Cum vero reservatio † est conditionalis, seu de Beneficiis incertis, seu ratione vacationis in certo tempore, seu certo modo, non intrat, nec vllum afficit Beneficium, nisi impleta conditione, & data certificatione, & succedente vacatione illo tempore, seu modo tempore regulæ, seu reservationis, vt in reservatione Beneficiorum vacantium tali mense, & Sede Episcopali vacante, &c. & ita procedit quod tradit post hæc Gonçalez *d. §. 5 proœm. 2. quæst. à num.* 76. vbi ait quod Beneficium, quod vacauit viuente Papa in mense Apostolico, ex quo iam incidit in reservationem, manet affectum, nec per obitum Papæ cessat reservatio, vt in hac regula. Beneficium vero vacans in mense alias Apostolico Sede Apostolica vacante, & sic extincta regula mensium, non est reservatum, nec affectum, quia non vacauit stante regula, & sic nunquam incidit in reservationem, qui tamen *n.* 93. & 119. male videtur sentire cum Glossatore hic, quod etiam Ecclesiæ, & Monasteria, & alia Beneficia certa reseruata per regulas non sunt reservata, si vacant post obitum Papæ reseruantis, ex hac regula dum solum declarat durare reservationem Beneficiorum, quæ tempore obitus prædecessorum vacabant, &c. 789

Itaque in hoc † attendendum est, an qualitas inducens reservationem, seu ratione cuius inducitur reservatio, aut qualitates, si plures requiruntur, semel dentur stante, & vigente regula, & tunc statim reservatio intrat, & remanet inducta affectio, an vero non dantur stante regula, sed postquam illa expirauit, tunc enim reservatio non intrat, nec afficit Beneficium ex quo regula non est in rerum natura, nec amplius est reservatio, vt per Gemin. *consil.* 93 *numero* 15. cuius dictum dicit verissimum Æneas de Falcon. *de reseruatio 4. quæst. effectu 17. versic.* 4. 790

Et ita fuit resolutum in causa mea Abulensi Parochialis de la Calda 19. Nouembris 1593. coram Domino 791

Domino meo Corduba Episcop. Pacen. vt in decision. infra adducta *capit.* 5. *numero* 91. & latius, & melius 28. Ianuarij 1594. coram eodem, vt in decisione sequenti *proposui plures causas, an hæc Parochialis fuisset affecta dispositioni Apostolica per* regul. 1. *Felic. recordat. Sixti Papæ V.* & primam & 7. *Gregorij XIV. & Domini fuerant dubij, sed tandem fuit resolutum, non esse affectam; primo, quia prædicta regul. 1. Sixti duas simul qualitates requirebat, quod mortuus esset Episcopus, & quod tunc Beneficia vacarent, vt ostendit relatiuum, quæ ibi, quæ post illorum obitum vacabunt; cuius natura est restringere substantiuum, cui adiungitur. Bartol.* in leg. à filio. §. testator, & §. sequenti de alimentis, & cibariis legatis. *Alexand.* consilio 29. numero 4. volum. 1. & *sic, vt regula intret, debebant concurrere ambæ qualitates viuente Papa Sixto.* ad leg. si hæredi plures de condition. institut. *Decius* consil. 524. numero 1. & *cum mortuo iam Papa Sixto, & eius regula vacauerit, non potuit cadere sub reservatione regulæ, quæ tunc non erat in rerum natura, & sic ex illa qualitate post obitum Papæ proueniente non potest induci reservatio. Gemin.* consi. 93. num. 15. *cuius doctrinam verissimam dicit Æneas de Falcon.* de reseruatio. quæstion. 4. 17. effectu vers. 4. est *maxime, quia prædicta regula Sixti solum voluit comprehendere Beneficia post Episcopi obitum sui tantum tempore vacatura, vt ex* proœmio regularum *apparet. Secundo, quia cum dicta regula reseruet Beneficia, quæ post obitum Episcoporum vacabunt, reservatio est conditionalis, ad leg.* Stichus qui meus erit, & *ibi Bart.* num. 1. de legatis i. l. nuper in fin. de legat. 4. *Cassa.* decis. 3 de Præbend. n. 11. *Rota* diuersorum 215. num. 4. 1. part. *quæ nullo potuit producere effectum in hac Parochiali, in qua viuente regula non extitit illa conditio vacandi post obitum Episcopi, sed mortuo iam Papa, & eius regula vacauit, ad* l. itaq; 91. si certum petatur. l. cedere diem de verbor. significatione cap. 11. in fi. de sponsal. in 6. *Cassad. d.* decis. 3. n. 14. *Rota* decis. 14. num. 1. vt lite pend. in nouis. *Innoc.* in c. inter dilectos. num. 5. de excessib. prælator. *Oldrad.* cons. 229. n. 14. *Simancta* de reseruatio. q. 60. ad fin. & *ex his dicebant Domini tolli ex aduerso deducta, & illud fundamentum, quod ex quo mortuus fuit Episcopus ante Papam, inducta iam fuit reservatio, quia non solum hanc qualitatem, & conditionem, quod mortuus esset Episcopus respexit regula, sed etiā simul quo eo mortuo Beneficium ipsum vacaret, alias mortuo Episcopo omnia Beneficia remanerent affecta, & successor nullum posset prouidere, quod est absurdum*, extrauagans *vero* ad Romani de Præbend. *inter communes, &* decis. *Gambari* 65. & *adducta per eum* in tract. de offic. Legati lib. 3. à numer. 180. & *Sarnen.* in reg. de infirmis q. 32. & in reg. de publican. quæst. 6. *Simancta* q. 57. & *alij ex aduerso allegati procedunt in reservationib. de Beneficiis certis, seu certarum personarum, puta familiarium officialium, &c. Dignitatum principalium Monasteriorum, & cum quibus militat ratio dictæ extrauagantis, effectus scilicet in esse productus per reservationem. Vnde Domini dicebant esse distinguendum inter reservationem ratione qualitatis personæ, vt quia sit familiaris officialis, &c. vel ratione qualitatis Beneficij, vt quia sit Dignitas principalis, &c. & inter reservationem ratione vacationis in certo tempore, vt in terminis istius regulæ, & regula mensiū, vt in primo casu semel data illa qualitate reservatio intret, & remaneat inducta affectio per illā quamuis postea regula expiret ex* d. extrauag. ad Romani, *& ratio est, quia talia Beneficia reseruantur pure, & simpliciter, & data illa qualitate, quod fuerint familiarium, Dignitates principales, &c. statim in illis reservatio inducitur, & producit effectum, cum adsit subiectum certum & determinatum, in quo fundetur reservatio, ex quo affectio causatur, & in his terminis loquuntur Gābarus Sarnen. & alij allegati; & Cassad.* decisione 4. numero 6. de reseruatio. *supponit reservationem sortitam effectum.*

Secundo vero casu, scilicet cum sit reservatio ratione vacationis in certo tempore, cum non reseruentur Beneficia certa, sed certificanda per vacationem succedētem mortuo Episcopo, vt in proposito, vel in certis mensibus, & incertum sit an Beneficia sint vacatura, & quæ; facile enim contingere potest quod nullum vacet, reservatio talis non reperit aliquod Beneficiū, quod ab initio inficiat, & propterea in casu isto mortuo Papa antequā Beneficium per vacationem fuerit certificatum, nulla potest affectio considerari, nam appositio manus Papæ super incerto non afficit ante certificationem. cap. dudum. versiculo considerantes. *ibi*, cum super incerto de de Præb. in 6. *Bellent.* de charitatiuo subsidio, quæstione 123. numero 10. versiculo sed posset. *Rota* decisio. 25. numero 4. de concess. Præbend. in antiquis, & decisio. 6. numero 7. eodem titulo in antiquior. *quas allegat Simancta.* dict. quæst. 60. num. 1. & 2. *sic intelligendus, & placuit Dominis simile de reservatione mensium, quæ, quia est restricta ad vacaturam in tali mense, si contingat vacatio in illo mortuo Papa, licet eo viuente intrauerit, Ordinarius nihilominus poterit prouidere, Caputaquen.* decisio. 86 n. 3. p. 1. & 214. part. 2. *Ant. August.* decis. 51 lib. 1. *de regulis autem* 1. & 7. *Gregor. XIV. Domini non curarunt, cum multo ante illas Parochialis, de qua agitur, esset collata, & sic sub illarum reservatione non fit comprehensa.*

CAP. II.

De Concilio.

SVMMARIA.

D*E Concilio generali an possit Beneficia conferre, & qui id tractant, num.* 1.

Concilium, in quo Papa præsidet, potest beneficia conferre secundum Seluam Corras. & Duar. & secundum Lechum Concilium generale legitime congregatum probabiliter beneficia conferre potest, textus quem allegat, id non probat, numer. 2. *quando vero Concilium est congregatum sine Papa ratione schismatis, nō poterit beneficia conferre secundum Seluam cum Abb. numero* 3.

Secundum authorem absolute Concilium non potest beneficia conferre, nisi Papa id ei specialiter permittat, licet posset Papa, si vellet, in Concilio facere prouisiones beneficiorum num. 4.

De potestate Papæ & Concilij qui sint videndi, numero quinto.

Collegium Cardinalium Sede vacante non potest beneficia conferre, n. 6.

Concilium Prouinciale nō potest conferre beneficia Prouinciæ, nec Diœcesanum beneficia Diœcesis, nisi quatenus is ad cuius dispositionē spectant id permitteret, numero 7.

POst Papam secundo loco agendum est de Concilio generali, an possit Beneficia conferre † quam quæstionem tractant Abbas *quæst.* 1. *ad* 4. *dubium ex num.* 29. Selua *de beneficiis* 2. *part. quæstione* 2.

Corras.2.part.cap.2.Durand.eodem tract. lib.3. capit. tertio.

In qua quæst. Selua Corras.& Durand. ibi dicunt
2 † quod Concilium, in quo Papa præsidet, potest Beneficia conferre iuxta illud actorum Apostolorum c. 1. vbi Matthias fuit electus in Concilio, seu congregatione, in qua erat Petrus, & quia, vt inquit Corrasius, sicut solus Papa potest Beneficia conferre, ita Concilium Papæ præsentia, authoritateque suffultum. Et Zechus de Beneficiis & pensio. Ecclesiast.cap. 2 ait, quod Concilium generale legitime congregatum probabiliter Beneficia conferre potest argum.c. cum in cunctis. in princ. de election. qui tamen tex. id non probat.

3 Quando vero Concilium † est congregatum sine Papa ratione schismatis, inquit Selua cum Abbate supra, quod tunc non poterit Beneficia conferre.

4 Mihi vero absolute † dicendum videtur Concilium non posse Beneficia conferre, nisi Papa id ei specialiter permittat, non enim ad id congregantur Concilia, nec de iure habent talem potestatem, posset quidem Papa, si vellet, in Concilio facere prouisiones Beneficiorum, sicut fecit B. Petrus in illa electione B. Matthiæ, & ita tenet Abbas supra numer. 34.

5 Et de potestate Papæ, & Concilij † videndi sunt Turrecremata Cataldus, & Car. Albanus de potestate Papæ D. Anton. 1. p. summæ tit.3. cap.11. Caiet. opus de potestate Papæ, Victoria in lectione de potestate Papæ & Concil. Franc. Turrianus eod. tract. Corduba lib. 4. quæst.1. cum sequentibus Bannez Aragon, & alij 2.2. quæst.1. art.10 & Valentina 3. tom. disput.1. qu.1. Cardinal. Bellarminus, qui optime 1. tom. controuersia 4. lib.2. seu 2. in controuers. 1. Decius Beroius, & alii in c.1. de constit. & relati per Felinum c. nonnull. de rescrip. nu.3. Selua d. quæst.2. Iacobatius, & Alaua de Conciliis Corras. supra Cochus in instit. maior. lib.2. tit.2. & 3. Bursatus cons. 109. lib.1. & Granutius ad Simonetam de reseruatio. q.14.

6 Collegium autem † Cardinalium Sede vacante nõ posse Beneficia conferre manifestum est c. vbi periculum, de elect. in 6. & Cl em. ne Roman. eodem titulo Corras. supra & alij.

7 Similiter etiam † Concilium Prouinciale non potest conferre Beneficia prouinciæ, nec sinodale, seu Diœcesanum Beneficia Diœcesis, nisi quatenus ad cuius dispositionem spectant id permitteret, quia de iure non datur eis talis facultas, nec ad id congregantur.

CAP. III.

De Legato.

SVMMARIA.

De Legato an possit Beneficia conferre, & de eo, & eius officio, & potestate qui agunt num.1. & de eius potestate in conferendo Beneficia n.2.

Legati alij sunt à latere, alij missi, seu constituti, alij nati, & qui sint, n.3.

Legati à latere possunt conferre Beneficia suæ Prouinciæ, n. 4. ex priuilegio, id est prerogatiua, præ aliis Legatis, quam potestatem habent à iure statim quod sunt Legati à latere, numer. 5. & sic iure ordinario etiam in Beneficiis exemptis, & iure Legationis, non in genere, sed in specie, quicquid Glo. & alij dicant à numero 6.

Licet sint Ordinarij, tamen sunt Ordinarij super inducti & non naturales, & sic odiosi, n.9.

Prouisus à Legato iure Legationis, & vt Legato vendicatur prouisus authoritate Apostolica n.10. & 11 tamẽ prouisio Legati dicitur prouisio Sedis Apostolicæ, & appellatione Sedis Apostolicæ, venit Legatus, nisi præferatur in materia soli Papæ reseruata, aut cũ dictione taxatiua ex eo, quod Legatus in sua Prouincia vices Sedis Apostolicæ gerit, n.12. & 13.

Ideo literæ Legatorum dicuntur Apostolicæ, num.14. & etiam prouisus à Legato potest dici prouisus authoritate Apostolica, saltim large, n.15.

Infertur ad clausulam Breuium de capienda possessione, amotis quibuscunque detentoribus, *quod si dicatur,* non tamen prouisus à Sede Apostolica, *vel etiam,* authoritate Apostolica *præferentur etiam prouisi à Legato, seu Nuntiis, etiam si prouiderent authoritate ordinaria Legationis, numero 16.*

Legati à latere possunt conferre Beneficia etiam de iure patronatus Ecclesiast. & num.17. etiam non facta mentione, nec derogatione dicti iuris patronatus, numero 18.

Possunt etiam conferre Beneficia spectantia ad collationem exemptorũ, & etiam si beneficia ipsa sint exempta, Legatus enim est Ordinarius exemptorum, n.19. & 20.

Possunt etiam conferre Beneficia, licet eorum collatio sit ad Sedem Apostolicam deuoluta n.21.

Illatio Gambari, quod Legato nõ currit tempus sex mensium ad conferendum, sicut currit aliis Ordinariis, n. 22. in quo tamen Lapus contra tenet n.23. sed Card. Imola, & alij concordant, quod licet ei currat tempus, tamen poterit conferre deuoluta ad Papam, siue alium suæ Prouinciæ etiam ex propria negligentia à n.24. & 27 sed cũ possit cõferre deuoluta ex propria negligentia, verius videtur non currere sibi tempus, numero 26.

Legatus potest conferre Beneficia suæ Prouinciæ, quamuis deuoluta ad Prælatum extra suam Legationem cõtra communem, n.27. quia Legatus potest conferre Beneficia suæ Prouinciæ spectantia ad collat. Clericorum alterius Prouinciæ, numero 28 nam in materia collationis attenditur locus vbi situm est Beneficium, & non locus vbi est persona, ad quam spectat collatio, & attenditur Beneficium, non persona negligens, numero 29.

E conuerso Legatus non potest conferre Beneficia, quæ essent extra Prouinciam, & per deuolutionem, vel alias spectarent ad collationem alicuius Prælati de Prouincia contra aliquos, n.30.

Cum Legatus non habeat facultatem conferendi Beneficia existentia extra suam Prouinciam, eius prouisio non præstat titulum coloratum, nisi constet esse intra limites suæ Legationis n.31.

Legatus non poterit conferre Beneficia ad Episcopum deuoluta ex negligentia Prælati regularis exempti, cum Episcopus ea conferat authoritate Apostolica, & vt delegatus Papæ, n. 32. & 33. poterit tamen illa conferre ante deuolutionem factam ad Episcopum, & post deuolutionem ab Episcopo factam ad Papam, num. 34.

Legatus potest beneficia vacatura suæ reseruare collationi cum modificatione tamen, & ea, quæ potest conferre, n. trigesimo quinto, & 36. vbi qui agunt de hoc, & hodie solum potest facere reseruationem specialem, numero 37.

Licet

Licet possit Legatus reseruare Beneficia vacatura etiam pro certa persona, ei tamen nullum ius quæritur, quia non potest dare ius ad vacaturum, numero trigesimo octauo.

Potest Legatus ista facere existens etiam extra suam Prouinciam, n.39.

Legatus de latere in sua Prouincia concurrit sicut & Papa in collatione Beneficiorum cum quolibet Ordinario, & inter eos est locus præuentioni, etiam in mensibus Ordinariis concessis, à numero 40. & ponitur resolutio Rotæ.

Id procedere non obstantibus concordatis Germaniæ, fuit resolutum per Rotam, cuius decisiones ponuntur, n.43. & 44.

Quod dictum est Legatum concurrere cum Ordinario, & eum posse præuenire in mensibus Ordinariis, recte procedit etiam attentis regulis hodiernis mensium quo ad quatuor menses Ordinarij non habentis alternatiuã, sed non videtur procedere quo ad sex menses alternatiua propter decretum irritans in ea positum, quod ligat Legatum à n.45.

Nihilominus prouisio Legati de latere de Beneficio vacante in mense alternatiua tribuit titulum coloratum, & suffragatur in iudicio spolij num.50. vbi ponitur resolutio Rotæ, quæ tamen non videtur posse procedere, si decretum alternatiua esset sufficatum, numero 51.

Legatus de latere non potest conferre, vel reseruare Ecclesias Cathedrales, vel regulares, aut Collegiatas, seu ipsarum Cathedralium Dignitates maiores post Pontificalem electiuas, n. 52.

Non potest etiam conferre Beneficia reseruata n.53. imo & si sit Legato, vel Nuntio concessa facultas conferendi Beneficia qualitercumque vacantia, non poterit conferre reseruata, n.54.

Et si Legatus haberet facultatem conferendi Beneficia reseruata, non propterea potest conferre vacantia in Curia, nisi specialiter, & expresse sit concessum, numero 55.

Legatus non potest conferre Beneficia litigiosa contra Probum à numero 56. nec Cardinalis vigore indulti. num 58.

Legatus habens facultatem conferendi litigiosa non potest conferre Beneficia iuris patronatus laici litigiosa n.61. quamuis prouisio Papæ de Beneficiis iuris patronatus etiam laicorum valeret, etiam non facta mentione, nec derogatione illius, n.62.

Non potest Legatus à latere conferre Beneficia iuris patronatus laicorum, n.63. vnde prouisio ab eo facta sine præsentatione, aut consensu patroni erit nulla, quæ tamen, illo non reclamante intra tempus datum ad præsentandum, sustinebitur n.64. & sequenti, vbi ponitur Rotæ resolutio.

Recte potest Legatus conferre Beneficia iuris patronatus laicorum deuoluta ad Episcopum ex negligentia patrum n.66.

Non potest etiã Legatus conferre Beneficia iuris patronatus mixti, n.67. quod tamen limitat Gambarus, quando Clerici haberent plures voces, quoniam tunc totum iudicabitur Ecclesiasticum, & Legatus poterit conferre exẽplo iuris patronatus Vniuersitatis, in qua sunt laici, & clerici, n.68. sed ista limitatio non placet, n.69. & in Vniuersitate est diuersa ratio, num. 70. nec Couarr. tenet contrarium, dum ait, quod posset admitti huius patronatus derogatio, quia loquitur in derogatione facta à Papa n.71.

Bene potest Legatus conferre Beneficia iuris patronatus laicorum ex priuilegio, vel præscriptione, nec oportet ei derogare, nec de eo facere mentionem contra additionem Barbatiæ, n.72. & 73.

Quod dictum est de iure patronatus ex priuilegio procedit, etiam si sit priuilegium speciale ad certa Beneficia, & non generale, contra Corrasium, quamuis secus sit in habente priuilegium speciale etiam perpetuum ad conferendum certa Beneficia, cum quo non potest Legatus concurrere secundũ Abbatẽ contra aliquos, maxime stante in priuilegio clausula decreti irritantis, à n.75. & seq.

Tertio, † loco agendum est de Legato, an possit Beneficia conferre, de quo, & eius officio authoritate, & potestate tractatus scripserunt And. Barbatia de Cardinalibus Legatis à latere, Mar. Lauden. & Gundisaluus à Villadiego auditor Rotæ & Episcopus Oueten. de Legato Staphil. Boerius Brunellus, & Gambarus de offic. & potestate Legati, quorum plerique habentur Thom. 11. par. 2. tract. nouorum. Plura etiam Hostien. in sum. & specul. hoc titul. Cuchus in institutio. maioribus lib. 2. titul.5 & Lælius Zechus de republica Ecclesiastica capitulo de statu Legati, aliqua Flam. Paris. de resignatione Beneficio. libro septimo quæstione 13. & P. Enriquez in sum. lib.10. 10. c. 28. 1

Et de materia huius cap. scilicet de potestate Legati in conferendo Beneficia agunt Specul. d. titul. de Legato. §. nunc tractemus Villad. q.9.1. par. Selua de Benef. 2. par. q 3. Corras. 1. par. cap.3. Durand. lib.3. c.3. & late Gambarus lib.3. per totum, Brunellus concl.19. cum seq. 2

Præmittendumque † est Legatos alios esse à latere, alios missos seu constitutos, alios natos. Legati à latere sunt Legati Cardinales, qui dicuntur à latere, quia sunt, seu mittuntur à latere Papæ. Legati missi, seu constituti sunt alij Legati, qui à Papa mittuntur, seu constituuntur, qui non sunt Cardinales, qui Nuntij dici solent. Legati nati sunt, qui suarum prætextu Ecclesiarum, & ratione legationis sibi vendicant Dignitatem, & legatione funguntur, vt Archiepiscopus Cantuarien. & Eboracen. quæ tria genera Legatorum distinguit textus in cap. 1. de offic. Legati in 6. & ibi glossa & D. & reliqui supra relati. 3

Hoc præmisso dico primo, † quod Legati à latere 4
possunt conferre Beneficia suæ Prouinciæ. † Et quam- 5
uis Corras. d. cap.3. n. 4. dicat eos conferre ex priuilegio, intellige id est prerogatiua præ aliis Legatis à iure tamen habent hanc facultatem conferendi Beneficia statim, quod sunt Legati à latere, dict. ca.1. de off. Legati in 6. Specul. supra Decius consil. 128. Rebuffus in praxi in forma vicariatus, num. 70. Zechus de Benef. & pensio. Eccles. cap. 2. vers. Legati etiam. Et sic
iure Ordinario Decius supra † Villad. quæst. 9 Gigas 6
de pensio. q.6 n.18. & 21. & Gambarus d. lib.3. n.31. etiam in Beneficiis exemptis Gamb. ibi. n.94. & facit c. 2 de offic. Legati in 6. vbi probatur Legatos esse Ordinarios.

Quamuis glos. in Clem. 2. de offic. † Ordin. verbo 7
latorus, dicat, quod cõferunt authoritate Apostolica, & non sunt Ordinarij collatores, quam sequitur ibi Abbas, num. 4. dicens, quod licet potestas Legatorum respectu iurisdictionis, sit Ordinaria, vt in d. c. 2. vt etiam dicit in cap. si quis contra n.4. de foro comp. tamen respectu collationis Beneficiorum est extraordinaria quia ex proprio officio legationis non venit potestas conferendi, & ideo Legati, non Cardinales hanc potestatem non habent, sed Cardina-

les Legati hoc habent ex speciali priuilegio, vt in d. c. 1. & sequitur Cosmas in pragmatica sanctione tit. de collatio. §. item circa. verbo. Legatorum circa fin. & §. item quod omnia verbo. Ordinarios, Selua 2. par. n. 34. & 3. par. quæst. 66. sub n. 4. & 4. par. quæst. 9. nu. 3. & Probus ad Monach. in cap. fin. de constitut. n. 39. & in d. c. 2. de offic. Legati in 6. n. 3. dicentes, quod Legatus de latere habet collationem Beneficiorum, non iure Legationis, quæ ad hoc non se extendit, sed ex quadam

8 prærogatiua, & speciali priuilegio, vt in d. c. 1.

Sed quicquid isti velint † ista prærogatiua, & speciale priuilegium, quod vocant, competit Legatis à latere de iure, & sic iure Ordinario, vt diximus, & iure legationis non in genere, sed in specie id est iure talis legationis à latere.

9 Verum, † licet sint Ordinarij tamen sunt Ordinarij superinducti, & non naturales, & sic odiosi ex gl. in d. Clem. 2. & Bonifacio, ibi num. 7. Abbas in d. cap. si quis contra. num. 4. Simoneta de reseruatio. quæst. 89. num. 3. & ibi Gramutius litera A. Sarnens. in regul. de valore quæst. 2. Cassad. decisio. 5. numer. 3. & num. 11. de decretis, & reseruatio. Crescen. dec. 20. de Preben. puteus decis. 45. in fin. lib. 2. & Rota decis. 206. n. 3. par. 1. diuersorum, & Gonçalez ad reg. men. sium glos. 21. num. 38 qui tamen male dicit eos improprie Ordinarios.

10 Ex quibus infertur, † quod prouisus à Legato iure legationis, & vt Legato, non dicitur prouisus authoritate Apostolica, capitul. bi qui. de Preben. in 6. & ibi glos. Domin. & Francus, nu. 5. & cap. si Apostolica eod. & sic dicit † Bonif. in d. Clemen. 2. de offic. ordin. n.

11 9. quod non placet id, quod dicit d. glos. ibi, quod prouisio Legati censetur facta authoritate Apostolica, quia contra dict. capitulum bi qui, esset expresse.

12 Et tamen prouisio † Legati dicitur prouisio sedis Apostolicæ, Anastasius Germonius de indultis Cardinal. §. ubi quo ad tertium num. 101. & Rota. d. decis. 206. par. 1. num. 5. dicentes appellatione, prouisionis sedis Apostolicæ, venire prouisionem Legati ex glos. verbo transeundi. in cap. si Abbatem. de elect. in sexto, quam ibi sequuntur Ioan. Andr. Domin. numer. 5. & Francus 4. quæ ait, quod appellatione, sedis Apostolicæ, venit Legatus de latere, nisi proferatur in materia soli Papæ reseruata, aut cum dictione, tantum, vel simili, vt ibi aiunt Domin. & Francus, & Cardinal. numero 12. in Clemen. quia contingit de religiosis domibus, & ibidem Imola. Villad. d. quæstione 9. numero 7.

13 Quæ glossa ex eo procedit, † quod Legatus in sua Prouincia vices sedis Apostolicæ gerit in non reseruatis cap. mandata. de præsumpt. Cuchus. dict. lib. 2. titulo. 5. numero 22. & in prouincia sibi decreta repræsentat Papam Bonif. in dict. Clem. 2. de offic. ordin. seu prima de officio Legati, num. 13. Villad 1 partic. quæstione 9.

14 Et ideo literæ Legatorum dicuntur † Apostolicæ

15 Sarnen. in d. reg. de valore quæst. 2. vnde fit, † vt etiam prouisus à Legato possit dici prouisus authoritate Apostolica, saltim large, licet non ad effectum. d. ca. bi qui.

16 Ex quo inferri potest, † ad clausulam Breuium de capienda possessione, amotis inde, & expulsis quibuscunque detentoribus, ac intrusis, non tamen a nobis prouisis, quod si dicatur, vt aliquando dicitur, non tamen prouisis ea sede Apostolica, vel etiam, authoritate Apostolica, præseruentur etiam prouisi à Legatis, seu Nuntiis, etiam si prouiderent authoritate ordinaria legationis, ad quod facit quod dictum est supra ca. 1. n. 641. & post hæc tradit Gonçalez glos. 9. in annotat. à n. 268.

Prædicta conclusio, † quod Legati à latere possint 17 conferre Beneficia suæ prouinciæ, ampliatur primo, vt possint conferre Beneficia etiam de iure patronatus Ecclesiastico, seu Clericorum cap. dilectus, de offic. Legati c. cum dilectus, de iure patron. Rochus de iure patron. verb. honorificum. num. 4. & 11. Paulus de Citadinis eod. tract. 7. par. num. 16. & Lamber. 1. par. 1. lib. quæst. 1. art. 6. n. 4. & 3. par. 3. lib. quæst. 8. art. 1. & q. 9. articul. 1. num. 2. Rebuffus in praxi. 3. part. signaturæ verbo, nec non iuris patronatus, num. 6. Gigas de pensio. quæst. 24. num. 1. Probus ad Monachum in d. cap. 1. de officio Legati in 6. n. 12. 14. & 15. Villadiego d. quæstione 9. num. 25. Brunellus conclusione. 23. Corras. d. cap. 3. num. 4. Gambarus. d. lib. 3. numer. 9. & 259. Cuchus d. lib. 2. titul. 5. numero 68. & Zechus. d. cap. 1. versiculo Legatis etiam, & de republica Ecclesiast. d. capitulo de statu Legati sub numero quarto, versicul. secundo potest.

Et hoc, intelligitur † etiam non facta mentione, nec 18 derogatione iuris patronatus, quia non solum papa sed etiam Legatus potest huiusmodi Beneficia conferre nulla facta mentione, quod sint iuris patronatus clericorum dict. capit. cum dilectus. Felin. in tract. quando litera Apostolicæ limitat. 3. Rebuffus, Gigas, & alij citati, & Couarruuias, pract. quæst. cap. 36. numero 2.

Secundo, ampliatur, † vt possint conferre Benefi- 19 cia spectantia etiam ad collationem exemptorum, Cosmas d. tit. de collat. §. item circa, verba legatorum, Selua 3. par. quæst. 66. Coras. d. n. 4. Gambarus d. lib. 3. n. 11 & Zechus supra. Legatus enim est Ordinarius exemptorum, vt ait Gambarus ibi nu. 12. & Cuchus supra nu. 68. & 94. cum † Villadiego, & aliis. Quare procedit etiam si ipsa Beneficia sunt etiã exempta, Gambarus ibi numer. 94. & dictum est supra numero 9.

Tertio, ampliatur, † vt possint conferre Beneficia, 20 etiam si eorum collatio sit ad sedem Apostolicam deuoluta cap. penul. de Prebendis glos. fin. in d. cap. 1. de officio Legati in 6. & in Clemen. si de Beneficio verbo, siue ad nos. de Prebendis ad fin. & sequuntur Archid. Dominic. & Francus num. 6. in d. cap. 1. & ibi probus ad Monachum nu. 8. Cardinal. in d. Clem. si de Beneficio. num. 4. quæst. 5. & ibidem Imola, & Bonif. nu. 52. Villadiego d. quæst. 9. à num. 5. Brunell. conclusione 21. Boerius, num. 19. Rota decisione 3. de offic. Legati alias 119 in nouis in additione ad fi. Ægidius Bellamera decisione 106. Capella Tolosana decisione 435. puteus decisione 266. lib. 2. Corras. d. num. 4. Gambarus supra n. 13. & 614. Cuchus supra n. 79. P. Gregor. de Benef. c. 2. num. 4. & Zechus d. c. de statu Legati sub n. 4. versicul. 5. potest, & d. c. 2. de Benef. & pensio. versicul. Legati etiam.

Ex quo infert Gambarus † ibi nu. 14. & 622. quod 21 Legato non currit tempus sex mensium ad conferendum, sicut currit aliis Ordinariis, vt in c. 2. de concess. Prebend. tam deuolutio ab eo non potest fieri nisi ad Papam, cum nulli alij subsit, & deuoluta ad Papam ipse confert, vt dicimus.

In quo tamen Lapus † d. Clementina si de Bene- 22 ficio dicit Legato currere tempus semestre ad conferendum, de quo in d. cap. 2. de concess. Prebend. cum sit Ordinarius d. cap. 2. de officio Legati in 6. quem sequitur Bonifacius ibi in d. Clementina, si de Beneficio num.

num. quinquagesimo tertio, & 54. dicens cum eo, quod si fuerit negligens in aliquo conferendo, non poterit illud ex post conferre, si deuoluta sit collatio ad Papam.

24 Sed Cardin. d. † quæst. 5. & Imola ibidem, & idem Imola in cap. 2. de concess. Prebe. Villad. d. quæst. 9. n. 10. Brunell. conclusione 19. & Selua 2. parte quæst. 4. n. 42. & 3. parte quæst. 64. n. 5. docent, quod licet Legato currat tempus, vt inquit Lapus, tamen poterit conferre donec conferre potest quilibet suæ Legationis siue iure proprio, siue deuoluto, sed postquam deuoluta esset collatio ad Prælatum extra suam Legationem, ex sua, & aliorum negligentia, tunc conferre non poterit quo vsque vltimate sit facta deuolutio ad Papam.

25 Vnde Rota apud Puteum † d. decis. 266. lib. 2. & apud Mohed. decis. 3. de offic. deleg. al. alias 266. ius tenuit Legatum de latere posse conferre Beneficia ad Papam deuoluta etiam ex propria negligentia contra Bonifacium supra.

26 Sed certe, cum Legatus possit † conferre Beneficia deuoluta ex propria negligentia, verius videtur non currere sibi tempus. Vt dicit Gambarus supra.

27 Qui rursus ibi num. 12. † contra communem, quam tenet Rebuffus in concordatis titulo de Regia ad Prælaturas nominatione §. 1. verb. extra sex menses versic. Legatus vero, & secuta est Rota apud Mohed. supra docet Legatum posse conferre Beneficia suæ prouinciæ, quamuis deuoluta ad Prælatum extra suam Legationem, licet inferius num. 624. videatur variare, quod probatur, quia Legatus de latere potest conferre Beneficia suæ Prouinciæ spectantia ad collationem Clericorum alterius Prouinciæ, vt recte tenet, & probat Romanus consi. 361. vbi Hor. Mand. litera A. quem sequuntur Felin. in ca. postulasti de foro competen. ad fin. Selua 2. parte quæst. 3. num. 35. Probus d. c. 1. à num 10. Rochus verb. honorificum numero 11. Lamber. 3. p. 2. lib. quæst. 8. artic. 5. Æneas de Falcon. de reseruatio. 2. p. præludio 1. n. 1. Cuchus supra à num. 85. & Zechus sub d. n. 4. vers. 5. potest. facit tex. in d. c. 1. & in cap. deliberatione 4. §. prohibemus, ibi, ... Beneficia infra Legationem eiusdem obtinentes de officio Legati in 6.

28 Et ratio est, nam in materia collationis † attenditur locus, vbi situm est Beneficium, & non locus, vbi est persona, ad quam spectat collatio, & attenditur Beneficium, non persona negligens, c. cum nostris de supplenda negligentia Prælatorum, & ibi glossa verbo locorum, & versiculo sua, quam sequitur ibi Cardinalis. numer. 12. & facit cap. fin. & fin. de foro compe. Rom. supra, vbi Mandos. litera D. probus supra numero 16. Simoneta de reseruatio. quæstione 75. & ibi Gramutius Cassaneus consilio 31. post numer. 25. Tiraquellus de retractu Lunager. § 36. glos. 5. num. 27. Cuchus supra num. 86. P. Gregor. de Benef. c. 39. & alij relati, & Rota in vna Meten. Parochialis de anno 1552. vt per Capuaquen. dec. 178. p. 1. quamuis in vna Valisoleti. Sacristiæ de anno 1559 contrarium tenuerit exclusa opinione Romani, vt per Mohed. decis. 3. de rescrip. alias 92. & nouissime sequatur Gonçalez glos. 10. n. 30. & 31.

29 Vnde è conuerso Legatus † non potest conferre Beneficia, quæ essent extra Prouinciam, & per deuolutionem, vel aliàs, spectarent ad collationem alicuius Prælati de Prouincia, vt tenent Boerius, & Imola in d. cap. secundo de concess. Prebend. & ibidem Rebuffus in Repetitione circa fin. versicul. 13. quæritur, & in praxi titulo de deuolutio. numer. 38. & Probus supra numero 9. cum Brunello supra, & Gambarus supra à numero 16. & 20. quamuis contrarium teneant Cosmas d. titulo de collatio. §. item circa. verbo. Legatorum, & Selua 2. parte quæstione 3. numero 40. & 3. p. quæstione sexagesima sexta. quos male per se citat Rebuffus ibi.

Et cum Legatus non † habeat facultatem confe- 30 rendi Beneficia existentia extra suam Prouinciam, eius prouisio non præstat titulum coloratum nisi constet esse intra limites suæ legationis, vt fuit † di- 31 ctum in vna Regien. Canonicatus supra relata c. 1. n. 415.

At Legatus non poterit conferre † Beneficia ad 32 Episcopum deuoluta ex negligentia prælati regularis exempti, quæ Episcopus confert authoritate Apostolica ex d. Clem. 1. de supplenda negligentia Prælatorum, vt docent Cosmas supra Selua d. quæst. 66. num. 2. & Rebuffus d. titulo deuolutio. num. 37. & in d. rep. cap. 2. circa fin. versic. 14. quæritur. † Nam cum in isto 33 casu Episcopus conferat, vt Delegatus papæ, non potest Legatus se intromittere, ex cap. studuisti. de officio Legati glos. in d. Clement. si de Benefic. verbo siue ad nos. ad fi. Imola in Clement. cum ex eo de sententia excommun. facit textus in cap. dudum, & in c. quamuis secundo, de Prebendis sexto, & quod dicit Abbas, in c. dilectus de officio Legati ad fin. quem sequitur Coras. d. cap. tertio, num. 15. de quo infra à numer. septuagesimo quarto, licet de eo dubitet Brunellus supra d. conclusione 19.

Poterit tamen Legatus illa † Beneficia conferre 34 ante deuolutionem factam ad Episcopum, & post deuolutionem ab Episcopo ex eius negligentia factam ad papam, vt recte docet Selua d. quæstione 66. numero 5. & Rebuffus d. versiculo decimoquarto quæritur.

Quarto ampliatur, † vt Legatus possit etiam Be- 35 neficia vacatura suæ reseruare collationi c. præsenti. de officio Legati in 6. Corras. d. cap. 3. numero 4. Zechus d. cap. 2. de Benefic. & pensio. versic. ubi Legati, etiam de quo late Specul. titulo de Legato. §. 5. nunc tractemus. † 36 Villad. d. quæstione 9. à nu. 37. Brunell. conclusione 20. Æneas de Falcon. de reseruatio. 2. partic. Simoneta quæstione 1. numero 7. & quæstione 94 vbi Gramutius Gambarus lib. 4. rubrica de potestate Legati in reseruando Cuchus d. lib. 2. titul. 5. à nu. 73. & P. Gregor. de Benef. cap. 24. num. 24 qui dicunt, quod Legatis pariter de latere reseruationes conceduntur, cum modificatione tamen. d. cap. præsenti & cap. de liberatione eod. tit. vt per glossam penul. circa fi. in c. 2. de concess. Preben. in 6. nam Legatus ea Beneficia potest reseruare, quæ potest conferre Gambarus supra, num. 1. & 7.

Et Æneas d. 2. par. q. 2. & 3. ait, † quod, licet ante- 37 quam emanasset restrictio d. c. præsenti, §. 1. Legatus posset generaliter reseruare Beneficia suæ legationis, tamen hodie solum potest facere reseruationem specialem ex d. §. 1.

Sed licet possit † Legatus reseruare Beneficia va- 38 catura suæ collationi, etiam pro certa persona, vt in c. cum dilectus de iure patron. ei tamen nullum ius, nec in re, nec ad rem quæritur, quia non potest tamen dare ius ad vacaturum, vt in c. dilectus. 1. de Preben. Corras. & Zechus supra, & docet Specul. supra, & Abbas in d. cap. dilectus num. 3. dicens posse Legatum variare, & alteri conferre Beneficium reseruatum, ad solum enim papam spectat dare ius ad vacatura, vt dicetur infra 10. par. cap. 1. sequitur Æneas

d.2.par.præludio 6.Simoneta *d.quæst.94.à numero* 2. Gambarus,*vbi proxime numero* 3.4. *&* 5. Duaren.*de Beneficiis lib.* 3. *cap.* 3 & Cochus *supra numero septuagesimoseptimo.*

39 Quinto ampliatur, †vt possit Legatus de latere ista facere existens etiam extra Prouinciam sibi cõmissam *glos.in cap.nemo de offic.Legati* Archid.*in cap. fin.eod.titul.in* 6.Bonif.*in Clem.*2.*de offic.ord.sen.*1. *de of.Legati,num.*24.*&* 25.Selua 3.*par.qu* 63 *n.* 1.Æneas *d.*2.*par. quæst.*4.*n.*12.Sarnen.*in regul. de non indican. do iuxta formam supplicationis quæ.* 3.Corras.*supra*, & Gambar.*lib.*3 *num.* 24.*&* 610.facit glos.*in cap.si Abbatem verò.in prouincia de electione in* 6.& quod tradit Gambarus *lib.* 1.*rubrica de potestate Legati extra prouinciam*,& Villadiego *de Legato q.*15.*par.n.*1.Brunell.*conclus.* 25.

40 Ex quibus patet † Legatum de latere in sua Prouincia concurrere sicut & Papa in collatione Beneficiorum cum quolibet Ordinario, & inter eos esse locum præuentioni *cap.si à sede Apostolica de Præb. in* 6.*& ibi glos.*1.& D.*glos.finali d.capit. primo de offic.Legati in* 6.& ibi Francus *num.*8 & alij,& Probus ad Monach *ibi num.*13.15.& 16 *& in cap. vt animarum de constitutionibus,num.*39. Cosmas *in pragmatica sanctione titulo de collatio.* §. *neque.verbo præuentionem.* Æneas de Falcon.*d.*2 *par.*1.*præludio* Corras. *d.cap.* 3. *num* 5.*&* 6. Duaren.*d.lib.*3. *cap.*3. P. Gregor.*cap.*38.*num.*6. Quintanaduenas *lib.* 1. *Eccles. capit.*5.*numer.tertio* Puteus *decis.* 345.*lib.* 2. Caputaquen.287.*num.*2 *par.*1. Mohed.*decisio.*3.*de offic.de leg.* etiam in mensibus Ordinariis concessis. Gomezius *de expectatiuis num.*16. Gamba.*d.lib.*3.& Zerola *in praxi Episcopali* 1.*part.*1. *verb.derogatio*, & fuit resolutum in vna Assisien. Beneficij 9.Martij 1587.

41 coram D.Orano,in qua fuit † dictum, *constare de primo extremo ex instrumento possessionis, de secundo autem ex sustentatione litis, & de titulo dubitari non posse,cum Legatus de latere contulerit Beneficium, qui de iure communi conferre potest omnia Beneficia existentia in sua Prouincia* capit.primo de officio legati in sexto capit. si à sede de Præben. eodem lib.*etiam in mensibus concessis Ordinariis,per regulas Cancellariæ* Gambar. lib.3.num.78. *nec obstare, quod dicitur Ottauinum habuisse alia Beneficia,& sic non potuisse legitime ei de alio conferre obstante decreto Concilij* sess. 24. cap.17.*quia fuit responsum, quod Concilium prohibet retentionem, non autem assecutionem, nam & ita fuit per Congregationem resolutum in vna Salamantina dimidia Portionis coram eodem pendente, propterea hæc exceptio in iudicio spolij nõ est admittenda,quia in petitorio poterit docere de dispensatione,& interim debet restitui, nam execrabilis restituitur. Puteus* decisione 99.lib. 1. & 13. de restitutione spoliatorum, &c. & posthæc tradit Gonçalez §.1.*proœm. num.*54. idque

42 procedere † non obstantibus concordatis Germaniæ, & Galliæ, fuit nouissime resolutum in causa Virdunen. Canonicatus sexto Martij, & 19. Iunij 1595.coram D.Pamphilio, vt in sequentibus decisionibus,quas hic ponere placuit,deseruiunt enim etiam ad alia dicenda.

Virdunen.Canonicatus sexto Martij 1595.

43 F*Vit* † *dictum gratiam Petri non esse canonicandam, quia ei obstat, vt anteriores prouisiones Legati de latere factæ ad fauorē Arturi possessoris* c.1.& ibi glossa in fin.de offic.Legati in 6.cap.si à sede Apostolica, *& ibi etiam glossa* de Præben.eodem lib.*quæ prouisiones capiunt omnem vacationem illius Canonicatus, siue ipso iure per homicidium Canonici, siue per resignationem homicidæ ante sententiam priuatoriam, siue per ipsam sententiam inductam, quod fieri potuit cum nihil insolitum sit in Beneficialib. admitti multiplicationem titulorum, & aliquem posse pluribus titulis iuuare* capit. post electionem de concess. præbendæ *Cassad.*dec. 11. numer. quinto super regulis & dec. tertia de causa poss.in fi.*Caputaquen.*dec.280.lib. 1. *nec obstare, quod primam prouisionem fuisse factam quatenus Canonicatus tunc vacaret, vel alias quandocunque vacare contingeret, & sic potius sapiat naturam expectatiuæ, quam Legatus concedere non potest* capit.secundo de concess.præben. capit. de testam.eodem tit.lib. 6. *& tradit Gambarus* de offic. Legati lib.3.numer.582.*quia illa conditio, si vacat, vel quatenus vacet,non reddit gratiam conditionalem,sed dicitur pura.Gemin.*in cā.2.num.10.*&* Francus num.4.de elect.in 6. *Lapus*,& ibi add.allegatio. 6.num.2.cum seq.*& statim sortitur effectum suum, cū Canonicatus tunc vere vacaret propter homicidium in personam Canonici eiusdem Ecclesiæ, quod etiam citra assassinium priuat Canonicum homicidam ipso iure Canonicatu,quem habet in illa Ecclesia propter scelus, & ingratitudinem in illa commissam, vt est tex.* in c. in quibusdam,*& ibi Hostien.Ioan. And. Anchar.* num. 5. *Abb.*num.6.de pœnis *Rebuff.*de modis amittendi Beneficia num.45.*Gab.*consi.296. num.6. lib. 1. *neque obstare, quod huiusmodi homicidium fuerit factū de mense Februarij, qui mensis propter alternatiuam spectat ad collationem Cap.iuxta cōcordata Germaniæ, de quib.per Puteum* dec.47.li.1.*quia propter id,quod Cardinalis Legatus concurrit cum quolibet Ordinario, quem potest præuenire,non obstantibus concordatis, vt tradit Gambarus* d.lib.3.num.107.*& adest* decis.*Putei* 345.li.2.*fuit dictum,quod Capitulum videtur per hanc prouisionem iuri suo renuntiasse,ex quo non solum permisit labi sex menses absque eo, quod vnquam prouiderit,quinimo dedit possessionem prouiso à Legato* cap. cum ex ore,*vbi Anchar.Imola,& alij* de his,quæ fiūt à prælat.*Rom.*consi 317.num.3 *Paris* 26.lib.4. cum aliis allegatis *in causa Lucana Canonicatus de anno* 1584.*coram D.Grano,& hoc non obstante, præseruatione iurium, quæ intelligitur quo ad vacationes futuras non autem,vt comprehendat istam prouisionem, in qua Capitulum per actus positiuos sibi expresse præiudicauit* Oldra consi 310.in fin.*Paris.*consi.20.n.12.lib. 1. *Sarn.* de iure quæsito non tollend. q. 1. in fi. *nimis obstante deducta contra secūdam prouisionem per resignationem Iacobi de la Roca, quæ quatenus priuatio nō fuisset ipso iure inducta,fieri potuit à Legato,qui pōt præuidere Beneficia vacantia etiam per resignationem, glossa* in cap. de liberatione §.prohibemus. verbo quæcunque. de officio Legati in 6.& in cap.dudum verb.potestate. de præben.eodem li.*præsertim stantibus facultatibus generaliter loquentibus de omnibus Beneficiis quomodocunque vacantibus, præterquam per obitum familiarium Papæ, & non est dubium homicidam, seu alium delinquentem, quotiescunque ex delicto Beneficium ipso iure nō amittitur,posse ante sententiam resignare,& collationem ex huiusmodi resignatione subsequutam esse validam, Bisignetus* decis 5.de re iudic.*Thom.Ferrar.* cautela 44. *Butrius* consil.47.*Sarnen.*de annali, q. 41.sub numer.3 & in regul. de subrogan. q. 7. in princ. *Crescen.* decis.226. *alias* 6.de renuntiat.nu. 5.

neque

neque obstat, quod non doceat de publicatione ipsius resignationis, quia non agitur de commendanda gratia Legati ad fauorem Arturi,rei,& possessoris, cui sufficit ad excludendum Petrum, per nouas iam ostendere, quod de tempore suæ prouisionis Canonicatus vacabat.l. fin. C.de rei vendicat.*Rota* decisio.4. de re iudicat.in nouis. *Bisignetus* 2.de except.*Cassad.*2. eodem tit. & decis.3.num.4.de restitut.spoliat.*& tanto magis,quod prouisio Apostolica ad fauorem Petri fuit obtenta pendente termino ad publicandum, Cassador,* decis.24.super reg.*Sarnen.*de publican.quæst.17.in fin. *nec obstant clausulæ generales,quæ non capiunt vacationes futuras.Felin* in c.1.constitutus, colum.pen.de rescript. *Moderatus* super regul.Cancell.de impetrant.Beneficia vacantia per obitum familiarium, q.5.n.7.*& in omnem euentum cessant omnes difficultates ex tertiā prouisione, quæ capit vacationem per priuationem eiusdem Iacobi, & tanquam anterior est præferenda gratiæ Apostolicæ* d.c.1.*vbi glo.* de offic.Legati in 6.cap.si à sede. de Præben.eod.lib.*neque obstat,quod non appareat de eius anterioritate, nisi ex data literarum Legati, quæ propter suspicionem ante datæ,non probant anterioritatē gratiæ contra prouisum Apostolicum*, iux.decis.*Rotæ* 1. & 10.de probatio.in nouis.*quæ habent locum etiam in literis Legati,vt per Achil.*decis.171.*alias* 7.de probatio.*Quia idem met Achilles decis.*sequenti decis.seq. *quæ est* 172.*alias* 8.eod.tit.*hoc non procedit, vbi est subscripta à Secretario Legati, qui sit Notarius publicus,prout in hoc casu,vbi licet non solum fuerit sigillata sigillo magno Legationis,sed etiam fuit subscripta à Legato,& ab eius Vicelegato,qui est Protonotarius Apostolicus, & Secretario,qui & ipse est Notarius Apostolicus descriptus in Archiuio Romanæ curiæ, alia in contrarium deducta sunt nimis leuia, & bene tolluntur ab informantibus.*

In eadem 19. *Iunij* 1595.*coram eodem D.Pamphilio.*

44 D*Ominis steterunt in resolutis*, † *nempe prouisionem Apostolicam ad fauorem Petrum esse Canonicandam, quia,cum sit facta dispositiuè,tanquam de reseruato, vt patet ex eo, quod prima narratiua reg.reseruatoria mensium confecit iure Canonicatum,tanquam vacans per sententiam priuationis contra Iacobum de la Roca latam de mense Maij reseruato,& vere non adsit reseruatio, ex quo per homicidium Conrangnies iuxta notat.in c.in quibusdam de pœnis,Canonicatus ipso iure vacauerit in mense Februarij, qui non est reseruatus, prouisio nō sustinetur; hoc enim operatur expressa dispositiua reseruationis, quod non valeat prouisio, si reseruatio non verificetur* Roman.consil.415.numero 12.& 14. *Cassad.*decis.3. de Præben.*& fuit resolutum in causa Corduben.Canicatus sub die* 9.*Maij* 1559.*coram Domino Quiroga, & hoc, non obstante clausula generali, quod collatio valeat*, siue præmisso, siue alio quouis modo, &c. *quia quando reseruatio ratione mensis exprimitur dispositiuè,tunc prouisio restringitur ad illam vacationem expressam in mense Apostolico, & illius vigore non potest capi Beneficium vacans in mense Ordinarij,non obstante clausula* quouis modo, &c. *quæ restringitur, ne contradicat expressis,vt in his terminis tradit Achilles* decisio 264. *quæ est* prima de Præbendis, *nec videbatur Dominis posse Petro suffragari clausulas prouisionis, si neutri,si nulli & alias similes, quia super eis litera non sunt expedita,& cum sint desumptæ, & excerptæ ex corpore eiusdem supplicationis, quæ requirit sufficientiorem resolutionis dispositiuæ narrata, debent intelligi iuxta d.supplicationem, & non possunt aliquid operari, nisi in ipsa certa reseruatione* ad c.2. de rescript. *non tanquam accessoria corruit sublata gratia principali.Paris.*consi.181.lib. 4. *Mohed.*decis.300. in fin.*alias* 17.de causa poss.*Puteus* decis.400 lib.1.*& fuit resolutum in causa Gerunden.Beneficij* 15.*Febr.*1593 *coram D. Blanchetto, & tanto magis, quod de tempore datæ illius prouisionis nulla aderat lis,super qua possit fundari gratia,si neutri,& alia similes,quæ necessario litem præsentem requirunt,Sarnen.* de annali quæstione 18.colum. 2. versicul.præterea.*Rebuff.*in tit.de gratia,si neutri, *& non dantur pro lite mouenda,Caputaquen.*decis 34. part.1.*neque obstans deductio contra gratiam Arturi, quia non est modo agendum de iure ipsius, qui cum sit reus,& possessor potest excludere Petrum actorem ex non iure ipsius,etiam quod ipse de iure suo nihil præstet.*l.loci §.si comperit. ff. si seruitus vendicetur. l.fin. C.de rei vendicatione, *Rota* decis. 4.de re iudic.in nouis. *Bisignetus* decis.2. de except.*Cass.*d.2.eod.tit. & 3 n. 5. de restit.spoliat. cū vulgaribus *& tanto magis, quod ex deductis in alia decis. videbatur satis constare de iure ipsius Arturi, qui vigore mandati de prouidendo habiti à Legato, quod secuta possessione tradita per Capitulum habetur pro prouiso, iuxta notata per Compostellanum,Io.Andr.& alios* in cap.transmissam de electione, *Rota* decis.16.de concess.Præben.in nouis.*fuit prouisus de huiusmodi Canonicatu, tanquam vacante ipso iure per homicidium Conrangnies in mense Febru. & notissimum est Legatum de iure communi posse concurrere cum quolibet Ordinario, & cum ipse dicatur Ordinarius in sua Prouincia*, cap.1. & ibi glossa de officio Legati in 6.c.si à sede. & ibi etiam gloss.de Præben. eod.lib.*Crescen.*decis.180.*alias* 8.de priuil.*Puteus* decisio.345 lib.2.& decis.2. & 3. de constitution. *Gambarus* de legato,lib.3.q.3.n.78.& n.209.*qui dicunt hoc procedere, non obstante communicatione concordatorum Germaniæ quoad alternatiuam concessam Ecclesiæ Virdunen.ex indulto Leonis, quia concordata tollunt tantum gratias præuentiuas, & non impediunt, quominus Legati possint concurrere cum Ordinariis,vt tradit Puteus* in d.decis.& de concordatis Galliæ *tradit Rebuff. dicens,ita fuisse iudicatum* in tit.de collatio. §.si quis vero,verb.ad alium inferiorem.in fin. *non enim in eis dicitur, quod in mensibus Ordinarij ipsi soli conferant, sed per quamcunque reseruationem expectatiuam, seu quouis aliam dispositionem Pontifex non intendit, quod in dictis mensibus impediantur illi, ad quos Beneficiorum collatio, seu prouisio pertinebit, & sic remouet tantum gratias præuentiuas, non autem excludit Legatos, quominus ipsi,tanquam Ordinarij iure suæ Legationis,sicut antea cessantibus gratiis præuentiuis poterant concurrere cum Ordinariis, ita etiam hodie remotis eisdem gratiis per concordata possint sicut quilibet alius Ordinarius conferre* d.cap 1.de offic.Legati in 6. *Puteus* d.decis. 345.& decis.2.cum sequenti de constitutione. *& ita non obstat decretum irritans positum in indulto Leonis, quod sortitur naturam principalis dispositionis, quoad gratias præuentiuas tantum, quas tollunt concordata, non autem quoad facultatem Legati competentem de iure communi concurrendi cum aliis Ordinariis in collatione, quæ non est sublata per concordata, vt supra dictum est ad* Clem.1. de concess. Præbend.*& late tradit Puteus* decis.1.lib.1. *non obstat, quod per clausulam positam in facultatibus Legati,quod, scilicet per eas nihil censeatur concessum in præiudicium Ordinariorum, videtur sublata præuentio, per quam Ordinarius*

præiudicatur, quia dicta clausula intelligitur quo ad concessam dictis facultatibus, non autem quo ad competentia Legati de iure communi, quæ per dictam clausulam non censentur sublata, quod etiam suadetur ex ipsismet facultatibus, quatenus non sunt restricta ad Beneficia reseruata, sed includunt etiam non reseruata, cum loquantur de Beneficiis ad Tullen. Meten. & Virdunen. Episcoporum, & Capitulorum collationem, & prouisionem pertinentibus; & si sedi Apostolicæ specialiter aut expresse reseruata existant. Alia in contrarium deducta bene tolluntur per informationes pro Arturo reo, & possessore, & ut dixi, sufficit excludere Petrum per non ius, etiam quod sua gratia pateretur aliquam difficultatem, cum non teneatur docere de iure suo. Et post hæc tradit Gonçalez referens istam decisionem, gloss. vigesima quinta, *à num. decimoquinto*, reprobans opinionem Greg. Branden. *super concordatis Germaniæ, quæst. 12. num. 9. &* 10. contrarium volentis, qui tamen *nu. 1. à num. 2.* admittit posse concurrere Papam tanquam Ordinarium, & præuenire post vacationem sine vlla violatione concordatorum, & à fortiore tradit Gonçalez, vbi *n. 29.*

45 Id autem, quod † dictum est Legatum concurrere cum Ordinario, & cum posse præuenire in mensibus Ordinariis, recte procedit etiam attentis regulis hodiernis mensium, quo ad quatuor menses Ordinarij non habentis alternatiuam, sed non videtur procedere, quo ad sex menses alternatiuæ Episcopi illam habentis, propter decretum irritans in ea appositum, quod ligat Legatum etiam à Latere, iuxta supra adducta *cap. 2. à nu. 15.* Sarnen. *de trien-*
46 *nali, q. 18. vers. infertur, n.* 4. † qui dicit Rotam iudicasse non valere prouisionem Legati de Latere, de Beneficiis vacantibus in mensibus Ordinarij, etiam si postea Ordinarius non conferret, propter decretum irritans positum in alternatiua, & allegat Gambarum *d. quæst. 3. lib.* 3. qui tamen non loquitur in terminis alternatiuæ Episcoporum, sed in simili de ex-
47 pectatiuis, & *numero* 8. † *vbi sequitur*, non valere collationem Legati, etiam habentis facultatem generaliter conferendi Beneficia reseruata facta in præiudicium expectantium, & in eorum mense, etiam si nullus expectans acceptet propter decretum appositum in expectatiuis, & ita Rotam iudicasse, & ser-
48 uare, & ita fuit resolutum in causa † Canonicatus S. Martini 2. Maij 1561. coram Do. Caputaquen. de qua infra *d. cap. 1. numero* 20. & facit doctrina Felini *in cap. cum ex officio de præscr. sub n. 36.* & Crescentij *dec. 2. de Præben.* quod decretum alternatiuę annullat acceptationem expectantis.

Quamuis † Zerola *dict. versic. derogatio*, dicat
49 Legatum concurrere accumulatiue cum Ordinario, non solum in quatuor, sed etiam in sex mensibus alternatiuæ, sed de isto authore, non est multum curandum, multa enim confundit, & barbare procedit. Et vide quæ de nuntio dicemus infra 4. *dub. à n. 132.*]

Nihilominus prouisio Legati † de latere de Be-
50 neficio vacante in mense alternatiuæ tribuit titulum coloratum, & suffragatur in iudicio spolij, non obstante dict. decreto, vt postea fuit resolutum in d. Assisien. Beneficij 11. Iun. 1587. coram Do. Comitulo his verbis. *Ex eo, quod refert Sarnen.* in regula de triennali, quæstio. 18 *Rotam iudicasse contra validitatem prouisionis à Legato de latere factæ, d. Beneficiis vacantibus in mensibus ordinarij per regulam cancellariæ reseruatis, dubitari, an D. Octauio suffragaretur titulus habitus à bonæ memoriæ Cardinali Riario, maxime cum eius facultas minus comprehendere diceretur, quam à iure communi Legato de latere in materia beneficiali tributum sit, & Domini resoluerunt suffragari in hoc iudicio spolij, in quo sufficit docere de titulo colorato, licet sit inualido, Cassad.* decisio. 1. numero decimo, de restitutione spoliat. *Cum enim Cardinalis Legatus habeat à iure facultatem conferendi Beneficia intra suã Legationem vacantia*, capit. primo de officio legati libro sexto, capit. si à Sede, de Præben. eodem libro, *Fedr.* consilio sexagesimoquinto, *cum collatio tribuat titulum coloratum, quamuis facultas originalis illi competens, ex aliqua accidenti restricta fuisset, vel impedita, ad tradita per Abb.* in cap. cum nostris de concess. Præbend. *Rebuff.* de pacificis possess. numero 42. *Puteus* decisio. 26. & 180. libro tertio, *non obstat, quod stante alternatiua concessa Episcopis cum decreto irritan. vt per Sarnen.* d. quæstione 28. *prouisio Legati in mensibus Ordinarij videatur discolorata, quia aliqui ex Dominis sentiebant hoc posse procedere, si Episcopi haberent indultum exclusiuum aliorum collatorum, & omnes conueniebant, quod sicut prouisio Ordinarij in mensibus expectatiuum, etiam ex mente eiusdem Sarnen. non obstante decreto irritanti præbet titulũ coloratum, ita etiam prouisio Legati in mensibus Ordinarij ad effectum, vt interim non sit retardanda restitutio in spolio, Achilles* decis. 5. de titulo, *nec enim omne decretum irritans positum in reseruatione inficit titulum, & possessionem. Puteus* decis. 50. lib. 1. & decis. 180. lib. 3. *resolutiones quarum meminit Sarnen.* in d. q. 18. *visa sunt transire, non absque difficultate propter* decisionem *Crescen.* 160. & *Putei* 345. lib. 2. *sed opere pretium non fuit in illis subsistere, & minus fuit necesse examinare literas facultatis bonæ memoriæ Cardinalis S. Sixti, cum enim non valerent in hoc iudicio possessorio ad tex.* in cap. in literis de restitutione spoliat. *reiiciuntur ad petitorium, vt alias dictum fuit in hac eadem causa coram R. P. D. Orano.*

Verum ista decisio non videtur posse procedere, si decretum † alternatiuæ esset iustificatum, 51
quia constaret de vacatione in mense alternatiuæ, & acceptatione illius ex traditis supra *capit. 1. à numero* 414.

Limitatur tamen prædicta *concl. 1.* vt Legatus de 52
latere † non possit conferre, vel reseruare Ecclesias Cathedrales, vel regulares, aut Collegiatas, seu ipsarum Cathedralium Dignitates maiores post Pontificalem electiuas, *c. deliberatione de offic. legat. in 6. gl. fi. in d. c. 1.* & Corras. *d. c. 3. n.* 10.

Secundo limitatur, † vt non possit conferre Be- 53
neficia reseruata *d. gloss. fin. in d. c. 1.* & Probus ad Monachum *ibi n. 10. &* 11. Villad. *q. 9. n. 4.* Corras. *d. c. 3. n.* 7. & 10. Gambarus *d. lib. 3. à n. 116.* & Cuchus *d. lib. 2. tit. 5. num. 80.* qui alios referunt, Crescen. *decis. 10. de Præben. sub numer. 3.* & Rota in Regien. Canonicatus 17. Nouembr. 1595. supra relata *cap. 1. numer.* 415. nam in reseruatis Summo Pontifici Legatus non potest se intromittere *cap. quod translationem. de officio legat.*, & post hæc tradit Gonçalez *gloss. 24. num. 11. & à nu.* 38 vbi quod regula mensium, dum excipit Cardinales, intelligitur de Cardinalibus ordinariis collatoribus, vt Episcopis, non de Cardinalibus Legatis.

Imo, & si sit Legato, vel Nuntio concessa facultas 54
conferendi Beneficia † qualitercumque vacantia, non tamen poterit conferre Beneficia reseruata siue generaliter, siue specialiter Rota *decis. 3. de officio legati in nouis, & in additione* Capella Tolos. *decisione* 435. & ibi Aufrer. Probus *d. num.* 10. Æneas de Falcon.

con. *de reseruatio* 4. *quæstione principali effectu* 6. Simo. *quæstione* 81. Mandos. *de signatura gratiæ titulo de indulto conferendi Beneficia reseruata in princ.* & in causa Canonicatus S. Martini coram D. Caputaqu. 2. Maij 1561. fuit dictum *Legatum de latere non habere facultatem conferendi Beneficia reseruata vllo modo, licet ei sit data ampla facultas conferendi, &c.* vt in *decisione* Cotæ 106.

Et si Legatus habeat facultatem † conferendi
55 Beneficia reseruata, non propterea potest conferre Beneficia vacantia in curia, nisi specialiter, & expresse sit concessum, ex *c. 2. de Præben. in 6.* & ibi Dd. Gigas *consil. 7. nu. 6. & cons. 10. n. 2.* ad dicta infra *11 p. ca. 1. num. 28.*

56 Tertio limitatur, † vt Legatus non possit cõferre Beneficia litigiosa ex *c. 1. & 2. vt lite pendente in 6.* Lancellot. *de attentatis 2. par. in præfatione, q. nu. 617.* Rota *decisione* 198. *lib. 3. par. 3. diuersorum*, quæ ait, quod beneficia litigiosa conferri non possunt ab aliis quam à Pontifice. Et fuit resolutum † in vna Tul-
57 len. Prioratus 28. Nouemb. 1594. coram D. Seraphino, in qua fuit dictum, *Legatum etiam de Latere non posse conferre Beneficia litigiosa, quæ in eius manibus libere fuerunt resignata, nisi id habeat expressum in commissione, &c.* & in causa Virdunen. Canonicatus vigesimooctauo April. 1595. coram D. Pamphilio fuit etiam dictum, quod, *si Beneficium sit litigiosum, vel alias affectum, iuxta tex.* in capit. secundo vt lite pendente in sexto, *Legatus etiam de Latere in illius collatione se intromittere non poterit, &c.* Et
58 similiter † Cardinales Ordinarij collatores vigore indulti non possunt conferre Beneficia litigiosa, seu in eis subrogare, ex quo de iure communi prohibetur per *d. c. primũ & secundum* & indultum solum tollit obstaculum reseruationis regularum, vt per Gonçalez *gloss. 14. num* 27. qui allegat Lancellotum *d. c. 4 in præfatione sub num.* 304. in vltima impressione, & ait fuisse resolutum 20. Februa. 1604. coram D. Lita, in vna Hispalen. Beneficii de Xerez, & alias sæpius conducit *decis.* Putei 84 *lib. 3.*

59 Et ita tenendum est, quamuis Probus ad Monachum *in d. c. 1. de officio Legati in 6. num.* 8. dicat Legatum posse conferre Beneficia reseruata, & affecta sedi Apostolicæ ratione litigij iuxta *d. cap. 1. vt lite pendente*, & allegat glos. *verb. siue ad nos in Clem. si de Beneficio de Præben.* quæ id non dicit, Capellam Tolos. *dec.* 435. quę tamen potius sentit contrarium, & Aufrer. *ibi.* Et idem tenet Gambarus *d. libr. 3. num.*
60 431. *& sequentibus.* vbi † docet Legatum non posse conferre Beneficia iuris patronatus litigiosa, nõ quia iuris patronatus, sed quia litigiosa ex *d. cap. secundo* & quando haberet facultatem conferendi litigiosa, an possit illa conferre, dubitat à *num.* 431. in quo mihi verius videtur non posse propter præiudicium
61 patroni laici, † cui saluum erat ius præsentandi lite finita *Clem. 1. vt lite pendente.* Cassador. *decis. 3. nu. 2. eod. tit.* cui Legatus non potest præiudicare, vt dicetur statim.

Quamuis prouisio facta à Papa de Beneficiis iu-
62 ris patronatus † etiam laicorum valeat, etiam non facta mentione, nec derogatione iurispatronatus. Cassador. *decis. 3.* Crescen. *decis. 8. de iure patron.* Chisanen. *decis. 75. in manuscr.* Sarnen. *in reg. de subrogan. quæst. 6. & in reg. de impetrantib. per obitum familiarium Cardin. quæst. 5.* & Flam. Paris. *de resignatione Benef. li. 2. q. 4. num. 51.* quia respectu Papæ non censetur præiudicium considerabile, de quo Couarru. *pract. ca. 35. num. 7.*

Quarto limitatur, † vt non possit Legatus à La- 63
tere conferre Beneficia iuris patronatus laicorum, glos. *in Clem. per literas de Præbend. verb. Apostolicis,* Feli. *in tract. quando litera Apostolica.* Gloss. *regula 40. Cancella. versiculo quo ad secundam*, Probus ad Monach. *in d. cap. 1. de offic. Legat. in 6. sub numero 16.* Rochus *de iure patron. verb. honorificum, numero 8.* Paul. de Citadinis *eod. tract. 7. par. nu. 16* & Lambert. *3. par. 2. lib. qu. 8. art. 1. & 2.* Rebuffus *in prax. 3. par. signaturæ, verb. et et non iuris patronatus, numer. 30.* Gambarus *d. lib. 3. à num. 239.* Corras. *d. cap. 3. num. 11. & 12. & 4. par. cap. vlt. num. 33* Duar. *de Benef. lib. 3. ca. 3.* Cuchus *d. lib. 2. tit. 5. num. 77.* cum Villadie. *de Legato, quæst. 9. n. 21.* Quintanaduen. sup. Brunell. *conclus. vigesimaquarta.* Aym. *cons. 63 nu. sexto. & 81. numer. 10.*

Vnde prouisio Beneficij iuris patronatus † lai- 64
corum facta à Legato sine præsentatione, aut consensu patroni, erit nulla, quæ tamen illo non reclamante intra tempus datum ad præsentandum, sustinebitur. Lamber. *d. quæstione 8 artic. 2. num. 5.* & Gambarus *d. lib. 3. num.* 543. sicut in prouisione facta ab Ordinario dicetur infra *capitul. vltimo, à numero* 241.

Et sic in vna Barchinonen. fuit resolutum, † quod, 65
cum non constet de præsentatione, aut reclamatione patroni, valet prouisio Nuntij, si non habeat excepta Beneficia iuris patronatus, vt apud Anton. August. & habetur 3. *part. diuersorum, libr. 3. decisione* 1482.

Recte tamen potest Legatus conferre † Benefi- 66
cia iuris patronatus laicorum deuoluta ad Episcopum ex negligentia patroni, Selua *2. par. q. 3. nu. 41. &* alij.

Idemque dicendum est de Beneficiis iuris † pa- 67
tronatus mixti, scilicet laicorum & Clericorum quod etiam non potest Legatus ea conferre. Abb. *in cap. fin. de iure patron. cap. dilectus. de offic. Legat.* Felin. *in d. tract. quando litera Apostolica, ampliatione 6. & in cap. multorum, num. 5. de Iudæis,* Glossator *supra,* Selua *2. par. q. 3. n. 39. & 3. par. quæst. 11. num. 17. & 18* Villadiego *d. q. 9. num. 28.* Brunell. *conclus. 25. 3. declaratione* Rochus *verb. ius, nu. 15* Lamber. *d. quæ. 8. art. 4. & q. 9. sequen. art. 9.* Rebuf. *de nominatio. quæ. 15. numer. 7.* Cagas *de pensio. quæst. 24. num. 3.* Corras. *d. n. 11. & 12* Gambarus *d. lib. 3. à num. 555.* Mandos. *reg. 1. Cancell. quæst. 20. numer. vltimo* Couar. *d. cap. 36. pract. num. 5* Grasutius ad Simonetam *de reseruatio. quæst. 9 num. 9.* Zauallos *in suis communibus contra communes, quæst.* 613 & Puteus *decis. 157. lib. 3. num.* 2. Et faciunt quæ de reseruatione dixi supra *cap. 1. à num.* 558 Quamuis contrarium teneant Paulus de Citadinis de Citadinis *d. 7. par. nu. 16.* Cuchus, qui alios citat *d. tit. 4. n. 78.* & *Zechus de statu Legati, sub num. 4. versi. 2. potest.*

Quod tamen Gambarus *vbi supra num.* † 369. & 68
sequen. limitat, quando ius patronatus esset commune laicis, & clericis, & clerici habent plures voces, quoniam tunc, inquit, totum iudicabitur Ecclesiasticum, & Legatus poterit conferre per ea, quæ tradit Bart. *in l. fin. in ... de Colleg. illicitis,* & Ioann. de Lignano *in cap. dilectus 3. de Præbend.* quem sequitur Felin. *in c. ex literis col. 1. de constitut. & in c. 1. sub n. 6. de præscrip.* & Maranta *in speculo Aduocato 4. par. 11. distin. nu. 21.* & alij supra relati *cap. 1. num....* quando docet modum discernendæ Vniuersitatis Ecclesiæ à sæculari, & ostendit, quod si ius patronatus spectaret ad Vniuersitatem Scholarium, in qua

essent plures laici, quam clerici, totum hoc vocaretur seculare, & e contra Rochus *sup. n.* 16. & Lamber. 1. *par. lib.* 1. *q.* 4. *art.* 10. *num.* 10 & Ferretus *consi.* 152. *n.* 5. & 6. & Gambarum in proposito refert, nec reprobat Granotius ad Simonettam *ubi proxi. e, num. erec-tiaus* quem sequitur Gonçalez *gloss. decimaoctaua, à numero decimoq.* 110. loquens de reseruatione.

69 Sed ista sublimitatio non videtur vera, & † est contra mentem Dd. quos citauimus, qui indistincte loquuntur, & eorum rationes etiam hic militant, maxime quod præiudicaretur laicis ex societate clericorum, & sic retraherentur à fundatione, &
70 simile de Vniuersitate † est longe diuersum, & diuersæ rationis ex adductis per Rochum *d. num.* 16. & Felin. *sub d. n.* 6. & Marantam *supra*, & si illud valeret, procederet etiam, quando clerici haberent æquales voces, nam etiam Vniuersitas, in qua sunt æquales clerici, & laici, dicitur Ecclesiastica. Bart. & alij *supra*.

71 Et quamuis Couar. *sup.* dicat, † quod si ius patronatus huiusmodi ad laicum vnum, & ad duos clericos ratione Ecclesiarum pertineret, ita quidem, quod maior pars, & potentius suffragium ex duob. clericis constaret, quo ad præsentationem posset admitti huius patronatus derogatio, loquitur tamen, & intelligitur Couarru. *in derogatione facta à Papa*, & ita male eum allegat Gonçalez *supra nu.* 17. sicut etiam male allegat Crescentium *decisione* 3. *de iure patron. & decis.* 574. *p.* 1. *diuers.*

72 Sublimitatur autem ista quarta limitatio, † vt non procedat in Beneficiis iuris patronatus laicorum ex priuilegio, vel præscriptione, nam isti bene potest Legatus conferre, nec oportet aliter derogare tali iuri patronatus, nec de eo facere mentionem ex quo cessat ratio retractionis à fundatione, & dotatione, Abb. *in d. c. dilectus in fi. de offi. Legat.* Car. *in d. Clemen. per litteras* 3. *quæst.* Felin. *in d. tract. quando literæ Apostolica, limit.* 11. Staph. *de literis gratia tit. de modo, & forma impetrandi.* §. 4. *principaliter. num.* 5. Probus ad Monachum *in d. cap.* 1. *de offi. & Legati in* 6. *sub num.* 16. Selua 3. *par. quæst.* 11. *num.* 23. *& seq.* Villadieg. *sup. num.* 22. & Aym. *d. consi.* 63. *num.* 6. Rochus dicens communem *d. verb. honorificum, numer.* 16 Ciradinis *d.* 7. *par. nu.* 16. Lamber. *d.* 3. *par.* 2. *lib. q.* 8. *art.* 3. Gambarus *d. lib.* 3. *à n.* 243. *&* 251. Coras. *d. c.* 3. 2. *p. num.* 13. *&* 14. *& c. vlt.* 4. *par. num* 33. Couar. *d. c.* 36. *nu.* 6. Cuchus *d. tit.* 5. *n.* 78. & Zauallos dicens communem *d. q.* 613. & faciunt dicta de reseruatione supra *d. c.* 1. *à n.* 243.

73 Quamuis add. Barbatiæ inter † *cons.* Alexand. 74. *vol.* 4. testetur, quod veritas, & communis obseruantia se habet in contrarium, & quod dictum est de
74 iure patronatus ex priuilegio procedit etiam si sit † priuilegium speciale ad certa Beneficia, & non generale, quicquid Corrasius sentiat *d. c.* 3. *num.* 15. nam ex quo est ius patronatus, seu præsentandi ex priuilegio, parum refert si sit ad certa Beneficia, imo ius patronatus regulariter ita solet esse, & Dd supra citati generaliter loquuntur, & Abbas *in d. c. dilectus.*
75 † *de offic. Legati ad fin.* quem citat & sequitur Corras. *ibi*, vbi distinguit inter priuilegium generale, & speciale, loquitur solum in iure conferendi dicens, quod licet Legatus possit concurrere in prouisione Beneficiorum, cum habente ius conferendi ex priuilegio generali, ex Feder. *consil.* 63. tamen, si Papa contulisset alicui priuilegium, vt possit conferre certa Beneficia. Legatus de illis non potest se intromittere, quia specialis prouisio derogat generali, *cap.* 1. *de offi. legati, & cap. dudum de Præben.* 6. & facit, quod suprà dictum est *numer.* 32. & 33. Quam limitationem † Abbatis ponit Æneas de Falcon. *de* 76
reseruat. 2. *par. oraliud.* 1. *num.* 2. eamque limitat *n.* 3. nisi ille, qui ex priuilegio posset conferre Beneficia in certo loco haberet ex priuilegio perpetuo tamen cum tali concurrit Legatus, & ait reperisse postmodum Villadiegum *d. quæst.* 9. *num.* 30. indistincte tenere, quod Legatus concurrit cum quolibet collatore, etiam habente speciale priuilegium conferendi: tandem, ait, posset dici, quod si Papa dederit hanc facultatem alicui, postquam Legatus est creatus, quod tunc Legatus non concurrat, secus si ante. esset igitur opus videre facultates vtriusque.

At Gambarus *d. lib.* 3. *nu.* 136. cum Villadieg. *sup.* † 77
absolute tenet contra Abb. scilicet quod in Beneficiis, quorum collatio est alicui specialiter concessa à Papa, vt quando Papa concedit specialiter collationem Beneficiorum vni in certa Ecclesia, Legatus possit se intromittere, quoniam Legatus confert cumulatiue, non priuatiue, vnde stat, quod ille habeat authoritatem conferendi, & tamen id possit Legatus, quando enim vna potestas accedit alteri accumulatiue non priuatiue, vna non tollitur per aliam, secundum ea quæ habentur *in cap. pastoral. de offic. ordinar.* videnda tamen, inquit, essent verba indulti.

Mihi verior videtur doctrina Abbatis, † ex *d. c.* 78
2. *& d. c. dudum*, nec refert priuilegium esse temporale aut perpetuum, nisi per illud fieret Ordinarius collator, & non Delegatus seu Apostolicus, nec rursus refert, quod priuilegium speciale præcedat, vel subsequatur ad *l. sanctio legum ff. de pœnis, & l. doli clausula ff. de verb. obligat.*

Maximeque procederet doctrina Abbatis † stan- 79
te in priuilegio speciali seu indulto clausula decreti irritantis ad dicta sup. de alternatiua *à n.* 45.

§. 1.

De facultate Nuntij.

SVMMARIA.

A Legati, qui non sunt à latere, siue missi, siue nati, conferendi Beneficia nullam habent potestatem, nisi hoc eis specialiter sit indultum, vel nisi sint missi cum potestate, seu authoritate Legati de latere, *à n.* 80. & ponitur resolutio Rotæ.

Nuntius Hispaniæ, licet alias mittatur cum potestate Legati de latere, tamen circa Beneficia conferenda datur ei facultas restricta ad Beneficia 24. ducatorū valorem non excedentia, vt in clausula facultatis hic posita. n. 83. & 84.

Nuntius Hispaniæ non potest prouidere Beneficia curata, vt ex verbis facultatis apparet. n. 85.

Cessat iam dubium, an facultas Nuntij comprehenderet Dignitates, nam vltra quod sunt in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, non sunt Beneficia simplicia, num. 86.

Tantum potest prouidere Beneficia vacantia per obitum, non per resignationem, assecutionem, vel alias, quamuis olim soleret habere facultatem admittendi resignationes, &c. n. 87.

Sufficeret ad illum effectum, quod Beneficiū vacaret de facto per obitum illud possidentis, licet alias de iure vacaret, n. 88.

In valore 24. ducatorum computanda sunt distributiones quotidianæ, & fructus, qui residendo lucrifiunt, quamuis antea non solerent computari, n. 89.

Prouisiones à Nuntio factæ, antequam fide dignorum testimonio constiterit Beneficia non excedere valorem taxatum, nullæ sunt, quamuis verum sit, non excedere, n. 90.

Nec sufficeret Nuntium in prouisione mandare, quod priusquam possessio detur, fiat informatio de eo, numer. 91.

Circa verba facultatis personis idoneis, remissiue, numero 92.

Circa d. facultatem Nuntij multa dubia occurrunt, &c. n. 93.

An stante, quod solum potest conferre Beneficia simplicia, possit prouidere Archipresbyteratus, qui non sunt in Ecclesiis Cathedralibus, seu Collegiatis, sed dicuntur rurales, & solent habere aliquam iurisdictionem supposito, quod non excedant valorem 24. ducatorum à numero 94. Resoluitur, quod sic, nam quamuis sonent in Dignitatem, sunt Beneficia simplicia, & sic non requirunt personalem residentiam, & adducuntur declarationes S. Congregationis, & decision. Rotæ.

An vigore d. facultatis possit Nuntius prouidere Beneficia curata habitu tantum, non actu, quia carent Parochianis, & an tale Beneficium censeatur curatum, vel non? à n. 99.

Referuntur dicta, & sententia Dd. & Rotæ, vsque ad n. 114. & resolutio ponitur à n. 115.

Beneficia simplicia, quæ Parochialem habent annexam accessorie, non censentur curata, sed simplicia, n. 122. & 123. vbi ponitur resolutio Rotæ, & sic poterunt à Nuntio prouideri, si simul cum annexa non excedunt valorem suæ facultatis, secus, si annexio esset æque principaliter, n. 124.

Beneficia simplicia, quæ ex constitutione, vel consuetudine Ecclesiæ habent onus gerendi vices curati in sede illius vacante, non sunt curata, & ideo poterunt à Nuntio prouideri, num. 125. & licet idem videbatur in Beneficiis simplicibus, quæ habent onus perpetuum administrandi Sacramenta, & adiuuandi Rectorem, tamen secus est, quia requirunt personalem residentiam, tanquam curata ex Congreg. Concilij, num. 126. & 127.

Illa Beneficia, quæ Curam animarum habent annexam, etiam si per plures administretur, videntur esse curata, ad hunc effectum, & tanquam curata obligant ad residentiam, n. 128.

An Nuntius possit prouidere Beneficia litigiosa? n. 129. resoluitur, quod non, non obstante clausula suæ facultatis, ex qua potest in suis prouisionibus derogationes, & clausulas necessarias, & opportunas, ac in literis Apostolicis concedi & extendi solitas, & sic videbatur posse apponere clausulam, & super eo inter aliquos lis, &c. n. 130. & 131. vbi explicatur d. clausula facultatis.

An dict. facultas Nuntij comprehendat etiam Beneficia vacantia in mensibus Ordinarij, n. 132. resoluitur, quod sic, & adducitur resolutio Rotæ.

Id solum procedet hodie in quatuor mensibus Ordinarij, non habentis alternatiuam, secus in sex mensibus alternatiuæ propter eius decretum irritans, quod ligat Nuntium, & etiam Legatum, num. 133. cui tamen decreto irritanti videtur Nuntium posse derogare, ex clausula suarum facultatum ad finem, hic posita, nu. 134. vnde poterit apponere clausulam in literis Apostolicis apponi solitam, seu si venerabili Fratri Episcopo, &c. per quam derogatur alternatiuæ, numero 135.

Per clausulam, seu si venerabili, quæ solet apponi in prouisionibus Nuntij, non videtur derogari alternatiuæ, nam non ponitur ita extense, vt in literis Apostolicis, n. 136. vbi ponitur ipsa clausula, adhuc tamen videtur valere prouisionem Nuntij de Beneficiis vacantib. in mensibus alternatiuæ, nam in derogationib. in eius facultatibus habetur extensa d. clausula, seu si venerabili, n. 137.

An in prouisionibus Nuntij de Beneficiis reseruatis ratione mensis sit facienda expressio dispositiue de mense vacationis, sicut in prouisionibus Papæ iuxta regulā de mensib. n. 138. resoluitur, quod sic, nam & valor obtentorum est exprimendus in prouisionibus Legatorū, secundum Rotam, n. 139.

Stante regula 2. Cancellariæ, per quam reseruantur omnia Beneficia vacantia sede Episcopali vacante, an Nuntius possit prouidere Beneficia 24. ducatorum vacantia in Episcopatu, cuius sedes vacat, &c. à nu. 140. resoluitur negatiue, & quod Beneficium potest esse reseruatum pluribus reseruationibus.

Quando duo Beneficia sunt annexa, quorum insimul fructus excedunt valorem 24. ducatorum, singulorum vero non excedunt, an possint à Nuntio prouideri à n. 143. resoluitur non posse, si vnū est alteri vnitum accessorie, posse vero, si vnio est æque principaliter, sicut si essent separata, &c.

Quomodo accipiatur ducatus auri de Camera, & cuius valoris sit? à n. 147. resoluitur esse vnum scutum auri in auro, & vnum argenteum, seu Iulium, & sic valere in Hispania 434. marapetinos, & idem in ducatis pensionum, vt in decis. & resolutionibus Rotæ hic adductis, quamuis alias in reseruatione ducatorum, non dicendo de Camera, attendendus esset valor currens in loco Beneficij.

An in d. valore, in quo fructus ratione personalis residentiæ percipi soliti, & distributiones quotidianæ computantur sint etiam computanda incerta, & emolumenta funeralium, & anniuersariorum, quæ non sunt dotata sed voluntaria, nam dotata sunt computanda, sicut distributiones quotidianæ certæ? à n. 153. resoluitur negatiue, nisi incerta ista sint solita locari singulis annis pro certa quantitate, aut alias communiter redigantur, seu redigi possint ad certam summam, &c. & adducitur decis. Rotæ.

An in d. valore facultatis Nuntij sint computandi redditus, & emolumenta competentia Beneficiato ratione Capituli Beneficiatorum, in quod quilibet beneficiatus habet ius intrandi? à numero 158. resoluitur negatiue.

An sint computandi in d. valore fructus, qui in Diœcesi Carthaginen. & Conchen. dicuntur tertiaria nempe 3. vel 4. quoque anno per turnum competentes beneficiato ratione collectionis communium decimarum? à n. 161. resoluitur negatiue.

An de d. valore sint deducenda stipendia Missarū incumbentium beneficio? à n. 163. resoluitur non esse deducenda, quamuis ad effectum regulæ de valore sint deducēda, saltim si non requirit seruitium personale, quia quod ad illam solum consideratur, quod beneficium valet in fortatis secundum tamen tecum, vbi est beneficium, &c.

An Nuntius possit prouidere beneficiū, quod valet plusquam 24. ducatos, est tamen grauatum pensione, qua deducta eos non valet? à nu. 170. resoluitur negatiue,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nisi pensio esset perpetua, quia non deducitur de valore exprimendo, licet deducatur, quoad solutionem annatæ pro tunc.

An sit deducendum subsidium, & excusatum, quod ex concessione Apostolica Regi soluitur? à n.174. resoluitur ad effectum facultatis Nuntij non videri deducendum, quamuis ad effectū expressionis valoris probabile videatur esse deducendum.

An Nuntius possit vigore d. facultatis prouidere Beneficium quod in modico excedit valorem 24 ducatorū, & an 6. partis diminutio, quæ solet dari ad excusandam malam valoris expressionem, danda prouisioni Nuntij? à n 180. resoluitur negatiue, si saltem excessus esset in vno regali, & ponuntur decis. Rotæ.

Cui incumbat in controuersia onus probandi valorem Beneficij à Nuntio collati, an aduersarium teneatur probare excessum? an vero prouisus à Nuntio, debeat probare non excedere 24. à n.187. resoluitur prouisum debere probare Beneficium esse intra valorem facultatis Nuntij, non obstante assertione ipsius Nuntij, idque plene.

Quod procedit, etiam si prouisus à Nuntio sit possessor, & veniat excipiendo, & se defendendo, & sua gratia sit prior, quia, cum aduersarius fundauerit suam intentionem, prouisus à Nuntio, qui contra eam excipit de sua prouisione, debet eam iustificare, & probare huiusmodi narratiuam valoris, & si non negetur, à numero 190.

Obiectio contra dicta quod prouisus à Papa agens contra prouisum à Nuntio, ad fundandam suam intentionem tenetur probare valorem narratum in sua gratia posteriori, & sic excedere 24. n.195.

Respondetur, quod id esset verum, quando prouisus à Papa variasset valorem assr. & quod alius in eo se intruserat ex prouisione Nuntij, tunc enim id teneretur probare plene, quando vero narrasset valorem per non excessum, pro vt communiter fit, sufficit non excessum semiplene probare, & idem vbi narrasset valorem assr. nihil dicendo de prouisione Nuntij, nam tunc sufficit probare non excessum, cum simus in gratia de Beneficio vacante, & non de vacatiuo certi valoris, à n.196.

Prouisus à Nuntio recte probabit Beneficium non excedere 24. per confessionem aduersarij in sua gratia licet adsit clausula augendi, nisi ea fuerit vsus, quæ in prima expeditione consumitur à nu. 202. & adducuntur resolut. Rotæ.

Non tenetur prouisus à Papa probare excessum 24. ducatorū pro verificatione intrusionis aduersarij in literis expressæ, quando illa intrusio in supplicatione non fuit narrata, sed tantum in literis ad non soluendum pro tunc annatam, sed habita post quia, cum non fuerit narrata in supplicatione, non potest Papa dici illa motus, tenebitur tamen verificare semplene, saltim possessionem, seu detentionem illius saltem tempore expeditionis, sicut dicitur de familiaritate narrata ad expediendum gratis, &c. à numero 209. & si fuit in supplicatione narrata intrusio est verificanda, &c. n.217.

Si constaret in causa de possessione seu detentione aduersarij præsumeretur illa tempore expeditionis literarū, nam facile præsumitur de præsenti ad præteritū, cum adest aliqua iusta causa ita præsumendi, qualis hic adest, &c. n.215. & seq.

Quomodo probetur valor Beneficiorum? à n.218 referūtur opiniones Dd. quibus reprobatis resoluitur cum Rota, cuius resolutiones adducuntur, valorem attendendum esse, & probandum per decem annos ante gratiam, à qua sententia non est recedendum, cum eam receperit obseruantia Rotæ, quæ secundum eam pluries iudicauit, & sic transierit in stylum, & consuetudinem curiæ, quæ facit ius etiam extra curiam, cum sit decisiuus, & ei videtur standum, & non stylo aliquorum tribunalium Hispaniæ, cum agatur de interpretatione literarum emanantium ab ipsa curia, &c.

Testes super valore debent reddere rationem, seu causam dicti sui, etiam non interrogati, alias non probant, n.242.

An Nuntius vigore dictæ facultatis possit conferre Beneficia iuris patronatus, non excedentia valorem 24. à n.243. resoluitur posse conferre Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici, non tamen iuris patronatus laicalis aut mixti, sicut dicitur de Legato. Quāuis valeat eius prouisio non reclamante patrono laico infra tempus datum ad præsentandum.

Videbatur posse Nuntium derogare iuri patronatus laicorum tantum pro medietate, & mixto in totum, ex clausula suæ facultatis, ex qua potest apponere derogationes, ac clausulas necessarias, & opportunas, ac in literis Apostolicis concedi, & extendi solitas, & sic clausulam, & cum derogatione iurispatron. &c. numero 245.

Respondetur per illam clausulam non dari facultatem Nuntio derogandi iuri laicorum, nec id esse credendum, n.247. nec d. clausula intelligitur de derogationibus, & clausulis in literis Apostolicis cōcedi, & extendi solitis, quæ sumuntur ex ipsa supplicatione, numero 248.

Poterat Nuntius ex d. facultate conferre Beneficia iuris patronatus laicorum ex eorum negligentia seu culpa ad Papam, aut Ordinarium deuoluta, sicut etiam alia Beneficia deuoluta etiam ad Papam, sicut de Legato dictum est, dummodo non excedant d. valorem 24. in sua facultate taxatum, numero 249. & seq.

An Nuntius vigore d. facultatis possit prouidere Beneficia exempta, seu ad exemptorum collationem spectantia, non excedentia valorem 24. n.251. resoluitur posse, vt in Legato dictum est.

An Nuntio currat tempus semestre ad conferendum? à numero 252. resoluitur idem dicendum, quod de Legato.

SEcundo † principaliter dico, quod alij Legati, 80
qui non sunt à latere, siue missi, siue nati, conferendi Beneficia nullam habent potestatem, nisi hoc eis specialiter sit indultum *c. literas de supplenda negligentia Prælatorum d.c.1. de offic. Legati in 6.* vbi Dd. vnde Rota de anno 1545. tenuit, *Nuntij prouisionē non esse bonum pro colore in spolio, nec pro noua prouisione expedienda, attento quod est ab eo, qui non habet instituere de iure communi, & speciale ius necesse est quod probetur, quo probato tunc valebit.* Vt per Cusanen. *decis. 99. in manuscrip.* † Vel nisi sint missi cum potestate, seu authoritate Legati de latere, nam tales etiam sine alia speciali facultate possunt Beneficia conferre, &c. priuilegia Legati de latere habent, vt cum Decio *cons. 128.* & Villad. *de Legato quæst. 9. n. 2.* docet Gigas *de pension. quæst. 6. num. 19.* & Cuchus *d. lib. 2. tit. 5. num. 86.* Mandos. *reg. 21. Cancell. quæst. 6. num. 4. & de monitoriis quæst. 60. num. 41.* Quintanadueñas *Eccles. lib. 1. cap. 5. num. 3.* & Zechus *de republ. Eccles. c. de statu Legati sub n. 4. versicu. 5. potest, & de benef. pensio. cap. 2. & c. 5. num. 2.* Gonçalez *gloss. 13. numero 3.*

Nun-

83 Nuntius vero Hispaniæ, † licet alias mittatur cum potestate Legati de latere, tamen circa Beneficia conferenda datur ei facultas restricta ad Beneficia 24. ducatorum valorem non excedentia, vt appa-
84 ret ex clausula suæ facultatis, † quæ sic ait. *Insuper quæcumque Beneficia Ecclesiastica simplicia in d. Regno consistentia, extra tamen Metropolitanas, & alias Cathedrales, ac Collegiatas Ecclesias consistentia, per obitum illorum vltimorum possessorum extra Romanam curiam vacatura, dummodo illa alias, quam ratione mensium Apostolicorum, reseruata non fuerint, & cuiuslibet eorum fructus, redditus, & prouentus etiam ratione residentiæ personalis percipi soliti, ac distributiones quotidianæ 24. ducatorum auri de camera, secundum communē æstimationē, valorem annuum non excedant, pro tempore vacātia personis idoneis prouidendi, ita tamen, vt tu non prius prouisionē Beneficiorum huiusmodi facere debeas, quam tibi fide dignorū testimonio constiterit, fructus prædictos ipsum valorem annuum non excedere, aliquin prouisiones à te pro tempore factæ sint nullius sint roboris, vel momenti.* Vt habetur in literis, & facultatibus D. Cæsaris Speciani, Episcopi Nouarien. Nuntij Hispaniæ datis à Sixto Quinto anno 1585. Idibus Decembris Pontificatus sui anno primo. Et in facultatibus D. Camilli Caetani Nuntij Clem. VIII. quæ facultates sunt producendæ in actis, quando agitur de aliquo Beneficio prouiso à Nūtio, Rota *decis. 75. lib. 3. part. 3. diuersor.* Gonçalez *§. 4. proœm. numer. 84.*

Ex cuius facultatis, & clausulæ verbis clare appa-
85 ret primo, † Nuntium Hispaniæ non posse prouidere Beneficia curata, quantumuis non excedant valorem 24. ducatorum in ea assignatum.

86 Secundo apparet cessare † iam dubium, de quo per Crescen. *decis. 1. de priuileg.* alias 32. An facultas Nuntij comprehenderet Dignitates, de quo Anastas. Germonius *de indultis Cardinalium, verb. ac irritum, à num. 31.* nam vltra, quod sunt in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, quarum Beneficia conferre non potest, Gonçalez *d. §. 4. num. 58. & gloss. 13. à num. 4.* non sunt Beneficia simplicia, Cambarus *de officio Legati libro 5. rubrica, an Legatus possit plura Beneficia vni conferre, num. 2.* & Burfatus *consil. 351. n. 1. libro 4.* & dictum est supra *5. parte, capit. 6. numero nono.*

87 Tertio apparet tantum posse † prouidere Beneficia vacantia per obitum, vnde non poterit prouidere Beneficia vacantia per resignationem, assecutionem, contractum matrimonij, ingressum Religionis, aut priuationem, vel alio modo, faciunt dicta infra *11. parte, cap. 1. num. 8. & 81.* quamuis olim solerent habere facultatem admittendi resignationes, &c. vt apparet ex *decis. 805. lib. 3. part. 3. diuersorum*, & traditis per Flam. Paris. *de resignatione benef. lib. 7. q. 13. à num. 21.*

88 Sufficeret ad istum effectum, quod † Beneficiū vacaret de facto per obitum illud possidentis, licet alias de iure vacaret, ad *decis. 12. de præbend. in antiquior. n. 8. de elect. in antiquis*, Cassador. *2. de constitutionibus.* Rota *dec. 102. lib. 1. part. 3. diuersorum.* Bellenninis *de charitatiuo subsidio, quæst. 122.* Simonetam *de reseruatio. quæst. 50. & 51.* & Mandos. *regul. 3. quæst. 13. & reg. 6. quæst. 5* de quibus supra *capit. 1. numero 198.*

89 Quarto apparet in valore 24. ducatorum, † ad quem Nuntius habet facultatem, computandas esse distributiones quotidianas, & fructus, qui residendo lucrifiunt, quamuis antea non solerent computari, vt apparet ex *decis.* Paleoti 745 *lib. 3. part. 3. diuersorū*, & ex decis. Calagurritana Archipresbyteratus infra adducta *num. 181.* & ex *decis. 118.* & Cæsaris de Grassis in vna Iacen. Portionis de Anso, de anno 1575. quæ sunt videndæ, in quarū prima, in primo præsupposito ponitur clausula facultatis Nuntij illius temporis circa prouisionem Beneficiorum, & habetur etiam *1. part. diuersorum decis. 335* & ex alus decis. & posthæc tradit Gonçalez *d. §. 2. n. 56. & 57. & d. gloss. 13. num. 4.*

Quinto apparet prouisiones à Nuntio factas † 90
antequam fide dignorum testimonio constiterit Beneficia non excedere valorem taxatum, nullas esse, quantumuis verum sit non excedere, nec sufficiet Nuntium in prouisione mandare, quod † priusquam possessio detur, fiat informatio de eo, vt fieri 91
vidi, nam per id non seruatur forma à Papa præscripta & circa illa verba facultatis, *personis idoneis*, † vi- 92
denda sunt dicta infra *11. p. cap. 5. ex n. 284.* & particulariter, *n. 292.*

Circa quam facultatem Nuntij, † multa dubia occurrunt in praxi, quæ operæ pretium erit examinare. 93

Et primo dubitatur, † an stante, quod solum potest conferre Beneficia simplicia, possit prouidere Archipresbyteratus, qui non sunt in Ecclesiis Cathedralibus, seu Collegiatis, sed dicuntur rurales, & solent habere aliquam iurisdictionem, supposito, quod non excedant valorem 24. ducatorum? 94

In quo breuiter dico, † quod sic; nam dicti Archipresbyteratus, quamuis de iure communi sonent in Dignitatem. Rota *dec. 316. par. 2. diuersorum*, sunt Beneficia simplicia, & sic Archipresbytero rurali non committuntur causæ, vt ex Hieron. Paulo *in practica Cancellariæ*, tradit Flores, *quæst. 4. num. 17.* & vti talia Beneficia simplicia non requirunt personalem residentiam, iuxta consuetudinem vniuersalem Ecclesiæ, ex qua in Beneficiis simplicibus non requiritur residentia, vt supra dictum est, *3. part. cap. 2. à num. 3.* 95

Et ita censuit † S. Congregat. Concilij, in vna Burgen. quæ sic ait: *Illustrissimi & reuerendissimi Domini in Diœcesi Burgen. sunt nonnulli Archipresbyteratus, qui Dignitates rurales reputantur, seu existunt, non tamen sedem in Cathedrali, nec Collegiatis Ecclesiis habent, nec Cura animarum illis imminet, nec personalem residentiā requirunt, sed eorum præcipuum munus seu officium est, census singulis annis ab œconomis Ecclesiarum, sub districtu sui Archipresbyteratus existentium recipere, eosque, si in aliqua summa sunt debitores ad soluendum compellere, ac generaliter, vt bona fabricæ Ecclesiarum bene administrentur & expendantur procurare, nec non Sacrū Chrisma singulis annis à Cathedrali reportare, & Parochialib. Ecclesiis sui Archipresbyteratus distribuere, propter quod nunc certos sibi designatos recipiunt fructus à qualibet Ecclesia sui districtus, nec vnquam fuerunt reputati curati, sed semper ante Concilium Trid. & post, consueuerunt conferri Dignitatibus, ac Canonicis, seu aliis personis Beneficia personalem residentiam requirentia obtinentibus absque dispensatione Apostolica, & hoc tanto magis, quod prædicta Beneficia residentiam requirentia, vna cum Archipresbyteratu obtinentes possunt per mensē absentiæ facere per prædictum officiū, & non præiudicare prædictis Ecclesiis residentiæ, cum per Cōciliū permittatur, quod possint per tres menses abesse. Nihilominus ab aliquibus vertitur in dubiū, an Archi-* 96

Hh

presbyteratus huiusmodi sint incopatibiles cum prædictis Beneficiis residentiam requirentibus sub prætextu, quod dicta receptio computorum videatur visitatio quædam, quæ ex dispositione Concilij, sessione vigesimaquarta, capit. tertio, *quando pertinet ad inferiores, per se ipsos fieri debet. Quare illustrissimus Cardinalis Pacheco, Præsul Ecclesiæ Burgen. cupiēs pro administratione sui Pastoralis officij dubia, quæ in executione dicti Concilij oriuntur, per declarationes S. Congregat. tollere, supplicat illustrissimis DD. Vestris, vt dignentur declarare, an stantibus permissis ex dispositione Concilij prædictis*, sessione 24. cap. 3. *seu alternatiua decreti, Archipresbyteratus huiusmodi sint incompatibiles cū Dignitatibus, Canonicatibus, vel aliis Beneficiis personalem residentiam requirentibus? Et an prædicti Archipresbyteri teneantur per seipsos munus prædictum sibi incumbens exercere, vel possint illud per alios ab ipsis deputandos exequi, prout multi hactenus facere consueuerunt? Ad primum Congregat. Concilij censuit, non esse incompatibiles, prout non esse it aliud Beneficium simplex. Ad secundum Congregat. eadem censuit non teneri ex illo decreto Concilij* sessione 24. capite 3.

97 Est etiam alia declaratio eiusd. S. Cong. † super c. 17. *sess.* 24. *de reformatione*, his verbis, *simplex Beneficium est Archipresbyteratus, licet habeat aliquam iurisdictionem, dummodo residentia in eo non sit necessaria*, refert Gonçalez *gloss.* 64.

98 Iuxta quam fuit † resolutum in causa Conchen. Archipresbyteratus de Huete 26. Ianuarij 1524. coram D. Penna, quod, licet Archipresbyteratus haberet iurisdictionem, non tamen constabat esse talem, quæ illum efficeret beneficium curatum, & incompatibile cum alio requirente residentiam personalem, quam decisionem hic ponere placuit & sic se habet. *Quæsiui, an probaretur, hunc Archipresbyteratum habere curam iurisdictionalem ad effectum, vt per assecutionem dimidiæ portionis in Ecclesia Conchen. inducta fuisset illius vacatio, & quamuis die 17. Maij præteriti, pro vacatione ex cōfessione facta in precibus pro obtinenda gratia Vicariæ de Imesta, nihilominus die 25 Iunij, causa iterum discussa, fuit dictum, quod Amoraga melius id procuraret. in hac ergo propositione vtraq; parte informante Domini censuerunt, ex deductis non probari Archipresbyteratui immunere talem curam iurisdictionalem, quæ faceret incompatibilitatem; primum enim dicebatur Amoragam debuisse plene, & concludenter probare hanc qualitatem incompatibilitatis, cum ageret opponendo obiectum Hieronymi aduersario, & intenteretur illum priuare*, Mohedan. decision. 160 *Puteus* 6 de probation. *Sarnen.* in regula de infirmis, quæstione 36.

Hanc concludentem probationem dicebant Domini nō posse desumi ex confessione facta in precibus pro obtinenda Vicaria, quia illa confessio non erat Hieronymi principalis, sed solicitatoris, quæ non poterat præiudicare principali absenti, maxime, si sit reuocata, Mohed. decis. 157. *& præsertim, quādo est de rebus, quæ nō sunt in potestate confitentis, vt de confessione vnionis Ecclesiæ, dicit Achilles* decis. 4. de confessis. *& licet impensa faciat gratiam prætensam impetratam ad instantiam principalis, nec possit venire contra confessionem sui procuratoris, quando principalis fuit visus gratia, dict. tamen confessio & acceptatio non facit quod omnes clausulæ appositæ in gratia sint tales, quales procurator expressit, præsertim, quando qualitas expressa habet dubiū iuris, vt in casu proposito, vtrū ista cura iurisdictionalis sit talis, quæ causet incompatibilitatem. Præterea, tametsi omnis cura iurisdictionalis, siue stricto, siue largo modo sumpta, faciat Beneficium curatum ad effectum inducendæ incompatibilitatis, Abbas* cap. dudum 2. num. 8. & 10. de electione. gloss. in Extrauagant. execrabilis, verb. animarum cura. & verb. visitare. 1. de præbend. *Nihilominus talis cura iurisdictionalis debet facere Beneficium curatum, quæ qualitas non poterat colligi ex præd. confessione, cum in ea adderetur, quod Archipresbyteratus iste residentiam non requirebat, inde enim sequebatur non posse dici curatum, cum omne Beneficium curatum requirat residentiam. Ancharan.* consil. 17. numero 1. *Canonista* in capitulo fin. de clericis non residend. *vt autem confessio præiudicet confitenti, debet esse certa, & concludens, alias enim ad fauorem confitentis est interpretanda.* lege si quis intentione, *vbi Bald.* ff. de iudiciis. *Decius* capitulo cum venerabilis, numero 105. versiculo non obstant allegata, de except. *Flamin. Paris.* consil. 115. numero 16. libro 1. *Et huic interpretationi fauebat decisio S. Congregationis Concilij Trident. quæ dicebatur simplex esse Beneficium Archipresbyteratum, licet habeat aliquam iurisdictionem, dummodo residentia in eo non sit necessaria, atque eodem modo respondebatur ad aliam confessionem contentam in instrumento adeptæ possess. in qua, licet procurator Hieron. peteret sibi dari fidem, quod Archipresbyteratus habeat Curam iurisdictionalem, non tamen confitebatur illam esse talem, quæ induceret incompatibilitatem, vt supra dictum fuit, cum simul hæc stare possint, quod Archipresbyteratus habeat Curam iurisdictionalem, & quod illa non sit talis, vt faciat illum incompatibilem, quam qualitatem similiter non probabat fides Notariorum asserentium Archipresbyteratum de Huete habere iurisdictionem ordinariam in causis ciuilibus cuiuscumque qualitatis, & in criminalibus, vsque ad capturam, & ponendi interdictum, quia præterquam quod istæ attestationes Notariorum erant factæ sine iuramento, & parte non citata, quæ propterea non merebantur fidem, dicebatur etiam Notario non credi, nisi de his, de quibus fuit rogatus à partibus, Felin.* in cap. qui contra, num. 35. de probatio. *atque ex his censuerunt Domini non probari talem iurisdictionem, quæ esset sufficiens ad inducendam incompatibilitatem, alia enim fundamenta tacta per informantes, non adeo tuta putabant.*

Secundo dubitatur, † an vigore d. facultatis possit 99
Nuntius prouidere beneficia curata habitu tantum, non actu, quia carent Parochianis? Quod dubium pendet ex eo, an tale Beneficium censeatur Curatum, vel non.

In quo Innocentius *in cap de multa*, † *de Præbend.* 100
ante *num.* 1 & ibi Calder. & Cardin. *n.* 2 & Specul. *titul. de dispensatione, § dicendum, vers. sed nunquid, n.* 9. tenent esse curatum absolute, etiam ad effectum illius *c. de multa*, dicentes Ecclesiam esse curatam ex ordinatione, seu destinatione Episcopi, non ex accidentia facti, id est accessu, seu recessu Parochianorum, pro qua sententia alios citat Hoieda *de incompatib. benef.* 13. *n.* 10.

Et Cardin. *cons.* 48 ait tale beneficium † censeri cu- 101
ratum, & sic de tali cura faciendam esse mentionem in impetratione.

Alij vero dicunt tale beneficium habitu † curatum 102
non esse incompatibile cum alio, nec includi in dispositione d. capit. de multa. ita Feder. *consilio* 135. & post alios Abbas *in d. cap. de multa, numero* 14. Capra dicens communem, *reg.* 90. *numero* 74. Duennas *regul.* 71. 4. *fallen.* & Hoieda *supra numero* 10. 11. & 53.

Et similiter glossa *in c.* † *licet canon. de electione in* 103
6. *verb.*

Parochialis, dicit, quod dispositio illius c. non habet locum in tali curato habitu, sequuntur Selua 3. *part. quæstione* 42 & Hoieda *vbi supra*, & Rebuffus *in praxi, tit. de non promotis num.* 34. qui tamen *num.* 35. ait, quod si reuertantur Parochiani, tenebitur is promoueri ab eo die, quo reuertuntur, siquidem incipit actu parochialis esse, &c. idem Zerola *in praxi Episcopal.* 2 *part. verb. Beneficium.* §. 13. & latius 1. *par-*
104 *te eod. verb.* § 4. *circa fin.* vbi ait reperiri † in illas Ecclesias, quæ antiquitus fuerunt curatæ, & habuerunt populum, & nunc carent populo, & sunt dirutæ, & habent bonos redditus & has, qui ad illas assumuntur, non prouideri per concursum, nec subesse dispositioni *cap. licet canon*, & sic vidisse obseruari Beneuenti, & quod, qui habet, dicitur habere Beneficium simplex, & quod tunc incipiet esse Curatum, quando incipiat habere populum. &c. & quod non debeat fieri concursus in Ecclesia Parochiali, quæ actu non habet Parochianos, tenet idem Zerola, *verb. Parochia.* § 2. 8. *dubio* respondetur enim, inquit, prout *in d. verb. beneficium.* § 4. *circa vl.*

105 Hieron Paul. *in pract. Cancell.* †. *notabilia supernacautibus non reseruatis, verb curata Ecclesia*, ait, quod curata Ecclesia proprie dicitur, quæ habet curam actu, illa autem, quæ habet curam habitu duntaxat, habetur pro non curata, saltim quoad euitandam pœnam constitutionis de curata loquentis. Et Quinta-
106 naduennas *lib.* 4 *Eccles. num.* 71. † ait huiusmodi parœciæ Beneficium non habere Curam animarum, neque *capit. de multa, aut c. licet canon.* pœnis contineri receptus esse.

107 Hinc ait Gambarus † *de offic. Legati. lib.* 5. *rubric. an Legatus possit plura Beneficia vni conferre a n.* 13. quod in restrictione dispensationis ad plura incompatibilia, dummodo non sint plures, quam duæ Parochiales Ecclesiæ, non includitur Ecclesia, quæ olim habuit, sed nunc non habet Parochianos, nec dicitur Parochialis, quia tunc cessat ratio restrictionis.

108 Felin. *in cap. postulasti de rescript. sub nu.* 1. † *vers. & vide Card.* inquit, quod talia Beneficia regulantur in omnibus, vt simplicia, & sic non est opus facere mentionem in impetratione de tali cura, & idem dicit *in can nostra cor.* 10. *eod. tit.* post Bonifac. *Clem.* 1. *de offic. Vicar. n.* 44. sequitur Mand *reg.* 20. *Cancell. de idiomate, quæst.* 11. *n.* 5 vbi concludit in talibus Beneficiis non esse locum illi regulæ, & post hæc Gonçalez *gloss. sexta. à numero* 89. ait huiusmodi Beneficium non dici Beneficium curatum, nec vti tale regulandum, & cæt.

109 Alij sic concordant opiniones † quod ad effectum, vt de tali cura sit facienda mentio in impetratione, tale Beneficium censeatur curatum, ad effectum vero incompatibilitatis, & *cap. licet canon.* non censeatur curatum. ita Staphil. *de literis gratiæ, tit. de qualitate, & statu Beneficiatorum.* § *de qualitate Benefic. quæ sunt curata, n.* 3. Rebuffus *in praxi tit. de dispensatione ratione ætatis, verb. etiamsi curam.* Bursatus *cons.* 152. *num.* 23. & 24. *lib.* 4. Ioannes Gutierrez *allegatione* 8. Zechus *de republic. Ecclesiastica, cap.* 28 *de Parochis, sub num* 2. Emanuel Rodriguez. *in sum.* 1. *tom. c.* 31. *num.* 6. Vega 1. *parte summæ cap* 36 *casu* 28. & P. Ledesma *in sum.* 2 *part. tract.* 7. *cap.* 1 11. *conclus.* 7. *difficultate.*

110 Et Sarnen. *in regul. de idiomate, quæst.* 11. † *versic. vt idem*, ait ad effectum illius regulæ cēseri curatum, dicet non ad effectum incompatibilitatis. At Hier. Ga-
111 briel. *consil.* 191. † *lib.* 4. cum Felin. supra tenet gratiam talis Ecclesiæ curatæ habitu non esse surreptitiam, vel obreptitiam, si de cura mentio facta non est, vel est narratum, quod est sine cura contra Staphil. & Rebuffum vbi proxime, maxime, cum per plures annos Ecclesia Parochianis caruit, & verisimiliter nulla spes adest, vt actum recuperet, quicquid concludi debeat, cum Ecclesia pauco ante Parochianos amisit, & adest probabilis spes recuperationis actus: quo casu Hier. Gabr. ibi videtur contra inclinare, & n. 20. ait, quod ad obtinendam Ecclesiam habitu curatam etiam minor. 25 annis est idoneus, cum Bonifacio *vbi sup.*

Et in vna Firmana Parochialis 16. Decem. † 1558. 112
coram D. Quiroga, fuit resolutum. *Quod si in supplicatione impetrationis Parochialis, quæ curā habebat animarum habitu, & non actu, dictum est, quod Ecclesia erat sine Cura, gratia est surreptitia, si probabiliter esset Parochianos posse redire, cum non sit facta mentio Curæ*, c. … de verbor. signific. libro 1. *si vero nulla erat spes redeundi gratia erat valida. Ægid.* dec 32. in fin. *Feli.* supra in c postulasti cū simil. *quod si lapsi essent 40. anni sine Parochianis, tunc statim Benef. ij esset immutatum, & Beneficium erit simplex*, ex cons. de Beneficio de præbendis *6. Sept.* … forma expectatiuarum, numer. 5. hæc in d. decis. Firmana, sequitur Bursatus *d. cons.* 152. *in fin.* & Flam. Paris. *de resignatione, lib.* 10. *quæst.* 2. *nu.* 87. & 88.

Iuxta quam decisionem videtur † intelligenda alia 113
in vna Telesina Beneficij, vltima Ianuar. 1590. coram D. Seraphino, in qua fuit resolutum, *Quod de Cura habitu Beneficij, quod erat Parochiale, & Parochiani recesserant propter incursiones latronū, debet fieri mentio, ex Card.* d. consil. 48. *Staphil. & Rebuff. supra citat.* n. 109. *& si si Beneficium narratur esse sine Cura, gratiam non sustinere, &c.* Hæc inquam decis. videtur intelligenda iuxta d. decisionem Firmanam, quando est probabilis spes Parochianos posse reuerti, vt videtur esse in illo casu, in quo Parochiani recesserunt, propter incursiones latronum, nam adhibito remedio huic malo per superiores, & potestates, probabile est reuersuros in patriam suam, & locum.

Et alias in vna Lucen. Sarçanen. † prioratus 11. Fe- 114
br. 1591. coram D. Seraphino fuit dictum. *Quod non est gratia surreptitia, ex eo, quod Ecclesia Parochialis habitu non actu narratur sine Cura, quia tunc non est necessaria Cura expressio. Felin.* d. c. postulasti, n. 1. & d. c. in nostra cor. 10.

Hæc sunt, quæ in hac re † à Doctoribus tradita in- 115
uenio, in qua mihi dicendum primo, quod dicta Beneficia curata, si verisimiliter nulla spes adest, quod actum recuperent, & maxime, si lapsi sunt 40. anni sine Parochianis, censentur absolute, & in omnibus simplicia, ex Felin. Hieron Gabr. Rota in d. Firmana, & alios *supra*, & sic, licet non narretur talis cura habitu, vel narretur esse sine cura, gratia non erit surreptitia iuxta ipsos. & Zechum *de Benef. & Pensio. cap.* 9. *numer* 2. nec in eis habebit locum dispositio *dict. cap. de multa, & dict. cap. licet canon*, iuxta Feder. Abb. & alios relatos *supra*. nec habebit locum dispositio S. Concilij Tridentin *sess.* 14. *cap.* 18. *de reformat.* de faciendo concursu, vt per Zerolam *supra*. Et ita, vt existimo, huiusmodi Beneficia prouidentur Romæ, tanquam simplicia sine præuio concursu, & etiam in partibus, nec erit necessaria ætas 15. annorum. sed sufficiet ætas requisita ad beneficia simplicia obtinenda, ex Bonifacio supra, & Hier. Gabr. *d. num.* 20.

116 Et tandem ad nostrum propositum deueniendo † videntur posse prouideri à Nuntio, ex dict. sua facultate, si non excedunt valorem in ea taxatum.

117 Secundo, quod si est spes probabilis recuperationis actus, non sunt lapsi 40. anni sine † parochianis, tunc, licet ad effectum *d. c. licet canon* non conferantur curata, quia cessat ratio illorum iurium, ex Feder. Abb. Glossat. Staphil. Rebuf. & aliis citatis supra, tamen ad alios effectus videntur censenda curata, ex supra *allegatis*, maxime in terminis, & casu Ioannis Gutierrez *d. allegatione 8. num. octaua*, vt ad effectum, quod debeat fieri mentio de tali Cura, alias gratia sit nulla ex Cardin. *dict. cons. 48.* Staphil. & Rebuff. *supra.* & dict. decis. Firmana, & Telesina, & sursato, & Flam. Paris. *supra*, & ad effectum concursus de quo in d. decreto Concilij *cap. 18.* & ad effectum ætatis, &c. vnde non poterunt à dicto Nuntio prouideri, quantumcumque non excedant valorem taxatum.

118 Quod tamen attinet ad effectum regulæ † de idiomate, admoneo, Rotam in vna Calagurritana Parochialis de S. Pia. 4. Decemb. 1556 coram D. Orasino pro maiori parte tenuisse, *Quod regula de idiomate nõ habebat locum in ista Parochiali, quæ nullos habebat Parochianos, quia regula in effectu respicit exercitium curæ, & quia si nulli sunt Parochiani, nullum cadit idioma, nec obstare, quod possunt superuenire, quia incertum est, cuius idiomatis erunt qui superuenerint*, &c. Sequitur Mandos. *d. q. 11.*

119 Sed ista consideratio solum † videtur posse procedere in locis, qui sunt in confinio diuersorum idiomatum, vt in locis Alauæ, Vizcaiæ, & Guipuzcoæ d. diœcesis Calagurritanæ, & de dicta regula *de idiomate*, vltra Sarnen. Mandos. & alios ibi late agit per Hoiedam supra *c. 24. à n. 43.*

120 Imo etiam ad effectum incompatibilitatis, † & *d. cap. de multa.* in hoc secundo casu beneficia curata habitu videntur censenda curata, ex sententia Gregorij XIII. & S. Congregationis Concilij, in sequenti declaratione super *cap. 17. sessione 24. de reformat. S. D. N. Gregorius XIII. audita relatione Congregationis Concilij declarauit Parochialem, quæ habitu tantum, & non actu Curam habet, comprehendi verbis* huius cap.

121 quæ sane declaratio videtur † intelligenda in dict. secundo casu, quando est spes probabilis recuperationis actus, nec sunt lapsi quadraginta anni sine Parochianis, non vero in primo casu, de quo *numero 115.*

122 Beneficia autem simplicia, † quæ parochialem habent annexam secundario & accessorie, certum est, non censeri curata, sed simplicia, Felin. *in c. in nostra cor. 10. de rescript.* Decius *in c. ad aures, num. 13. eodem.* Sarnen. *d. reg. de idiomate. quæst. 11.* Menochius *de arbitrariis libro 2. casu 201. num. 67.* & dicetur infra 11. *part. capit. 4. numer. 192. & vltima parte capit. 2. numero 12.*

123 Vnde in vna Zamoren. Archidiaconatus † coram D. Rubeis de anno 1569. fuit resolutum: *De ista Cura habitu per viam annexionis non esse, necessario faciendam mentionem in gratia, seu impetratione, vt inducere incompatibilitatem*, Anchar. Gemin. & Probus *ad Monach.* in c. super eo de Præbend. in 6. *Bonif.* in Clemen. vnica, de off. Vicarij. *contra* cons. 33. *Card. de quo per Felin.* in c. postulasti in princ. de rescr. *quod non est verum, nec in curia seruatur, &c.*

124 Et sic ista beneficia simplicia, quæ Parochialem † habent annexam secundario, & accessorie, poterunt à d. Nuntio prouideri si simul cum annexo non excedunt valorem suæ facultatis, secus, si annexio facta esset æque principaliter ex dictis infra *vlt. part. c. 2. num. 37.*

Similiter etiam Beneficia † simplicia, quæ ex constitutione, vel consuetudine Ecclesiæ habent onus gerendi vices Curati in sede illius vacante, non sunt curata, quia propter solum exercitium curæ accidentale, ille vices gerens non dicitur habere beneficium curatum, Oldrad. *consil. 102.* Felin. *dict. cor. 10.* Decius *dict. cap. ad aures nu. 14.* Sarnen. *d. quæst. 11.* & Menochius *supra numero 68.* & ideo talia beneficia recte poterunt prouideri à Nuntio, si sunt infra dict. valorem. 125

Et idem videbatur in beneficiis † simplicibus quæ habent onus perpetuum administrandi Sacramenta, & adiuuandi Rectorem, nam ex isto exercitio Curæ, iure penes alterum remanente, non debet censeri beneficium curatum. 126

Sed videtur obstare declaratio S. Congr. 2. & 3. adducta supra 3. *part. c. 2. sub nu. 167.* ex quibus apparet istos teneri personaliter residere, sicut veri curati, & ibi diximus, & sic ista beneficia censentur tanquam curata. 127

Et illa beneficia, quæ Curam animarum, † habent annexam, etiamsi per plures administretur, videntur esse Curata ad hunc effectum quibus infra 9. *part. c. 2. d. n. 7. à n. 175.* & tanquam curata obligant ad residentiam personalem, ex *c. 1. sess. 23. de reform.* & diximus *d. c. 2. à num. 164.* 128

Tertio dubitatur, † an Nuntius possit prouidere beneficia litigiosa, & respondetur, non posse ex *c. 1. & 2. vt lite pendente, lib. 6.* vt de Legato à latere diximus supra, *à num. 56.* 129

Videbatur tamen posse Nuntium † prouidere beneficia litigiosa, ex clausula suæ facultatis infra adducta *numer. 134.* ex qua potest in suis prouisionibus apponere derogationes, & clausulas necessarias, & opportunas, ac in literis Apostolicis concedi, & extendi solitas, & sic poterit apponere clausulam, quæ in literis apostolicis apponi solet, *& super eo inter aliquos lis, &c.* de qua supra 4. *parte ca. 9. tertio numero 31.* 130

Sed adhuc dicendum est, non posse Nuntium † prouidere beneficia litigiosa, non obstante d. ict. clausula *suæ facultatis*, quæ non videtur intelligenda de clausulis in literis Apostolicis apponi solitis, quæ sumuntur ex supplicatione, in qua specialiter sunt concessæ, vt ista, sed de clausulis in literis Apostolicis concedi, & extendi solitis, absque speciali concessione in supplicatione facta, vt est illa, *seu si venerabili, &c.* & ita huiusmodi clausula de lite non solet apponi in prouisionibus Nuntij, nec illa clausula facultatis Nuntij est intelligenda, vt possit derogare dispositioni iuris communis. 131

Quarto dubitatur, † an d. facultas Nuntij comprehendat etiam beneficia vacantia in mensibus Ordinarij? In quo dicendum est, quod sic, vt resoluit Rota in vna Compostellana, vt per Crescen. *decis. 8. de priuilegiis*, in qua fuit dictum, *Facultatem Nuntij conferendi Beneficia comprehendere etiam vacantia in mensibus Ordinarij, non obstante regul. quæ dando octo menses expectantibus, disponebat, quod in cæteris quatuor Ordinarij libere conferre valerent, quia tum in illis Papa prouidere posset, & cum Ordinario concurrere, idem & in Nuntio, qui authoritate Papæ potestatem habet conferendi*, argum. capitulo si Apostolicæ, de Præbend. in 6. *& quia omnia nostra facimus, quibus* 132

autho-

authoritatem impartimur, & argum. leg. solet cum simil. ff. de iurisdictione omnium iudicum, *& quia regula voluit tantum in illis 4. mensibus tollere impedimentum expectantium, nisi in regula reuocarentur omnes facultates, & indulta conferendi.* Hæc *in d. decis.* Sequitur Anast. Germonius *de indultis Card. §. ac ceteri, tum, n. 42.* facit etiam *c. si à sede Apostolica de Præbend. in 6.* & quod dictum est de Legato à latere supra *à n. 40.* & post hæc tradit Gonçalez *d. 9. à n. 31.* qui tamen *n. 55.* ait, quod hodie, vt à peritis audiuit, Nuntius habet facultates limitatas, vt cum Ordinariis in suis mensibus concurrere non possit, quod certe non apparet in prædicta facultate, & ita videtur sine fundamento, quamuis verum sit, quod non solent Nuntij cum Ordinariis concurrere.

133 Id tamen solum procedet hodie in Beneficiis † vacantibus in quatuor mensibus Ordinarij non habentis alternatiuã, secus in vacantibus in sex mensibus alternatiuæ Episcopi eam habentis propter decretum irritans in ea oppositum, quod ligat Nuntium, & etiam Legatum à latere, vt supra dictum est, *à n. 45.*

134 Sed, licet id ita sit, videtur Nuntium posse † derogare d. decreto irritanti alternatiuæ, ex clausula *suarum facultatum ad fin.* quæ sic ait. *Decernentes de nonnullis facultatibus, & concessionibus prædictis, etiam cum derogationibus suspensionibus, indultis irritantibus, aliisque decretis, & clausulis necessariis, & opportunis, ac in literis Apostolicis concedi & extendi solitis, in quibuscunque partibus Regni, Prouinciis, terris, ciuitatibus, et locis prædictis libere, ac licite, vt posse, &c.* vt in dictis facultatibus Nuntij Speciali.

Cum ergo ex ista clausula Nuntius possit in suis gratiis, & concessionibus apponere derogationes, ac clausulas necessarias, & opportunas, poterit in suis prouisionibus apponere derogationem dicti decreti irritantis alternatiuæ, maxime cum possit etiam apponere derogationes, ac clausulas in literis Apostolicis concedi, & extendi solitas.

Vnde poterit apponere clausulam, quæ in † literis Apostolicis super prouisione Beneficiorum apponi solet,
135 *seu si venerabili Fratri Episcopo, &c.* per quam derogatur alternatiuæ, vt supradictum est *c. 1. à n. 17.* ex Menoch. *consil. 83. n. 15. lib. 1.* & Anastas. Germon. *de indultis Cardinalium § alioquin, num. 32.* & sic clausula ista, seu æquipollenti per Nuntium apposita valida esset eius prouisio de Beneficio etiam vacante in mense alternatiuæ Ordinarij illam habentis.

Sed per clausulam, † *seu si venerabili*, quæ solet apponi in prouisionibus Nuntij, non videtur derogari alternatiuæ, nam solum dicitur, *Seu si venerabili Epi-*
136 *scopo, vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem, vel prouisionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli non possint.* Per quæ verba non derogatur alternatiuæ, cui desunt illa, quæ in literis Apostolicis adduntur, scilicet, quod *quæ de huiusmodi, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem coniunctim, vel separatim spectantibus, nulli valeat prouidere per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia d. Sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet differri.*

Adhuc tamen videtur valere prouisionem Nuntij de Beneficiis vacantibus in † mensibus alternatiuæ Episcopi, etiamsi in literis, & prouisione non sit ita extensa d. clausula, *seu si venerabili*, nam in derogationibus in eius facultatibus ad finem habetur extensa.

Quinto dubitatur † an in prouisionibus Nuntij sit facienda mentio, & expressio dispositionis de mense vacationis sicut in prouisionibus Papæ iuxta reg. *de mense*? credo, quod sic, nam & mens, ac ratio regulæ, de qua supra *c. 1. n. 647.* procedunt etiã in prouisionibus Nuntij, & optime faciunt tradita per Sarnen. *in reg. de valore, q. 1.* Crescen. *decis. 10. de rescript.* & per Mandos. *reg. 34. q. 50.* & Rotam *decis. 106. part. 1. diuersorum.* 138

Ex quibus in vna Vlisbonen Beneficij 4. Decem. 1600. coram Domino Pamphilio fuit resolutum, quod *valor clausula non est exprimendus etiam in prouisionibus Legatorum, alias gratia est nulla ex reg.* de valore, &c.

Sexto dubitatur stante *regula* 2. † Cancellariæ supra adducta *cap. 1. num. 112.* per quam reseruantur omnia Beneficia vacantia Sede Episcopali vacante, an Nuntius possit prouidere Beneficia 24. ducatorum vacantia in Episcopatu, cuius Sedes vacat, maxime in mensibus aliis ordinariis? & certe ego non video quomodo Nuntius iuxta supradictam facultatem possit illa prouidere cum sint reseruata vt vacantia Sede Episcopali vacante, & ratione Sedis vacantis per d. regulam, & sic aliàs quam ratione mensium Apostolicorum. 139

Potest enim Beneficium esse reseruatum pluribus 140 † reseruationibus, Felin. *in cap. in nostra cor. 6. de rescript.* Æneas de Falcon. *de reseruatio. 4. quæst. principali effectu 44.* Cassad. *dec. 9. de Præbend.* Ferretus *consil. 17. n. 2.* & Mandos. *de signatura gratiæ titulo de indulto cõferendi Beneficia reseruata versiculo, an autem, & regula 32. quæst. 14.* & dicitur supra *cap. 1. n. 340.* si-
cut potest † quis esse excommunicatus pluribus excommunicationibus, & suspensus pluribus suspensionibus, quamuis Ripa *respons. 15. n. 4. lib. 1.* dicat Beneficium, quod iam fuit reseruatum, non videri amplius posse reseruari. Et Nuntius non potest prouidere Beneficia aliàs, quam ratione mensium Apostolicorum reseruata. 141

Et est ad propositum † optima *decis.* Capetaquen. 142 85. *part. 2.* omnino videnda, & doctrina Mandosij, *vbi proxime*, quamuis sciam Nuntium illa prouidere in quocumque mense vacent, vt vidi in aliquibus Beneficiis huius Episcopatus, quæ vacarunt Sede Episcopali vacante.

Septimo dubitatur, quando duo Beneficia simplicia, seu præstimonia † sunt annexa, quorum insimul fructus excedant dictum valorem 24. ducatorum, singulorum vero non excedunt, an possunt à Nuntio prouideri? in quo distinguendum censeo, quod si vnum ex illis vnitum est alteri accessorie, & 143 144
per viam incorporationis, † tunc non potest Nuntius prouidere, quia dicta vnio operatur extinctionem tituli, & nominis Beneficij vniti, & iudicatur, vt prædium illius, cui fuit vnio, † vt fuit resolutum in causa Ilerden pensionis. 6. Martij 1595. & sic non datur vacatio Beneficii vniti, & vnum tantum est Beneficium, cuius fructus excedũt 24. nam & fructus beneficij vniti sunt fructus beneficii principalis, cuius est quasi prædium, vt dixi, & in impetratione non est opus exprimere vnitum, sed principale, vt dicetur late infra *vltima part. capitulo 2. à numero 12.*

Si vero vnio facta est † æque principaliter, tunc 145

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Nuntius poterit illa prouidere, si singulorum fructus non excedunt d. valorem 24. ducatorum, quamuis amborum simul excedant, sicut potest vni simul conferre duo Beneficia separata, quorum singula non excedunt d. valorem, quantumuis ambo simul excedant.

146 Et ratio est, quia dicta † vnio nihil aliud operatur, nisi quod Rector vnius sit Rector alterius, vtrumque tamen Beneficium manet Beneficium, sicut erat, & proprios redditus agnoscit, & gaudet suis priuilegiis, vt fuit resolutum in d. Ilerden. & quod sic fructus veniunt exprimendi separati, & de vtroque Beneficio annexo æque principaliter oportet facere mentionem in impetratione, & dicetur *d. c. vltima parte n. 137.*

147 Octauo dubitatur, quomodo accipiatur ducatus † auri de camera, & cuius valoris sit? Et breuiter Resp. ducatum auri de camera esse vnum scutum auri in auro, & vnum argenteum, seu Iulium, & sic valet in Hispania 434. morapetinos.

148 Ad quod est decisio Rotæ in vna Conchen. pensionis 28. Iunij 1585. coram Do. † Orano, quo sic ait. *Dubitatum fuit præsuppòsita reseruatione pensionis, in ducatis Cameræ Apostolicæ, an solutio illius fieri debeat ad rationem 375. morapetinorum, an vero ad rationem 434. Domini 28. Iunij 1585. censuerunt pensionem in ducatis ad rationem 434. morapetinorum soluendam, & ratio fuit, quia, cum agatur de pensione in ducatis auri de camera à Papa reseruata, solutionis æstimatio fieri debet iuxta valorem consuetum in loco eam assignantis, Abbas in c. quanto col.* vltim. de iure iur. *Sarnen.* super reg. de valor. q. 8. *Gigas* de pensio. resp. 26. n. 4. *attenditur autem consuetudo loci, vbi traxit originem res, de qua videri oportet Aegid.* decis. 2. *quem sequitur Feli.* in c. ad aures n. 25. in fi. de rescript. *nec facit præterea obseruantia in contrarium, quia, cum habeamus claram, & expressam Papæ pensionem reseruantis voluntatem, non est locus obseruantiæ interpretatiuæ, Aretinus* consi. 84. num. 5. & consi. 115. num. 2. *maxime, cum illa sit fundata in confessione pensionarij, qui ideo se recepisse dicit pensiones in præteritum ad rationem valoris ducatorum Hispaniæ, quod Beneficiatum expertus fuit in illa persoluenda non expeditis literis faciliorem, siquidem voluntaria acceptatio, vel non est habenda ad necessitatem* lib. 2. C. de his qui sponte l. voluntariæ. C. de excusatio. tutorum. *Parisius* consi. 37. num. 35. lib. 4. *neque fyli habita est ratio, quoniam non est vniformis, cum testes super eo hinc inde examinati non conueniant, & sententiæ etiam est diuersa, minus obstat, quod mandatum ad consentiendum pensioni non exprimat speciem ducati, quia illud respicit validitatem reseruationis, & ita decisum.*

149 Et in vna † Acherontina fructuum 10. Februarij 1595. coram Dom. Blanchetto fuit resolutum, *pensione ducatorum auri de Camera reseruata soluenda Neapoli, solutionem faciendam esse in scuto auri in auro, quali currit in Cancellaria, addito vno Iulio, quo scuto deficiente debere solui eius valorem, prout currit Neapoli, &c.*

150 Quod etiam fuit resolutum in vna Aretina pensionis 20. Febr. † & 17. April. 1598. coram D. Lita, vbi aliæ decisiones allegantur, nempe *pensionem reseruatam de ducatis Cameræ, in eisdem ducatis soluendam esse, hoc est vnum scutum aureum eorum, quæ currunt in Cancellaria, & vnum Iulium pro quolibet ducato, vel si solutio fiat in alia moneta, quæ potest fieri, si ducati de Camera in loco faciendæ solutionis non reperiantur, debere solui tantundem, etiam quod solutio sit destinata fieri in partibus, vbi ducati plus, vel minus valerent, quam in Curia Sarnen.* de valore q. 8. circa fi. *& Gigas* de pensio. q. 98. &c.

Quamuis alias † in reseruatione ducatorum, non dicendo de Camera attendendus esse valor currens in loco Beneficij, vt per Gigan. *consi.* 58. alias *respons. 49. de pensio.* post Belenz. *de charitatiuo subsidio, q. 89.* 151

Et in terminis facultatis Nuntij, quod quoad valorem † monetæ attendatur quanti valet in Curia ducatus de Camera, fuit resolutũ, in vna Iacen. portionis 15. Aprilis 1595. quæ est *decisio* 18. Cæsaris de Grassis n. 5.

Nono dubitatur, † an in d. valore, in quo fructus rationalis residentiæ percipi soliti, & distributiones quotidianæ computantur, sint etiam computanda incerta, vt emolumenta funeralium, & anniuersariorum quæ non sunt dotata, sed voluntaria, nam de emolumentis anniuersariorum, & missarum, quæ sunt dotata, † quæ Abulæ dicuntur communes, & de distributionibus quotidianis certis, non est dubium esse computanda, vt apparet ex verbis dict. facultatis relatis, Cosmas *in pragmat. sanctione titul. quo tempore quisque debeat esse in choro, verb. distributiones* Suarez *5. tom. disputat. secunda, sect. 1. numero 30. ad fin.* nam & anniuersaria sita testamento vel donatione relicta computantur in valore Beneficij, Vuamesius *consilio 227.* 153 154

In quo dubio breuiter † Respon. negatiuè, nisi incerta ista sint solita locari singulis annis pro certa quantitate, aut alias communiter redigantur, seu redigi possint ad certam summam, nam tunc incerta ista redduntur certa, & sic deberent computari in valore facultatis Nuntij, saltem, vt fructus, seu distributiones ratione personalis residentiæ percipi soliti ad tradita per Felin. *in cap. ad aures, numero* 14. & Ripam 29. *de rescrip.* Seluam *de Benef. 3. p. q. 9. n. 12.* Rebuf. *de congrua portione n. 83. & 85. & de nominatio. q. 9. n. 4.* alias 40. Rotam *dec. 5. n. 7. part. secunda diuersorum*, & Cæsar de Grassis *decisione 117. numero duodecimo.* 155

Et pro hac resolutione, † est decisio Rotæ in vna Maioricen. Capellæ 15. Iunij 1591. coram D. Orano, quæ tangit etiam alia ad propositum, & sic ait, *fuit resolutum Ecclesiam B. Mariæ orphanorum Maioricen. sub facultatibus Nuntij Apostolici in partibus Hispaniarum residentis comprehendi, quia nullos habet fructus, vt deponunt testes, qui illi deseruierunt, Georgius super 3. artic. Petrus Angles quartus testis iuxta 7. 8. 9. nonus testis ad 7. 8. 9. & 23. vbi subdit illam nihil habere in redditibus, neque censibus, Iacobus Andreas ad 7. 8. & si qui illius sint redditus, consistunt in eleemosinis, quæ, cum sint voluntariæ, non connumerantur in fructibus. Abb.* in Rubrica de Parochiis num. 3. *multo autem minus, quia deseruiunt alendis pueris, Cassiodorus,* de pensio. q. 26. *Sarnen.* in reg. de valore, q. 4. post princ. *& fructus non dicuntur nisi qui superstint deductis oneribus, atque ita subtractis eius expensis. Rota* decisione 69. de concessione Præb. in antiquis *Decius* consilio 156. numero 2. *non obstat, quod, etiamsi redditus consistant in eleemosinis, atque ita in incerto, nihilominus, ex quo solent pro certa annua pensione locari, vt probant testes 10. & 14. computantur in fructu, & consequenter in valore iuxta tradita per Anchar.* Clem. vn. de concess. Præb. sub numer. 62. vers. sed aduerte. *vbi subijcit exemplum de Ecclesia percipiente oblationes annuatim vltra 200. aureos, & de Ecclesia solita colligere ex eleemosina annua quingenta, quæstuando per Prouinciam. Felin.* in c. ad aures nu. 14. *Ripa* numero vigesimonono de rescriptione, *vbi fallunt incertas esse certas, quando sunt soluti pro certa pensione, quia hic actio, de qua testes, restringitur ad eleemosinas solitas fieri in Ciuitate Maioric. ad rationem librarum illius Regionis 24. & sic ad rationem 13. ducatorum auri de Camera, qui sunt intra facultates Nuntij, & Anchar. præsupponit locationem solitam fieri singulis annis, ita quod summa sit certa, hoc autem locatio probata fuit hic falsa, eoque fieri potuit quod sequentibus annis non tanti eleemosinæ locarentur, & earum quantitas remaneret sub incerto, & cum hoc. Sequi ventas obtinere ad annullandam gratiam Nuntij tanquam prouidentis contra suas facultates, debet collidentes probare excessum valoris per triennium ante gratiã Achil.* dec. 2. de valore, *Sarnen.* cod. reg. quæst. vlt. *testes autem pro sua parte nullus hoc non probant, nam, quamuis aliqui ex illis deponant articulum, super valore fructuum legum in eum conceptum esse verum, tamen non concludunt, nisi pro vno anno, quo confraternitatis administratione d. Capellæ præfuerunt, nec concludunt super illo valore cum illa quantitate, quod tanti fructus remanerent deductis oneribus & expensis pro beneficiato, sed loquuntur de oneribus & colligendis eleemosinis glossa Hispanus ad reg. Cancel. 2. in fine Staphil.* de literis gratiæ 9. forma n. 64. *Sarnen.* ad regulam de valore. q. 8. numero 3. *Cresc.* dec. 2. de probatio.

157 Et conducit decisio † Rotæ in causa Mediolanen. Parochialis 26. Octob. 1598. coram D. Seraphino, in qua fuit dictum, quod ea *quæ voluntariè soluuntur, vt eleemosinæ, non veniunt computanda in fructibus. Abbas.* in Rubric. de Parochiis n. 3. &c.

158 Decimo dubitatur, † an in d. valore facultatis Nuntij sint computandi redditus, & emolumenta competentia Beneficiato ratione Capituli Beneficiatorum, in quod quilibet Beneficiatus proprium habet ius intrandi, vt est in hac Ciuitate Abulen. Capitulum S. Benedicti, & in ciuitate Salmantina Capitulum S. Marci, quod est Capitulum Beneficiatorum ciuitatis, in quod omnes, & soli Beneficiati Ciuitatis seruientes per se suo Beneficio habent ius intrandi, & simile Capitulum est in oppido de Arehalo, & Ouiedo huius Diœcesis, quæ Capitul. ex variis dotationibus, & anniuersariis, seu Missis relictis habent suos redditus inter ipsos Capitulares diuidendos, &c.

159 Et videbatur esse † computanda, ex quo in d. valore fructus ratione personalis residentiæ percipi soliti computantur, & dicta emolumenta sunt certa.

160 Nihilominus tamen † dicendum est breuiter non esse computanda, nam reuera illa emolumenta, & redditus non competunt ratione, & iure beneficij, sed Capituli, & seruitij illius, quod est diuersum & distinctum à Beneficio, licet ratione Beneficij habeat ius in illud intrandi, si velit; vnde non possunt dici redditus, seu emolumenta beneficij, Rebuf. *de congrua portione, numero 83. & seq.* Rota *decisi. 5. n. 8. p. 2. diuersorum, & fuit decisio 49. de concessione Præben.* alias 583. *in antiquis.* Accedit quod non eo ipso, quod habet beneficium, est de illo capitulo, sed habet ius, vt admittatur, si petit.

161 Maior est difficultas, † an sint computandæ in d. valore fructuum qui in Diœcesi Carthaginen. & Conchen. dicuntur terciariæ, nempe tertio, vel quarto quoque anno per turnum competentes Beneficiato ratione collectionis omnium decimarum & ratio difficultatis est, nam, quamuis illæ dentur pro labore dictæ collectionis, & sic alias dici non possunt fructus beneficij, Put. *dec.* 459. *n.* 2. 3. 4. *&* 5. *lib.* 2. tamen in d. valore videntur computandæ, quia dantur propter beneficium, & sunt ad instar fructuum ratione personalis residentiæ percipi solitorum, & distributionum, quæ etiam dantur beneficiato ratione laboris, & tamen computantur in d. valore &c.

Nihilominus † tamen verius existimo d. tertiarias non esse computãdas in illo valore, nam, quamuis competant propter beneficium, competunt tamen ratione laboris temporalis, qui etiam cadit in laico, & est diuersus à labore seruitij Beneficij &c. 162

Vndecimo, † an de dicto valore sint deducenda stipendia Missarum, verbi gratia, Capellania, seu beneficium annuatim valet plusquam 24. ducatos auri de Camera, habet tamen onus duarum, vel trium Missarũ in qualibet hebdomada, quarum Missa stipẽdiis, seu quantitatis deductis, nõ remanẽãt 24. ducati. 163

Et videtur esse deducenda, † nam in computando valore debent deduci onera, & alias articulus super valore est ineptus, quia debet dicere, quod valet tantum, oneribus deductis. Rota *decis.* 60. *de concess. Præb. in antiquis*, Fel. in d. c. ad aures, n. 13. 11. *concl.* Sarnen. *reg. de valore q. 6.* Rebuf. *de nominatis. q. 9. n. 38.* alias 11. Gigas *de pensio q. 89. n. 1. & 2.* Ferretus *cons. 354. n.* 15. practicabilia Rotæ n. 129. *impressa ad fin. partis decisionum diuersorum*, & Crescen. *decis.* 2. *de probatio.* Rota *decis. 189. numer. 2. & decis. 198. p. 1. diuersorum, & in d. decis.* Maioricen. supra adducta *numer.* 156. & aliis multis, & Cassad. *decis.* 19. *de Præb.* vbi habetur deducenda esse de valore salaria cæterorum presbyterorum, qui vltra Rectorem sũt necessarij. 164

Nihilominus tamen verius existimo non esse deducenda, nam, cum in facultate illa Nuntij comprehendatur † fructus etiam ratione residentiæ personalis percipi soliti, ac distributiones quotidianæ, cõputandi erunt omnes fructus Capellaniæ, seu Beneficij, quos titularis integros percipit adimplendo per se onera Missarum, quamuis ad effectum regulæ de valore sint deducenda dicta stipendia Missarum, saltem si non requirat residentiam, & seruitiũ personale, quia in eo solum consideratur, † quod Beneficium valet in portatis libere, & in absentia ab Ecclesia, vbicumque ille sit, Oldradus *cons.* 118. Glossa *in c. fin. de præb.* Rebu. *de nominatis. q. 9. n. 42.* alias 59. Achill. *decis.* 4. seu *Separat. de valore* Puteus *dec.* 464. *l.* 2. & 211. *l.* 3. Mohed. *decis.* 16 *de Præben. alias* 182. † Cæsar de Grassis *dec.* 118. & 120. & Sarnen. *d. q. fin.* quem sequitur Ioan. Gutierrez *Canon. q. l. prima cap. 39. numero* 68. quamuis ipse Sarnenius in eadem reg. *de valore q.* 8. dicat quod valor beneficiorum debet considerari secundum quod valet in portatis in vrbe. 165 166 167

Sed male, vt *in d. dec.* valor enim beneficij consideratur † secundum locum, vbi est beneficium. Oldra. conf. 168. n. 1. Rebuff. *d. q.* 9. *numer.* 46. alias *& conf.* 16. *vers. penul.* & quod ibi valet in portatis liberum ab omnibus impensis, Rota *decisione* 548. *parte diuersorum.* 168

Dixi † *si non requirat residentiam, & seruitium personale*, quia si illam requirit, non videntur deducẽda dicta stipendia, ex quo per se ipsum celebrare tenetur, Cassad. *d. decis.* 19. *de Præb. ad princ.* & procedit quod tradit Ioannes Nicolaus Gimon. *in enchiridio* 169

beneficiorum titu. quarto, capite quinto num. vigesimo-quarto.

170 Duodecimo dubitatur, † an Nuntius possit prouidere beneficium, quod valet plus quam vigintiquatuor ducatos, est tamen grauatum pensione, qua deducta non valet dict. 24. ducatos, & videtur, quod sic, nam, vt supra dictum est *numero* 164. fructus, & redditus Beneficij intelliguntur, deductis oneribus, & sic Gigas *d. quæstio.* 89. *numer.* 1 ait, quod fructus, & redditus Præbendæ considerari debent, detracta pensione.

171 Nihilominus † tamen resp. negatiue ex Put *dec.* 202 *lib.* 3. vbi ait, *pensionem non deduci de fructibus, vt excusetur mala valoris expressio, quia non est onus perpetuum, & solum onera perpetua debent deduci*, Brlerz. de charitatiuo subsidio. q. 37. *quicquid dixerit Gigas* d. q. 89. *quod dicitur, quod fructus intelliguntur, deductis oneribus, intellige de oneribus perpetuis, & non temporalibus, vt est pensio*, Idem Rota *dec.* 185. *l.* 3. *parte* 3. *diuersorum*, & Vestrius 184 *libro secundo in manuscrip.* vbi

172 dicitur, † quod, *licet pensio deducitur quoad solutionem annatæ pro eius, non tamen deducitur de valore exprimendo, sed debet exprimi sine eius deductione, quia non est onus perpetuum, ex ratione* Gomezij in d. reg. de valore. q. 1. & 3. quod etiam tradit Gambar. *de offic. legat. lib.* 6. *nu.* 169.

173 Vnde infertur, † quod, si beneficium esset grauatum pensione perpetua, qua deducta, non excederet valorem 24. ducatorum, posset per Nuntium prouideri, sicut deduceretur de valore exprimendo & ad saluandam gratiam à mala expressione valoris. Guidobonus. *dec.* 19. & fuit dictum in Valentina pensionis 25. Iun. 1601. coram D. Millino de qua sup. 1. p. c. 5. n. 564.

174 Decimotertio dubitatur, † an sit deducendum subsidium, & excusatum, quod ex concessione Apostolica Regi soluitur, verbi gratia beneficium excedit valorem 24. ducatorum auri de Camera, deducto tamen eo, quod soluit ratione subsidij, & excusati, non valet d. 24. ducatos, an Nuntius possit illud prouidere, &c.

175 Et videtur, quod non sit deducendum, † & consequenter Nuntius non possit tale Beneficium prouidere, nam subsidium, & excusatum, non est onus perpetuum, sed temporale, cum solum regi concedatur ad quinquennium, & sic non est deducendum de valore, ex dictis dubio præcedenti.

176 In contrarium tamen facit, † quod licet regi concedatur de quinquennio in quinquennium, tamen, cum à tot annis solui consueuerit, & semper soleat concessio prorogari, nec sit spes in contrarium reputantur onus perpetuum. Et ita tenuit Rota in vna Burgen. pensionis septimo Iun. 1585. coram D. Gipsio.

In qua, cum pars prætenderet illud, quod pro sub-
177 sidio, & excusato, † Canonicatus solebat computari in valore ad excusandam expressionem valoris excessiui d. Canonicatus, super quo pensio erat imposita, in fine sic dicitur, *quæ vero de subsidio, & excusato adducebantur Dominis non satisfaciebant, cũ præsupposito tamen quod de tempore dictæ reseruationis soluerētur, quoniam de istis, tanquam de oneribus perpetuis, iudicandum esse existimabant.*

178 Sed quamuis ad effectum expressionis valoris probabile videatur † esse deducendum huiusmodi subsidium, & excusatum tanquam onus perpetuum ex dict. ratione, tamen ad effectum facultatis Nuntij, quæ est restricta & limitata, non auderem id admittere, ad quod etiam faciunt decisiones Calagurritanæ Archipresbyteratus dubio sequenti adductæ.

Et in illo casu de expressione valoris in pensione † 179 aduertendum est, non esse deducendum de valore totum subsidium, & excusatum, cum pensio debeat contribuere pro rata, vt supradictum est *parte prima, capite* 5. *numero* 171. sed illud, quod tangit titularem.

Decimoquarto dubitatur † an Nuntius possit 180 vigore d. facultatis prouidere Beneficium, quod in modico excedit valorem 24. ducatorum, & an sextæ partis diminutio, quæ solet dari ad excusandam malam valoris expressionem, vt per Mandos. *de signatura gratiæ, titul. de prouisio. vers. Rotæ stilus, danda sit prouisioni Nuntij?* & videbatur † respondendum af- 181 firmatiue ad Menoch. *consi.* 316. *numero* 9. *l.* 4. vbi ait, quod *si tantus Beneficij valor, qui exprimi debuit, excessus est, & is excessus fuit modicus, non vitiatur gratia, &c.*

Nihilominus † Respondetur negatiue ex eo quod 182 facultas Nuntij est restricta, & limitata ad Beneficia non excedentia dict. valorem, &c. & ita tenuit Rota in causa Calagurritana Archipresbyteratus 13. April. & 20. Maij 1587. coram D. Gipsio, vt in dec. seq. 13. April 1587.

Gratiam Roderici iustificatam, & consequenter canonicandam esse Domini resoluerunt, quoniam eius habilitates bene probantur. Difficultas sola versari videbatur circa valoris expressionem Archipresbyteratus, de quo agitur, nam si illius fructus non excederent ducatos 24. *prouisio Nuntij Apostolica præferenda veniret, sed ex dictis testium, & alijs adductis de contrario satis apparere D. dicebant, si quidem fructus huiusmodi in* 52. *fanecis tritici tantum consistunt, ex quibus detractis omnibus oneribus fanecæ circiter* 38. *remanent, quas ad rationem decem regalium pro qualibet faneca vno anno cum alio comparato, non est dubium longe maiorem summam* 24. *ducatis constituere, hinc etiam facile demonstratur eosdem fructus summam in prouisione Apostolica expressam non excedere, & sic narratiuam gratiæ Roderici esse veram; nec releuant testes pro Petro examinati asserentes, triticum tanti non valere, quoniam & nullo regalibus solum faneca vendi posset, attamen collatio Nuntij Petro non suffragaretur, quia opus esset probare Beneficium collatum taxam* 24. *prædicto Nuntio concessam excedere, Rota* dec. 322. in fin. l. 3. cum alijs *adductis per d. Cacandrum & quod prouisio facta vltra prædictam conferendi facultatem non teneat, est tex. in cap. cus de non sacerdotali de Præb. l. 6 tradit glossa singularis* in c. quamuis l. 1. vers. vsque ad certam eodem tit. *Card.* in Clem. 2. q. 2. de Præb. *Couar. qui alios citat. l.* 3. vari. c. 20. n. 7. *nam fines mandati diligenter custodiendi, qui stricti iuris sunt* l. si diligenter. ff mandati d. ca. cui de non sacerdotali, *Rota* dec. 17. de Procurator. in nouis, *ideo ea nec in modico excedi possunt* Tiraq. *de iudic. in rebus* exiguis feren versicul. 87. dicit Barbatia, *late Rebuff.* in l. vn. 6. notab. à numero 5. de sententijs quæ pro eo, *præsertim cum facultas conferendi Beneficia Nuntio concessa tanquam extraordinaria, & super inducta restringenda sit*, Clem. 2. *vbi glossa* de officio Ordinarij, *quam Dd. magis communiter sequuntur* Sarnen. regula de valore, quæstione secunda. *Gambarus* de officio legati libro 3. numero 24. *ex hiis itaque patet ea, quæ dicuntur circa diminutionem sextæ partis dicti valoris, quam aliquando Rota concedit, applicari non posse. Non obstat* decisio. *Paleoti* 235. *quæ incipit* Nuntius habebat, *quia facultas Nuntij intelligitur secundum regulas de valore ad hunc effectum, vt prouisus non teneatur exprimere valorem fructuum, quos per residentiam lucrantur, non autem quo ad fructus, quos beneficiatus pro tota habet, & non residentibus etiam conceduntur, vt in casu proposito per ea, quæ tradit Sarnen.* vbi supra quæstione octaua numero 5. versiculo non obstat. *cætera ex allegatis per informantes bene tolluntur.*

In eadem 20. Maij 1587.

IN hac causa de mense præterita resoluta rursus feci verbum in Rota an 6. pars valoris expressi, quæ ad
183 *effectum cuitandi † falsam expressionem gratiæ Apostolicæ concedi solet, eodem modo prouisioni Nuntij Hispaniarum danda esset? & non esse dandam conclusũ fuit, tum ex rationib. in dec. adductis, tum etiam, quia fieret præiudicium annatistæ, quibus annata, si valor exprimatur, ad 25. ducatos soluitur, quamuis pro expressione 24. nihil debeatur, ideoque extensio etiam in minimo fieri non debet* c. licet de offic. Ord. *vbi glo.* vers. promittat, *præsertim in iurisdictione, Abb.* in l. vnic. 6. notab à n. 5. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, *nec facit, quod, si in prouisione Papæ valor ad 24 exprimatur, forsan d. 6. pars locum habeat, quia diuersa ratio in Papa considerari potest, si quidē præsumendum est, quod nihilominus concessisset, si Beneficium expressam valorem in modico excedere non ignorasset, at in Nuntio cum facultatem limitatam habeat, nulla extensio admittitur per prædicta, nec obstat, quod prouisiones Nuntij intelligendæ ac interpretandæ sint iuxta regulas Cancellariæ, Gambarus*, vbi supra lib. 3. numer. 562. cum alijs allegatis, *quia loquuntur in diuersis terminis, vt ex eorũ lectura colligi potest, sed quod nuntius Beneficia vltra 24. conferre non possit, nemo est, qui nesciat, & ei concedere 6. partem, esset eius iurisdictionem extendere contra formam rescripti, facit tex.* in c. prudentiam in fine prin. *vbi Abb.* n. 5 de offic. deleg. *Gambar.* vbi supra l. 6. num. 716.

184 Vnde si beneficium † solum excedat facultatem Nuntij in vno ducato, vt quia valet 25. ducatos auri de Camera, non poterit à Nuntio prouideri.

185 Si tamen excessus non † ascenderet ad vnum ducatum, videbatur probabile non esse habendum in consideratione, & posse à Nuntio prouideri, quia reuera Beneficium, quod non ascendit ad 25. ducatos, recte ponitur in 24. licet aliquid plus valeat.

Sed, quamuis ad effectum expressionis valoris id
186 verum sit, † in proposito tamen id non ausim affirmare ex adductis in d. deci. saltem excessus esset in vno regali, seu Iulio.

Decimo quinto dubitatur, cui incumbat in con-
187 trouersia † onus probandi valorem beneficij à Nuntio collati, an aduersarius teneatur probare excessum, an vero prouisus à Nuntio debeat probare non excedere 24. ducatos auri de Camera?

188 In quo dicendum † est prouisum à Nuntio debere probare beneficium esse intra valorem facultatis nuntij, non obstante assertione ipsius nuntij. Rota *dec.* 10. *de probat. in nouis* Fel. *in c. ad aures de rescrip. sub n.* 4. *vers.* 3. *concl.* Gig. *cons.* 7. *numero* 5. Cref. *dec.* 4. *de prob.* Put. 322. *l.* 4. *in fi.* & Moh. *dec.* 20. *n.* 1. *de Prob.*

Idq; plene, cum sit fundamentum suæ gratiæ ad 189 d. † int. p. seq. c. 2. à n. 155. quod procedit etiamsi prouisus à nuntio sit possessor, & veniat excipiendo, & se defendendo, & sua gratia sit prior, quia, cum aduersarius fundauerit suam intentionem, prouisus à nuntio, qui contra eam excipit de sua prouisione † debet eam iustificare, quia narratiua huiusmodi va- 190 loris, est pars, & fundamentũ suæ gratiæ, & sic debet eam probare, si nõ negetur. Rota *dec.* 20. *de Prob. in nouis*, quāto magis quādo negaretur? Rota *dec.* 64. *de concess. præb. in antiq.* Ita fuit resolutum in vna Placentina Beneficij coram D. Orano, & habetur *l.* 1. *suarum dec.* 30. & refert & sequitur Anast. Germ. *de indultis Cardin.* 3. *ac etiam à num.* 27. *vsque ad vigesimum nonum.*

Et conducit † decis. Rotæ in causa Aquen. Paro- 191 chialis 20. Octo. 1594. coram D. Caputaq. in qua fuit resolutum. quod d. *præsupposito, quod constat defunctum olim fuisse in possessione, & percepisse fructus vsq; ad mortem, impetrans per obitum illius satis dicitur verificasse suam gratiam, quia probat eum possedisse, & non alium reperitur fuisse in possess. ante eius obitum contra eum, qui dat resignationem d. fundi, nec obstat possess. capta à resignatario, quia fuit instrumentalis & non elidit præsumptionem continuationis possessionis defuncti, nec obstat reseruatio, quia pendet à resignatione, vnde, cum impetrans per obitum probauerit suum ius, tenetur dans de resignat. probare plene suam exceptionem, &c.*

Conducit etiam decis. Rotæ in causa Firmana be- neficij 13. † Maij 1596 coram D. Pamphilio supra ad- 192 ducta c. 1. n. 572. & in vna Oriol. Beneficij 3. Iul. 1600. coram D. Seraphino, in qua fuit resolutum, quod gratia prior non iustificata non præiudicat posteriori, &c.

Et facit ad prædicta † decisio Rotæ in causa Leo- 193 dien. Canonicatus de anno 1587. coram Pamphilio, in qua fuit resolutum, quod *nominatus vigore indulti, quod est limitatum ad Beneficia certi valoris, & pro non habente vltra certos redditus, debet verificare se non habere vltra illos redditus, & non sufficit ipsius iuramentum in præiudicium 3. & quod beneficium non excedit valorem, de quo in indulto, Rota* dec. 10. de probatio. in nouis. & *quod ad eius probationem non sufficiet confessio aduersarij in sua gratia narrantis, non excedere 24. quia, cum agatur de probando valore, de quo in indulto, debet esse probatio veri valoris. Rebuffus* de nominatione quæstione nona numero 32. hæc in d. Leodien.

Facit etiam decis. in † causa Palentina præsti- 194 moniorum 26. April. 1599. coram D. meo Corduba infra adducta *seq. p. ca.* 2. 5. *dub. nu.* 62. quæ est videnda in proposito.

Sed dices, † quod prouisus à Papa agens contra 195 prouisum à Nuntio, ad fundandam suam intentionem tenetur probare valorem narratum in sua gratia posteriori, & consequenter excedere 24.

Respondetur, quod id esset verum, quando pro- 196 uisus à Papa † narrasset valorem Beneficij affirmatiue dicendo, quod eius fructus ascendunt ad 30. verbi gratia, vel 40. ducatos, & quod nihilominus alius in eo se intruserat ex prouisione Nuntij, tunc enim teneretur id probare pro iustificatione suæ gratiæ, alias reus veniret absoluendus, saltem per non ius actoris, & teneretur id plene & concludenter probare, tũ agatur de probando valore affirmatiue expresso Rota *decis.* 380. & 381. *p.* 1. *diuersorum*, tum etiam, quia venit obiectiue ad annullandam gratiam Nun-

1.,vt in illa Maioricen. Capellæ sup. adducta *numero* 150.

198 Quando vero prouisus à Papa † narrasset valorem per non excessum prout communiter fit, dicendo, quod eius fructus non excedant 30. vel 40. ducatorum valorem, tunc sufficit illum non excessum semiplene (Ægi. *dec.* 682. & Rota *dill. dec.* 350. & 436. *n.* 1. *p.* 1. *diuersorum*) probare pro iustificatione suę gratię, vt in terminis de iustificatione gratiæ contra prouisos à nuntio tenuit Rota † in vna Corduben. præ-
199 stimoniorum 13 Ian. 1586 coram D. Bubalo, vt in seq. dec. *Domini concluserunt gratiam Francisci de Salazar esse sufficienter iustificatam, nam quo ad eius Clericatum, & quod sit natus ex legitimo matrimonio, bene probatur per* 1.2.4. & 5 *testes in curia examinatos super* 5. *articulo dicentes, articulum verum, in quo articulatur communis reputatio, & publica vox, & fama, etiam ante annum* 1581. *de quo tempore Fran. fuit prouisus de præstimoniis, de quibus agitur, nec non bene probant iidē* 4. & 5. *iuxta* 15. *interrogatoriū, dicentes Frāciscum, & Ant. de anno* 1581 *& ante incedere habitu clericali, & quod illi fuerunt communiter reputati pro Clericis prima tonsura, & natis ex legitimo matrimonio, vacatio etiam per obitum Martini de Salazar de mense Nouembris* 1580. *optime probatur ex eo quod ex d. vacatione fuerunt prouisi de eis præstimoniis Alfon. de Mendoça, & Ludou. Rodriguez per collationem Nuntij Hispaniarum, qui sunt colligantes in hac causa. Quoad valorem trium præstimoniorum, de quibus agitur, nempe de Parilla, de Culebula, & de Fuencubierta bene iustificatur ex repartitionibus fructuum, ex quib. factis calculis apparet nō excedere valorem* 200. *ducatorum, & quamuis ex solis repartitionibus non probetur, non excessus, vt pluries Rota resoluit, tamen hæc probatio coadiuuatur ex d. teste* 2. *iuxta* 17. *interrogationem, & sexti testis ibidem, qui bene deponunt super non excessu, nec non comprobatur ex confessione Alfonsi & Ludouici, qui impetrarunt huiusmodi præstimonia à Nuntio tanquam non excedentia valorem* 24. *pro singulo præstimonio. Quod vero attinet ad Beneficia obtenta, quod non requirant personalem residentiam, bene probant* 3. & 5. *testes in Curia examinati super primo articulo dicentes articulum verum, nec non* 3. & 4. *iuxta* 7. & 8 *interrogata. similiter annuus valor Beneficiorum obtentorū, quod non excedat* 400. *ducatos satis iustificatur ex dicto* 1. & 5. *testium in Curia examinatorum dicentiū, articulum verum ex publica voce, & fama, quam probationem in valore Beneficiorum obtentorum Rota admittere solet. Quia non requiritur tam exacta probatio in valore Beneficiorum obtentorum, sicut in impetratis, & ex his fuit resolutum gratiam Francisci de Salaçar esse sufficienter iustificatam.*

Et idem existimo vbi narrasset valorem affirma-
200 tiue, † nihil tamen dicendo de prouisione nuntij, nam tunc, cum solum agatur de valore propter regulam *de valore*, sufficit probare non excessum, nam si minus valeret, multo magis Papa concessisset, & sumus in gratia de beneficio certo vacante, & non de vacatura certi valoris: & sic non intrat decisio. tex. *in cap.*
201 *cui* † *de non Sacerdotali.* 5. *fi. de Preb. in* 6. & quod tradit Fel. *in d. c. ad aures de rescrip. num.* 31. *conclus.* 10. vt recte explicat *ibi* Ripa *n.* 26. Rebuff. *de nominatio. q.* 9. *n.* 34. alias 30. Couar. *l.* 1. *variarum c.* 20. *nu.* 7. quicquid dicat Io. Gutierrez *Cano. quæstion. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 79. & 80.

202 Aduerte, quod prouisus à nuntio recte probabit benef. non † excedere 24. per confessionem aduersarij in sua gratia, quamuis in d. Leodien. sup. relata, *nu.* 1. 3. contrarium dici videatur, iuxta decis. Rotæ in causa Maioricen. Benef. coram Do. Achille de anno 1555. In qua † fuit resolutum, *valorem Benef. posse probari ex propria confessione posita, vel in supplicatione, vel in articulis, & nocere confitenti, nisi clausula augendi, vel minuendi sibi suffragetur*, vt per Verallum *decis.* 185. *li.* 1. *in manuscript.* & in vna Hispalen. Beneficij de Zachar 1. de mense Maij 1590. coram D. Bubalo. In qua fuit resolutum † *valorem beneficij probari per confes-* 204
sionem aduersarij in precibus, quando est infra annum ad tradita per Baldum in l. cum precum C. de liberali causa, *Antonius Gabriel* articulo de confessione cōclusione quarta.

Et in causa Burgen. † Abbatiæ de Foncea de anno 205
1585. dixerunt. *Valorem Abbatiæ esse iustificatum ex confessione Didaci de vera in sua impetratione, in qua, licet adsit clausula augendi, tamen non releuat, quia cum Didacus non fuerit vsus, vel vtatur facultate augendi, interim viget confessio, argumento eorum, quæ tradit Socin.* in l. quibus diebus. § quidam Titio numero 10. ff. de condit. & demonstr. *& quod in specie fuit tentum in vna Artonien. Archidiaconatus* 12. *Nouem.* 1584. *coram Illustrissimo Card. Aldobrandino, postea Clem. VIII. Bart.* in l. publica. §. 1. ff. depositi. *Bald.* in Rubric. C. depositi numer. 6. *Riminal.* consi. 541 *Dec.* consi. 385. col. 1. *& quod, licet sit illa clausula* augendi, vel minuendi, *interim stet confessio. fuit etiam dictum in vna Conchen. de Vetera coram Domino Seraph. decimotertio. Nou. millesimi quingentesimi septuagesimi noni.*

Nam clausula augendi, &c. † non operatur, vt alius valor dicatur expressus, sed est facultatiua, vt, si 206
voluerit, illum possit exprimere in literis. Rota in Triden. beneficij de anno 1588. coram D. Blancheto, vt *in decisione* 417. *& sequenti parte prima diuersorum.*

Quæ facultas in prima expeditione videtur con- 207
sumpta † ex reg. *l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. signi.* Glossator *reg.* 8. *Cancel.* Cresc. *decis.* 8. *de rescript.* Rota *decis.* 531. *n.* 3. *p.* 1. *diuersor.* Et est expressum *reg.* 64 *Cancell.* quod fructus in tertia parte augeri possint vigore clausulæ, & vide *dec.* Rotæ 541. *lib.* 3. *par. tertia diuers.* de qua Gonçalez *glossa* 15. *§. secunda à num.* 77.

Et pro supradicta doctrina, † quod per confessio- 208
nem aduersarij in sue gratia probetur valor beneficij, & non excedere 24. facit decis. Cordub. supra adducta, *n.* 199. & Bononien. Canonicatus coram Do. Pamphilio 24. Maij 1591. relata 11. *p. c.* 1. *n.* 70. & Calagurritana beneficij de Archaya 28 Ian. 1591. coram D. Seraphino supra adducta *c.* 1. *n.* 527. & Trid. beneficij 8. Nou. 1593. coram Do. Penna infra adducta 6. *p. c.* 2. *n.* 216. & Abulensis beneficij 26. Iun. 1596. coram D. Lita infra adducta 6. *p. c.* 2. *nu.* 47. & Lunen. Sarçanen. Canonicatus 23. Octo. 1598 coram D. Seraphino supra relata *c.* 1. *huius p. n.* 472. & Codonien. Canonicatus 20. Maij 1602 coram D. Pamphilio inf. adducta 10. *p. c.* 1. *ad fi.* & facit quod dicetur infra *vlt. p. c.* 2. *n.* 274.

Nec rursus tenetur prouisus à Papa probare † ex- 209
cessum 24. ducatorum pro verificatione intrusionis aduersarij in literis expressæ, quando illa intrusio in supplicatione non fuit narrata, sed tantum in literis, prout solet aliquando fieri ad affectum non soluendi pro tunc annatam, sed habita possessione quod dicitur expedire sub intrusione, & fit obligatio in forma Cameræ soluendi illā habita poss. &c. Put. *dec.* 328. *num.* 2. *l.* 3. Achili 358. *seu* 12. *de priuileg.* Octau. Vestrius *in praxi l.* 1. *c.* 6. *ad finem*, vt fuit resolutū in vna Legionen. Beneficiorum 5. Iun. 1595. coram
210 D. meo Corduba pro Lic. † Gonçal. contra Alfon. de Llanos, narratiua intrusionis aduersarij narratæ in literis, & non in supplicatione non est necessario verificanda, quia, cum non fuerit narrata in supplicatione, non potest Papa dici illa motus, sed fit in literis ad effectum non soluendi annatam, nisi cum primum habeat possessionem, sicut familiaritas in literis narrata ad effectum expediendi gratis, non vitiat gratiam, licet vera non sit, Cassad. *decisio* 10. *de Preb.* Rota *dec.* 531. *nu.* 1. *p.* 1. *diuersorum.* ita in d. Legionen.

Et idem fuit resolutum † in vna Calagurritana
211 Beneficij de Ariola 24. Maij 1595 coram D. Gipsio, & quod non est iustificanda huiusmodi intrusio, fuit etiam resolutum in vna Pampilonen. Prioratus 18. Iun. 1599 coram D. Pamphilio. Facit *decis.* Cæsaris de Gras. 119. *n.* 2. & 3. & posthæc tradit Gonçal. *glos.* 15. *§.* 1. *n.* 70. dicens fuisse etiam resolutum in Corduben. præstimonij 6. Nouemb. 1596 coram D. Lita, & alia pluries.

212 Tenebitur † tamen expediens sub intrusione cū tali narratiua intrusionis aduersarij verificare saltem possessionem, seu detentionem illius, saltem tempore expeditionis literarum propter præiudicium annat. statum; † sicut narrans se familiarem scripto-
213 ris tenetur istam qualitatem verificare, si literæ nō sunt taxatæ, sed expeditæ gratis, ex quo tendit in præiudicium officialium, Cassad. *supra*, & Rota *d. decisione quingentesima trigesima prima, numero secundo.*

214 Quam satis esset † semiplene probare ad decisionem Rotæ in causa Tirasonen. Prioratus 17. Feb. 1595. coram Domino Blancheto, in qua fuit resolutum, quod *narratiua possessionis aduersarij falla in gratia probatur per semiplenam probationem, cum non agatur ad inducendam vacationem, Ægidius decisione* 114.

Et si constaret in causa de possessione, seu detentione aduersarij, † præsumeretur illa tempore expe-
215 ditionis literarum, nam facile præsumitur de præsenti ad præteritum cum adest aliqua causa ita præsumendi. Alex. *consil.* 16. *n.* 3. *l.* 1. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsump.* 20. *n.* 2. præcipue cum de statu contrario nihil appareat, vt fuit dictum in Tirasonen. iuris præsentandi 16. Martij 1592 coram Domino Blancheto infra adducta vltima *parte capite secundo, numero* 140.

216 Et hic adest iusta causa ita præsumendi, cum quia non solet dari † huiusmodi expeditio sub intrusione, nisi cum fide, & testimonio, seu probatione intrusionis, vt est notum, Puteus *d. deci.* 328. *nu.* 2. *l.* 3. tum etiam, quia non est verisimile, quod impetrans voluisset propter retardat. solutionis annatæ cum fraude etiam & iniuste factam sub hoc falso prætextu reddere nullam suam gratiam, ad *decis.* Cæsaris de Grassis 54. *n.* 3.

Si vero in supplicatione † fuit narrata intrusio
217 aduersarij, illa est verificanda, quæ tamen non verificatur probato excessu 24. ducatorum, quia possessor potest habere alium titulum, & iuuari possibilitate alterius tituli validi ad obtinendam sententiam absolutoriam, cum in Beneficialibus detur multiplicatio titulorum, vt fuit alias resolutum in vna Cæsaraugustana Parochialis de Mecla 8. Nou. 1599. coram D. Pāph. & in vna Romana Parochialis 21. Ian. 1600. coram D. meo Corduba, & tradit Gonçal. *§.* 7. *Proœ. à n.* 129. & 142.

Decimosexto † dubitatur, quomodo probetur 218
valor beneficiorum? in quo sunt diuersæ opiniones. 1. opinio videtur esse, valorem attendendum esse per tres annos præcedentes, ita colligitur ex Pinelo *in l.* 2. *C. de rescind. vendit.* 3. *p. c. vlt. n.* 30. qui ait quoad æstimationem fructuum, vel redditum in praxi vidisse obseruatum, vt redditus computentur secūdum qualitatem collectam tribus proximioribus annis, idque similiter obseruatum vidisse tradere Matthæum de afflictis *l.* 2. *feuder. tit. per quos fiat inuestitura §. sed & res, n.* 40.

Sed ista opinio iure † non probatur, nec quicquā 219
facit textus, quem inducit Pinelus *in l. quicumque tertio C. de apochis publicis decimo*, nam solum probat, quod qui ostendit se tribus proximis annis soluisse, retro soluisse præsumitur pensionem, seu tributum, nisi contrarium probetur, quod non est ad rem in proposito.

Secunda opinio † est, valorem beneficiorum at- 220
tendendum esse per quinque annos ante, & post, ita Ludou. Gomez. Sarnen. Episcopus in *reg. de valore quæstion. vltima* dicens, valorem secundum communem stilum Rotæ ita probari debere, videlicet, quod beneficium, de quo agitur, tempore prouisionis, & oneribus deductis valet in portatis centum, & quod per quinque annos ante, & post, anno fertili cum sterili computato, communi æstimatione tantum valuit, & ita testis de tali beneficio notitiam habens dicit se scire, & si plus, vel minus valeret, ipse non ignoraret, &c. sequuntur Ioan. Gutierrez *Canon. q. l.* 1. *c.* 39. *n.* 62. & Fla. Paris. *de resig. benefic. l.* 10. *q.* 2. *numer.* 55.

Pro qua opinione † facit doctrina Bart. *in l. pre-* 221
tia rerum. §. cum illam. n. 2. *in fi. ff. ad leg. falcidiā*, quod in probatione valoris rei debet attendi non solum tempus contractus, sed etiam ante, & post per multos annos, & sequuntur ibi Alexander *num.* 10. Cremonen. *in d. l.* 2 *C. de rescindē. vendit. n.* 145. Ant. de Burgos *in c. cum dilecti de emptione & venditione nu.* 36. Cæpola *de simulatione contractuum n.* 30. Afflictis *decis.* 316. & Rota *decisione* 65. *numero* 13. *parte* 2. *diuersorum.*

Vnde in vna Tiburtina † Castri. Asculani 16. Iun. 222
1598 coram D. Penna fuit resolutum, quod *valor rei immobilis æstimatur habita ratione fructuum aliquot annorum præcedentium, & seq. tempus contractus, quod tempus est arbitrarium, &c.*

Sed ista sententia, † quod attinet ad probationē 223
de quinque annis post, confunditur, nam secundum eam expectandus esset necessario lapsus quinquennium post gratiam, vt recte animaduertit Mandos. *reg.* 24. *q.* 5. *n.* 2. quem sequitur Mascar. *de probatio. concl.* 1403. *n.* 48.

Vnde Achilles † *decis.* 188. seu 2. *de valore*, inquit 224
illud dictum Sarnen. in vna Gienen. Pliego coram D. Ant. Aug. de anno 1550. fuisse limitatum, quod nō procedit quando non daretur quinquennium post vacationem beneficij, sed incōtinenti moueretur lis quia tunc sufficiunt decem anni ante, ad notata *in d. l. pretia rerum ff. ad leg. falcid.*

Sed adhuc non videtur illud recte procedere, † 225
nam validitas, vel inualiditas gratiæ non debet pendere à futuro, nec eadem res debet diuerso iure cēseri: quicquid sit in probatione valoris rei profanæ, de qua agit Bar. supra † quem tamen impugnat Cagnol. 226
in d. l. 2. *n.* 218 & 238.

Tertia opinio est, sufficere probationem quinque 227
annorum præteritorum, † ita Mandos. & Mascard.

vbi proxime. Sed nec ista opinio videtur iure probari.

129 Quarta opinio est, † valorem attendendum esse, & probandum per decem annos ante gratiam, quam tenet Rota, vt per Ant. Augustinum *decis.* 497. *lib.* 3. quæ est 3. p. *diuersor. l.* 3. *decisione* 1627. Puteum *dec.* 373. *n.* 2. *l.* 3. & Guidob. *dec.* 25. *in manuscrip.* † vbi habet, quod, *vbi agitur de valo. procedente ex fructib. benef. qui possunt augeri, vel minui annuatim ex cōmuni doctrina omnium* in l. pretia rerum. ff. ad leg. falcidiam *& obseruantia Rotæ, attenditur valor communis per decem annos ante, vel quinque, vt dicit Sarn. cuius dictum dixerunt Domini esse improbatū, at, cum valor beneficij est auctus, non propter valorem fructuum, sed per augmentum in substantia, & proprietate, quia fuit facta vnio alterius beneficij, id attendendum est, etiam si vnio contigerit post decem annos, & paulo ante gratiam, & etiamsi istud augmentum contigisset post datam gratia, tamen in gratiis conditionalib. vt sunt expectatiua, attendendus est secundum tempus vacationis non datæ, valor beneficij.* Oldrad. consilio 57. 168. & 129. *Felin.* in cap. cum te. de rescriptione.

130 Hæc Guidobon. conducit † etiam *de is. eiusdem.* 143. vbi habetur, quod in vna ibidem Prioratus 5. Iunij 1553. coram Domino Montis flasconen. tentum est. *ex certis instrumentis locationis, scedulis receptionis solutionis arrendamenti, & duobus testibus simpliciter deponentibus, per decem annos fuisse fructus arrendatos, & duobus idem dicentibus de publica voce, & fama, & aliis idem dicentib. de auditu, & quod ita credunt, non esse probatum excessiuum valorem contra impetrantem cum expressione minoris valoris.*

131 Et fuit resolutum † in causa Leodien. S. Dionysij 19. Iunij 1551. coram Domino Verallo, in qua fuit dubitatum, *an ex arrendamentis & dictis testium probaretur Nicolaum tempore nominationis suæ habuisse in redditibus vltra* 80. *ducatos auri, ita quod excluderetur à nominatione sua vigore priuilegiorum studij Louanien. & fuit tentum, quod non esset probatus valor per testes, ad exclusionem gratiæ nominationis factæ in fauorem Nicolai, quia agitur de exclusione & oportet, quod probentur omnia, quæ allegantur per Sarnenium* de valore quæstione vltima, *præterquam de annis quinque ante & quinque post, sed bene de annis decem ante,* Vt per Cotam *decisio.* 257. *in suis miscellaneis manuscrip.*

132 † & alias fuit resolutum coram Caputaquen. 1. Februarij 1557. quod *valor ad effectum canonizationis sufficientissime probatur per vnum testem, & duos de publica voce, & fama, & sic est plena probatio, & tamen sufficeret semiplena pro verificatione narratiuæ eius gratiæ, & si ex aduerso datur de regula de valore, incumbit onus probandi excessiuitatem valoris per decem annos ante impetrationem,* Vt per eundem Cotam *decisio* 205.

133 † Et idem tenuit Rota in vna Cameracen. vnionis decimonono Ianuarij 1575. coram Do. Lancelloto, quæ habetur 1. p. *d. uersorum decis.* 189. *numero* 4. vbi dicitur *valorem Beneficij esse probandum per decem annos continuos ante, iuxta opinionem, quam tenet Rota, vt Domini attestati fuerunt, ita decisum in pluribus causis, quas retulerunt.* Rota etiam in vna Iacen. Portionis decimoquinto April. 1575 quę est *dec.*

134 Cæsaris de Graf 118. *num.* 1. † ibi, *& deponunt de decennio sterili cum fertili computato, &c.* Et in vna E-

135 lusina Prioratus decimoquinto Februarij 1591 † coram Domino Orano, in qua fuit resolutum, *expressionem malam valoris ab eo, qui venit obiectiue debere probare de scientia certa per decem annos ante, nec librum defuncti, cum sit tertij & contra tertium, probare, nec falsitatem exsistentiæ reseruationis fructuum narratam probari, &c. nisi constet literas super ea sopitam, quæ alias non extinguitur, nisi per rem iudicatam executam, &c.* Et idem tenuit Rota in illa Maioricen. 15. Iunij 1592. supra † adducta numero centesimo 136
quinquagesimosexto. Et in vna Tolerana Parochialis de Huecas decimoseptimo Aprilis 1595. coram Domino Pamphilio, in qua fuit resolutum, quod *testes ad probandam excessiuitatem valoris iuxta requisita regulæ* de valore *debent deponere ex certa scientia per decem annos ante gratiam,* † *& deductis oneribus,* 137
Achilles dec. 2. de valore, *Sarnen.* de infirmis, q. 30. & de valore. q. vltima, *vt requiritur quando probato non excessu valoris per testes de publica voce, & fama, opponitur de illius excessu ad infringendam gratiam, vt fuit resolutum in Foroliuien. primicieriatus de mense Maij* 1590. *coram Domino Perusino, & alias sepissime, & cetera.*

138 Et hæc opinio Rotæ † videtur magis iuri conformis, nam per lapsum, & discursum decennij melius potest sumi regula ad iudicandum valorem communem beneficij, quam per lapsum quinquennij, vel triennij, per quinquennium enim, vel triennium posset facile & verisimiliter contingere omnes annos, aut esse steriles, aut fertiles, quod non ita continget per decennium.

139 Nec ab ista † opinione videtur esse recedendum, cum eam receperit obseruantia Rotæ, quæ secundum eam plures iudicauit, vt ex decisio. adductis patet. & sic transierit in stilum, & consuetudinem Curiæ, qui facit ius etiam extra curiam, vt per Paninum *in præludio extrauagantium vers. decisiones Rotæ,* Domino Martam *de Tribunalibus vrbis, capit. quinto, ex numero septimo,* & Mascard. *de probat. conclusi.* 485. *ex numero vndecimo,* & ibi tamen est supra 1. *part. cap.* 5. *numero* 87. *& seq. cap.* 2. *huius par. à num.* 561.

140 Et quod ait Lancellotus † *de attentatis* 2. *part. cap.* 20. *limit.* 1. *num.* 1. stilum Rotæ non attendi extra curiam, non procedit in stilo decisorio, vt hic, Sarnen. *in procemio regularum Cancell. quæstion.* 2 *sub versicul. quarto pro ista parte,* & citati, sed in stilo ordinario, seu qui procedit ex particulari ratione respectu Rotæ.

141 Et quamuis † in aliquibus tribunalibus Hispaniæ de stilo attendatur valor per quinque, vel tres annos præcedentes, tamen non videtur debere stari tali stilo, sed potius stilo, ac obseruantiæ Rotæ, & Curiæ, cum agatur de interpretatione literarum, quę emanant ab ipsa Curia ad *dec.* Ægidij 2. quam sequitur Felin. *in dict. capit. ad aures, numero* 13. *circa fin.* & Rota in illa Conchen. pensionis 28. Iunij 1585. coram Domino Orano, quæ habetur supra, *dub.* 8 *numero* 148. & optime conducit ad propositum, & diximus in simili *dict. cap.* 2. *numero* 536. Rursus aduertendum
142 est, quod testes † super valore debent reddere rationem, seu causam dicti sui etiam non interrogati, alias non probant. Felin. *in cap. cum causam* 1. *sub numero* 3. *versi. ul. & per hanc fallentiam & in capit. cum causam* 2. *sub numero* 1. *de testib.* practicabilia Rotæ *numero* 130 Panel. *in leg.* 2. *Codic. de rescinden. vendit.* 3. *part. cap. vlt. num.* 11. Mascard. *conclusi.* 657. *num.* 49. *& co clus.* 1403. *num.* 10. Cassad. *decis.* 19 *super regulis. num.* 3. & Rota *d. decis.* 189. *numero tertio, part.* 1. *diuersorum.*

143 Decimo septimo dubitatur, † an nuntius vigore dictæ facultatis possit conferre beneficia iurispatronatus, non excedentia valorem 24. & breuiter

ter dicendum est, quod poterit conferre beneficia iuris patronatus Ecclesiastici, quemadmodum potest Legatus à latere, & dictum est supra *à num.* 17. & faciūt tradita per Crescen. *decis.* 8. *de priuileg.* de qua supra *num.* 132.

144 Non tamen poterit † conferre beneficia iuris patronatus laicalis, aut mixti, sicut nec Legatus de latere, vt supra dictum est *à nu.* 63. Quamuis valet eius prouisio non reclamante † patrono laico infra
145 tempus datum ad præsentandum, vt ibi dictum est *numero* 65. ex *decisio.* Rotæ 1482. *lib.* 3. *pars* 3. *diuersorum.*

146 Sed videbatur posse † nuntium derogare iuri patronatus laicorum tantum pro medietate, & mixto in totum ex clausula suæ facultatis supra adducta *nu.* 134. ex qua potest apponere in suis prouisionib. derogationes, & clausulas necessarias, & opportunas, ac in literis Apostolicis concedi & extendi solitas. & sic poterit apponere clausulam in gratiis Apostolicis apponi solitam, & *cum derogatione iuris patronatus, &c.* de qua supra *n.* 561.

147 Respondetur † tamen per illam clausulam non dari facultatem nuntio derogandi iuri laicorum, nec id est esse credendum ad tradita per Felinum *in c. tralatus, quando litera Apostolica amplicat.* 4. Selvam. *de Benefic.* 3. *p. q.* 11. *n.* 17. 12. *qualitate,* & Couarruuias *pract. ca.* 36. *n.* 1.

148 Præterea d. clausula non intelligitur de derogationibus, † & clausulis in literis Apostolicis concedi & extendi solitis, quæ sumuntur ex ipsa supplicatione, vt supra dixi. *n.* 131.

149 Poterit tamen nuntius ex d. facultate conferre beneficia iuris † patronatus laicorum ex eorū negligentia, seu culpa ad Papam, aut ad Ordinarium deuoluta, sicut etiam alia Beneficia deuoluta etiam ad Papam, vt de Legato diximus supra *à num.* 21. *& numer.* 66.

150 Dummodo non excedant dictum valorem 24. in sua facultate † taxatum. Quamuis viderim in hoc Episcopatu Abulen. nuntium prouidisse quandam Capellaniam oppidi del Varco de iure patronatus laicorum tanquam deuolutam cum narratiua, quod eius fructus non excedebant valorem 70. ducatorum, quod non video quomodo fieri poterit, &c.

151 Decimooctauo dubitatur, an nuntius vigore d. facultatis possit † prouidere beneficia exempta, seu ad exemptorum collationem spectantia, non excedentia d. valorem 24. ducatorum, &c. & breuiter Respondetur posse, vt in Legato de latere dictum est supra *nu.* 19. & 20. & faciunt tradita per Crescen. *d. decisi.* 8. *de priuil.*

152 Decimo nono dubitatur † an nuntio currat tempus semestre ad conferendum, de quo *in capite* 2. *de concess. Preben.* & videbatur, quod sic ex dictis infra
153 10. *parte capit* 2. *num.* 10. † nihilominus tamen idem dicendum est, quod de Legato diximus supra ex *numero* 22.

Cap. III.

De ordinario.

SVMMARIA.

Ordinarij collatores, de quibus nunc agendum est, sūt qui suo iure conferre possunt, siue id habeant à iure, siue à Papa, vel consuetudine, etiamsi alias non habeant ordinariam iurisdictionem, numer. 1. *& sic in materia collationis appellatione Ordinarij venit non solum Episcopus, sed etiam alius inferior, qui habet potestatem conferendi, licet non habeat iurisdictionem, nec Fel. tenet contrarium. numero secundo & tertio.*

De iure communi ordinarij collatores sunt Episcopi, seu Archiepiscopi, qui in prouisione Beneficiorum suæ Dioecesis fundatam habent intentionem, numero quarto.

De Beneficiis, & Prebendis Ecclesiarum Cathedraliū, & Collegialium est particulare dubium an spectent ad prouisionem solius Episcopi, an simul cum Capitulo, num. 5.

Prouisio Cathedralium, de qua in primis dicendum est, olim pertinebat ad solum Romanum Pontificem, num. 6 *electio enim Episcoporum non pertinet de iure diuino ad clerum, sed ad summum Pontificem, vt vel ipse eligat vel præscribat eligendi modum. n.* 7. *prouisio vero inferiorum Ecclesiarum olim pertinebat ad Episcopum, n.* 8.

Postea tractu temporis fuit per Papam data potestas cuilibet Collegio eligendi sibi prælatum, siue sit Ecclesia Cathedralis siue inferior, confirmatione electi superiori immediato relicta. nu. 9. *sed earum prouisio est iam reseruata Papæ per regulas Cancellariæ. numero duodecimo.*

Circa prouisionem Prebendarum Ecclesiæ Cathedralis sunt diuersæ opiniones, prima, quod prouisio pertinet ad Episcopum cum consensu Capituli, numer. 11. *secunda, quod spectet ad Episcopum cum consilio Capituli, nisi bona Episcopi, & Capituli sint communia. num.* 12. *tertia quod ad Episcopum, & Capitulum simul pertineat. numero* 13. *quam Rota hodie sequitur. numero* 14. *& pro ea allegantur quædam iura. numero* 15.

In hac varietate opinionum nulla earum satis iure probatur, nam iura non sunt clara, nec multum faciunt pro eis, & c. num. 16. *magis tamen placet tertia opinio, maxime, quia est communis, seu communior, & à Rota approbata, & recepta à numero decimoseptimo. denique de Dignitatib. Ecclesiæ Cathedralis dicendum est cum Rota, & aliis, & nullo iure probatur, quod sint electiuæ, vt alias voluit Rota, &c. à n.* 10.

Cum collatio ad Episcopum, & Capitulum simul pertinet Capitulum habet vnam vocem, & Episcopus solus aliam distinctam, n. 28. *& sic, si se non concordauerint, sed in discordia contulerint, ita quod, Capitulum, seu maior pars confert vni, & Episcopus alteri, etiam si ei accesserint aliqui Canonici, neutra collatio valet contra Host. cuius doctrina communiter reprobatur à numero vigesimonono.*

Cum neutra collatio valeat, si Papa prouidet tertio etiā sequenti die, ille dicitur habere potius ius & eius prouisio erit bona. n. 33. *& sequenti vbi ponitur decis. Rotæ.*

Episcopus, & Capitulum, qui in discordia contulerunt, cum neutra collatio valet, poterunt intra semestre datum ad conferendum concordare in vnum ex prouisis, vel in alium, nisi interim Papa alicui prouidisset, alias deuoluetur prouisio ad superiorem, numero 35.

An impetrans Prebendam à Papa narrando fuisse discordiam in prouisione inter Episcopum, & Capitulum, debeat eam discordiam plene, & concludenter probare, an vero satis sit semiplene, numero 36. *esse*

concludenter probandam fuit resolutum per Rotam in dec. posita, n.37. sed ab ea recessit postea, vt in decis. posita à num. 38.

Cum ista discordia per semiplenam probationem concludenter probetur, ista probatio non eliditur alia semiplena probatione in contrarium, sed alia plena venit subuertenda secundum Rotam, num. 41. vbi ponit decisio.

Collatio Præbendæ spectantis ad collationem Episcopi, & Capit. facta ab Episcopo valet non contradicente Cap. infra semestre, & è contra, quia potest fieri separatim, n.42. & sequen. vbi ponitur decis. Rotæ, & sic ex collatione facta ab Episcopo, vel Cap. altero non probante, nec contradicente, dicitur interim ius considerabile quæsitum prouiso taliter, quod nõ valeat prouisio Papæ alteri facta, & sit locus regulæ de iure quæsito, si alter alteri non consenserit, nec contradixerit, alias secus à n.44.

Tradendo possessionem prouiso ab Episcopo, Capitulum videtur approbare, & conferre, num. 47. quicquid sit, quando eam daret dicens velle obedire mandatis, &c. seu quod obediendo mandato superioris eam dabat, &c. quamuis etiam tunc idem verius videatur, num. 48.

Non placet quod in quadam dec. adducta dicitur, quod stante absentia Episcopi, qui erat in curia, & cuius reditus de facili nõ sperabatur, potuit solum Capitulum conferre, nu. 49. & Capitulum vnicum si ne Sede vacante, in 6. non loquitur quando collatio pertinet ad Episcopum, & Capitulũ, sed quando quis habet conferre cum consilio Episcopi, & non procedit quando habet conferre cum consensu, nec etiam quando collatio spectat communiter ad Episcopum, & Capitulum, nu. 50. & 51.

Cum collatio spectat ad Episcopum, & Capitulum, potest Episcopus conuocare Capitulum, & cogere cũ congregari ad prouisionem faciendam, n.52.

Quamuis non possit Episcopus conuocare Capitulum, si de re ad suum, vel suorum cõmodum spectante agatur ex decreto Concilij, intelligendum tamen est quando agitur de eo, quod priuatim interest Episcopi, secus si de re spectante ad eius iurisdictionem, officium, seu Dignitatem, &c. ex sententia Cong. vt in proposito collationis n.53. & seq.

Non posset Episcopus restringere, & abbreuiare Cap. tempus semestre, quod de iure habet ad prouidendum, numero 55. nec cogere Capitulum ad prouidendum, & congregato Capit. ad prouidendum posset maior pars, si vellet, prouisionem differre, numero 56. sicut etiam non poterit Capitulum abbreuiare terminũ sex mensium, & requirere, ac vocare Episcopum, vt intersit prouisioni intra certum tempus, numero quinquagesimo septimo.

Circa prouisionem Canonicatuum, & Præbendarum, ac Dignitatum Ecclesiarum collegialium sunt etiam variæ opiniones, & Domini de Rota aliàs fuerunt varij, n.58. prima opinio, quod ad Prælatum, & Capitulum, & non ad Episcopum spectat prouisio, & collatio de iure à n.59. Secunda quod spectet ad Episcopum à n. 62. Tertia media, quæ magis placet quod præsentatio, seu electio spectet ad Capitulum, seu Collegium ipsius Ecclesiæ, & institutio, seu confirmatio ad Episcopum, &c. à n.64.

Ecclesia collegiata quæ dicatur, & quæ signa, & requisita habere debeat remissiue, n.70.

In Ecclesiis regularibus ad quem de iure spectet creatio Monachorum, seu Canonicorum regularium remissiue, n.71.

Prædicta de prouisionibus Præbendarum, & dignitatum Ecclesiæ Cathedralis, & collegiatæ intelliguntur, nisi aliud habeat consuetudo aut priuilegium, &c. n.72.

Hic non est propriè consuetudo, sed largè, & abusiuè, & potius est præscriptio, cum vni detrahat, & alteri acquirat, n.73. & tunc esset propriè consuetudo, quando in aliqua Prouincia generalis consuetudo huiusmodi seruaretur ita, quod faceret ius in communi in illa Prouincia, n.74.

Qualis debeat esse huiusmodi consuetudo, seu præscriptio, an quadragenaria, an immemorialis, vel quadragenaria cum titulo à n.75. resoluitur, quod sufficeret quadragenaria sine titulo, quia non est contra ius, licet sit contra communem opin. & decis. & etiam stilum Rotæ.

Obiicitur, quod, cum in hoc sint diuersæ opiniones, & nõ sit ius expressum, cõsuetudo, & obseruantia approbans & recipiens aliquam ex ijs opinionibus, dicetur interpretatiua, & sic non requiret aliquam temporis præscriptionem, & si sit contra communem, & veriorem opinionem, n.80. vel saltem sufficeret decennalis, n.81. & quando non esset consuetudo interpretatiue, esset consuetudo propria præter ius, & non præscriptio, & sic sufficeret decennalis, sicut in decimis prædialibus dicitur n.82. & videtur in terminis tenuisse Rota in decis. adducta n.83.

Respondetur, quod, quamuis simus in consuetudine & obseruantia interpretatiua, tamen vbi agitur de auferendo iure vni, quod habet iuxta communem, & veriorem opinionem, & dando alteri, requiritur præscriptio 40. annorum, nu.84. quando vero ius est ita obscurum, & dubium, vt non constet de iure alterius, non requiritur præscriptio, sed sola obseruantia absque præscriptione temporis sufficiet, n.86. & quod dictum est de consuetudine interpretatiua procedit in consuetudine propria &c. n.87.

Ad illud de decimis prædialibus respondetur, quod ibi non solum non est ius expressum, sed imo ius defert consuetudini, dicens recurrendum esse ad consuetudinem, &c. & sic est materia consuetudinis non sic in proposito, n.87. & 88.

Reprobatur decisio num.83. adducta maxime in suo casu, in quo Capitulum prætendebat eligere, seu prouidere priuatiue ad episcopum & eo excluso, & sic consuetudo erat contra ius, & ex quo Episcopus habet fundatam intentionem, saltem in simultanea prouisione n.89.

Cum Capitulum prætendit prouidere Præbendas aut dignitates Ecclesiæ Cathedralis excluso Episcopo ex consuetudine, requiritur immemorialis præscriptio, aut quadragenaria cum titulo, numero 90. sicut ad hoc, vt inferior acquirat ius conferendi contra Ordinarium habentem fundatam intentionem de iure communi, requiritur præscriptio immemorialis, aut quadragenaria cum titulo, & bona fide, numero nonagesimoprimo.

Consuetudo generalis Prouinciæ, quod Capitulum eligat, seu prouideat excluso Episcopo non extenderetur ad loca particularia, seu Ecclesiarum, in quibus non esset talis consuetudo, licet tunc esset propriè consuetudo, secundum Abbat. nu.92. sed contrarium tenetur à n.93.

Iuxta prædicta possunt procedere resolutiones Rotæ in quadam causa Placentina voti, quæ adducuntur à numero 96. quod sicut est contra ius excludere Episcopum à prouisione Prædendarum, & dignitatum Ecclesiæ Cathedralis, ita etiam non dare ei, nisi vnum votum vnius Canonici, quia id est quasi eum ex-

cludere, & ideo in d. causa Placentina, non sufficere quadragena sine titulo, sed requiri etiam titulum aut tempus immemoriale.

Ex alio etiam capit. posset esse necessaria immemorialis in d. Placentina, si forte in confirmatione statuti esset clausula decreti irritantis, quæ operatur non solum, quod statuentes non possint illud reuocare, sed etiam, quod non possit contra illud induci consuetudo, seu præscriptio, nisi immemorialis, numero centesimosexto & 107.

NVnc de Ordinariis collatoribus inferioribus agendum est, sunt autẽ Ordinarij collectores qui
1 suo iure † conferre possunt, siue id habeant à iure, siue à Papa, vel cõsued. etiã si alias nõ habeãt ordinar. iurisdict. vt not. in c. Ordin. de offic. Ord. & in c. si soli de concess. Præbendæ in 6. glos. in Clemen. 1. vt lite pendente, verbo ordinarium, & ibi Imola, & Cardin. q.14. n.24. & glo. in extrauag. exe. rabilis. §. sta nimus, verb. Ordinarie in extrauagan. Ioann. 22. Rebuffus de nominatio. quæstio 8. num. 2. & in concord. titulo de collatio. §. 1. verbo Ordinarius collator, & §. præfatique Ordinarij. verbo Ordinarij collatores. Corras. de beneficiis 2. part. capit. 4. num. 1. & 4. part. cap. 1. n.11. P. Gregor. de beneficiis c.38. n.2. Flam. Paris. de resignat. benef. l.8. q.9. n.23. & Zechus de benef. & pensio. Eccl. c.2. & Gonc. glo. 21. à n.33.

2 Vnde in materia † collationis appellatione Ordinarij, venit non solum Episcopus, sed etiam alius inferior, qui habet potestatem conferendi, licet non habeat iurisdictionem. Decius in capit. post cessionem. nu.7. de probatio. Rebuffus d. verbo Ordinarij collatores, & Flam. Paris. supra n.27. & fuit resolutum in illa Oscen. Canonicatus 9. Martij 1592. supra relata c.
3 1. num. 750. & quamuis Felin. in cap. cum † olim de præscript. num. 1. videatur contrarium dicere, tamen videtur error literæ, seu impressionis, cum allegat d. glossam in Clemen. 1. vt lite pendente, quæ potius est contra, & ita pro hac parte eum allegat Flam. Paris. ibi.

4 Verum de iure † communi ordinarij collatores sunt Episcopi, seu Archiepiscopi, qui in collatione & prouisione Beneficiorum suæ Diœcesis fundatam habent intentionem iure communi, vt per Cardinal & alios supra, & diximus dicto capite primo num. 51.

5 Sed de Beneficiis, & præbendis Ecclesiarum Cathedralium, & Collegialium † est particulare dubium, an spectent ad prouisionem solius Episcopi, an simul cum Capitulo, &c.

6 Et de prouisione † ipsarum Ecclesiarum in primis dicendum est quod prouisio Cathedralium olim pertinebat ad solum Romanum Pontificem. c. 1. & 2. 22. distinctione glos. in c. quanquam de electione in 6. in prin. & verbo deuoluetur. Abb. in cap. 1. numer. 1. & in cap. cum Ecclesia Vulterrana n.8. eodem titulo Selua de benef. 2. part. quæstio. 22. 3. casu nu. 9. Corras. l. capit. 4. num. 2. & 4. part. capit. 5. num. 1. Gregor. Lopez in l. 17. titulo. 5. part. 1. Bursatus cons. 126. libr. 2. à num. 8. &
7 Quintanaduenas Ecclesiastico. libr. 1. capit. 5. num. 4. Bertach. de Episcopis libr. 1. 3. part. n. 1. † Electio enim Episcoporum non pertinet iure diuino ad Clerum, sed ad summum Pontificem, vt vel ipse eligat, vel præscribat eligendi modum, Cardin. Bellarm. primo tomo controuersia quinto, libro primo, capite octauo & secundo tomo controuersia secunda, libro primo capi. 8.

Prouisio vero inferiorum † Eccles. olim pertinebat 8
ad Episcopum Glos. Abb. Selua, Corras. Grego. Lopez, & Bursatus supra.

Sed postea tractu temporis fuit per Papam data potestas † cuilibet Colleg. eligendi sibi prælatum, si- 9
ue sit Ecclesia Cathedralis, siue inferior confirmatione electi superiori immediato relicta. c. a. 1. cap. ne pro defectu cap. quia propter de electione cum aliis eiusdem titulo ibi & in 6. c. cum Ecclesia Sutrina de causa poss. & c. vltimo 16. quæst. 7. Glossator. Abb. Selua, Corras. Gregorius Lopez, & Bursatus vbi supra & Bertach.

Demum † earum prouisio est iam reseruata Papæ per regulam Cancellariæ secundã & tertiã de quibus 10
supra dicto capite 1. à num. 112. & & 256. vbi dicta vide.

Secundo circa prouisionem † præbendarum Ecclesiæ Cathedralis sunt diuersæ opiniones. 1. est Cõ- 11
postellani in d. capit. cum Ecclesia Vulterana, quod prouisio pertinet ad Episcopum cum consensu Capituli, pro quã allegat capit. à nescitur de his quæ fiunt à prælatis, sequuntur Selua dict. quæstio. 22. casu 4. à numero 12 Duare. de benef. lib. 3. capit. 4. dicens receptius esse in præbẽdis, & dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis, collationem ad Episcopum spectare cum consensu Capit. Bursatus dict. cons. 126. lib. 2. numero 45. & Quintanaduenas d. li. 1. cap. 5. num. 4. & hanc opinionem inquit Ægidius decis. 69. Palatium amplecti.

Secunda opinio est Hostiensis in d. cap cum Ecclesia Vulterana, † quod spectet ad Episcopum cum cõ- 12
silio Capituli, nisi bona Episcopi Capit. sint communia, & allegat cap. nouit, & c. quãto. de his quæ fiunt à prælatis, sequitur Ægidius d. decis. 69. Corras. d. cap. quarto numero quinto & Zechus dict. capit. 2. versicul. Ordinarij etiam, & allegant capit. illa ne Sede vacante.

Tertia opinio est, † quod prouisio Præbendarum ad Episcopum, & Capit. simul pertineat, quam tenet 13
glossa verb. postulauit in dicto cap. cum Ecclesia Vulterana, & in c. fin. verb. communiter de supplenda negligentia prælatorum, & in c. irrefragabili, verb. per Cap. de officio ordinarij, & in c. 1. §. 1. verb. disponit. 23. distin. Abb. in d. cap. cum Ecclesia, num. 8. Francus, num. 1. dicens communem, & alij in cap. à collatione. de appellatio. in 6. Probus ad Monachum in Rubrica de iure patron. in 6. num. 8. Rebuffus de nominatio. quæstio. 8. nu. 5. & cons. 60. Rosiniacus de Benef. cap. 1. num. 18. Mandos. in regula Cancell. 18. quæstion. 14. ex nu. 2. & cons. 28. num. 7. & cons. 29. num. primo dicens communiorem.

Et Rota hodie istam † opinionem sequitur vt per 14
Cassad. decis. 22. de Preben. Pute. decisio 117. & 172. lib. 3. Achill. decis. 267. seu 4. de Preben. & fuit resolutum in vna Abulen. pœnitentiariæ 17. Aprilis 1589. coram Domino Mantica infra adducta, num. 140. & in Hispalen portionis 19. Ianuarij 1594. coram Domino Pamphilio supra adducta ca. 1. num. 35. & in Vercellen. Canonicatus 27. Aprilis 1594. coram Domino Penna supra relata d. cap. 1. nu. 472. & in Placentina cantoriæ 14. Octobris. 1594. coram Domino Seraphino supra adducta 4. part. cap. 3. n. 80. & in Regien. canonicatus 17. Nouem. 1595. coram Domino Pamphilio supra relata d. cap. 1. num. 415 & in Placentina Canonicatus 26. Februar. 1596. coram Domino Orano infra adducta numer. 43. & in Lunen. Sarcanẽ. 23. Octobris 1598. coram Domino Seraphino supra relata d. cap. 1. num. 472. & in Tarraconen. Sacristiæ

19.Martij 1601. coram Domino Iusto inf. adducta. 7.q.c.15 n.8 post hæc tradit Gonçalez glo.45.à num. 56.

Pro hac opinione allegantur d.c.cum Ecclesia Vulterana 15 t.in fin.& d. cap.fin.de supplen.negligentia Prælatorum,& d.cap.ex insinuatur.& cap.postulastis de concess.Præben.& c. à collatione de appellatio.in 6.& cap. quod quibusdam.de fideiussor.& c.quia nonnullis §.verum de Magistr.& reg.quod omnes tangit debet ab omnibus approbari.li.6.

16 In hac varietate opinionem,† inter quas quanta sit differentia,satis ex se patet,& ex cap.vnic.ne Sede vacante in 6. dico nullam earum satis iure probari, nam iura non sunt clara,nec multum faciunt pro eis, & quædam illorum loquuntur secundum consuetudinem,& ius speciale Ecclesiæ,de qua agebatur,non enim loquuntur dispositiue,sed narratiue,& ex suppositione factum possibile supponendo , vt alias ait Ægidius decis.717.numero 3. & ita procedunt d. capitula dict.cap.fin.d.cap.postulastis, & dict.cap.à collatione.

17 Rursus dico magis † mihi placere 3. opinionem, pro qua aliquantulum facit d.§.verum, & d.regula, quod omnes tangit. Et accedit ratio,quod,cum Episcopus,& Capit.sint vnum corpus d. cap.nouit,in princ. 18 æquum videtur , † quod simul concurrant in prouisione Præbendarum ipsius Ecclesiæ Cathedralis , & de eis tanquam fratres simul disponant , eoque magis est amplectenda ista opinio, quia est communis, 19 seu communior,& sic securior,vt † ait Cassad.supra numero secundo & præcipue, quia est à Rota approbata, & recepta ad dicta supra cap.1.à n.334.& c.3.n. 259.

20 Idemque † de dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis, dicendum est, & ita Abb.Rofini.Selua, Duarenus, Bursatus,& Corras. supra & Gonçalez idem dicunt in eis,quod in Præbendis, & Rota in d. Placentina Cantoniæ adducta d.capite tertio,quarta part.numero 10.

21 Et in illa Tarraconen.†Sacristiæ 9.Iunij 1600.coram D.Iusto fuit decisum, collationem non solum Canonicatuum,Portionum, & aliarum Præbendarum Cathedralium , sed etiam Dignitatum & aliorum Beneficiorum earundem de iure esse communem Episcopo , & Capitulum insimul ex Abbat.in d.capite cum Ecclesia Vulterana,numero 8.& Franco in d.capit.à collatione 1.notab.&c.

22 Quamuis alias in vna Cremonen.Cantoriæ 21.Iunij 1557.coram † D. Iunio fuit resolutum secundum magis communem opinionem,Dignitates in Cathedralibus de iure communi sunt electiuæ Cap. & confirmatio spectat ad Episcopum.Oldrad.cons.146. Domin.in c. de liberatione de officio legati in 6. 4.notab. & ibi. Fra. in princ.post Ioan. And.glo.pragmaticæ titulo de electio.§.sed per elect.vers.electiuis, & in tit.de colla.§.in Dignitatib.vero electiuis. verbo dictarũ. sequitur Pacianus de probation.lib.secundo capite 30. num.septimo,dicens Dignitates in dubio censeri esse electiuas.

23 Sed reuera nullo iure † probari videtur, quod dignitates Cathedralium sint electiuæ , quanto magis , quod in eis debeat fieri electio solemnis iuxta formam cap.quia propter. de elect.vt ibi dicit Oldradus,quem improbauimus supra 1.part.capit.6.num. 22.

24 Nam c.dudum 1.de electione,quod allegat Oldradus id non probat,sed supponit, quod præpositura, de qua ibi,† erat electiua ex consuetudine,vel alias , & d.cap.de liberatione ibi ad quas,& c.non probat,quod omnes Dignitates Ecclesiarum † Cathedralium, etiam maiores post Pontificalem,de iure sint electiuæ, 25 sed quod aliquæ sint electiuæ de consuetudine vel alias,nam illud relatiuum ad quas ponitur restrictiue ad l.ea tamen adiectio.ff.de legat.3.Bart.in l.omnes populi,in princ.& alios ibi,& in l.cunctos populos, C.de Summa Trinitate.

Præterea si dignitates spectarent ad electionem † 25 Capituli,maius ius in illis haberet Capitulum,quam in Præbendis,cum tamen minus ius deberet habere, cum non sint de Capitulo de iure , imo nec habeant partem in mensa in aliquibus Ecclesiis.

Et ita in multis Ecclesiis Hispaniæ, quamuis † in 26 præbendis Capitula habeant collationem cum Episcopo, in prouisione tamen dignitatum nihil habent,sed ad solum Episcopum spectat,vt in Ecclesia Burgen.Segobien.Carthag. & aliis, & in hac Abulen.in qua ex consuetudine,& statuto,si collatio Canonicatuum & Portionum est communis Episcopi , & Capituli , dignitatem vero solius Episcopi.

Cum autem collatio ad Episcopum, & Capitulum 27 † simul pertinet,Capitulum habet vnam vocem, & Episcopus solus aliam dimidiam,Probus in dicta rubrica de iure patronat. numero decimoquarto Mohedan.decisio.1. de priuilegijs & Rota decisio.783. lib.3. par.4.diuersorum , & post hæc Gonçalez d.glos.45.à num.51.

Et sic,si se non concordauerint , sed in discordia 29 contulerint, ita quod Capitulum , seu † maior pars conferat vni,& Episcopus alteri, etiã si ei accesserint aliqui Canonici, neutra collatio valet,vt contra Hostien.in d.cap.postulastis de concessio Præbend. tenentem valere collationem Episcopi factam cum vno ex Canonicis,docent Ioan.Andr.& Domin. numero 4 & Francus numero 2.in d.capi.à collatione. Abb. in d.cap.cum Ecclesia Vulterana num. 11. Lapus allegat. 31.num.3 vbi Mandos.litera C. idem mandos. regul. 18.quæst.14.numero 2.Paulinus de offic.& potestate Capituli sede vacante 5.præludio,num.3.Selua de benefi.2. par.quæst.17.numer.4.& 5.& 3.part.quæst.71.Probus in d. rubrica de iure patron.à numero 9. & in capitulo cum in illis de præbendis , numer.15. & in ca.fin.de regular.numer.3.in sexto.Rebuf.d.consi.60.2.quæst.P. de Baysio in directorio electionum, 3.par.capit.35.numero 12 & 13. Nauar. consi.1. de his quæ fiunt à maiori par. Capituli , numero tertio & consil.36. de regular.numero 2.& Azeuedo in l.14.tit.6. li.3. recopil. num.3. qui alios citant. Rota decis. 783.lib.3.par.3.diuersorum numero 6. & 8. & in causa Burgen. Canonicatus 27. Martij 1583.coram D.Bubalo,quam statim adducam numero 34. & in dict. Hispalen. Portionis 19. Ianua. 1594.supra adducta cap.1.num.35. & Gonçalez supra à num.58.

Et doctrinam Hostiensis communiter reprobari † 30 testatur Felin. in cap.pastoralis, numer.9. de rescrip. Iason.in l.iuris gentium.§.fin.nu.13.ff.de pactis,& Rota decis.408.nu.2.part.1.diuersorum,& etiam Rochus de iure patron.verb.ipse vel is.numer.7.& Lamber. 2. part.1.lib.quæstion.1.arti.27.& Cassador.decis.2.de iure patron.

Et facit quod in simili ipsi ibi tradunt.† & Didac. 31 Perez in l.1.tit.6.lib.1.ordinam.glos.2. vers. notandum etiam,& Rota in vna Pampilonen,Parochialis de Echarin 2.April.1590. Quod spectante iurepatronatu † 32 ad Dominum Palatij & ad Parochianos, Dominus Palatij, cum aliquibus Parochianis non consentit , nisi medietatem, nisi concurrat maior pars Parochianorum, penes quod resi det altera medietas.

33 Vnde,cum neutra collatio valeat,† si Papa prouideat tertio, etiam sequenti die,ille dicitur habere potius ius, & eius prouisio erit bona,Probus in d.rubrica ex nu.8.& Rebuf d.consil.60. & fuit resolutum in dict.Burgen. Canonicatus, & melius in d.Hispalen. Portionis,quæ est videnda in proposito , & d.decis. Burgen.sic se habet.

Burgen. Canonicatus 27. Martij 1583.

34 FVit dubium † pluries propositum , vtraque parte informante,& Domini die Lunæ 27.Martij 1583.omissa pro nunc illa difficultate,an sit locus extrauaganti iniunctæ,de elect.in communib. de qua alias agetur, resoluerunt pro validitate prouisionis Apostolicæ factæ in fauorem D.Nicolai de Paredes,& moti fuerunt,quia, licet collatio fuerit communis inter Archiepiscopũ,& Capitulũ,tamen cum Archiepiscopus vni contulerit,& Capitulum alteri, neutra collatio valet.Feder. consil.232. in fin.& in c.à collatione, vbi Francus num.1. circa fin.de appellatio.lib.6.Probus in rubrica de iure patron.in 6.num.13.Puteus decis.21.de Præben.& propterea ius conferendi spectat ad Papam,cap.2. de concessio.præben. Nec obstat quod collatio Capituli remanet valida , ex quo Archiepiscopus contulit lapsis sex mensibus,quoniam respondetur,quod dictum tempus non currit à die vacationis,sed à die illius notitiæ. cap.quia diuersitatem in fin.de concess.Præben.c.licet de supplen.negligent.Prælator.vel currit ab eo tempore,quo Archiepiscopus scire potuit,vel debuit,iuxta opinionem, quam tenet Rota,vt in decis.13.de iure patron.in antiqu. Bisignetus decis.7. de præbend. Rebuf.prax.tit. de deuolutio. num.10. Rochus de iure patron. verb. honorificum,quæ.17.at à tempore,quo scire potuit,non intercesserunt , nisi quinque menses computandi à die captæ possessionis Ecclesiæ Archiepiscopalis , nec cadit præsumptio scientiæ,quia stante d.Archiepiscopi absentia in partibus longinquis,nempe in Canaria,& præsertim nondum per ipsum capta dict.possessione, cessat ratio præsumptionis,vt dicit Rota dec.6.in prin.de iure patron.in antiq.vbi dicit,quod ideo præsumitur illa scientia,quia præsumitur Episcopum semel in anno ad minus per se, vel alium visitare suam Diœcesim, & videre ac indagare,quomodo Beneficia regantur,& an sint plena, & canonice teneantur,vt etiam per Lapum allegat.51. Decium consil.135.in fin.& propterea dicit Io. And.in cap.ex p.in princ verb.recurrerint,de concess. Præbend.quod bonus iudex terminare debet hanc præsumptionem considerata qualitate Beneficij, & modo vacationis,& locorum remotione,ac fama,sequitur Abb.d.c. quia diuersitatem numero 7. Rota d. decisio.6. circa finem de iure patronat.in antiquis.quibus omnibus attentis,Domini non sunt arbitrati,hic adesse præsumptionem scientiæ vacationis:non obstat,quod Archiepiscopus permitteret prouisum à Capitulo manere in possessione Canonicatus pro spatio quinque mensium,& illi non contradicendo censetur tacite approbare collationem Capituli,& per consequens renuntiasse iuri suo,quia respondetur, quod taciturnitas debet esse per spatium sex mensium,qui dati sunt sibi ad conferendum,alias, cum stetit intra dictum tempus saluum esse ius suum , taciturnitas non nocet,Puteus decis. 115.in causa Toletana lib. 3.& 22.de Præbend. Achilles 6.de Præben.nisi pro parte Capituli probaretur contrarij actus positiui D. Archiepiscopi circa approbationem d.prouisi.iuxta cap.ex ore de his quæ fiunt à maiori par.Cap. Socin. consilio 15. volum. tertio Paris. concilio vigesimoquarto volum.quarto & post hæc tradit Gonçalez supra à numero 62.

At Episcopus & Capitulum,† qui in discordia con- 35 tulerunt,cum neutra collatio valeat , vt est dictum, poterunt intra semestre datum ad conferendum cõcordare in vnum ex prouisis in discordia, vel in aliũ, nisi interim Papa alicui prouidisset.alias, si nec intra semestre concordauerint , nec Papa prouiderit, deuoluetur prouisio ad superiorem d.c.postulastis,iuxta dicta infra,10.par.c.5. cum verum sit dicere eos non prouidisse tempore debito,& ita in terminis docent Abb.in d.cap.cum Ecclesi. Vulteranæ 11.Probus in d.c.cum in illis,n.15.de Præben.in 6.Et fuit resolutum in d.Hispalen.Portionis 17.Maij 1595. infra adducta n.39.

Sed est difficultas , an impetrans† præbendam à 36 Papa,narrando fuisse discordiam in prouisione inter Episcopum,& Capitulum,ad quos collatio pertinebat, debeat eam discordiam plene & concludenter probare, an vero satis sit eam semiplene iustificare? Et esse concludenter probandam , † fuit resolutum 37 in dict. Hispalen. Portionis 20.Iunij 1594.coram D. Blancheto,vt in decisione sequenti. Dixerunt Domini gratiam Gabrielis non esse iustificatam,cum enim prætendat ius conferendi Portiones in Ecclesia Hispalen. esse commune Capit.cum Archiepiscopo,iuxta dispositionem glos.in capit. cum Ecclesia Vulterana de elect. Cassad. decis. 21. de Præbend. & quia Archiepiscopus contulit vni , & Capitulum alteri , contendit esse factum locum deuolutioni ad sedem Apostolicam iuxta cap.à collatione,vbi Io. And.Gemin.& Francus de appellatione in 6. Probus ad Monach. rubrica de iure patron.8.& fuit resolutum coram D.Pamphilio, debet talem discordiam concludenter probare,quia super hac narratiua fundatur gratia Papæ , quo casu non sufficit semiplena probatio, sed requiritur plena,& concludens, prout de reseruatione , super qua fundatur gratia Apostolica , fuit resolutum coram D. Lauretano in causa Pampilonen.8. Mart.1587. ex decis. Putei 266.li.3. in casu autem,de quo agitur,talis probatio deficit , probatur enim sola publica vox , & fama huius discordiæ fundata in literis de pactis per testes partes exceptiones , quæ deducantur in facto, quod non sufficit,cum fama, quatenus concludenter probaretur , faciat tantum semiplenam,quo vero ad reliqua Domini , circumscriptis exceptionibus , censuerunt gratiam esse iustificatam.

Sed ab hac decisione recesserunt postea † Domi- 38 ni coram eodem D. Blancheto, ex eo, quod huiusmodi gratia non nititur iure deuoluto , sed iure præuentionis sustinetur , vt in decisionibus sequen.

Hispalen. Portionis 14. Aprilis 1595.

DOmini pro maiori parte fuerunt in voto, quod gratia Gabrielis sustineatur in vim præuentionis, cum enim sub duplici causa expressio,fuerit sibi facta collatio videlicet collationis factæ in discordia,vel controuersia an illa facienda:Gabriel penes† vim istã 2.casu ratione alternatiua.l. si hæredi plures. ff. de conditio.& demonstratio. in quo casu , cum præsupponatur nullam præcessisse collationem Archiepiscopi , & Capituli,

non potest, nisi per viam prauentionis, gratia sustineri; si enim Papa vult etiam hoc casu conferre, aut elapsum sex mensium datorum Ordinariis collatoribus, in necessarium antecedens apparet, quod voluit prauenire iuxta dispositionem c. dudum, & c. quamuis de Præbend. in sexto decis. Rota 17. de Præbend. in nouis. non obstat, quod literæ contineant narratiuam tantum vacationis, ob collationem factam, & secutam in discordia, quia ad declarandam mentem Papæ sufficit sola supplicatio ex decis. allegatis, non obstat, quod Dataria consuluerit Rotam, super deuolutione, ob collationes factas diuersis personis, quia, cum papa vtrunque casum expresserit, & data supplicationis præcedat propositionem causæ in Rota, coadiuuatur probatio voluntatis Papæ prauenientis Ordinarium, non obstat indultum, quia hæc exceptio bene fuit sublata in decis. coram R. P. D. Pamphilio, & in alia Toletana Beneficiorum coram R. P. D. Orano, an vero sit probata huiusmodi discordia, & plene, vel semiplene veniat probanda, particulariter videndum.

In eadem 17. Martij 1595.

39 *Domini steterunt † in decisis gratiam Gabrielis sustineri in vim prauentionis, ex alia enim Cap. sustineri non potest, nam, cum hæc Portio non esset reseruata ratione mensis, seu alterius reseruationis, nec esset deuoluta, quia nec Capitulum, aut Archiepiscopus conferendo eam indigno vel in commisit delictum, iuxta c. si compromissarius, de elect. in 6. non etiam probatur ipsorum negligentia, iuxta cap. quia diuersitatem, de concess. Præbendæ necesse est fateri Papam voluisse Ordinarium prauenire, quamuis enim, quando Capit. & Episcopus in discordia conferant, collatio facta a Papa præferatur, etiam durante spatio sex mensium, vltra quod collatio habet statum implicitum validitatis, & inualiditatis, ita vt si elapso sex mensium spatio discordia perseuerat, collatio deuoluatur, si vero intra sex menses conueniat in altero, ex prouisis, cesset deuolutio, Compostellanus in cap. cum Ecclesia, vbi Abbas n. 12. de elect. Fede. de Senis, con. 132. Probus ad Monach. in rubr. de iure patron. n. 8. cum aliis allegatis per Cerasium, sufficit enim Papæ factum narrasse, ex quo ius resultat, cap. cum ordinem, vbi Bal. num. 17. de rescrip. Rota dec. 75. eo. tit. in antiq. Ægid. decis. 488. Cassador. 12. nu. 8. de Præben. Cum igitur Papa sciuerit tempus vacationis, & non fuisse lapsus sex menses, & contulerit negari non potest ipsum voluisse prauenire. Non obstat, quod prouisio Episcopi tollat prauentionem ex allegatis, quia id non procedit in collatione pluribus communi, in qua ius a conferente nulliter statim non abdicatur, ex authoritatibus supra deductis, sed in ea collatione, per cuius nullitatem statim ius conferendi ad superiorem deuoluitur; non obstat, quod debeat attendi missa, quia semper attenditur data, postquam supplicatio est missa ad registrum, non obstat expeditio literarum, quia vbi non alteratur gratia, licet semper illam ex supplicatione declarare ex decis. allegatis, hic autem nullo modo alteratur, quia Ordinarius vni, & Capitulum, alteri illam contulissent, siue in conferendo essent discordes, prout narratur in supplicatione, siue Episcopus vni iam contulisset, & Capitulum alteri conferre contenderet, semper gratia sustinetur in vim prauentionis, vt dictum fuit.*

In eadem 18. Martij 1596.

40 *Fuit resolutum † gratiam Gabrielis esse iustificatam, quamuis enim alias dictum fuerit ipsum tenere plene probare discordiam inter Capitulum, & Archiepiscopum, tamen supponebatur ipsum niti iure deuoluto, sed postquam fuit decisum gratiam sustineri iure prauentionis, satis apparet gratiam non fundari super discordia, sed super morte obtinentis, & narratiuam discordiæ fuisse factam ad effectum, vt Papa sciret adhuc Portionem vacare, quia discordia erat impedimento tunc temporis, quominus prouisio esset subsecuta, ex quo sequitur, quod, cum ipsa non sit principaliter fundamentum gratiæ, licet illi præbuerit occasionem, tanquam causa impulsiua, sufficiat probatio semiplena, Ægid.* decis. 671. *Rota* 14. de probatio. in antiquis, *quæ hoc casu adest, 1. ex euidentia facti, cum constet tunc temporis collatam non fuisse Portionem, & quod quilibet ex agentibus Archiepiscopi, & Capituli contendebant pro prouisione a suis principalibus nominatorũ, & quod Papa voluit partibus informantibus discuti in Rota, ad quem spectet collatio, accedunt testes de publica voce, & fama, contra quos nõ obstant exceptiones, quia numerus supplet eorum defectum, Alexan. de Neuo* consil. 1. nu. 11. *Decius* consil. 163. num. 14. *Præcipue iunctis adminiculis, quæ hoc casu concurrunt, videlicet dilatio collationis per tantum tempus post vacationem, litium multitudo inter Archiepiscopum, & Capitulum, & admissio ipsius Archiepiscopi ad hanc causam pro sui interesse indulti, & collationis a se factæ, in qua nullam fecit mentionem de interesse Capituli, ex quo elicitur conuictum, quod ipse prætenderet ius conferendi ad ipsum solum pertinere; non obstat prætensus defectus intentionis Papæ praueniendi Ordinarium, quia super hoc satis fuit dictum, quando super prauentione fuit disputatum.*

41 Et postea in causa † coram eodem Domino Blancheto 24 Maij 1596. fuit resolutum, quod, cum ista discordia narrata per Gabrielem impetrantem, fuerit concludenter probata, quia in hac materia probatio alias semiplena habet vim plenæ, ista probatio non eliditur alia semiplena probatione in contrarium, sed alia plena venit subuertenda. vt in sequenti decisione. *Domini absque difficultate renuerunt dicta ex animatorum testium pro parte Dudati non releuare, cum enim pro parte Gabrielis fuerit concludenter probata sua intentio, tenetur etiam ipse concludenter suam oppositionem probare, nec suffragatur, quod Gabrielis probatio nitatur publica voce, & fama, quæ operatur effectum semiplenæ probationis, & per consequens alia semiplena elidatur, quia in hac materia probatio Gabrielis habet vim plenæ, & ideo alia plena venit subuertenda, Decius* in cap. in præsentia num. 12. de probatio *Gemin.* in c. si tibi absent. de Præben. num. 6. *Puteus* 406. lib. 2. *fuit resolutum coram me, in vna Aretina Capellaniæ 6. Martij 1590. Secundo, nec ista semiplena adest in casu proposito &c. Vltimo, cum fuerit resolutum expressionem discordiæ in gratia Gabrielis, non esse præcipuum fundamentum illius, sed obitum Ludouici, & illam fuisse expressam ad effectum, vt Papa sciret adhuc vacare, & tanquam impulsiuam iudicandam, tamen, quatenus contrarium probaretur, non releuat, quia quando gratia sustinetur in casu expresso & ad alium non transfertur, tunc, etiamsi causa impulsiua cesset, sustinetur gratia, Paris.* 4. nu. 3. lib. 4. *Tiraq.* in tract. cessante causa limitatione 1. num. decimosexto.

Col-

42 Collatio autem Præbendæ spectantis ad † collationem Episcopi & Capituli simul facta ab Episcopo valet non contradicente Capitulo infra semestre, & e contra, quia potest fieri separatim, vt fuit resolutum in vna Toletana Canonicatus de anno 1548. vt per Puteum *decis.* 117. & 125. *li.* 3. & Achillem *decis.* 267. seu 4. *de Præben.* idem Puteus *decis.* 181. & 190. *numero* 4. *lib.* 3. Mandos. *reg.* 17. *q.* 14. & fuit etiam resolutũ in causa Parmen. Canonicatus 12. Martij 1557. coram D. Iunio, & in Oscen. Canonicatus 9. Martij 1592. coram D. Seraphino supra relata *c.* 1. *n.* 750. & in d. Placẽtina Canonicatus 16. Febr. 1596. coram D. Orano, vt in sequen. decis.

43 *Resolutum fuit † Canonicatum, de quo agitur, adiudicandum D. Io. Lopez seniori, quia fuit de illo prouisus a Capitulo Ecclesiæ Placentinæ, ad quod eadem ex statuto fundamentali, sed etiam ex iure communi dispositione collatio in Cathedrali spectat simul cum Episcopo,* gloss. cap. cum Ecclesia Vulterana, verb. postulauit, & *ibi Abb.* num. 8 de elect. *Rota* 4. de conces. Præben. in antiq. *Cassador.* vigesimo secundo de Præben. cum similib. *nihil autem obstare, quod Episcopus eius non accesserit, quia stante eius absentia, qui tunc erat in curia, & cuius reditus de facili non sperabatur, potuit solum Capitulum conferre,* cap. vnic. in fine sede vacante in 6. *vltra quod, cum huiusmodi collationi eo tempore non contradixerit, videtur tacite illam approbasse, Achill.* 4. de Præbend. *Puteus* 125. & 190. numero 4. lib. 3. *nec ad rem pertinere, quod Ioannes Senior Canonicatum ad fauorem Ioannis Iunioris renunciauerit, & per hoc videatur ius omne, quod in eo habuit, amisisse, Cassador.* 4. de restitution. spoliatorum, cum vulg. *quia non constat de illius effectuatione, quinimo cum resolutum fuerit, quod valorem obtentorum non fuisse resignationem iustificatam, non fuit abdicatus ius a resignante, ex quo illud non fuit acquisitum resignatario, ad cuius fauorem fuit facta resignatio, Achil.* 10. de restitutione spoliat. *Puteus* 158. lib. 3. *Caputaquen.* 84. nu. 5. par. 3. *neque vero alicuius esse considerationis, quod in contrarium dicebatur, gratiam, non propterea dici posse surreptitiam, & si valor obtentorum non fuisset iustificatus, nisi ostendatur malam adesse illius expressionem, quoniam responsum fuit satis liquere gratiam non esse iustificatam, cum Ioan. Lopez. Iunior non curet illam verificare, & ideo nisi D. Petrus verificet, vel iustificatur valorem expressum gratia remanet non iustificata maxime quod vtriq. Ioannes Senior, & Iunior sunt concordes ad effectum, vt excludant Petrum, ex quo etiam resultat, quod alterutrum sit verum, nempe, vel quod valor sit iustifi. & eo casu Canon. adiudicatus Io. Lopez. Iun. vel non iustificatus, & remanebit penes Ioannem Seniorem. Minus etiam suffragari, quod gratia Io. Senioris nõ sit iustificata, nam versamur in prouisione Capituli, & sic inferiori, qui Motu proprio dicitur prouidere Ecclesiæ, & informatus esse de qualitatibus subditorum, Cardin.* in Clem. 2. colum. fin. de officio Ordin. *Rota* dec. 15. de rescript. *Selua* de Benefi. par. 3. quæst. 12. numer. 17. *pariter est sublatum quod ex præscripto statuti Ecclesiæ habentis decretum irritans dicebatur fieri debuisse collationem Canonicatus Portionario, qui esset de Eccl. bene meritus, & oriundus ex ciuitate, & diœcesi Placentina, quia præterquam, quod in prouisione facta Ioanni per Capitulum asseritur eum esse talem, probatur etiam fuisse oriundum ex ciuitate Placentina per sententiam contra Capitulum de anno 1557. latam, quæ facit ius, quo ad omnes, præsertim concurrentibus testibus examinatis ad perpetuam rei memoriam, qui bene probant, & licet enuncietur clericus Caurien. nihilominus non excludit, quin ratione originis potuit esse clericus Placentinus, cum enuntiatio simplex sit, quæ potuit causari a Beneficio, quod forsan in d. Ecclesia obtinebat, nec videbatur prouisionem ideo posse impugnari, quod tempore illius possideret duo Beneficia, quia agitur hic de Canonicatu de Vento, & sine fructibus, qui non inducit incompatibilitatẽ, cum ad hoc requiratur perceptio fructuum, ex æquitate* capite si tibi concesso de Prębend. libro sexto *Sarnen.* de annali q. 37. *vt resolutum fuit coram D. Dezano in vna Placentina Portionis, & Bulla Adriani in erectione horum Canonicatuum, voluit ipsos posse conferri quæcumque & qualiacumque Beneficia obtinentibus. Postremo allegat d. constitutio fœlic. record. Gregor. XIII. quæ disponit facta resignatione, siue fuerat valida siue inualida, non applicatur, cum præcedat, quando resignatio non fuit publicata, vt bene hic per informantes.* Et tradit Gonçalez, *dict. gloss.* 45. *a numero* 69.

44 Vnde ex collatione facta ab Episcopo, vel Capitulo, altero non probante, nec contradicente, dicitur interim ius considerabile quæsitum prouiso taliter, quod non valeat prouisio Papæ alteri postea facta, non facta de eo mentione, & sit locus regulæ de non tollendo iure quæsito, si alter alteri non contulerit, nec contradixerit, Achilles *d. decis.* 267. *ex num.* 11. & Mandos. *d. q.* 14. *reg.* 17. qui ait ita conclusisse Dominos de Rota in causa Calciaten. Canonicatus coram D. Fabio 25. Maij 1548.

45 Quamuis contrarium in hoc videtur velle † Rebuf. *d. consi.* 60. *versi. insuper*, & in simili de collatione facta ab Ordinario, spreto patrono infra tempus datum ad præsentandum, *cons.* 81. de quo infra *c. vlt. in casu a n.* 241.

46 Si tamen alter alteri † contulisset, aut contradixisset infra semestre, ex quo non valet prima, nec secunda collatio, valeret prouisio Papæ medio tempore facta, etiam non facta mentione de dicta collatione, &c.

47 Prętere a tradendo possessionem † prouiso ab Episcopo, Capitulum videtur approbare, & conferre, Rota *decis.* 16. *de conces. Præben.* alias 441. *in nouis.* & *decis.* 987. *lib.* 3. *part.* 3. *diuersor.* Caputaquen. *decis.* 81. *n.* 5. *par.* 1. Couarru. *lib.* 3. *variar. ca.* 16. *sub n.* 10. & nouissime Gonçalez *glo.* 5. *n.* 54. & *glo.* 14. *num.* 45. Rota etiam in Virdunen. Canonicatus 6. Martij, & 19. Iunij 1595. coram D. Pamphilio supra adductis *c. præceden. num.* 43 & *seq.* vbi fuit dictum, id procedere, non obstante pręseruatione iurium, quę intelligitur quoad vacationes futuras, quicquid sit in casu dict. causæ Toletanæ, 48 de quo Puteus *decisio.* 120. *libro tertio*, † & Achilles *d. decisio.* 267. vbi Capitulum dedit possessionem dicens, velle obedire mandatis, & facere, quod tenebatur, seu quod obediendo mandato superioris eam dabat, seu mandabat dari, in quo Domini fuerunt diuisi, quatuor pro vna parte, & quatuor pro alia, quamuis etiam tunc verior videatur pars affirmatiua, quod traditio possessionis haberet vim collationis, ex rationibus adductis per Achillem *ibi a numer.* 4.

49 Non vero placet, † quod in d. Placentina *numero* 43. adducta dicitur, quod stante absentia Episcopi, qui erat in curia, & cuius reditus de facili non sperabatur, potuit solum Capitulum conferre ex *d. c. vnic. in fin. ne sede vacante in* 6. Nam ille tex. in fin. non † 50 loquitur, quando collatio pertinet ad Episcopum, & Capitulum, sed quando quis habet conferre cum cõsilio Episcopi, & non procedit, quando habet conferre cum consensu, vt ibi tenet gloss. *verb. cum con-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſitio.& in c.ſi pro te, verb.aſſenſus de reſcript. eod.lib. & Lapus.& Domin. *n.8.& 12.ad fi.*& Francus *ſub .nu.3. & 6.in d.c.vnic.in fi.*

51 Nec etiam, † quando collatio ſpectat communiter ad Epiſcopum,& Capitulum,vt colligitur ex tex. ibi iuncto primo reſponſo, vbi nullam mentionem facit de abſentia,& ita tenet ibi Domin *nu.10*,Francus *n.8.*

52 Et cum collatio ſpectat ad Epiſcopum † & Capitulum,poſſe Epiſcopum conuocare Capitulum, & cogere congregari ad prouiſionem faciendam, ait Moheda *d.deciſ.1.de priuileg. & d.deciſ.783. in fin. li. tertio.p.tertia diuerſ.* ad notata *in dict. capit. poſtulaſtis.*

53 Quod comprobatur ex decreto Concilij† *ſeſſ.25. de reform.c.6. verſ.qui ſi aliquid Canonicum.* nam quamuis non poſſit conuocare Capitulum,ſi de re ad ſuũ, vel ſuorum commodum ſpectante agatur, vt ibi, tamen in vna Seguntina 3.Septem. 1587. S. Congregat. Concilij cenſuit, *hoc decretum intelligendum, quando agitur de eo, quod priuatim intereſt Epiſcopi, etiam ſi id ſpectaret ad ipſum tanquam Epiſcopum, ſecus ſi de re ſpectante ad ipſius Epiſcopi iuriſdictionem, officium, dignitatē, adminiſtrationē, & regimen* vt in ꝑpoſito.in collationibus† n.ceſſat peculiaris cõſideratio 54 intereſſe Epiſcopi, cũ illę non ad eum ratione priuati nominis, ſed dignitatis Epiſcopalis pertineant, fuit dictum in vna Hiſpalen. iuris votandi 26. Iunij 1591.coram D.Otaro.

55 Non tamen poſſet Epiſcopus reſtringere,†& abbreuiare Capitulo tempus ſemeſtre, quod de iure habet ad prouidendum *reg.in fu'turum,lib.6.* Abb.*in c. cum nobis num.9. de elect.* P.à Bayſio *in directorio electionum. part.3.cap.4.* Cuchus *in inſtitutio.maior.li.4. tit.1.n.179.*

56 Nec cogere Capitulum ad prouidendum,†& cõgregato Capitulo per Epiſcopum,ſeu alias, ad prouidendum,poſſet maior pars, ſi vellet prouiſionem differre. Abb.*ibi nu.10.*Lamber. *de iure patron.2.p.2. li.q.2.arg.19.ex n.10.*& Azeuedo in curia Piſana *li. 1. c.8.litera D.*

57 Sicut etiam non poterit Capitulum † reſtringere, & abbreuiare terminum ſex menſium,& requirere ac vocare Epiſcopum, vt interſit prouiſioni intra certum tempus,ex *d.reg.ad altum.* Rebuff. *d. conſil. 60.3. dubio*, & conducit ad hæc deciſio Placentina Cantoriæ 24. Octobris 1594. coram D. Seraphino ſupra adducta *quarta parte, capite tertio, numero 80.*

58 Tertio circa prouiſionem Canonicatuum, † & præbendarum, ac dignitatum Eccleſiarum Collegialium ſunt etiam variæ opiniones, & Domini de Rota fuerunt varij,& diuiſi *in deciſ 4.de conceſſ.Præbend.* alias 167. *in nouiſ. & in deciſion.* Ægidij 717. ſeu 718.

59 Prima opinio eſt,quod in Eccleſiis Collegiatis † ad Prælatum,& Capitulum, & non ad Epiſcopum ſpectat prouiſio,& collatio de iure, ſicuti aliorum bonorum adminiſtratio;nam non eſt tanta communio inter Epiſcopum, & Eccleſiam inferiorem ſibi ſubiectam,quanta inter Epiſcopũ & Eccleſiam ſuam Cathedralem,vt *in c.requiſiti,de teſtamen.* quam opinionem tenet Calder.*in d.cap. cum Eccleſia Vulterana*, Hoſtien.*in ca.1.de inſtitutio.*Lapus *alleg.31.* alias 32. vbi Mandoſ. *litera B.* alios citans, Collector *d.deciſ.4.& deciſ.8.de Preben.in antiquior.*additio ad Abb.*in d.cap.cum Ecleſia Vulterana num.8.litera B.* Probus ad Monach.*in cap.fin.de regulær.in 6.nu.3.* & Rebuf.*d.conſil.60.*

Pro qua † allegatur *c.ex tranſmiſſa in fi.de renunciatio.c.ſignificatum de Præb.c.ex inſinuatione de ſimo. & ca.cum in Eccleſiis de Preben.in 6.* 60

Quæ tamen iura parum faciunt pro iſta † opinione, quia vt Ægidius *d.dec.717.n.3. & 31.*ait, non loquuntur diſpoſitiue,ſed narratiue,& factum poſſibile ſupponunt,ſæpe enim iuri communi hoc caſu per conſuetudinem derogatur,&c. 61

Secunda opinio eſt,† quod ſpectet ad Epiſcopum, quia habet diſpoſitionem cunctorum beneficiorum ſuæ diœceſis, & ad eum de antiquo iure, & diſpoſitione Eccleſiæ poteſtas conferendi inferiores Ecleſias,& omnia beneficia ſuæ diœceſis pertinebat *c. regenda.10.qu.1. & ca.omnes Baſilicæ,16.quæſtio.7.cum alijs.* 62

A qua regula non eſt recedendum, † niſi in caſibus, qui poſtmodum à iure fuerunt expreſſi, vt ait gloſſ.*in cap.quamquam de elect.in 6. ver.deuoluetur*, quæ ponit d.regulam,& Ægid.*d.num.3.*& ab hoc iure primitiuo non reperitur receſſum,nec hoc ius ablatum Epiſcopis,nec Collegiis datum,quoad Canonicatus,& Præbendas,licet bene, quoad capita ipſorum Collegiorum,vt per Ægidium *ibi,& n.4.*& hãc opinionem tenuerunt aliqui de Rota *in d.dec.4.& d.dec.*Ægidij. 63

Tertia media,quæ magis placet,opinio† eſt,quod in Eccleſiis Collegiatis præſentatio ſeu electio ſpectet ad Capitulum, ſeu Collegium ipſius Eccleſiæ, & inſtitutio, ſeu confirmatio ad Epiſcopum, quam tenet Ioan.de Lignano,*in d.ca.cum Eccleſia Vulterana*,Feder.*conſil.113.* Abb. *in d.cap.cum Eccleſia.nu.8. & in cap.cum venerabilis de exceptio. num. 45.* & ibi Felin.*à num.37.*Corraſ.*2.par.cap.4. nu. 6.* Bernard. Diaz de Lugo *reg.140.limitat.5* Caſſador.*d.deciſ.22. de Præben.num.3.*dicens communem,& vt talem eã ſecutam eſſe Rotam in vna Nouarien.& in alia Bononien. Puteus *deciſ.155.lib.1.*qui ſumit ibi collationem pro electione,vt patet, quia allegat Caſſadorum *d.numero tertio & deciſio.412.ad fin. lib. ſecundo* & Mohedanus *deciſion.vigeſimaſeptima de Prabend.*alias 297. 64

Et hanc etiam ſententiam, vt communem † ſequitur Selua *2.par.quæſt.22.quinto caſu num.15.& 16.* qui,licet cum Domin & Cardinali Alexandrino,dicat ad Prælatum Eccleſiæ Collegiatæ pertinere præſentationem, & non per hoc excludit Capitulum, *cap.ex nuſcitur,de his quæ fiunt à Prælatis*,vt *in d.deciſ.* Putei,& patet ex præcedentibus, ſequitur Duarenus *lib.3.cap.4.* dicens, quod in Collegiatis inferioribus præſentatio ad Prælatum, Collegiumque ipſius Eccleſiæ pertinet, ſed Epiſcopi, tanquam ſuperioris eſt inſtitutio,*cap.nullus 16.quæſt.7.*quod etiam dicunt Felin.& Bernar.*ſupra*,& Burſatus *conſi.126. num.46. lib.2.* 65

Et Prælatus intelligitur non Epiſcopus,† ſed Prælatus immediatus ipſius Collegiatæ, quicquid velit Quintanadueñas *lib.1. Eccleſiaſticon,cap.5.num.4.*dicens, quod in Eccleſiis Collegiatis nominatio, ſeu præſentatio Epiſcopi ſimul,& Cap.eſt,inſtitutio ſolius Epiſcopi. 66

Cuius ſententia non videtur etiam poſſe † procedere, vbi Eccleſia Collegiata non haberet Prælatum inferiorem, ſed eſſet immediate ſubiecta Epiſcopo; nam tunc iuxta hanc tertiam opinionem,præſentatio, nominatio, ſeu electio ad ſolum Capitulum ſeu Collegium ipſius Eccleſiæ pertineret, & hanc tertiam opinionem tenet poſt hæc Gonçal. *gloſ.quadrageſima quinta, numero quadrageſimoſeptimo & 50.* 67

68 Pro qua tertia opinione facit † *cap.1.de elect. & d. c.ex inſinuatione de ſimon.*ibi *elegerunt,& cap.ad audientiam 1.de Capell.Monach.in 6.* cũ enim ex bonis ipſius Eccleſiæ Præbendæ ſint, ſeu præſumantur inſtitutæ,ad ipſam Eccleſiam debet pertinere præſentatio,ſeu electio,& ad Epiſcopum inſtitutio ex *d.c. nullus & cap.cum ex iniuncto in fin.de heretic.*ſicut in beneficiis patronalibus,&c.

69 Et pro hac opinione eſt quædam declaratio S.Cõgregationis Concili, ſuper *cap.9. ſeſſion.25. de reformat.*ibi, *& priuilegia conceſſa,&c.* quæ ſic ait, ſuper hoc verbo, *fundabat ſe quidam Epiſcopus dicens,ius eligendi, quod ex conſuetudine competebat cuidam Capitulo cuiuſdam Eccleſiæ Collegiatæ ad Canonicatus vacantes per Concilium in præſenti eſſe ſublatum, quod falſum eſt, & fuit ab Illuſtriſſimorum Congregatione reprobatum, nam tex. ille reſtringit ſe ad ius eligendi in iure patronatus, non autem in aliis electionibus quæ de iure communi Capitulis competunt cum Prælato inferiori.*

70 Et Eccleſia Collegiata,quæ dicatur,† & quæ ſigna, & requiſita habere debeat,vide Feſtum *in cap. accedentes, de præſcript. numero 1.* gloſ. & D.D. *in cap.dilecta de exceſſib. Prælatorum*, Coſmam *in pragmatica ſanctione,tit.de electio.§.ſed per electiones, verb.Collegiatis*, Lamber. *de iure patron.1. par.2.lib. quæſt.5.art.1.* Villadiego de Legato *quæſt.9.1.par.à num.42.*Corraſ.*3.part.cap.3.num.4.* Achillem *deciſ.275.* Caputaquen.*142.& 195.par.1.*Cuchum *in inſtitutio. maior.li. 4.tit.1.ex numer.5.*Maſcard.*de probatio.concluſ.385.*& Zechum *de republic.Eccleſia l.cap.28. de* propoſito, ſeu Rectore Colleg.Eccleſiæ, & *deciſio* Rotæ in cauſa Zamoren.Canonicatus de Toro adductam *11.p. numero 90* & Menoch.*de præſumpt.lib.3.præſump.90. à n.10.*

In Eccleſiis vero regularibus, † ad quem de iure
71 communi ſpectet creatio Monachorum, ſeu Canonicorum regularium,an ad Abbatem ſolum,ſeu cum conſilio,ſeu conſenſu Capituli,an vero ad Abbatem, & Conuentum, vide Abb.*in d.c.cum Eccleſia Vulterana, numero 9.de elect.& in d.cap.ex nuſcitur de his quæ fiunt à Prælatis n. 4.& in c.ad Apoſtolicam de regula.n.11. & 12.* Gloſ.Monachum Domin.Francum, & alios *in d.c.fin. de regular.in 6.*Lapum *d.alleg.31.* & alia 32.& ibi Mandoſ.alios referentem *additione 1.* Seluam *d.2.p.q.22.7.caſu numero 18.* Nauar.*conſil. 36 & 37 de regular.* Siluestr.*in ſum. verb.religio.tertia numero tertio* & Mant. Rodriguez *in ſum.2.tom.c.8. num.8.*

Prædicta autem de prouiſionibus præbendarum † & dignitatum Eccleſiæ Cathedralis, & Collegiatæ intelliguntur, niſi aliud habeat conſuetudo, aut pri-
72 uilegium; ex quibus aliquando prouiſio pertinet ad ſolum Epiſcopum, vel ad ſolum Capitulum, vel ad Canonicum hebdomadarium, vel ad Epiſcopum,& Capitulum alternatim,ſeu per turnos, &c. *d.cap.cum Eccleſia Vulterana*,vbi gloſſ.& Abb. *numero 10.*& alij, Rebuff. *de nominatio quæſt.8. à numero 3.* Corraſ. *d.2.p.cap.4. numero 7.* Io.Nicol.Gimon. *in Enchiridio beneficiorum,tit.2.capit.3.num.55. & 21.* Mandoſ. *conſil 18 numero 10. & conſil.29 numero 2.*Burſat.*dict. conſil.126.numero 45.lib.2.*Caſſad.& alij ſupra citati,& Gonçal.*d.gl.45.à n.71.*

73 Sed in præſenti eſt grauis difficultas,qualis† debeat eſſe conſuetudo in propoſito? & ſupponendum eſt in præſenti non eſſe proprie conſuetudinem,ſed largę & abuſiue,& potius eſſe præſcriptionem,cum vni detrahat,& alteri acquirat, Abb. *in d.cap.cum Eccleſia Vulterana num.6.& in cap.fin.de conſuetud.numer. 6.* & ibi Io. Andr.& alij,& Rochus *ſect.5.num.3.* Balbus *de præſcript.1. part.quæſt.vlt.num.3.& 4.& 5.p.5. d. quæſt.12. numero 5.* Aymon *de antiquitate temporis 4.par.7.differentia,ex numero 21.*Probus ad Monach. *in cap.cum inſtis de Præben.in 6. numero 1. & 17.*Aretin *conſilio 23.*Corneus *conſilio 168.lib.4.*Puteus *deciſ. 387.lib.2.ex num.4.* Cæſar de Graſſis *deciſ.10.*& Rota in vna Caietana præcedentia 1. Martij 1563. coram D.Robuſterio, vbi fuit reſolutum præſcriptionem, & non conſuetudinem eſſe, quando acquiritur ius alicui Vniuerſitati,ſeu Capitulo,& non in vniuerſum, & in communi, ſed tanquam perſonæ fictæ, & particulari.

Tunc eſſet pŗoprie conſuetudo, † quando in aliqua Prouincia generalis conſuetudo huiuſmodi ſeruaretur,vt *in d.c.cũ Eccleſia Vulterana in fi.*ita quod faceret ius in cõmuni in illa Prouincia, iuxta notata *in d.c.fi.de conſuetud.* 75

Hoc ſuppoſito difficultas eſt, † qualis debeat eſſe huiuſmodi conſuetudo, ſeu præſcriptio, an quadragenaria,an immemorialis vel quadragintenaria cum tit.in qua dicendum eſt, quod cum circa prouiſionẽ præbendarum, & dignitatum Eccleſiæ Cathedralis, & Collegiatæ ſint variæ ſententiæ inter Dd.vt ſup. viſum eſt,& ſic non ſit ius expreſſum, ſufficiet quadragintenaria, ſine titul.nam licet ſit contra communem opinionem, tamen non eſt contra ius. Puteus *deciſio.243.lib.3.numero 4.* & Achilles *deciſ.140.* Rota in vna Hiſpalen.iuris nominandi 10.Octobr. & 7. Nouembr.1583. coram Dom. Seraphino,vbi quod, *vt conſuetudo dicatur contra ius, neceſſe eſt oſtendere legem claram, vel rationem expreſſam in lege, ex qua ita ſit dicendum,&c.* 76

Et fuit reſolutum in vna Valentina emolumentorum coram Domino Cantucio 18.Mar.1585. *Conſuetudinem contra ius tunc dici, quando eſt contra expreſſam legem, diſpoſitionem, vel rationem, non quando contra communem opinionem*, *Put.& Achil* ſup. *& in d.Hiſpalen.iuris nominandi 10.Octobr.1583. & Salamantina Portionis,coram Vicecomite 11. Februar.1585. Gemin.*capit.vt litigantes col.fin. de Offic.Ordinarij in 6.*& ibi Francus* num.3.*Felin.*cap.ſtatuimus num. 3.de maiorit. & obedient. & in cap.tua nos numero 3.de iure iur.*Rochus* de conſuetudine num.296.*Curtius Iunior* conſil.57.prope fi.*&c.* & conducunt quæ tradit Contardus *in l.vnic.C.ſi de momen.poſſeſ.limit. 9.ex n.50.* 77

Et ſimiliter,licet ſit contra deciſiones Rotæ,† non eſt contra ius, nam deciſiones Rotę non faciunt ius, Caſſad.*deciſ.17.num.7.de Præbend.* Pauinus *in præludiis extrauaga. verſicul.deciſiones Rotæ.* Felin.*in capit. primo de re iudic.numero duodecimo.*Vantius *de nullitate ex defectu proceſſus numero 111.* Ant. Gabr. *de ſententiis,concluſio.7.numero 22.*Lancellotus *de attentatis 2.p.c.20.limitat.1.num.2.* & Maſcard.*de probat. concluſ.485.*& dictum eſt *in præfat.*Quamuis contrarium defendat Doct.Marta *de tribunalibus vrbis,capit.5.*

Et licet,quando ſecundum † eas ſępius reperiatur iudicatum ita, quod ſit introductus ſtilus Rotę, faciant ius, Pauinus, Maſcard.& Marta *ibi*,& dictum eſt *ſupra cap.1.à numero 534.& c.3.num.239.* tamen, cum ſit ius ſtili, conſuetudo, ſeu pręſcriptio contra 78

eas non requirit tit. aut tempus immemoriale, quia non dicitur absolute contra ius.

79 Facit decisio Barchinonen. coram Achille † infra relata 8 *par. cap. 4 num.* 44. vbi quod consuetudo contra stilum Rotæ, & communem opinionem non est contra ius, & sic sufficit, quod sit probata per decem annos.

80 Sed dices, quod cum in hoc sint † diuersæ opiniones, & non sit ius expressum, vt est dictum, consuetudo & obseruantia approbans, & recipiens aliquam ex iis opinionibus, dicetur interpretatiua, & sic non requiret aliquam temporis præscriptionem etsi sit contra communem & veriorem opinionem, ad notata *in cap. cum dilectus de consuetud.* vbi Abb. *nu.* 7. Aymon. *consi.* 101. Rochus *de consuetudine sect.* 5. *n.* 5. Mant. *de coniecturis li.* 18. *t.* 18. *n.* 34. Simō de Pratis *interpret. vltim. volun. li.* 1. *solut.* 21. *num.* 8. Camillus Gallinius *de verbor. significat. li.* 10. *ca.* 35 Cuesta *in præfatione ad decis.* Aragoniæ *num* 20. & 41 addi. Papaz. ad Rotam *decis.* 8. *de consuetud. in nouiss. nu.* 11. Puteus *decis.* 283. *num.* 3. *li.* 1. & *decis.* 12 in vna Burgen. decimarum *lib.* 3. & Rota *decis.* 574 *num.* 3. & 4. & *decis.* 615 *p.* 1. *diuersor.* & in d. Salamantina Portionis, 21. Februa. 1585. supra adducta *cap* 1. *n.* 337. & in eadem 20. Decemb. eiusd. anni, & 26. Aprilis 1586. vt *ibi num* 338. Vel saltem † sufficeret decennalis ad
81 tradita per Molinam, *de Hispanorum primogen. li.* 2. *cap.* 6. *num.* 57. & 58. Velazquez de Auendanno *in l.* 41. *Tauri glos.* 1. *nu.* 17 Azeuedo *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5 *recopilat. num.* 23. & 24. & Io. Gutierrez *pract. li.* 3. *quest.* 62. *a num* 26. qui tamen *qu.* 16. *eiusd. lib. num.* 78. eam non requirit, & Io. Garciam de nobilitate in diuisione *n.* 57.

Præterea, quādo ista nō esset cōsuetudo interpreta-
82 tiua, † esset tamē cōsuetudo ꝓpria præter ius, & non præscriptio, & sic sufficeret decēnalis, sicut in decimis prædialib. quāuis communis opinio sit, ꝙ debeantur Parochiæ vbi sita sunt prædia, & non Parochiæ colentis, tamen per consuetudinem decem annorum induci potest, quod debeantur Parochiæ colentis seu diuidantur, quia non est consuetudo contra ius, sed præter, licet per eam detrahatur vni Ecclesiæ, & acquiratur alteri, Abb *in cap. cum sint de decimis, nu.* 6. Couar. *li.* 1. *variar. c.* 17 *n.* 8. Viuius *decis.* 4. *n.* 44. Io. Gutier. *canon. quæ lib.* 2 *c.* 21. *n.* 56. Puteus. *dec.* 154 *li.* 1. & 176. *li.* 3. Achil. *dec.* 3. & 6. *de decimis*, Rota *dec.* 163 *par.* 2. *diuersorū*, & in vna Conch. decimarū 16. Octo. 1585 coram D. Seraphino, & in Toletana primitiarum coram eod. 1. Iulij 1587. & fuit dictum in d. Valentina emolumentorum 16. Octob. 1585. coram D. Cantucio, & in Ciuitaten. decimarum 15. Decemb. 1593. & decimooctauo Martij 1596. coram D. Gipsio.

83 Et ita in terminis videtur tenuisse Rota † in vna Fauentina iuris conferendi, coram D. Vicecomite, quarto Iulij 1584. vt in sequen. decisione. *Domini resoluerunt constare de sufficienti consuetudine iuris eligendi, cum enim electio sit communis Capitulo, & Episcopo nisi consuetudo sit in sic in contrarium, vt per Cassad.* decis. 22 numer. 2. de Præbend. *& apparet, quod in hac materia attenditur consuetudo, nec est considerabilis consensus populi totius, vel maioris partis, quia illud est quando agitur de respectante ad populum, cuius consensus requiritur, non sic in rebus Ecclesiarū, in quibus plerisque attenditur consuetudo, & tamen vnius Ecclesiæ dicitur consuetudo, vt* in c. vlt. de consuetudine in 6. cū aliis plurib. *quare cum in præsenti viderint Domini longam obseruantiam Capituli, & Episcopi inter se, & de iure non prohiberi Capitulo electionem priuatiue ad Episcopum, dixerunt, non esse hanc consuetudinem contra ius, sed ad summum præter ius, quia textum non habemus, qui prohibet electionem Canonicis, sed potius contrarium quilibet concedit, vt habetur* in cap. cum Ecclesia Vulterana de elect. *Rota* 4. de conceß. Præben. in nouis. *Ægidius* 69. num. 3. *& sic de iure Capitulum non est incapax iuris eligendi in Ecclesia Cathedrali.*

Respondetur tamen, † quod, quamuis simus in consuetudine, & obseruantia interpretatiua, tamen vbi agitur de auferendo iuri vni, quod habet iuxta communem & veriorem opinionem, & dando alteri, requiritur præscriptio quadraginta annorum, iuxta *consilium* Socini 260. *n.* 19. *lib.* 2. & *decisionem* Putei in d. Burgen. decimarum 15. *lib.* 3. & *d. decis.* 574. *num.* 4. *par.* 1. *diuersorum*, & *d. decisionem* Cæsaris de Grassis 10. *numer.* 6. & 7. 84

Quando vero ius est ita obscurum, & dubium, † vt non constet de iure alterius, tunc cum non agatur de auferendo iure vni & dando alteri, non requiritur præscriptio, sed sola consuetudo, & obseruantia absque præscriptione temporis sufficiet ad interpretationem, vt *in d. dec.* 574. *n.* 4. & *d. decis.* 615 & *aliis adductis.* 85

Et quod dicunt Abb. Mantica, † & alij relati, *nu.* 80. quod consuetudinis interpretatio, absque præscriptione temporis est necessaria, etiamsi de iure non subsistat, & alius intellectus de iure verus esset, procedit in consuetudine propria, quæ non inducit ius priuatum, sed publicum, & promiscuum, quoad omnes in communi, in qua cum non agatur de auferendo vni, & acquirendo alteri in particulari, non requiritur aliqua præscriptio temporis, iuxta citatos. 86

Ad illud de decimis † prædialibus respondetur, quod ibi non solum non est ius expressum, sed imo ius defert consuetudini dicens, recurrendum esse ad consuetudinem, & illi standum, vt *in cap. cum sint homines, & cap. ad Apostolica, de decimis.* & sic est ius consuetudinarium, & materia consuetudinis, non præscriptionis, etiam singatur inter duas Ecclesias, vt per allegatos, & *c. fi. de Paroch.* non loquitur de colente, Achilles *d. decis.* 3 *in fi.* & *d. dec.* 6. *num.* 3. *de decimis*, ex quo *ca. fi.* obiter videtur falsa sententia, & consilium, Gonçalez *gloss.* 37. *a num.* 44. in causa Conchen. &c. 87

In proposito vero nostro, licet non sit ius † clarum, non est materia consuetudinis, sed præscriptionis inter Episcopum, & Capitulum, cum ius non sic deferat consuetudini. 88

Vnde non videtur vera d. decisio Fauentina, † maxime in suo casu, in quo Capitulum prætendebat eligere, seu prouidere priuatiue ad Episcopum, & eo excluso, & sic consuetudo erat contra ius, ex quo Episcopus habet fundatam suam intentionem, saltem in simultanea prouisione iuxta supradicta, & Corrasium *dicto capite quarto* 2. *parte numero septimo ad fin.* 89

Vnde, cum capitulum prætendit prouidere † Præbendas, aut Dignitates Ecclesiæ cathedralis, excluso Episcopo, ex consuetudine, vt in terminis *d. c. cum Ecclesia Vulterana, de electione*, requiritur immemorialis præscriptio, aut quadragenaria cum tit. ex *c.* 1. *de præscrip. in* 6. & in terminis Abb. *in d. c. cū Ecclesia, nu.* 6. facit *consil.* Aymon. 134. *a num. decimoquarto.* 90

Sicut

91 Sicut etiam ad hoc, † vt inferior acquirat ius conferendi contra Ordinarium habentem fundatam intentionem de iure communi, vt supra diximus *capit.* 1. *num.* 51. requiritur præscriptio immemorialis, aut quadragenaria cum tit. & bona fide, Probus ad Monachum *in d. cap. cum in illis de Præbend. in sexto, nu.* 11. Rosiniacus *d. benefic. cap.* 1. *numer.* 9. & 10. & Rota in vna Piscié. seu nullius iurisdictionis de anno 1584. quæ est 1 *part. diuers. decis.* 803. *numer* 4. vbi alios refert.

92 Vnde etiam consuetudo generalis † Prouinciæ, quod Capitulum eligat, seu prouideat excluso Episcopo, non extenderetur ad loca particularia, seu Ecclesias, in quibus non esset talis consuetudo, licet tūc esset propria consuetudo, vt post Ægidium docet Abb. *d. n.* 6. ad tradita per Rochum *de consuetud. sect.* 4. 3. *requisito.*

93 Quod tamen de consuetudine generali † Prouinciæ, non videtur verum, nam quamuis consuetudo vnius Ecclesiæ, vel Prouinciæ, seu Diœcesis, etiam vicinæ, contra ius non extendatur ad aliam Ecclesiam vel prouinciam, seu Diœcesim tamen consuetudo generalis vnius Prouinciæ, debet comprehendere Ecclesias eiusdem prouinciæ, in quibus non est talis consuetudo, nisi ibi fuerit alia consuetudo specialis, quæ præfertur generali; nam consuetudo generalis
94 facit ius vniuersale, & in communi, & † sic sumus in iure vniuersali Aymon *de antiquitate temporis* 4. *par. sect.* 1. *numero* 57. Caputaquen. *decis.* 129. *par.* 1. & videtur tenere Rochus *sup. d. sect.* 4. *n.* 16. & 17. & *sect.* 7. *n.* 20.

95 Et facit tex. *in d. capit. cum Ecclesia Vulterana ad fi.* quicquid † Abbas dicat, & faciunt etiam tradita per Felinum *in cap. audens de præscript. nume* 19. Balbum *de præscrip.* 2 *par. principali, quæstion.* 2. *a numero* 21. & Rotam *decis.* 17. *a numero* 2 & *decisio.* 139. *num* 12. 2. *part. diuersor.* & in vna Placentina decimarum 9. Februarij 1582 coram D. Seraphino, & in vna Burgen. processionum 4. Maij 1588. coram D. Plato, & in vna Conchen. exemptionis decimarum 10. Maij 1589 coram Dom. Orano, & in Abulen. Parochialis 28. Iunij 1593. infra adducta *cap. seq. numero* 61. & in vna Corduben. redecimarum vigesimoquinto Octobris 1593. coram Domino Seraphino, & in aliis pluribus causis.

Et iuxta prædicta potest † procedere resolutio
96 Rotæ in causa Placentina voti, in qua, cum Capitulum prætenderet Episcopum in collatione Præbendarum, & Dignitatum illius Ecclesiæ solum debere habere vnam vocem, vt habent singuli Canonici, & non tantam, quantam totum Capitulum, non obstante statuto illius Ecclesiæ de voto Episcopi, & Capituli, & ad id allegaret consuetudinē 40. annorum, 2. Maij 1580. coram Domino Robusterio, fuit resolutum, *Quod consuetudo contraria 40. annorum sine tit. non sufficit ex quo statutum loquens de voto Episcopi, & Capituli recepit a iure certam interpretationem, quod votum Episcopi sit pro dimidia parte, sed requiritur immemorialis, & quod obseruantia præsens non potest interpretari statutum antiquum*, Socinus consilio 6. libro 1. &c.

Et 2. Iun. eiusdem anni coram eod. † fuit resolutum,
97 *Quod*, d. consilium 6. *Socini*, l. 1. *citatum pro Episcopo Placentino in d. decisio. 2. Maij est verum, & applicatur ad hoc, vt obseruantia præsens quadragenaria statuti de voto Episcopi, & Capituli, nō præsumatur in præteritum, cum statutum ab initio receperit certum intellectum de iure, vt votū Episcopi sit pro dimidia, & totum, seu maior pars Capituli pro alia dimidia, & sic habeant contrariam præsumptionem ante se, nam secundum illum intellectum iuridicum præsumitur ab initio obseruatum dictū statutū, nec obstat* cōs. *Romani* 121. *quia termini de mutatione numeri, & similes sunt diuersi à terminis istius statuti, & nihilominus Romanus, & alij consuluerunt contra opinionem Oldra. quæ est verior, & æquior, & communior, vt ibi per addit. ad Romanum, & vide Ias. in* l. fi. c. de impuberum, *vbi citat iura, ex quibus colligitur d. interpretatio statuti; non obstat* decisio *Putei* 15. & 241. *l.* 3. *Achilles* 8. de citat. & *decisio in causa Salamantina Portionis, quia loquuntur super re non ita clara, & quæ de iure ab initio non habebat certam interpretationem.*

Et postea † in eadem coram D. Penna 26. Aprilis 1599. cum Capitulum prætenderet in proposito casu esse consuetudinem, & non præscriptionem, & consequenter non requiri titulum, dato super hoc dubio fuit resolutum, *Negotium versari in præscriptione, & non in consuetudine, cum enim notum sit in iure, quod in his, quæ pertinent ad Episcopum & Capitulum tanta est vox Episcopi solius, quanta totius Capituli ex communi*, in c. postulastis, de conceß. Præbendæ, *vbi D. l. Selua* de Benef. p. 2. q. 7 *Lamber.* de iure patron. 2 p. l. 1. quæst. 1. articu. 28. *& consequenter Episcopus habeat intentionem fundatam in iure communi, & Capitulum prætendens Episcopum solum debere habere vnam vocem, qualem habent singuli Canonici, tractet. de auferendo iure Episcopo competenti, locus est præscriptioni, & non consuetudini, ex altera communi* in c. fi. de consuetudine, *& fuit resolutum in Caietana præcedentiæ* 1563. *& in vna Toletana redecimarum 21. Maij, & 27 Iunij 1586. coram D. Pamphilio, &c. Nec obstare quod ista* in c. cum Ecclesia Vulterana de elect. *consuetudo appellaretur, quia respondetur ex sententia Abbatis* ibi n. 6. *propriè esse præscriptionem, licet tex. vocabulo abutendo consuetudinem appellaret, nec obstare decisionem in causa Hispal. voti 26. Nou. 1594. coram D. Gipsio, quia ibi agitur de aliquo obseruato inter ipsas personas Capitulares promiscue, & in communi perpetuum, & non de acquirendo Capitulo in particulari, & tanquam priuatæ & singulari personæ &c.* 98

Et coram eodem Domino † Penna sexto Nou. 1600. Rota stetit in decisis ex dictis rationibus. *Quibus etiam accedebat aliud fundamentum, quod vbicunque Capitulum prætendit acquirere aliquod ius contra Episcopum, vt in præsenti, tunc est præscriptio, & non cōsuetudo*, gloss. 3 in cap. tertio de consuetud. in 6. & *ibi Anchar.* numero tertio, *Gemin* supra *Abb.* in dict. ca. cum Ecclesia numero 6. versic. aduerte, *nec obstant decisiones Cassad.* 22. de Præb. *& Fauentina iuris conferendi coram D. Vicecomite*, 4. *Iulij* 1584. *quia respondebatur illas habere locum in casibus dubiis, & ambiguis, quando scilicet incertum est, an & quo modo collatio Præbendarum existentium in Cathedrali spectet ad Capitulum, vel ad Episcopum, vel ad vtrumque, tunc enim attenditur Ecclesiæ consuetudo, per quam dirimitur controuersia orta inter Doctores super pertinentia collationis, vt patet ex serie decisionis Cassadorij, in casu autem proposito, cum ab initio fuerit certum per statutum fundamentale Ecclesiæ Placentinæ per Innoc. IV. confirmatum ad vtrumque, videlicet ad Episcopum & Capitulum pertinuisse collationem, consequens erat, vt iuxta iuris communis dispositionem, tantum deberet esse solius Episcopi suffragium, quantum totius Cap. quod & iura Canonica, & similia suadebant, iura quidem Canonica* in cap. pastoralis in princ. de rescript. *vbi gl.* 99

verb. plures, vers. simile est c. scriptum, §. & si partes de elect. vbi *Abb. n.6.* c. postulastis §. ad quod breuiter. de concess. præben. *vbi glo.* Clem. plures de iure patron. *iura ciuil.* in l. liber homo. §. Titius. ff. de hæred. instituen. l. si pater filio de vulgari l. si quis Titio de vsufructu accrescendo, *ex quibus tandem inferebatur, prædictam consuetudinem, Capituli, post tot quasitum Episcopo in communione vigore statuti fundamentalis non potuisse consuetudinem, sed præscriptionem ex illa potissima, & validissima ratione, quia agebatur de auferendo iure Episcopo competenti. Præterea ad decisionem in causa Fauentina magis in specie fuit responsum, in ea nihil in specie fuisse cogitatum de differentia consuetudinis, & præscriptionis, quia nec agebatur de tanto, vel de quanto Episcopi suffragio, sed generaliter dixit de consuetudine relata, ad tex.* in dict. cap. cum Ecclesia Vulterana, *& vtrum est in iure canonico consuetudinis, & præscriptionis nomina sæpe confundi,* c. cũ dilectus, & ibi glo. verb. præiudicet de consuetud. c.3. eod. tit. l.6. *cuius confusionis meminit Abb.* in c. fi. n.20. vers. scias tamen. de consuetud. *quam confusionem abusiuam vocabulorum vocat Franc. Aret.* cons.13. n.11. vers. vbi iurisconsultus, *& indistinctam locationẽ Pauli de Castro,* in l. cum de consuetudine ff. de legibus *Baldus* de præscrip. p.1. q.10. n.11. vers. Canonistæ tamen &c.

100 Quæ decisiones, quatenus dicunt dictum † negotiũ versari in præscriptione, & non in consuetudine, de plano procedunt iuxta supradicta, maxime stante d. statuto fundamentali.

101 Quatenus vero dicunt † consuetudinem, seu præscriptionem contrariam 40. annorum sine titulo non sufficere, sed requiri immemorialem, patiuntur difficultatem, si solum attendatur statutum, quamuis expresse diceret, quod votum Episcopi esset pro dimidia p. quia in præscrip. contra statuta non videtur requiri tit. seu tempus immemoriale, quod solum requiritur vbi ius commune, seu iuris communis præsumptio est in contrarium, vt *in dict. cap.1. de præscr. in 6.*

102 Sicut in consuetudine propria contra statuta non requiruntur 40. anni, † vt in consuetudine contra ius commune Canonicum, sed sufficiunt decem anni, vt cum Cardin. Alexand. *in cap. frustra 8. distinct.* docent *de consuetudine sect.3. num.41.* & Botteus *de synodo 3.*
103 *part.2. num.59.* Quamuis in † constitutionibus Concilij Prouincialis sit quædam declaratio S. Congreg. Concil. super *c.2. sess.24. de reform.* quæ sic ait. *Episcopi teneantur ad obseruantiam decretorum Concilij Prouincialis, non obstante lapsu decennij, quæ non fuerunt obseruata.*

104 Nec refert dicere esse de iure communi † etiam Canonico, quod in his, quæ pertinent ad Episcopum & Capitulum, votum Episcopi sit pro dimidia parte, & tantum, quantum totius Capituli, vt in *d.c. postulastis,* quod melius id probat, quia videtur æquiparare Episcopum, & Capitulum cum aliis, nisi demus etiam de iure, quod collatio spectet ad Episcopum, & Capitulum, alias ius illud Episcopi redunderetur totum in statutum.

105 Vnde iuxta supradicta dicendum videtur, † quod sicut est contra ius excludere Episcopum à prouisione, & collatione præbendarum, & dignitatum Ecclesiæ Cathedralis, ita etiam non dare ei nisi vnum votum, vt vnius Canonici, quia id est quasi eum excludere, & ideo in d. causa Placentina non sufficere quadragenariam sine tit. sed requiri etiam tit. aut immemorialem.

Ex alio etiam capite † posset esse necessaria imme- 106
morialis in dict. Placentina, scilicet si forte in d. confirmatione d. statuti esset clausula decreti irritantis, quæ operatur non solum, quod statuentes non possint statutum reuocare, *cap. dilecto de Præb.* † *ad si. ver.* 107
nisi forte, & ibi gl. Abb. & alij, Feli. *in cap. cum accessissent de constit. n.7. & 8.* & ibi Decius *à n.19.* sed etiam, quod non possit contra illud induci consuetudo, seu præscriptio, nisi sit immemorialis, vt dicetur infra *n.179.*

§. 1.

De prouisione præbendæ Pœnitentiariæ, lecturæ, Doctoralis & Magistralis.

SVMMARIA.

IN aliquib. Præbendas circa earum prouisionem ius est speciale, vt in Pœnitentiaria, & Præbenda lectura, & Præbenda Doctorali, & Magistrali, quod explicare oportet, n.108.

In primis de Pœnitentiaria, ad cuius prouisionem, & dispositionem spectet, n.109.

Decreto Concil. Triden. statutum est, quod in omnibus Cathedralibus Ecclesijs, vbi id commode fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ proxime vacaturæ ab Episcopo instituatur, &c. numero 110. quod decretum, cum loquatur tantum in Cathedralibus non habet locum in Collegiatis, vt Sacra Congregatio censuit, cuius declaratio ponitur, numero 111.

Pœnitentiarius institutus eo ipso habet à iure, & Concil. facultatem audiendi confessiones pœnitentium illius Diœcesis, & iurisdictionem ad absoluendum à peccatis, & est veluti Parochus totius Diœcesis, nec requiritur noua licentia Ordinarij &c. nu.112. vnde quilibet poterit ei confiteri, & satisfaciet præcepto, n.113. vbi ponitur declaratio S.Cong.

Non tamen poterit audire confessiones in alia Diœcesi etiam habentium Bullam, vel licentiam sui Parochi, n.114.

Nec habet facultatẽ absoluendi à casibus Episcopo reseruatis, nisi illam Episcopus ei specialiter dederit, nu. 115 vbi ponitur declaratio S.Cong.

Pœnitentiario potest Episcopus committere absolutionẽ, de qua Concil. c.6. sess.24. de refor. nu.116. vbi ponitur declaratio S.Cong.

Quamuis habeat facultatem absoluendi à casibus reseruatis, tenetur nihilominus integras cõfessiones audire, & non solum casuum reseruatorum, & omnibus confiteri volentibus tenetur sui copiam facere, non tamen debet tenere virgam, num.117. vbi ponitur declaratio S.Cong.

Nec potest recusare audire confessiones volentium ei confiteri n.118. vbi ponitur declaratio S.Cong. & si recusat potest puniri & priuari ab Episcopo, siue adiunctis, n.120.

Reprobatur dictum Zechi, sub verb. forte, Pœnitentiarium ad id cogi non posse, ex debito iustitiæ, numero 121.

Non tenetur Pœnitentiarius ad maiorem residentiam, quam alij Canonici, qui per tres menses abesse possunt, dummodo non adsit certis anni temporibus n.122. vbi ponitur declaratio S.Cong.

Pœni-

pœnitentiarius, dum confessiones in Ecclesia audit, censetur præsens in choro num.123. dum etiam actu in Ecclesia audit, & nondum est in confessionario, etiamsi ibi priuatim officium recitet, nu.124. vbi ponitur declaratio S.Congreg. & non solum censetur præsens in choro, sed etiam in processionibus, & exequiis defunctorum, & lucratur omnes distributiones, & emolumenta, n.125 vbi ponuntur declarationes d.S.Congr.

Cum vnio Præbendæ proxime vacaturæ, facta pro Pœnitentiario sit facta authoritate Concilij, censetur præseruata in reg.12. Cancellariæ, de reuocat. vnionũ etiã si sit facta authoritate Sedis Apost. vt Congreg. censuit, cuius declarat. ponuntur, n.126 quod intellige de Præb. canonicali, & non de portione, & etiam de præbenda vacante in mense ordinario, & non reseruato. n.127. vbi ponuntur declarat. S.Congr. Idem etiam intelligendum in Præbenda Theologali seu lectura eligenda & deputanda ex decreto Concilij sessione 5. de reform. c.1. vers. in Ecclesijs autem, n.128. vbi ponuntur decla. S.Congreg.

Non impeditur assignatio & deputatio præbendæ pro Pœnitentiario per optionem post electionem factam in Ecclesijs, in quibus viget ius optandi, quamuis ante electionem valide posset optari, nu.129. vbi ponitur declar. S.Congr. Et concordantur aliqua declara. super d.c.1. in finali, de Præbenda lectura, quæ videbantur contraria, n.130. & 131.

Præbenda semel erecta & deputata in Pœnitentialem pro pœnitentiario, seu Theologalem pro Theologo, non potest optari, cum vacat ab alio Canonico, nu.132. vbi ponitur declaratio Sacræ Congregationis. Nec Pœnitentiarius, cui certa Præbenda est deputata, & vnita, potest optare aliam, retento ipso officio Pœnitentiariæ, n.133. nec etiam dimisso, n.134. vbi est declaratio S.Congregationis. Et idem erit in præbenda Theologali.

In Ecclesijs, vbi non optantur Præbendæ, sed præstimonia illis annexa, præstimonium quod habebat Pœnitentiarius, seu Theologus poterit ab alio optari, & Pœnitentiarius, vel Theologus poterit optare aliud præstimonium, n.135.

Præbenda primo vacans post Concilium, pro quo esset prius assignanda, an pro Theologo, an pro Pœnitentiario remissiue n.136.

Quamuis in Hispania fuerint magnæ controuersiæ inter Episcopos, & Cap. super prouisio. Pœnitentiariæ, resoluitur institutionem officij Pœnitentiarij, & electionem personæ quandocumque faciendam, & non solum pro prima vice, ad solum Episcopum spectare, collationem autem Præbendæ ab illis fieri debere, ad quos antea spectabat, vt sæpe S.Cong. declarauit, cuius declarationes ponuntur, nu.137. & seqq. & numer. 140. ponitur dec. Rotæ, & nu.141. resolutio eiusdem, & alia, n.142.

Quamuis in Concilio Compostellano statuatur, quod prouisio Pœnitentiariæ fiat præuio edicto, & concursu, id non videtur vsu receptum, nec requiritur concursus ex Concil. quod solum ad parrochiales eum requirit, n.143.

Quod dictum est electionem personæ Pœnitentiarij quãdocumque faciendam ad solum Episcopum pertinere, non procedit vbi vacat in mense Apostolico, vel adest alia reseruatio seu affectio, nam tunc ad Papã pertinet ratione reseruationis, n.144. vbi ponitur declaratio S.Congreg.

Occurrente vacatione Pœnitentiariæ, sede Episcopali vacante Capitulum non poterit illam prouidere, & Pœnitentiarium eligere, esto collatio præbendarum sit communis Episcopi, & Capituli, vel etiam solius Cap. sed spectabit ad Papam priuatiue stante reseruatione reg.2. Cancel. & cessante reseruatione, reseruaretur futuro Episcopo, nisi Papa præuenerit, à n.145.

Præbenda pro Pœnitentiario à Capitulo sede vacante assignari non potest, sed ab Episcopo hoc præstandum est ex declaratione S.Congreg. quæ videtur loqui in prima assignatione, & procedit vbi nõ fuerat per Episcopũ Pœnitentiarius institutus, & electus cum vnione præbendæ proxime vacaturæ, nam alias posset Capitulum sede vacante assignare, & conferre Pœnitentiario antea instituto, & electo primam præbendam vacantem in mense Ordinario, &c. numero 148.

Pœnitentiaria potest resignari sicut alia præbenda, & in fauorem alterius, dummodo habeat qualitates requisitas, & dari in coadiutoriam, n.151.

De qualitatibus requisitis in Pœnitentiario remissiue, n.152.

De Præbenda lecturæ, ad cuius dispositionem, & prouisionem pertineat, nu.153.

Decreto Concilij statutum est, quod in Ecclesijs, in quib. præbenda, aut præstimonium, seu aliud stipendiũ pro lectoribus S.Theologiæ deputata reperiuntur, de cetero non nisi personis idoneis conferantur, &c. in Ecclesijs autem Cathedralibus, ac in Collegiatis existentib. in insigni oppido, &c. vbi nulla præbenda, aut præstimonium seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, præbenda prima vacatura ad eum vsum ipso facto perpetuo constituta, & deputata intelligatur, &c. n.154.

Nihilominus ad hoc, vt talis præbenda primo vacatura sit Theologalis, & in Theologalem maneat erecta, requiritur actualis deputatio, ex declaratione Papæ, & S.Congregat. cuius declarationes ponuntur, numero 155.

Satisfit Concilio, etiam Theologiam scholasticam legendo ex sententia S.Cong. n.156.

De tempore, & hora, & materia lecturæ, & tempore vacationis, & de substituto ponendo, numero 157. 158. & 159.

Circa dubium propositum de prouisione distinguitur inter præbendas Theologales, seu lecturæ erectas, & deputatas ante Concilium, & inter erectas & deputatas post Concil. n.160.

In erectis ante Concilium seruandum est, quod ante Concil. & earum collatio, & prouisio ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat, cum Concilium in hoc nihil disponat, n.161.

In erectis post Concilium electio personæ, seu lectoris ad solum Episcopum spectat, collatio autem præbendæ ad illos, ad quos antea spectabat, ex sententia S.Cong. cuius declarationes ponuntur, 162. & n.163. ponitur resolutio Rotæ.

Id videtur procedere, quando talis præbenda vacaret in mense Ordinario, nam si vacaret in mense Apostolico, vel alias esset reseruata seu affecta, electio personæ, & collatio spectaret ad Papam, n.164.

In Regnis Castellæ, & Legionis præbendæ lecturæ erectæ, ex decreto Concilij in quocumque mense vacent, prouidentur per Episcopos, & Cap. ad instar Canonicatuum Doctoralium, & Magistralium, numero 165.

Quamuis in vna Toletana fuit resolutum per Rotam in ea, nec Bullam Sixti IV. nec Leonis X. locum sibi vindicare, vt in dec. positis, numero 166. & refertur doctrina Gonçal. circa id & circa eam aliqua notantur, n.167.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De Canonicatibus, & Præbendis Doctoralibus, & Magistralibus, ad quorum prouisionem, & dispositionem spectant, n. 168.

Per Bullam Sixti IV. & Motum proprium Leonis X. in singulis Cathedralibus Ecclesijs Regnorum coronæ Castellæ, & Legionis erectus fuit, & institutus vnus Canonicatus, & Præbenda pro Doctore, vel Licent. in vtroque, vel altero iure, qui dicitur Doctoralis, & alter pro Magistro seu Doctore, vel Licent. in Theologia, qui dicitur Magistralis, ab Episcopo, eius voto pro vno computato, & Cap. per vota secreta, prœuio edicto, ac publico examine, & iuram. ordinaria authoritate prouiden. et latius in Bulla Sixti IV. & scedula Motus proprij Leon. X. ac literis super eo expeditis hic positis, n. 169.

Iuramentum de eligendo magis idoneum, quando sit præstandum? à num. 170. resoluitur, quod tactis Euangelijs, & an per procuratorem fieri? licet à num. 172.

An in Ecclesijs, in quibus non est in vsu præstare iuramentum in electionibus huiusmodi Canonicatuum, de eligendo magis idoneum, valeat electio facta sine tali iuramento, quæ videtur valere stante consuetudine 40. saltem annorum, quæ derogat iuri canonico? num. 176.

Contrarium videtur verius, propter decretum irritans Bullæ, & Motus propr. Leonis, §. inf. positum refertur ad totam dispositionem, nisi ponatur respectu proxime dispositionis &c. & contra constitutionem habentem decre. irritans non valet, nec potest induci consuetudo, ex communi contra aliquos, nisi sit immemorialis, quæ tamen non potest dari modo in proposito, nec potest applicari alia limitatio, quando dispositio, in qua decretum irritans est adiectum, non esset à principio vsu recepta, &c. à n. 177.

An requiratur pro forma, quod vota præstentur secreto, ita vt, si palam præstentur, electio sit nulla? à numero 183. resoluitur, quod sit, etiamsi vnus tantum id faceret.

Quamuis in alijs actibus Capitularibus de iure non requiratur, quod vota præstentur secreto, expediret tamen, quod in omnib. votaretur secreto, &c. Quamuis in consultationibus S. Consilij, vbi vota sunt consultatiua, aliud expediat, n. 185.

An in electione Canonicatuum vota ita debeant esse secreta, vt nunquam sint publicanda eligentium nomina, an vero satis sit illa præstare secreto, quamuis postea publicentur eligentium nomina, vt fit in electione Canonica, & in electione S. Pontificis per scrutinium, à nu. 186. resoluitur, id non satis esse, sed vota debere esse omnino secreta, & nunquam publicanda, &c. & ita practicatur, &c.

Reputaretur electio secreta, si Capitulum poneret aliquos qui reciperent vota omnium, modo postea nomina eligentium non publicentur, vt in electione regularium, à nu. 189. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.

An, si aliquis Canonicus ostenderet alteri schedulam illius, pro quo suffragium fert, electio esset nulla, & non secreta? à n. 192. resoluitur esse nullam, non solum, si id faceret palam, & permittente Cap. sed etiam secrete, nisi id faceret in fraudem ad annullandam electionem.

Si quis de facto attentaret dare votum publice, seu palam, non debet permitti à Capitul. sed quod secreto illud det, alias electio esset nulla, imo tanquam indignus posset excludi à voto, &c. n. 195.

Si ante electionem aliquis verbo diceret, seu publicaret, pro quo suffragium laturus est, vel post, pro quo suffragium tulit, non irritaretur electio. n. 196. & seq. vbi adducitur declaratio S. Cong. & etiam, quamuis quis seruaret, & extraheret schedulas malas ad ostendendum postea alicui, non vitiatur electio, & cætera numero 198.

Cum prædicta electio fieri debeat per vota omnino secreta, legitime impeditus, qui potest alteri dare vices suas, non posset dare mandatum de eligenda certa persona, à n. 199.

Qui dat alteri vices suas ad votandum, posset verbo illi iniungere, quod suum votum daret tali, & si alteri daret peccaret, quatenus valeret votum alteri datum, n. 202.

Cum vota sint omnino secreta, videtur quod posset Canonicus, cui alter dedit suum votum, cum voto proprio suffragari vni, & cum voto impediti alteri, etiamsi dedisset libere vices suas, n. 203.

Cum d. electio debeat fieri per vota Episcopi, & Canonicorum secreta, & per scrutinia, nō potest aliter fieri per viam inspirationis, aut compromissi, n. 204. vbi adducitur declaratio S. Cong.

An quando in vltimo scrutinio duo habent paria vota, deueniendum sit ad sortes, an vero prius ad qualitates, vt plures tenent, & fuit practicatum? à numero 205.

Resoluitur deueniendum ad sortes, ex Bulla Leonis, non obstante obseruantia contraria &c.

An qui non interfuit actibus oppositionum possit votare? resoluitur contra Rotam posse, n. 213.

An huiusmodi controuersijs, & alijs occurrentib. in prouisione horum Canonicatuum quis debeat esse iudex, an solus Ordinarius, an vero simul cum Capit? à nu. 214.

Resoluitur, quod supposito, quod deueniēdū esset ad qualitates concurrentium, qui habuerunt paria vota, sicut ad Episcopum, & Capitulū spectat electio, & prouisio, spectaret ad eos iudicare de qualitatibus extraiudicialiter, &c. in controuersia autem, an deueniendum esset ad sortes, an vero ad qualitates, & an alter esset inhabilis, & electio esset nulla, &c. solus Ordinarius debet esse iudex, nisi vbi esset consuetudo contraria legitime præscripta, &c.

An post electionem requiratur collatio, an vero electio ipsa habeat vim prouisionis, & collationis? numero 219.

Resoluitur attenta Bulla Leonis videri electionem ipsā habere vim prouisionis, & collationis, nec requiri aliam collationem, praxim tamen, & consuetudinem Hispaniæ habere in huiusmodi Canonicatibus post electionem fieri collationem ab Episcopo & Capitulo, cui videtur standum, &c.

An prouisio huiusmodi Canonicatuum debeat fieri infra semestre, alias deuoluatur ad superiorem à num. 222.

Resoluitur affirmatiue, quamuis, aliquando Capitula id non obseruent, & deuolutio fiet cum eisdem qualitatibus, licet superior, ad quem fit deuolutio, non teneat ponere edictum, nec facere concursum, & cum Episcopus in huiusmodi prouisione interueniat, vt Prælatus, & non Canonicus, non fiet deuolutio ad ipsum n. 224.

Cum isti Canonici sint priuati ipso iure huiusmodi Canonicatibus ob absentiam vnius mensis à ciuitate absque Ordinarij vel Cap. licentia, ex d. Bullis, si infra semestre ab huiusmodi absentia Ordinarius, & Capitulum non prouiderint, vel non egerunt super declaratione vacationis, fiet deuolutio ad superiorem n. 225. Nec potest dici, quod ad istam priuationem requiratur declaratio, & voluntas Cap. sicut dicitur de caducitate emphiteusis, quia ista priuatio est per Papam inducta in pœnam non residentium, & in fauorem publicum Ecclesiæ, non Cap. quod potest illas tolerare, &c. n. 226.

Idem erit, si haberent licentiam absentiæ, nullam tamen, nam verba Bullarum intelliguntur de licentia valida, quamuis ad effectum, vt non vacent huiusmodi Canonicatus ob absentiam, sufficeret licentia Ordinarij, vel Capituli iniusta, & illicita, & sine legitimā causa, & cum licentia Ordinarij, vel Capituli possent gaudere mensibus vacationis, &c. à numero 227.

Dare huiusmodi licentiam videtur spectare ad Capitulum ad quod spectat ipsorum Canonicatuum prouisio, & non ad Capitulum, cum Portionarijs, &c. n. 230. Quamuis, si isti Canonici essent legitime occupati in negotijs Ecclesiæ à Capitulo pleno cum portionarijs, non esset opus licentia Capituli Canonicorum, n. 231. Sed si essent habiti pro præsentibus pro negotio fictio, seu sub falso prætextu negotiorum cum non sint legitime absentes, nec habeant licentiam Capituli Canonicorum, videtur habere locum priuatio numero 232. & licentia debet esse expressa, nec sufficit tacita num. 233.

108 SEd quia in aliquibus præbendis, circa earum prouisionem ius est speciale, † vt in pœnitentiaria, & præbenda lecturæ, & in Regnis coronæ castellæ, & Legionis in præbenda Doctorali, & Magistrali, per Bullas Sixti IV. & Leonis X. institutis, explicare oportet, quod in eis sit obseruandum.

Et in primis de pœnitentiaria dubitatur, ad cuius
109 prouisionem, † & dispositionem spectet? de cuius antiquitate Socrates historia tripartita l. 9. c. 35. & Iouerius l. sanctionum Ecclesiasticarum agens de Concilio Oxonien. §. 15. fol. 154.

110 In quo permittendum est † decreto concilij Triden. sess. 24. de reform. cap. 8. statutum esse, quod in omnibus cathedralibus Ecclesijs, vbi id commode fieri poterit, pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ proxime vacaturæ ab Episcopo instituatur, &c. Quod decretum cum loquatur tantum in † ca-
111 thedralibus, non habet locum in Collegiatis, vt S. cong. concilij censuit 15. Maij 1584. his verbis. Dubitatur, an mens, & intentio Concilij sit, quod in Collegiatis Ecclesijs necessario instituatur Pœnitentiarius, cū vnione Præbendæ primo vacaturæ, ex quo ibi solum de Cathedralibus expressa mentio fiat, quare supplicatur pro par. D. Ludouici Pimentel, de quibusdam Canonicatu, & Præbenda in Collegiata prouisi super huiusmodi dubio à Sanctissima cong. declarationem fieri, & si aliquādo iam facta sit, de illa sibi copiam authenticā dari mandari. Cong. censuit decret. supradictum intelligi oportere in cathedralibus tantum, non autem in Collegiatis.

112 Et Pœnitentiarius institutus † eo ipso habet à iure, & concilio facultatem audiendi confessiones pœnitentium illius Diœcesis & iurisdictionem ad absoluendum à peccatis, & est veluti Parochus totius diœcesis, nec requiritur noua licentia Ordinarij, vt aliqui male dicunt, est enim Ordinarius confessor illorum de Diœcesi. Zechus de republica Ecclesiastica c. 24. de capitulo, & canonicis sub n. 16. licet Zerola in praxi Episcopali, 1. p. verb. Pœnitentiarius §. quarto videatur dicere eum esse delegatū Episcopi.

113 Vnde quilibet poterit ei confiteri peccata, † & satis faciet præcepto c. omnis vtriusque sexus de pœnitentia & remissio. vt censuit S. cong. concil 16. Febru. 1595. his verbis. An, si quis confessus fuerit sua peccata semel in Paschate Pœnitentiario deputato in vim decreti Concil. Trid. sess. 24. capitulo 8. dicatur satisfecisse præcepto contento in capitulo omnis vtriusque sexus de pœnitent. & remissio. Cong. censuit satis fecisse.

Non tamen poterit audire confessiones † in alia 114
Diœcesi, etiam habentium Bullam, vel licentiam sui parochi, iuxta declarationem Abulen. infra adductam, c. 8. n. 87. ad 4. cui est standum, tanquam certissimæ, & authenticæ, quicquid post alios dicant Enriq. in sum. l. 7. c. 11. n. 3. & n. Suarez 4. tom. de pœnitentia, disp. 28. sect. 4. n. 18.

Nec habet facultatem † absoluendi à casibus E- 115
piscopo reseruatis, nisi illam Episcopus ei specialiter dederit. Nau. cap. 10. de pœnitentiis & remissio. Concilium Prouinciale Compostellanum act. 2. decreto 18. & censuit S. Cong. Concil. his verbis. Pœnitentiarius non potest absoluere quemquam in casibus, quos Episcopus sibi expresse reseruauerit, nisi ipsemet Episcopus hanc illi specialem dederit authoritatem. Zechus sup.

116 Cui etiam potest Episcopus committere † absolutionem, de qua concilium c. 6. sess. 24. de reform. vt in seq. declarationib. super illo. Prima, congre. censuit ab Episcopo posse, non tamen Vicario generali, seu etiam Pœnitentiario, aut Vicario ad id specialiter deputato, committi absolutionem capituli huius. Secunda, Episcopus potest absoluere, & per confessarium, & per vicarium absoluendum in similibus casibus specialiter constitutum.

Et quamuis habeat † facultatem absoluendi à casi- 117
bus reseruatis tenetur nihilominus integras confessiones audire, & non solum casuum reseruatorum cum sit confessor ordinarius, vt dictum est, maxime iuxta sententiam Adriani de confess. q. 4. Silu. verb. confessio 1. q. 19. Victoriæ in sum. de confess. n. 162. Cani. in relect. de pœniten. p. 5. circa fi. & Suarez 4. tom. de pœniten. disput. 31. sect. 1. & omnibus confiteri volentibus tenetur sui copiam facere horis opportunis, non tamen debet tempore, quo est in sede, tenere in manu virgam, sicut in vrbe, cum in Hispania non sit in vsu, vt in Abulen. censuit S. Cong. 21. Apri. 1587. his verbis: Cong. ad primam dubitationem respondendum censuit, Pœnitentiarium teneri integras confessiones audire, non autē solos casus reseruatos, ad secundā; debere eundem peccata confiteri volentibus sui facere potestatem horis opportunis loco, & sede Episcopi, ad quem hoc spectat arbitrata; quo vero ad tertiam, an debeat tenere in manu virgam, seu bacchetam tempore, quo sedet in dicta sede, respondit nouas consuetudines non inducari.

Nec potest † recusare audire confessiones valen- 118
tium ei confiteri, vt Sacra congregatio censuit his verbis; Congregatio Concil. censuit Pœnitentiarium non posse recusare audire confessiones illorum Parochianorū, vbi sunt Pœnitentiarij, volentiū eis cōfiteri sua peccata.

Et si pœnitentiarius recusat † audire confessiones 119
potest puniri, & priuari ab Episcopo, vt censuit Sacra congregatio his verbis, si Pœnitentiarius vigore huius decreti deputatus renuerit confessiones audire, puniri potest ab Episcopo, & priuari. † Quæ priuatio 120
videtur posse fieri ab ipso Episcopo, siue adiunctis, non obstante decreto concilij capitulo 6. sess. 25. de reform. vt alias diximus supra tertia part. cap. 4. à numero 18.

121 Vnde apparet falsum esse † quod ait Zechus sup. verb. forte, pœnitentiarium ex debito institiæ, ad id cogi non posse.

122 Non tamen tenetur †Pœnitentiarius ad maiorem residentiam, quam alij Canonici, dummodo non absit certis anni temporibus, vt in sequenti declaratione Sacræ Cong. non potest Pœnitentiarius cogi ad maiorem residentiam, quam alij Canonici, qui per tres menses abesse possunt, dum tamen non absit tempore, quo frequentius pœnitentes accedant, vt diebus festis solemnibus, veluti tempore ieiuniorum Quadragesima, Aduentus, 4. temporum, Resurrectionis, & Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis B. Mariæ, Natiuitatis D. & omnium Sanctorum.

123 Et pœnitentiarius, dum confessiones † in Ecclesia audit, censetur præsens in choro, vt in d. c. 8. Concil. ad fi. & in Conci. Prouinciali Compostellano actione 2. decreto 39. ad fin. & in seq. declaratione Sacræ Cong. cum Pœnitentiarius audit confessiones, vel casuum reseruatorum, vel venialium peccatorum, præsens esse in choro censetur. Consonat Concilium Mediolanen. 5. p. titulo, quæ ad distributiones pertinet, versiculo primo.

124 Vnde infertur solum † censeri præsentem in choro, dum confessiones actu in Ecclesia audit, & nondum est in confessionario, etiamsi ibi priuatim officium recitet, quia antea confessiones audiuit, vel vt postea opportunius illis incubat, vt in declarationibus sequentibus Sacræ Congregationis, præsens antẽ in choro non censetur, dum Missam celebrat, aut priuatum officium dicit, vt opportunius auditioni confessionum incumbat. Alia, Pœnitentiarius habendus est pro præsenti in choro, dum audit confessiones in Ecclesia, siue in confessionario, siue extra, non autem pro tempore, quo residet in confessionario, nec audit confessiones, aliis in choro diuina celebrantibus, nec recitans officium priuatè, quia, antequam recitarentur horæ canon. choro, audiat confessiones, nec si dixerit Missam, est censendus præsens in choro, consonat Concilium Mediolanense 5. vbi supra vers. 2. de eo autem, quod in istis declarationibus dicitur de celebrante Missam, vide supra 3. par. cap. 2. à num. 36.

125 Et non solum censetur præsens in choro, sed etiam † in processionibus, & exequiis defunctorum, & lucratur omnes distributiones, & emolumenta, &c. vt in declarationibus sequentibus super d. c. 8. ibi, præsens in choro, & etiam si essent distributiones quotidianæ, quã eleemosinæ, quæ distribuuntur pro associandis, vel sepeliendis cadaueribus defunctorum, vel pro supplicationibus, & processionibus habitis. Alia, Pœnitentiarius non solum censetur præsens in choro, & non potest priuari quando confessiones audit, sed etiam censetur præsens processionibus, & exequiis defunctorum, quæ eo tempore fiunt, quo ipse audit confessiones: sed non sufficit, quod sit in confessionario, nisi realiter ipse confessiones audiat.

126 Et cum vnio Præbendæ † proxime vacaturæ facta pro pœnitentiario sit facta authoritate Concilij in d. decreto, censetur præseruata in reg. 12. Cancellariæ de reuocatione vnionum per illa verba non tamen Concilij Triden. authoritate, etiamsi sit facta authoritate Sedis Apostolicæ, vt in declarationibus sequentibus super d. c. 8. ibi, an vniones factæ authoritate Sedis Apostolicæ in casu huius capituli in fauorem Pœnitentiarij dicantur, saltem ex verisimili mente comprehensæ in hoc decreto ad effectum, vt tales vniones cadant, vel ne sub exceptione regulæ reuocatoriæ vnionum? Congregatio censuit huiusmodi vniones cadere sub exceptione d. regulæ. Alia, Congregatio censuit Concilium debere intelligi etiam de vnione facta authoritate Sedis Apostolicæ in fauorem Pœnitentiarij ad effectum, vt vi d. vnio non cadat sub regula reuocatoria vnionum, sed sit præseruata per verba illa contenta in regula, præter quam authoritate Concilij facta. 1588

Et d. decretum intelligitur de Præbenda canonicali, † quæ absolute dicitur præbenda, & non de portione, alias assignatio est nulla, & etiam intelligitur de præbenda vacante in mense Ordinarij, & non reseruato, & ita censuit Sacra Congregatio Concilij, vt in declarationibus sequen. super d. capite octauo, Portio, quæ sit in Ecclesia, in Præbendam Pœnitentialem erigi non potest, sed Præbenda canonicalis, vel si non essent Præbendæ, sed fructus omnes in distributionibus quotidianis consisterent, tunc distributiones habebuntur pro Præbenda. Secunda an assignatio vnius Portionis Ecclesiæ Cathedralis loco Præbendæ facta ab Episcopo pro Pœnitentiario subsistat? Congregatio censuit, non subsistere, & an prouisio facta per Capitulum, Sede vacante, de Pœnitentiario cum hac portione primo demortuo, sit valida? Congregatio censuit esse inualidam, vel an prouisio per successorem facta de Pœnitentiario cum eadem portione censeatur bona, vel potius ab eo nominatus indigeat prouisione Sedis Apostolicæ, quia ex quo portio vacauit Sede Episcopali vacante videtur prouisioni Papæ reseruata? Congregatio censuit non esse bonã, & an Pœnitentiarius sic institutus acquisierit aliquod ius ad Canonicatus, vel Præbendas eiusdem Ecclesiæ vacantes, durante dicta Sede vacante de quibus authoritate Apostolica fuit prouisum, cum Canonicatus, & Præbenda prima vacatura spectant ad Pœnitentiarium, & ideo prouisio sit nulla? Congregatio censuit validam esse, quoniam hoc decretum non comprehendit Præbendas Sedi Apostolicæ reseruatas.

Et Episcopo seguntino sic responsum est, Congregatio censuit assignationem Præbendæ Pœnitentiario nõ intelligi de Præbenda, quæ est Portio, sed de ea, quæ est Canonicatus, aliter facta est nulla; item d. Præbendam intelligi de vacante in mense Ordinarij. Item vacante Canonicatu, & Præbenda signata Pœnitentiario in mense Papæ non potest prouideri per Capitulum, et neque etiam per Episcopum successorem, quia tunc eius prouisio ad solum Papam spectat. Quarta, ibi, proxime vacaturæ, non tamen in mense Papæ. Quinta Præbenda in mensibus Apostolicæ Sedi reseruatis vacans non potest erigi in Præbendam Pœnitentialem.

Et Duci Albano sic rescriptum est, omnes illustrissimi Domini mei Cardinales declarauerũt, quod decretum Concilij Tridentini sessione vigesima quarta, capite octauo, de pœnitentiario non habent, nec habet locum in mensibus reseruatis S. Sedi Apostolicæ, vel in illis, in quibus Dominatio vestra habet indultum, nisi indultum habens consensum dederit. Datum Romæ 23. Martij 1585.

Ascan. Cardin. carrafa.

Et Episcopo Laurien. sic rescriptum est. Sacra cõgregatio Cardinalium Concil. Trid. interpretum censuit deputationem & institutionem præbendæ pro pœnitentiario, non habere locum in canonicatib. & præb. vacantib. in mensib. Apostolicæ Sedi reseruatis. Et declaratio tertia infra adducta n. 138.

Et idem † est in præben. Theologali, seu lecturæ erigen. & deputanda ex decreto concilij sess. 5. de reformatio. c. 1. versicul. in Ecclesiis autem, nam similiter illud decretum non habet locum in portione, nec in præbenda vacante in mense papæ, aut alias reseruata, 127

vt in sequent. declarationibus Sacræ Congregationis super d. c. 1. ibi, Si vacauerit Portio, non excluditur hoc decreto, quia non venit appellatione Præbenda, & sic fuit declaratum in vna Placentina Portionis, Secunda ibi prima vacatura, &c. non tamen in mense Apostolico, quia non comprehenduntur sub hoc decreto Præbendæ vacantes in mensibus reseruatis, & idem in Præbenda pœnitentiali, ita fuit rescriptum Valentino, Ciuitaten. & Gadicen. Tertia intelligitur etiam Præbenda, cuius fructus omnes consistunt in distributionibus quotidianis, sicut reliquæ, nec talis deputatio, & constitutio habet locum in Canonicatibus, & Præbendis S. Sedi Apostolicæ reseruatis, idem si in prædictis mensibus Cardinales haberent indultum à Sede Apostolica.

129 Non tamen impeditur assignatio, & deputatio præbendæ pro Pœnitentiario per optionem, † post erectionem factam in Ecclesiis, in quibus viget ius optandi, quamuis ante erectionem recte posset optari, vt in seq. declaratione S. Cong. in Ecclesiis, in quibus ex consuetudine optantur Præbendæ, si ea, quæ post Concilium primo vacauit, non fuit in Pœnitentialem erecta, potest optari, sed si ante optionem Episcopus erexit, erectio praualet, etiamsi postea optaretur.

Et ita etiam procedunt, & concordantur seq. declarationes super d. c. 1. in simili de Præbenda lecturæ 130 quæ videbantur † contrariæ. Prima, in Præbenda prima vacatura post Conciliũ locum optio non habebit, si autẽ de ea, quæ vacauit prouisum non fuit pro theologo, relictũ est ordinarij decisioni iudicium. Secunda, Præbenda, quæ vacat, potest optari, nec illa potest erigi in theologalem, quia Concilium loquitur de Præbenda vacatura, cum ista non vacauerit, quia præuenta est iure optandi, & ideo illa sola dabitur theologo, quæ remanebit post optionem, nam prima declaratio istarum, quatenus ait, quod præbenda prima vacatura non potest optari, procedit post erectionem factam in præbendam theologalem. Secunda vero, quæ ait, quod potest optari, procedit ante erectionem, vt in d. declaratione de 131 pœnitentiaria: quæ procedit † quando ante vacationem præbendæ non fuit institutus Pœnitentiarius cum vnione præbendæ proxime vacaturæ iuxta dict. decretum cap. 8. nam alias præbenda postea vacans nullo modo posset optari, cum esset debita Pœnitentiario antea instituto.

132 Præbendaque semel erecta, & deputata in Pœnitentialem † pro pœnitentiario, seu Theologalem pro Theologo, non potest optari, cum vacat ab alio Canonico, vt in seq. declaratione S. cong. non potest optari præbenda, quæ fuit erecta, & deputata in Theologalem pro Theologo à seq. Canonico.

133 Nec rursus pœnitentiarius, cui certa præbenda † est deputata, & vnita, potest optare aliam præbendam, retento ipso officio Pœnitentiariæ, vt per Nauar. consil. 14. de reb. Ecclesiæ.

134 Et non solum † retẽto, sed nec etiam dimisso officio, vt in seq. declaratione super d. c. 8. ibi, Pœnitentiarius, nec retento, nec dimisso officio, potest optare aliam Præbendam, cuius officio fuit perpetuo vnitus vnus Canonicatus, & certa Præbenda ex hoc decreto Concilij, & authoritate Apostolica vnio confirmata fuit. Et idem erit in præbenda Theologali. Et posthæc ita docet Gonçal. glos. 14. ex n. 78. & 80. vbi adducit istas declarationes.

In Ecclesiis tamen, vbi non optantur præbendæ 135 † sed præstimonia illis annexa, vt in corduben. præstimonium, quod habebat Pœnitentiarius, seu Theologus, poterit ab alio optari, & rursus pœnitentiarius, vel Theologus poterit optare aliud præstimonium, & ita seruatur in d. Ecclesia corduben. & idem est in canonicis Doctoralibus, & Magistralibus, qui non possunt optare alias Præbendas, nec suæ ab aliis, nec contrarium seruatur in dict. Ecclesia corduben. quia solum optantur præstimonia, & non præbendæ, vt male ait Gonçalez ibi numero 84.

Et Præbenda prima † vacans post concilium pro 136 quo esset prius assignanda, an pro Theologo, an vero pro Pœnitentiario? vide secundam declarationem Sanctæ Congregationis infra adductam, numero 155.

His præmissis deueniendo † ad dubium propositum quamuis in Hispania fuerint magnæ contro- 137 uersiæ inter Episcopos, & Capitula super prouisione pœnitentiariæ, vt per Nauar. consil. 11. ne Sede vacan. resolutione dicendum est institutionem officij Pœnitentiarij, & electionem personæ quandocumque faciendam, & non solum pro prima vice, sed etiam quoties occurrerit vacatio dicti officij, atque adeo prouisionem officij Pœnitentiarij ad solum Episcopum spectare absque interuentu Capituli, collationem autem Præbendæ vniendæ, vel vnitæ, ab illis fieri debere, ad quos antea spectabat, vt colligitur ex d. decreto Concilij, & iam sæpe Sacra Congregatio declarauit, vt declarationibus seq. † prima E- 138 piscopi Aurien. 6. Octob. 1572. Officium Pœnitentiarij in Cathedrali per solum Ordinarium potest institui, ad quẽ quoque pertinet electio personæ, quoties opus fuerit, pro exercendo tali officio, nec requiritur aliquis Capituli consensus, refert Zerola in praxi 1. p. verb. Pœnitentiarius §. 3. Secunda Episcopo Segobien. cum decreto Concil. Trid. sess. 24. c. 8. caueatur, quod in omnibus Cathedralibus Ecclesiis, vbi id commode fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cum vnione Præbendæ proxime vacaturæ ab Episcopo instituatur, dubitatur, an quoties occurrerit vacatio officij Pœnitentiarij, & per consequens præbendæ illi annexæ prouisio illius pertineat ad solum Episcopum, absque eo, quod Capitulum in aliquo se intromittere possit? Sanctissimus D. noster, referente Cong. Concil. decreuit institutionẽ officij Pœnitentiarij, nec nõ electionem personæ Pœnitẽtiarij, quandocumque faciendam ad solum Episcopum pertinere absque cõsensu Capituli, collationem autem Præbendæ vniendæ, ab illis fieri debere, ad quos antea spectabat die 21. Maij 1575. Tertia Sanctissimus D. noster Greg. XIII. censuit officium pœnitentiarij, nec non eiusdem personæ electionem quandocumque faciendam, & etiam quotiescumque occurrerit vacatio d. officij, ad solum Episcopum absque cõsensu Capituli pertinere, collationẽ autẽ Præbendæ vniendæ, vel vnitæ, ab illis fieri debere, ad quos antea pertinebat, & talis deputatio, & institutio non habet locum in Canonicatibus, & præbendis S. Sedis Apostolicæ dispositioni reseruatis, & affectis.

Et alias Episcopo Segobien. sic rescriptum est, pro parte Capituli dubitatum fuit circa collationem Præbendæ Pœnitentiarij, quia Capitulum prætendit, quod debeat fieri simul, quoniam antea collatio etiam erat communis, prout etiã post Concilium fuit communis, nam in prima erectione Pœnitentiarij prima collatio, quæ fuit facta, fuit celebrata in simul, vnde ita etiam insimul dicebat debere celebrari, quoties in posterum contingeret vacare, Cong. Concilij censuit, ita obseruandũ, vt si vacatio contigerit in mense Apostolico, ad Summũ Pontificem, vel ad eum, qui indultum habeat in mensibus Apostolicis, si in mense solius Episcopi, ad Episcopũ

solum, si in mense communi, ad Episcopum, & Capitulum communiter spectet.

Quæ declaratio de sola collatione præbendæ loquitur, & non de electione personæ, & Episcopo Abulen. sic rescriptum est, *An vacante Canonicatu, & Præbenda Pœnitentiarij, de eis prouidere debeat solus Episcopus, quamuis teneat Capitulum simultaneam cum Episcopo collationem, vel sufficiat, quod voto Episcopi vnum ad duo vota accedant, vt persona per eum electa admittatur ad possessionem? Congregatio censuit electionem Pœnitentiarij quandocumque faciendam ad solum Episcopū absque consensu Capituli pertinere, collationem autem Præbendæ ab illis fieri debere, ad quos antea spectabat.* Et ita in aliis pluribus causis responsum est.

139 Et quod Pœnitentiarius † eligi debet ab Episcopo ex declaratione Sacræ Congregationis Concil. tradit Zechus sup. & ita ex declaratione Sacræ Congregat. resoluit Rota in causa Abulen. Canonicatus Pœnitentiariæ 17. Aprilis 1589. coram illustrissimo Mantica, in Maioricen. Canonicatus 15. Nou. 1593. coram Domino Millano, supra adducta, *cap. 1. numero 760.*

140 Et decisio in causa Abulen. † sic se habet *Decisum fuit ex declaratione S. Congregationis Concilij Tridentini interpretum electionem personæ Pœnitentiarij ad solum Episcopum pertinere, collationem vero Præbendæ communem esse Episcopi, & Capituli, sicuti ex statuto Ecclesiæ dispositum est, quod etiam à iure communi est constitutum secundum receptam Dd. opinionem, & à Rota comprobatam, Cassad.* dec. 12. de præb. *non obstat, quod declaratio S. Cong. debeat habere locum in primaua tantum officij institutione, ne aliaquin Præbendæ collatio, quæ est communis Episcopi & Capituli, reddatur ferè elusoria,* argum. cap. si ciuitas de sententia excom. l. 6. glo. in c. quanquam de vsuris eodem l. *Anch.* consil. 221. nu. 3. *Alex.* in l. si cum dotem, n. 18. ff. soluto matrim. *Craueta* consil. 118. num. 24. & 135. num. 25. *quia enim illa declaratio aperte dicat electionem Pœnitentiarij ad solum Episcopum pertinere, non solum ex primaua huius officij institutione, sed etiam quandocumque pro tempore vacare contigerit, nobis non licet eam informare.* c. cum inferior. de maiorit. & obedien. l. nam magistratus ff. de recep. arbitris l. ille quo. § tempestiuum, ad Trebell. *neque est necessarium quod Concilium deroget statutu, & concordiis, quoniam sufficit derogare iuri communi, quod eandem continet dispositionem. Neque etiam obstat Concilium Prouinciale, quia, cum non appareat illud esse consummatū à Summo Pontifice, non potest Episcopo auferre facultatem eligendi personam Pœnitentiarij contra dispositionem Concilij Triden.* c. quod super his, & ibi *Abb. & alij* de maiorit. & obed. *Gemin.* in c. si modum nisi 17. dist. *& ita in causa Toletana Canonicatus in collatione Præbendæ lectionis S. Scripturæ fuit resolutum corā illustrissimo Ildebrād. 18. Maij 1584. multo minus refragatur, quod dicitur, ita fuisse vsu receptum, quia adducitur vnicus actus Vicarij, qui sine speciali mandato non potuit acceptare decretum constitutionis synodalis, & Episcopo præiudicare, quoniam male agere non est ei commissum. Paul.* consil. 384 sub numero primo, l. prima, *Decius* consil. 143 sub numero tertio, *& multo minus potuit facere præiudicium successori, quia nec ipse Episcopus sine authoritate Sedis Apostolicæ potuit ei nocere, c. apite venient, & ibi notatur de transactio, nec ad rem facit obseruantia, quæ deducitur in Canonicatibus Magistralibus, Doctoralib, & S. Scripturæ, quia de his non loquitur Concilium, & cōsuetudo est stricti iuris, tantum habens potentiæ, quantum ei vsus concessit, & nihil amplius.* l. quod vero contra, & l. quod non ratione ff. de legibus *Bald.* in capite primo collatione quarta in fine qui feudum dare possunt, *Ripa* in l. Centurio, numero nonagesimo primo de vulg. *Socinus Iunior.* consilio 101. numero tertio libro secundo & consilio quarto numero trigesimo quinto libro quarto *& ideo consuetudo debet probari in casu, de quo agitur, vt tradit Paulus Castren.* consilio 340. ad finem libro secundo *Ripa* respons. libro secundo capite 25. numero decimoseptimo *Purpuratus* consilio 512. numero nono & decimo, *Craueta* consi. 241. numero vigesimo versiculo ad tertium de consuetudine, *quare, cum in electione pœnitentiarij, de qua est controuersia, huiusmodi consuetudo non probetur, Concilium Trid. quod secundum declarationem S. Congregationis soli Episcopo eligendi tribuit facultatem debet obseruari. præterea, cum hæc consuetudo sit contra ius, non potest induci, nisi spatio 40. annorum sit præscripta c. vlt. cum glossa de consuetudine, & ibidem tenent omnes vt testatur Aretin.* consi. 44. n. 1. *& sequitur Alex.* consi. 68. n. 7. l. 1. *Cortius Senior* consi. 79. circa fi. *Socin. Senior.* consi. 26. n. 19 l. 2. *Put.* dec. 15. n. 4. l. 3. *quare conclusum fuit electionem pœnitentiarij ad solum Episcopum pertinere, sed an cōcursus ab eo fieri debeat, Domini dixerunt recurrendum esse ad S. Triden. Concilij Congregationem.*

Et ita Diuus Petrus Fernandez Terminius Episcopus Abulen. obtinuit executoriales contra Capitulum.

Et in vna Oscen. † Canonicatus 1. Februarij 1593. 141
coram illustrissimo Seraphino fuit resolutum, quod *stante erectione officij pœnitentiarij per Episcopum facta cum vnione præbendæ primo vacaturæ, Capitulum ad quod collatio spectabat, non potuit prouidere de primo vacante, cum non vacaret stante vnione, quæ statim sortita est effectum. Oldra.* consi. 257. *quæ vnio fieri potuit non obstante, quod prouisio spectaret ad Capitulum, Rota* dec. 1. de officio Legati in nouis, *Rebuf.* de vnio. nu. 26. *& Episcopus potuit, cum vacauit prima præbenda, eligere pœnitentiarium qui remittendus erat ad Capitulum pro collatione obtinenda, vt fuit resolutum in S. Congregatione: & quamuis debuisset remittere ad Capitulum, tamen non ideo, quod non remisit ad illud, annullatur electio, vt fuit dictum in Cassalen coram Orialen. quod annullata institutione, non ideo annullabatur præsentatio, & reg. 8. Gregorij Decimitertij quæ excipiebat Beneficia, de quibus fuit dispositum, non capit hoc, cum de eo satis dicatur dispositum per vnionem prius factam, & istud ius ex electione prædicta competēs præseruatur per clausulam,* dummodo non alteri ius quæsitum. Et in Oscen. indulti infra relata *n. 165.*

Et in causa † Tarraconen. Canonicatus seu officij 142
pœnitentiarij 5. Iun. 1596. coram D. Corduba fuit resolutum, *tam erectionem pœnitentiarij, quam vnionem Canonicatus, & præbendæ, solius Episcopi arbitrio relictam per Concilium* sessione 24 de reform. ca. 8. *ibi* ab Episcopo instituatur, *vnde solus Episcopus absque vllo Capituli consensu potuit prædictum officium erigere, vt sæpius censuit Sancta Congregatio, nec vlla opus esse confirmatione Apostolica, vt clare Concilium disponit, & S. Congregatio censuit, & sic nominationem pœnitentiarij, at vnionem præbendæ vacaturæ ab Archiepiscopo successore factam, & à Papa confirmatam non habere locum, cum facultas erigendi pœnitentiarium à Concilio Episcopis concessa, per primam erectionem, ac vnionem expirauerit ad* l. boues § hoc sermone de verbor. significat. *nec obstare confirmationem Apostolicam,* cum

cum in ea non sit Papa narrata erectio, & vnio antea facta, & sic sit surreptitia. & sic etiam non obstare clausulam, sublata, & decreti irritan. alias per prægnantes in confirmatione appositas, cum regulentur à principali dispositione, & sic stante nullitate gratiæ vel speretur, &c.

143 Et quamuis † in Concilio Prouinciali Compostellano *act. 3. decreto 32.* statuatur quod prouisio Pœnitentiariæ fiat præuio edicto, & concursu, id tamen non videtur vsu receptum nec id seruant Episcopi, sicut nec alia pleraque declarata illius Concilij, & licet Rota in d. Abulen. id remiserit ad S. Congregationem, an concursus ab Episcopo fieri debeat ad Pœnitentiariam, concludendum videtur, eum non requiri, nam Concilium solum ad Parochiales requirit concursum, & ita dicitur in d. executorialibus.

144 Id autem, † quod dictum est, electionem personæ Pœnitentiarij quandocumque faciendam ad solum Episcopum pertinere, non procedit vbi officium Pœnitentiarij, & vnita Præbenda vacat in mense Apostolico, vel adest alia reseruatio, seu affectio, nam tunc ad Papam pertineret ratione reseruationis, & ita per S. Congregationem Concil. responsum est Episcopo Salamantino, & Tirasonen. his verbis, *cum Sanctissimus, referente Congregatione, declarauerit, institutionem officij Pœnitentiarij, nec non electionem quandocumque faciendam ad solum Episcopum absq; consensu Capituli pertinere, collationem autē Præbendæ vnitæ ab illis fieri debere, ad quos antea spectabat, quæritur si officij Pœnitentiarij, & vnita Præbenda vacatio contigat in mense Apostolico, vel alias Præbenda esset reseruata, vel affecta, an electio personæ huiusmodi Pœnitentiarij pertineat ad Episcopū, vel ad Sāctissimū D. nostrū? Congregatio Conc. re bis diligenter discussa, citatis etiā procuratoribus Episcoporū quorū interest, & eorum visis allegationibus, censuit pertinere ad suam Sanctitatem.*

Et fuit resolutum per Rotam in d. Maioricen. Canonicatus adducta *d. c. 1. n. 760.* quæ est videnda, & ibi dicta, postillæ tradit Gonçalez *glo. 9. §. 2. à numero 84.*

Ex quibus infertur, quod occurrente vacatione
145 Pœnitentiariæ † Sede Episcopali vacante, Capitulum non poterit illam prouidere, & pœnitentiarium eligere, esto collatio præbendarum sit communis Episcopi, & Capituli, vel etiam solius Capituli, ex quo electio personæ, & prouisio officij pœnitentiarij ad solum Episcopum spectat, vt dictum est. & Capitulum Sede vacante non succedit in prouisione Beneficiorum ad Episcopum spectante, *c. illa ne Sede vacante*, & dicetur infra *c. 7.* & censuit S. Congregatio super *d. cap. 8.* ibi *ab Episcopo instituatur sola, absq; cōsensu Capituli, etiam, ab eodem solo eligatur, & licet vacaret Sedes Episcopalis, c. ap. nihil potest, etiam quod eo tempore pœnitentiarius moreretur.*

146 Sed eius prouisio, & electio pœnitentiarij spectabit † ad Papam priuatiue stante reseruatione *reg. 2. Cancellariæ de Benef.* ad collationem, præsentationem electionem, & quācumque aliam dispositionem liberam Episcoporum pertinentibus, vacantibus de tempore vacationum Episcopatuum, de qua sup. *ca. 1. à n. 221.*

Ad quod faciunt tradita *dict. cap. primo numero*
147 754. vbi diximus † in pœnitentiaria alternatiuam intrare etiam in Ecclesiis, vbi collatio Præbendarum est communis Episcopi, Capituli, vel solius Capituli.

Cessante vero dicta reseruatione † reseruaretur 148
futuro Episcopo, nisi Papa præueniret. Et facit etiā in proposito sequens declaratio S. Congregationis Concil. *Præbenda pro Pœnitentiario Capitulo Sede vacante assignari non potest, sed ab Episcopo est præstādum est c. 1* ne Sede vacante.

Quamuis ista † declaratio videtur loqui in prima 149
assignatione præbendæ pro pœnitentiario, & procedit vbi non fuerat per Episcopum pœnitentiarius institutus, & electus cum vnione præbendæ proxime vacaturę iuxta dictum decretum Concilij.

Nam alias recte † posset Capitulum Sede vacan- 150
te assignare, & conferre pœnitentiario antea instituto, & electo primam præbendam vacantem in mense ordinario, vbi collatio præbendarum erat cōmunis Episcopi, & Capituli, vel solius Capituli, quo casu Capitulum Sede vacante potest conferre, c. vnico *ne Sede vacan. in 6.* & non intrat reseruatio *d. reg. 2.* & etiam vbi collatio præbendarum esset solius Episc. seclusa reseruatione *d. reg. secunda.* ex quo collatio talis Præbendę erat debita pœnitentiario, atq; adeo necessaria, in qua succedit Capitulum Sede vacante, vt dicetur infra *dicto capite septimo à numero* 55

Infertur etiam ex dictis pœnitentiariam posse
resignari, † sicut alias præbendas, etiam in fauorem 151
alterius, dūmodo habeat qualitates requisitas, & dari in coadiutoriam, & ita seruatur.

Et de qualitatibus † requisitis in pœnitentiario 152
vide dicenda infra *7. part. cap. 4 à nu. 52. & cap. 7. nu.* 49.

Secundo dubitatur † de præbenda lecturæ ad cu- 153
ius dispositionem, & prouisionem pertineat.

In quo præmittendum † est decreto S. Concilij
Tridentini *sess. 5. de refor. cap. 1.* statutum esse, quod in 154
Ecclesiis, in quibus Pręebenda aut pręstimonium, seu aliud stipendium pro lectoribus S. Theologię deputata reperiuntur de cætero, non nisi personis idoneis, & quæ per se ipsos id munus explicare possint, conferantur, & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida, in Ecclesiis autem Metropolitanis, vel cathedralibus, si ciuitas insignis, vel populosa, ac in collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido etiam nullius Diœcesis si ibi clerus numerosus fuerit, vbi nulla pręebenda, aut pręstimonium, seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, pręebenda quomodocumque, pręterquam ex causa resignationis, primo vacatura, cui onus incompatibile iniunctum non sit, ad eum vsum ipso facto perpetuo constituta, & deputata intelligatur, & cętera.

Nihilominus tamen ad hoc, † vt talis pręebenda 155
primo vacatura si Theologalis, & in Theologalem maneat erecta, requiritur actualis deputatio ex declaratione Papę, & S. Congregationis, vt in declarationibus sequentibus. *Congregatio Concilij censuit Sanctissimo approbante illius sententiam ad erectionem Præbendæ Theologalis requiri actualem deputationem. Et ideo si in prouisione præbendæ, non fuit facta actualis deputatio, non posse prouisum compelli obire munus lecturæ.* Alia *præbenda, quæ primo post confirmationē Concilij vacauerit, an ipso facto eiusdem Concilij decreto huius capituli* versiculo in Ecclesiis autem *pro lectore Sacræ Scripturæ perpetuo constituta, & deputata intelligitur, si collata fuerit ad id munus inhabili per se explicare, an inualida sit? Sanctissimus sentiens hoc decretum Concilij esse conditionale, requiriq; prius*

declarationem, & actualem deputationem Episcopi, vt illa prabenda sit Theologalis, respondit valere collationem Prabenda, qua primo post concilium vacauit factam persona magis idonea ad sacram scripturam per seipsum interpretandam, si nondum illa Prabenda actu fuerit deputata, & erecta in Theologalem, nec est in optione Episcopi Prabendam vacantem assignare pro Pœnitentiario, licet ratione Cura animarum videatur magis necessarius, sed pro Theologo propter verba huius decreti ipso facto, verum si magis expediens in aliquo loco particulari fuerit iudicatum, vt prius de Pœnitentiario prouideatur, habenda est confirmatio in specie à Sancta Sede Apostolica, ad omnem difficultatem tollendam.

156 De quo alias † S.Congregatio censuit, quod satisfit Concilio etiam Theologiam scholasticam legendo, quia Concilium indifferenter loquitur de scriptura, & Theologia, & facit cap. quia nonnulli de magistris, &c. nec multum discrepat Concilium prouinciale Compostellanum actione 2. decreto 36. vbi dicitur, quod dummodo sub aliquo scripturæ loco versetur, lectio poterit ad morales casus, & dubia scholastica se interim conuertere, & Concilium Prouinciale Toletanum actione secunda decreto vigesimo octauo.

157 Censuit etiam S.Congregatio, † quod de tempore & hora, & materia scriptura, & Theologia, qua in sacra scriptura continetur, super qua legendum sit, relinquitur arbitrio Ordinarij, & quod potest ipse lector vacare à lectione tribus mensibus Iulij, Augusti & Septemb. consonat d. Concilium Compostellanum d. actione 2. decre. 36. & 39.

158 In concordia tamen facta † inter Episcopos, & Capitula dictæ Prouinciæ Compostellanæ confirmata à Pio V quæ habetur ad finem dicti Concilij impressi Salamanticæ anno 1594. dictum cap. 36. vbi cauetur, quod deputatus ad legendum S.Scripturam legere debeat tempore, & loco, ac materiam ab Episcopo designandam, declaratur id fieri saltem de cõs. Cap. &c.

Censuit etiam S. congregatio, quod non potest compelli lector, ad ponendum substitutum quando ex cau-
159 sa † infirmitatis sanabilis impeditur, quominus per seipsum legere valeat, eo vero casu quo quis esset substituendus, electio substitut. ad Episcopum spectat. Alia de Canonico Theologo, seu lectore vide supra 3. par. c. 2. n. 118.

His præmissis, ad dubium propositum deuenien-
160 do, distinguendum † est inter Præbendas Theologales seu lecturæ erectas, & deputatas ante Concilium, & inter Præbendas Theologales, seu lecturæ, erectas, & deputatas post Concilium ex dicto decreto.

Et quod attinet ad erectas, ante Concilium, cer-
161 tum est seruandum † esse, quod ante Concilium, & earum collationem, & prouisionem ab illis fieri debere, ad quos antea spectabat, cum Concilium in hoc nihil disponat, ad l. commodissime ff. de liber. & posthu. Et ita censuit S. Congregatio vt in seq. declaratione super d. c. 1. ibi conferantur, à quo autem hæc collatio fieri debeat, Concilium non expressit, quare pertinere ad eum, ad quem antea spectabat. Et in d. declarationibus statim adducen.

162 Quod vero † attinet ad Præbendas Theologales erectas post Concilium S. Congregatio censuit electionem personæ, seu electionis, ad solum Episcopum spectare, collationem autem Præbendæ ad illos, ad quos antea spectabat, vt in seq. declarationibus super d. c. 1. ibi constituta, & deputata intelligatur, cuius collationem reliquit illis, ad quos de iure ante Concilium spectabat collatio eius Prabenda, qua deinde ex hoc decreto Concilij fuit erecta in Theologalē, electio vero soli Episcopo competit, quia à Concilio in hoc decreto, cum de substituto deligendo agitur, soli Episcopo datur electio, adiuuat exemplum Pœnitentiarij, licet sit conceptum aliis verbis. Secunda, electio lectoris soli Episcopo competit, nec successori præiudicium fit, si aliter per prædecessorem fuit seruatum, & id intelligendum est de his Canonicatibus Theologalibus, qui erecti non sunt ante Concilium, si vero erecti essent ante Concilium, seruandum est, quod ante Concilium. Tertia, hoc decretum habet locum etiam in Ecclesiis Collegiatis, quarum Prabenda sunt de iure patronatus Laicorum, vt deputetur Prabenda primo vacatura concurrentibus omnibus requisitis, prout in præsenti, & persona non erit nominanda ante vacationem, & electio personæ spectabit ad Episcopum, collatio vero, ad quem legitime spectabit ante deputationem prædictam. Quod non aduertit, nec distinxit Gonçalez glossa nona §. secundo à numero 2.

Et in vna † Oscen. indulti 10. Decem. 1599. & 5. De- 163
cem. 1601. coram D. Milli. fuit resolutum vt quod tribus Concil. Trid. Episcopo eligendi, seu nominandi lectorem, & Pœnitentiarium, cui fiat collatio ab eo, ad quē spectat ius conferendi, esse considerabile, & tale, vt in eo habeat locum reg. de non tollen. iure quæsi. tanto magis cum istud ius sit perpetuum, & iurisdictional. & reg. præseruet ius quodcūque etiam minimum, vt fuit resolutū in causa Burg. iuris sepeliendi 10. Iunij 1575 coram Cas. de Graf. & in Cæsaraugust. exemptionis 13. Iun. 1594. coram Seraph. cuius reg. requiritur specialis derogatio, etiam quod Papa intellexerit præiudicium, vt fuit resolutum in d. causis, & aliis. Nec obstat, quod reg. non habet locū, quando tollitur ius competens ex disposit. iuris communis, quia etiam in hoc casu est locus reg. Sarnen. ibi q. 6. Put. decis. 31. l. 1. Ptolemans 81. Peregrinus 24. libro secundo. nisi versemur in gratia exemptionis, vnionis, vel alia simili de sui natura præiudiciali, in quibus terminis procedit deci. Cassad. 1. de priui. & in causa nullius de Stepa coram Seraphino, neque etiam obstat, quod reg. habet solum locum in iure radicato, & perfecte quæsito, quia ius nominandi succedente vacatione, est plene, & perfecte quæsitum, & sufficit, quod tollatur ius in spe habens causam de præterito. Sarn. q. 4. n. 14. 2. casu Put. decis. 4. super ead. reg.

Et id videtur procedere, quando talis Præbenda 164
vacaret in mense ordinario, nam si vacaret in mense Apostolico, vel alias esset reseruata, seu affecta electio personæ & collatio spectaret ad Papam sicut dictum est in Pœnitentiaria, licet contra teneat Zerola dicens semper spectare ad Ordinarium, tamen praxi Episcopali. p. 1. verb. Beneficiū. § 3. d. 4. & verbo Præbenda Theologalis. § 4. vt supra capite primo numero 532.

In Regnis tamen Coronæ Castellæ, & Legionis 165
Præbendæ istæ lecturæ erectæ, & institutę ex d. decreto Concilij in quocumque mense vacent, prouidentur per Episcopos, & Capitula ad instar Canonicatuum Doctoralium & Magistralium, de quibus statim dicemus, & ita obseruatum est, ex quo erectæ & institutæ sunt: Et ita videtur supponi per Concilium Prouinciale Compostell. actio 2. decreto 34. & Tolet. licet non tam clare act. 2 decreto 28. vers. & vera, vbi statuitur prouisionem etiam Præbendæ lecturæ debere fieri præuio edicto & examine in cōcursu, &c. quæ consuetudo 40. annis præscripta valebit, sal-

saltem in non reseruatis c. fin. de consuet. & ibi Dd. cum aliis.

Quamuis in vna † Toletana Canonicatus lecturæ coram Sanctissimo Clemente VIII. tunc Rotæ auditore, fuit resolutum in ea, nec Bullā Sixti IV. nec Leonis X. locum sibi vendicare, vt in seq. decisionibus.

Toletana Canonicatus 22. Iun. 1583. coram D. Aldobrandino.

VAcante Canonicatu lectionis S.Scripturæ Ecclesiæ Toletanæ Capitulum 14. Nouem. 1578. decreuit apponenda esse edicta, vt qui voluerint se opponere, possint cum termino 60. dierum incipien. 15. eiusdem mēsis Nou. in termino comparuerunt plures qui se opposuerunt, & inter alios Don Gabriel de Cardenas, & Lupus Barrio, & die 23. Febr. Capitulum deuenit ad vota, & singulis Canonicis delatum fuit iuramentum de eligendo illum, quem iudicabit magis idoneum, & sufficientem; prima vice qua votarunt, habuerunt plura vota, & æqualia, Petrus Martinus Lupus Barrio, & Don Gabriel. Secunda vice, in qua actum fuit de illis tribus plura, & æqualia habuerunt Don Gabriel, & Lupus. Tertia vice, in qua de his duobus tantum egerunt Canonici, ambo habuerūt æqualia vota, nempe singuli 17. vnde dum votaretur, an negotium esset remittendum ad aliam diem, vel illico tradenda possessio D. Gabrieli, vt nobiliori, plura habuit vota D. Gab. quod si traderetur possessio, prout tradita fuit, verum, quia pro parte Lupi fuerit appellatum, & introducta lis, quæ tandem fuit commissa in Rota, prætendebat Lupus se præferendum esse, eo, quia probauit per testes se magis idoneum, & aptum ad munus huiusmodi lectionis, & tanquam talem, vel præferendum ratione constitutionis Synodi Prouincialis editæ de anno 1566. vel saltem vigore Motus proprij Leonis X. negotium foret dirimendum, vice versa prætendebat D. Gabr. se omnino virtute Bullæ Sixti ratione maioris nobilitatis præferendum, dubitatur itaque supradicta die an in casu & ad effectum, de quo agitur, intret dispositio Sixti, vel potius d. schedulæ Motus proprij Leonis, super qua non apparent expeditæ literæ, vel d. constitutionis Synodalis? Domini autem concluserunt in casu de quo agitur, nec Bullam Sixti, nec Motum proprium Leonis sibi locum vendicare, ratio fuit, quia ambæ constitutiones, siue dispositiones loquuntur de Canonicatibus Doctoralibus institutis à Sixto, qui conferri debent Magistro, vel Licentiato in Theologia, & Doctori, vel Licentiato in altero iurium; vnde, cum hæc Præbenda longe postea ex decreto S. Concilij Trid. sess. 5. cap. 1. de reform. fuerit erecta pro lectore S. paginæ, forma tradita circa collationem sup. erectarum, non potest extendi, nec arctat Capitulum ad illam obseruandum in collatione huius Præbendæ pro lectore S. Scripturæ noniter erectæ, & consequenter modus illam conferendi, & quæ qualitas sit magis attendenda, vbi de prælatione vnius, vel alterius agitur, remanet in dispositione iuris communis, vnde, cum S. Synodus Trid. solum mandet hanc Præbendam conferri idoneo ad hoc munus peragen. nō autem arctet ad eligendum magis idoneum, & non negetur, quin Don Gabriel esset etiam idoneus, & cum ipse sit in possessione Præbendæ huiusmodi, non haberet Lupus ius amouēdi hanc Præbendam ab eo, si nihil, præter Bullam Sixti, & Motum proprium Leonis contra ipsum allegaret. Verum, cum ab eo allegaretur quoque constitutio Concilij Synodalis, ea clara est, mādat enim præfici eidem muneri illum, qui magis idoneus ad id explicandum visus fuerit, alias factam prouisionem irritat; cum itaque sit eligendus secundum hanc constitutionem magis idoneus, & magis aptus, ad explicandum hoc munus legendi, & testes omnes sint concordes, quod D. Lupus est magis idoneus, qui bonas rationes adducūt, & id confirmatur ex articulis ipsiusmet Don Gabrielis, qui quo ad hanc aptitudinem nunquam articulat se æqualem Lupo, maioritas enim idoneitatis inspicitur respectu indulgentiæ Ecclesiæ, vt eligatur, qui est vtilior Ecclesiæ, & quo Ecclesia magis indiget, Decius in c. constitutis, n 7. de appellatio. & respectu negotij, de quo agitur, argumento eorum, quæ tradit Decius in c. referente n. 8 de Præb. cum aliis allegatis, præsertim cum constitutio habeat expressum decretum irritans c. dilecto vbi Abb. de Præb. Cassador. super reg. decis. 12. numero 5. cum similibus an autem sit attendenda hæc constitutio ab eo pendet, an quo ad eam fuerit necessaria confirmatio Sedis Apostolicæ, quatenus fuerit necessaria, an ea adfuerit.

In eadem 18. May 1584. coram eodem.

IN causa Toletana Canonicatus dubitauerant 22. Februa. 1584. an D. Lupo Barrio suffragaretur decretum Concilij Prouincialis celebrati de anno 1566. in quo c. 28 fuit statutum, quod Præbenda lectionis S. Scripturæ daretur per concursum magis idoneo, cum decreto, quod alias facta prouisio sit nulla? quæ difficultas à duabus pendet difficultatibus; prima, num hæc constitutio possit dici contra ius commune, & propterea indigeret confirmatione Apostolica; altera, an adesset talis confirmatio? quia propter supradicta die proposita causam super his difficultatibus, & præcipue super prima, & Domini concluserunt, constitutionem esse contra ius, consequenterque indiguisse confirmatione, & de confirmatione hucusque non constare, quamuis enim ante factum iura clament, magis idoneum esse eligendum c. licet 9. 8. quæst. prima ibi, vt sciant omnes, & certi sint quod, qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligatur ad Sacerdotium. cap. illud eadem quæstione & causa capite quoniam de iure patron. ibi, ille præficiatur Ecclesiæ qui maioribus iuuatur meritis capite Metropolitano 63. distinctione in fine ibi, ex Presbyteris eiusdem Ecclesiæ, vel Diaconis optimus ordinetur capite vilissimus 1. quæstione prima capite secundo de officio custodis ibi, vt ad hoc opus tales ordinentur, quales, & meliores, & sanctiores esse videntur, tamen electio facta de digno omisso digniori, tenet cap. cum nobis olim de electione capite nisi cum pridem §. pro defectu de renuntiatione cap. fin. de præsumptio. c. quia propter, iuncto c. cum in cunctis de electione c. constitutis de appellat. c. Monasterium 16. q. 7. gl. in d. cap. constit. verb. magis. & in c. 3. de iure patro. & in d. c. fi. de offic. custodis Abb. in d. c. constitutis num. 63. Butrius, n. 15 Cardin. sub nu. 4. Præpositus sub num. 2. Decius num 4. late Lamber. de iure patron in 1. p. 2. l q. 10. art 3. Soto de iustitia & iure lib. 3. q. 6. articul. 2. in 8. conclusione, Couarru. qui Canonistas, & Theologos cumulat in regul. peccatum in 2. parte §. 7. vers. his demum quod procedit, etiam stante iuramento de eligendo magis idoneo de consuetudo, vbi Cardin. numer. 2. Præposit. n. 2. Couar. vbi sup. vers. 2. probatur, tam, & si eligens dignum, prætermisso digniori, mortaliter peccet, & aliquando etiam mortaliter, Decius in d. c. constitutis n. 5. Soto de iustitia & iure d. lib. 3 artic. 2. in 9. conclu-

sione, Couarru. vbi supra vers. igitur iura humana, & impediens, ne dignus eligatur, vel ne dignior eligatur, nunquam etiam ad restitutionem tenetur, Couarru. vbi supra in 3. & 4. conclusione, decretum ergo Concilij Prouincialis annullans electionem factam de digno, omisso digniori, contra ius dicitur, ex quo ius commune talem electionem approbat ob salutem reipublicae, ne litibus omnia inuoluantur, prout fieret, si electio, vel collatio facta digno, omisso digniori, non teneret, vt supradictum est, & consequenter non tenet sine Papae confirmatione c. quod super his de maioritate. & obedientia, & ibi Abbas in 2. notab. & Felinus late numero secundo cum aliis allegatis Non obstat, quod quando constitutio inferioris coadiuuat constitutionem Superioris, teneat, vt quando adauget poenam, vt per Felinum in capite quod super his numero nono versiculo fallit septimo quia non applicatur, hoc enim non est coadiuuare dispositionem iuris communis, sed illi omnino obuiare, cum contrarium statuatur eius, quod ius cōmune disponit. ius n. cōmune expresse disponit validam esse electionē factam de digno, omisso digniori, & cōstit. dicit illam inualidam. iura enim ob difficultatem perpensionis, & aequilibrij meritorum cuiuslibet consulendo, vt dicebam quieti reipublicae statuerunt validam esse electionem factam de digno, omisso digniori, ne inuoluatur vniuersa respublica maximis & acerbissimis litibus, quales sunt illae, in quibus de meritis hominum agitur, quotidie enim merita, & demerita cuiuslibet essent in foro ventilanda, & propterea, cum constitutio disponat super eo, quod disponit ius commune, & contrarium statuat, non tenet; quemadmodum enim dicitur contra ius constitutio Episcopi, quod electio facta, vno contempto, sit nulla, eo, quia ius commune disponit eam validam, licet ab initio dicat omnes vocandos, licet dicat illam cassari posse Ioannes Andreas in additione ad Specul. titulo de electione Imola in capite ex tuae numero vndecimo de clericis non residentibus, Felinus in dicto capite quod super his columna 7. in principio ita pariter dicitur contra ius ista constitutio, quae annullat electionem, quam ius commune disponit validam esse, vt supradictum est, nec potest dici hanc esse constitutionem contra communem opinionem, non autem contra ius, quia iure iura ita disponunt vt supradictum fuit, & maxima ratione per ea, quae supradicta fuerunt, neque facit, quod Superior possit adiurare, vt melior eligatur, quia nihilominus, non obstante iuramento, vt supradictum fuit, tenet electio de digno. Non obstat quarta fallentia Felini, quod teneat constitutio inferioris, quando acceptatur à subditis, quia vltra quod Felinus nulla deducit contra hanc conclusionem in dicto capite quod super his in quarta fallentia numero septimo in facto non verificatur; cum igitur Lupus docere debeat de confirmatione, de ea hucusque secundum Dominos non docet, nam confirmatio Pij V. producta non est generalis, sed particularis nonnullorum decretorum, inter quae non est illud, de quo agitur. cum enim Capitula Ecclesiarum Cathedralium conquererentur de nonnullis decretis d. Concilij, & per Illustrissimum Cardinalem S. Marcelli tunc Nuntium Hispaniarum fuissent Capitula, & Episcopi reducti ad concordiam, & declarata quaedam decreta dicti Concilij, & quaedam alterata, haec concordia confirmata fuit à Pio V. non autem apparet de confirmatione generali totius Concilij, non etiam in actis constat Concilium istud fuisse transmissum ad Cardinales Sacrae Congregationis, nec, quod à Sacra Congregatione reuisum fuerit, si autem aliunde pro parte Lupi praetendatur colligi posse confirmationem, de eo particulariter agetur.

167 Sed posthaec scripta † vidi Hieron. Gonçalem ad regulam mensium glossa 9. §. 2 qui ex numero 81. agit an huiusmodi Canonicatus, & Praebendae lectionis sacrae Scripturę comprehendantur in reseruat. regu. & resoluit comprehendi, nam cum Concilium, d. cap. 1. sess. 5. nihil de hoc disponat, remanet sub dispositione iuris communis, & d. reg. quamdiu de aliqua lege speciali, seu priuilegio aliud disponente non doceatur l. commodissime de liberis & posth. cum aliis, & ad id adducit declarationem Sacrae Congregationis Concilij dicentem. *Non comprehenduntur sub hoc decreto Praebendae vacantes in mensibus reseruatis, nec talis deputatio, & constitutio habet locum in Canonicatibus, & Praebendis Sedi Apostolicae reseruatis, & affectis.* Quae tamen declaratio non loquitur de Praebendis S. Scripturę iam erectis, & deputatis, sed de erigendis, & deputandis, vt patet ex ipsius verbis, & ita eam adduximus sup. n. 128 nihilominus, inquit idem Gonçalez ibi n. 86. se videre, quod communiter in Hispania in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, imo & in nonnullis Collegiatis Canonicatus, & Praebendae Theologales lectionis S. Scripturae prouidetur per concursum in quibuscumque mensib. vacent indifferenter ac si essent Prebendae Doctorales, & Magistrales & non conferuntur à Sede Apostolica sicut caetera Beneficia reseruata. Sed quo iure hoc fiat, se bene informatum non esse, verisimile tamen esse, quod sit aliquod indultum Apostolicum, aliter namque non seruaretur in praxi. Et quia Eccles. Metropol. Caesaraug. Clemens VIII. in erect. quam de illa fecit de statu regulari in secularem anno 1603. concessit, quod prouideat per concursum Canonicatum Doctoralem & Magistralem ad instar Regni Castellae iuxta constitutionem Sixti IIII. & Leonis X. & etiam Canonicatus S. Script. & poenitentiariae, dummodo, si vacant in octo mensibus Apostolicis, sit noua prouisio obtinenda, vt ait nu. 80. ex quo tamen non colligit adesse aliquod indultum in Regno Castellae, sed potius cōtrarium, cum in eo absolute prouideantur Canonicatus Sacrae Scripturae ad instar Doctoralium, & Magistralium, & nunquam obtineatur noua prouisio, & si in Regno Castellae esset indultum ad id, non poneretur in d. indulto Ecclesiae Caesaraugustanę onus illud de obtinenda noua prouisione, vel saltem, ait Gonçalez, pro vtilitate communi ex hoc resultante Sanctissimos Pontifices maximos dictas prouisiones minime ignorantes ex certa scientia tolerantes indulgere censeri; nā tolerantia Papae, & Superioris inducit dispensationē & actus validitatem. cap. quia circa vbi gloss. fin. in fin. de consanguin. & affinitat. & ibi Butrius n. 7 Abb. numer. 8. & caeteri, Iason in l. rem non nouam à num. 4. vsque ad 8. C. de iudic. cum aliis. Sed certe supposito, quod d. Canonicatus cadant sub reseruationibus ex sola scientia, & tolerantia Papae, non inducitur indultum, aut dispensatio ad eos prouidendos, cum multa per patientiam tolerentur, &c. cap. cum iam dudum, de Preb. Abb. d. num 8. & alij, & dixi alias sup. num. & facit quod tradit Selua de Benefic. 3. p. q. 10. 3. casu n. 15. vltra quod non satis constat de dicta scientia Papae Nec à reseruatione excusat non receptio, vt supradictum est n. 518.

Tertio dubitatur † de Canonicatibus, & Praebendis Doctoralibus, & Magistralibus, ad quorum prouisionem, & dispositionem spectant? 168

In quo breuiter † dicendum est per Bullam Sixti IIII. & motum proprium Leonis X. in singulis Cathedralibus Ecclesiis Regnorum coronę Castellae, & 169

Legionis

Legionis erectum fuisse & institutū vnum Canonicatum, & Praebendam pro Doctore, vel Licentiato in vtroque vel altero iure, qui dicitur Doctoralis & alterum pro Magistro seu Doctore, vel Licentiato in Theologia, qui dicitur Magistralis, ab Episcopo eius voto pro vno computato, & Capit. per vota secreta, praeuio edicto propterea apponendo, de quo in d. Concilio Compostellano act. 2. decreto 34. ac publico examine, & iuramento, de eligendo magis idoneum Ordinaria authoritate prouiden. vt in sequen. Bulla Sixti IV. & scedula motus proprij Leonis X. ac literis super eo expeditis, vbi late ponitur forma in huiusmodi prouisionibus, & electionibus seruanda, & statuitur, huiusmodi Canonicatus sub reseruationibus non comprehendi, & cetera.

Bulla Sixti IIII.

Sixtus, &c. ad perpetuam rei memoriam, creditam nobis regendae militantis Ecclesiae prouidentiam exequi coadiuuante Domino cupientes, ad ea libenter intendimus, vt debemus, per quae singulae Orbis Ecclesiae, praesertim Cathedrales, personarum vtilium foelicitate praesidiis, ad altissimi laudem, & gloriam condignis honoribus, & venustatis proficiant incrementis, earumque bona, & iura à quorumcunque occupatione conseruari possint illaesa. Tādem pro parte venerabilium fratrum nostrorum vniuersorum Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac dilectorum filiorum Capitulorum Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Castellae, & Legionis Regnorum nuper exhibita petitio continebat, quod ipsarum canonicatus, & praebendae, tam Apostolica, vigore gratiarum expectatiuarum specialium, & aliarum reseruationum, & alias, quam ordinaria authoritatibus propter inordinatos fauores persaepe conferuntur iuris parum literatis, adeo, vt nonnunquam eueniat, quod nullus Ecclesiarum earundem Canonicus graduatus existat, cuius consilio, & auxilio, iura tueri, & bona occupata recuperari, & alia negotia vtiliter, & salubriter dirigi valeant, in non modicum Ecclesiarum earundem detrimentum & honoris, & reputationis diminutionem; & quod, si ex Canonicis, aut integris, vel dimidiis Portionariis cuiuslibet earūdē Ecclesiarū continuo vnus esset Magister, seu Licentiatus in Theologia, & vnus Doctor, seu Licentiatus in vtroque, vel altero iurium, profecto earūdem Ecclesiarum decori, & venustati, ac prospero, & felici regimini vtiliter, & salubriter prouideretur. Quare pro parte Archiepiscoporum, Episcoporum & Capitulorum praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt quod de caetero in qualibet earundem Ecclesiarū continuo sint duo Canonici in eisdem, vnus in Theologia, & alter iuribus Doctores seu Licentiati, statuere, & ordinare, aliasque eisdem Ecclesiis super hoc oportune prouidere de Benignitate Apostolica dignaremur; nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati authoritate Apostolica praesentium tenore statuimus, & ordinamus, quod de duobus Canonicatibus, & totidem praeb. qui primo per cessum, vel decessum, aut quamlibet aliam dimissionem illos obtinentium extra Rom. Curiam in quibusuis mensibus simul, vel successiue vacabūt in qualibet Ecclesiarum earundem, etiamsi dispositioni Apostolicae ex quauis causa, non tamen in prima vice, generaliter reseruati forent perpetuis futuris temporibus quoties illos vacare pro tempore contigerit, vnus, qui in Theologia Magister, seu Licentiatus, & alteri qui altero iurium Doctor, seu Licentiatus, existat, possit & debeat vna cum Capitulo cuiuslibet earundem Ecclesiarum Ordinaria authoritate prouideri in omnibus, & per omnia perinde, ac si aliquae gratiae expectatiuae speciales, vel generales reseruationes, & nominandi, seu nominantis conferendi facultates, & mādata à nobis, seu Sede Apostolica, vel eius Legatis, seu alias eius authoritate, & Regum, Ducum, Principum, vel Praelatorum, aut quauis alia consideratione, nullatenus emanasset, seu in posterum emanarent, ita tamen, vt de eis, qui primo Doctori, vel cum rigore examinis Licentiato in altero iurium, & aliis, qui postmodum vacabunt simul, vel successiue Canonicatibus, & Praebendis huiusmodi Magistro, vel Licentiato in Theologia prouideatur, & inter Doctores, & Licentiatos eosdem ad illos pro tempore nominatos illi qui de nobili genere procreati forent, aliis non nobilibus, & inter ipsos nobiles, qui ex vtroque parente nobiles forent, nobilibus ex altero, & inter ex vtroque vel vno latere nobiles de maiori nobiliū genere procreati de minori nobilium genere procreatis, per eosdem Ordinarios collatores, & Capitula praeeligantur, qui, si in eadem Ecclesia, & alias sic qualificati reperiantur, aliis praeferantur; sicque perpetuis futuris temporibus obseruetur, decernentes ex nunc omnes, & singulas gratias acceptationes, prouisiones, vniones, annexiones, & incorporationes, & alias dispositiones, processus, sententias, & censuras desuper, necnon totum id, & quicquid secus super his à quoque quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irrita, & inania nulliusque roboris, vel momenti, necnon canonicatus, & Praebendas, quos, vt praefertur, vacare contigerit in qualibet Ecclesiarum earundem Doctorum, & Licentiatorum in Theologia, & altero iurium, canonicatus, & Prębendas nuncupari debere, & aliis, quam Doctoribus, & Licentiatis praedictis conferri non posse, & illos ordinaria duntaxat authoritate conferri, & sub praedictis, & quibusuis aliis gratiis, expectatiuis specialibus, & generalibus, reseruationibus, vnionib. & incorporationib. extinctionibus, & legatis, & aliis cōcessis, & concedendis, facultatibus non comprehendi, nec non irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus praemissis, &c. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicae 1474. Calen. Decem. Pontificatus nostri Anno 4.

Cuius Bullae tenorem in parte refert post haec visus Hiero. Gonçalez ad reg. de mensib. glo. 9. §. 2. numero 2.

Motus proprius Leonis decimi.

Motu proprio. Cum dudum Fel. recor. Sixtus Papa IV. praedecessor noster pro salubri statu, honore, & venustate Metropolitanarum, & aliarum Ecclesiarū Cathedralium Castellae, & Legionis Regnorum inter alia, per quasdam statuerit, & ordinauerit, quod de duobus canonicatib. & totidem praebendis in Toletana de tribus, qui ex tunc per cessum vel decessum, ac quamuis aliam dimissionem illos obtinentium extra Romanam Curiam in quibusuis

mensibus simul, vel successiue vacauerint, in qualibet Ecclesiarum earundem, etiamsi dispositioni Apostolicæ ex quauis causa generaliter reseruati forent, dummodo non in prima vice perpetuis futuris temporibus, quoties pro tempore vacarent vni Magistro seu Licentiato in Theologia, alteri Doctori seu Licentiato in altero iurium, per Archiepiscopum, seu Episcopum, & Capitulum cuiuslibet earundem Ecclesiarum ordinaria authoritate prouideri posset in omnibus, & per omnia perinde, ac si aliquæ gratiæ, expectatiuæ, reseruationes, &c. nullatenus emanassent, seu in posterum emanarent, ita vt de illis, qui primo Doctori, vel cum rigore examinis Licentiato in altero iurium, & de aliis, qui postmodum vacarent simul, vel successiue canonicat. & Præb. huiusmodi Magistro seu Licentiato in Theologia prouideatur, sicque perpetuis futuris temporibus obseruaretur & Canonicatus, & præbendas huiusmodi Doctorum, & Licentiatorum in Theologia, & altero iurium nuncupari debere, irritum quoque decreuit, &c. per alias suas literas voluerit, & itidem statuerit, quod de eisdem canonicatibus, & præbendis sub prioribus literis comprehensis, & illis duntaxat graduatis prouideri possit, qui in aliqua Vniuersitate studij generalis Regnorum Castellæ, & Legionis, seruatis seruandis, iuxta earundem Vniuersitatum statuta, ritus, & mores promoti fuissent, alias de illis pro tempore factæ prouisiones nullius essent roboris, vel momenti, & illi, quibus de canonicatibus, & præbendis huiusmodi pro tempore prouisum foret, in eisdem Ecclesiis personaliter residere teneantur, & si absque ordinarij, vel Capituli licentia vltra mensem abesse præsumerent, eo ipso collatis canonicatu & præbenda huiusmodi priuati, & perpetuo ad illos inhabiles existant, possetq; & deberet de illis sic vacantibus aliis graduatis, qui vellent, & valerent in ipsis Ecclesiis residere, alias iuxta priorum literarum tenorem prouideri, & deinde bonæ memoriæ Innocentius Papa VIII. etiam prædecessor noster per suas literas statuerit, & ordinauerit, quod nullus cuiuscumque dignitatis, &c duos canonicatus, & totidem præbendas ex illis, qui personis graduatis huiusmodi ordinati erãt, obtinere valeret, & tales canonicatus, & præbẽdas pro tempore obtinens apud Ecclesias, in quibus illos obtinebat, iuxta ordinationem Sixti prædecessoris huiusmodi residentiam facere teneretur, quodque si contingeret aliquas personas canonicatus, & præbendas præfatos pro tempore obtinentes de licentia Capitulorum prædictorum ad Rom. Curiam accedere, & in illa ab hac luce decedere, Ordinarij, & Capitula huiusmodi de eisdem canonicatib. & præbendis per obitum talium pro tempore vacantibus alias iuxta formã literarum Sixti prædecessoris huiusmodi libere disponere possent, prout in eisdem literis, quarum tenorem, &c. plenius continetur, nos dictarum Ecclesiarum fœlici successui consulere, vt literæ prædictæ cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis eo firmius obseruentur, quo clarius constiterit illas ea deliberatione approbatas qua concessæ fuerunt, prouidere volentes motu simili, & ex certa scientia, consideratione etiam charissimi in Christo filij nostri Caroli Romanorum, & Hispaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Capitulorum Metropolitanorum, & aliarũ Ecclesiarum Cathedralium, Regnorum Castellæ, Legionis Granatæ, & Nauarræ, nobis super hoc humiliter supplicantium literas Sixti & Innocentij prædecessorum huiusmodi, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis authoritate Apostolica approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decernimus, & quoad singulas Ecclesias Regnorum prædictorum, in quibus eisdem literis contrauentum, & de canonicatibus, & præbendis graduatorum huiusmodi, qui ex tunc vacarunt, per Sedem Apostolicam prouisum fuit in pristinum, & eum in quo illi, ac Ordinatij, & Capitula earum ante huiusmodi contrauentiones, & Apostolicas prouisiones quomodolibet erant, statum restituimus, reponimus, reualidamus, ac plenarie reintegramus, illasque ad omnes, & singulas Metropolitanas, & alias Cathedrales dictorum Regnorum, Granatæ, & Nauarræ in quarum singulis de duobus canonicatibus, & totidem præb. de cætero primo vacaturis personis in Theolog. & altero iurium, vt præfertur, graduatis, per Archiepiscopum, seu Episcopum, & Capitulum cuiuslibet earum Ordinaria authoritate prædicta duntaxat iuxta tenorem literarum Sixti prædecessoris huiusmodi prouideatur, extendimus, & ampliamus, & nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia, prout per Sixtum, & Innoc. & alios prædecessores præfatos statuta, & ordinata fuerunt, de nouo, ac quod Archiepiscopus, & Episcopus, necnon Capit. præfata, cum canonicatus, & præbendæ graduatorum huiusmodi apud Sedem pręfatam per obitum, vel resignationem in manibus nostris, vel successorum nostrorum Rom. Pontificum pro tempore faciendam, vacauerint, ad electionem personarum idonearum, vt præfertur qualificatarum, ac prouisionem canon. & præbendarum graduatorum huiusmodi sic apud Sedem Apostolicam vacantium alias iuxta formam literarum Sixti, & Innocentij prædecessorum huiusmodi, procedere, & electi. facta, electos pro tempore ad possessionem illorum, sic tamen quod electi infra quatuor menses nouam prouisionem desuper ab eadem Sede impetrare expedire, ac iura Cameræ Apostolicæ persoluere teneantur recipere, & admittere, necnon occurrente pro tempore vacatione canon. & præben. huiusmodi Capitula illos vni ex Canonicis earundem Ecclesiarum interim quod ad illorum prouisionem, seu electionem procedatur, commendare possint, ac lapso tempore edicti propterea apponendi Ordinarius, vel eius Vicarius infra triduum proxime seq. ad prouisionem, seu electionem huiusmodi de persona idonea, publico examine præuio, faciendam accedere teneatur, alioquin Capitula ad illa libere procedere valeant, & in huiusmodi electionibus ipsi electores iuramentum de eligendo magis idoneum, habito respectu ad vtilitatem Ecclesię, & mores eligendæ personæ præstare teneantur; quodque maiori parti votorum secreto de necessitate pręstandorum voto Episcopi, seu Archiepiscopi pro vno computato stari, & si nullus haberet maiorem partem votorum, duo habentes plures votos ad secundum scrutinium admitti debeant, & si vnus habuerit plures votos, & alij habuerint pares, de illis paribus fiat secundum scrutinium, quis illorum concurrit cum primo & istorum electus à maiori parte admittatur cum primo ad tertium scrutinium, & si iterum fuerint pares,

pares, sorte dirimatur quis concurrit cum primo, & si vltimo duo habuerint paritatem, etiam sorte dirimatur, & sors loco electionis, & prouisionis habeatur, quodque de huiusmodi canonic. & præbendis graduatorum huiusmodi non solum in Vniuersitatibus dictorum Regnorum graduatis, sed etiam Collegialibus Hispanis Collegij S. Clementis Bononiẽ. per bonæ memoriæ Ægidium de Albornoz fundati, ibidem iuxta eiusdem Collegij statuta, & ritus, & mores promotis, siue graduatis prouideri possit perpetuo statuimus, & ordinamus, & concedimus ac indulgemus: ac quod statuto, & ordinationi huiusmodi, seu etiam literis desuper conficiendis per quascumq; alias literas Apostolicas, & quasuis clausulas generales, vel speciales etiam derogatoriarũ derogatoriis efficaciores, & insolitas, ac etiam irritantia decreta sub quorumcumque verborum expressione, in se continentes nullatenus derogari possit, nec derogatum censeatur, & si derogetur, derogationes huiusmodi nemini suffragentur, & Ordinarij, & Cap. prædicta literis derogatoriis huiusmodi, & decretis super illis processibus, & illorum executoribus & subexecutoribus eorumque mandatis, & monitionibus, parere minime teneantur, sed eis firmiter resistere, & literarum huiusmodi executionẽ impedire, nec ratione resistentiæ huiusmodi aliquibus censuris, & pœnis Ecclesiasticis innodari possint, & si iudicari debeat, irritum quodque decernimus, non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis, & facultatib. ac literis Apostolicis contra tenorem indultorum prædictorum, aut præmissorum omnium, & singulorum quibusuis concessis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus, etiamsi ad illorum derogationem de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, & specifica expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, nõ per clausulas generales idem importantes, mentio habenda, seu alia exquisita forma seruanda foret, illarumq; tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes motu, scientia, & potestate prædictis derogamus, necnon quibusuis accessibus, & regressibus, ac coadiutoriarum deputationibus, & aliis concessionibus ad canonicatus, & præbendas graduatorum huiusmodi, etiam de consensu, & cum quibusuis clausulis, & decretis, etiã per nos, & Sedem prædictã pro tempore concessis, & factis, quas, & quæ sic tamen quod Ecclesiarum huiusmodi quoad gratias hactenus concessas expensis per consequi concesse fuerint, propterea factis restituere teneantur, cassamus, & reuocamus, annullamus, ac nullius roboris, vel momenti fore decernimus, necnon omnib. illis, quæ in singulis literis præfatis concessum fuit non obstare, & quæ pro expressis haberi volumus, cæterisq; contrariis quibuscumque cum clausul. opport. & consuetis. Fiat vt petitur I.

Et cum absolut. à censuris ad effect. cum approbat. in nouat. restitu. reposit. reualidat. reintegratio. extensio. ampliatio. statuto, ordinat. concessio. indulto, cassatione, reuocat. & annullatione. & decretis de & pro omnibus præfatis latissime extendendis in forma gratiosa, & cum deputat. executorum opportuna etiam sub censuris. & pœnis Eccles. cum potestate aggrauandi, reaggrauandi, & c inuocatoque etiã ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Et præmissorum omnium, & singulorum, & tenorum singularum literarum prædictarum, quarũ transumptus sigillo alicuius Prælati sigillatis, & manu Notarij publici subscriptis plena fides in iudicio, & extra adhibeatur, & aliorum necessariorum maior & verior, & latior specificatio, & expressio fieri possit in literis, & quoad canonicatus graduatorum innouantur literæ Sixti, & Innocentij, & extenduntur ad Cathedrales, & Metropolitanas Regnorum Granatæ, & Nauarræ, & si canonicatus vacarunt per obitum apud sedem iuxta literas Innocentij, & etiam resignationem, de quibus etiam possit prouidere Ordinarius in partibus personis qualificatis iuxta priuilegiorum tenores, & licet in priuilegiis Sixti dicatur, quod possit prouideri de istis canonicatibus & Pręhendis graduatis in Vniuersitatibus Regnorum Hispaniarum, priuilegium extenditur ad graduatos in Vniuersitatibus Regnorum Castellę, & Legionis, ac Collegij S. Clementis Vniuersitatis studij Bononiensis, & qui rite fuerint graduati in illis vniuersitatibus iuxta earum statuta pręuio rigoroso examine. Datis Romæ apud Sanctum Petrum vndecimo Cal. Aprilis Anno nono.

Et quamuis in decisione prima Toletana supra adducta dubio pręcedenti ad fundatur, quod super ista scedula Motus proprij Leonis non apparent literę expeditę, tamen in Ecclesia Palentina, & etiam in Burgensi habentur literę expeditę super ea, cum reformatione, aut earum transumptum, quod fuit pręsentatum in lite & causa super Canonicatu Magistrali Abulense inter Doctorem Camargo, & Doctorem Alfonsum Garcia tenoris sequentis.

LEo Papa X. ad perpetuam memoriam, in suprema Apostolicæ specula meritis licet imparibus diuina dispositione constituti circa statum, & honorem singularum, pręsertim Metropolitanarũ, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, quarum Cura nobis imminet generalis, fœliciter considerantes, solicitis studiis intendimus, & vt illę in suis statibus, & bonis pręsertim votiuis in spiritualibus, temporalibus ad omnipotentis Dei laudem proficiant incrementis, opem, & operam efficaces quantum nobis ex alto conceditur, fauorabiliter adhibemus, ac ea, quę propterea à prędecessoribus nostris Rom. Pontificibus prouide emanarunt, nostrę approbationis munimine solicitamus, & alias desuper disponimus prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum si quidem, Fel. recor. Sixto Papæ IV. prædecessori nostro pro parte vniuersorum Archiepiscoporum Episcoporum ac dilectorum filiorum Metropolitanorum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Castellæ, & Legionis Regnorũ exposito, quod ipsorum Ecclesiarum canonicatus, tam Apostolica vigore gratiarum expectatiuarum specialium & aliarum reseruationum ac alias, quam ordinaria authoritatibus propter inordinatos fauores per se conferebantur viris parum literatis, adeo, vt nonnumquam eueniret, quod nullus earundem Ecclesiarum canonicus graduatus existat, cuius cõsilio, & auxilio iura tueri, & bona occupata recuperari, & alia negotia vtiliter, & salubriter dirigi valerent in non modicum dictarum Ecclesiarum detrimentum, & honoris, & reputationis diminutionem, & quod si ex eis ... integros, vel ... Portionis cuiuslibet earundem Ecclesiarum continuo vnus esset Magister, seu Licentiatus in Theologia & vnus Doctor aut Licentiatus in vtroque, vel altero iurium, præfato earundem Ecclesiarum decori, & venustati, ac prospero, & fœlici regimini vtiliter, & salubriter prouideretur, dict. Sixt. præde-

cessor ipsorum Archiepiscoporum,Episcoporum,& Capitulorum huiusmodi supplicationibus inclinatus per quasdā suas literas statuit,& ordinauit, quod de duobus canonicatibus, & totidem præbendis, qui primo per cessum, vel decessum, aut quamuis aliam dimissionem illos obtinentium extra Rom.Curiam in quibusuis mensibus simul, vel successiue vacarent in qualibet Ecclesiarum earundem,etiam si dispositioni Apostolicæ ex quauis causa, non tamen in prima vice generaliter reseruati forent,perpetuis futuris temporalibus, quoties illos vacare pro tempore contigerit,vni,qui in Theologia Magist.seu Licen. & alteri qui altero iurium Doctor,seu Licen.existeret,posset & deberet vna cum Cap.cuiuslibet earundem Ordinaria authoritate prouideri in omnibus,& per omnia perinde, ac si aliquæ gratiæ expectatiuæ speciales,vel generales reseruationes, & nominandi,seu nominatis conferendi facultates, & mandata ab eodem Sixto prædecessore nostro,seu Sede Apostolica,vel suis Legatis,seu alias eius authoritate, & Regum,Ducum,& Principum vel Prælatorum, aut quauis alia consideratione nullatenus emanassent, seu in posterum emanarent,ita tamen,vt de eis, qui primo Doctori,vel cum rigore examinis Licentiato in altero iurium, & aliis, qui post modum vacarent simul,vel successiue, Canonicatibus, & Præbendis huiusmodi Magistro, vel Licentiato in Theologia prouideretur,& inter Doctores,& Licentiatos eosdem ad illos pro tempore nominatos,illi qui de nobili genere procreati forent aliis non nobilibus, & inter ipsos nobiles,qui vtroque parente nobiles forent nobilibus ex altero tantum,& inter ex vtroque, vel vnico latere tantum nobiles de maiori nobilium genere procreati per eosdem Ordinarios collatores, & Cap.præeligerentur,qui si in eadem Ecclesia beneficiati & alias sic qualificati reperirentur,aliis præferrentur,sicque perpetuis futuris temporalib. obseruaretur,decernens ex tunc omnes,& singulas gratias acceptationes,prouisiones,annexiones, & incorporationes,& alias dispositiones,processus,sententias, & censuras desuper, nec non totum id & quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter,vel ignoranter contingeret attentari, irrita, & inania,nulliusque roboris,& momenti, nec non canonicatus,& præbendas, quos, vt præfertur vacare contingeret in qualibet Ecclesiarum earundem Doctorum, & Licentiatorum in Theologia, altero iurium canonicatus & præbendas nuncupari debere,& aliis quam Doctoribus,& Licentiatis prædictis conferri non posse;& illos ordinaria dumtaxat authoritate conferri,& sub prædictis,& quibusuis aliis gratiis,& expectatiuis,specialib.& generalibus reseruationibus,vnionibus,& incorporationibus,extinctionibus,& legatis,& aliis concessis,& concedendis facultatibus,non comprehendi,nec non irritum,& inane, si secus super his à quoque quauis authoritate scienter,vel ignoranter contigerit attentari, deinde, vt ex literis optatus succederet effectus, per alias suas literas voluit & statuit, quod de huiusmodi canonicatibus & præbendis in eisdem literis Archiepiscopis, Episcopis, & Capitulis præfatis concessis comprehēsis, illis dumtaxat graduatis prouideri posset, qui in aliqua Vniuersitate studij generalis Regnorum Hispaniæ seruatis seruandis iuxta earundem Vniuersitatum statuta promoti pro tempore forēt, & aliis quātumcunq; graduatis extra Vniuersitates prædictas,& etiam in illis alias quam seruatis seruādis iuxta earundem Vniuersitatum statuta,ritus, & mores pro tempore factæ collationes de huiusmodi Canonicatibus, & præb.nullius essent roboris, vel momenti,& haberentur prorsus pro infectis,quodque illi,quib.de huiusmodi canonicatibus, & præbendis pro tempore prouisum foret,deberent,& tenerentur,in eisdem Ecclesiis personaliter residere,& si absque Ordinarij, vel capituli sui licentia vltra mensem se absentarent,eo ipso collatis canonicatu, & præbenda huiusmodi priuati, & perpetuo ad illos inhabiles existerent,possetque,& deberet de illis sic vacantibus aliis graduatis,qui vellent, & valerent in ipsis Ecclesiis residere, alias iuxta priorū literarum prædictarū tenorē prouideri.Et successiue piæ mem. Inno.Papæ prædecessori nostro pro parte claræ memoriæ Ferdinandi Regis,& Elisabet Reginæ dictorū Regnorum,exposito, quod nonnulli ex personis eisdē,quib.de dictis cano.& preb.prouisū fuerat, vt præfertur,pro eo,quod in aliis Ecclesiis alios similes canon.& præbendas tanquam graduati obtinebant, personalem residentiā non faciebant,præfatus Innocentius prædecessor eorundem Regis, & Reginæ in ea parte supplicationib.inclinatus per alias suas literas statuit,& ordinauit,quod nullus cuiuscumque dignitatis,status,gradus,Ordinis vel cōditionis foret, qui duos canonicatus,& totidē Præbēdas ex illis,qui pro personis graduatis ordinati erant, obtinere valeret,& tales canonicatus,& præbendas pro tempore obtinens apud Ecclesias, in quibus illos obtinebat iuxta ordinationem Sixti prædecessoris huiusmodi residentiam facere teneretur, quodque si contingeret aliquas personas canonicatus,& præbendas præfatos duabus huiusmodi deputatos pro tempore obtinentes de licentia Capitulorum prædictorum ad Rom. Curiam accedere,& in illa ab hac luce decedere,Ordinarii,& Cap.huiusmodi de iisdem canonicatib.& præbend.per obitum talium pro tempore vacantibus,alias iuxta formam literarum Sixti prædecessoris huiusmodi libere disponere possent, quodque Capitula prædictorum Cathedralium,& collegiatarum Ecclesiarum prædictarum, & aliorum Regnorū,& dominiorū dictorū Reginæ,& Canon.& portionariis aliisq;Beneficiatis ipsarum Ecclesiarum ab illis absentibus,& personaliter non residentibus etiam prætextu quorumcumque indultorum,& literarū sub quibusuis formis, & expressionibus verborum aut cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum,derogatoriis,ac sententiis censuris, & pœnis ab ipso Innocent.prædecessore,vel Sede Apostolica, pro tempore emanatarū alicui de quotidianis distributionibus ratione præbendarum, & portionum, aliorumque beneficiorum per eos obtentorum in absentia minime ministrare tenerentur,nec propterea excommunicari,suspendi, interdici, aut aliqua alia pœna mulctari possent, etiamsi in literis huiusmodi plena & expressa de literis Innocentij huiusmodi mentio habenda, & illis expresse derogatura forent,prout in singulis literis prædictis plenius cōtinetur. Cū aūt sicut exhibita nobis pro parte præfatorum,& dilectorum filiorum Metropolitanorum, & aliarum Ecclesiarum cathedralium Granatæ, & Nauarræ Regnorum capitulorum petitio continebat, ipsi cupiant singulas literas prædictas pro earum subsistentia firmiori nostræ approbationis munimine roborari, pro parte eorundem Capit. locum nobis fuit humiliter supplicatum, vt singulis literis prædictis,ac omnibus, & singulis in eis contentis clausulis nostræ approbationis robur adiicere,aliasq; in præmissis opportune prouidere de b

nignitate Apostolica dignaremur Nos igitur dictarum Ecclesiarum fælici successui consulere,vt literæ prædictæ,cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis eo firmius obseruentur, quo clarius constiterit illas ea deliberatione approbatas, qua concessæ fuerunt, prouidere volentes supplicationibus inclinati, consideratione etiam charissimi in Christo filii nostri Caroli Romanorum,& Hispaniarum Regis in Imperatorem electi,& nobis super hoc humiliter supplicantis singulas Sixti,& Innocētij prædecessorum literas huiusmodi,cum omnibus, & singulis in eis contentis,ex certa scientia nostra authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere,& inuiolabiliter obseruari debere decernimus, & quoad Ecclesias prædictas Castellæ, & Legionis Regnorum prædictorū,in quib.eisdem literis cōtrauentum,& de canonicatibus, & præbendis graduatorum huiusmodi,qui ex tunc vacarunt, per Sedem Apostolicam prouisum fuit in pristinum,& eum, in quo illi,ac Ordinarij, & Capitula eorum ante huiusmodi contrauentiones, & Apostolicas prouisiones quomodolibet erant statum restituimus, reponimus,reualidamus,& plenarie reintegramus, illasque ad omnes,& singulas Metropolitanas,& alias Cathedrales Ecclesias Granatæ, & Nauarræ Regnorum prædictorum,in quarum singulis de duobus canon. & totidem præbendis de cætero primo vacaturis personis in Theologia,& altero iurium, vt præfertur, graduatis, per Archiepiscopum, seu Episcopum, & Capitula cuiuslibet earundem Ordinaria authoritate prædicta dumtaxat iuxta tenorem literarū Sixti prædecessoris huiusmodi, prouideatur,scientia, authoritate, & tenore prædictis extendimus, & ampliamus, & nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia,prout per Sixtum,& Innocentium prædecessores præfatos statuta, & ordinata fuerūt, de nouo,ac de Canonicatib.& præbendis graduatorum huiusmodi,cum per resignationem in manibus nostris,vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore faciendam, vacauerint personis, iuxta tenorem prædictarum, & præsentium literarum qualificatis, in partibus illis prouideri mandari debeat, cum vero ipsi canonicatus, & Præbendæ graduatorum per obitum apud sedem præfatam vacauerint,Archiepiscopi, Episcopi, & Capitula præfati ad electionem personarum, vt præfertur graduatorum,& prouisionem canonicatuum,& præbendarum graduatorum huiusmodi, apud sedem Apostolicam per obitum vacantium, alias iuxta formam literarum Innocen.prædecessor. huiusmodi, & præsentium procedere, & electione ad huiusmodi Canonicatus, & Præbendas sic apud sedem vacantes facta electos pro tempore ad possessionem illorum, sic tamen, quod ipsi electi infra quatuor menses nouam prouisionem desuper ab eadem sede impetrare,& literas desuper taliter expedire, ac iura Cameræ Apostolicæ soluere teneantur,recipere, & admittere, nec non occurrente pro tempore vacatione canonicatuum, & præbendarum graduatorum huiusmodi Capitula illos vni ex cano. earundem Eccl interim,donec ad illorum prouisionem,seu electionem procederetur,libere commendare, & talis Canonicus illos in huiusmodi commenda obtinere possit, & valeat Lapso tempore edicti propterea appositi, Ordinarius vel eius Vicarius infra triduum proxime sequens ad prouisionem,siue electionem huiusmodi de persona idonea, publico examine præuio, faciendam accedere teneatur, alioquin capitula ipsa ad illam procedere valeant,& in huiusmodi electionibus ipsi electores iuramentum,de eligendo magis idoneum, habito respectu ad vtilitatem Ecclesiæ, & mores personæ eligendæ præstare teneantur,quodque maiori parti votorum secreto de necessitate præstandorum Archiepisc.siue Episc.pro vno computato stare,& nisi nullus haberet maiorem partem votorum,duo habētes plures voces ad secundum scrutinium admitti debeant,& si vnus habuerit plures voces,& alij habuerint pares, de illis paribus fiat secundum scrutiniū quis illorum concurrat cum primo, & electus illorum à maiori parte admittatur cum primo ad tertium scrutinium,& si iterum fuerint pares,sorte dirimatur quis concurrat cum primo,& si vltimo duo habuerint paritatem,etiam sorte dirimatur, & sors loco electionis, & prouisionis habeatur; quodque de canonicatibus & præbendis graduatorum huiusmodi personis in Vniuersitatibus dictorum Regnorum Castellæ,& Legionis, ac collegialibus Hispanis Collegij S.Clementis Bononiæ, per bonæ memoriæ Ægidium de Albornoz Episcopum Sabinen. S.R.E.cardinalem inibi fundati seruatis seruandis, iuxta Vniuersitatum,& Collegij prætorum statuta, ritus, & mores respectiue promotis, seu graduatis, duntaxat prouideri possit authoritate,& tenore præmissis perpetuo statuimus,& ordinamus ac concedimus,& pariter indulgemus. Ac quod statuto,& concessioni, & ordinationi huiusmodi, ac præsentibus literis per quascumque regulas Cancellariæ & alias literas Apostolicas,& S.Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus hactenus, & pro tempore etiam Motu proprio,& alias quomodolibet concessas,& quoad consensum per eos præbendum ratione vacationis per obitum familiarium suorum, etiam quasuis clausulas generales, vel speciales, & derogatoriarum derogatorias efficaciores,& insolitas,ac etiam irritantia decreta, sub quorumcumque verborum expressione, in se continentes, nullatenus derogatum sit,nec censeatur esse, nec derogari possit, nec canonicatus,& præbendæ huiusmodi, etiam per nos, aut successores nostros, & de consensu Magistrorum & Licentiatorum,seu Doctorum,vt supra qualificatorum illos nunc, & pro tempore obtinentium,etiam ex quauis causa, & motu proprio etiam consistorialiter aliqua, vel aliquibus pensionibus grauari, neque illorum fructus, vel aliqui eorum alicui,vel aliquibus etiam Cardinalibus concedi possint, nisi in pensionibus, fructuum concessionibus huiusmodi prædictorum,ad quos dictorum canonicatuum,& præbendarum iuxta præmissarum literarum continentiam collatio pertinet specialis, & expresse per trinas eorum literas, etiam interuallo trium mensium inter datas accedat assensus,& si secus fieri contigerit derogationes,pensiones, & fructuum concessiones huiusmodi nemini suffragentur,ac Ordinarij, & Capitula præfati literis derogatoriis ac pensionum, & fructuum huiusmodi concessionibus,& decretis super illis processibus ac illorum executionibus, eorumque mandatis, & monitionibus parere minime teneantur, sed eis firmiter resistere, & literarum huiusmodi executionem impedire,nec ratione resistentiæ huiusmodi aliquibus censuris, seu pœnis Ecclesiasticis innodari possint,& sic per quoscumque iudices & Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores in quibusuis causis, & instantijs sublata eis, & eorum

cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit intentari, irritum & inane fore decernimus. Quo circa dilectis filiis vniuersis & singulis, quorumuis Monasteriorum, domorum, & ordinum, Abbatibus, & Prioribus Conuentualibus, & Praeceptoribus generalibus per Apostolica scripta mandamus quatenus ipsi, vel tres, aut plures, seu duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios singulas praedictas, & praesentes literas, ac in eis contenta quaecumque, vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte Capitulorum praedictorum, seu aliquorum eorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes eisque efficacis defensionis praesidio assistentes, faciantque authoritate nostra singulas literas, & in eis contenta huiusmodi per censuras, & poenas Ecclesiasticas firmiter obseruari, ipsaque Capitula illis pacifice gaudere nō permittentes eā desuper per quoscunque, quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet & rebelles per easdem censuras, & poenas appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis, & seruandis processibus, censuras, & poenas, quatenus opus fuerit aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii saecularis, non obstantibus praemissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non facultatibus & literis Apostolicis contra tenorem literarum huiusmodi, quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, ac quibusuis reseruationibus per regulas Cancell. factis, & faciendis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa indiuidua, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret illorumque tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentib. pro expressis, & sufficienter insertis habentes scientia authoritate, & tenore praedictis specialiter, & expresse derogamus, nec non quibusuis accessibus, regressibus, & ingressibus, ac coadiutoriarum deputationibus, vel aliis gratiis ad Canonicatus, & praebendas graduatorum huiusmodi, & de consensu, & cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam per nos, & Sedem praedictam pro tempore etiam dictis Cardinalibus concessis, & factis, quos & quae, sic tamen, quod Capitula Ecclesiarum huiusmodi, quoad gratias hactenus concessas expensas per eos, quibus concessae fuerint, propterea factas restituere teneantur, cassamus, irritamus, & annullamus, & nullius roboris, vel momenti fore decernimus, nec non omnib. illis, quae in singulis praedictis concessum fuit non obstare, & quae pro repetitis praesentibus haberi volumus, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionē. Caeterum, quia difficile foret singulas literas huiusmodi ad singula, loca in quibus de eis fides adhibenda foret, deferre, volumus, & praefata authoritate Apostolica decernimus, quod singularum earundem literarum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Praelati munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo, &c. Dat. Rom. 11. Calend. April. anno 9. dat. reformationis 10. Calend. Septem. anno 1521. vide L. Card Sanctorum quatuor referentem l. 17 fol. 217

Magister Elbasthendo.

Cuius Bullae tenorem in par. refert Conc. d. gloss. 9. §. 2 n. 4. & 5.

Circa quam Bullam seu Motum proprium † subdubitatur primo iuramentum de eligendo magis idoneum, quod in prouisione huiusmodi canonicatuum electores praestare tenentur necessario, & pro forma, quomodo sit praestandum. & breuiter dico, praestandum esse corporaliter tactis scripturis, nec aliter satisfieri formae d. Bullae: nam vbi iuramentum defertur à iure, seu constitutione, requiritur necessario in actu iurandi corporalis tactus scripturarum, vt alias dixi supra 3. p. c. 20. dub. à n. 69. 170

Videturque praestandum tactis † Euangeliis, nec satis esse praestari tactis aliis scripturis, cum semper in iure, vbi ponitur forma iuramenti exigatur Euangeliorum tactura, vt in *cap. quoties, 1. quaest. 7. c. Ego Berengarius de consecratione. dist. 2. c. Ego N. de iureiur. cap. cum in causa de iuramento calumniae & c. quoties, versic. porro de purgatione can. cum aliis*, & in forma professionis Fidei tradita à Pio IV. de qua supra *d. c. 3.* & ita tenet glos. *in c. vt circa de electione in 6. verbo praestitis*, & ibi Archid. & Anchar. Quamuis sufficere, quod tangatur quaelibet scriptura Sacra, vbi non exprimitur de Euangeliorum tactura, & ita de consuetudine seruari dicat gloss. *in clem. 1. §. porro de haeret. verb. tacta* & ibidem Cardin. *quaest. 1. n. 3.* & Bonif. *n. 114.* Monach. *in d. cap. vt circa n. 11.* & Francus *num. 9.* Abb. *in cap. fin. de iur. calum. nu. 3.* & Cosinas *in pragm. sanct. 3. tit. de elect. §. ad locum verb. mandato*. 171

Quo stante succedit difficultas, quod videtur Canonicum legitime † impeditum non posse alteri iure suum votum, & committere vices suas ad electionem huiusmodi canonicatuum, cum requiratur iuramentum corporaliter praestitum, quod non potest fieri per procuratorem, vt in simili de professione fidei dixi *d. 20. dub. à n. 72* ex sententia S. Cong. Concilij & Rotae. 172

Sed huic difficultati respondetur primo, † quod id, quod dicitur iuramentum corporale praestandum esse personaliter, & non per procuratorem, procedit in iuramento, quod per se, & principaliter requiritur, vt in d. iuramento professionis fidei, sed fidelitatis, &c. secus in iuramento, quod requiritur accessorie, & in ordine ad actum, qui per procuratorē exerceri potest, tunc enim etiam iuramentum ipsū potest committi procuratori, vt in iuramento calumniae, *cap. fin. de iuram. calum. in 6.* & in iuramento requisito in appellatione ab electione, aut prouisione alicuius, vt *in cap. procurator. de elect. in 6.* & in aliis iuramentis iudicialibus. Et sic, cum electio fieri possit per procuratorem, *cap. quia propter. de elect. & cap. pe. ul. eod. tit. in 6.* poterit etiam fieri per procuratorem iuramentum requisitum, etiam corporaliter praestandum, dato ad id speciali mandato. 173

Secundo respondetur, † quod cum electio horum canonicatuum fieri debeat per vota omnino secreta, & sic impeditus non possit dare mandatum de eligenda certa persona, vt infra dicetur, procurator constitutus cum generali mandato ad eligendum debet praestare dictum iuramentum nomine suo, & in animam suam, non nomine, & in animam constituentis, vt alias dicebatur in Concilio Basilien. *sess. 12. & in pragmat. sanct. titulo de elect. §. ad locum*, vnde procuratori sic generaliter constituto ad eligen- 174

gendum non est opus mandato speciali ad iurandum.

175 Vnde etiam Vicarius Episcopi, † qui potest accedere ad prouisionem, siue electionem huiusmodi, vt dicitur in d. Bulla, seu motu proprio Leonis, quamuis debeat esse ad eam specialiter constitutus, nec videatur sufficere esse Vicarium generalem, etiam cum mandato ad conferendum, & prouidendum Beneficia, & etiam ad omnia alia, quae mandatum exigunt speciale argum. *cap. fin. de offic. Vicarij in 6. & Clemen. 2. de procurator.* quia iste est casus specialissimus, tamen non debet habere mandatum ad iurandum, quia nomine suo, & in animam suam, non nomine, & in animam Episcopi eum constituentis iurare debet.

176 Secundo subdubitatur, † an in Ecclesiis, in quibus non est in vsu in electionibus huiusmodi canonicatuum praestare d. iuramentum, de eligendo magis idoneum, vt in hac Ecclesia Abulen. praetendebatur, valeat electio facta sine tali iuramento? & videtur valere stante consuetudine 40. saltem annorum non praestandi tale iuramentum, nam consuetudo praescripta derogat iuri canonico, cap. fin. de consuetudine, vbi Doct. praecipue Rochus de Curte. & ita obtentum est in causa Abulen. canonicatus Magistralis, inter Doctorem Hieronymum Ruyz de Camargo, & Doctorem Ascensium Garcia, qui inter alia opposuit contra electionem de defectu iuramenti, & nihilominus fuit pronuntiatum pro validitate electionis sententia lata de consilio D. Ignatij Lopez de Salcedo, non obstante, quod non constitit, vt existimo, de consuetudine quadragenaria.

177 Nihilominus tamen contrarium videtur † verius, nempe non valere electionem huiusmodi Canonicatuum non praestito d. iuramento per electores, etiam si adsit consuetudo quadragenaria, non praestandi tale iuramentum, & ratio est, quod in d. Bulla, & motu proprio adest decretum irritans, vt in Bulla ibi *ac quicquid super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane fore decernimus.* Et in d. sedula *motus proprij* ibi, *irritum decernimus.*

178 Quod in fine positum refertur ad totam † dispositionem, vt fuit dictum in Toletana professionis 27. Febr. 1595. coram D. Pamphilio infra adducta *9. part. cap. 2 num. 330.* & est sine dubio, cum generaliter ponatur super praemissis. Et quod dicit Boerius *decis. 119. n. 5.* quod clausula irritans refertur ad proximam dispositionem, & cum eo Ant. Gabriel. *de clausul. concl. 3. nu. vlt.* quod decretum irritans restringitur ad dispositionem, cui magis proxime cohaeret, & non refertur ad omnia praecedentia, accipiendum est, quando non ponitur generaliter, sed respectu proximae dispositionis, seu quando non potest ad alia commode referri, &c.

179 Et contra constitutionem † habentem decretum irritans, non valet, nec potest induci consuetudo, Archid. Io. And. Domin. *num. 6.* Francus *num. 4* & alij *in c. cum de beneficio de Praeben. in 6.* Praepositus Alexand. *in c. in istis §. leges 4. distin.* Barba. *in Clem. 1. nu. 23. de elect.* Felin. *in cap. cum accessissent de constit. num. 30. versi. 4. limita.* Probus ad Monachum *in cap. ibi, qui de rescript. in 6. sub num. 8* Rochus *in c. fin. de consuetudine sect. 7. num. 7* Rebuf. *in concord. in ... irreuocabili concordato ... stabilitate §. 1. ad fin.* Ruinus *consil. 13. n. 3. volum. 2. & consil. 102. num. 11. volum. 3.* Ferretus *consil. 224. nu. 12.* Nauarrus *in c. cum contingat de rescrip.* secunda causa nullitatis *num. 12.* & de spoliis. *§. 14. num. 2. & 3.* Ant. Gabriel. *d. concl. 3. de clausulis à n. 39.* Duennas *reg. 144. n. 1.* & Hoieda *de incompatibilitate benefic. cap. 10 nu. 5.* & licet contrarium tenuerit Imola, quem referunt, & sequuntur Domin. *in fin.* & Francus *n. 3. in cap. nullus de elect. in 6.* & Barbatia *in rubrica clementinarum de electione in fin.* praedicta tamen sententia est communis vt per Ant. Gabr. *ibi n. 41.*

Vbi eam limitat † cum Ruino *d. consil. 13. num. 5* vt non habeat locum in consuetudine immemoriali, quae tamen non potest dari modo in proposito, cum à d. motu proprio, & Bulla Leonis non transierint, nisi 85. anni. 180

Nec rursus in proposito potest applicari † secunda limitatio, quam ibi tradit *n. 43.* quando dispositio, in qua decretum irritans est adiectum, non esset à principio vsu accepta, de qua infra *11 par. cap. 5. n. 151.* nam esto id constaret, tamen cum in dicta Bulla, seu motu proprio concedantur Ecclesiis Hispaniae huiusmodi Canonicatus Doctorales, & Magistrales, si volunt istam concessionem acceptare, debent eam acceptare cum omnibus qualitatibus in ea contentis, & non possunt eam in parte acceptare & in parte non, ad *l. 4. ff. de lega. 2.* nec obstat, quod huiusmodi Canonicatus iam erant concessi in Bulla sixti IV. nam Leo ad dictarum Ecclesiarum supplicationem, & petitionem approbat, & innouat Bullam Sixti *IIII.* ac de nouo concedit dictos Canonicatus, dando formam, & modum seruandum in eorum prouisione, & sic perinde est, ac si antea concessi non essent. 181

Praeterea † id non procedit in priuilegio, seu indulto, quale est istud Ecclesiis Hispaniae concessū quod non amittitur per non vsum, seu ex eo, quod sit à principio vsu receptum, sed requiritur praescriptio, seu consuetudo praescripta contraria, vt per D. *in c. cum accessissent* vbi Felin. *de constit. & in c. accedentibus, & c. si terra de priuil. & in l. fin. de constitut. Principum* Hot. Mandos. *de priuilegiis, ad instar. gloss. 14. cum aliis*, quae tamen praescriptio, seu consuetudo praescripta non datur stante decreto irritante, vt per supra citatos, & Archid. Io. And. Domin. *num. 6.* Fran. 5. & alios *in c. cum beneficio de Praeben. in 6.* & Crescen. *dec. 4. de priuil. n. 6.* 182

Tertio subdubitatur † an requiratur pro forma quod vota praestentur secreto, ita vt. si publice, seu palam praestentur, electio sit nulla? & dicendum est, quod sic, vt patet ex illis verbis Motus proprij, & Bullae Leonis, *secreto de necessitate praestandorum*, maxime stante dicto decreto irritante, quod dat formam, vt alias dicitur infra *9. part. capit. secundo num.* 230. 183

Quod adeo procedit, vt non solum electio † sit nulla, si omnes palam suffragia praestent, sed etiam, si vnus tantum, nam forma est indiuidua, vt supra *2. p. c. 1. n. 58. & 59.* 184

Et quamuis in aliis actibus Capitularibus † de iure non requiratur, quod vota praestentur secreto, expediret tamen certe, quod in omnibus votaretur secreto, vt liberius vnusquisque possit suum sententiam dicere, suamque exonerare conscientiam. Abbas *in c. quia propter. nu. 5. de elect.* & euitarentur rixae, molestiae, & inimicitiae inter Capitulares, ac praesidentium & potentiorum tirannides, & insolentiae, quas vigere videmus in Capitulis, in quibus votatur publice & ita sanctissima sunt statuta votandi secreto, & Episcopi prouidere deberent, vt ita fieret. Quamuis in consultationibus sacri Consistorij Car- 185

dinalium, vbi vota sunt consultiua, aliud expediat, vt per Cardinalem Paleotum de sacri Consistorij consultationibus *p.5.q.3.*

186 Sed hic † est difficultas, an vota ita debeant esse secreta, vt nunquam sint publicanda eligentium nomina, an vero satis sit illa præstare secreto, quamuis postea publicentur eligentium nomina, vt fit in electione Canonica, vt *in d.c. quia propter*, & in electione summi Pontificis per scrutinium, vt per Cicarellam *in additio.* ad Platinam in vita Vrbani VII. & quidem videtur id satis esse ex *d.c. quia propter de elect.*

187 Nihilominus tamen contrarium verius † existimo, quia dictus motus proprius, & Bulla absolute vult, quod vota secreto de necessitate præstentur, & sic videtur velle, quod sint omnino secreta, qualia non essent, si postea essent publicanda eligentium nomina, & facit decretum Concilij *sess. 25. de regul. c. 6.* vbi Concilium præcipit Abb. & Abbatissas, & alios Prælatos regulares eligi debere per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur, & ita practicari quidem videmus. nam communiter electio horum canonicatuum fit per

188 scedulas, in quibus est scriptum † nomen electi tantum, singulis enim canonicis dantur schedulæ omnium oppositorum, & Canonicus sumit schedulam illius, cui vult suffragari, & eam reponit in capsa, seu vrna, vel sub quodam pileo, & reliquas, quæ dicuntur malæ, in alia, seu illas lacerat, pro vt etiã fit in prouisione Cathedrarum Salamanticæ, & aliarum Vniuersitatum.

188 Reputaretur † tamen etiam electio secreta, si Capitulum poneret aliquos, qui reciperent vota omnium, modo postea nomina eligentium non publicentur, vt in terminis *d.c. 6.* Consilij censuit S. Cong. his verbis *si electi fuerint a Superioribus aliqui, vt puta quatuor, qui vota omnium recipiant, electio reputabitur secreta, & canonica.* capit. quia propter de elect.

189 Et accedit alia declaratio, super *dict. cap.* quæ sic ait, *in electione Abbatissarum, de qua in præsenti, potest Episcopus cum suo Vicario, vel Secretario, vel alio ab ipso assumpto, vota singularum Monialium ore tenus expressa audire*, Et alia quæ sic ait, *in electione Abbatissarum vota ore tenus accipi possunt à suis Superioribus, licet quatuor, aut quinque ea sciant, si hoc est iuxta formam statutorum Religionis*, capit. quia propter de elect.

190 Nec obstat alia declaratio super *dict. capit. 6.* † quæ sic ait, *in electione Abbatissarum vota ore tenus accipi non possunt à suis Superioribus cum duobus testibus, nec potest proximus Superior huiusmodi electionem irritam, vt pote factam contra formam huius decreti, confirmare, & reualidare absque sedis Apostolicæ authoritate.* Quia loquitur & procedit, quando vltra deputatos adhibentur aliqui in testes, per quos posset publicari, &c.

191 Secundo est difficultas. † an, si aliquis canonicus ostenderet alteri schedulam illius, pro quo suffragium fert, electio esset nulla, & non secreta?

192 Et videtur nulla, quia non omnino secreta † non solum, si id faceret palam, & permittente Capitulo, sed etiam secrete. Et facit declaratio S. Congreg. super *d.c. 6* quæ sic ait. *Congreg. censuit electionem esse nullam, quando aliqui ex electorib. vnicam schedulam recipiunt vnico nomine scriptam, & nomen electi notũ scribæ, vel alteri, & reponunt in capsula, similiter qui accipiunt de manu scribæ duas schedulas, & vnam, quam voluerint, reponunt, alteram scindunt, quia scriba potuit reuelare tale, qui non habuit nisi vnam schedulam, vel talẽ, qui non habuit duas, monendus est electus, non legitime electum fuisse, & si fuisset conscius fraudis, esse puniendum, & admonendum, vt petat à Sanctissimo confirmationem.*

Quamuis contra teneant Nauarr. † *consilio nono de electio.* & Manu. Rodriguez *in sum. 1 tom. cap. 102. numero quarto, & quæst. regul. 2. tom. quæstion. 51. articul. nono*, quando eam ostenderet secreto sine culpa Capituli. Quorum sententia solum procedet, quando id faceret in fraudem ad annullandam electionem, alias validam sine eius voto, ne fraus & dolus illi patrocinetur. 194

Vnde, si quis de facto attentaret dare votum † publice, seu palam, non debet permitti à Capitulo, sed quod secreto det suum votum, alias electio esset nulla, imo tamquam indignus posset excludi à voto, maxime authoritate Ordinarij pro illa vice. 195

Si tamen ante electionem, seu scrutinium † aliquis verbo diceret, seu publicaret, pro quo suffragium laturus est, vel post, pro quo suffragium tulit, non vitiaretur electio, quia ex hoc in rei veritate nõ desinit esse secreta, eo enim non obstante potuit pro altero suffragium ferre, licet male faceret id publicans, & hoc videtur velle declaratio S. Congregat. † Concilij super *d.c. ap. 6.* quæ sic ait. *Ante vel post scrutinium electorib. nullo modo licet, cui suum votum dederint, publicare, sic Cong. respondit petenti, an electio sic facta teneret.* 196 197

Et etiam, quamuis quis seruaret, † & extraheret schedulas malas ad ostendendum postea alicui, non videtur electio irritari ex quo semel erat recte facta, & secreto, & poterit is eas non ostendere, &c. deberet tamen curare Capitulum, ne vllus posset eas extrahere. 198

Vnde, cum prædicta electio fieri † debeat per vota omnino secreta, fit, quod legitime impeditus, qui potest alteri dare suum votum, & committere vices suas, vt *in dict. cap. quia propter, & cap. penult. eodem ti. de elect. in 6.* non posset dare mandatum de eligenda certa persona, quia tunc votum non esset secretum, quamuis secus sit in terminis d.c. quia propter, vt *in d.c. penult. §. porro*, & ita in terminis † *d.c. 6. consi.* censuit S. Cong. vt in seq. declaratione, *Procuratores legitime constituti, cum generali mandato ad eligendum ab iis, qui legitime impediti sunt, non excluduntur, dummodo non habeant speciale mandatum de eligenda certa persona, quia tunc votum non posset esse secretum, prout in hoc decreto.* 199 200

Et ita est accipiendum † quod tradit Parasellus *de priuilegiis minimorum*, & cum eo Man. Rodriguez *d. 1. tom. sum. cap. 102. ad fin. & 2. tom q. regul. quæst. 51. artic. 6.* 201

Videtur tamen, † quod qui dat alteri vices suas ad votandum, posset verb. illi iniungere, quod suum totum daret tali, & si alteri daret, peccaret grauiter, & faceret iniuriam ei, qui sic dedit vices suas quamuis valeret votum alteri datum, ex quo mandatum exterius, & formale est liberum, & generale. 202

Et cum vota sint omnino secreta, videtur, † quod posset canonicus, cui alter dedit suum votum & vices suas, cum voto proprio suffragari vni, & cum voto, impediti alteri, etiamsi dedisset omnino libere vices suas, quia tunc cessat ratio *d. §. porro.* 203

Rursus cum electio dictorum canonicatuum debeat fieri per vota Episcopi, & Canonicorum secreta, 204

creta, & per scrutinia, fit eã non posse aliter fieri quã per viam inspirationis, aut compromissi, vt per sequen. declarationem, super *d. cap. 6.* Concilij, *Si in electione Prælatorum regularium procedi potest alia via, quam per scrutinium, vt pote per viam compromissi, aut inspirationis, aut oporteat procedere per viã scrutinij tãtũ, quo poterit solũ fieri decreto Concilij, vt vota sint secreta, Cong. censuit electionem horum Prælatorum debere fieri tunc per vota secreta, vt se habent verba Concilij*, nec enim licet contra teneant Manu. Rodriguez *d.c. 102. n. 2. & c. 105. n. 3.*

205 Quarto subdubitatur, † an, quando in vltimo scrutinio duo habent plura vota, verbi gratia sunt 20. vota, vnus habet decem, & alius alia decem, deueniendum sit ad sortes; quæ licet sint prohibitæ in electionibus ad beneficia, seu officia Ecclesiastica, *cap. fi. de sortileg.* & ibi Abb. *numer. 3.* & Anania 3. & 11. tamen hic specialiter permittuntur à Papa, an vero prius ad qualitates, ita vt nobilis præferatur non nobili, & magis nobilis minus nobili, & beneficiatus in eadem Ecclesia non Beneficiato iuxta Bullam Sixti IIII.

206 In quo plures tenent deueniendum esse † ad dictas qualitates ex d. literis Sixti IV. quas cum omnibus, & singulis in ea contentis approbat, & innouat Leo. Vnde intelligunt verba *motus propr.*, & Bullæ Leonis ibi, *& si vltimo duo habuerunt paritatem, etiam sorte dirimatur*, &c. de paritate in omnibus, id est non solum in votis, sed etiam in dictis qualitatibus.

207 Et ita dicitur practicatum † in Canonicatu Magistrali Ecclesiæ Placentinæ inter Doctorem Salinas, & Doctorem Munnoz qui habuerunt paria vota, & Doctor Salinas vti nobilis fuit prælatus, & in canonicatu Magistrali Ecclesiæ Gienen inter eundem Doctorem Munnoz, & D. Valentinum Vellez, qui similiter habuerunt paria vota, & Doctor Vellez vti nobilis fuit prælatus, & ad instar eorum in canonicatu S. Scripturæ Ecclesiæ Toletanæ inter Doctorem don Gabr. de Cardenas, & Doctorem Lupum Barrio, qui habuerunt paria vota, & don Gabr. vti magis nobili fuit per Capitulum possessio tradita, vt *in decis. 1.* Toletana supra adducta *num.* Et ita etiam fuit bis prætensum in canonicatu Magistrali Abulen. inter Magistrum Rodriguez, & Doctorem Castro nunc Episcopum Segobien. qui, cum habuissent paria vota, Ordinarius iussit deueniri ad sortes iuxta Bullam Leonis, cui iussioni cum contradiceret tam ipsi, quam Capitulum, quod prætendebat debere esse iudex in hac causa cum Ordinario, & delato negotio ad Cancellariam Pinciana per viam violentiæ tandem Ordinarius, simul cum iudicib. à Capitulo deputatis, procedens illos recepit ad probationem qualitatum, & postquam fuerunt recepti ad huiusmodi probationem qualitatis, Magister Rodr. cessit. quia Episcopus se interposuit inter illos, & eos concordauit, & sic canonicatum habuit Doctor Castro. Et secundo inter Doctorem camargo, & Doctorem Ascensium Garcia, qui similiter habuerunt paria vota, & tandem Ascensius Garcia qui prætendebat inter alia deueniendum esse ad sortes iuxta Bullam Leonis, post latam primam sententiam de consilio Doctoris Ignatij Lopez de Salcedo in fauorẽ Doctoris camargo vti nobilis, cessit ex causa concordiæ per Papã confirmatæ, & Doctor camargo habuit canonicatum, translata in illum certa pensione, quam Doctor camargo habebat reseruatam super Parochiali de Brunete.

Sed hæc sententia mihi est omnino falsa, † contra d. motum proprium, & Bullam Leonis, qui in dictis verbis clare loquitur de paritate votorum, vt patet ex præcedentibus, ad *l. quæ filiab. ff. de legatis prima.* 208

Et si intelligerentur de paritate in omnibus, † nunquam deueniretur ad sortes, quia moraliter loquendo non daretur casus, quod vterque esset nobilis, & vnus non magis nobilis altero, sed æque nobilis. 209

Nec obstat, † quod literæ Sixti IV. cum omnib. & singulis in eis contentis sint approbatæ per Leonem, nam intelligitur præterquam in illis, in quib. aliud per Leonem statuitur. Nam etiam per Sixtum IV. fuerat statutum, quod dicti canonicatus deberẽt prouideri tantum graduatis in Vniuersitatibus Hispaniæ, & tamen Leo statuit, quod possint etiã prouideri Collegialibus Hispanis Collegij Bonon. inibi graduatis. 210

Vnde dicta obseruantia contraria non potest dici † interpretatiua, cum sit contra claram dispositionem Leonis meo iudicio; nam vbi verba sunt clara, non est locus interpretationi ex obseruantia, & consuetudini interpretatiuæ. Aretin. *cons. 84. numer. 5. & 115 num. 2.* Rota *decis. 108. num. 6. par. 1. diuersorum & dec. 537. nu. 27. p. 2.* & in Conchen. pensionis 28. Iunij. 1585 coram D. Orano supr. adducta *cap. præceden. num. 148.* & non potest dici consuetudo interpretatiua, cum non affertur lex dubia, super qua fundari possit talis interpretatio, *cap. cum dilectus de consuetudine l. minime ff. de interpretatione de legib.* vt fuit dictum in vna Hispalen. voti 15. Martij 1596. coram D. Gipsio, facit doctrina Decij *in c. fin. num. 47. & 48. de constitutio.* & ibi Syluestri Aldobran. *in additio. verb. dubium* & Rota *decisio. 158. n. 3 par. 2. diuersorum.* 211

Et sic, quamuis esset obseruantia, & consuetudo † quadragenaria non valeret contra dictam dispositionem propter decretum irritãs iuxta dicta sub *dubitatione 1. numero 175.* & alias electio, & prouisio esset nulla, nisi forte, qui remanserunt paria in votis, consentirent seu peterent deueniri ad qualitates. 212

Quinto subdubitatur, † an Capitularis, qui non interfuit lectionibus & actibus oppositorum, possit votare in prouisione horum canon. in quo Rota in vna Carthaginen. præbendæ 28. Decem. 1600. resoluit non posse, quia non poterat bene iudicare de literatura, & sufficientia oppositorum, si præsens non fuit, & propterea fuit declaratum votum Decani esse nullum, ex d. defectu non interuentionis, vt per Gonçal. *gloss. 4. nu. 107.* qui tamen ait, quod ista dec. fuit facta vna tantum parte informante, & quod difficultate non caret ex pluribus, quæ in contrarium adduci possent, & ex dictis per eum, *nu. præced.* ex Mascar. *conclu. 577. n. alias*, & mihi non placet, quia potest ab aliis informari qui nõ interfuit actibus, & ita practicatur. 213

Sexto subdubitatur in huiusmodi controuersiis, † & aliis occurrentibus, in prouisione horum canonicatuum, quis debeat esse iudex, an solus Ordinarius, an vero simul cum Capitulo? prout factum est in d. Ecclesia Abulen. Et videbatur huiusmodi cognitionem, & iudicium ad Ordinarium, & Capitulum simul spectare, nã sicut electio, ita etiam & cognitio communis esse debet. 214

Nihilominus tamen dicendum existimo, † quod supposito, quod deueniendum esset ad qualitates 215

concurrentium, qui habuerunt paria vota, ficut ad Epifcopum & Capitulum fpectat electio, & prouifio horum canonicatuum ex d. Bullis, eodem modo ad eos fpectaret iudicare de qualitatibus extraiudicialiter, & Epifcopus haberet folum vnum votum, vt quilibet Canonicus, ficut in electione, nec effet hoc iudicialiter terminandum coram Ordinario & Capitulo, feu iudicib. ab eo deputatis, quamuis informatio de qualitatibus fumienda in forma iudicij, feu iuridica facienda effet, authoritate folius Ordinarij.

216 In controuerfia autem, an † deueniendum effet ad fortes, an vero ad qualitates, & an alter effet inhabilis, & an electio effet nulla ob defectum iuramenti, vel alias? folus ordinarius videtur debere effe iudex, nifi vbi effet confuetudo contraria legitime præfcripta ficut quando occurrit aliqualis fuper prouifione aliorum canonicatuum, feu præbendarũ facta ab Epifcopo, & Capitulo fimul, clarum eft folũ Ordinarium effe iudicem, & non Capitulum, & etiam fuper prouifione facta à folo Capitulo.

Nec obftat ratio † in contrarium adducta, nam ex
217 facultate eligendi, feu prouidendi non infertur ad iurifdictionem, cum fint longe diuerfa ad *l. Papinianus exuli. ff. de minor* ex eo enim, quod quis habeat ius conferendi, non habet iurifdictionem ad cognofcendum de controuerfiis fuper collatione occurrentibus, vt patet in inferioribus collatoribus; nec eo, quod quis habeat ius præfentandi, eft iudex in controuerfiis occurrentibus fuper præfentatione, & prouifione beneficij, etiamfi fit patronus Ecclefiafticus.

Pro qua refolutione fecit decretum Concilij †
218 Prouincialis Compoftellani *actione 2. decreto* 34. vbi habetur, quod Epifcopus folus, feu eius Vicarius declaret, & iudicet inhabiles electores, & eligendos ad Doctoralem, & Magiftralem præbendam, feu lectionem S. Scripturæ. quod in concordia confirmata per Pium V. declaratur, quod Epifcopus, vel eius Vicarius generalis id faciat circa eligendum, procedendo, ac pronuntiando fimul cum Cap. vbi talis eft confuetudo, ficut enim eligendorum electio ad Capitulum vna cum Epifcopo pertinet. ita etiam inhabilium cognitio communis effe debeat, quo vero ad vota eligentium, & ad eorum inhabilitatem, recufationem, feu voti priuationem fetuetur iurifdictio, feu confuetudo vniufcuiufque Ecclefiæ.

Septimo fubdubitatur, † an poft electionem re-
219 quiratur collatio, an vero electio ipfa habeat vim prouifionis, & collationis? Et quidem attento dicto motu proprio. & † Bulla Leonis videtur electionẽ
220 ipfam habere vim prouifionis, & collationis, nec requiri aliam collationem, vt colligitur ex *verfic. & electione*, vbi agitur de electione ad huiufmodi canonicatus apud fedem vacantes, & ex illis verbis, *ad prouifionem, feu electionem, &c.* & ibi *fors loco electionis, & prouifionis habeatur*, & faciunt dicta fupra 1. *par. ca.* 6. *à num.* 23.

221 Praxis tamen, † confuetudo Hifpaniæ habet in huiufmodi Canonicatibus, poft electionem, fieri collationem ab Epifcopo, & Capitulo, cui videtur ftandum. Nã ifta interpretatio non omnino aliena à d. Bulla Leonis, quia verbum *prouifio*, poteft accipi *fynonyme* pro eodem quod electio, ad Rebuf. *in concord. de collatio. §. præfatique ordinarij verb. prouifionem*, & dicta fupra *d. cap.* 6. *num.* 30. & ex Bulla Sixti IIII. ad Epifcopum, & Capitulum fpectabat omnino prouifio, & collatio horum Canonicatuum.

Octauo fubdubitatur, † an prouifio huiufmodi 222
canonicatuum, debeat fieri infra femeftre à die notitiæ vacationis, alias deuoluatur ad fuperiorem. Et breuiter refpondetur affirmatiue ad tradita per Anast. Germonium *de indultis Cardinalium §. volumus, num.* 56. *& d. infra* 10. *par. c.* 2. *&* 3. Maxime cum prouideantur authoritate ordinaria, † quamuis aliquando capitula id non obferuent, neque admittat, 223
vt vidi in canonicatu Doctorali Salamantino, & Magiftrali Toletano, & deuolutio fiet cum eifdem qualitatibus, vt dicitur *d. cap.* 3. 10. *par. num.* 42. Licet fuperior ad quem fit deuolutio non teneatur ponere edictum, nec facere concurfum, † quia ifta eft forma folum data Epifcopo & Capitulo, & cum Epifcopus 224
in huiufmodi prouifione interueniat, vt Prælatus, & non Canonicus, licet non habeat nifi vnum votũ, vt vnus Canonicus, non fiet deuolutio ad ipfum. *c. penul. de conceff. præbend. & c. à collatione de appellation.*

Vnde infertur, † quod cum ifti canonici fint pri- 225
uati ipfo iure huiufmodi canonicatibus ob abfentiam vnius menfis, (Intellige continui, vel interpolati à ciuitate, in qua præfentes, gaudere poffint abfentia ab Ecclefia, feu choro, qua alij gaudent, vt in hac Ecclefia, & credo in aliis practicatur) abfque Ordinarij, vel capituli fui licentia ex dictis Bullis. & fic ftatim nulla expectata fententia, nec citato poffeffore, poffint prouideri, vt dicetur infra 11. *p. c. vl.* 23. & dicitur in d. Bullis, fi infra femeftre ab huiufmodi abfentia Ordinarius, & capitulum non prouiderunt, vel vt poftea melius prouifio fieri poffit, nõ egerint fuper declaratione vacationis: nempe vt per iudicem iuridice declaretur priuatus talis canonicus, ne poft prouifionem opus effet eum vocare ad inducendum in poffeffionem prouifum, iuxta *capi. licet Epifcopus de praben.* 6. fiet deuolutio ad fuperiorem iuxta id quod dicetur *d. cap. vlt. num.* 25. Nec poteft dici, quod ad iftam priuationem requiritur declaratio, † & voluntas capituli, feu maioris partis, ficut dicitur de caducitate emphiteofis quia ifta pri- 226
uatio eft per Papam inducta in pœnam non refidentium, & in fauorem publicum Ecclefiæ non capitali, maxime, cum eos etiam faciat perpetuo inhabiles ad dictos canonicatus. Et faciunt verba illa vbi dicitur, quod *de canonicatibus fic vacantibus ob priuationem debeat aliis prouideri, &c.* vnde capitulum non poteft illos qui abfuerunt vltra menfem in huiufmodi canonicatibus tollerare vllo modo.

Et idem erit, † fi haberent licentiam abfentiæ, 227
nullam tamen, vt pote datam non feruata forma ftatutorum, verbi gratia aliquo contradicente: cum effet gratiæ, vt reuera eft, nifi eam petens haberet aliquam grauem, feu vrgentem caufam, nam tunc effet iuftitiæ, & fic fufficeret maior pars capituli pro tempore quo alij canonici abeffe poffunt, &c. vel non feruato modo votandi, aut vocãdi ad capitulum, pro forma requifito. Nam d. verba Bullarum *abfq; Ordinarij, vel capituli fui † licentia*, intelliguntur de licentia valida ad *l.* 4. *§. eundem num.* 228
tum, vbi D. *ff. de re iudic. cum aliis.* Felin. qui plura adducit *in cap. ex tenore de rescrip. à num.* 3. & Rotam in corduben. Portionis 25. Octobris 1557. coram D. Rubeis adducta *par. feq. cap.* 3. *num.* 54. *& decif.* 403. *circa fin. par.* 1. *diuerf.* & adducta per Gonçalez *gloff.* 57. *à n.* 12. & paria funt non habere licentiam, vel illam habere nullam, & inualidam, & facit quod dicitur infra 11. *p. cap. vlt. à nu.* 217.

Quamuis ad effectum, vt non vacent huiufmodi † cano-

229 canonicatus, ob abfentiam, fufficeret licentia Ordinarij, vel Capituli iniufta & illicita, & fine legitima caufa, ex qua non facerent fructus fuos, nec tuta confcientia abeffe poffent, & cum licentia Ordinarij, vel Capituli poffent gaudere menfibus abfentiæ recreationis caufa conceffis per Concilium, vel ftatuta valida, lucrando in eis fructus in abfentia, nec ad eam iufte concedendam pro iftis menfibus opus effet aliqua caufa, nifi eorum præfentia effet multum neceffaria Ecclefiæ.

230 Et dare huiufmodi licentiam † videtur fpectare ad Capitulum, ad quod fpectat ipforum Canonicatuum prouifio, quod in hac Ecclefia Abulenf. vocatur capitulum capitif rumm, de quo funt Canonici, & etiam ex confuetudine Dignitates, & non ad Capitulum cum Portionariis, nifi vbi etiam ipfi habeant votum, in huiufmodi prouifionibus, vt in Ecclefia Cauriens. & ita practicatur.

231 Quamuis fi ifti Canonici, effent legitime † occupati, in negotiis Ecclefiæ à Capitulo pleno, cum Portionariis, non effet opus licentia Capituli Canonicorum, cum fint legitime abfentes, pro caufa Ecclefiæ, cum licentia Capituli, &c. ficut etiam non effet opus d. licentia, cum abeffent ex aliis caufis expreffis in iure, vel priuilegio.

232 Sed fi effent habiti, pro præfentibus, pro negotiis † fictis, feu fub falfo prætextu negotiorum Ecclefiæ, cũ non fint legitime abfentes, nec habeant licentiã Capituli Canonicorum, videtur habere locum prædicta priuatio, maxime fi id fuit factum cum contradictione aliquorum.

233 Et licentia debet effe expreffa, † nec fufficit tacita, nam vbi requiritur licentia, debet effe expreffa non tacita, Archid. Io. Andr. Domin. & Francus in capit. fi Abbatem in princip. de electione in 6. Lapus allegat. 86. numero 3. vbi mandofl litera D. Corfetus in fingul. verbo licentia, Decius conf. 28. Tiraq. in l. connubial. gloff. 7. numero 8. Auendanno in d. verb. otorgamiento, Matien. in l. 3. titul. 3. libr. 5 recopil. gloff. 1. num. 5 Paz in praxi 1. part. tom. fecundo tempore, num 27. & 28. Menoch. de arbitr. centur. 5. noue addita, cafu 453. numer. 14. & alij citati per Thom. Sanch. de matrim. lib. 3. difput. 35. nu. 16. quamuis ipfe contra teneat *à n.* 10.

§. 2.

De prouifione Beneficiorum inferiorum.

SVMMARIA.

Reftat dicere de aliorum Beneficiorum prouifione ordinaria, num. 234. *& in Beneficiis minoribus Ecclefiarum inferiorum collatio de iure pertinet ad folum Epifcopum, etiam fine confilio Cap. faluo iurepatronatus numero* 235. *& idem dicit Abb. de Beneficiis inferioribus Ecclefiæ Cathedralis, numero* 236. *quæ tamen fententia, dubia videtur, nec admittenda in Portionibus, & aliis Beneficiis participantibus de menfa, num.* 237.

Maiora Ecclefiarum inferiorum Beneficia Epifcopus de iure, cum confilio Cap. conferre debet à numero 238. *ex generali tamen confuetudine Epifcopi in nullis Benefic. extra Cathedralem requirunt confil. Cap. quæ confuetudo valet, numero* 241.

Hactenus actum eft de prouifione ordinaria, Præbendarum & Dignitatum † Ecclefiarum Cathedralium, & Collegialium. Reftat dicere de aliorum Beneficiorum prouifione ordinaria. 234

In quo dicendum eft † quod in Beneficiis minori- 235
bus Ecclefiarum inferiorum collatio de iure pertinet ad folum Epifcopum, etiam fine confilio Cap. faluo iure patronatus, Abb. *in d. c. cum Ecclefia Vulterana de elect. n.* 8. *verf.* 3. *& vlt. cafu, & in c. nouit de his quæ fiunt à Prælat. n.* 6. Selua *de Benef.* 2. *p. q.* 22. 6. *cafu n.* 17. Corraf. dicens communem *de benef.* 2. *par. c.* 4. *nu.* 6. Burfat *conf.* 126. *n.* 5 *li.* 2. & Zechus *de Benef. penfio. c.* 2. *verf. ordinarie etiam.*

Et idem † dicit Abbas *in d. c. cum Ecclefia Vulterana, num.* 3 *verf. in tertio membro,* † de Beneficiis 236
inferioribus Ecclefiæ Cathedralis, nempe quæ non funt Præbendæ, feu Dignitates, fcilicet, quod folus Epifcopus poffit illa conferre, etiam fine confenfu, vel confilio Capituli, quia ifta minora explicat Epifcopus ex fuo officio generali, & cõfequitur Gonç. *gl.* 45. *à n.* 38.

Quæ tamen Abbatis † fententia, dubia fatis vi- 237
detur ex fupradictis, nec admittenda videtur in Portionibus, & aliis Beneficiis Ecclefiæ cathedralis, quæ licet non fint Præb. propriæ, participant tamen de menfa capitulari, & ita quoad prouifionem Portionum in Ecclefiis Hifpaniæ, idem folet feruari, quod in prouifione præbendarum, canonicatuum, & eodem modo prouidentur, & pofthæc Gonçalez *dict. gloff.* 45. *numero* 42. ait fe inuenire, quod etiam in portionibus Ecclefiæ cathedralis, fæpe Rota deciderit, quod fint infpecto iure communi. de fimultanea collatione Epifcopi & capit. vt fuit refolutum in vna Salamantina dimidiæ Portionis 29. Iun. 1590. coram comitulo, & in alia corduben. dimidiæ Portionis 13. Februar. 1601. coram Dom. Sacrato, & aliis pluries & cum eis placet concordia, quam tradit Gonçalez *ibi n.* 43. quod opinio Abbatis procedat, quando Portionarij fint prorfus extranei à cap. Ecclefiæ cathedralis, prout de iure communi. dict. vero decif. locum fibi vendicent, quando ex aliquo iure fpeciali funt de gremio capituli, &c. nam, licet non fint de gremio capituli procedẽt dd. decifiones, quia fatis eft in propofito, quod participent de menfa capituli, licet non de voce, & ad prædicta etiam eft decif. Rotæ in Hifpalen. Portionis fupra adducta *cap. primo numero* 35.

Maiora vero Ecclefiarum inferiorum Beneficia † 238
Epifcopus de iure, cum confilio capituli conferre debet *ca. nouit, & cap. quanto*, vbi Abb. *n.* 2. *de his quæ fiunt à Prælatis* idem Abb. *in d. cap. cum Ecclefia Vulterana n.* 3. *verf.* 3. *& vlt. cafu*, Selua, Corraf. & Zechus 239
fup. & fic eft intelligendus. Rochus *de iure patr. verb. competens, n.* 65 & Duaren. *de Benefi. l.* 3. *cap.* 4. vbi ait, quod in Beneficiis quæ nomine collegij non cẽfentur cõfert Epifcopus. fed in hac collatione cleri collegijque confenfus, fiue confilium requiritur, *c. nouit, cap. quanto de his, quæ fiunt à Prælatis* quem fequitur Quintanadueñas, *l.* 1. *Ecclefiaftic. in cap. quinto numer.* 4. *in fin.*

Quamuis in Rectoriis maioribus confenfum † 240
capituli requirat Burfatus *d. conf.* 126. *n.* 45 *lib.* 2. Ex generali tamen confuetudine † Epifcopi in nullis Beneficiis extra cathedralem Ecclefiam fitis requirunt confilium capituli, quæ confuetudo valet, vt *in ca.* 1. *de confuetudine in* 6. & ibi Dd. Abb. *in d. c. nouit, n.* 5. &

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Lamber. *de iure patr.* 3. *p.* 1. *l.* 9. 1. *art.* 4 qui dicit, quod fine dubio hæc confuetudo hodie inoleuit per totum orbem, & quod poſſumus dicere *tit. de his, quæ fiunt à Prælatis*, fine conſenſu Capituli receſſiſſe ab aula, quia Epiſcopi hodie omnia expediunt fine Capituli conſenſu.

§.

De aliquibus dubiis de ordinario collatore.

SVMMARIA.

DE Ordinario collatore examinanda veniunt aliqua dubia n. 241.

An Epiſcopus, ſeu alius Prælatus electus, & confirmatus poſſit conferre, adminiſtrare, & exercere, quæ ſunt iuriſdictionis ante inſtallationem, vel inductionem in poſſeſſionem, à n. 243 referuntur ſententiæ Doct. & reſoluitur attento iure communi tenendam eſſe 1. ſententiam communiter receptam, quod poſſit, niſi alius ſit in poſſ. hodie vero ex extrau. iniuncta de elect. Epiſcopos & alios Prælatos, in curia promotos etiā literis expeditis non poſſe conferre, nec adminiſtrare ante illarum oſtenſionem, & præſentationem factam Cap. & ponitur deciſ. Rotæ.

Etiam ſecluſa d. extrauag. videtur iuri, & rationi ſatis conforme, non poſſe Epiſcopum ingerere ſe adminiſtrationi, niſi oſtenſis & præſentatis literis Cap. de cuius præiudicio agitur, & de tollenda ei adminiſtratione à qua antea non teneretur deſiſtere numero 254. & ſeq.

Illa communis ſententia limitatur, niſi ſit conſuetudo, quod Prælatus non adminiſtret ante inſtallationem ſeu inductionem in poſſeſſ. quia tunc non poterit antea adminiſtrare, quam conſuetudinem eſſe negari nō poteſt, non ſolum in Hiſpania, ſed etiam in aliis partibus, & ita in cauſa Burgen. fuit denegata remiſſoria ad probandam conſuetudinem contrariam, vt in deciſ. poſita à n. 257.

Stante d. conſuetudine, quæ eſt ſatis rationabilis, non videtur poſſe adminiſtrare, nec conferre promotum, etiam ſi ſit Cardinalis ante adeptam poſſeſſionem, quicquid ſit de illo, an Cardinales ligentur diſpoſitione d. extrauag. iniuncta, de quo remiſſiue, & etiam decā, n. 262.

An Epiſcopus cui datus eſt coadiutor poſſit beneficia cōferre, &c. à nu. 295. reſoluitur quod Epiſcopus cui ob ſenectutem, aut ægritudinem datus eſt coadiutor, confert libere Beneficia, & non coadiutor, quamuis ſecus ſit in viſitatore, ſeu adminiſtratore Eccleſiæ vacantis dato à Papa, coadiutor vero datus dementi ſeu mente capto poteſt conferre, &c.

An valeat collatio Beneficiorum facta per Epiſcopum ſeu Prælatum putatiuum, qui ſe gerit pro Prælato, ſed ex aliquo defectu non eſt verus Prælatus, &c. nu. 276. concluſio quod valet collatio per eum facta ratione publici officij ſicut, & alia geſta per eum ex l. Barbarius n. 277.

Limitatum 1. d. concl. vt non procedat, vbi aliquis eſt intruſus in Dignitate, ſeu Beneficio reſeruato, ratione cuius competit ius conferendi, nam tunc, licet conferat ratione publici officij, & Dignitatis, non valet collatio propter decretum irritans in reſeruatione poſitum numero 278. Quamuis contra teneat Ægidium, cuius deciſio poſſet procedere in aliis iuriſdictionalibus non in collatione Beneficiorum, &c. nu. 279 & ſeq.

Secundo limitatur, quod ad hoc vt valeat collatio, & alia geſta per illum non ſufficit communis error, cum poſſeſſ. ſed ſimul etiam requiritur authoritas ſuperioris, & tit. ab eo collatus, quamuis inualidus ex aliquo vitio, ſeu defectu occulto num. 281. quamuis Bart. & alij teneant ſufficere communem errorē cum poſſeſſ. offic. n. 282 & lex 1. C. de teſtam. loquitur in actu teſtis, qui de ſui natura non deſiderat authoritatem ſuperioris, nu. 283.

Requiritur tit. non à quocunque ſuperiore collatus, ſed à legitimo ſuperiore habente alias poteſtatem illum conferendi numero 284. & ſeq. vbi ponitur deciſ. Rotæ.

Quando eſt vitium, ſeu defectus non in materia id eſt in perſona electi, ſeu prouiſi, ſed in forma communis, error nihil operatur, nec valent geſta per illum, quia eſt defectus in fundamento, & radice, & deficiente forma, quæ dat eſſe rei, deficit tit. à n. 286. & explicatur quod dicunt aliqui authores. Sed id patitur difficultatem ex tribus rationi. adductis, ex quib. probabile videtur valere geſta per eum, qui habet tit. à Superiore, licet nullum ex defectu formæ, &c. à numero 290.

Explicatur lex ad varios, C. de numerariis, & actuariis l. 12. à n. 295.

Quando per decennium quis ſe gerit pro habili, ſeu prælati, non requiritur alius tit. num. 298. nam ex poſſeſſione decennali præſumitur tit. num. 299. & ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ, ſed id intelligitur, quando non conſtat de contrario, nempe de defectu tit. nec ius reſiſtit, nam tunc ex decennali poſſeſſione non præſumitur tit. etiam coloratus n. 301. & 302 & l. Barbarius non habet locum, quando ius reſiſtit. numero 303. & procedit in errore circa factum, non circa ius. numero 304.

Conuincitur ſententia aliquorum, quod quando eſt opinio probabilis, quod quis eſt legitimus miniſter, & habet iuriſdictionem, licet illa in re non ſit vera, valent geſta per illum, ex leg. Barbarius, nam hic non eſt error circa factum, ſed circa ius, nec eſt error communis populi, ſed error ſapientium, & deficit etiam authoritas Superioris, niſi dicatur, quod dubium ſeruit de tit. & ad communem errorem huius actus ſufficit. à n. 305.

Ad effectum l. Barbarius ſufficit tit. coloratus, qui ſufficeret ad effectum reſtitutionis in ſpolio Beneficij, & ſic geſta per prouiſum ab inferiori, cui ius commune reſiſtit, qui tamen erat in quaſi poſſeſſione conferendi, valebunt, cum illa quaſi poſſeſſio etiam ſemiplene probata ſufficiet pro colore tit. in ſpolio n. 308.

Valerent etiā geſta per prouiſum à Vicario, quādo collatio eſt adminiculata cum aliquali probatione poteſtatis Vicarij, nam tunc tribuit titulum coloratum, numero 309.

Tertio limitatur d. conclu. vt non valeat collatio, nec alia geſta in fauorem ſcientium impedimentum nu. 310. Quamuis Alij teneant mero iure valere, eſſe tamen retractanda, numero 311. quæ limitatio intelligitur, quādo ſcienti poteſt imputari culpa in adeundo illum iudicem, ſeu Prælatum, quem ſcit non eſſe vere talem. Secus, quando non eſt, quod imputetur illi, &c. numero 312. nec procedit hodie, quando impedimentum eſt excommunicationis non denuntiatæ, ſeu notoriæ. n. 313.

Quarto limitatur, vt non procedat in collatione ſeu electione & aliis, quæ geruntur iure priuato, ſeu ratione priuati officij, &c. n. 314. & ſeq. etiam ſtante extrauag. ad euitanda, n. 321.

Vnde præſentatio facta à patrono excommunicato, etiā occulto, eſt nulla, & conſequenter etiam inſtitutio ad illam facta, quod procedit in præſentatione facta à patrono Eccleſiaſtico, nam facta à patrono laico, etiam publice excommunicato, valet contra aliquos à numero 316.

Poteſt tamen Epiſcopus non admittere præſentationem factum à patrono laico, quem ſcit eſſe excommunicatum, cum ille male faciat præſentando, licet non ſit denunciatus, & ſi eſſet denunciatus, deberet illam repellere alias peccaret, ſaltem venialiter, &c. numero 319.

Conuincitur ſententia Bertachini, quod requiratur excommunicatum eſſe publicatum, vt non poſſit eligere, ſeu præſentare, quæ non eſt vera, etiam ad effectum annullationis actus contra Lamber.

An hodie ſtante d. extrauag. ad euitanda, collatio facta ratione publici officij ab excommunicato non occulto, ſed publice, non tamen notorio, aut denunciato, ſit valida à n. 322 reſoluitur negatiue contra aliquos, nam, licet acta à iudice excommunicato publice, non tamen denuntiato, aut notorio, ad inſtantiam partis ſint valida, etiam ſi pars ſciat eum excommunicatum, tamen acta à tali ex officio, non valent, & collatio beneficiorum ſit ex officio &c. & ita poteſt procedere quædam dec. Rotæ relata, n. 326.

De reg. & materia l. Barbarius remiſſiue, n. 327.

An valeat collatio facta ab Epiſcopo, ſeu Prælato qui cōmiſit aliquod crimē, ob quod ipſo facto, & iure priuatus eſt Prælatura, puta hæreſim à n. 328. reſoluitur valere cum priuatio eſt occulta, quamdiu enim toleratur, nec priuatio eſt notoria, rata eſſe debent ab eo geſta, ex l. Barbarius, quamuis aliqui dicant l. Barbarius, non procedere in hæretico, &c.

Id procedit etiamſi Epiſcopus, ſeu Prælatus eſſet accuſatus de d. crimine, numero 333. non obſtante limitatione Bartol. docentis, quod quando ſit proceſſus, ex quo ferenda venit ſententia declaratiua, geſta poſt proceſſum inchoatum non valent. ſecus ſi eſſet priuandus per ſententiam, &c. quia de ea dubitat Iaſ. nec videtur tenenda, & reſpondetur ad l. 1. C. de teſtam. & l. quæſitum 1. ff. qui & à quibus allegatas per Bart. à numero 334.

Procedit etiam, licet Epiſcopus ſeu Prælatus eſſet depoſitus per ſententiam, ſeu lata contra eum ſententia declaratoria, ſi ab ea appellauit, nam poſt appellat. non prohibetur fungi officio, &c. n. 338. ſecus, ſi non appellauit, quamuis ſententia ſolum eſſet declaratoria criminis, &c. n. 339.

241 NVnc pro complemento † huius capitis de Ordinario collatore, examinanda veniunt aliqua dubia, & primum dubium eſt, an Epiſcopus, ſeu Præ-
243 latus electus, & confirmatus, ſeu inſtitutus, † vel prouiſus à Papa, poſſit conferre, adminiſtrare, & exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis ante inſtallationem, vel inductionem in poſſeſſionem? in quo ſunt variæ ſententiæ, prima eſt affirmatiua, quod poſſit, niſi a-
244 lius † eſſet in poſſeſſione Prælaturæ, ex *tex. in c. cupie. tranſmiſſam, cap. qualiter, & cap. nihil eſt de elect. & c. auaritiæ eodem in* 6 quæ ita ſolum videntur exigere confirmationem ad adminiſtrandum, ita Innocētius Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Compoſtellanus Butrius Cardin. & Abbas, *in d. c. tranſmiſſam*, Felin. *in cap. ne Dei de ſimo. n.* 2. *dec.* Capellæ Toloſ. 444. ſeu 443. & ibi Aufrer. Coſmas *in pragmat. ſanct. tit. de elect. cap. licet. § cenſuit, verb. promotus*, Ripa *l.* 2. *reſpon. c.* 31. Rochus *de iure patron. verb. iur.* § 5. Lamber. 3. *p. l.* 2. 9. 11. *art.* 6. & 7. Selua *de benef.* 2. *p.* 9. 15. Rebuffus *de pacific. poſ. à n.* 294. & 301. alias 243. & 251. & *in praxi, tit. de ſim. in reſign. n.* 26. Botteus *de ſynodo* 1. *p. n.* 49. Corraſius 2. *p. cap.* 4. *num.* 8 Duarenus *de benef. l.* 3. *c.* 4. Roſiniacus *c.* 12. *à n.* 2. & *c.* 23. P. Gregorius *c.* 38. *n.* 2. Couarruuias plures referens *l.* 3. *variar. c.* 16. *n.* 6. Cuchus *in inſtitut. maior. l.* 4. *tit.* 4. *à n.* 63. Anaſtaſi. Germonius *de indultis Cardinal. necnon quarumcumque, à n.* 29. Aceuedo *in curia Piſana, l.* 1. *c.* 13. *à num.* 9. & Suar. 4. *tom. de pœniten. diſput.* 55. *ſect.* 5. *num.* 19. & alij communiter.

Et ita in † vna Burg. Canonicat. 28. Ian. 1583. coram Illuſtriſ. Lancel. quæ habetur impreſſa 2. *p. diuer. dec.* 182 fuit per Rotam reſolut. vacationem Eccleſiæ ſolum durare, vſque ad confirmat. ſeu prouiſio. de Prælato factam, & ſic ſtante d. prouiſ. & literis expeditis etiam ante captam poſſeſ. per Prælatum, non poſſe Cap. conferre, nec iuriſdictionem exercere, vti ſede vacante, refert & ſequitur Flam. Pariſ. *de reſignat. Benef. libro* 7. *quæſtione vigeſimatertia à numero* 46. 245

Secunda ſententia eſt negatiua, & contraria, † quam tenent Archidiaconus *in c. cum qui de Præb. in* 6. & ibi Lapus, Paul. & Anchar. idem Archid. *in d. c. auaritiæ*, & ibi Dom. *in* 4. *in princ.* & Francus etiam *nu.* 4. & idem Anchar. *in reg. ſine poſſeſſione l.* 6 Imola *in d. capite tranſmiſſam*, & Felinus *conſilio quadrageſimo, nu.* 5. 246

Alij concordant opiniones, † vt ſi confirmeris, qui eſt ordinarius loci, & plenam poteſtatem iure habet, vt Archiepiſcopus quo ad Prouinciam, Epiſcopus quoad Diœceſim, & Papa quoad omnes, tunc ex ſola confirmatione habet plenam & liberam adminiſtrationem, ſecus ſi alij confirment, qui non ſunt locorū ordinarij, quia tunc ſuperioris puta Diœceſani conniuentia, & conſenſus expectatur, & requiritur, quam diſtinctionem ſequitur dicens ſatis æquam Domin. *in d. c. cum qui* § 1. *n.* 8. & ibi Francus *n.* 5. Felinus *in dic. ne Dei, num.* 52. *limit.* & Rebuf. *ſup. de pacific. n.* 306. alias 255. 247

Alij ſic concordant, quod aut inſtallatio ſpectat ad alium, quam ad confirmatorē, & ſic vera 2. opinio Archid. & aliorum, aut ad confirmationem, & ſic vera prima opinio Innoc. & aliorum, ita But. *in d. cap. ne Dei*, quem ibi ſequitur Anania *n.* 4. licet Fel. *d. n.* 5. *limitat.* eos citet pro 3. ſententia. 248

Sed reuera quoad hoc nihil † videtur referre, an confirmet loci ordinarius, an alius, ſi confirmandi poteſtatem habet, nec an inſtallatio ſpectet ad confirmatorem, an ad alium? nec talis diſtinctio iure probatur, ſicut nec 2. ſententia Archidiaconi, & aliorum. 249

Vnde videtur tenenda prima ſententia † communiter recepta, attento iure communi. 250

Hodie vero ex extrauag. *iniuncta de † elect. in communi*, de qua Corraſius, & alij ex citatis non meminerunt Epiſcopi, & alij Prælati in curia promoti etiam literis expeditis, non poſſunt conferre, nec adminiſtrare ante illarum oſtenſionem, & præſentationem factam Cap. vt patet ex illis verbis, *nullique eis abſque dictarum literarum oſtenſione recipiant, aut eis pareant, vel intendant*, & ex *verſ. ſeq.* & ita te- 251
nuit Rota † in d. Burgen. Canonicatus 3. Iun. 1583. coram Do. Bubalo recedens à ſupradicta deciſio facta 252

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

coram D. Lancelloto, vt in sequenti decisione nondum impressa.

Resolutum extrauagantem, iniunctæ, de elect. in communib. *obstare D. Nicolao de Paredes, quia licet Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus Burgen. post prouisionem à Papa de Ecclesia Burgen. & post literas desuper expeditas acquisiuisset attento iure communi iurisdictionem Episcopalem, & potuisset etiam conferre Beneficia, cum sedes Episcopalis non diceretur amplius vacare, vt fuit in hac causa resolutum, tamen attenta dispositione* d. extrauagantis, *ex quo literæ non fuerunt præsentatæ Capitulo, & Canonicis, totum id, quod actum fuit per D. Archiepiscopum ante d. præsentationem fuit irritum, & inane, vt disponitur in d. extrauaganti ibi, nullique eos ante d. literarum ostensionem recipiant,* & in vers. seq. *ibi*, quod si forsan contra præsumptum fuerit irritum habetur, *& licet reperiantur aliqui DD. dicentes, quod literæ debent esse expeditæ ad hoc, vt non dicatur Ecclesia vacare, & vt Episcopus possit administrare absque eo, quod de præsentatione faciant mentionem, vt ita simpliciter dicit glos.* in clem. 1. verb. sede vacante, de hæret. *& ibi Imola* num. nono. verb. glo. vacante, *Cardin.* in §. duo. numero quinto in fin. *Abb.* numero 6. versic. Ecclesia Vitali, numero 176. *Petrus Rauennas* in Compendio iuris canon. in dict. titul. *Paulinus* de potestate Capituli, præludio 7. numero 14. *Felinus* in cap. ne Dei timorem numero tertio, versic. 4. limita de simonia. *Selua* de Benef. p. 2. quæst. 15. in princ. *Abb.* cap. qualiter, 2. notab. de elect. *quem sequuntur Doctores* rubrica de constitut. numero 42. *Cassador.* decisio. 8. numero 5. de restitut. spoliat. *Pus,* decis. 177. numero 3 l. 3. *tamen omnes isti, & alij, qui reperiri possunt, non excludunt ostensionem literarum, quia simpliciter loquuntur, imo illam præsupponunt ex quo ad id probandum, allegant d. extrauagantem, quæ de literarum ostensione expresse disponit, & dictum Doctorum debet intelligi secundum legem, quam allegant, & si aliter ipsi sentirent, dicerent contra d. extrauagantem, cuius verba sunt clara, & ita etiam illam declarat Rebuff.* in praxi, tit. de simon. in resignat. numero 31. *Decius* in rubric. de constitutio. elect. numero 42. *& ex supra adductis in contrarium allegatis se ipsum declarat Vitalis* in Clem. 1. §. porro, numero 30. de iureiurand. *Felin.* in cap. 1. de præscrip. num. 5. *quod licet loquatur per verbo, forte, tamen postea affirmat, hoc dicit in* cap. cum te. numero 6 vers. sed caue de rescript. & in rubrica de constitut. numero 12. vers. & adde *vbi dicit, quod debent ostendi literæ, Abb.* in cap. nostri, numero 4. de elect. & in cap. in nostra colum. fin. num. 11. vers. dicit tamen de rescrip. *vbi expresse dicit, quod prouisio debet probari per literas, nec aliter recipi debet, & hoc dicit esse bene notandum, quia multi in hoc errant. Non obstant etiam adducta pro parte d. Nicolai ad probandum notitiam Capituli, de dicta prouisione & literis desuper expeditis, & quod sola notitia sufficiat, absque literarum præsentatione iuxta* consilium 4. *Calder.* de offic. legati. *Felin.* in cap. cæterum, numero 16. vers. sed caue de rescrip. *Rebuff.* praxi titul. de forma Vicariatus numero 110. *Conar.* pract. cap. 9. num. 7. vers. 2. conclus. *quia respondetur, quod dicti Doctores non loquuntur, quando lex requirit præsentationem literarum, quia tunc sola notitia non sufficit, vt declarat idem Felin.* in dict. cap. cæterum, numero 17. vers. extensio 1. *Boerius* quæstion. 347. numero 16. & 17. *& in terminis dict. extrauagantis tradit Rebuff.* dict. titul. de simo. in resig. n. 4. *vbi hoc comprobat pluribus rationibus. Præterea allegata in contrarium non procederent, quando ageretur de præiudicio alterius, Felin.* in cap. ex parte Decani numero 22. de rescript. *Bart.* in l. 1. numero 20. de noui operis nuntiatione *Ripa* in l. quod te numero 61. si certum petatur, *ac in præsenti tolleretur ius Episcopale, quod habet Capitulum sede vacante, circa collationem Beneficiorum, propterea, donec fuere illi ostensæ literæ expeditæ, prout dicitur* in d. extrauaganti *non prohibetur continuare suam iurisdictionem, & consequens collatio per Cap. facta tenet, & est valida.*

Et vltra citatos per Rotam † in ista decisio. addo Felinum dict. consil. 40. numero 9 & 7. & ita consultas respondi anno 1603. in vna Segobien. de qua supra memini capit. primo, numero 139. & ita post hæc tradit Gonçalez, *glos.* 15. §. 2. *à numero* 80. referens istam decisionem, & dicens, fuisse postmodum sæpius à Rota canonizatum, & ita se consultum respondisse in alio simili casu vnius Canonicatus Corduben. 153

Quinimo etiam seclusa *d. extrauaganti* † videtur iuri, & rationi satis conforme, non posse Episcopum ingerere se administrationi, & iurisdictionis exercitio, nisi ostensis, & præsentatis literis suæ prouisionis Capitulo, de cuius præiudicio agitur, & de tollendi ei administratione, & iurisdictione, quam habet Sede vacante, vt dicitur in d. decisione ad fin. ex Felino in *c. ex parte Decani de rescrip. nume.* 22. Bart. *in l.* 1. *n.* 20. *ff. de noui operis nuntiatione* Ripa *in l. quod te nu. numero sexagesimo primo, §. si certum petatur.* 154

Et confirmatur, † nam ante ostensionem, & intimationem literarum non teneretur Capitulum desistere ab administratione, & exercitio iurisdictionis, sed eam posset continuare, & consequenter Episcopus non posset antea iurisdictionem exercere. alias daretur conflictus, & repugnantia iurisdictionum, & confusio magna, ac rixarum & scandalorum occasio. 155

Nec obstant *iura supra allegata,* quia illa † non excludunt ostensionem, & notificationem literarum faciendam Capitulo, cui aufertur administratio, & ita videtur accipienda prædicta communis sententia. 156

Præterea illa communis † sententia limitatur, nisi sit consuetudo, quod Prælatus non administret ante installationem, seu inductionem in possessionem, quia tunc non poterit antea administrare, sed seruanda est consuetudo ad *c. in his* 11. *distinct. cum alijs,* ita glos. *in dict. extrauag. iniunctæ verb. non præsumant,* Abbas *in d. c. transmissam numero tertio,* dicens ita communiter velle. DD. Felinus *in d. c. ne Dei, num.* 63. *limitatione* Selua, & Bott. *supra.* Rebuff. *de pacificis numero* 266. alias 247. Cochus *supra,* & Anastasius Germonius qui ait, quod prouisus potest administrare ante apprehensam possessionem, nisi vsu, vel consuetudine receptum sit, ne quis administret nisi naturalem, & actualem possessionem acceperit, quam consuetudinem ait sibi videri esse in viridi obseruantia, non enim solent ante apprehensionem possessionis quicquam possessori agere, & nouissime Aceuedo *sup. nu.* 12. qui ait quod, cum Episcopus etiam confirmatus literas confirmationis teneatur mittere Regi, & eius Regio consilio, & antequam ibidem expediantur, non capitur possessio, Canonici suæ Ecclesiæ nisi literas has videant, & eis notificentur, non permittant administrare, & eis præsentatis, & notificatis, capitur Episcopatus possessio, nunquam vidit, neque audiuit Episcopos etiam confirmatos ante captam possessionem potestatem iurisdictionis exercere, & quod de consuetudine sic teneri videt, & audiuit in Epi- 157

Episcopatu Placentino, & in alijs, quorum notitiam habet, &c.

Et reuera negari non potest esse hanc consuetu-
158 dinem, † non solum in Hispania, sed etiam in alijs partibus, nam nunquam Episcopi ante captam possessionem administrant, nec Beneficia conferunt, nec in aliquo se occupant, seu impediunt, sed Capitula, vt sede vacante administrant, & iurisdictionem exercent, donec per Prælatum sit capta possessio Episcopatus, quia præsentatis literis, & præstito solito iuramento de seruandis statutis, statim solet eis dari, seu eorum procuratori, & vsque ad illud tempus censetur durare Ecclesiæ & sedis vacatio
159 ad illum effectum administrationis, † ad quod videtur respexisse *reg.* 2. *Cancellariæ,* quæ reseruat Beneficia ad dispositionem Episcoporum, & aliorum collatorum pertinentia, quæ post illorum obitum, dimissionem, seu amissionem, vel priuationem vsque ad promotionem successorum Apostolica authoritate faciendam, & adeptam ab eis possessionem, vacant, &c. quasi vsque ad illud tempus censeatur Ecclesia, seu sedes vacare.

160 Et ita potest procedere quod ait Rebuf. † *de deuolutis, n.* 72. quod dicitur sedes vacare, donec Episcopus nouus adeptus fuerit possessionem teste Hostien. in cap. olim 1. *de restitutione spoliatorum* quam refert Felinus *dicto consilio quadragesimo nono, quarto.*

161 Vnde, cum in d. causa Burgen. Canonicatus † peteretur remissoria ad probandam consuetudinem immemorialem in Regnis Hispaniarum, quod Episcopi post Expeditas Bullas absque illarum ostensione in Capitulo prouidebant de Canonicatibus, & alijs Beneficijs, fuit denegata, quia non dabatur aliquis titulus, quinimo testes examinati videbantur potius probare contrarium, nempe, quod Episcopi non se intromittunt in administratione Episcopatus, ante præsentationem literarum, & ante
162 captam possessionem, &c. vt in sequenti † decisione facta coram eodem Domino Bubalo octauo Iunij 1584.

Domini concluserunt denegandam esse remissoriam D. Nicolao de Paredes, quia ex articulis aliqui non sunt releuantes, & licet aliqui sint releuantes, non tamen datur aliquis titulus, ita vt danda sit remissoria, prout est primus articulus, qui, licet sit releuans in eo, in quo continet consuetudinem immemorialem in Regnis Hispaniarum, quod Episcopi post expeditas Bullas absque illarum ostensione in Cap. prouiderunt de Canonicatibus, & alijs beneficijs in suis Cathedralib. non tamen datur aliquis titulus, quinimo testes examinati videntur potius probare contrarium, nempe, quod Episcopi non se intromittunt in administratione Episcopatus ante præsentationem literarum, & ante captam possessionem, & quod, quando volunt capere possessionem, præsentant literas Apostolicas Capitulo, quod pariter dicendum est in quarto articulo, in alio vero dum D. Nicolaus articulat, quod in Regnis Hispaniarum promoti ad Episcopatum non possunt capere possessionem, absq. mandato serenissimi Regis Catholici eius propria manu subscripto, & quod propter infirmitatem serenissimi Regis de illo tempore Reuerendissimus D. Archiepisc. non potuit obtinere d. mandatum, licet plures fecerit diligentias, D. dixerunt hoc non releuare, quia, quamuis infirmitas serenissimi Regis posset impedire adeptionem possessionis Archiepiscopatus, non tamen impediebat, quominus D. Archiepiscopus præsentaret literas Apostol. Cap. saltem illas decretas Cap. non ad effectum capiendi possessionem, sed tamen notificandi Capitulo, quod literæ erant expeditæ, & quod non stabat per ipsum, quominus adipisceretur possessionem Archiepiscopatus, nec dicatur, quod non erat sibi permissa ostendere literas absque beneplacito Principis, quia, quemadmodum potuit Dominus Archiepiscopus deputare Vicarium ante adeptionem possessionis, prout deputauit, ita etiam contendum est potuisse exhibere literas Cap. ad effectum supradictum. Secundo mouebantur, quia cum ex dispositione extrauag. iniunctæ de elect. Episcopi prohibeantur ad eorum Ecclesias accedere, & bonorum administrationem accipere, nisi literis expeditis, & illis exhibitis, hæc conditio tunc dicitur haberi pro completa, quando impedimentum venit ex facto tertij directo impedientis, secus vero, quando existentia conditionis impediretur per tertium hoc non agentem directe, sed per quandam consequentiam, vt in causa, de qua agitur, vbi infirmitas Regis non tendit directo, & principaliter ad impedien. præsentationem literarum, sed potius indirecte, & per quandam consequentiam, vt bene declarat Bart. in l. in testam. colla. 2. ver. Domini habetis de conditio & demonstratio. *quem sequitur Bald.* in l. 1. num. 4. *Alexan.* n. 4. versiculo limita tamen *Ias.* sub num. 9. *& Decius* n. 11. C. de institutione & substit. *Socinus* in l. iure ciuili, numero 1. versi. 2. limita. de conditio. & demonstratio. & in d. l. in testamento, sub num. 12. *neque applicatur dicta glossa* in d. extrauag. iniunctæ, in verb. non præsumat, *vbi vult, † quod propter impedimentum obitus Papa Episcopus potest capere possessionem absque expeditione* 163
literarum, tum quia in præsenti literæ erant expeditæ, & ex impedimento mandati Regis ob eius infirmitatem non infertur, quominus posset d. Archiepiscopus dictas literas exhibere Capitulo, quia impedimentum aderat in adeptione possessionis, non in ostensione literarũ, vt supradictum est, tum etiam, quia in casu glossæ datur facultas Episcopo capiendi possessionem, etiam literis non expeditis propter impedimentum in expedit. literarum, sed si post literas expeditas propter aliud impedimentum Episcopus non adipisceretur possessionem, nihil dicitur in illa gloss. & in præsenti seruanda est distinctio Bart. de qua sup.

Vnde stante d. consuetudine, † quæ est satis ra-
tionabilis, non videtur posse administrare, nec conferre promotum, etiam si sit Cardinalis ante adeptã possessionem, quicquid sit de illo, an Cardinales ligentur dispositione *d. extrauag. iniuncta,* de quo Bellen. † *de charitatiuo subsidio, qu.* 66. Gomezius *in proœmio regularum, n.* 42. *&* 9. *versic. tertius casus, & decis.* Rotæ in vna Toletana Parochialis de Alcaudete 5. Iulij 1595. supra adducta *c.* 1. *n.* 251. vbi vide. Et circa d. extrauagantem † iniunctæ videndus est Nauarrus *in c. accepta de restitut. spoliat. opposi.* 8. *solutione ex num.* 12. 164

Secundum dubium est, † an Episcopus, cui datus est coadiutor, possit Beneficia conferre, &c. in quo dicendum est, quod Episcopus, cui ob senectutem, aut ægritudinem datus est coadiutor, confert Beneficia, & non coadiutor, ita Oldradus *consil.* 44. & post alios Domin. *n.* 4. & Francus 3. *in cap.* 1. §. *fin. de clerico ægrotante in* 6. Paulinus *de potestate Capituli sede vacan.* 2. p. q. 1. *numero* 2. Cosmas *in pragmatica sanctione, tit. de collatio.* §. *cui res, verb. iurisdictio* Selua *de Benef. in* 2. *par. quæstione* 4. Rebuffus *de nominatio. quæstione octaua n.* 44. *& sequentibus alias n.* 26. Corrasi 2. *p. c.* 4. *a n.* 9. Guerrero *in speculo c.* 9. & P. Gregorius *de Benef. c.* 39. *n.* 20. *argu. ca. fin. de officio Vicarij in sexto.* 165 166

Quamuis secus sit † in visitatore, seu administra-

tore Ecclesiæ vacantis dato à Papa vt *in ca. si cui de electione in 6. & capite fin. §. fin. de supplenda negligentia Prælatorum eodem libro.* Dominicus & Francus *supra.*

267 Et in vna Legionen. 17. Oct. 1548. † fuit resolutū, quod coadiutor ratione ætatis non possit vnire, nec dismembrare, nec conferre Beneficia, vt per Mandosium *in regula vndecima Cancel. quæstione quinta num. 8.*

268 Et prædictam ait crebriorem opinionem † Duarenus *de Beneficio libro tertio capite quinto*, quamuis dicat, quod etiamsi coadiutor detur ob senectutem, non videt cur Beneficiorum collatio generali concessione non veniat, æquum tamen esse, quod à principio taliter detur, vt Episcopo libera facultas conferendi relinquatur.

269 Et quamuis Thomas † Campeg. *in tract. de coadiutore Episc. nu. 10.* dicens, æquiorem sententiam videri cum Alexandrino *in cap. 11. 7. quæstione prima* teneat, quod coadiutor datus sano, vel dementi poterit Beneficia conferre, ne contingat Beneficia diutius vacare & videtur tenere Gonçalez *glos. 5. § 9. n. 4. & gl. 13. n. 12.*

270 Quod tamen solum † procedit in coadiutore dato dementi, seu mente capto, qui potest conferre, vt dicunt authores citati, & Flaminius Parisius *de resignat. Benef. libro septimo quæstione 20. à num. 15.* Quintanaduennas *libro primo Eccles. capite quinto nu. quinto.*

271 Aiunt vero Francus † Cosmas, Rebuffus & reliqui citati cum Ioanne Andrea & Imola *in capite fin. de clerico ægrotante* Lapo & Ancharrano *in d. cap. primo eodem in 6.* quod si coadiutor datus est quoad specialia, Prelatus sanę mentis confert Beneficia de consensu coadiutoris, & Flaminius Parisius *d. quæstione 2. numero vigesimo tertio* ait, quod coadiutor tunc poterit conferre de consensu ipsius Episcopi.

272 Contrarium tamen, nempe quod Episcopus tunc libere † conferat, & non teneatur requirere consensum, vel consilium coadiutoris, videtur tenere Oldradus *d. cons. 44.* & cum eo Domin. & Corras. & Guer. *sup.* quod verius existimo, non enim ex hoc, quod E-
273 piscopo † sanæ mentis detur coadiutor ob infirmitatem, vel senectutem, interdicitur ei libera administrandi facultas, nisi ibi datur propter certam causam vt timorem dilapidationis, nam tunc exercitium illius causæ, propter quam datus est coadiutor, non erit sine consilio, & assensu coadiutoris, vt *in ca. venerabili in fi. de electi.* Old. *sup. n. 2.*

274 Et ita tenet Nau. *cons. 3. de clerico ægrot. n. 4.* vbi docet non posse coadiutorem Episcopi; seu Archiepiscopi conferre Beneficia potente, & volente conferre illa Epis. seu Arch. & nolente, vt conferat coadiutor, quoniam Papa solum dat ei potestatē exercendi iura spiritualia, & temporal. quæ iure vel cōsuet. pertinent ad coadiutoris offic. & iure non pertinent ad coadiut. offic. ea, quæ principalis recte potest, & vult agere per se, & non vult vti coadiut. cons. neq; auxilio, *arg. c. Pontifices, & c. penult.* & fere omnium aliorum 7. q. 1. & hanc esse mentem constituentis coadiutorem, & iure diuino natural. debere esse talem iuxta reg. *id quod nostrum est sine facto, & consensu nostro tacito, vel expresso auferri non debet de reg. iur. l. 6. vno in ff. cum sua concordan.* hæc Nau. qui tamen videtur
275 sentire † posse istum coadiutorem conferre Beneficia non prohibente, seu contradicente coadiuto, sed hoc est contra supradicta.

Tertium dubium est, † an valeant collatio Beneficiorum facta per Episcopum, seu Prælatum putatiuum, qui se gerit pro Prelato sed ex aliquo defectu non est verus Prelatus, &c. 276

In quo conclusio est, † quod valet collatio per eum facta ratione publici officij, sicut & alia gesta per eū ex *l. Barbarius ff. de offic. prætor.* cui consonat *l. 2. C. de sentent. & interlocut. c. infamis 3. q. 7. l. 4. tit. 4. p. 3. & l. 8. tit. 9. lib. 3. recopilationis*, Rota *dec. 14. de iure patron. in antiquis* Lapus *allegatione 89. numer. 8. 11. & 12* vbi Mandos. Abb. *in c. nihil. de electione n. 12.* Selua *de Benef. 2. p. quæstione 12. num. 2.* Mascar. *de probat. conclus. 649. n. 23.* & alij. 277

Quæ conclusio limitatur primo, vt non procedat vbi aliquis † est intrusus in Dignitate seu Beneficio reseruato, ratione cuius competit ius conferendi, nam tunc, licet conferat ratione publici officij Dignitatis non valebit collatio propter decretum irritans in reseruatione positum, quod inficit titulum, & possessionem, ac afficit totum Beneficium, & quod sequitur ex eo, ita Rota *decis. 20. de Preb. in antiqu. & 4. eodem tit. in antiquior.* Æneas de Falcon. *de reseruatio. 4. q. effectu 26.* Simoneta *eodem tract. q. 44.* & ibi Paulus Granutius, & conducunt dicta infra *c. sequen. à n. 20.* 278

Quamuis contra teneat † Ægid. dec. 66. cuius decisio posset procedere in alijs iurisdictionalibus ex æquitate d. l. *Barbarius.* non autem in collatione Beneficiorum, quæ est quædam donatio, *ca. fin. de offic. Vicarij in sexto cum alijs.* & computatur particulariter inter fructus, vt supradictum est *capite primo numero 705.* 279

Pro quo facit, † quod ex Calder. & Anton. *in c. ad probandum de re iudic.* adducit Gambarus *de offic. Legati, lib. 1.* Rubrica qualiter Legatus se gerere debeat, cum Prouinciam est ingressus à *n. 16.* quod communis error non prodest in his, quæ sunt gratiæ, & pręcipue vbi adest decretum irritans, quod ligat etiam ignorantes. 280

Secundo limitatur, † quod ad hoc, vt valeat collatio, & alia gesta per eum, qui se gerit pro Prelato, seu est in possessione, & communi existimatione alicuius officij, non sufficit communis error cum possessione, sed simul etiam requiritur authoritas Superioris, & titulus ab eo collatus, quamuis inualidus ex aliquo vitio latenti, seu defectu occulto, vt probatur ex *d. l. Barbarius, cum concordan. adductis*, ita Innocentius *in d. c. nihil. n. 3. & 4.* & ibi Imola 7. Abb. *n. 11. & 12.* & alij *ibidem Bart. in l. actuarios C. de numerar. & actuarijs l. 12.* idem, seu Bald. *in repet. d. l. Barbarius. n. 4. 5. 7. & 8.* Bald. *ibi in lect. 1. n. 19. & in 2. n. 13. 14. & 18.* Angel. *n. 2. Ias. 22. & n. 48. & n. 66.* & Orofcius *n. 13. & 18.* Alex. *cons. 138. l. 1.* Corsetus *in singular. vers. error communis, & ibi additio Bart.* Socinus *reg. 282. fallen. 1* Selua *supra* Antonius Gabriel. *de probat. conclus. 8. n. 20.* Mascardus *d. conclus 649. n. 91. & 101.* Baeça *de decima tutori præstanda. capite 12. numero tertio & 9.* Ioannes Gutierrez *de tutelis 3. p. c.* Aceuedo. *in d. libro octauo recopilationis* Vgolin. *de censur. tabu. 1. capite 2. §. 22. & tab. 2. cap. 13. §. 4.* Nauarrus *in c. placuit. de Pœniten. distin. 6. nu. 177. & 178. & in manu capite nono num. 11.* alias 8. Angelus *in sum. verb. confessio. 4. num. 12. & verb. pœna quæst. 3.* Rosella *confessio. 3. numero 41.* Tabiena *absolutio. 1. num. vlt.* Siluest. *Confessor 1. q. 19.* Armilla *verb. Absolutio, numero trigesimo primo* Caietan. *in sum. verb. absolutionis impedimenta. §. absolutio non nullis circumstantijs impeditur, & verb. confessionis iteratio. & confessio sacramentalis, quæ ex parte* 281

ex parte confessoris iteranda. Ioannes Medina *c. de confessione. q. 22. de confessione confessoris excommunicato scienter facta*, Palatio *in 4. distinctione 17. disputatione* [illegible]. Aragon. *2. 2. quæstio. 60. articu. 6.* Ludouicus Lopez *instruct. conscientiæ, 1. tom. c. 38. vers. iteranda est confessio*, Enriquez *in sum. l. 6. c. 6. §. 2. in glos. litera E. & capite 7. §. 2. & l. 11. c. 3. §. quarto & libro 13. capite 7. §. 6.* Vega *in summa 1. parte capite 56. casu 44.* P. Ledesma *in summa 1. parte de pœnitentia capite 13. § dubio* Açor *in institution. moralibus l. 5. capite 8. q. 2.* Thom. Sanchez, qui plures alios refert *de matrim. l. 3. disputatione 22. quæst. 5. n. 49.* & nouissime Suarez *quinto tomo de censuris disputatione secunda sectione quarta numero secundo, & disputatione decimatertia sectione 1. n. 31.*

282 Quamuis Bartholus *in lectura d. legis Barbarius*, † & alij multi, quos referunt Tiraquellus *post leges connubiales glos. 8. n. 153.* & Thomas Sanch. *2. ibi n. 48* teneant sufficere communem errorem cum possessione officij, & nouissime Morla. *in emporio iuris titu. 21. qu. 2.*

283 Nec obstat *l. prima C. de testament.* quia loquitur † in actu testis, qui de sui natura non desiderat authoritatem superioris Bart. *in d. rep. l. Barbarius sub n. 5.* & Ias. *ibi n. 51.*

284 Et requiritur titulus non à quocunque Superiore collatus, † sed à legitimo Superiore habente alias potestatem illum conferendi, ita Bald. *in d. l. Barbarius, 1 lect. num. 29.* & ibi Ias. *n. 48.* Bertrandus *cons. 128. vol. 1.* Ant. Gabr. *d. concl. 8. n. 20. n. vlt.* Mascar. *supra n. 86. 92. & 95* Aceuedo *d. libro octauo sub nu. 17. verb. d. fuesse exergado*, Iacobus Sbrotius *de Vicario Episcopi l. 3. q. 14.* & Thom. Sanchez qui alios refert *sup. n. 50. & seq.*

285 Et fuit resolutum † in causa Abulen. Parochialis 5. Iun. millesi. quingentesi. nonagesi. quinto coram D. Orano, vt in sequenti decisione. *Ecclesia Abulen. Pastoralis solatio destituta, Capitulum prætendebat competere sui sibi prouidendi de Beneficijs ad collationem Episcopi pertinentibus, & cum per obitum Fabian.* [illegible] *quæ Parochialis Ecclesia de la Calçada vacasset, deputauit Vicarium, qui illam Nicolao Garzia contulit; verum, quia ex potestatis defectu fuit prouisio declarata nulla, Nicolaus productis aliquot collationibus prouisse modo factis, allegauit* legem Barbarius. ff. de officio prętoris, *& obtinuit dubitari, an eius dispositio vendicaret, Domini vero vnanimiter negatiue responderunt, quia licet lex Barbarius habeat locum in spiritualibus versantibus circa iurisdictionem Abbatis.* in capite secundo de presbytero non baptizato. *additio ad Corsetum* in singular. versic. error communis. *cum relatis per Gabr.* conclus. 8. num. 36. de probatio. *& collatio sit iurisdictionis Abb.* in cap. cum [illegible] num. 8. de maior. & obedient. *Lapus* allegat. 89. num. 12. *Rota* decis. 14. de iure Patron. in antiq. *Crescen.* decis. 178. *alias* 16. de probatio. *tamen secus est, quando inhabilitas est in potestate creantis, ita quod ab illo non potest remoueri, vnde cum Capitulum sede vacante non possit Beneficia conferre.* cap. 2. ne sede vacante capit. 1. § si vero eodem titul. lib. 6. *Gemin.* in c. 1. sub num. 4. de maioritate & obedientia, lib. 6. *sequitur, quod nec poterit deputare Vicarium, qui occurreret eiusdem vacatione de eis disponeret, nam lex* Barbarius, *vltra communem reputationem, errorem, & quasi possessionem, requirit authoritatem Superioris, atque ita facultatem Capituli deputantis Vicarium ad effectum, vt posset ipsum habilitare, ad collationes faciendum, alias actus per eum factis nullum corruit ex defectu ipsius, sed quam maxime causa efficientis*, Bald. in l. 2. numero nono C. de sententijs, [illegible] per Dd. in l. Barbarius, & *ibi Iason* num. 49. *Alex.* cons. 138. num. 7. lib. 1. [illegible] *Vicar. Paris.* cons. 136. num. 7. lib. 4. *Ferretus* cons. 8. numero 4. cons. 9. per totum, & cons. 69. numero 13. [illegible] 12. libro 1. *sed tamen* [illegible] *titulus etiam putatiuus, ad cuius acquisitionem requiritur antiquitas temporis*, [illegible] de antiquitat. tempor. part 3. num. 12. *sed etiam* [illegible] *iuris communis Gabr. d. con*clusion. 8. num. 31. *per quem* [illegible] *Capitulum in mala fide, Rota* decis. 7. de iure patron. *in antiq. Calderinus* cons. 13. eodem tit. [illegible] *possessionis, Abb.* in cap. nihil. num. 11. de elect. *Alex.* cons. 75. num. 44. libro 4. [illegible] cons. 134. num. 15. & 16.

Nec hic quicquam facit, bona fides habentis titulum à non legitimo Superiori, quia non agitur de acquisitione fructuum, quidquid velit Facian. *de probat. lib. 2. c. 31. n. 81.*

286 Vnde infertur, † quod quando est vitium, seu defectus non in materia, id est, in persona electi, seu promissi, sed in forma eo, quod forma præscripta non sit seruata in electione, seu prouisione, communis error nihil operatur, nec valent gesta per illum, quia est defectus in fundamento, & radice, & deficiente forma, quæ dat esse rei, deficit titulus, ita Bart. *in d. l. vltimo n. 3.* per text. ibi Albert. *in d. l. Barbarius nu. 12* & ibi Ias. *num. 51.* Corsetus † *supra*, Anton. Gabr. 287
num. 45. Mascard. *n. 50. 85. & 94.* & Thom. Sanchez *d. quæst. 5. n. 53.* qui cum Ioan. Andr. *in d. cap. nihil. num. 28.* vbi Innoc. *nu. 4.* & Ancharan. *ad fin. quæst. 4.* id intelligit, nisi electioni, in qua est vitium formæ, accedat legitimi Superioris confirmatio, ea enim titulum coloratum confert, dum electionis vitium communiter latet.

288 Nec huic illationi contradicit, † quod cum Baldo *in d. l. 2. C. de sentent. & interlocut. ad fin. & in l. ad testium. C. 2. 5. de testament.* & Alexand. *d. consil. 138. n. 7.* dicunt Iason *num. 22.* Anton. Gabriel. 14. & Mascardus 65. *vbi supra*, quod communis error faciat ius non solum quando vitium est in persona, sed etiam in solemnitate, vel in causa materiali, quia loquuntur de vitio in solemnitate in terminis *dict. leg. 1. C. de testam.* nempe in testibus adhibitis in testamento, qui reputabantur idonei, &c. vt apparet ex ipso Baldo, & Iasone, &c.

289 Nec etiam huic illationi obest † quod ait Morla. [illegible] *26. n. 17.* quod in *dict. leg. Barbarius.* fuit etiam defectus formæ iuxta doctrinam receptam Baldi *in l. 1. 7. oppositione C. qui admitti*, qui docet, quod omnes qualitates, quæ requiruntur in persona ad aliquem actum, requiruntur pro forma iuxta *l. si quis omnes de testament. l. si quis mihi bona. §. iussum ff. de acquirend. hered.* vnde, cum in Barbario Philippo deesset *in dict. l. Barbarius* inhabilitas personæ, fuit consequens defectus formæ, cum nulla ratio differentiæ reddi possit, ex quo tenet contra dictam sententiam, & intellectum *dict. leg. actuarios* respondetur enim *in d. l. Barbarius*, esse defectum formæ late sumptæ, nō proprie, vt agitur in proposito.

290 Sed nihilominus ista † illatio patitur difficultatem, primo, nam durum videtur, quod non valeant gesta ab eo, verbi gratia, qui est in possessione Parochialis authoritate Superioris, & pro parocho communiter reputatur, in cuius tamen prouisione non fuit recte seruata forma Concilij, & constitutionis

Pr, vt sæpissime accidit, & accidere potest. quamuis quod ipsum prouisum non præbeat titulum etiam coloratum, vt in dicta constitutione.

291 Secundo quia † non attinet ad subditos, scire an sit seruata forma, vel non, imo debent in dubio præsumere pro Superiori, vnde militat in hoc casu eadem ratio æquitatis, ac quando est defectus in persona.

292 Tertio, quia inde sequeretur, † quod gesta per prouisum à Papa per surreptionem, quæ reducitur ad defectum formæ, non valerent, & quod gesta per eum, qui simoniace obtinuit Beneficium, in quo est quasi defectus formæ, etiam non valerent, quo tamen casu contrarium dicit Innocen. *dict. capit. nihil nu.* 4. Enriquez *d. lib.* 13. *cap.* 7. § 6. *in gloss. litera B.* & Suarez 4. *tom. de Pœnitent. disputat.* 26. *sectione* 6. *numero* 7.

293 Vnde probabile videtur † valere gesta per eum qui habet titulum à Superiori, licet nullum ex defectu formæ, sufficitque authoritatem Superioris qualem cum errore communi, & quasi possessione, vt videtur tenere Bald. *in Margarita verb. Episcopus secundo*, vbi ait, quod Episcopus, licet non sit Canonice consummatus, tamen valent gesta ab eo, & sufficit hoc solum, quod sit consummatus, nec exigitur, quod Canonice propter communem vtilitatem, & communem errorem, vt *d. l. Barbarius*, &c. & post Bertachinum *de Episcop. 3. parte 2. principali* 5. *libro* 18. *quæstione*. Lambert. *de iure patron.* 3. *parte* 2. *libro quæstione* 2. *artic.* 13. *num.* 4. qui ait, quod si confirmatio, seu institutio esset facta ex errore ex persona confirmantis, vel instituentis, vel aliter non sit facta Canonice, est distinguendum, quod aut est error communis pro confirmatione, seu institutione, & valebit, aut non est error communis, & non valebit.

294 Quamuis Lambertus in præsenti † videtur dicere, quod ipsa confirmatio, seu institutio facta non Canonice, & sic non seruata etiam debita forma, valeat stante errore communi, quod non videtur verum.

295 Nec obstat *d. l. Barbarius*, † quia, vt inquit Bartol. *in dict. leg. Barbarius in lectura* 1. *num.* 6. loquitur de certis exactoribus seu receptoribus pecuniæ publicæ, qui sine licentia Principis hoc non possent, & *lex Barbarius* non habet locum, nisi in iurisdictionalibus, Baeça *numero* 9. & Ioannes Gutierrez *supra*.

296 Præterea illa verba, † *vt consueuerat* non denotant solemnitatem seruandam in ordinatione actuariorum, quicquid ibi velit Bart. sed esse consuetudinem antiquam illos ordinari à Principe, alias illa lex daret formam principi, cum tamen par in parem non habeat Imperium.

297 Vnde non loquitur de defectu † formæ, sed potius de defectu tituli, sicut etiam *lex in tit. Cod. de diuersis officiis, libro* 12. omissa explicatione Molinæ, *dict. tit. 2. quæstion. 26. numero* 17. & *dict. tit.* 1. *quæstion.* 2. *num.* 3.

298 Declaratur autem ista limitatio, † vt non procedat quando per decennium quis se gerit pro habili, seu pro tali, nam tunc non requiritur alius titulus, Salicetus *in dict. l. Barbarius*, Anton. Gabr. *supra numero* 8. licet contradicat Pacianus *supra numero* 38.

299 Et ratio est, † nam ex possessione decennali præsumitur titulus Bald. *in l.* 1. *num.* 14. *Cod. de fideicom.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 18. *de fide instrument.* Cassad. *decis.* 2. *de causa poss.* Sarnen. *in regula de triennali, quæstione vigesima sexta.* Caputaquen. *decisione* 35. *parte* 2. & 314. *parte* 3. *numer.* 3. Antonius Gabriel *num. vigesimo nono & vigesimo quarto*, & Mascardus *num.* 48. *supra.* & Rota in vna Salamantina Parochialis, siue Beneficij 15. Nouembris 1593. coram Domino Orano, in qua fuit resolutum, † quod *Possessio decennalis* 300 *Beneficij suffragatur pro titulo colorato, sancta vero triennalis subsequens producit effectum regulæ de triennali* Cassad decis. 8 super regulis. *Sarnen. d.* quæstion. 26. &c. & *quod ita gratia, si neutri, verificari non potest quod non sit illius possessoris, &c.*

Quam tamen declarationem intellige, quando non constat de contrario, † nempe de defectu tituli Caputaquen. *d. decis.* 314. *num.* 2. nec ius resistit, nam 301 tunc ex decennali possessione non præsumitur titulus etiam coloratus, Caputaquen. *d. decision.* 355. *num.* 2. & 310. *parte* 3. Puteus *decisione* 371. *lib.* 1. Guidobonus *decisione* 3. Probus ad Monachum *in cap. si à sede de Præbenda in* 6. *num.* 2. quicquid dicat Francus *in capitulo ad decimas de restitutione spoliat. in* 6. *numero* est *vers.* 4. & cum eo Rota *decisione* 28. 5. *limitatione*, & *decisione* 534. *numero* 7. *parte* 1. *diuersorum.* 302

Et lex Barbarius non habet locum, † quando ius resistit, Mohed. *dec.* 5. *de appellat. n.* 3. *ad fin.* Rota *dec.* 131. *lib.* 3. *part.* 3. *diuersorum*, & in illa Abulens. supra adducta *num.* 185. 303

Et procedit in errore † circa factum secus in errore circa ius, vt cum Federicum *cons.* 112. & Franc. Nicomitio *in rep. Rubricæ ff. de noui operis nuntiat. nu.* 214. docet Mascardus *supra numero* 100. & ita Caietanus, & alij supra loquuntur expresse de errore facti. 304

Vnde conuinci videtur, † quod aliqui dicunt, 305 quod quando est opinio probabilis, quod quis est legitimus minister, & habet iurisdictionem, licet illa in re non sit vera, valent gesta per illum ex *d. leg. Barbarius*, quia probabilis opinio sufficit, ad communem errorem, & existimationem, titulumque præsumptum, Enriquez *in sum. lib.* 5. *cap.* 14. § 3. & 4. Suarez *vbi proxime*, & Thom. Sanchez *disput.* 20. *nu.* 4. & *dict. disputation.* 22. nisi conuinci in quam videtur.

Nam in præsenti non est † error in circa factum 306 sed circa ius, & quamuis error iuris dubij æquiparetur errori facti, vt infra *c. sez. nu.* 88. tamen iste non est error communis populi, vt requiritur per legem Barbarius, sed error sapientum, & deficit etiam authoritate Superioris.

Nisi dicas, † quod dubium seruit de titulo, & etiam 307 bona fide, Puteus *decis.* 25. *lib.* 3. Cæsar de Grassis *decis.* 10. *numer.* 7. & ad communem errorem binus actus sufficit, Anton. Gabriel. *supra num.* 1. Et fuit dictum in Cremonen. pensionis de anno 1582. quæ habetur 1. *part. diuersorum decis.* 715. & contra illud dictum tenet Nunno 3. *parte quæstione* 60. *art.* 8. *circa fin.*

Secundo declaratur dicta † limitatio, vt sufficiat 308 titulus coloratus, qui sufficeret ad effectum restitutionis in spolio Beneficij, & sic gesta per prouisum ab inferiori, cui ius commune resistit, qui tamen erat in quasi possessione conferendi, valebūt, cum illa quasi possessio etiam semiplene probata sufficiat pro colore tituli in spolio, Mohedan. *decis.* 9. *de restitutione spoliatorum* alias 136. Rota *decis.* 1134. *lib.* 3. *par.* 3. *diuersorum.* Pontanus *de spolio, libro* 2. *numero* 146.

Et

Et similiter † etiam valerent gesta per prouisum à Vicario, quando collatio est administratiua cum aliquali probatione potestatis Vicarij, nam tunc habuit titulum coloratum, Ægid. *decis.* 5. Cassad. *d. num.* 5. *de restitut. spoliat.* Caputaquen. 136. *parte* 1. & 311. *parte* 2. & Mohed. 3. *de restit. Vicarius in fin.* Sarnen. *de triennali quæstione vigesima septima casu* 6. & Pontanus *supra.*

309 Tertio limitatur dict. conclusio, † vt non valeat collatio, nec alia gesta in fauorem scientium impedimentum, Alber. *in dict. leg. Barbarius, num.* 12. & in Iason *num.* 65. *in fin.* Rotman *in gl.* 750. & Corsetus *supra.* Milis *in repert. verb. error communis*, Socinus *supra, fallent. vltima* Felinus *in capitulo Rodulphus, quæstione quadragesimo de rescript.* Tiraquellus *supra numero* 156. Gregorius Lopez *dict. leg.* 4. *Partita, glossa vltima.* Anton. Gabriel *num.* 30. & Mascardus *num.* 56. *vbi supra.* Flamin. Paris. *de resignatione Benef. lib.* 7. *q.* 14. *num.* 48. Vgolin. *d. cap.* 11. § 1. *num.* 2. & Ayon *supra.*

310 Quamuis Thom. † Sanchez *dict. disputatione* 22. *quæst.* 4. teneat mero iure valere, esse tamen retractanda in odium illorum, contra Antonio de Butrio *in d. cap. ad præbendas de* ... & ibi Abbas *numer.* 15. & 16. Imola 6. Felin. 8. Alexand. de Neuo. 17. Socinus ... Iertach *in reper. verb. collatio* ... 70. ... & *alios.*

311 Quam tamen limitationem † intelligo, quando scienti potest imputari culpa in admittendo illum non dicentem, seu Prælatum, quem scit non esse vere talem, secus, quando non est, quod imputetur illi, quia forte alias non posset commode consequi institutionem vel id, ad quod petendum ius habet, cum tunc cesset odium illius, &c. Thomas Sanchez *dict. quæst.* 4. *num.* 45. *in fin.* & facit quod de tyrannorum legibus, & iudicio tradunt Victoria *in relectione de potestate ciuili, numero* 23. Mangon. 22. *quæstione* 60. *articul.* 16. *vltimo dub.* & ibi Salon. *prima controuersia*, & Bannes *dub.* 2.

312 Nec procedit hodie ista limitatio, quando † impedimentum est excommunicationis non denunciatæ, seu notoriæ, attenta *extrauag. ad euitand.* vt dicetur infra.

313 Quarto limitatur, † vt non procedat in collatione, seu electione, & aliisque geruntur ut priuato, seu ratione priuati officij, vt collatio, seu electio spectans ad Capitulum, quia, licet ipsum Capitulum permittat actione publica illum, tamen ad singulares Canonicos pertinet ratione Canonicatus, & officij priuati, & sic facta ab excommunicato etiam occulto non valet, ita Innocent. *in capit. cum dilecta de confirmatione, & in cap.* ... *verbo, Auctore patrum*, & ibi Abbas *num.* 6. & 7. & *in cap. constitutus de electione* ... Felin. ... Dominus ... *de rescript.* ... Ægid. Bellam. 66. Selua 3. *part. quæst.* 4. *vers.* 4. ... 2. Rebuff. *in concord. titulo de excommunicatis non euitand. vers.* ... *& sequentibus* ... *de clericis excommunicatis* ... P. de Baysio *in* ... *electione cap.* 9. ... *parte numer.* 4. Couarruuias *in cap. alma mater* 1. *parte* § 7. *num.* 9. Anton. Gabriel *numer.* 26. & Mascard. 45. *vbi supra.* Sairus *de censur. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 35. & plures relati per Thom. Sanchez *d. disputatione* 22. *num.* 26. Eman. Rodrig. 1. *tom. cap.* 104. *num.* 2.

314 Circa quod vide † Innoc. *in cap. illa de electione*, & Abbatem & *in cap. fin. de procurator.* & *in cap. cum* ... *super*, *de officio delegati num.* 11. Rebuff. *d. tit. de excommun. non euitand. vers.* ... *num.* 3. P. de Baysio *dict. c.* 9. Couarr. *in relectione* ... *lib.* 4. *titulo* 5. *num.* 117. Vgolinum *dict. tab.* 2. *cap.* 11. § 1. & 2. & subtilissime Suarez, qui recte *d.* 5. *tom. de censuris disputatione* 14. *sect.* 2.

Vnde etiam præsentatio facta à patrono excommunicato † etiam occulto, est nulla, quidquid dicat 315 Doctor Frechill. *de excommunicat.* 5. *artic.* 1. *part. nu.* 6. & consequenter, etiam quicquid dicat Suarez *dict. disput.* 14. *sect.* 2. *n.* 3. institutio ad illam facta Couarr. *d.* § 7. *num.* 9.

Quod tamen accipiendum est in præsentatione facta à patrono Ecclesiastico, † nam facta à patrono 316 laico etiam publico excommunicato valet, Rota *decis.* 1. *de institution. in antiquis*, & 2. *de iure patron. in antiquis & antiquioribus.* Rochus *de iure patronat. verb. competit q.* 13. § 8. *n.* 12. Rebuff. *in d. titulo de excommun. non euitand. vers. excommunicatus etiam*, & *in d. capit. præfulgens numero* 104. vbi dicit communem, Gomezius *de expectatiuis, nu.* 69. qui ait se præsente tenuisse Rotam in vna Camoren. de anno 1533. Vgolinus dicens communem *dict. cap.* 11. § 2. *num.* 15. Zerola *in praxi Episcopali prima parte verbo Beneficia*, 5. *quæstione vndecimo, & verbo excommunicatus cau.* 5. *formatio* 8. *dubio.* & Sairus, *libro secundo, capite* 8. *numero* 8.

Quamuis contra teneat † Lambert. 1. *part.* 1. *libro* 317 *quæstione* 2. *artic.* 2. & 3. *parte* 2. *libro quæstione* 3. *artic.* 4. Couarruuias *dict. num.* 9. & Frechilla *supra numero* 7. & etiam Selua *num.* 19. cuius ratio, quod præsentatus incurrit excommunicationem, communicando cum patrono excommunicato tollitur, nam non est necessaria talis communicatio in præsentatione, & præterea potest absolui ante institutionem, nec ex communicatione cum illo incurreret excommunicationem, nisi ille esset excommunicatus denunciatus, seu notorius clerici percussor, &c.

Verum est tamen † posse Episcopum non admittere præsentationem factam à patrono laico, quem 318 scit esse excommunicatum, cum ille male faciat præsentando, licet non sit denunciatus, & si esset denunciatus deberet illum repellere, alias peccaret saltim venialiter, propter communicationem cum illo, & consequenter si alias legitime non præsentatus intra tempus datum ad præsentandum caderet de iure, vt recte ait Suarez *d. sect.* 2. *num.* 18. illa tamen semel admissa siue scienter, siue ignoranter tenetur præsentatum instituere, cum præsentatio patroni laici excommunicati sit valida, vt diximus, & sic ex ea sit ius quæsitum præsentato. † Vnde etiam 319 communicatur, quod Bertachinus *de Episcopo* 1. *lib.* 3. *part. quæst.* 32. cum Baldo *in margarita verb. excommunicatum euitabis*, dicit, si quis excommunicatum esse publicatum, ad hoc vt non possit eligere, seu præsentare, cum dictum Lambert. *d. art.* 4. *num.* 3. male etiam ait procedere, vt requiratur publicatio ad effectum annullationis actus, sed si contra præsentantem, seu eligentem excommunicatum, per aliquem opponeretur, & probaretur illum esse excommunicatum, repelleretur ab ipsa præsentatione, seu electione, per text. *in capitulo pia de exceptionibus in* 6. & *in capitulo intellecto de iudiciis.*

Et procedit d. limitatio etiam stante *d. extrauag. ad euitanda de excō. vitan. non vitand.* † vt explicat 320 Couarr. *supra* quamuis contra teneant Vgolin. *dict.*

1. 2. num. 12. & 13. & Suarez d. disput. 14. sect. 2. numer. 18. & 30.

122 Sed in praesenti se offert difficultas, an hodie stante ista extrauagante, collatio facta ratione † publici officij ab excommunicato non occulto, sed publico non tamen notorio, aut denuntiato, vt in d. extrauag. sit valida.

123 In qua difficultate Vgolinus d. c. 11. § 1. num. 2. & § 2. num. 2. tenet esse validam † & Sairus d. cap. 5. num. 3. & Suarez d. disputat. 14. sect. 2. num. 3. quod etiam videtur tenere Gomezius d. n. 60. & Couar. d. c. 9. & Euan. Rodr. §.

124 Mihi tamen verius † videtur contrarium, & ratio quae me mouet est. Nam licet verum est, quod acta a iudice excommunicato publico, non tamen denuntiato aut notorio, saltim clerici percussore, ad instantiam & petitionem partis sint valida, etiamsi pars sciat eum esse excommunicatum ex d. extrauagante ad euitanda, ex qua non tenemur vitare huiusmodi excommunicatum Felin. in dict. capit. Rodulphus, numero 40. & in d. cap. ad probandum, numero 8. Couarr. d. § 7. n. 9. & § 6. praecedenti, numero 8. Nauarr. in man. cap. 9. numero 7. Ioannes Gutierrez Canon. quaest. libro 1. cap. 1. num. 53. 76. & 79. Vgol. d. § 1. num. 2. Salon. 22. quaest. 67. art. 1. 3. controuersia. Toletus in summa, lib. 1. cap. 13. 4. effectu. Thom. Sanchez d. disput. 21. n. 12. & 43. Sairus d. lib. 1. cap. 5. num. 35. & lib. 2. cap. 6. num. 3. & Suarez d. disput. 14. sect. 1. a num. 11. & alij.

125 Tamen acta ex officio a iudice excommunicato publico, † licet non denuntiato, nec notorio non valent, etiam stante d. extrauagante, quae in hoc nihil innouauit, & sicut antiquum de quo in dict. cap. ad probandum, remanet in suo robore, & collatio Beneficiorum, fit ex officio, etiamsi praecedat petitio alterius, nam cum collatio sit donatio quaedam, & liberalitas, vt dictum est, n. 279. petitio nihil aliud est quam interpositio precum, vt ei fiat donatio, & in eum exerceatur illa liberalitas.

126 Et ita potest praecedere decisio, † in causa Asisten. Canonicatus 15. Iunij 1599. coram Domino Ciplio in qua fuit resolutum. *Collationem factam ab Episcopo suspenso a collatione Beneficiorum, ex eo quod Beneficium vacans per resignationem, contulit consanguineo resignantis, ex* constitutione 58 *Pij V. esse nullam, & sic esse iustificatam gratiam Fabri, qui impetrauit dictum Canonicatum ab Episcopo primitus narrando illum esse suspensum a collatione, qui tamen non erat suspensus denunciatus.*

127 Et de regula † ac materia dict. legis Barbarius, vltra ordinarios & repetentes ibi, Socinum, & alios supra relatos vide Coram in memorabil. verbo *opinio communis*, Tiraquell. *d. gloss. 8. post leges connub.* Portium *libro 2. regularum conclusione* 11. late Antonius Gabriel. *d. conclus. 8. de probation.* & Mascardum *d. conclusione* 649. Ferretum *cons.* 8. & 9. Gregorium Lopez Maderam, *in suis animaduersionib. iuris ciuilis c. 6.* Morlan. *d. tit. 2. quaest. 26. & d. tit. 11. quaest.* 2. Thom. Sanchez *d. lib. 3. de matrimon. disputation.* 22. vbi late, & bene, & alios, quos referunt Alfan. *in collat.* 199. Pichard. *in § sed cum aliquis, n. 6. instit. de testam.* Carolus Bonis, & nouissime P. Brosseus in remissionibus ad ea et.

128 Quartum dubium † est an valeat collatio facta ab Episcopo seu praelato, qui commisit aliquod crimen ob quod ipso facto, & ipso iure priuatus est praelatura, puta quia incidit in haeresim iux. dicenda infra 11. *part. cap. vlt.*

129 Et dicendum est † valere, cum priuatio est occulta, quamdiu enim toleratur in officio, nec priuatio est notoria, rata esse debent quae ab eo interim geruntur ex d. l. Barbarius, ita Bartolus *in dict. cap. a nobis de elect. numero* 32. & ibi Abb. *numero* 11. Iason *in dict. leg. Barbarius, numero* 52. Selua *dict. 1. part. quaest. 12. num.* 2. Corras. *1. part. cap. 4. n.* 13. Gregorius Lopez *in l. 21. tit. 4. partit. 1. verbo no lo puede, 2. ibi*, Hunada *in additione, numero* 3. Nauarrus *in c. placuit de poenitentia distinctione 6. numero* 179. & *in man. capit. 9. numero* 11. alias 8. & *consilio* 1. *de officio ordin.* Vgolin. *d. tab. 1. cap. 2. § 12. numero* 4. Angel. Rosella, Tabiena, Silues, Armilla, Aragon. & Ludou. Lopez *vbi supra*, & Enriquez *dict. li. 6. c. 4. 7. § 2. in gloss. litera* G. & *lib. 11. capit. 3. § 4. in glossa litera* I. *lib. 13. cap. 7. § 6. in gloss. litera B.* Azor *d. lib. 5. cap. 8. quaest.* & Thomas Sanchez *dict. disputation. 22. quaestion.* 6. qui alios citat.

130 Quamuis Albericus *in dict. leg. Barbarius, num.* 27. & ibi Iason *num.* 62. dicant conclusionem *d. l. Barbarius*, non procedere in haeretico, quia licet communi opinione reputaretur fidelis, tamen ab eo gesta non valent.

Sed contrarium ibi tenet Baldus 2. *lectura numero* 30. Abbas, Selua, Corras. Vgolin. Angel. Rosella, Tabiena, Silues, & Lud. Lopez *ibi*, qui loquuntur in haeretico, & Burlatus *in* § 24. *lib.* 1. & Thom. Sanchez, qui alios refert. *dict. disputatione 22. quaestione 3. numero* 37. quem vide, & Pacianus *supra numero* 90.

131 Et pro dicta conclusione facit, quod ex Ioanne Andrea *in regula* † *non dalibre 6. in mercurialib.* tradit Gambarus *d. lib. 1. Rubric. qualiter legatus se gerere debeat cum Prouinciam est ingressus, numero* 15. quod gesta ab eo, qui olim habuit titulum, & authoritatem a Superiore toleratur, licet tempore quo agit authoritatem non habuerit, & quod tradit Couarruuias *pract. quaest. cap. 19. numer. quinta conclusione quarta.*

132 Faciunt etiam, quae de excommunicato conferente tradunt † Abbas *in capit. veritatis de dolo & contumacia, a numero* 42. & Felinus *in dict. c. ad probandum de re iudicata numero* 6. Couarruuias *in d. c. alma mater, prima parte § 7. numero* 9. Anton. Gabriel *d. conclusione* 8. *de probation. num.* 9. Vgolin. *de censuris, dict. tab. 2. cap. 11. §* 1. Iacobus Sbrotius *de Vicario Episcopi lib. 13. quaest. 17.* & Sairus *de censuris libro 1. cap. 5. numer. 34. & 35. & libro 2. cap. 6. numero 1. & 3.*

133 Et ampliatur dicta conclusio, vt procedat etiamsi Episcopus, † seu Praelatus esset accusatus de dicto crimine, *cap. nonne 8. quaestion.* 4. Abb. supra Bertachi. *in repet. verb. error communis, vers. 2.* & Corras. *d. c. 4. n.* 13.

134 Sed in contrarium facit limitatio ad legem Barbarius, † quam tradit Bart. *in pract. de tiranni. quae.* 11. *num.* 16 vbi docet, quod quando fit processus, ex quo ferenda venit sententia declaratiua, vt quia fecit aliquod delictum, propter quod ipso iure priuatus est iurisdictione, vt in haeretico, vel dicitur seruus, vel infamis, tunc gesta post processum inchoatum non valent vt *l. 1. C. de testam. & ibi, nec quisquam dic. l. 1. ideo status controuersiam mouerit, l. quaestionis, ff. qui & a quib.* secus si esset priuandus per sententiam, tunc interim gesta per eum valent, & sequuntur Ant. Gabr. *d. conclus. 8. num.* 39. & Mascard. *d. concl. 649. n. 80. & 81.*

135 Verum de hac limitatione merito dubitat † Iason *in*

dict. leg. Barbarius, numero 70 nam in praesenti concurrit titulus, & quasi possessio, cum errore communi, seu tolerantia ac publica vtilitas propter quae acta sustinentur ex *dict. l. Barbarius,* [illegible] n. 20. & 21. &c. Vnde dicta limitatio Bart. non videtur tenenda.

136 Nec obstat *d. l. 1. num.* † diuersa est ratio in specie illius in qua non concurrit titulus, nec agitur de officio publico.

137 Nec etiam † obstat *d. l. quaestionem*, nam quia non loquitur in officio publico, nam etiam, quod loquitur de mancipatione, quam vt alienationem non potest facere, quia commisit crimen laesae maiestatis, non solum ex quo accusatus est, sed etiam ex quo commisit illud delictum per quod incipit ipso iure poenam confiscationis bonorum, *l. post. C. ad l. Iuliam maiestatis.*

138 Secundo ampliatur, † vt procedat, etiamsi Episcopus, seu Praelatus esset depositus per sententiam, seu lata contra eum sententia declaratoria, si ab ea appellauit, nam pendente appellatione non prohibetur fungi honoribus suae Dignitatis, Episcopaliaque iura exercere, & qui prouocauit non dicitur condemnatus gloss. *in c. ad spir. consuetudine, & appellat. & in summa 2. quaestio.* 4. & sequuntur, Abb. dicens communiter approbari a Doctoribus *in c. ad. s. spe. num.* 15. & ibi Franc. *colum.* 11. idem Abb. *in cap. commissum de aetate num.* 3. & ibi Felin. *n.* 1. & Corras. *2. part. cap. 4. n.* 14. & 3. *part. cap. 6. numero* 9. & conducunt dicta infra 11. *parte capitul. certo, articulo* 91.

139 Secus si non appellauit, vel alias sententia transit in rem iudicatam, † nam tunc ab eo gesta non valent, vt ex citatis constat, quamuis sententia solum esset declaratoria criminis, quae sufficit, cum poena, seu priuatio imponitur ipso iure, nec est necessaria sententia priuatoria, seu declaratoria poenae, quidquid dicat Paratus *d. l. 1. cap. 11. n.* 14. contra quem tenet additio Callerij *in litera* C. licet secus sit, vbi priuatio non imponitur ipso iure, vt *in dict. cap. 5. a numer.* 97.

CAP. V.

De possessore iuris conferendi.

SVMMARIA.

Sufficit eum qui confert Beneficium, esse in quasi possessione iuris conferendi, licet apud eum non sit proprietas, nam collatio, praesentatio, vel electio ad eum pertinet, qui est in quasi possessione eorum iurium, cum sint fructus eorum, qui ad possessorem bona fide spectant non ad Dominum, & ex te iure ipso conferuntur a possessore praecedunt proprietatem [illegible] numero primo.

Inde [illegible] Cardinalis Ordinarij collatoris de conferendis Beneficiis suae Dioecesis, seu ad collationem suam de iure spectantibus, non comprehendit Beneficia, in quorum possessione conferendi non erat, num. 5. sicut non capit Beneficia, ad collationem in ferueram spectantia, etiam dispositione Papae reseruata, nisi sit facta de illis expressa mentio, num. 6. quia non dirigit indultum iurisdictionem ordinariam, sed illam praesupponit n. 7. nec tollit opinionem, n. 8.

Sufficit quem esse possessorem iuris patronatus, in consequentiam, & non principaliter, vt possit valide praesen-

tare, & sic bona fide possessor Castri, seu Villae, vel Comitatus, cui est annexum ius praesentandi, ad Ecclesiam ibi, vel alias sitam, licet nunquam alias praesentauerit, potest praesentare, quia dominus siue Castri aut Comitatus, videtur hoc ius praesentandi semper retinuisse numero 9. quamuis D. Salgadus dicat, horum possessionem ad possessoriam non, nunquam sufficere ex capitul. cum Bertholdus de re iudicata numero 10.

Ex eo tradunt eius sine pignori datae Vniuersitas, in qua est ius patronatus, non praesentat, quod debet fructus pignoris restituere, vel computare, seu compensare: quod non potest [illegible] fructibus iuris patronatus, numero 11. & ex ratione cessante id non procedit in terminis capitulis salubriter de vsuris, secundum Lambertinum num. 12. quae limitatio non placet, numero decimotertio.

De intellectu dicti c. post salubriter. remissiue, numero 14.

Quod dictum est de possessore Castri, Villae, seu Comitatus, idem erit in possessore maioratus, ratione cuius competit ius patronatus, seu praesentandi, quod est iure quodam vniuersale sicut, feudum num. 15. & quando maioratus non esset ius vniuersale, vt videtur, verum in maioratu bonorum particularium, sufficit quod ius patronatus sit annexum bonis maioratus, & c. numero decimosexto & 17. vbi ponitur resolutio Rotae.

Iuxta Regni ex lege Tauri ex qua possessio maioratus, ciuilis, & naturalis, transit in verum successorem, licet alius apprehenderit possessionem illius, consequenter etiam transit in eum possessio iuris patronatus, illi annexi, & non in alium, qui apprehendit possessionem maioratus, num. 18. nisi forte verus successor amittat suam possessionem ex negligentia decenni, vel alias num. 19.

Idem etiam, quod dictum est de possessore Castri, Villae, seu Comitatus, erit in bona fidei possessore Dignitatis, aut Beneficij, ad quod spectat praesentatio, seu collatio, dummodo non sit reseruata. Nam tunc non valebit praesentatio, vel collatio, propter decretum irritans, quod vitiat & annullat titulum, & possessionem, &c. & consequenter etiam fructuum acquisitionem impedit, & c. n. 20.

In Beneficio reseruato possidens Beneficium, etiam cum bona fide, ex prouisione Ordinarij, non facit fructus suos, sed contra eum fit condemnatio fructuum, a die turbationis, n. 24. quamuis alias non fiat condemnatio fructuum nisi a die motae litis, etiam in spolio, & remedio Cap. redintegranda, nisi constet de mala fide, numer. 25. nisi sit titulus violentum aut attentatum, numer. 26.

14 *procedit non solum in reseruatione clausa in corpore iuris, sed etiam in aliis reseruationibus, etiam non facta speciali illarum mentione, contra Aeneam de Falcon. 9 Rotae, & differentia inter reseruationem clausam in corpore iuris, vel de certo Beneficio, & aliam procedit ad effectum [illegible], teste de stylo Rotae, quando de ea non est facienda ad effectum effectum [illegible], & condemnationis fructuum, in quo petitur ex stylo Papae contrarium, a numero vigesimoseptimo.*

Secundum Aeneam posset procedere, si Beneficium esset simpliciter reseruatum, sine dicto decreto irritante, quod tamen solet apponi, aut si non appositum cum tam amplis verbis, n. c. 32.

Ad praesentationem, seu collationem sufficit quasi possessio defuncti, seu antecessoris. Nam ea transit in he-

valem, seu successorem, absque noua apprehensione, seu exercitio, quia quasi possessio iurium incorporalium, transit in haeredem absque apprehensione, & exercitio, contra Rotam, & alios, à numero trigesimotertio.

Id absque dubio procedit in quasi possessione iuris patronatus, seu conferendi, quaeeras apud antecessorem ratione Dignitatis, seu Beneficij, Castri, Villae vel Comitatus, quae continuatur in successorem, sine apprehensione, & retinetur per Ecclesiam, seu Dignitatem etiam mortuo praelato, & à numero trigesimoseptimo, vbi ponitur resolutio Rotae, & idem est in quasi possessione domus, seu familiae, numero quadragesimosecundo. Et in contraria sententia, non potest conuenire quasi possessionem iuris conferendi, n. 43. & n. 44. resolutio Rotae.

Quod dictum est praesentatum à possessore praeferri praesentato à proprietario, procedit quando fuit processum ad institutionem antequam constaret de proprietate, secus si prius constaret de proprietate secundum Abbatem, & alios, & Rotam, à n. 45. de qua limitatione dubitat Rochus, num. 53. & author videtur falsa absolute à n. 54.

Acquiritur dicta quasi possessio ex vnico actu à n. 59. & ponitur resolutio, & decisio Rotae, attenditur quae spectatur vltimus actus, & immediatus, n. 63. & 64. vbi ponitur decisio Rotae.

Illud tamen accipiendum est, nisi actus ex quo praetenditur acquisita quasi possessio, factus sit sine praeiudicio iuris alterius, num. sexagesimoquinto, vbi ponitur resolutio Rotae.

Ad acquisitionem possessionis ad effectum de quo agitur, scilicet validitatem collationis, praesentationis, vel electionis, requiruntur requisita posita per consilium Caldericum, quod Rota seruat, numero sexagesimosexto.

Primo requiritur bona fides. Secundo, quod praesentatio, vel electio sit admissa, & secuta institutio vel confirmatio. Tertio, quod prouisus fuerit in possessione Beneficij, &c. Quarto scientia & patientia illius in cuius praeiudicium quasi possessio acquiritur, n. 67. quae requisita ponunt, & sequuntur alij Doctores relati numero 68. licet ad effectum acquisitionis absolutae quasi possessionis, non requiratur bona fides, nu. sexagesimonono.

Circa dicta requisita, sunt aliqua aduertenda, & Primo circa primum de bona fide illam esse omnino necessariam, neque enim facit fructus suos malae fidei possessor, à n. 70.

Quamuis prouisio à possessore malae fidei facta non teneat, & sit etiam institutus sit remouendus, constando de mala fide, nec valeat electio, ad quam fuit admissus possessor malae fidei, si cum eius voce fiat, & sine ea non constaret esse voces necessarias, adhuc tamen prouisio facta à proprietario, qui non possidet, non valebit secundum Abbat. & alios contra Innocentium, alios à n. 75. & responsio Abbatis ad l. vnica, C. de condictione ex l. n. 77.

In hac controuersia, author tenet mediam sententiam, vt prima sententia Abbatis procedat in actu praesentationis, ad quem iudex adiri debet, qui non debet esse author, & secunda vera procedat in actibus ad quos iudex adiri non debet, nec requiritur eius authoritas, vt in collatione, & electione, n. 76. Tunc enim videtur valere actus factus à proprietario, qui non possidet existente alio in possessione mala fide, &c. numero 78.

Obijcitur institutum ad praesentationem possessoris malae fidei non esse remouendum, etiamsi postea constet de mala fide. Nam si à tali institutione non fuit appellatum per aduersarium, transit in rem iudicatam, & habet vim diffinitiuae, & consequenter retractari non potest, si vero institutio facta fuit post edictum nullaque comparente, & contradicente, verus patronus postea veniens non est audiendus, sed videtur dicta praesentatio consensisse, &c. n. 79.

Secundum authorem ista fundamenta solum concludunt, quod taliter institutus non sit remouendus ad petitionem veri patroni, qui non appellauit, aut non comparuit, non tamen concludunt constitutionem ipsam valere, nec respectu Superioris, contra quem non transit in rem iudicatam sententia lata in causa Beneficiali, num. 80.

Prouisio facta à proprietario, qui non est in possessione, valet si nullus alius est in possessione, numero octuagesimoprimo. Nam haeres potest praesentare ante possessionem haereditatis acquisitam, num. octuagesimosecundo, quamuis alias per Rotam sit dictum contrarium, num. 82.

Licet bona fides regulariter praesumatur, etiam sine titulo, nisi alius possessor antiquior appareat, tamen in dubio respectu non praesumitur bona, sed mala fides, à numero 84. nisi possessio sit iusto titulo aut probabilibus rationibus acquisita, vt sit possessio longi temporis, quod in proposito dicitur arbitrio iudicis, numero 87. vel nisi sumus in iure dubio, & obscuro, cuius error est probabilis, & iustus, ac aequiparetur errori facti, numero 88.

Facit ad praedicta, quod de errore iuris circa acquisitionem fructuum traduxit Doctores relatus, numero vigesimonono.

Ex praedictis Rota alias resoluit, quasi possessionem Capituli conferendi Parochiales Sede Episcopali vacante, non suffragari ad validitatem collationis, quamuis contrarium fuerat decisum, vt in decisionibus positis, à n. 90.

Ex praedictis etiam alia decisio supra adducta, non videtur certa, cum ibi ius resistat praetendendi ius conferendi contra ordinarium, n. 94.

Cum Beneficia de iure praesumantur libera, ex vnica praesentatione, non acquiritur quasi possessio praesentandi, ad hunc effectum quia bona fides non praesumitur, nisi probetur fama iuris patronatus, vel quod simile, & nisi agatur de Beneficio, quod non negatur esse iuris patronatus, à n. 95.

Circa secundum requisitum est aduertendum, quod si institutio, aut confirmatio, secuta esset non praemisso edicto, non acquireretur quasi possessio praesentandi, licet institutus de facto habuisset possessionem, quia talis institutio est nulla ipso iure, &c. n. 99.

Reprobatur sententia Ferreti dicentis, quod illatus, seu quasi possessio libera collationis, non potest iudex per collationem factam de Beneficio iuris patronatus, absque consensu patroni, n. 101.

Per prouisiones enim effectuatas, factas contra decretum irritans positum in restrictione, vel alia dispositione, seu indulto, non acquiritur quasi possessio prouidendi quia decretum inficit omnia, etiam possessionem, num. 102. & prouisio facta de Beneficio sito in Dioecesi, vbi habet Cardinalis indultum, est nulla, etiam si Cardinalis non prouideret, propter vim decreti irritantis, nu. 103.

Alias, ad acquirendam quasi possessionem, sufficit, praesentationem fuisse admissam, & praesentatum institutum cum effectu, siue bene, siue male, nu. 104. vbi adducitur resolutio Rotae.

Circa

Circa tertium requisitum de effectuatione, aduertendum est, quod effectuatio collationum, seu praesentationum probatur per subsequentes collationes, seu praesentationes factas per vacationem, ex persona illorum numero contentorum quinque & centesimoquinto, vbi adducitur resolutio Rotae, quod procedit etiam in subsequenti prouisione per resignationem, & contraria sententia posset procedere in prouisione per cessionem iuris, numero 107.

Praesentatio, seu prouisio non potest dici habuisse effectum, ad effectum acquirendi quasi possessionem praesentandi, licet fuerit secuta institutio, & prouisus inductus fuerit in possessionem Beneficij, si tamen mansit ex causa concordiae subsecuta inter illum, & aduersarium, qui praetendebat praesentationem non esse patronum, &c. numero 108.

Quartum requisitum probatur iure, & Doctoribus relatis contra alios, n. 109 ex quo reuocatur. Beneficium, quaesitum ad praesentationem patroni, in manibus ordinarij, nescente patrono, & accepta collatione ab eo libera, detinet illud, non videtur posse acquirere in quasi possessione iuris libere conferendi, &c. secundum Nauar. n. 110.

Ad effectum vt possit dici acquisita quasi possessio libera collationis contra patronum, requiritur quod constet ordinarium contulisse beneficium, vt liberum, sciente & patiente patrono, nu. 111. alias per collationem ordinarij factam de beneficio iuris patronatus, absque illius mentione, non praeiudicatur iuri, & possessioni patronorum, n. 112. & 113. vbi adducitur resolutio Rotae, quando tamen ordinarius ignoraret Beneficium esse iuris patronatus, censetur conferre tanquam liberum, n. 114.

Si sint plures in quasi possessione praesentandi, praesentatio vnius siue alius, etiam effectum sortita, non priuat alios quasi possessione praesentandi, sed magis illa praeseruant, nisi fiat animo priuandi illos, nu. 115. & 116. vbi ponitur resolutio.

Tunc dicetur fieri animo priuandi alios, quando diceret omnino ad se praesentationem seu plenariam ad se spectare, seu quando diceret se vnicum patronum, numer. 117.

Prouisio Apostolica non mutat statum, seu quasi possessionem iuris patronatus, seu conferendi, num. 118. & 119. vbi ponitur decisio Rotae, numero 120. reprobatur Ferretus.

Sed licet in cuius praeiudicium dicta quasi possessio acquiritur, non est in possessione illarum rerum, non requiritur eius scientia, & patientia. Nam si iure superiori alius vel eum, quia nullus illa possidet, non est necesse habere scientiam, vel patientiam alicuius acquirentis quasi possessionem, n. 121. & seq.

Cum aduersus Episcopum acquiritur quasi possessio conferendi, seu praesentandi, requiritur eius scientia & patientia, cum in eo quod est ius possessio Episcopatus, sit in possessione iuris libere conferendi, & c. n. 124. & nu. 124. adducitur resolutio Rotae, & idem esset in Canonicis, qui ad ius eligendi, seu votandi, qui ex ipso quod sunt Canonici, & in possessione Canonicatus, sunt in quasi possessione iuris eligendi, & votandi, &c. numero 125. iuxta, quod procedit quaedam decisio Rotae, numer. 126.

Idem esset in eo, qui alias esset in quasi possessione iuris patronatus, quamuis non praesentasset, &c. numero 117.

Cum acquiritur quasi possessio seruitutis, aduersus Dominum fundi, qui est in eius possessione, requiritur eius scientia, & patientia, cum eum possideat tanquam liberam, numero 128.

An praesumatur scientia illius, de cuius praeiudicio agitur, iudex arbitrabitur ex multiplicatione actuum, & qualitate operarum, & alijs circumstantijs, numero 129. & ex publicitate actus praesumitur scientia, numero 130.

Probatur etiam scientia, & patientia ex lapsu longi temporis, n. 131. & respectu Episcopi probatur [illegible] visitare, &c. n. 132.

Scientia ex coniecturis colligitur, & probatur, n. 133. vbi qui ponat plures coniecturas.

Ad hunc effectum sufficit scientia praesumpta, non obstante quod vbi agitur de amissione vel priuatione iuris quaesiti, non sufficiat scientia praesumpta, quia hic non agitur de auferendo seu admittendo iure conferendi, seu praesentandi in totum, sed de acquirenda possessione, & ex praesumpta scientia infertur possessionis similis amissio, n. 134. & 135. & sufficit scientia effectualis, nu. 136.

Hodie non procedit indistincte decisio à resultationibus, de iure patronatus, ex decreto Concilij Triden. sessione 25. cap. 9. quod locum habet, etiam in possessorio, & quando solum agitur de validitate praesentationis, & ideo non est admittenda praesentatio existentis in quasi possessione praesentandi, nisi verificato prius iure patronatus, aut nisi fuerit in quasi possessione post Concilium, adhibita causae cognitione super iure patronatus, iuxta formam Concilij, à numero 137. & ponuntur declarationes Sacrae Congregationis & resolutio Rotae.

D. Decretum Concilij & declarationes Sacrae Congregationis procedunt, quando est controuersia super libertate Beneficij, secus quando solum est controuersia inter praetendentes, super pertinentia iuris patronatus. Nam hoc casu nihil est innouatum per Concilium à numero 140. & ponuntur resolutiones, & decisio Rotae.

D. Decretum Concilij procedit quoties praescribitur contra Ecclesiam liberam, non vero cum contra Ecclesiam non liberam, etiam patronum, praescribitur ius patronatus, & n. 143.

Pertinentia Collationis ad inferiorem Episcopo ad quem de iure non spectat, probatur per famam, & communem reputationem, & facta est per literas, vel instrumenta, docere Beneficium consueuisse per talem conferri, &c. n. 144.

Quod intelligitur, quando super pertinentia collationis directe non agitur, & cum ordinarius non est in causa, vel prouisus ab eo, sed alius habens à Papa, vel legato à latere, numero 145. Nam contra ordinarium non sufficit, nisi fama esset iuncta alia specie probationis, à numero 146. vbi adducuntur resolutiones Rotae.

Secundo intelligitur, collationis pertinentiam ad inferiorem, probari per famam, cum quasi possessione conferendi, alias fama sine quasi possessione non suffragatur, numero 150. Sed hoc est accipiendum, cum agitur contra ordinarium, vel prouisum ab eo, tunc enim ita demum probatur per famam si concurrat longissima possessio conferendi, & agatur de iure conferendi antiquo, alias enim sufficit fama, nisi constaret de statu & possessione contraria, numero 151. & 152.

Ius conferendi probatur ex statuto, seu concessione Episcopi confirmata authoritate Apostolica, etiam si non constet de quasi possessione conferendi & vsu statuti. Cuius obseruantia praesumitur secundum Rotam à num. 153.

2 SVfficit autem etiam, qui confert Beneficium † esse in quasi possessione iuris conferendi, licet apud eum non sit proprietas, *cap. cum olim de causa possess.* Corras. *de benefic. 2. part. cap. 5.* † Nam collatio, præsentatio, vel electio ad eum pertinet, qui est in quasi possessione horum iurium, cum sint fructus eorum; qui ad possessorem bonæ fidei spectant, non ad Dominum *l. bonæ fidei emptor. ff. de acquiren. rerum dominio, §. si quis à non Domino. Institut. de rerum*
3 *diuis.* † *l. 19. tit. 28 p. 3.* De quo Abb. Bellam. Et alij *in cap. grauis de restitut. spoliatorum* Couar. *l. 1. var. cap. 3. num. 6. & 7.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. venditio. 2. p. c. 4. à n. 45.* Ioan. Garcia *de expensis, & melioratio. cap. 23. à n. 9.* Menoch. *de recuperanda remedio. 15. quæ. 40. ex n. 575.* Nauar. *cons. 99. de Simon.* Peregr. *de fideicom. art. 49. à n. 109.* Et nouissime Fachinet. *controuers. lib. 1. cap. 57. cum seq.*

4 Et consequenter † prouisus præsentatus, vel electus à possessore præfertur prouiso à proprietario *querelam de elect. d. ca. cum olim, & c. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. cap. consultationibus c. ex literis. de iure patr.* & ibi DD. maxime Abb. Rota *decisi. 49. de rescrip. & 14. de iure patro. in antiq.* Staphil. *de literis gratiæ tit. de modo & forma impetrandi §. 4. principaliter n. 7.* Selua *de Benef. 2. p. quæ. 7.* Rochus *de iure patro. verb. competens, q. 14. & 45.* Paulus de Citadinis *eod. tract. 6 p. art. 3. n. 16. & 64.* & Lamber. *1. p. 2 lib. q. 3. art. 1. & 6* Ioan. Nicol. Delphinas *de iure patro. lib. 2. q. 12. 13. & 14. à nu. 187.* Aymon. *cons. 322.* P. De Baisio *in directorio elect. 1. p. c. 2. q. 11. & 12.* Rosinacus *de Benefic. c. 1. à n. 19.* Duarenus etiam *de Benef. li. 3. c. 9.* P. Greg. *eod. tract. c. 39. n. 9.* Couar. dicens hoc apud omnes esse receptum *pract. c. 14. n. 2.* Cuchus *in instit. maior. li. 4. tit. 1. num. 96.* Mascard. *de probat. concl. 175. nu. 7.* Menoch. *cons. 90. à n. 16 li. 1.* Ioan. Gutierrez. *cons. 4. n. 34.* & Flam. Paris. *de resignat. Benef. li. 7. q. 25. n. 40.* puteus *dec. 206. li. 1.* Crete. *5. de iure patro.* Rota *decis. 149. 166. 167. 296. & 687. p. 1. diuersorum.* Et fuit resolutum in vna Cremon. Prioratus de anno 1567. coram D. Oradino. Et in vna Regien. Prioratus 24. Maij 1585. coram D. Pamphilio, in qua fuit decisum *Ad validitatem præsentationis sufficere quasi possessionem præsentandi, quæ acquiritur ex consensu præstito prouiso, Puteus* decis. 209. lib. 2. *Crescen.* 27. lib. 2. &c. Et in vna Nucerina Beneficiorum 30. Octob. 1592 infra adducta *num. 64.* Et in Hispalen. portionis 19. Ian. 1594. supra adducta *c. 2. nu. 35. & in vna Pisana Capellaniæ* 20. *Maij infra adducta n. 141.* & nouissime docet Zechus *de Benef. & reuisio. Eccles. c. 2. vers. Beneficia etiam,* qui tamen maleat id procedere, licet postea possessionem amittat. & *cap. 12* conducit *consil.* Calder. 23 *de Præb.* & quæ tradit post hæc Gonçalez ad *regul. de mensibus gloss. 45. §. 2. ex numero 1.*

Hinc indultum Cardinalis Ordinarij collatoris
5 de conferendis Beneficiis suæ Diœcesis, † ad collationem suam de iure spectantibus non comprehendit beneficia, in quorum possessione conferendi alius erat, licet de iure, collatio spectaret ad eum ex quo erant in sua Diœcesi. Puteus *d. decis. 206. lib. 1.* Mohed. 8. *de priuilegiis* alias 179. Rota *decis. 783. nu. 4. lib. 3. par. 3. diuersorum,* & Thanis *decis. 4. in manuscrip.* Anast. Germonius *de indultis Card. § regulares à n. 92. & § etiam ex eo n. 23.*

Et fuit dictum in d. Hispalen. sicut non capit † beneficia ad collationem inferiorum spectantia
6 etiam dispositioni Papæ reseruata, nisi sit facta de illis expressa mentio, Puteus *decis. 162. num. 8. li. 2.* Ferret. *cons. 17. n. 3.*

Quia non auget indultum iurisdictionem Ordinariam, sed illam præfertur. Anast. Germonius §. 7
† & Rota in vna Romana Beneficiatus S. Petri 28. Aprilis 1595. coram D. Gypsio & 20. Nouēb. 1596. coram Domino Cordoua, vbi quod *indultum nihil tribuat, nec auget facultatem conferendi, sed tantum remouet obstaculum, per quod ordinarius impediebatur in collatione* cap. cum aliquibus, *vbi Probus ad Monach.* de rescript. in 6. *Cassad.* decis. 8. de Præben. cum alijs, &c. 8

Nec tollit indultum † optionem, vt fuit tentum per Rotam, in vna Bononien. supra adducta *cap. primo numero 452.* Anast. Germon. *d. § etiam ex eo n. 22.*

Et ampliatur prædicta resolutio, Primo, quod sufficiat quem esse possessorem iuris patronatus in consequentiam, † & non principaliter vt possit valide præsentare, vnde bonæ fidei possessor alicuius 9
Castri, seu Villæ, vel Comitatus ratione cuius competit ius præsentandi ad Ecclesiam, ibi vel alibi sitã, licet nunquam antea præsentauerit, potest præsentare, quia Dignitas siue Castrum aut Comitatus videtur hoc ius præsentandi semper retinuisse, ita Rota *decis. 3. de iure patron.* alias 140. *in nouis* Bellam. *decis. 700.* Paulus de citadinis licet satis confuse *d. art. 3. n. 64.* Lamber. *2. part. 1. lib. 2. q. 9. art. 3. n. 8. ad fin. & d. 1. part. 2. lib. q. 3 art. 1. nu. 9.* post Cardinal. *in d. cap. ex literis 3. oppositione,* per illum textum quem sic intelligit, & Caietan *in repetitione capituli fin. de elect. in 6.*

Quamuis Doctor Sahagun *in c. fin. de sequestratione possess. nu. 62.* dicat bonorum † possessionem ad 10
præsentandum, nunquam sufficere ex *cap. cum Bartolus de re iudicata,* vbi probatur, quod creditor cui fuit pignori data Vniuersitas, in qua est ius patronatus, non potest præsentare, nec in eum transit ius patronatus cum Vniuersitate pignorata.

Sed id ex eo est, quod creditor debet fructus pignoris restituere, vel in sortem computare, † seu 11
compensare, & fructus iuris patronatus non capiant, æstimatione restitui non possunt, nec in sortem cõputari, Rochus *verb. ipse, vel is, q. 27. num. 60. & 61.* Paulus de citadinis *9. p. q. 6. n. 14.* Lamber. *d. 2. part. 1. li. q. 9. art. 2.*

Qui ibi *nu. 4. & q. 10. art. 2. ad fin.* ratione cessante 12
inquit, † id non procedere, in terminis *capituli salubriter, de vsuris,* cum ibi non teneatur maritus fructus pignoris in sortem computare, nec restituere.

Quæ limitatio nihilominus mihi † non placet. Nam quamuis in terminis *illius capituli,* maritus nõ 13
teneatur fructus pignoris in sortem computare, nec restituere, tamen illos lucratur ad supportandum onera matrimonij, ad quæ non cõfert fructus iuris patronatus, & ex alia parte, creditor nõ possidet tãquam Dominus, seu animo Domini, facit quod dicitur infra *cap. vlt. à numero. 178.* & vide dicenda *cap. seq. à n. 6.*

Et de intellectu *d. c. salubriter,* vide post alios Nauarrum † *de vsuris not. 21. à n. 64.* Couarru. *lib. 3. va-* 14
riarum, cap. 1. n. 3. Ludouicus Beian. *in respon. casuum conscientiæ, casu 56.* Ludouicus Lopez *instruct. conscientiæ, 1. tom. cap. 210.* Aragon. *2. quæst. 78. articul. 2. in solutione ad 6.* & ibidem Bannez, & Salon latissime *controuersia 14.* & Solis *de censibus lib. 2. cap. 5. nu. 20.*

Et quod † dictum est de possessore Castri Villæ, 15
seu Comitatus, &c. idem erit in possessore maiora-

tus, ra

tus, ratione cuius competit ius patronatus, seu præsentandi, qui est ius quoddam vniuersale, sicut sentit Castillo *in l. 46. Tauri verb. en todo ello succeda,* Moli. *de Hispano. primogen. lib. 1. c. 25 in fin.*

16 Et quando maioratus non esset ius vniuersale, vt videtur † verius in maioratu bonorum particularium qui est instar fideicommissi, sufficit quod ius patronatus, sit annexum bonis maioratus, vt qui est in possessione bonorum illius, in consequentiam, etiam & accessorie, sit in possessione dicti iuris patronatus illis annexi, ad dicta infra *c. vlt. n. 54.*

Facit decisio Rotæ, in causa Pampilonen. Vicariæ
17 3. Iulij 1595. † coram D. Penna, quod *iuris patronatus annexi maioratui Hispaniæ possessio ciuilis, & naturalis acquiritur sine apprehensione consequenter, cum maioratu, beneficio legis Regiæ, nec per momentum vacare dicitur, sed transfertur in successorem, ad Molinam.* li. 3. c. 12. n. 20. *Mieres* de maiorat. 3. p. q. 11. n. 9. qui est in possess. maioratus consequenter etiam erit in possess. iuris patronatus annexi ipsi maioratui, licet non sit verus successor illius.

18 Quod tamen non procedit † in his Regnis Coronæ Castellæ, ex *d. l. Regia 45. Tauri,* ex qua possessio maioratus, ciuilis, & naturalis transit in verum successorem, licet alius apprehenderet possessionem illius, & consequenter etiam transit in eum possessio iuris patronatus illi annexi, vt *in dict. decis.* Pampilonen.

19 Et non in alium qui apprehendit possessionem maioratus. † Nisi forte verus successor maioratus amittat suam possessionem, ex negligentia decennij, vel alias ad tradita per Dinum *in reg. sine possessione ad fi. lib. 6.* Abb. & Felin ex *num. 7. cap. vigilanti de præscrip.* Ant. Gomez *in d. l. 45. tauri, num. 162.* Mencha. *de success. resolutione § 2. n. 10.* Mieres *3. part. quæ. 6. & 4. p. q. 21. numero 5.* & Rota *decis. 178. num. 3. parte 1. diuersorum.*

Idem etiam quod dictum est de possessore Castri
20 † Villæ seu Comitatus erit in bonæ fidei possessore dignitatis, aut beneficij ad quod spectat præsentatio, seu collatio. Nauar. *cons. 2. de iure patronat.* cummodo talis dignitas aut beneficium non sint reseruata.

21 Nam tunc quantumcumque bona fide possideat † non valet præsentatio, vel collatio, propter decretum irritans reseruationis, quod inficit, & annullat titulum & possessionem, & sic caret omni effectu, & iuris adminiculo, vt dictum est supra *cap. 1. numero 427.* ita Rota *decis. 4. de Præbend. in antiquis & 20. eodem in antiquis.* Simoneta *de reseruatio. q. 44.* & ibi Granutius Gigas *de intrusis, q. 97.* & Anton. Gabriel. *de dictis conclus. 3. n. 50.* & post hæc tradit Gonçalez *gloss. 15. § 1. num. 95. & gloss. 51. num. 28. & gloss. 45. § 2. num. 44.*

22 Quamuis collector *d. decis. 4.* dissentiat, quando intrusus esset beneficij † possessor, vt quia ignoraret reseruationem, & Ægidius *decis. 66* & Æneas de Falcon. *de reseruatio. tit. 4. q. effect. 26.* quod etiam videtur sentire Nauarr. *d. cons. 2.* & Gigas *ibi & numeris præcedentibus.*

23 Sed conuincitur, nam d. decretum irritans † consequenter etiam fructuum acquisitionem impedit, Lancel. *de attentat. 3. part. c. 31. n. 92* Rota *decis. 14. 2. p. diuersorum.*

24 Vnde in beneficiis † reseruatis, possidens beneficium, etiam cum bona fide ex prouisione ordinarij, non facit fructus suos, Sarnen. *in regul. de annali q. 23.* Rota *d. decis. 10. de Præben. in antiquis, & 4. eod. in antiquis.* & Simonetta *d. quæst. 44.* & ibi Granutius, *num. 5.* Sed contra intrusum in beneficio reseruato, nisi habeat titulum à Papa, fit condemnatio fructuum à die intrusionis, Ioan. Paul. *decis. 37. & 120.* quæ habentur in impressis *3. part. diuer. lib. 3. decis. 792. & 876.* Caputaquen. *decis. 27. seu 28. part. 2.* Bellam. *in c. grauis de restitutione spoliat.* Papa *in additione,* Rotæ *decis. 1. de renuntiatione in nouis, num. 8.* & Mandos. *cons. 34. numero 10.* Pontanus *de spolio libro 4. numero 24.*

Quamuis alias non fiat † condemnatio fructuum 25
nisi à die motæ litis, id est à tempore citationis legitime executæ, Mandos. supra. Etiam in spolio, & remedio capituli re integranda, nisi constet de mala fide, Rota *decisione 4. & decima de restitutione spoliat. in nouis* Bellam. & Caputaquen. *supra* Rota *decis. 552. numer. 2. part. diuersor.* Anton. thesaurus *decis.* Pedemontana.

Nisi sit spolium violentum, in quo sit à die intru- 26
sionis vt *ibi,* † & *d. decis.* Ioannes Pauli *37. & 120. & dec. 390. lib. 3. part. 3. diuersorum,* & Cæsar de Grassis *decisione 43. num. 12. & 14.* & Mandosius supra intelligendi Lancellot. *d. cap. 31. num. 70.* sicut etiam in attentato, Rota *decisio. 5. de restitutione spoliat. in nouis.* Lancell. *d. 3. part. cap. 19. num. 149. & d. cap. 31. ex numer. 66.*

Et ita tenendum est † quamuis Æneas de Fal- 27
con. *d. quæst. 4. effectu,* doceat, quod quamuis recipiens beneficium in curia vacans ab Ordinario, scienter non faciat fructus suos, ex quo non habet bonam fidem, in aliis tamen reseruationibus, nisi probetur scientia ipsius prouisi (nempe quod sciebat personam per quam vacauerat esse de contentis in *extrauagan. te ad regimen. &c.*) faciet fructus suos, quia ignorantia præsumitur, & sentit Gigas supra *à numero 93.*

Et quamuis in vna † Salamantina dimidiæ portio- 28
nis 1. Aprilis 1591. coram Domino Pamphilio infra adducta *11. part. cap. vltimo 8. dubio numero 142.* dictum sit, *quod possessor bona fide faciat fructus suos prædere, etiam in beneficio reseruato non data certa scientia reseruationis, nisi reseruatio sit clausa in corpore iuris, vel super certo corpore beneficio, aut alias indubitata, & nouissima Puteus* decisione 180. lib. 3. *& fuisse resolutum in causa Salamantina fructuum, pro heredibus Francisci de Burgoa de anno 1587. coram Domino Gypsio, &c.*

Nam ista resolutio est † contra allegata, maxime 29
contra Rotã *d. dec. 10. & 4. de Præben. & d. dec. 14. 2. p. diuer.* & Caputaq. Sarnen. Simonetam, Mandos. & Lancellot. *supra,* qui de beneficiis quomodolibet reseruatis loquuntur.

Et est contra stylum curiæ, & ipsius Papæ † qui in 30
breuibus de capienda possessione beneficiorum reseruatorum siue nomine Cameræ, siue ad fauorem literarum, semper præcipit restitui fructus à die vacationis beneficij, licet reseruatio prout solet non sit clausa in corpore iuris, vel decreto corpore beneficij, de quo *part. seq. c. 3. n. 115.*

Et dicta distinctio inter reseruationem clausam 31
in corpore iuris, vel de certo † corpore beneficij, & alias reseruationes, procedit ad effectum spolij, vt *in d. dec.* Putei 180. magis de stylo Rotæ, quam de iure, vt diximus supra *c. 1. n. 426.* & non est trahenda ad casum, & effectum acquisitionis, & condemnationis fructuum, in quo potius habemus stylum ipsius Papæ contrarium.

Et dicta sententia Æneæ posset procedere si Be-

beneficium esset simpliciter reseruatum, siue dicto de-
32 creto † irritan. quod tamen solet apponi in reseruationibus, aut si non apponeretur cum tam amplis & generalibus verbis, quæ non solum titulum, sed etiam possessionem, & omnia inde secuta inficiunt, sed solum irritaretur, seu annullaretur collatio seu actus iuxta dicta supra cap. 1. nu. 411. & iuxta hoc procedet, quod tradit Gonçalez *gloss. vltima quæst. 4. à numero* 41.

33 Secundo ampliatur prædicta † resolutio, quod sufficiat quasi possessio defuncti, seu antecessoris, nam ea transit in hæredem, seu successorem absque noua apprehensione seu exercitio, vt in terminis tenet Lamber. *1. p. 2. lib. quæst. 3. art.* 22 & Ioann. Gutierrez *consil. 3. num.* 2. ex doctrina Baldi *in l. in suis 4. oppositione ff. de liberis & posthumis*, quod quasi possessio iurium incorporalium transit in hæredem † absque
34 apprehensione & exercitio, quod etiam tenet Oralora *de nobilitate 1. par. 3. c. 6. n.* 8. & Ferretus *cons.* 179. *num.* 9.

35 Quamuis contrarium † in terminis teneat Rota, vt per Achillem *decis.* 105 *seu 5. de causa possess.* & Caputaquen. *decis.* 135. 152. & 410. 1. *part.* Thanis *dec.* 15. & Acoramb. 65. *lib. 2. in manuscriptis* & sequitur Hieron. Gabriel. *consil.* 185. *num.* 17. *lib.* 2. dicens quasi possessionem iuris patronatus, seu conferendi sine actu à successore in successorem non transire, nec à successore acquiri, vt per Acoramb. & Achillem *supra*.

36 Et alias † sæpe Rotam conclusisse ex *l. cum hæredes. ff. de acquir. possess.* quam dicunt habere locum etiam in incorporalibus ex Alexand. *in d. l. in suis, num.* 8. & Tiraquellus *in tract. le mort saisit. 4. part. 7. declaratione & in præfatione* 3. 4. 5. 6. & 7. *declara.* qui tamen id non dicit.

37 Sed prior opinio † videtur verior, quæ absque dubio procedit in quasi possessione iuris patronat. seu conferendi, quæ erat apud antecessorem ratione Dignitatis, seu Beneficij Castri Villæ, vel Comitatus, Rota *d. decis. 1. de iure patron.* alias 140. *in nouis* Achilles *sup. n.* 8 quæ continuatur in successorem sine alia apprehensione. Tiraquell. *in d. præfat. declarat.* 5.
38 † Facit *decis.* Rotæ 9. *de causa poss. in antiquis.* Possessio enim retinetur per Ecclesiam, seu Dignitatem etiam mortuo Prælato, vt per Felin. *in c. constit. num. 19. de rescrip.* Lamber. *3. p. 2. lib. q. 11. art.* 9. Rota *deci. 10. 4. de restit. spoliat. in nouis* Cassad. *decis. 7. nu. 13. de causa poss.* Rota *decis.* 490. *part.* 1. & *decis.* 19. *n.* 8 *part. 2. diuers.*

39 Et est decisio † Rotæ in causa Bracaren. Parrochialis 17. Iunij, 1591. coram illustrissimo Cardin. Mantica in qua fuit resolutum. *Non constare modernum Vicecomitem, esse in quasi possessione præsentandi ad Parochialem, de qua agitur: nec obstare, quod Vicecomes semel vna cum aliis anno 1527 præsentauerit, & præsentatio fuerit sortita effectum, per vnicum actum, cum effectu subsecuto quasi possessio præsentandi acquiratur, quia possessio non transit ad successorem, nisi naturaliter apprehensa sit,* l. cum hæredes. de acquir. possess. l. 1. §. Scæuola, si quis testamento liber. *Nec obstare, quod Vicecomes semel non præsentauit nomine proprio, sed nomine Dignitatis, & ista quasi possessio tanquam acquisita Dignitati, transeat ad successorem in* Comitatu Rota 1 de iure patro. in nouis Bellam. 701. *quia præsentatio intelligitur facta titulo donationis, qui apparet,* Crauetta cons. 255 num. 3. *donatio autem iuris patronatus facta à quibusdam patronis, non fuit facta Castro Comitatus, seu Dignitati, sed Francisco Vicecomiti, & cum nomen proprium iuris propositi non possit adiudicari nomine Dignitatis, ei est etiam appositum gratia demonstrationis,* argumento l. si communis. §. rurs. de stipulatione seruo. Mela in princ. de alimentis legatis, *B.* ... l. Centurio numero trigesimonono. *Ripa* 173 de vulgari. *Nec etiam in dubio, donatio potest intelligi facta Castro, seu Dignitati, quam propter* [illegible]*, seu affectionem fieri solet, quod magis congruat personæ, quam Dignitati, &c.*

Et postea 24. Febr. 1592. † fuit resolutum. *Non constare Vicecomitem iuniorem senioris hæredem esse, vt possit ad eum tanquam hæredem pertinere.* 40

Et primi Iulij eodem † anno fuit idem resolutum. 41 Et rursus, *non constare de iure donantis, neque famam publicam posse sufficere, nisi per longissimum temporis spatium concurrat quasi possessio præsentandi,* Cassad. dec. 1. n. 6. de probatio. *Put.* 40. in fin. li. 1. *neque etiam confirmationem ordinarii in casu proposito multum suffragari, quia cum constaret, beneficium esse iuris patronatus, parum eius intererat, an ad vnũ, vel ad alterum pertineret, &c.*

Et idem † est in quasi possessione alicuius domus 42 seu familiæ, vt in decis. Pampilonen. Vicariæ de Ataum. 12. Maij 1595. coram Domino Penna infra relata, n. 142.

Et sic contraria sententia non potest conuenire, † 43 quasi possessioni iuris cõferendi quicquid dicat Hieron. Gabriel. *supra*, cum semper competat ratione Ecclesiæ, seu Dignitatis.

Et quod in incorporalibus possessio transeat in 44 hæredes absque † actu videtur, Rota in vna Beneuẽtana census 13 Iun. 1594. coram Domino meo Cordua in qua Domini resoluerunt, *dandum esse mandatum de manutenendo filiis & hæredibus, quondam Constantiæ de Caminimis, quia constat illam per multos annos ante, & de tempore motæ litis fuisse in possessione exigẽdi redditus census, de quo agitur, Et sicut illi dandum esset si viueret, §. retinendæ instit. de interdictis cũ vulgatis, ita & filiis, & hæredibus eius, ad tradita per Menoch.* de retinend. remed. 3. n. 62. &c. Nisi ista decisio procedat iuxta statuta particularia, ex quibus sine actu transferatur possessio in hæredes.

Quod autem dictum est, præsentatum † à possessore, 45 scilicet bonæ fidei, præferri præsentato à proprietario, seu vero patrono, limitatur procedere, quando fuit processum, ad institutionem, antequam constaret de proprietate, secus si prius constiterit de proprietate, quia proprietas absorbet causam possessionis, *cap. cum dilectus de causa posses.* ita declarat. Abb *in d. c. consultationibus de iure patro. n.* 9. sequuntur Decius *cons.* 127. *n.* 1. & 149. *n.* 2. Ripa *in d. c. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. n.* 131. Bertachi. *in reper. verb. præsentatus à non patrono.* Paulus *de citadinis 6. part.* ... 3 *num.* 16. Menoch. *de recuperanda, rem. 1. nu.* 120. Hier. Gabriel. *cons.* 185. *lib.* 2. Cuchus *lib. 4. tit. 1. nu.* 96 loquens in electione. Ferretus *consi.* 211. *num. 10. in fin.* & Ioan Gutierrez *d. consi. 4. in fin.* & secuta est Rota in vna Imolen. iuris patronatus 7. Iun. 1577. coram Domino Cantucio, quæ habetur *2. p. diuers. decisi. 167. n.* 10. † Et in vna Valentina Parochialis de 46 Cosentayna 26. Ianuarij 1582. coram Domino Seraphino, quæ habetur eadem 2. *part. decisione* 169. *numero quinto, vbi numero* 6. dicitur, † *non posse dici con-* 47 *stare de non iure possessoris, quandiu de eo docere potest,* Ægidius decisio. 103. *in his enim in quid requirimus, vel partis confessionem, vel rem iudicatam ex Rota* decisione 3. de restitutione spoliat. in nouis, & *Cassad.* 3. *eodem.*

Et

48 Et secuta etiam est, Rota in vna compostellana Parochialis 16. Ianuarij 1595. coram Illustrissimo Blancheto, vt in decis. sequent. *Domini cum præsupposito, quod istud ius patronatus non sit Vniuersitatis, sed particularium, dixerunt Baccam instituendum, vt præsentatum à maiori parte eorum qui sunt in quasi possessione præsentandi,* cap. consultationibus de iure patron. *sed si est Vniuersitatis prout Domini dubitant, tunc dixerunt, institutionem debitam Aluaro vti præsentato à maiori parte, & quasi possessionem hoc casu non suffragari, quia præfertur proprietas. Abb.* in d. c. consultationibus numero 9. *Io. Paul.* decis. 93. *& fuit dictum coram me, in vna Firmana beneficij* 28. *Maij* 1589.

Et in vna Senen. iuris præsentandi 9. Ianuar. †
49 1598 coram D. Penna, fuit resolutum, quod quando constat de proprietate præsentandi, non attendi quasi possessio, &c. Et fuit dictum *in commen. iuris patron.* 8. Iunij 1601. coram D. Seraphino infra rela. *cap. vlt. n.* ...

Idem etiam tenet Couarru. † *d. c. 14. pract. n.* 2. qui
50 ait, quod præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione, præferendus sit præsentato à vero patrono, interim dum non est sententia lata, in proprietate iuris patronatus, & sic quod erit instituendus, modo ante institutionem & post præsentationem, non pronuntietur sententia in causa proprietatis, aduersus possessorem.

Et Lambert. *d. 1. part. 2. lib. 2. q. art.* 6. idem † tenet,
51 qui *numero.* 4. 1. 2. & 3. casu intelligit d. sententiam Abbatis supra, quando possessor præsentauit vnum, & alterum proprietarius, qui mouit litem possessori, super iure patronatus, & ante institutionem constitit de iure proprietatis, & sic euicit ei ius patronatus, quo casu debebant restitui proprietario fructus qui extabant, secus vero, quando solum esset lis inter præsentatos: Nam tunc ait instituendum esse præsentatum à possessore bonæ fidei, quamuis præsentatus à proprietario, ante institutionẽ, probet illum esse proprietariũ, quia res inter illos acta nõ debet præiudicare possessori, vt fructus etiam qui extant restituantur vulgari *reg. res inter alios acta.*

Et sic intelligit † Innoc. *in cap. Cum ... de elect. n.*
52 4. vbi ait, quod si ad electionem fuerunt admissi cum protestatione, vnus qui dicebat se esse in possessione, & alius qui dicebat se proprietarium, quia tunc de nullo istorum constabat si post modum tempore petitæ confirmationis constiterit amborum dicta esse vera, scilicet vnum esse in possessione, & alium proprietarium, vox erit possessoris, & sic ista considerantur ante confirmationem, seu institutionem, & Innocentium ibi sequitur Abbas *ibidem nu.* 11. & idem videtur tenere Abbas *in d. cap. cum Ecclesia Sutrina num.* 51. cum Innocẽt. & *in cap. in literis de rest. spoliat.* & d. declarationem Abbatis videtur sequi Gonçalez *d. gloss.* 45. §. 2. *nu.* 43. & citat *decisionem* Veteram Tribij 55. *numero* 80. *ante fin. lib. secundo.*

Sed de d. limitatione, & declaratione Abbatis †
53 *in d. cap. consultationibus*, absolute dubitat Rochus *verb. competens. quæst.* 19 *num.* 46. ex Innocentio *in d. cap. cum Ecclesia Sutrina, & in d. cap. in literis*, quem refert & sequitur vt dixi Abb. *d. num.* 53. quia dicit, quod electio possessoris præfertur electioni proprietarij, & illa potius est confirmanda, & præsupponunt, quod de proprietate ipsius proprietarij constet, vt apparet ex Abb. *ibi* in illis verbis, *ex quo de proprietate constat*, & ratio præmilitat quantumcunque de proprietate constet: dum dicunt, quod ideo præfertur electus à possessore, quia proprietario non licuit priuare possessorem propria authoritate, & possessionem sibi assumere.

Ex alio etiam d. limitatio & declaratio † mihi vi- 54 detur falsa absolute, & distincte etiam vbi proprietarius ante institutionem euicerit possessori ius patronatus, seu eligendi, per rem iudicatam, quia eo ipso quod præsentatio, seu electio facta est, consũptus est huiusmodi fructus possessionis, qua possessor nihil potest vlterius in ea facere, nec in aliquo factus est locupletior, vt rectè inquit Innocen. *in d. c. in literis n.* 1.

Maxime cum per præsentationem, † seu electio- 55 nem, statim acquirant ius præsentato, vel electo ad beneficium, Sarpen. *in reg. de non tollen. iure quæsito, q. 1. cum aliis* de quibus *sup. 4. par. cap.* 3. quod non debet ei auferri, etiã si post institutionem apparet de proprietate, etiam per rem iudicatam contra possessorem.

Quamuis Lamber. *d. art. 6. num.* 4. dicat, † quod 56 per institutionem fructus præsentationis videtur consumptus, quod etiam tenet Menoch *d. consil.* 90. *li. 1. n.* 124. post Abb. 2. *in d. c. consultationib. n.* 3. Et quãuis Ripa *in d. c. cum Ecclesia Sutrina n.* 93. dicat, etiam post institutionem esse fructus extantes, & sic erit accipiendus Gonçalez, *d. §. 2. n.* 22.

Et hæc mea sententia † sine difficultate proce- 57 dit in prouiso ab existente in quasi possessione iuris conferendi, qui nullo modo debet remoueri quantumuis postea constet de proprietate alterius, etiam ante adeptam possessionem: quicquid velit Hiero. Gabriel *sup.* cum per collationem acceptam ius in re acquiratur, sicut per institutionem *c. ap. si tibi absenti de Præbendis in* 6. & dictum est sup. 4. *par. capi.* 2.

Nec obstat ratio Abbatis *in d.* † *cap.* consultatio- 58 nibus, quod proprietas absorbet causam possessionis, ex *d. cap. cum dilectus*, quia id est respectu futuri, non vero respectu præteriti, vt apparet *ex d. ca. cum Ecclesia Sutrina.*

Acquiritur autem dicta quasi possessio ex † vni- 59 co actu (quicquid velit Flores, *quæst. 3. num.* 25.) gloss. *in d. cap. cum Ecclesia Sutrina, verb. in totum, & verb. breuitatem*, quam ibi sequuntur Innocen. & Abb. *n.* 22. Ripa dicens communem *num.* 91. & Rebuffus *ibidem* n. 13. ... *in gl. verb. vocem*, Probus ad Monachum *in cap. 1. de iure patron. in 6 num.* 9. Rochus *d. verb. competens num.* 34. Lambert. *d. quæst. 3. art.* 11. dicens esse communem omnium Dd. sententiam, Corras *d. 2. par. cap. 5. numer.* 3. Rosiniacus *d. cap. 1. de benefi. num.* 23. Duaren *d. lib. 3. cap.* 9. Couar *d. cap. 14. pract. num. 2. in reg. possess. 2. par. initio n.* 6. Mascar. *d. conclus.* 173. *n.* 8. Io. Gutierrez *consil. 3. n.* 1. Flam. Paris. *d. lib. 7. q.* 23. *n.* 41. Zeuallos, *quæst.* 717. *num.* 4. Cecus *de benefic. & Pensio. capit. 2. versicul. beneficia etiam, & capitulo duodecimo, numer.* 18. qui plures alios referunt Crescen. *decis. 5. de iure patron.* Puteus 192. *lib. primo.* Rota *decisione decimaseptima numero primo par. secunda diuersorum.* Et fuit resolutum in vna Ilerden. Parochialis 13. Iunij 1598. coram D. Ca- 60 putaquen. in † qua fuit decisum. *Ex institutione facta per Ordinarium Domino ad præsentationem ... quæ habuit effectum constare de quasi possessione præsentandi, ita vt excludatur prouisio Ordinarij, sine consensu illorum. Nã ex vnico actu acquiritur quasi possessio, & de bona fide cõstat, quia in dubio ea præsu-*

Nn

mutat ex cursu temporis, quia apparet, quod Dominicus Rector possedit, & resignauit, & resignatarius etiam Domin. resignauit in P. in manibus Papæ, cum mentione, & derogatione iuris patronatus, qui P. obtinuit contra Iacobum præsentatum à dictis Iuratis, & testes probant illum tentum pro Rectore & possedisse. Nec obstant dictæ resignationes, quia prouisiones Papæ non mutant statum. Ægid. decis. 109. Decius cons. 126. *Nec obstat, quod præsentatio, & institutio d. Iacobi fuerit reiecta, quia illud fuit cum Parochialis non vacaret per obitum Domin. ex quo facta est præsentatio, sed per dictam resignationem in fauorem P. cum derogatione iuris patron. non quia Iurati non essent in quasi possessione præsentandi,* vt per Cotam *decis. 193. in suis Miscellaneis manuscriptis.*

61 Idem etiam fuit resolutum in mea causa †Abulen. Parochialis de la Calcada. 28. Iunij 1593. coram D. meo Cordoba Episcopo Pacen. vt *in seq. decis.* quam in præsenti ponere placuit quia deseruit etiam ad dicenda. *Parochialem Ecclesiam Oppidi de la Calcada, vacante de mense Septemb. Anno 1590. sede Apostolica, tunc & etiam Episcopali Abulen. vacante Capitulum Abulen. facto concursu iuxta formam Concilij Triden. contulit Nicolao Garsia, qui die 18. Octobr. proxime sequen. actualem possessionem illius accepit, verum quia Didacus de Herrera à fælicis recor. Greg. XIV. Idibus Ianuar. 1591 iuxta constitutionem Pij V. illam impetrauerat, & post commissam causam, in Rota aliquæ resolutiones contra prouisum à Capitulo factæ fuerant, & coram me prouisus à Capitulo prætendebat Capitulum esse in quasi possessione conferendi sede Episcopali vacante, ad effectum vt præfata eius prouisio sustineretur: dubitatum, an ex deductis pro eo constaret, de quasi possessione Capituli conferendi Parochiales vacante sede Episcopali in mensibus non reseruatis. Et domini in hac positione circumscripto effectu (de quo erit seorsum agendum) censuerunt constare de quasi possessione Capituli, ex iuribus enim vigore compulsorialium productis apparebat de multis nominatis Capituli prouisionibus, & collationibus quæ suum sortitæ fuerant effectum. Nam cum de anno 1578. per translationem D. Aluari de Mendoça ab Ecclesia Abulen. ad Palentinam sedes Episcopalis vacaret, Capitulum contulit Ecclesiam Parochialē Oppidi de Bercimuelle Abulen. diœcesis Christophoro Martin, cuius effectus aliàs ex eo apparebat sufficienter probata, quia per renuntiationem eiusdem Christophori fuit iterum de illa facta prouisio de anno 1581. eadem sede vacante per obitum, Busti de Villegas Episcopi Abulen. duæ præterea collationes Parochialium Oppidorum de Tornadicos, & Pennalua, effectum sortita edebantur in eadem sede vacante per translationē prædicti D. Aluari de Mendoça, & quatuor aliæ sede vacante, per obitum Busti de Villegas Oppidorū S. Vincentij del Palacio, & S. Nicolai de Madrigal, & del Tiemblo, & del Vareo, quæ suum plenarium habuerunt effectum, quibus suffragabantur testes de anno 1591. coram Ordinario citato Didaco examinati, deponentes de quasi possessione Capituli conferendi Parochiales sede Episcopali vacante, in mensibus non reseruatis, ex his enim dicebant Domini plene fuisse probatam dictam quasi possessionem, quæ in istis iuribus incorporalibus acquiritur per vnicum actū, glos. communiter recepta* in c. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. *vbi Abbas* num. 21. *Ripa* 52. & seq. *& acquisita respectu vnius Parochialis, suffragabatur etiam respectu aliarum, Felin.* in cap. auditis nu. 19. de præscrip. *& fuit resolutum in vna Toletana anniuersariorum* 16. *Februarij anno* 1581. *coram bon. memoriæ Cantuccio, ex quo tollebatur oppositio, ex eo, quod non constabat de aliqua collatione huius Parochialis. Neque obstabat, quod non constaret de scientia, & patientia Episcopi, quam probare oportebat, cum ageretur de eius præiudicio, quoniam dicebatur eam præsumi, tum ex lapsu multorum annorum, vt fuit resolutum in vna Reatina beneficij 6. April. 1576. coram R. P. D. meo Decano, & alias sæpe, tum ex eo, quod cum singulis annis Episcopus propriam diœcesim visitare teneatur,* cap. decernimus, cum duobus seq. 10. quæst. 1. cap. inter cætera de officio ordin. ca. si Episcopus eod. tit. lib. 6. *Paulus Fuscus* tract. de visitatione lib. 1. cap. 2. *satis ex hoc præsumebatur eius scientia, & patientia, per quam nosset, quo tit. quisque beneficia, & Parochiales in sua diœcesi possideret, præsertim cum Episcopus beneficiatos sibi subditos, compellere possit ad exhibēdos titulos beneficiorum, Zenzellin.* in extrauag. *Ioan. XXII. incipien.* suscepti in verb. Canonice obtinent, tit. de electione, *Gemin.* cons. 87. *incip. etsi* apparet quædam vnio, nu. 2. versi. corroboratur. *Ad illud, quod opponebatur de præscriptione, quæ non currit contra Ecclesiam, vel Episcopum sede vacante. Respondebatur in hac facti specie, non esse litem inter Episcopum, & Capitulum super iure conferendi, sed inter prouisos, quorum respectu sufficiebat quasi possessio Capituli. An autem ea suffragaretur Nicolao Garsia ab eo prouiso in contrarium cum Didaco de Herrera prouiso Apostolico particulariter erat videndum, quia Domini in hac positione solum firmarunt; constare de quasi possessione Capituli, conferendi Parochiales in mensibus non reseruatis sede Episcopali vacante.*

Idem etiam fuit resolutum in d. Pamphilonen. †Vicariæ de Ataun. 11. Maij 1565. infra relata *n.* 141. & Assisien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram D. Sacrato sup. relata *n.* 477. Et post hæc tradit Gonça ez *d. glos.* 45. §. 2. *n.* 29. 62

Attenditurque & spectatur vltimus actus, †& immediatus, Decius *consil.* 124. *num.* 1. *&* 126. *num.* 2. Rochus *verb. competens, quæst.* 16. *num.* 40. *& seq.* Lamber. 1. *par.* 2. *lib. quæst.* 5. *artic.* 21. Corras. *d.* 2. *par. cap.* 5. *num.* 7. Ferretus *consil.* 2. *num.* 3. *&* 4. *& consil.* 131. *nu.* 10. *&* 11. *& consil.* 210. *num.* 4. *&* 5. *&* 382. *nu.* 11. & alij. 63
Et Rota in vna Nucerina † Beneficiorum 30. Octo. 1592. coram Illustrissimo Pamphilio, vt in sequenti decis. 64

Gratia Theodori fuit insufficiata, nam de eius Præsbyteratu constat ex literis patentibus sui Ordinarij, cap. 2. *& ibi Abbas* in primo notab. de cleric. Peregin. *Felin. post alios* in cap. post cessionem, numero tertio, & 15. de probatio. *Gratianus* decisione 81. numero primo, *de eius legitimitate constat, ex primo & quarto teste super decimo, qui dicunt esse filium legitimum, & naturalem, Gentilis, & Fabiæ coniugum de terra Gualdi, & vti talem fuisse publice, & communiter tentum, & de aliis habilitatibus constat ex assertione Papæ asserentis illum fuisse ab examinatoribus in vrbe deputatis examinatum, & idoneum repertum, quod sufficit, vt aliàs fuit ponderatum in causa Burgen. Abbatiæ de Fincea de Martio proxime præterito coram D. meo Gipsio. De existentia Beneficiorum deponunt omnes testes, qui etiam probant eorum vacationem per mortem Lud. qui illa possedit vsque ad obitum, quem primus testis super nono asserit fuisse de mense August. 1591. Et videtur fateri M. Anton. qui eadem vacatione nititur Ægid.* decis. 168. & 595. *Puteus* decis. 300. lib. 1. *quod fructus illorum non excedant valorem 15. ducatorum auri de camera, probat secundus testis super quarto, qui tanquam informatus ex eo, quod bona dictorum Beneficiorum tenuit in locationem solus sufficit pro verificatione valoris narrati, Rota* decis. 14. de probatio, in nouis.

Ægid.

Ægid. decis. 19. & seq. & *Puteus* decis. 2. lib. 2. *Maxime, quia est administratio à primo teste super eadem, qui loquitur de quadam parua quantitate frumenti, in qua dixit consistere fructus horum Beneficiorum, & in eorum excessum potest si probatio* [illegible] *iuramento ipsius Theodori iuxta* decis. 682. *Ægidij* [illegible] *Si impetrans* [illegible] *fuit dictum in causa Asserien. Archidiaconatus, de mense Nouemb.* 1589. *coram D. Mantica, quod licet iuxta Beneficia non requirant residentiam satis probatur, ex eo quod testes dicunt esse simplicia,* [illegible] *Ægid.* dec. 676. *Scapin.* tit. de statu, & qualitate beneficiorum in princ. [illegible] Card. & alios tradit *Imola* in cap. fin. num. 9. de clericis non residen. *Felin.* in cap. dilectus II. 2. num. 2. de rescrip. [illegible] consil. 1. num. 2. lib. 7. *Et fuit resolutum 3. Martij 1582. in causa* [illegible] *Beneficiorum* [illegible] *coram D.* [illegible] *& alias sæpius* [illegible] *tra, quod 12. & 3. testes super* [illegible] *etiam asserunt. Valor* [illegible] *& Altaris Sancti* [illegible] *Saracenis, positi in Ecclesia S.* [illegible] *de terra Gualdi, satis probatur ex dictis 1. & 4. testis super 5. cum ad* [illegible] *Rota consideratur* [illegible] *probari* [illegible] *Ægid. dec.* 674. [illegible] *adminiculis, vt tradit Ægid. decis.* 682. *Et fuit sæpius* [illegible] *in pluribus causarum* [illegible] *quod* [illegible] *Abbatis S. Benedicti, & per consequens Episcopus non possit se in illis intromittere, nec etiam vigore alterutrius, quæ capit tantum beneficia, ad hoc non ipsius Episcopi dispositioni pertinentia, satis probatur, ex quasi possessione conferendi, quæ in hac materia attenditur,* c. consultationibus de iure patron. c. querelam de elect. *Rota* [illegible] decis. 49. de rescrip. & decis. 14. de iure patron. *de qua constat ex pluribus collationibus* [illegible] *per informantes, iuxta nota.* in c. cum Ecclesia Sutrina, *vbi Ripa post glos. & alios* n. 52. de causa possess. *Maxime concurrente vltimo* [illegible] in l. [illegible] *et ibi Bald.* C. ne de statu defunct. *Rota* decis. [illegible] 2. de Præben. in nouis. *Felin.* in c. cum te, col. fin. de rescrip. *Decius* cons. 261. lib. [illegible] *collatio fuit facta per* [illegible] *quæ fuit sortita effectum, cum per eius obitum* [illegible] consil. 229. n. 2. Rota etiam in dict. Pamphilonen. Vicariæ de Ataun. 11. Maij 1595 infra relata nu. 141. & in Assisien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram D. Sacrato, de qua supra *capitulo primo, numero* 477.

65 Illud tamen accipiendum est, nisi actus † ex quo prætenditur acquisita quasi possessio factus sit sine præiudicio iuris alterius, vt in vna Mayoricen. iuris patronatus 4. Octob. 1587. coram D. Bubalo, in qua fuit resolutum, *Quod per præsentationem factam secuta institutione per Ordinarium* [illegible] *se nolle præiudicare præsentantibus aliis,* [illegible] *iuris patronatus* [illegible] *non acquiritur quasi possessio* [illegible] *adeo vt alios patronatus per patientiam præstitam in illo actu, tamē sibi præiudicaret, ad tradita per Decium* in cap. cum accessissent de constitutio. n. 77. vers. 5. intelligitur, *Puteus* decis. 188. lib. 2. *& cum institutio fuerit* [illegible] *nalis sine præiudicio iurium patroni non possit acquiri quasi possessio, Puteus* decis. 34. lib. 2. [illegible] *super facto erroneo, dicitur* [illegible] *Alexan.* consil. 125. num. 7. lib. 1. *Vestius* in additio. ad *Afflictum* decis. 18. [illegible] *præsentatione secuta institutione per sententiam, quæ habet relationem, ad dictam institutionē, falsam fore prætenditur, non acquiritur etiam quasi possessio.* Ad quod etiam est decis. Pisana Capellaniæ 2. Maij 1594. infra adducta n. 141.

Cæterum ad acquisitionem possessionis † ad effectum de quo agimus videlicet validitatem collationis præsentationis, vel electionis, requiruntur requisita posita per Calder. *consil.* [illegible] *de iure patron.* quod consilium Rota sequitur, vt per Capuaquen. *decis.* 132. 338. 559. & 418. *par.* 2. Ægidium 128. & in Abulen. Parochialis 21. Iunij 1594. coram D. Blanchetto infra adducta n. 92. 66

Primo enim requiritur bona fides. Secundo, fragatur † de præsentatione, vel electione, quod sit admissa & confirmata & sic, quod secuta fuerit institutio, seu confirmatio, Rota *dec.* 3. 8. *num.* 1. *par.* 2. *diuersorum.* Tertio quod prouisus institutus seu confirmatus fuerit, tanquam beneficiatus in possessione beneficij, & sic quod collatio, præsentatio, vel electio, habuerint effectum. Quarto, scientia, & patientia illius, in cuius præiudicium talis quasi possessio acquiritur. 67

Quæ requisita ponunt † & sequuntur etiam Selua *d.* 1. *par. q.* 7. Rochus *d. verb. competens, n.* 34. Lamber. *d.* 1. *par.* 2. *lib. q.* 5. *art.* 10. *&* 11. Decius *consil.* 124. *n.* 1. *&* 126. *&* 129. *n.* 3. Ripa *in d. c. cum Ecclesia Sutrina, n.* 92. *&* 95. & ibidem Rebuf. *vbi supra* Corras. *d.* 2. *par. c.* 5. *n.* 3. Couar. *d. c.* 14. *pract. q.* 2. Ferret. *consil.* 381. *n.* 2. Hiero. Gabr. *consil.* 185. *lib.* 2. Io. Gutierrez *consil.* [illegible] *& consil.* 4. *n.* 32. & Zechius *d.* 1. *de beneficiis* [illegible] & illud requisitum de effectuatione ponit etiam Calder. *consil.* 13. *eadem.* & Gonçalez *glos.* 18. *n.* 85. & ad ista reducuntur septem requisita, quæ ponit idem Gonçal. *d. glos.* 45. §. 2. *a n.* 30. 68

Licet ad effectum acquisitionis possessionis † absolutæ, & possessorij retinendæ aut recuperandæ, non requiratur primum requisitum de bona fide, vt tradit Innocentius *in capit.* 1. *de in integrum restitutione, num.* 6. *& in d. cap. cum Ecclesia Sutrina, num.* 4. & ibi Abb. *num.* 26. Lamber. *d. art.* 10. *nu.* 6. *&* 7. & Corras. *d. num.* 3. & [illegible] Mohedan. 9. *de restit. spoliatorum.* 69

Sed circa d. requisita erunt aliqua aduertenda, & † in primis circa primum requisitum, de bona fide, quod est præcipuum in hac materia. Aduertendum est primo, illam esse omnino necessariam. Neque enim facit fructus suos malæ fidei possessor, [illegible] *de regulis iuris* vbi Abb. Bellamerus Bero. † & alij, & *in cap.* [illegible] *l. si fundum. l. certum, C. de rei vendicatione. §. si quis a non domino, Instit. de rerum diuisione* & ibi Doct. 39. & 40. *tit.* 28. *par.* 3. & ibi Gregor. López & Rota *decision.* [illegible] *de iure patronat. in nouis.* De quo vltra dictos videndi sunt † Bart. *in l.* 2. *ex diuerso. ff. de rei vendicatione,* Menochius *de recuperanda remedio* 15. *quæst.* 40. *ex n.* 571. & Ioan. Garcia *de expens. & meliorationibus* [illegible] 13. *à num.* 42. Peregrin. *de fideicommiss. articul.* 49. *à num.* 130. 70 71 72

Sed quamuis collatio præsentatio, seu electio † à malæ fidei possessore facta non teneat, propter malam fidem [illegible] etiam institutus sit remouendus, constando de mala fide, iuxta dicta Rota *d. decis.* 7. Innocent. Abbas & alij *in d. cap.* [illegible] *de iure patron. & in d. cap. Cum* [illegible] *de electione, & in d. cap. de in integrum restitutione,* idem Abb. *in d. c. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. n.* 26. *& in d. cap. ex literis de iure patron. num.* 7. Nauarrus *consil.* 2. *numer. primo de iure patron.* dicens communiter teneri, & Ferre- 73

tus *consil*.69.n.11.vbi ait,cum Innocen. & Abb.*sup*. quod si possessor malæ fidei admitteretur ad eligendum, vel ad aliquid aliud faciendum non valeret actus,nec electio.& sic valde cauendum esse,ne admittatur in Capitulo,ad ea quæ imminent facienda cum d.mala fide.

74 Intellige si cum eius† voce fiat actus,vel electio & sine ea non constaret esse voces necessarias ad actum, alias valeret actus,seu electio Capituli virtute aliorum votorum, Abbas *in capitulo cum super. de officio deleg numero vndecimo*, & Suarez 5. *tom. disput*. 14. *sect*.2.

Adhuc tamen collatio, presentatio, seu electio fa-
75 cta † a proprietario, qui non possidet, non valebit, quia non licet propria authoritate resumere possessionem,& spoliare etiam inuasorem,*cap.in literis de restitutione spoliat.* vbi id docet Innocen. & firmat. Abb.*in d.cap.consultationibus n*.9. *& in d.ca.cum Ecclesia Sutrina,nu*.53.& ibi Imola *ad fin*.idem Abb. *in d.cap. Cumana n*.12.Bertach.*in repert.verb.præsentatus a patrono*,Rochus *verbo competenti,n*.46.Rebuf. *in d.cap.cum Ecclesia Sutrina.ad fin.versic. circa secundum*.Duaren *de benefic.lib*.3.*c*.9 & Cuchus.*lib*.4.*tit*.1.*n*.96.

76 Quamuis contrarium tenent Innocentius *in* † *d.c. Cumana.numero sexto*,& Lambert.*prima part.secundo libro quæstione tertia,articul*.7.*&* 10. quem sequitur Couarrudias *pract.cap*.16.*num*.6.*circa fin*.Ferretus *consil*.135.*numero* 2.& Hieron.Gabriel *consil*.185. *lib*.2.

77 Et ad *l.mala fide,C.de condictione* † *ex l.* quam allegat Innocen.vbi *nu*.4.Respondet Abb.*d.num*.11. quod loquitur, quando proprietarius conuincit possessorem malæ fidei in iudicio, tunc enim priuatur possessor omni commoditate perceptionis, sed ante sententiam non debet priuari ex officio priuato.

78 In qua controuersia ego tenerem mediam † sententiam,vt primo procedat in actu præsentationis,ad quem iudex adiri debet, qui non debet esse author spolij,argum. eorum, quæ alias in simili tradit Ioan. Gutierrez *de iuramen.confirmator*.3.*par.c*.13.*n*.13.Secunda vero procedat in actibus ad quos iudex adiri non debet, nec requiritur iudicis authoritas, vt in collatione,& electione, & similibus, tunc enim videtur valere actus factus à proprietario,qui non possidet existente alio in possessione mala fide, ex quo ad talem possessorem non pertinet ratione malæ fidei,donec à superiore inhibeatur,ad instantiam possessoris petentis se defendi, seu reintegrari in sua possessione,& sic infirmari illum actum,vt *in d.c.cum Ecclesia Sutrina*.

79 Sed videtur institutum ad præsentationem † possessoris malæ fidei, non esse remouendum, etiam si postea constet de mala fide. Nam si à tali institutione non fuit appellatum per aduersarium, transit in rem iudicatam, & habet vim diffinitiuæ, & consequenter retractari non potest:si vero institutio facta fuit posito edicto publico,iuxta *cap. fin.de elect.in* 6. Nulloque comparente,& contradicente, verus patronus postea veniens non est audiendus, sed videtur dictæ præsentationi consensisse,ita cum Cardin. *in cap.consultationibus*,4.*&* 5.*& oppositione*, & Dominic.*in c*.2.*de offic.Vicarij in* 6 & Felin.*in c.cum Bertholdus n*.15.*de re iudic*.docet Rochus *d. verb.competenti,quæst*.22.*n*.50.*&* 51.& Lamber.*d.quæst*.3.*art*.2.*n*. 6.& sequitur Menochius *consil*.90.*nu*.126.*& sequen. lib*.1.

80 Ego vero existimo fundamenta † illorum DD.solum conuincere, quod taliter institutus non sit remouendus,nec institutio retractanda ad petitionem veri patroni qui non appellauit, aut non comparuit,non tamen conuincunt institutionem ipsam valere,nec respectu superioris,contra quem non transit in rem iudicatam sententia lata in causa Beneficiali, Maran.*in speculo aduocatorum* 6. *par*. 2. *actu de sententia num*.150 *cum aliis*,nec institutio Lambert.1.p.2.*lib.quæst*.11.*art*.6.*&* 3.*par.eiusd*.2.*lib.quæst*.2.*art*. 13 *num*.3.

81 Collatio autem præsentatio, vel electio † facta à proprietario, qui non est in possessione valet,si nullus alius est in possessione,ita Innocen & Abb.*in d.c.Cumana n.citato*,idem Abb.*in d.c.cum Ecclesia Sutrina,n*.95.*&* in *d.c.consultationibus.n*.4.*versic.item nota*,per tex. ibi à contrario sensu,Bertach.*sup.* Roch.*d.verb.compete*.*q*.20.*num*.47.Lamber *d.q*.3.*art*.8. Rebuf.*vbi sup.vers. circa tertium*, & Cuchus *supra n*. 97.pro quo facit *capitulum transmissam,cum simil. de electione*.

82 Et accedit quod docet Bald.*in l.fin,C.de* † *edicto D.Adriani tollen.num*.48 quod hæres potest presentare ante possessionem hæreditatis acquisitam,& sequuntur Rochus *verbo ipse vel s.q*.11.*num*.24. Citad. 9.*par.n*.8 Gregorius Lopez *in l*.1.*tit*.14.*par*.6.*verb.el senniorio ad fin*.& Mieres *de maioratib*.3.*part.quæst*.11. *num* 12.

83 Quamuis in vna Salamantina Capellaniæ † del Voto 3.Iunij 1585.infra adducta 7.*p.cap*.9.*nu*.11. in qua erant duo patroni,Parochus scilicet, seu Rector & œconomus Ecclesiæ fuit dictum, *Quod D. Andreas qui erat præsentatus a Parocho simul et œconomo, antequam accepisset possessionem Parochialis, nullum ius habebat, quia præsentatus à patrono antequam acquireret possessionem iuris patronatus,& sic nulliter,quia ius præsentandi non potest exerceri, nisi post acceptam possessionem cum sic de fructibus Beneficij*. Sed hoc clare conuincitur ex dictis.

84 Secundo circa d.requisitum de bona fide,† aduertendum est, quod licet illa regulariter præsumatur etiã sine titulo (nisi alius possessor antiquior appareat,tunc enim in possessore sine titulo præsumitur mala fides, quo ad ipsum possessorem antiquiorem, Balbus *infra num*.9.*&* 10. Menoch *de recuperanda,remed*.13 *à num*.65 & Mascard.*conclus*.224.*numer*.5.) Abb.*in cap.si diligenti,de præscrip.numer*.14 *&* 15.Felin,*ibi num*.4.Balbus *in rep.l.celsus,de vsucapio.*5.*p. num*.2.*&* 9.Alciat.*de præsump.reg*.3.*præsumpt*. 5. *nu*. 2. Couarr.*reg.possessor*.2.*par*.§.8.*num*.2.Berind.Diaz. *reg*.557.*& seq*. & ibi Salcedo *in additione*, Gratian. *reg*.54.Mascard.*d.conclus*.224.*n*.231 Rota *decis*.345. *numero primo par*.1.*diuers*. vbi ponitur regula, quod quilibet possessor præsumitur in bona fide,nisi probetur in mala,& *decis*.477.*num*.7.*eadem par*. vbi dicitur,quod indubio præsumitur bona fides, &c. tamen vbi ius resistit,non præsumitur bona, sed mala fides *l.quemadmodum.C.de agricolis,& censit.lib*.11. 85
reg.qui contra iura mercatur bonam fidem præsumitur non habere lib.6.& ibi Dinus *num*.6.& docet in proposito Innocent.*in ca*.1.*de in integrum restitutione, n*.6. quem ibi sequitur Imola *ad fin*.Abb.*in d.cap.consultationibus num*.8.*& in d. cap. cum Ecclesia Sutrina,n*. 31.*&* 35.*& in d.cap.si diligenti.num*.14.15.*&* 22.& ibi Felin.*d. num*.4.Ripa *in d.cap. cum Ecclesia Sutrina n*. 94.Probus ad Monachum *in ca.si a sede de præben. in* 6.*num*.1.Balb.*num*.13.& Alciat.*sup*.Lamber.*d.q*. 3.*art*.2.*num*.4.Aymon *consil*.134.*numer*.16. Ferretus *consil*.

consil 182. *numer*.9.*& sequen*. Menoch. *de retinenda remed*.5.*num* 26.*& de recuper.remed* 13 *nu*.72. Gratian.*sup.num*.14.Mascar. *d.conclus*.124 *num*.11. *&* 215.*num*.24.*&* 215.*num* 10.*&* 231. *num*.2 Rota *decis*.7. *de iure patron.in nouis*. Puteus *decisione* 192. *libro* 1.*&* 366.*num*.1.*lib*.2.& Rota *dict.decisione* 477. *num* 6.

86 Et facit quod de prole suscepta † ex matrimonio putatiuo,contracto ex errore iuris tradunt,Paleotus *de nothis,& spuriis,cap*.9.*à num*.7.Couarru.*in* 4.2. *part.cap*.8.§.1 *num* 9.Roias *de successione ab intestato, cap*.2.*numero* 17.& Peregrin.*de fideicom. articul*.24. *num*.69.

87 Nisi possessio sit iusto tit.aut probabilib.† rationibus acquisita,vel sit possessio lõgi temporis,quod in proposito dicitur arbitrio iudicis, ita Innocen. *supra* quem sequuntur Imola, & Abbas *sup.& in d. cap.si diligenti,num*.1.& Felin.& Balbus,qui dictum Innocen.dicit communiter approbatum, & Lamber.*vbi proxime*.Ripa *sup.à n*.95.*ad* 99.)qui ait, quod in decennio videtur communis opinio, quod non præsumatur bona fides (sto casu) Couar.*d.*§.*2.num*. 3.Menoch *de arbitrariis lib*.2.*casu* 43.*n*.8.*&* 9.Rota *d.decis*.7.& Puteus *d.decis*.191. & in terminis quasi possessionis iuris conferendi,iure resistente, fuit resolutum in dict. Cremonen.Prioratus 25 Febr.1568. coram D.Oradino.Facit *decis*.Caputaq.195.*num*.4. p.1

88 Vel nisi simus in iure dubio,& obscuro,† cum error est probabilis,& iustus,ac æquiparatur errori facti,Felin.*in cap.de quarta,de præscrip.c*.27.*& in cap*.1.*n*.15.*limit*.7.*de re iudic*. Balbus *in d.l.Celsus*.1 *par.n*. 17.Couarru.*dict.reg*.2.*par*,§.7.*num*.9.*&* *in* 4.2.*par. cap*.8.§.1.*nu*.9. Tiraquellus *de pœnis temperan. causa* 11.*num*.6.Pinel.*in l*.2.*C.de rescind.vendit*.2.*par.ca*.4. *numero* 40.Contardus *in l.vnica,C.si de momentanea possessione,limit*.9.*n*.52.Molina *de primog.lib*.2.*cap*.6. *num*.69 Ioan.Garcia *de expensis,& meliorat.cap*. 23. *num*.30.Nauarrus *consil*.9.*n*.5.*de officio Ordin.& consil*.2.*num*.4 *de præscrip*.Peregrin.*d.nu*.69.*& art*.49. *num*.110.& Menoch.*de arbitr.centu*.6. *addita, casu* 543.*num*.17 & Puteus *decis*.118 *numero* 19.*lib*.2.Rota *decisione* 152.*numero*.7.*p*.1.*ot*.2.*diuersorum*,& Ludouic. Lopez *instruct.consc*.2.*tom*.2.*parte.cap*.57. & tunc dubium iuris seruit de titulo ac bona fide,Puteus *decisione* 15 *libro tertio*, & Cæsar de Grassis *decisione*. 10. *num*.7.

89 Et facit ad prædicta quod de errore iuris † circa acquisitionem fructuum tradunt Felin.*in d.c.de quarta,num*.41.Balbus *in d.l.Celsus* 1.*par.nu*.19. Cassado, *decisione* 11.*num*.8.*super reg.decisione*,Pedem.Cacherani 160.Couarru.*lib*.1.*variar.cap*.5.*num*.8 Pinel.*in d.l*.2.1.*par.cap*.4.*ex nu*.30.Suarez *in thesauro recept.sententiarum,verb.iuris ignorans error*. Menochius, *de recuperand.remed*.15. *numero* 634. Ioan. Gutierrez plures referens,*de iural*.2.*par.cap*.5.*nu*.17.*& sequen*. & Facbineus *controuers.lib*.8.*c*.39. licet controuertat Peregrin.*de fidei commiss.articulo* 49.*numer*. 118 & contra teneant,Cabedo *decisione* 69. *numero* 5. *cum aliis*.

90 Ex quibus † Rota in d. causa mea Abulen. Parrochialis de la Calcada 22. Iunij & 24. Octobr. 1594. coram D Blancheto, resoluit quasi possessionem Capituli conferendi Parochiales, sede Episcopali vacante, in mensibus non reseruatis vacantes, non suffragari ad validitatem collationis mihi factæ per Vicarium Capituli sede vacante. Quamuis Capitulum fuerat in d.quasi possess.per 15 annos, & quamuis antea coram D. meo Corduba 19. Nouemb. 1593. contrarium fuerit decisum, vt in sequent. decis.

Abulen.Parochialis 19. Nouem.1593.coram D.Corduba.

DOmini steterunt in decisis constare, de quasi possessione Capituli,conferendi sede Episcopali vacante. Et
quia dubitabatur, an talis † quasi possessio suffragaretur 91
Nicolao,ad validitatem collationis, de qua agitur, tenuerunt affirmatiue resoluendum,ca.consultationibus de iure patron cap. quærelam de elect. cap. cum olim, c.cum Ecclesia Sutrina de causa possess. *ad tradita per Aymon*.consil.311 n.5.*Couar*.*in*.*de sacerdot*. 2.par.cap.5. *Rot*.decis.49.de rescript.& decis.14. de iure patron. in antiq.*Neque obstat, quod hæc quasi possessio sit contra ius*,ca.2.de sede vacante.& resistente iure requiratur titul.fublegentis de præscrip.c.1.eod.tit.in 6.*&* *ideo tanquam improba non possit suffragari* l.improba. C.de acquirend. possess. *quia in præsenti non agitur de iure conferendi.sed an valeat collatio facta à Capitulo,quod est in quasi possessione conferendi,sede Episcopali vacante,ad quem effectum ius commune non resistit,cum fuerit acquisita,ex pluribus collationibus, quæ fuit sortita effectum*,d. c. cum Ecclesia *& cum non reperiatur in iure dispositum, Capitulum non posse conferre Parochialem sede Episcopali vacante,& DD.sustineant se contrarium,eo maxime quod cum potuerit habere probabilem dubitandi causam,non possit dici esse in mala fide si conferat,vel ius videtur resistere,Puteus* decis.141.li.3 *Cornens* cõsil.127 colum. 9.vers. & probabile lib.1.*Curtius Iunior* consil.6.n.25. *Aymon*.cõsil.145.n.19.*præsertim stante dispositione Concilij Tridet*.sess.24.de reform.c.18 *&* *constitutio Pij V. ex quibus collatio Parochialium facienda est magis idoneo in concursu,& in collatione necessario Capitulum succedit sede vacante*,Rebuf.in prax.tit.de deuolut.n.85 & tract.de nominatio,q.8 n.49 & aliis locis,*Bellamera* consil. 20.n. 15. *Neque etiam obstat Concilium Triden*.d.c.18 *quia reseruat facultatem conferendi illis, ad quos spectabat, & decretum irritans non potest referri ad hanc facultatem, sed ad collationem factam non seruata forma ibi præscripta, quod vero dicitur collationes esse factas per assertum Vicarium,& non constare de eius mandato,facile refellitur ex eo,quod præsente Capitulo sciente, nec contradicente,collationes fiebãt Vicarium,Crescen.*dec. 15 n.6.de probat. *Nec obstat, quod non videatur quæsita quasi possessio Capit.sine speciali mandato conferendi, quia ad illum effectum, ex sola scientia collationis factæ suo nomine, sine contradictione videtur ratificatio ad* Bald.in l.cum oportet n.7.C.de bonis, quæ liberis, *Mohedan*.dec.22.n.fin.de præb. *nec requiritur mandatum speciale ad conferendum, quando collatio est necessaria,& debita de iure*.*ut*.c.ex frequẽtibus de institution.*& ibi glos.& DD.Rochus* de iure patron.verb. competens.quæst 31.n.67.*Couar*.li 1.variar c.20. n. 7.*Rebuf*.d quæst.8 n. 49. *Mille* verb. Vicarius Episcopi habet *Nec vero obstat, quod illa Parochialis sit affecta,propter* regul.1.Sixti V ad fin. *Quamuis vacauerit postea eius obitum,quia licet aliquis ex Dominis super hoc dubitauerint,tamen pro maiori parte fuit resolutum non obstare illa regulam, cum eius morte expirauerit,Gemin*. cõsil. 92. *Mille* verb. reseruatio facta, *& licet beneficia semel affecta, semper intelligantur affecta,tamen hæc Parochialis viuente Pontifice, & stante regula nõ vacauit,sede Episcopali vacante,ita ea*

affecta dici possint aliqualis beneficia, qua vacat sede Apostolica vacante, in mensibus aliàs reseruatis, essent affecta, & nullo modo per Ordinarios possent prouideri, quod est falsum, Caputaquen. decis. 86. 1. par. & 214. 2. Ant. August. decis. 65. Romar. lib. 1. & in dec. Gambari 65. ex aduerso allegata, nihil fuit resolutum, quicquid dicat Sarnen. regul. de publican. quæst. 6. Nam in suo tracta. lib. 3. ex numero 180. solum dicit in illam sententiam, maiorem partem Dominorum inclinasse & refert opiniones aliorum. Quinimo Parochiales, etiam si essent affecta & reseruata, reseruatione clausa in corpore iuris, sede Apostolica vacante possunt conferri, cap. si. Apostolica de Præben. lib. 7. Quare hæc Parochialis multo facilius conferri potuit; & accedit, quod de tempore Gregor. XIII. quo Capitulum quæsiuit quasipossessionem conferendi, nulla aderat regula reseruatoria beneficiorum vacantium, sede Episcopali vacante.

In eadem 22. Iunij 1594. coram D. Blancheto.

92 Bis propositum dubium, an Capituli quasipossessio conferendi beneficia curata sede Episcopali vacante suffragetur. Quod hodie per Dominos fuit resolutum, videlicet talem quasipossessionem non suffragari, indubitatum enim est, de iure Capitulo prohibitum esse beneficia conferre sede Episcopali vacante, si ad solum Episcopi collationem pertineant, cap. illa ne sede vacante, ca. vnic. § cum vero eod. tit. in 6. gloss. in clemen. 1. §. propter quod in verbo Capituli, de hæret. & ibi Dd. Capitulum enim sede vacante succedit in pertinentibus ad Episcopum, quo ad ea tantum, quæ in iure reperiuntur expressa, & non in aliis, Gemin. in cap. Presbyteri 24. distinct. Non obstat, quod allegata non loquuntur in Parochialibus, quia cap. 1. de institutionibus in 6. loquitur indistincte de beneficiis, quorum appellatione veniunt etiam Parochiales gloss. in cap. his, quæ in verbo pro bono pacis, circa medium de maioritate, & obedien. Panorm. in tract. de potestate Capituli sede vacante, par. 2. quæst. 1. numero 1. & 2. Rebuff. de deuolutionibus numero 105. fuit resolutum coram R. P. D. Agrigomo, in causa Salamantina Parochialis. Ex his sequitur nullam fuisse acquisitam quasi possessionem Capitulo conferendi beneficia sede vacante, propter vehementem iuris resistentiam, Couar. 1. pract. quæstion. capit. 17. 11. quæst. versi. 4. Menoch. de retinenda possessione, remedi. vlt. num. 24. quæ vehemens resistentia colligitur ex d. cap. 1. de institut. in 6. vbi tex. dicit Capitulum non posse conferre beneficia sede vacante, per quæ verba, omnis potentia aufertur, Decius in rubrica, c. qui admitti, nu. 20. & per consequens deficit bona fides, quæ est fundamentum præcipuum ad acquirendam quasi possessionem, Caputaquen. decis. 89. lib. 1. deficiunt etiam alia requisita per Calder. consi. 12. de iure patron. Quod Rota passim in similibus materiis sequitur, & ideo non applicatur decisio in causa Reatina Beneficij coram R. P. D. meo Decano, ibi enim erat quæstio super pertinentia collationis Abbatiæ, inter Capitulum Lateranen. & Ordinarium Reatinum, non autem super iure conferendi sede vacante, & Capitulum fundabat in priuilegiis suam intentionem, quorum vigore iuris repugnantia remouebatur, in præsenti vero præsupponitur, ius conferendi viuente Episcopo, ad ipsum solum pertinere, quo casu Capitulo obstat clara, & aperta iuris dispositio. Non obstat secundum fundamentum, pro Domino Doctore Nicolao Garcia deductum, quod omnia prædicta cessant hodie postquam vigore Concilij Trident. in sess. 24. cap. 18. §. peracto. collatio Parochialium debet fieri in concursu, & ex concurrentibus magis idoneo, & non alteri, ex quo sequi videtur, quod cum ea quæ sunt de necessitate transeant in Capitulum sede vacante, facultas etiam conferendi Parochiales, tanquam necessaria, quoque ipsa transferitur: quia aduertendum est, Quod illud dicitur necessarium in hac materia, quod sumit initium aliunde, quàm à facultate ordinaria Episcopi, & ad quæ Episcopus, adhuc (vt actus perfectionem consequatur) per alios cogi potest, videlicet à patrono, ad instituendum ab electo ad confirmandam, non autem quando tota substantia actus tribuitur iurisdictioni, & iudicio Episcopi, prout concursus, & collatio, cum ei quem magis idoneum iudicauerit, conferre possit, aliàs si hoc argumentum esset verum, sequeretur, quod nec etiam in casibus à iure permissis posset Parochiales vnire præterea, Concilium quo ad ius conferendi, nihil innouat, immo illud præseruat ei, ad quem spectat, & ideo per suprauditos intellectus tot iurium, non est inducenda correctio, gloss. in cap. cupientes de electione in 6. cum vulgar. quod multo magis procedit stante declaratione dicti Concilij, in qua præscribitur forma Vicario Capituli Sede vacante seruanda vacantibus Parochialibus, cui non solum collatio, sed commenda temporalis prohibetur in fauorem illius, qui magis idoneus fuit in concursu repertus. Vltimo respondetur, quod quicquid sit in aliis materiis, in iure tamen conferendi, etiam si sit admixta aliqua causa necessitatis, est explicitum Capitulum non posse manus apponere, vt patet in Beneficiis vacantibus ex causa permutationis, quæ licet permutantibus, & non aliis tantum conferri possunt, & debeant, Clem. 1. de rerum permutatione. tamen Capitulum illa conferre non potest, etiam dictis permutantibus, Felin. in cap. cum olim numero quarto de maioritate & obedientia. Puteus decisio. 329. libro secundo, vt bene deducit Dom. Sertorius cuius dicta, tam in informatione, quam memorialibus placuerunt dominis, ex quibus ita fuit decisum.

In eadem, coram eodem 24. Octobris 1594.

Domini steterunt in decis. 22. Iunij proxime præteriti, ex tunc allegatis quibus non obstant deducta pro D. Doctore Nicolao, videlicet, quod cum hodie † magis idoneo in concursu reperto, & non alij debeat conferre Episcopus Ecclesiam Parochialem vacantem, collatio debeat censeri necessaria, & per consequens transire debeat in Capitulum Sede vacante, ad quem omnia ea transeunt, quæ sunt ex necessaria iurisdictione Episcopi, quia huic argumento fuit etiam in præterita propositione satisfactum, illa enim ex necessitate pertinere dicuntur ad Episcopum, quæ originem trahunt à facto alieno, & ad quæ cogi potest, etiam nolens, vt bene declarat Pet. Gregorius de Benefic. cap. 19. num. 3. qui exemplificat collationem necessariam in eo, cui mandatum est prouideri de primo vacaturo, item in institutione præsentati, item in eo cui competit ius optandi, item in permutantibus, item in confirmatione electionis in omnibus enim istis casibus, si Episcopus deneget institutionem, collationem, & confirmationem, facit iniuriam, & à denegata iustitia datur appellatio suspensiua: quo vero ad Capitulum expresse dicit exclusum à iure conferendi, vt infra dicetur, collatio autem beneficij tota radicatur in mera voluntate Episcopi, qui potest abstinere ab 93

illa, & permittere vt per lapsum temporis ius deuoluatur ad superiorem, si autem vult conferre, tunc facto sibi subiicitur obseruationi formæ traditæ in Concilio Tridenti. sessione vigesimaquarta, cap. decimooctauo, quod Concilium voluit tantum tollere abusum quemdam indultum conferendi beneficia minus idoneis consistit clamoribus, ex quo, & collatorum conscientia grauabatur, & populo propter ignorantiam rectorum, maximum damnum proficiscebatur, sed quo ad ius conferendi nihil immutauit, vt ex eius verbis, & declarauit Sacra Congregatio, & ideirco Capitulum non potest conferre beneficia vacantia per resignationem, ex causa permutationis, vt dicitur in decisione, quia illa fundatur in mera gratia Episcopi, qui potest ad sui libitũ admittere, & recusare huiusmodi resignationes, & probat opinionem saniorem traditam per Pet. Gregor. in loco allegato, quia post exemplaria supradicta, nu. 8. eiusdem Capituli expresse dicit, quod licet Capitulum instituat, quos Episcopus institueret si viueret, tamen beneficia nõ confert. & in c. præcedenti n. 3. clarius asserit, quod Capitulum conferre non potest beneficia vacantia Sede vacante, sed ad instar aliorum fructuum reseruatur collatio successori, quod etiam sentire videtur li. 17. Sintag. capit. 15 numero 37. Non obstat præsentia bona fides Capituli in proposito casu, quia cum proueniat ex iuris ignorantia non tribuit ius. Iuris ignorantia. ff. de iuris, & facti ignorantia præterea error iuris indubitati non tribuit iustã causã ignorantiæ, Puteus decis. 244. in causa Calor. lib. 3. alio omnibus bene respondet Do. Sertorium, & ex his ita decisum.

94 Vnde decisio in causa Nucerina beneficiorum † supra adducta nu. 64. non videtur certa, cum ibi ius resistat dicto Abbati prætendenti ius conferendi contra Ordinarium.

95 Vnde etiam cum † beneficia de iure præsumantur libera, n. inter Basilica 16. quæst. 7 Rochus, verb. construxit, quæstione 30. Cassador. decisione 4. numero 7. de probatio. Caputaquen. decisione 110. numero 2. parte 2. Mohedan. 10. de iure patron. Menochius, de præsump. lib. 3. præsum. 90. nu. 1. Rota decisio. 268. nu. 1. part. 1. diuersorum, & in vna Toletana iuris patron. 18. Martij 1602. coram Domino meo Cordusa,
cum aliis, ex vnica præsentatione non acquiritur
96 quasipossessio præsentandi adhuc effectum, quia bona fides non præsumitur, Crescen. decis. 5. de iure patr. & Puteus 366. n. 1. & 4. li. 2. Nisi † probetur fama
97 iuris patr. vel quod simile. Mohed. decis. 10. de iure patron. ad principium aut nisi adsit cursus longi temporis, Puteus decis. 245. lib. 2. & Rota, † in d. Illerd.
98 Parochialis, de qua supra num. 60. Et nisi agatur de beneficio, quod non negatur esse iuris patrona-
99 tus, † cum tunc cesset prædicta ratio, vt per Crescen. 5.

Secundo principaliter circa secundum † requisitum est aduertendum, quod si institutio, aut confirmatio secuta esset non præuio edicto iuxta cap. fin. de electione in 6. quod habet locum etiam in præsentatione, vt tenet Rota, & communis, & dicetur infra 9. p. ca. 4. non acquireretur quasi possessio præsentandi, licet institutus de facto habuisset possessionem, quia talis institutio sine edicto facta est nulla ipso iure, ex d. c. fin. quod eam decernit irritam, & inanem, & idem est non esse secutam institutionem & esse ipso iure nullam, ita Lambert. dict. part. secunda lib. quæst. 3. artic. vigesimoprimo numero quarto.

100 Et videtur supponere Puteus decisione 182. † lib. 1. Et facit Ferretus consil. 110. n. 8. Accedit quod tradit Flores, quæst. 10. num. 64. cum Calder. cons. 15. de iure par. Decio 126. & Virgino Boccacio de tenenmis poss. cap. 11 numero 59. quod per collationem nullam non turbatur patronus in possessione præsentandi.

Falsum tamen est, † quod ipse Ferretus ait d. cons. 110. num. 6. & 8. & cons. sequen. n. 11 & consil. 112 num. 10. & 12. Quod status, seu quasi possessio liberæ collationis, non potest induci per collationem factam de beneficio iuris patronatus, absque consensu patroni, ex quo talis collatio est nulla & irrita, ex cap. decernimus 16. quæst. 7. ibi irritam, quia ita demum est nulla si patronus infra tempus datum ad præsentandum, reclamet, & non aliàs vt dicetur infra, c. vlt. n. 142. 101

Et similiter per collationes, præsentationes, † aut electiones etiam effectuatas, factas contra decretum irritans positum in reseruatione, vel alia dispositione, seu indulto non acquiritur quasi possessio præsentandi, conferendi, vel eligendi, quia tale decretum inficit omnia, etiam possessionem, ita Crescen. decis. 4. de probat. in fin. Et prouisio facta de beneficio sito in diœcesi, † vbi habet Cardinalis indultum, est nulla, etiam si Cardinalis non prouiderit de eo propter vim decreti irritantis, per ea quæ dicit Cassad. dec. 2. de restitut. spoliat. Felin. in c. cum ex offic. de præscript. vt est decisum per Rotã apud Guidobonum decis. 56. in manuscrip. 102 103

Licet aliàs ad acquirendam quasi possessionem sufficiat † præsentationem fuisse admissam, & præsentatum institutum cum effectu, siue bene, siue male, vt in vna Bracaren. Parochialis, in qua Ad præsentationem patroni Vicarius vnitur, & vnio, licet nulla, habuit effectum; dixerunt Domini 1555. coram Achille, ex tali vnione ad præsentationem patronorum constare de quasi possessione præsentandi, quia præsentatus, siue bene, siue male fuerit institutus, nil refert, sed satis est patrono quod præsentatio fuerit admissa, & habuerit effectum, ad notata per Calder. consi. 12. de iure patron. Ripa in c. cum Ecclesia numer. 90. de causa possess. Vt per Verallum decis. 375. lib. 1. in manuscript. 104

Tertio principaliter † circa tertium requisitum de effectuatione, de quo Lamber. d. quæst. 3. ar. 13. Puteus decis. 120. num. 3. lib. 2. & 136. nu. 5 lib. 3. Mar. Anto. Genuen. cap. 61. num. 13. & 17. Aduertendum est, quod effectuatio collationum, seu præsentationum probatur per subsequentes collationes, seu præsentationes factas per vacationem, ex persona illorum Oldra. consil. 229. num. 3. Lambert. 2. par. 2. li. quæst. 10. art. 7 num. 11 Rota decis. 545. num. 2. p. 1. diuers. de quo infra cap. vlt. num 106. & decis. 558. nu. 9. eod. 1. p. Et fuit resolutum in vna Bobien. iuris optandi, 26. Martij 1590. coram † D. Penna, in qua fuit dictum, Quod vbi apparent successiuæ prouisiones, vna post alteram, à prima, vsque ad vltimam, siue per obitum, siue per resignationem, siue per priuationem sufficit probare vltimã prouisiõ effectuationem, vt præcedentes prouisiones legitime effectuatæ præsumantur, Oldr. & Lamb. sup. & in vna Conuen. Capellan. 17. Iun. 1591. coram eod. D. Penna adducta infra cap. vlt. n. 94. & in Abulen. Paroch. 18. Iul. 1593. sup. adducta num. 61. & in Pisaun Capellaniæ 20. Maij 1594. infra adducta n. 141. & in Romana vnionis, seu iuris patron. 6. Nouem. 1598. coram D. Orano adducta infra d. c. vlt. n. 96. 105 106

Et quamuis in vna Albanen. Prioratus 26. Nou. 1588. † coram D. Orano adducta infra d. cap. vltim. num. 99. dictum sit id non procedere in subsequen- 107

ri prouisione per resignationem prout fuit dictum in vna Tarentina plebis de Medulo, coram Lauretano 16 Februar. 1586. Tamen in contrarium est *d. decisione* 598. *in dict.* Romana quæ indistinctè loquitur, & *dict. decisione*, Bobien. & Comen. & Abulens.

Et eadem videtur ratio in prouisione per resignationem, ac in aliis, contrariaque sententia posset procedere in prouisione per cessionem iuris.

Aduertendum est etiam, quod præsentatio, col-
108 latio, † vel electio, non potest dici habuisse effectum ad illum effectum acquirendi quasi possessionem præsentandi, &c. Licet fuerit secuta institutio &c & prouisus manserit in possessione Beneficij, si tamen mansit ex causa concordiæ subsecutæ inter illum & aduersarium, qui prætendebat præsentantem non esse patronum, &c. Nam cum non constet de acquiescentia, uno de contrario, ex illa præsentatione, seu prouisione non potest resultare contrarius vsus iuxt. decis. Rotæ 301. part. 2. diuersorum.

109 Quartum requisitum † probatur ex *l.2. C. de seruitutibus & aqua*, vbi Paulla *num.1 & 24.* Abb. *in d. cap. cum Ecclesia Sutrina, num.* 15. & ibi Ripa *numer.* 64. Cepolla *de seruitut. Vrbanorum cap.* 40. Couras. *in l. seruitutes* 14 *ff. de seruit. num.* 40. *& in leg. quoties* 2. *ff. eod.* Gregorius Lopez *in leg.* 15. *tit.* 31. *pag.* 3. *verb. non contradicendo.* Couarr. *in reg. possessor. 2. part. initio numer.* 8. Menoch *de arbitrar. libro 2. casu* 161. Puteus *decis.* 281. *num.* 3 *&* 4 *lib.* 2. Rota *decis.* 147 *sub num.* 2. *part.* 1. *& decis.* 17. *num* 6. *&* 7. *& decis.* 297. *num.* 6. *p.* 2. *diuersorum.* Petra *de fideicommiss. quæst.* 12. *à nu.* 72. Anton. Gom. *var. 2. tom. cap.* 15 *num.* 15 & Castillo *de vsufruct. cap.* 12. *à n.* 26. Quamuis contra teneat Doctor Bernal. *in d. l. seruitutes, à num.* 41. cum Longoballio *in l. Imperium, num.* 260. *ff. de iurisdictione omnium iudicum*, & Comano *in l. sequitur*, §. *fin. de vsucapio.* & Reuardo *in singulari ad legem Scribaniam numero octauo.*

110 Ex quo requisito † Nauarr. *consil.* 4. *num.* 5. *de præscrip.* cum Decio *consil.* 126. docet, quod qui renuntiat Beneficium quæsitum ad præsentationem patroni, in manibus Ordinarij clam, nesciente patrono, & accepta collatione ab eo libera detinet illud, non videtur ponere Ordinarium in quasi possessione iuris libere conferendi, nisi id faciat cum scientia, & patientia patroni.

111 Et ad effectum vt possit † dici acquisita quasi possessio liberæ collationis contra patronum requiritur, quod constet Ordinarium contulisse Beneficium vt liberum, seu collationem factam esse, tanquam de Beneficio libero, Hier. Gabriel *cons.* 185 *lib.* 2. & hoc sciente & patiente patrono. Alias enim per colla-
112 tionem Ordinarij † factam de Beneficio iuris patronatus absque illius mentione, non præiudicatur iuri, & quasi possessioni patronorum, quia quando Ordinarius confert, simpliciter videtur facta collatio sub tacita conditione, si patrono placuerit, Rota *decis.* 10. *de iure patron. in antiq.* ita Calder. *cons.* 15 *de iure patro.* Decius 126. *sub n.* 4. Caput. *decis.* 134. *p.* 1. *&* 189. *p.* 5 & Hier. Gabr. *supr.*

113 Et facit *decis.* Chisanen. 72. † *in manuscript.* quæ ait, *Quod vltima resignatio, sine consensu patroni non facit statum libertatis, quia quasi possessio præsentandi acquisita non amittitur ex negligentia patroni non præsentantis vna vice, sed requiritur, quod non præsentet, quia non credat ad se pertinere ius præsentand, vel quod voluerit, vt non sit admissa præsentatio*, Rochus verb. competens, quæst. 20.

Quando tamen Ordinarius † ignoraret Benefici- 114
cium esse iuris patronatus, conferetur illud conferre tanquam liberum.

Similiter si sunt plures in quasi possessione præsentandi, † præsentatio vnius sine aliis, etiam quod 115
effectum sortita sit, nō priuat alios quasi possessione præsentandi, sed magis illam præseruat. Ferretus *consil.* 131. Caputaquen. *decis.* 2. 166 *&* 419. *parte* 2 Rota *decis.* 229. *num.* 5. *&* 73. *num.* 6. *&* 7. *part.* 1. *diuersorum*, & in vna Papien. iuris patronatus 9. Maij 1594. coram Domino Millino, in qua fuit resolutum, † 116
Quod ad effectum præscribendi iuris patronatus contra compatronos, necessarium est quod præsentationes fuerint factæ animo priuandi illos, quod in dubio non præsumitur. Ruinus consil. 50. numero 10 libro 5. *& sine isto animo præsentationes vnius non præiudicant compatrono, sed ei præseruant ius. Feder.* consil. 202. in fin. *Abb.* 54. lib. 1. *Puteus* deci. 292 lib. 1. *Thaur.* decis 97. *Crescen. decis.* 27. *nec ad amissionem iuris patronatus sufficit non vsus, cum præsentationes non fuerint factæ animo priuandi compatronum, qui non præsentauit, Feder. d.* cons. 202. *Abb. c. cōs.* 54. *Et fuit dictum in causa Imolen iuris patronatus 29. Octob. 1579. coram bonæ memoriæ Lauretano.* Et in vna Mediolan. Capell. 1602. adducta *præc. p. c.* 3. *num.* 14.

Et tunc diceretur fieri animo priuandi † alios, 117
quando diceret omnimodam præsentationem, seu plenariam ad se spectare Rota *decis.* 296. *par.* 1. *diuersorum.* & fuit alias in collatione resolutum in Asisien. Canonicatus, 14 Iunij 1600. coram D. Sacrato supra relata *cap.* 1. *num.* 483. quæ conducit ad propositum, seu quando diceret se vnicum patronum, &c.

Prouisio autem Apostolica non † mutat statum, 118
seu quasi possessionem iuris patronatus, seu conferendi, Ægid *decis.* 107. Achilles 326. Rota *decis.* 545. *numer.* 3. *part.* 1. *diuers.* & in illa Ilerden. Parochialis supra relata *num.* 60 Et in Tirasonen. Iuris præsentandi, 21. Oct. 1594. coram D. Lita infra adducta *vlt. p. c.* 2. *num.* 242 Et in Ferrar. Parochialis 8. Nouemb. 1596. coram Dominico Cordua infra relata. 9 *part. cap.* 2. *num.* 198.

Et est *decis.* Guidoboni 1. † *de præscript.* alias 125. 119
in manuscript. quæ ait, *Quod licet collatio Apostolica non mutet statum Beneficij de iure patronatus in liberum, nec priuet patronum possessione præsentandi, tamen patronatus non præscribitur ius patronatus durante possessione prouisi Apostolici, quia toto illo tempore dormit.* Quod etiam ait Achilles *d. decis.* 326. *in fin. & d. decis.* Tirasonen videnda.

Vnde apparet falsum esse, † quod ait Ferretus 120
cons. 131. *à num.* 10. nempe Beneficium reperiri in statu liberæ collationis, ex quo Papa illud contulit absque præsentatione patronorum.

Sed circa hoc quartum requisitum aduertendum 121
est, † quod si ille in cuius præiudicium dicta quasi possessio acquiritur, non est in possessione illorum iurium, non requiritur eius scientia & patientia, nam si incorporalia vacant, quia nullus illa possideat, tunc non est necesse habere scientiam, vel patientiam alicuius in acquisitione quasi possessionis illorum, vt cum Innoc. tradit Abb. *in c. cum dilectis num.* 20. *de restit. spoliat.* Bald. *in d. l.* 2. *num.* 16 Puteus *decis* 217. *lib.* 1. & in terminis, Rochus *d. verb. competens numer.* 58. & Lambert. *d. q.* 3. *art.* 10 *num.* 3. Et fuit resolutum in vna Florentina iuris patronatus vigesimo septimo Febr.

1575 coram Sanctissimo Clem. *VIII.* quæ est *dict. decis.* 229. *part.* 1. *diuers.* ibi, *Quod cum non probaretur patronum fuisse in quasi possessione præsentandi, eius scientia ad acquirendam quasi possessionem non fuit necessaria.* Et in vna Acheruntina iurisdictionis 24. Ian. 1600. coram D. Millino. *Quod ad acquirendam quasi possessionem iuris incorporalis non requiritur scientia, & patientia aduersarij, nisi probetur illius anterior quasi possessio, &c.*

122 Et facit *decis.* 578. *n.* 4. *&* 593. *n.* 9. † *&* 10. *part.* 3. *diuersorum*, vbi habetur, *Quod possessionem iurisdictionis, non posse acquiri sine scientia, & patientia aduersarij, qui in dubium solidum non posse possidere, non potest acquiri si aduersarius eam amiserit, quia incorporalia vacare nequeunt, ...* Et si aduersarius non possidet non requiritur eius scientia, &c.

123 At cum aduersus Episcopum acquiritur † quasi possessio conferendi seu præsentandi requiritur eius scientia, & patientia, cum eo ipso quod est in possessione Episcopatus, consequenter fit in possessione iuris libere conferendi ei competentis, tanquam ordinario, ad Caputaquen. *decisio* 306 *part.* 1. & decisionem Veronen. iurisdictionis 18. Mart. 1596. coram Dom. Pamphilio supra relatam 3. *part. cap. secundo, num.* 195. & Sede vacante Dignitas ipsa, seu Ecclesia dicitur possidere, vt supra dictum est, *numero trigesimo tertio.*

124 Vnde in vna Hispalen. Capellaniæ 6 † Iun. 1592. fuit resolutum, *Quod præsentatio facta per aliquem tanquam patronum, admissa per Vicarium Capituli Sede vacante, qui præsentatum instituit etiam secuta possessione non tribuit statum, vel quasi possessionem iuris præsentandi, ex quo per Archiepiscopum fuit contradictum ipso quod fuit prouisum, & venit ad Episcopum ... prouidendo alteri de prædicta Capellania tanquam de Beneficio libero.* Vt per Mohedan. *decis.* 7. *de iure patron.* alias 169.

125 Et idem esset † in Canonicis quoad ius eligendi, seu votandi, qui eo ipso quod sunt Canonici, & in possessione Canonicatus consequenter sunt in quasi possessione iuris eligendi, & votandi, quamuis nunquam euenisset casus eligendi, ad Caputaquen. *d. dec.* 306. & Rotam in causa Hisp. deci. voti 28. Maij 1593. coram D. Gipsio.

126 Et iuxta hoc procedit *dec.* 7 *numero* 7 *part.* 2. † *diuersorum*, in alia Hispalen. iuris votandi de anno 1576 quatenus supponit, quod si cumularet collationem ... portionum, de quibus agebatur pertinere in proprietate, etiam ad dignitates, & portionarios, requirerent eorum scientia & patientia ad hoc vt Canonici possent acquirere quasi possessionem illam conferendi, eo enim ipso, quod erant in possessione suarum dignitatum, & portionum, erant in possessione illius iuris conferendi pertinentis ad suas dignitates & portiones.

127 Idemque etiam esset in eo, † qui alias esset in quasi possessione iuris patronatus, quamuis non præsentasset, tunc enim requiritur eius scientia & patientia ad acquirendam quasi possessionem in contrarium, ad Cæsaraugustan. *decisione secunda de iure patronatus.*

128 Et cum acquiritur † quasi possessio seruitutis aduersus Dominium feudi, seu domus, qui est in possessione talis feudi, seu domus, requiritur eius scientia, & patientia, cum ea possideat tanquam libera. Ant. Gom. *d. c.* 15. *n.* 23.

129 Et an præsumatur scientia illius, de cuius † præiudicio agitur, iudex arbitrabitur ex multiplicatione actuum, & qualitate ipsorum, & aliis circumstantiis, vt ex Innocen. tradit Abb. *in d. cap. cum Ecclesia Sutrina, numero* 25. ad quem refert Rochus dict. verbo competens, *numero* 37. *ad fin.* & quod ex multiplicatione actuum probetur scientia, tenuit Rota in Reatina Beneficij *decis.* 166. *numero* 4. *par.* 1. *diuersorum*, & in Hispalen. iuris sepeliendi coram Dom. Pamphilio 29. Maij 1589. Puteus *d. decisione* 217. *numero* 2. *libro* 1 & Menochius *de arbitrariis libro* 2. *casu* 161. *numero* 5.

Et etiam ex publicitate † actus præsumitur scien- 130
tia. Rota in Mediolanen præeminentiarum, 15. Decemb. 1595. coram D. Bubalo.

Probatur etiam scientia, & patientia, † ex lapsu lon- 131
gi temporis, vt in d. Reatina *decis.* 147. *numero* 3. *& d. decis.* 166. *num.* 2. *par.* 1. *diuersorum.* & in d. Hispalen. iuris sepeliendi, & in Abulens. Parochialis supra adducta *numer.* 61. Mascard. *de probatio. conclu.* 1295. *numero* 15 Et respectu Episcopi probatur, † quia tene- 132
tur quolibet anno per se vel per alium visitare suã diœcesim, & sic præsumitur scientia, vt in d. Reatina *dict. decis.* 166. *numero* 1. *& decis.* 106. *numero* 8. *&* 131. *numero* 8 *parte* 2. *diuersorum.* & in dict. Abulens. quæ præsumptiones fuerunt iterum approbatæ per Rotam in dict. Reatina *dict. decis.* 167. *numero* 1. *par.* 2. *diuersorum.*

Scientia enim ex coniecturis colligitur, † vt fuit di- 133
ctum in d. Hispalen. iuris sepeliendi. Puteus *decisio.* 121. *num.* 4 *lib.* 2. Menoch & Mascard. *num.* 1. *supra*, & quod scientia, ex coniecturis probetur, fuit resolutum in causa Valentina emolumentorum 10. Iunij 1584. coram D. Camucio, ex Baldo *in l.* 2. *num.* 9. *C. de ...* Decio *cons.* 583. *num.* 4. ... *cons.* 12. *&* 19. *lib.* 2. Aymon. 193. *nu.* 7. & plures coniecturas ponit Mantica *in leg. si potest de acquirend. hered. à numero* 183

Sed ad illum effectum sufficit † scientia præsum- 134
pta, non obstante *decis.* Mohedan. 160. quæ est 4. *de probat. &* 196. quæ est 3. *de sententia excommun. numer.* 4. *& decis.* ... 14. *&* 77. *num.* 7. *lib.* 2. & Lucell. *de attentat.* 2. *p.* ... 4. ... *num.* 68. vbi quod, vbi agitur de amissione, vel priuatione iuris quæsiti, non sufficit scientia præsumpta per coniecturas, aut famam. Et in causa Cauaten constituentis 23. Iunij 1595. coram D. Mantica, fuit dictum, *Quod cum agitur de priuatione Beneficij propter scientiam alterius, non sufficit talem scientiam probari per famam, & coniecturas, seu præsumptionem, sed debet ea probari legitime, & clare.*

Si quidem in præsenti † non agitur de auferendo ius 135
seu admittendo iure conferendi, præsentandi, aut eligendi in totum, sed de acquirenda possessione, vt fuit resolutum in d. Cremonen. Prioratus 19. Decemb. 1567 coram Dom. Orafino. Et ex præsumpta scientia infertur possessionis ciuilis amissio, Puteus *dec.* 265 *l.* 5.

Et sufficit scientia officialium, † Bart. *in l. si publi-* 136
canus, § fin. ff. de publican. Aymon. *de antiquitate temporis* 4. *parte* 3. ... *numero* 23. Balbus *de præscrip.* ... *parte* ... 3 *sub numero* 8. Tiraquell. *de nobilitate c.* 24. *num* 3. Couarruuias *in reg. possessor* 2. *parte* ... *numero* 8 *versicul.* 3. *circa fin.* Rota *dict. decisione* 166. *num.* 3 & 600. *numero* 5. *par.* 1. *diuersorum*, & in dict. Mediolanen præeminentiarum.

Cæterum hodie non procedit indistincte † de- 137
cis. tex. *in d. cap. consultationibus de iure patron.* ex de-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

creto S. Concilij Triden. sess. 25. de reform. 9. quod locum habet etiam in possessorio, & quando solum agitur de validitate præsentationis, & ideo non est admittenda præsentatio existentis in quasi possessione præsentandi, nisi verificato prius iure patronatus, aut nisi fuerit in quasi possessione præsentandi, post Concilium, adhibita causæ cognitione, super iure patronatus iuxta formam Concilij. Et ita censuit S. Congregatio, vt in sequētib. declarationibus
138 super dic. 9. † Prima, *Hoc decretum Concilij habet locum in petitorio, & in possessorio, vnde admittenda non est præsentatio, aut præstanda institutio facienda, nisi verificato prius iure patronatus, ex decreto Concilij.* Et fuit inter alia responsum Episcopo Segobien. anno 1592 vt in declaratione supra adducta 3. *parte 2. sub num. 19* & 21, & fuerat aliàs responsum 4. Februar. 1585. Secunda, *Item censuit S. Congregatio non posse patronum repelli à sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione super iure patronatus, post Concilium, Ordinarius à patrono præsentatum admisisset, etiamsi post obitum eiusdem præsentati, de validitate iuris patronatus item contigerit dubitari, secus autem, si simpliciter patroni præsentatio, absque causæ cognitione admissa fuisset. Item censuit, tunc demum debere intelligi adhibitam causæ cognitionem in probando iure patronatus, cum seruata fuerit forma à Concilio tradita.* Tertia, *si Ordinarius post Concilium cognouit de iure patronatus, & admisit post Concilium, non potest patronus repelli à sua quasi possessione præsentandi, si Ordinarius voluerit cognoscere, post obitum illius vltimo præsentati, secus autem si simpliciter eius præsentatio fuisset admissa, absque causæ cognitione* tradit Martinum Anton. Genuen. *capit. 61. numero tertio.* & posthæc Gonçalez *gloss. 18. à numero vigesimo tertio,*

139 Vnde in vna Volaterrana Capellaniæ 28. Aprilis 1595. coram D. Blancheto fuit resolutum, *Quod non sufficiat, quod Episcopus admiserit patronum ad præsentandum, post Concilium, vt debeat in quasi possessione manuteneri, nisi admissio fuit facta cum causæ cognitione.*

Aduerte tamen quod d. decretum Concilij, † &
140 declarationes S. Congregationis procedunt, quando est controuersia super libertate Beneficij. Secundo quando solum est controuersia inter præsentatos, super pertinentia iuris patronatus, nam hoc casu nihil est innouatum per Concilium, vt in Tirasonen. iuris præsentandi, 16. Octobris 1592. coram D. Blancheto infra adducta *vltim. parte 2. numero* 231. vbi fuit dictum. *Quod vt fuit resolutum in Rota in pluribus causis decretum Concilij, vt ident.* cap. 9. sessione 25. *non habet locum, quando causa agitur inter præsentatos à patronis tantum, non existente in iudicio prouiso Apostolico, seu ab Ordinario.* Et tradit Puteus *decision. 17. num.* 16. & Mart. Anton. Genuen. *supra.*

Et fuit etiam resolutum coram eodem Domino
141 Blancheto in causa Pisana Capellaniæ 20. Maij 1594. vt in decis. legitur. *Domini dixerunt, sententiam de patronatu in hac causa latam esse confirmandam, cum enim … sit, hanc Capellaniam esse de iure patronatus, & solum inter aduersarios pertinentis illius, ad effectum, de quo agitur, attenditur solum quasi possessio, cap. consultationibus de iure patron. in qua illos de iure fuisse constitutos apparet, ex præsentationibus factis annis 1571. & 1572. & 1576. de quarū effectu constat, quia per mortem plenus præsentatorum, fuit deuentum ad suc*cessiuas præsentationes, iuxta consilium Oldradi 229. *factus à Rota canonizatus. Hinc quasi possessionem non obstant præsentationes Monachorum S. Marci, quia anno 1572 illarum præsentatio non fuit admissa, & aliæ non admissione, quia non appellarunt, aliæ fuerunt admissæ cum clausula, sine præiudicio partium, cum igitur ipsa non sint in quasi possessione præsentandi considerabilis, earum præsentatio non suffragatur. Non obstat, quod quasi possessio non debeat attendi post Concilium Trid. nisi fuerit adhibita causæ cognitio, iuxta decisionem S. Congregationis, quia decisio procedit, quando est controuersia super libertate Beneficij, secus quando agitur inter præsentatos super pertinentia iuris patronatus. Nam hoc casu Concilium nihil innouat. Non obstat gratia Apostolica Annibalis, quia habet clausulam, dummodo alteri non sit ius quæsitum, per quam ius præsentationis, competens Pamphilo est præseruatum,* Rota decis. 13. de Præbendis in nouis. *Ægid.* 167. *Crescent.* decis. 7. de iure patron. In hac causa 23. Ian. 1595. coram D. Millino, Domini steterunt in decisis.

Idem fuit resolutum in vna Pampilonen. † Vicariæ de Araon 12. Maij 1595. coram D. Penna, in 142 qua censuerunt Domini, *Præsentatum à Philippo Delezcano esse instituendum, & præferendum præsentato ab incolis, quando non agitur de canonizatione iuris patronatus, nec Ordinarius se opponat, sed tantum agatur quis ex præsentatis veniat instituendus, & ad istum effectum satis sit istos de Lezcano, & eorum dominum, & familiam, esse in quasi possessione præsentandi, quam ex vnica etiam aliquis acquirunt, vt apparet ex præsentatione facta ab eius patrono, & aliis duabus ab eius auis, quæ effectum habuerant. præferenda enim est præsentatio illius qui reperitur in quasi possessione, & status vltimus est attendendus, capit. consultationibus, de iure patronatus cum aliis, &c. Fuit etiam ibi dictum, quod in iure patronatus relicto familiæ, patronus, qui non est fundator, non potest præiudicare successoribus, mutando, vel alternando ius patronatus. Ferretus* consilio 153. n. 12 *Castren. cons.* 44. numero 4. libro 1. *Molina* de primogen. libro 1. cap. 24. numero 31. & sequenti. *Lambert.* libro 1. 2 parte, articul 8. 2. quæst. numer. 6. *& ita fuisse decisum coram Rubeis 28. Maij. 1565. & fuit etiam decisum in Aretina Capellaniæ 1. Iunij* 1584. *coram Bubalo, ex Anchar.* numer. 3. *& Franco* 4. in capit. 1. de iure patronatus in 6. *& in eadem Pampilonen. idem fuit resolutum coram eodem tertia Iulij eiusdem anni* 1595.

Et facit, quod docet Azeuedo *in l. 1. titul. 6.* † *libro* 143 1. *recop. num.* 4. quod d. decretum Concilij procedit, quoties præscribitur contra Ecclesiam liberam, patronum non habentem, vt patet, ex text. ibi, *in seruitutem, quod à nonnullis … redigi videtur*, non vero loquitur, cum contra Ecclesiam non liberam, & contra patronum præscribitur ius patronatus. Nam tunc quanto tempore præscribatur, opiniones Doctorum manent in suo, de quo Couarruu. *in regula possessor. 2. parte §. 10. numer.* 3.

Pro complemento huius Capituli, aduertendum 144 est pertinentiam collationis † ad inferiorem Episcopo, ad quem de iure non spectat, probari per famam, & communem reputationem, ita docet Rota *decis. 3. de probation. in nouis.* Lanus *de allegatione* 89. n. 8. Mille. *in reper. verb. probari.* Decius *in capit. 1. num. 39. de appellation.* Hieron. Gabriel. *consil.* 193. *libro* 1. Mascard. *de probation. conclusion.* 175. & 313. *nu.* 22. Flam. Paris. *de resignatione benefic. lib. 7. quæstione* 25. *numero* 42. qui dicit communem, & Rota *decisione* 803. *numero 1. parte 1. diuersorum.* Et satis est per literas, vel instrumenta, docere Beneficium consueuisse per talem conferri, & ad illum collationem, & institutionem solere pertinere. Rota *decisione 7. numero 3. de probation. in nouis,* & Mascard. *d. conclus.* 313. *num.* 23.

Quod primo intellige, quando super pertinen-
145 tia † collationis directe non agitur, nec promittiandum existit, Ægid. *decis.* 569. Rota *diu. decis.* 803. *num.* 2 & cum Ordinarius non est in causa, vel prouisus ab eo, sed alius habens à Papa, vel Legato, vel aliunde, Hieron. Gabr. *sup.* & Rota *d. decis.* 203. *numero* 2.

Nam contra Ordinarium noluerunt Domini de
146 Rota, † quod sufficeret in vna Parmen. Parochialis de anno 1520. In qua agebatur inter prouisum ab vno Canonico, qui contulerat ratione Præbendæ, & prouisum à Cardinali Farnesio Administratore Ecclesiæ Parmen. nisi fama esset iuncta alia specie probationis, vt per Cassad. *decis. 1. de probatio.* Et idem fuit tentum in vna Vlisbonen. Parochialis de anno 1554. coram D. Orabono, vt per Capitaquen. *decisio.* 137. *part.* 1. Et in vna Tullen. Parochialis 22. Iunij 1558.
147 coram Dom. Quiroga, in qua fuit † resolutum. *Collationem pertinentiam ad inferiorem, probari per testes, deponentes de publica voce, & fama, cum agitur contra prouisum à Legato, fallam authoritate Apostolica, maxime si ille Legatus, qui contulit authoritate Apostolica, erat alius Ordinarius, & non contulit iure Ordinario, & licet testes fuerint repetiti, parte non citata ad probandam famam, de mandato iudicis sufficere, quia citatio non est necessaria, iuxta doctrinam Castren.* in l. hæredis palam. §. si quid, numero 4. ff. de testam. *& probari per vnum testem de fama, & alium, qui dicit, quod publice dicebatur, quia idem est,* vt per Chisanen. *decis.* 50.

148 Et in vna Teruisina plebis de Medulo † 10. Ianua. 1594. coram D. Orano fuit resolutum. *Quod cum de collationis pertinentia non agitur contra Ordinarium sed contra inferiorem, qui prætendit vnionem Beneficij, & cui ius commune resistit, sufficit ex probari leuiter, etiam per famam ex dictis.*

149 Quamuis antea in eadem 16 Decembr. † 1588. coram D. Bubalo esset resolutum, *Quod ad effectum … præsentandi, requiruntur probationes concludentes, ex Rota decis.* pen. & fin. de except. in nouis.

150 Secundo intellige collationis pertinentiam † ad inferiorem probari per famam. cum quasi possessione conferendi, alias fama sine quasi possessione non suffragatur, Puteus *decisione* 140. *in fin. libro primo,* ita fuit dictum in dicta Taruisina decimo sexto Decembris 1588.

151 Sed hæc declaratio videtur accipienda, † cum agitur contra Ordinarium, vel prouisum ab eo, tunc enim ita demum per famam probabitur pertinentia collationis ad inferiorem, si concurrat longissima possessio conferendi, & agatur de iure conferendi antiquo, iuxta dicenda de iure patronatus infra *c. vlt. à n.* 83.

152 Alias enim si non ageretur contra Ordinarium, vel † prouisum ab eo, videtur sufficere fama publica, & communis reputatio ex dictis, nisi ex aduerso constaret de statu. & possessione contraria, quo etiam modo potest accipi illa regul. declaratio.

153 Et in dict. Taruisina 18. Iunij † 1589. fuit etiam decisum. *Ius conferendi probari ex statuto, seu dispositione continente concessionem Episcopi, & confirmato cum causæ cognitione à Cardinali authoritate Apostolica, Ius enim conferendi, ex concessione Episcopi potest competere, glossa, &* Doctores in capit. pastoralis de donatio.

Etiamsi non constet † de quasi possessione conferendi, & sic de vsu statuti, vt in eadem causa die 15. 154 Ian. 1590. Imo eius obseruantia, ex ipsius publicatione præsumitur inducta. Decius *cons.* 534. vt in eadem causa d. die 10. Ian. 1594.

Cap. VI.

De sequestro.

SVMMARIA.

Sequester Beneficia confert, & præsentat, siue ius patronatus sequestretur de per se, siue vniuersitas, in qua est. Licet secus sit in depositario, n. 1. & 2. Quamuis contrarium alij teneant, nu. 3. & alij voluntarium sequestrum à necessario distinguant, num. 4. & contra Zechium n. 5.

Respondetur rationi contrariæ sententiæ, ex c. cum Bertold. de re iudic. quod creditor pignoris, ideo non præsentat, quia adest persona legitima, quæ præsentet, nempe Dominus, quod non procedit in sequestro, &c. & in ca. ex literis, de iure patronatus, ideo præsentat conductor, non Dominus quia erat conductor ad longum tempus, seu emphyteota, qui habet vtile dominium, à numero sexto.

In conductorem ad modicum, non longum tempus, non transit ius patronatus seu præsentandi, etiam cum vniuersitate bonorum, etiamsi aliter conuentum sit, numero decimo & vndecimo. Vide comminiter, quod Rebuffus tenere videtur, quod in conductorem fructuum Episcopatus, transit etiam ius conferendi, si specialiter sit ei concessum, licet non aliàs, numero duodecimo.

Quod dictum est sequestrum posse conferre, intelligi debet data capacitate personæ sequestri, quia clericus est, secus si laicus, n. 13. & idem in præsentatione, quando ius patronatus pertinet ad Ecclesiam, seu Beneficium sequestratum, secus aliàs, nu. 14. & 15. & quando laicus deputaretur sequester Prælaturæ, seu Beneficij, solum censeretur deputatus ad temporalia, numero 16.

De materia sequestri remissiue, nu. 17. & quod sequester voluntarius possideat, necessarius vero non, esse communem sententiam, licet alij aliter teneant, num. 18. & 19.

Si sequestratio Ecclesiæ de qua contenditur, non sit facta, & pendente lite, vacatio acciderit Beneficij pertinentis ad collationem, vel præsentationem eius Ecclesiæ, quis habeat tunc conferre, vel præsentare, à num. 20. Resoluitur quod si lis mota est super possessione, vt quod pendet quando quis possideat, nullus eorum poterit conferre, vel præsentare, si vero solum mouetur, quando super proprietate simpliciter, nullus potest conferre, vel præsentare, nisi ante litem motam fit in possessione, & quando hoc idem est, motam esse litem super castro, villa seu …, et motam esse principaliter super iure præsentandi, vel conferendi contra Lancellotum.

In secundo casu, quando mouetur, quando super proprietate (licet præsentatio possessoris debeat admitti)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

præsentatus non debet institui, sed differri in euentum causæ, n.25. & licet lis non finiatur infra tempus datum ad præsentandum, non poterit tunc Episcopus libere prouidere, n.26.

Decisione c. quoniam, cum aliis de iure patronatus, quod si quando super iure patronatus infra tempus præsentandi nõ terminatur libere potest Episcopus prouidere, procedit, quando propter litis pendentiam, inter patronos, nullus potest valide præsentare, secus quando datur præsentatio valida, vt in d. casu n.27. Et ideo, quando lis est inter præsentatos in tempore, non currit tempus, vt possit esse locus deuolutioni, numero 28. etiamsi lis sit ex iure patronatus, contra Lambertum & Rotam, cuius decisio ponitur numero 19. & sequenti.

In casu collationis, post litem super proprietate motam, facta à possessore, non videtur prouisus remouendus, etiamsi postea collator succumbat in proprietate n.31. sed & probabilius videtur, & praxi conformius, quod pendente lite super proprietate, potest etiam fieri præsentatio, & institutio cum Innocent. & aliis, num.32. & videtur tenere Congreg. Concilij in declaratione adducta, num.33.

1 SEquester etiam Beneficia † confert, & præsentat; est enim administrator rei sequestratæ, cuiusque fructus colligit, quibus collatio & præsentatio, vt supradictum est, annumeratur, vt post Innoc. docent Ioann. Andr. & Imola *numero septimo*, & Barbatia 68. *in cap. examinata de iudiciis.* Rota *decisio* 5. *de electione in antiq.* Paulus & Cardin. *numero nono*, & Bonifacius 69. *in Clem. 1. de sequestr. possess.* Felin. *in cap. cum Bertholdus de re iudic. numero vigesimonono & 30.* qui dicit, ita de consensu aliorum Dominorum Rotæ pronuntiasse. Cosmas *in pragmatica sanctio. tit. de collatio. §. item voluit, verb. Vicario.* Rochus *de iur. patro. vers. ipse vel ei. quæst. 32. numero* 71. Lamb. dicens magis comunem, 2. *p. li. 2. q. 9. art. 5.* Gabar. dicens etiã magis communem, *de offi. Legati libro 4. rubr. de potestat. Legati in commendando Beneficia à numero* 288. Gigas *de pensio. q. 72. n. 3.* Corras. *de benef. 2. par. cap. sexto*, & Duarenus *lib. 3. cap. 10.* Octau. Vestrius *in praxi lib. 7. c. 2. num. 3.* Didacus Perez, *in lib. 1. titulo 10. libro tertio.* Ordinam. Doctor Sahagun. *in ca. fin. de sequestratione poss. numero sexagesimo quarto*, qui ait ita praxi frequentissime recipi, & plures vidisse, & agnoscere Beneficiarios à sequestre præsentatos, & nouissime Io. Gutierrez *de tutelis 3. part. cap. 7. numero decimosexto & 18.*

Dicens magis communem, & procedere siue ius
2 Patronatus † sequestretur de per se, siue vniuersitas, in qua est ius patronatus, cum Lambert. supra cum quo etiam *articulo quarto, seq.* inquit, *numero septimo*, secus esse in depositario, non sequestro iuris patronatus, de per se, vel cum Vniuersitate, qui non præsentauit; & post hæc Gonçalez *gloss. 23. numer. decimoseptimo.*

3 Quamuis contrarium teneant Hostien. Butrius, † Abb. *n.15.* & Enric. *in d. c. examinata*, & Baeça, *de decima tutori præstanda, c. 20. n. 17.* & magis communem dixerit Renatus Copinus *de Domanio Franciæ, lib. 3. tit. 9. n. 8.*

4 Et quamuis voluntarium † sequestrum à necessario, vt ille conferat, præsentet, & eligat cum possideat, hic vero non distinguant Selua *de benefic. 2. parte cap. nono*, Rebuffus *de nominatio. quæstione 14. numero 127. & 128.* alias 76. Probus ad Monachum *in capit. nullus de temporibus ordination. in sexto numero quinto.* & P. Gregorius *de Beneficiis capitulo 38. numero 18.*

Et quamuis Zechus *de benef. & pensio.* † *Eccles. c. 2.* 5
vers. sequester, etiam dicit sequestrum posse conferre dummodo periculum sit in mora, quia labatur tempus datum collatori.

Nec obstat † ratio contrariæ sententiæ, quod se- 6
quester fructus colligat nomine alieno, & sic non possit præsentare, seu conferre, sicut creditor pignoris cap. cum Bertholdus de re iudicata, cum non cadat restitutioni fructus præsentationis, seu collationis iam factæ, &c. Nam respondetur, quod id non procedit in sequestro, qui administrat & exercet omnia iura rei sequestratæ, nec potest tunc Dominus præsentare, vel conferre; creditor vero pignoris ideo non præsentat, quia adest persona legitima, quæ præsentet, nempe verus Dominus, ita Doctores citati maxime Barba. Felin. Lambertus, Corras. Duar. Didac. Perez & Io. Gutierrez.

Et quod præsentare non possit, qui possidet iure † 7
pignoris *dict. cap. cum Bertholdus*, fuit resolutum in vna Legionen Parochialis de Villalobos 29. Ianuar. 1596. coram Domino Lita, & vide dicta *cap. præced. à n. 10.* Nec valet *lex 9. titulo 15. part. 1.* quæ contrarium vult.

Quamuis Doctor Sahagun. *in d. cap. fin. numer. 62.* 8
reiiciat hunc intellectum, dicens † eum inconsideratum ex *c. ex literis de iure patron.* vbi erat verus Dominus, qui præsentare posset, & nihilominus conductor præsentat, & in præsentatione vero D. non præfertur.

Sed facilis est responsio ad *dict. cap. ex literis*, ibi, *enim ideo* † *præsentat conductor*, quia erat conductor 9
ad longum tempus, seu potius emphyteuta, qui habet vtile Dominium, & sic ad eum transit ius patronatus, cum Vniuersitate bonorum, vt Dd. ibi communiter intelligunt, post alios Lambert. *2. part. lib. 2. quæst. 8. artic. 2.* & ipsemet D. Sahagun *ibi nu. 58. & 61.*

Vnde in conductorem † ad modicum non longum 10
tempus non transit ius patronatus, seu præsentandi, etiam cum Vniuersitate bonorum, vt contra Cardi. & Abb. *in dict. cap. ex literis.* docent Paul. de Castro *cons. 57.* Felin. *in dict. cap. cum Bertholdus, numero vigesimonono*, Pauin. *de offic. & potestat. Capituli sede vacante, 5. quæst. 2. part. sub numero nono*, Selua *part. 2. qu. 10.* Rochus *verb. ipse vel ei. quæst. vigesima sexta, num. 57. & 58.* Paul. de citadinis, *nona parte quæst. 4.* Lamb. *d. artic. 2.* Rebuffus *de nominatio. q. 14. num. 122.* alias 72. *& quæstione decimaseptima, numero 55. & 56.* alias 21. & 23. Duaren. *lib. 3. cap. 8.* Greg. Lopez *in l. vna, tit. 15. part. 1.* Baeça *de decima tutori præstand. capit. 23. numero 32.* Salcedo, ad Bernard. Diaz. *regula 401. 2. ampliatione.* Gratian. *regul. 341. numero 8.* Espino *de testam. gloss. quarta, numero 119.* Carrotius *de locato 5. part. Rubrica de iure patronatus.* Ioannes Gutierrez *de tutelis tertia parte capit. vigesimonono, numero decimosexto*, & Zechus *de benefic. & pension. cap. 12. numero 12.*

Ex quibus id procedit, etiamsi aliter inter condu- 11
ctorem, † & Dominum, cautum, seu conuentum sit, quicquid dicat Zerola *in praxi Episcopali 1. p. verb. ius patronatus, §. 8. dub. 18.* & conducit *decis.* Rotæ 709. *par. 1. diuersor.*

Vnde conuincitur † quod Rebuff. *d. q. 14. numero* 12
120. & 121. n. 2. alias 72. tenere videtur, quod in conductorem fructuum Episcopatus, transit etiam ius conferendi si specialiter sit ei concessum, licet non alias. Sed reuera ius conferendi non potest concedi per viam contractus locationis, & alias concessio esset Simoniaca & nulla, etiamsi ob illud fructus pluris non locarentur.

Id autem quod dictũ est sequestrum posse conferre, intelligi debet data capacitate personæ sequestri, † quia clericus est, secus si laicus. Nam laici spi-
13 ritualia tractare omnino prohibentur, *capit. 2. de iudiciis & cap. causam quæ de præscription. cum aliis.* Ita probus *in dict. cap. nullus numero* 5. Corras. *dict. capitul. 6. ad fin.* & Zechus *dict. capit. 2. versicul. sequester etiam.*

14 Et idem in præsentatione † ait probus ibi, vt sequester laicus præsentare non possit.

Quod accipiendum † videtur, quando ius præ-
15 sentandi pertinet ad Ecclesiam, Prælaturam, Dignitatem, seu Beneficium sequestrata, & ita loquitur probus ibi, secus quando ad Castrum, seu Villam, vel alia bona temporalia sequestrata, seu quando ius patronatus laicale sequestraretur de per se, tunc enim posset laicus sequester præsentare, ex quo ipsũ ius patronatus est laicale.

Et quando laicus deputaretur sequester, alicuius Prælaturæ † Dignitatis, seu Beneficij, solum cense-
16 retur deputatus ad temporalia, &c.

Et de materia sequestri vltra Dd. *in d. cap. examinata*, † *& in l. interesse puto, ff. de acquirend. posses-*
17 *sione, & in titulo de sequestr. possess.* vbi latissimo D. Sahagun. & *in Clemente 1. eodem titulo*, videndi sunt Iacobus de Arena Franc. Curtius, & Angel. Perus *in tractat. de sequestrat. & sequestris*, qui habentur inter *tract. assecurationis, & de pignor.* & nouissime Carrocius *de sequestro.*

18 Et quod sequester † voluntarius possideat *l. licet 9. rei deposita. 1. ff. deposit.* necessarius vero, id est, iudicis authoritate datus non possideat *d. l. interesse puto.* quoniam sequestrum necessarium possessione non priuat, est communis sententia; quam tenent Bart. & alij *in d. l. interesse puto*, & ibi Cumanus dicit communem Cardin. *num. 25.* & Imola 6. *in dict. Clementina 1.* Abbas 15. & Felin. 14. *in dict. cap. examinata*, Curtius *d. tract. de sequestris, quæst. 20. num. 71.* Guido Papa *decis. 246. num. 6. & ibi additio.* Grammatica *decis.* Neapolitana 51. *num. 2.* Cassadorus *decis. 14. super reg. n. 12.* Mohed. *decis. 24. de restitut. spoliat.* Sarn. *in regula de Annali, quæst. 46.* & Mand. *eadem regula 34. quæst. 43. numero 5. & 6.* & Tiraquellus *de iure constituti limitatione 17. nu. 6.* Gregorius Lopez *in l. 1. tit. 9. par. 3. verb. per auctoritas*, Corras. *d. c. 6. & libro 3. Miscel. cap. 2.* Menochius *de retinenda remedio 3. n. 86.* Granutius ad Vestrium *d. lib. 7. capit. nu. 17.* Rota *decis. 46. part. 1. diuersorum & 271. numero 1. part. 2.* & dicit communem Doctor Sahagun *in ca-*
19 *pit. de sequestr. poss. numero 9.* licet † ipse *à numer.* 8. varias sententias in hoc referat. Et tandem teneat ex sequestrat. recte facta, ipsius actus natura, semper possessionem in sequestrem transire, vt colligat, administret, & feroce; quod etiam tenet Lambert. *d. art. 3. & 4.*

20
Sed si sequestratio † Ecclesiæ de qua contenditur non sit facta, & pendente lite, vacatio acciderit Beneficij, pertinentis ad collationem, vel præsentationem eius Ecclesiæ, dubium est, quis habeat tunc conferre, vel præsentare.

21 In quo P. Gregor. *dict. cap. 38. numero* 19. inquit † vtrumque litigantium conferre posse, illum scitem ius habiturum, cui collatum est ab eo, qui in lite vicerit, nisi alter litigantium probaret se habuisse possessionem cõferendi, & in possessione contulisset ante litem ex *d. cap. ex literis, & cap. consultationibus, de iure patronatus & cap. penultim. de causa possessio.*

Verum tamen attendum est, quod aut lis mota † est super possessione, ita quod pendet quæstio, 22
quis possideat, & tunc nullus eorum poterit conferre, vel præsentare, *cap. 2. de in integrum restitutione* aut vero solum mouetur quæstione super proprietate, & tunc similiter nullus potest conferre, vel præsentare, nisi ante litem motam, quis sit in possessione, possessor enim poterit conferre, vel præsentare, quia existens in possessione rei, lite pendente potest colligere fructus illius, cum non debeat quis commodo suæ possessionis lite pendente priuari, *ca. ex sive pendente.* Lancellotus *de attentatis 2. parte cap. 4. declaratione* 4. Et continuans possessionem non attentat. Lancellot. *dict. cap. 4. limitatione 1.* Rota *decis. 785. nu. 3. parte 1. & decis. 17. ad fin 2. parte diuersorum.* ita post Anton. Abbas *in dict. cap. ex literis à num. 7.* Rochus, *verb. competens, q. 23. à num. 52.* Lancell. *d. c. 4. in præfatione, à num. 541. ad 555. & num. 593.* & Greg. Lopez *in l. 9. tit. 15. part. 1.* de quo Lamb. *1. p. 2. lib. q. 3. art. 4.*

Quamuis in casu de quo agimus scilicet, quando lis non esset † principaliter super iure conferendi, 23
seu præsentandi, sed accessorie, & in consequentiam introducta, nempe super re, cui competit, & cui quodammodo est annexum ius conferendi, seu præsentandi, puta quando aliquod Castrum, vel Villa haberet ius præsentandi aut aliqua Ecclesia, seu Dignitas ius conferendi, seu præsentandi, super quo Castro, Villa, aut Ecclesia, seu Dignitate lis mota esset, Lancellotus, *ibi numero 544. & 545.* cum Rota *decisio. 1. de iure patronat. in nouis*, & Ægidio *decisione 700. seu 701.* absolute teneat per dictam litem non impediri præsentationem, aut collationem.

At ego idem esse existimo quoad hoc, motam esse litem super Castro, † seu Villa, aut Ecclesia, seu Dignitate, cui competit, seu est annexum ius præ- 24
sentandi, vel conferendi, ac motam esse principaliter sup iure præsentandi, vel conferẽdi. Nã litigioso facto principali, etiam accessorium, & consecutiuum est litigiosum, ex *regula accessorium, lib. 6.* Rota *decis. 6. par. 2. diuersorum, nu. 7. & 8.* in vna Calagurritana Beneficij de Ariola 14. Maij & 19. Nouemb. 1593. coram D. Gipsio.

Tamen in dicto secundo casu, nempe quando mouetur † quæstio super proprietate, licet præsen- 25
tatio possessoris debeat admitti, præsentatus non debet institui, sed debet ipsa institutio differri in euentum causæ, quia possessor si succumbat, tenetur restituere omnes fructus quos percepit à die motæ litis, seu post litem contestatam *l. certum C. de rei vendicatio. & l. 2. C. de fructibus, & litium expensis.* Bart. *in l. si diuersa num. 9. ff. de rei vendicatione*, & notatur *in capit. grauis de restitution. spoliat.* & si institueretur præsentatus lite pendente, non posset illum fructum restituere, quia legitime institutus, remoueri non debet. Ita cum Butrio Abbas, & Rochus *supra*, & videtur tenere Zerola *in praxi Episcopali, d. prima parte, verbo ius patronatus §. illam. decimosexto dubio.*

Et quod institutio præsentati à possessore † dif- 26
ferenda sit in euentum causæ, procedit sane secun-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dum ipsos, ita sentientes, etiamsi lis non finiatur infra tempus datum ad præsentandum, nec tunc poterit Episcopus libere prouidere quicquid dicat, Lambert. *dict. quæstione 3. articulo 4. numero tertio & ad fin.*

27 Nec obstat † textus *in cap. quoniam in fin. & in cap. si vero, & in cap. cum te, & cap. cum propter de iure patron.* vbi habetur, quod si quæstio super iure patronatus infra tempus præsentandi non terminatur, libere potest Episcopus prouidere, id enim procedit, quando propter litis pendentiam inter patronos, nullus potest valide præsentare, secus vero, quando infra tempus datum ad præsentandum, datur præsentatio valida, vt in dicto casu quando lis mota est super proprietate tantum, & antea aliquis erat in possessione, tunc enim licet lis non finiatur infra tempus datum ad præsentandum, non debet auferri præsentato ius illi ad Beneficium quæsitum.

28 Et ideo, quando est lis inter personas præsentatas in tempore † non currit quadrimestre, seu semestre, vt possit esse locus deuolutioni, Lapus *allegatione 78.* ad secundam quæstionem vbi Mandos. *litera X.* inquit, quod cum Lapus non habeat contradictorem, & sit magnæ authoritatis, ab hac eius opinione recedi non debet, &c.

29 Quod procedit, etiamsi lis † sit ex vi iurispatronatus, seu præsentandi. Nam non debet auferri ius quæsitum præsentato, si forte cum præsentans habet ius præsentandi, nec est statutum tempus, ad instituendum, sed ad præsentationem faciendam, quæ supponitur in tempore facta, & ita seruatur.

Quidquid dicat Lambert. *2. par. 2. lib. quæst. 1. art. 9. & casu nu. 17.* & Rota in vna † Dertonen. iuris patronatus 8. Febr. 1599. & 10. Ian. & 19. Febr. 1600. coram D. Penna, vt in sequenti decis. 19. Februarij 1600.

Vtraque parte informante dubitaui, an esset vel non 30 *esset recedendum à decisis in hac causa sub die 8. Februar. 1599. & sub die 10. Ian. 1600. & Rota in decis. persistendum censuit per doctrinam Pauli de Leazaro, quem refert, & sequitur Zabarella* in Clementina plures. §. quibus numer. 1. quæstion. 1. de iure patron. & *Lambert.* de iure patron. lib. 2. part. 1. quæstion. 1. artic. 9. *vbi late isti Doctores & alij discutientes hanc materiam distinxerunt plures casus, ex quibus Rota aliquot ad hanc causam pertinentes pro intelligentia veritatis, & decisione dubij propositi considerauit. Primus est, quando non constat de iure patronatus, nec prætendentes esse patronos, quo casu non obstante contradictione prætensorum patronorum, Episcopus poterit Ecclesiam ordinare, quod maxime procedit si in præcedentibus vacationibus Episcopus prouidit de tali beneficio, tanquam de libero. Nam tunc eo iterum vacante nulla, nec fine litis, nec semestri, vel quadrimestri expectato, debet Episcopus procedere ad illius collationem Paul. de Leazaro, & Zabarella* in d. Clementina plures. §. quibus quæst. 1. num. 1. versiculo secundo casu. *Lambert.* d. artic. 9. nu. 11. vers. tertius est casus, *vbi allegat Anchar. Imolam & alios idem tenentes. Sed iste non erat casus noster, in quo ius patronatus præsupponebatur. Alter casus est quando dubitatur an Beneficium sit de iure patronatus, quo casu Zabarella* præcitato loco, *vsque tertio casu dicebat, quod quando patroni litigant de iure patronatus, vel de possessione iuris patronatus, Episcopus debet expectare laicos per quatuor menses, & clericos, etiamsi litigent cum laicis, per sex menses, intra quos debet causa finiri, alias iis elapsis Episcopus ordinabit Ecclesiam sine præiudicio vincentis, c.* si vero cap. Cum propter, & cap. quoniam, in fin. de iure patron. *additque ibidem Zabarell. hunc esse casum specialem, in quo contra impeditum currit tempus. Tertius casus est quando patroni litigant de præsentatione, ex vi iuris præsentandi, & tunc idem dicendum est, quia expectari debent vsque ad quatuor, vel sex menses. Quartus casus est quando patroni litigant ratione prærogatiuæ, siue ratione formæ præsentationis, & tunc ob lapsum temporis non paratur eis præiudicium, quia non est quod imputetur eis* cap. cum Bertholdus, de re iudicata; *quia si alter ad tertium præpararetur via fraudibus, quod esse non debet, cum enim hoc tempus statuatur ad præsentandum, non autem ad instituendum vltima die termini fieri potest, Zabarella* præcitato loco, *quem cæteri communiter sequuntur. Quintus casus est quando, vel constat de iure patronatus, vel illud præsupponitur, vt in casu proposito, in quo non reuocabatur in dubium, & tunc lite pendente super præsentatione facta ante lapsum temporis semestre, si præsentantes sint clerici, vel quadrimestre si sint laici, non debet Episcopus ordinare, aut alteri conferre Beneficium, sed stare debet maiori parti, & vni ex ipsis considerando merita præsentatorum, quia non est lis inter patronos ex vi iuris patronatus, cum omnes fateantur præsentantes esse patronos, sed lis est inter ipsos super forma præsentationis, & tunc non est locus deuolutioni, ita Zabarella* loco citato, *Lambert.* supra n. 29. vers. septimus est casus. *Denique sextus casus considerabatur quando est lis inter præsentatos in tempore, prætendentes solam præsentationem de vno quoque factam esse attendendam, & isto casu non erat locus deuolutioni, ob lapsum temporis ad præsentandum, quia dispositio text.* in c. quoniam de patron. *inducens deuolutionem, quando est lis inter patronos tanquam rigorosa, & exorbitans, non extenditur ad litem inter præsentatos, Imola* in c. cum vos de officio ordin. n. 7. versic. nec obstat. *vbi Ioann. Andr.* n. 2. vers. vnde iura. *Ant. de Butrio* n. 7. versic. iura ergo *Rochus* verb. honorificum. quæst. vigesimaquarta numero 54. *Lapus* allegat. 78. numero decimoquinto, vers. non obstat, & numero 16. vers. item non debet. *Multa ex prædictis suadebant standum in decisis. Nam in præsenti, nec ius patronatus, nec quasi possessio iuris præsentandi reuocabatur in dubium, & propterea non cessat locus deuolutioni, & præterea, quia restrictam iam causam reuenit Ordinarius expedire, vt deuolutioni fieret locus, ad Zabarell. & alios in contrarium allegatos* in capitulo cum vos de officio ordinarij *placuerunt responsiones datæ in decisione in hac causa facta die 10. Ian. 1600. vbi per similem distinctionem casuum, fuit difficultas sublata.*

31 In casu vero collationis † post litem super proprietate motam, factæ ab eo, qui antea erat in quasi possessione conferendi bona fide, non videtur prouisus remouendus, etiamsi postea collator succumbat in proprietate, cum per talem collationem acceptatam, prouisus acquirat ius in re in Beneficio *c. si tibi absenti, & cap. penultim. de Præbend. in 6.* iuncta *l. qui scit §. fin. ff. de vsuris, & gloss. penultim. in dict. leg. 2. C. de fructibus & litium expensis,* & ibi Bartol. *n. 5. & ex dict. leg. & ex diuerso, nu. 9.* vbi habetur, quod bonæ fidei possessor facit fructus suos etiam post litem contestatam, quamuis eos sit restituturus si succumbat, & fuit dictum in Salamantina fructuum de anno 1591. coram D. Pamphilio infra adducta in *part. cap. volum. 8. dub. num. 242.* Nam fructus collationis legitime factæ, restitui non potest ex dictis, & consequenter iste prouisus poterit statim capere possessionem Beneficij, quæ est sequela collationis, ad Lancell. *sup. num. 624.*

32 Sed & Innocentius *in dict. cap. consultationibus,* † *in princ. Cardinal. in dict. cap. ex literis, quæstione vltima.* & Bald. *in libro 1. Cod. de seruit. & aqua numer. 81.* tenent, quod pendente lite super proprietate, potest etiam fieri præsentatio, & institutio, quod etiam videtur tenere Lancellotus *supra numero 622. 623. & 624.* & Menoch. *consilio 90. in fin. libro 1.* & videtur probabilius, & praxi conformius. Nam cum præsentatio sit facta legitime, attento præsenti statu a possessore bonæ fidei, qui facit fructus suos, debet sequi institutio, nec est habendum in consideratione, quod non posset illum fructum restituere si condemnaretur, & illa dilatio institutionis, vergeret in magnum damnum Ecclesiæ, & hanc sententiam approbat *dict. lex parte non a titulo decimo quinto parte 1.* & ibi, Gregorius Lopez *glossa vltima.*

33 Et videtur tenere Congregatio Concilij, † vt sequenti declaratione *Congregatio censuit, debere Episcopum admittere examen eius, qui est præsentatus à patrono, de cuius patronatus validitate in petitorio controuertitur coram eodem Episcopo, facta tamen per Episcopum protestatione de iuribus suis, & sine eorum præiudicio, vel committere alteri Episcopo viciniori.*

CAP. VII.

De capitulo sede vacante,

SVMMARIA.

DE *Capitulo sede vacante an possit Beneficia conferre & in eorum collatione succedat, numero primo.*

Quamuis aliqui dicant, Capitulum sede vacante solum succedere in his, quæ sunt iustitiæ, & necessitatis, &c. & alij dicant succedere quoad ea tantum, quæ in iure reperiuntur expressa, & nouum aliis, tamen verius est, regulam esse quod Capitulum sede vacante fungitur vice Episcopi, & succedit in omnibus quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, exceptis casibus in iure expressis, à num. 2.

De officio & potestate Capit. sede vacante, qui sunt videndi, n. 5.

Pro iurisdictione exercenda hodie ex Concilio Trident. tenetur Capitulum sede vacante creare Vicarium infra octo dies qui saltem in iure Canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias quantum fieri poterit idoneus, alias ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluitur, n. 6.

Capitulum quod infra octo dies Vicarium non constituit, potest remora moram purgare, num. 7.

An Episcopus teneatur, etiam & cogi possit constituere Vicarium, remissiue, num. 8.

Vicarius Capituli sede vacante debet esse Doctor, vel Licentiatus, alias deputatio est nulla, & deuoluitur ad Metropolitanum, numero 9. & censuit Sacra Congregatio Concilij in declarationibus adductis, num. 10. & 11. quod male seruatur in Ecclesiis huius Regni, numero 14.

Eligendi sunt Doctores, vel Licentiati, in Vicarios Capituli sede vacante si in capitulo adsint, alias sufficit, quod vnus eligatur, qui sit quantum fieri poterit idoneus, si tamen adesset aliquis iuris Canonici peritus & idoneus licet non graduatus, deberet eligi, &c. nu. 12. & 13.

Non potest fieri (quod in quadam Ecclesia huius Regni fieri dicitur) nempe per singulos duos menses eligere duos Vicarios de Capitulo, vnum graduatũ qui exerceat officium, & alium non graduatum, qui non exerceat, accipit tamen medietatem emolumentorum officij, id enim est Simonia & contra titulum. Ne Prælati vices suas num. 15. sicut etiam est Simonia & contra dict. titulum conuenire Canonicos, quod quicumque eorum eligatur in Vicarium, teneatur diuidere cum aliis salarium & emolumenta officij, &c. vnde prædictæ electiones tanquam Simoniacæ sunt nullæ, &c. num. 16.

Vicarius Episcopi non debet necessario esse Doctor, vel graduatus, licet Episcopus teneatur idoneum & litteratum Vicarium constituere. Et grauiter peccant Episcopi qui aliquando constituunt Vicarios Theologos, seu alias ad officium ineptos, teneanturque ad restitutionem damnorum, & propinarum, &c. & ipsi etiam qui acceptant officium ad quod sunt inepti, à nu. 17.

Nec etiam Vicarius Capituli Ecclesiæ collegiatæ sede vacante prælati, qui ordinariam, & quasi Episcopalem iurisdictionem habet, necessario debet esse Doctor, aut Licentiatus, n. 20. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

In electione Vicarij Capituli, non requiritur forma Capituli quia propter de electione, nec decreti Concilij sess. 25. de regularibus capit. 6. contra Fusium dubitantem, n. 21. & 22. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

Super d. c. 16. Concilij sess. 24. de reform. ponuntur aliquæ declarationes S. Congregationis, quæ sunt notandæ n. 23. & alia remissiue, n. 24.

Capitulum sede vacante non potest in aliquo se intromittere circa administrationem iurisdictionis, seu sibi aliquid reseruare, sed debet totam libere Vicario relinquere, licet antea posset dare ei potestatem restrictam & limitatam, n. 25. nec potest vnam causam alteri delegare, n. 26.

Ex hoc videtur procedere illa declaratio quæ ait, capitulũ (in quod secundum veriorem sententiam transit iurisdictio ius visitandi) non posse eligere visitatorem ad visitandum Diœcesim absque Vicario, vult enim quod si opus fuerit visitatore, Vicarius eum constituat, sed non videtur receptum in Hispania, num. 27.

In Vicarium electum à capitulo sede vacante, eo ipso transit tota iurisdictio capitulo competens, nec est necessarium speciale mandatum quoad ea quæ sine eo in vicarium Episcopi non transeunt n. 28. Quamuis antea, in eum non transiret maior potestas, quam in vicarium Episcop. n. 29.

Si tamen de facto capitulum det vicario, à se electo, limitatum mandatum, reseruando sibi aliqua, non videtur posse exercere potestatem in illis, quæ sibi capitulum reseruauit, cum vicarius non habeat aliunde iurisdictionem, nisi ab ipso cap. n. 30. Quamuis Vgolinus videatur sentire contrarium, n. 31. quem impugnat Suarez relatus, num. 32. & 33.

Metropolitanus tamen ad quem deuoluitur deputatio vicarij ob negligentiam capituli, posset illi dare iurisdictionem, & potestatem, in illis quæ capitulum sibi reseruauit, num. 34.

An capitulum sede vacante possit plures vicarios constituere? à nu. 35. resoluitur posse, sicut potest Episcopus,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& explicantur quædam de.. quæ videtur obstare.

Regula posita q. Cap. sede vacante fungitur vice Episcopi, & succedit in his quæ sunt iurisdictionis, procedit vbi ea iure communi competunt, n. 38. Secus in his quæ competunt iure speciali, seu accidentali, & non ex iurisdictione ordinaria, seu tanquam ordinario, & Episcopo, n. 39. Si tamen ei competunt tanquam ordinario, & Episcopo, & ex iurisdictione ordinaria succedit in eis, n. 40.

Facultas concessa Episcopo à Concilij sessione 24. de reformatione cap. 6. competit etiam cap. sede vacante, n. 41.

In iurisdictione delegata Episcopo non succedit capitulum sede vacante, numero 42. Etiamsi post præsentationem mandati fuisset mortuus Episcopus, numero 43. Et etiamsi delegatio fiat à canone, numero 44. contra Pautinum & alios relatos, numero 46. & sic non potest visitare monasteria monialium exempta, quæ visitat Episcopus authoritate Apostolica, num. 45.

In casibus in quibus in Concilio Trident. datur Episcopo facultas, vt procedat vt sedis Apostolicæ delegatus, capitulum sede vacante non succedet in hac facultate delegata, quamuis possit procedere, ex potestate ordinaria, in casibus in quibus Episcopi etiam ex ea possunt procedere, n. 47.

Animaduertitur quod aliud est dari à iure iurisdictionem delegatam Episcopo, ita vt procedat authoritate Apostolica, & tanquam delegatus, in qua non succedit capitulum, aliud est dari a iure, seu Concilio iurisdictionem Episcopo, in aliquibus casibus, quã alias non habebat, prorogando & extendẽdo eius iurisdictionẽ ordinariam, &c. & in hac succedit Capitulum, n. 48. sicut etiam quando solum tollit obstaculum exemptionis, n. 49.

Quando verba, authoritate Apostolica, coniunguntur cum verbis, concedimus facultatem, non faciunt iurisdictionem delegatam, sed bene quando iunguntur potestati faciendi, n. 50.

A prædicta regula excipitur collatio Beneficiorum. Nã capitulum sede vacante non potest Beneficia conferre, nec succedit in collatione Beneficiorum, &c. n. 51. eademque ratione non succedit in præsentatione, seu electione spectante ad Episcopum, num. 52. & procedit quamuis collatio pertineat ad Episcopum iure deuoluto, contra aliquos n. 53.

Hæc exceptio intelligitur in collatione libera, non vero in confirmatione & institutione, quæ sunt necessariæ, & debitæ, in quibus succedit capitulum, numero 54.

Collationes etiam Beneficiorum necessarias, capitulum sede vacante facere poterit, contra Corrasium à numer 55. rationi Corrasij quod hic casus lege expressus non sit, & in collatione Beneficiorum non succedit capitulum, nisi vbi lege cauetur, c. 2. ne sede vacante. Respondetur satis constare quod iure cautum reperiatur capitulum sede vacante succedere in collatione necessaria, & debita. 1. quia succedit in omnibus necessariis. 2. ex cap. cum olim, de maior. & obedient. 3. ex c. 1. de institut. lib. 6. vt late deducitur à n. 59. & ita seruatur in Beneficiis patrimonialibus n. 67. de quibus remissiue, n. 68.

Textus in d. cap. 2. & alij qui dicunt capitulum sede vacante, non succedere in collatione Beneficiorum, procedunt in collatione libera, & gratiosa ex rationibus assignatis, quæ non militant in collatione necessaria debita num. 69. & 70.

Alia ratio Corrasij de collatione, quæ fit mandato, quæ necessaria videtur, & tamen eam sede vacante capitulum facere nequit. Respondetur, quod id ex eo est quod collatio ista sit ex iurisdictione delegata, in qua capitulum non succedit, n. 71.

Contra Corrasium facit quod ipse docet, cum Domino posse vicarium conferre Beneficia ex causa permutationis resignata, si potestatem recipiendi resignationes habet, quia collatio est necessaria, &c. numero 72.

Ista est collatio necessaria, quæ est debita certæ personæ, seu certo generi personarum, numero 73. & sic collatio, quæ fit nominatis est necessaria contra Corrasium, licet ex pluribus nominatis possit Episcopus cui vult gratificare, &c. num. 74. & quando patronus præsentasset plures, æque idoneos, posset capitulum sede vacante instituere quem maluerit ex eis, numero 75.

Si aliquod beneficium seu capellania ex fundatione conferendum sit certæ personæ, seu certo generi personarum, vt consanguineis fundatoris, poterit vicarius capituli sede vacante illud conferre, quamuis non sit iuris patronatus, &c. aut patronus non præsentasset in tempore, nu. 76. & idem erit quando ratione optionis debetur Beneficium antiquiori optanti, &c. numero 77.

Ex dictis prætendebatur alias stante Concilio Tridentin. & constitutione Pij V. posse capitulum, seu eius Vicarium sede vacante conferre parochiales, seclusa reseruatione ex quo debent conferri magis idoneo reperto, seu electo, ex approbatis in concursu, quem vicarius capituli potest facere, & sic hodie videbatur earum collatio necessaria, & non libera, n. 79. & 80. Rota tamen contrarium tenuit in decisione posita, n. 81. & 82. ex opere Corrasij, &c.

Postea Rota magis iuit in hoc, quod collatio parochialium etiam hodie non sit necessaria, quia tota radicatur in mera voluntate Episcopi, qui potest abstinere ab illa & permittere, vt per lapsum temporis ius deuoluatur ad superiorem, nec ad causam per alium cogi potest, nu. 83. quod fundamentum videtur magis iuridicum ex d. constitutione Pij V. ex qua apparet, approbatos in concursu, aut etiam electum tanquam magis idoneum non habere ius ad parochialem, nec esse ei debitam absolute, &c. à n. 84.

Ita collatio parochialis vacantis sede Episcopali vacante in mense Ordinarij, de iure reseruatur successori Episcopo, & sic dux Albanus virtute sui indulti non potuit præsentare ad parochialem vacantem sede Episcopali vacante in mense Septemb. ex Rota numero 87. quamuis hodie cum omnia Beneficia vacantia sede vacante sint reseruata ex reg. 2. poterit dux præsentare ad parochiales & alia Beneficia, vacante sede Episcopali vacantia in quocunque mense, numer.

Ita etiam in terminis Beneficiorum patrimonialium tenuit postea Rota in decisione posita num. 89. sed cum filius patrimonialis, in concursu magis idoneus iudicatus, habeat ius ad Beneficium, & ei absolute debeatur sicut præsentato, &c. videtur collatio vere necessaria & de iustitia, & consequenter in ea succedere capitulum, & esse longe diuersum, ac in parochialibus, &c. nisi staret regula secunda cancellariæ, num. 90.

Alter casus exceptus à prædicta regula hodie est ex Concilio Tridentin. ex quo non licet capitulis sede vacante infra annũ ordinandi licentiam concedere, nisi Beneficij recepti, siue recipiendi occasione arctato, &c. numero nonagesimo primo, & ex Bulla Sixti V. contra male promotos iam reducta, ordinans cum licentia Capituli contra dict. decretum erat absolute suspensus, &c. num. 92.

Ponuntur declarationes S. Congregationis super d. decreto, num. 63.

An d. decretum Concilij comprehendat primam tonsuram, ita vt capitulum, seu vicarium sede vacante non possit infra annum dare dimissorias, etiam ad primam tonsuram à n. 94. resoluitur affirmatiue, licet non comprehendat primam tonsuram, quoad pœnas ibi impositas contra ordinatos.

Quomodo sint intelligenda illa verba Concilij de arctatis occasione Beneficij recepti, siue recipiendi, num. 97. & clarum est illos dici arctatos occasione Beneficij recepti, qui obtinent Beneficium, ratione cuius tenentur se promoueri facere, n. 98.

Difficultas est quis dicatur arctatus occasione Beneficij recipiendi, & credit author illos dici qui habent ius, seu sunt vocati ad aliquod Beneficium vacans, seu Capellaniam, quod tamen requirit aliquem certum ordinem quo ille caret, num. 99.

Ille etiam videtur arctatus occasione Beneficij recipiendi, qui cum non sit ordinatus prima tonsura est præsentatus ad Beneficium, &c. n. 100.

Electus in concursu ad Beneficiũ curatum, cuius collatio facienda est à Papa, nõ potest dici interim arctatus, occasione Beneficij recepti, nec recipiendi, & idem in præsentato ad Beneficium habens annexum certum ordinem, n. 101.

Non dicitur arctatus occasione beneficij recipiendi is cui aliquis vult resignare Beneficium requirens aliquem ordinem quo ille caret, n. 102.

Facultas Nuntij Hispaniarum circa hoc de licentia ad ordines, num. 103.

Nuntius Hispaniæ non potest etiam sede Episcopali vacante dare dimissorias, nisi competenter Beneficiatis, & arctatis, & sic in casibus in quibus Capitulum non potest dare dimissorias, nec nuntius potest, numero 104.

Quamuis alias possit quis promoueri cum literis dimissoriis legati de latere, tamen id intelligendum est modo eius probitas & mores testimonio sui ordinarij commendentur, ad quem effectum non dicetur ordinarius intra annum Capitulum, seu eius vicarius sede vacante, respectu eorum qui non sunt arctati, numero 105.

1 DE Capitulo † sede vacante videre oportet an possit Beneficia conferre, & in eorum collatione succedat.

2 Pro cuius rei † pleniori intelligentia præmittendum est, quod quamuis aliqui dicant, capitulum sede vacante solum succedere in his quæ sunt iustitiæ, & necessitatis, non autem in his, quæ sunt gratiæ, seu voluntariæ iurisdictionis, Ioann. And. *in cap. vnic. de maior. & obedientia, in 6* glossa *in clemen. 1. §. 1. verb. capituli, de hæret.* quæ ait, quod capitulum est necessarius, non voluntarius administrator, Felin. *in c. cum olim, de maior. & obedient. numer. 4. ad 8. quæstionem, & num. 6. ad 13. quæst.* vbi illam gloss. dicit communiter approbatum, & Bolt. *de synodo. 2. part. in prin. cap. numero 134.* P. Gregor. *de benefic. c. 38. numero 3.* Azeuedo in curia Pisana *libro 1. cap. 9. ex num. 10.* Flam. Paris. *de resignation. Benefi. lib. 7. q. 23. numer. 11. 35. &* 36. & D. Sagagun. *in cap. ad si clericus. §. de adulteriis,*
3 *de iud. ex num. 68.* Et quamuis alij dicant, † capitulum sede vacante succedere in pertinentibus ad Episcopum, quoad ea tantum, quæ in iure reperiuntur expressa, & non in aliis, Domin. *in c. presbyteri, 24. distinct.* refert Felin. *in d. c. cum olim, sub numer. 2. & 7.* & sequitur Abbas *in c. 2. ne sede vacante nu. 2. per tex. ibi,* & Lambert. *de iure patron. 1. part. 1. lib. quæst. 2. art. 9. & 1. part. 2. lib. q. 2.* qui tamen dicit, quod in his quæ sunt iurisdictionis necessariæ, succedit capitulum, & dicitur in *decis.* Abulens. parochialis 22. Iunij 1594. coram D. Blanchetto supra adducta *c. 5. num. 92.* tamen verius est regulam esse, quod capitulum sede vacante † fungitur vice Episcopi, & succedit in om- 4
nibus, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, exceptis casibus in iure expressis, *c. 2. cap. his quæ cap. cum olim, de maior. & obedient. & cap. si eo. eod. in 6. c. ad abolendam de hæreticis cap. penult. & fin. de supplen. negligent. prælatorum in 6. & extrauagant. execrabilis, vers. cæterum, de præbend.* & facit *cap. is cui de elect. in 6.* Bartol. *in l. vbi ad fin. ff. de tutoribus, & curator. datis.* Abb. *in dict. cap. cum olim, num. 2. & in cap. 1. ne sede vacante num. 4.* Feder. *cons. 30.* Alberic. *cons. 60. numero 8.* Purpur. *cons. 77.* Panima *de offic. & potest. capituli sede vacante. 1. part. quæstion. 1.* vbi tradit reg. affirmatiuam, & *q. 2.* vbi ait, capitulum sede vacante habere iurisdictionem ordinariam à iure communi, ita quod possit iudices dare, & omnia quæ ad iurisdictionem pertinent expedire, & *quæstione 5.* vbi ex hoc tradit, posset dispensare sicut Episcopus, licet sit iurisdictionis voluntariæ, in qua etiam succedit, & Selua *de Benefic. 1. part. q. 11. numero 4.* qui ait ius dicere, quod capitulum succedit in iurisdictione, nec distinguere inter iurisdictionem contentiosam, & voluntariam. Rebuffus *in praxi tit. de deuolutio. à numero* 58. Bolt. *de synodo. 1. part. numer. 41. & 44.* Corras. *de Benef. 2. part. cap. 7. numero 2.* Rosiniacus *cap. 8. num. 1. & 3.* Mandos. *cons. 1. num. 3. & 4.* Cuchus *in institution. maior. libro 2. titulo 9. num. 30. & 93.* Fuscus *de visitat. lib. 1. c. 15. num. 31.* Guerrero *in speculo. capit. 40.* Nauarrus *cons. 44. de tempor. ordinat. num. 1. 2. & 3. & cons. 7. de filiis presbyter.* vbi resoluit, capitulum sede vacante succedere etiam in his, quæ sunt iurisdictionis voluntariæ. Ioannes Gutierrez *canon. quæstione libro primo capitulo 11. num. 10.* Quintanaduenas *lib. 1. Eccles. cap. 5. numero 6.* qui ait quod capitulum vacante sede Episcopali omnia ea quæ iurisdictione continentur, exequitur, Vgolin. *de censur. tab. 1. c. 10. §. 2. num. 1.* Iacob. Sbrotius *de vicario Episcopi libro 1. q. 15. & 16.* Zerola *in praxi Episcopali, 1. parte verb. capitulum. § 3.* Mart. Anton. Gennen. *in praxi Archiepiscopali, Curiæ Neapol. c. 65. numero 1.* & Suarez *q. tom. de censuris disput. 90. sect. 5. numero 6.* vbi ait, succedere Episcopo in tota iurisdictione ordinaria, tam contentiosa, quam voluntaria, & hanc esse generalem regulam iuris, quæ solum est limitanda in casibus à iure expressis.

Et de officio, & potestate † capituli sede vacante videndus est Panimo *in dict. tract.* & Cuchus *dict. tit.* 5
9. qui est *de officio & potestate capituli,* & multa per Abbat. & Felin. *in dict. c. cum olim,* & per Rebuffum *d. tit. de deuolut. à num. 57.* Rosin. *d. c. 8.* & per Zechum *de republica Ecclesiastic. cap. 24. de cano. & capitu. 10. & 11.*

Et pro hac † iurisdictione exercenda, hodie, ex S. Concilio Trident. *sessione 24. de reform. c. 16.* tenetur, capitulum sede vacante creare vicarium infra 6
octo dies, qui saltem in iure canonico sit doctor, vel licentiatus, vel alias, quantum fieri poterit idoneus ad metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluatur, &c. notat Cuchus *d. lib. 2. tit. 8. nu. 39. & tit. 9.*

numer.60 Vgolin.d.§.2.num.2. Sbrotius dict.quæst. 15.numer.2.& q.16. num.8. & Zechus dict.num.10.circa fin.

7 Existimo tamen, quod capitulum, quod † infra octo dies vicarium nõ constituit, possit re integra antequam metropolitanus eum deputet, moram purgare, quamuis contrarium sentire videatur Suarez, d. 5.tom.disp. 18.sect.3.num.3 inquit enim, quod ibi capitulum, quod sede vacante, non constituit œconomũ, vel vicarium, tempore & modo ibi præscriptis, facultate constituendi illos ministros priuatim, quod est quasi ab eo munere pro ea vice suspendi, & an Episcopus teneatur, etiam & cogi possit constituere

8 vicarium, vide † per Abb in c.5.n.3.& ibi Felin. ad fi. de off.ordin. Puteum decis.45.lib.2. Moh. d. decis.vlt. de offic.vicar. Rotam dec.222.n.5.& 297.n.2.p.2.diuers. Cuchum d.l.2.tit.6.nu.72.& tit. 8.n.2. Lancell. in instit.Can.lib.1.tit.de offic.vicarii.§ 1.in.glos. Hotedam de incompat.ben.2.p.c.10.n 9 Granutium ad Simonetam de reser.q.85.nu.11. Sbrotium d.l.1.q.46.& Zechum sup.c.23.de vicario Episcopi.§.1.nu.3.& 5 qui male ad hoc adducit decretum Concilij d.c.16.cum loquatur de cap.

9 Vnde apparet vicarium† capituli sede vacante debere esse doctorem, vel licentiatum, &c. alias deputationem esse nullam, & deuolui ad metropolitanum &c. vt per Fuscum sup.n.32. qui ait esse aduertendum pro ipso capitulo cum vacante sede facit vicarium, vt vtatur diligentia, quod eligat aliquem, vel existentem confirmet, infra octo dies à tempore vacationis; & is quidem eligendus sit doctor, vel licentiatus, aut saltim quantum fieri potest idoneus, alias nullum est quod fit, & potestas deuoluitur ad alium ex d.c.16. qui text.loquitur de tempore & persona. & Mart. Ant.Genuen.c.84.n.1.

10 Et ita censuit S. Cong Concilij super † d.c.16. vt in vna triuentina his verbis, *vicarius vacante sede Episcopali debet eligi doctor, alias electio est irrita*, & in vna Macaren. his verbis, *si Episcopus demortuus reliquit vicarium, quem elegerat, cum non esset doctor, capitulum non debet eum confirmare, sed alium qui sit doctor eligere.* Alia, ibi, *omnino teneatur, &c. refertur ad vtrumque scilicet confirmandum, vel instituendum, & habeat qualitates in præsenti requisitas, alias electio esset nulla.* Et in vna Panormitana, & in alia Agrigentina declarauit S.Illustrissimorum Congregat. Calen.Ian. *nisi Episcopus demortuus reliquit vicarium, quem elegerat, cum non esset doctor, capitulum non debet eum confirmare, sed alium qui esset doctor, eligere ex Congregationis sententia.* In quibus declarationibus, solum fit mentio de doctore, quia in Italia, vt est notum, non est alius gradus, nec gradus licentiæ. Alia, *si ex consuetudine alicui capituli electio vel deputatio, fieret de ipsius gremio, vt bini, vel singuli, per singulos menses administrent, obseruando ordinem, sed non essent omnes doctores, vel licentiati, dictam deputationem non valere, vbi alij doctores possunt constitui, nec sufficiat ordo, vel consuetudo, vel lex noua certam formam præscribens, arg.tex.*in l.sciendum.§.ordine.ff.de leg.1.

11 Quod etiam censuit S. Congregat.in vna † Abulens. vt in sequent.declaratione, ad 1. supplicatur illustrissimis & reuerendissimis DD. vestris pro parte reuerendissimi domini Episcopi Abulens.declarari sequentia 1. *in Ecclesia Abulens. est quoddam nouum statutum post Concilium Tridentinum factum, quod sede Episcopali vacante duo ex dignitatibus, seu Canonicis exerceant officium vicarij, seu officialis, per spatium duorum mensium, & successiue alij duo iuxta suam antiquitatem, ita tamen quod illi qui non sunt graduati, teneantur assumere assessorem literatum, de cuius consilio procedunt, dubitatur, an dict. statutum sit contra dispositionem S. Concilij* session.24.de reform.c.16. *& an talis deputatio vicariorum, qui non sunt doctores, seu licentiati, saltem in iure Canonico sit nulla (etsi assumant assessorem literatum) non obstante dicto statuto, quod confirmatum non existit. Secundo rursus in Episcopatu Abulens. & tota prouincia Compostellana, ex Decreto Concilij Prouincialis Compostellani, post Concilium Tridentinum facti datur stipendium examinatoribus synodalibus, pro suo labore, ex fructibus Parochialibus ad quam fit examen. dubitatur, an possit hoc dari stante Decreto Sancti Concilij Trident.* session.24.de reformat. cap decimooctauo. *Tertio dubitatur, an prouisio parochialis nulla, si examinatores relationem fecerint, solum quoad literaturam, examen vero circa mores, ætatem & reliqua Episcopo relinquatur, vel si non fecerint relationem Episcopo, de omnibus idoneis repertis, sed tantum de eo, qui ipsis magis idoneus videtur. Quarto, an valeat matrimonium contractum coram parocho illius loci, vbi contrahentes reperiuntur, non animo ibi domicilium constituendi, sed recreationis causa. Quinto, & quid si contrahens ibi moretur tanquam prætor, iudex seu medicus temporalis.*

Ad primum Congregatio Concilij censuit esse contra Tridentinum Concilium, ideo nullam existere. Ad secundum non posse. Ad tertium teneri facere relationem etiam circa mores, ætatem, & reliqua, & examinatores debere renunciare, quotquot idoneos iudicati fuerint, Episcopum vero debere, ex his qui renunciati fuerint, magis idoneum eligere. Ad quartum non valere. Ad secundum valere, quam declarationem habeo in forma authentica.

12 Id autem intelligendum est, † necessario eligendos esse doctores, vel licentiatos, in vicarios capituli sede vacante, si in capitulo adsint, Zechus *supra*, alias sufficere, vt vnus eligatur, qui sit, quantum fieri poterit, idoneus, vt censuit Sacra Congregatio his verbis, *an existentibus doctoribus in capitulo necessario sint eligendi in vicarium, si vero doctores non existant, an vnus ex Canonicis Beneuisis capitulo in vicarium sit eligendus. Respondit Congregatio necessario eligendos esse doctores, vel licentiatos, si in capitulo adsint, alias sufficere, vt vnus eligatur, qui sit, quantum fieri poterit, idoneus.* Cui consonat Concilium Prouinciale Mediolanen.

13 Et facit alia declaratio † super *dict. capitulo decimosexto.* quæ sic ait, ibi, *item officiales, &c. non est de necessitate vt sit de gremio, si tamen adesset idoneus, cæteris paribus, esset præferendus.* refert Mart.Anton. Genuen. *supra*, si tamen capitulo, in quo non sunt doctores, seu licentiati in iure Cannonico, adesset aliquis iuris Canonici peritus, & idoneus, deberet eligi, & alias electio esset nulla, ex illis verbis, *dicto capitulo decimosexto, vel alias quantum fieri poterit, idoneus*, & declaratione supra adducta *numero duodecimo.*

14 Sed id male seruatur in Ecclesiis † huius regni. nam capitula sede vacante, non curant eligere vicarios doctores, authenticos in iure canonico, licet adsint in capitulo, & si eligunt vnum sic graduatum, eligunt etiam alium Theologum, vel non graduatum. Quod est contra Concilium, sed capitula omnia sibi licere putant, nec fieri potest, † quod in quadam Ecclesia huius regni fieri intellexi nempe

nempe per singulos duos menses, eligere duos vicarios de capitulo vnum graduatum, seu literatum, qui exercet officium, & alium non graduatum, qui non exercet, accipit medietatem emolumentorum officij, id enim est simonia, & contra titulum *ne prælati vices suas.* Nam in effectu est, eligere graduatum in vicarium, cum onere dandi medietatem emolumentorum alteri, qui solo nomine est vicarius, sicut etiam est simonia, & contra dictum titulum conuenire Canonicos, quod quicumque eorum eligatur in vica-

16 rium, † teneatur diuidere cum aliis Canonicis salarium, & emolumenta officij, vt per Nauarrum *consilio secundo ne prælati vices suas*, quem sequitur Zerola *in praxi secunda parte verb. capitulum §.quinto.*

Vnde prædictæ electiones, tanquam simoniacæ, sunt nullæ, & sic electi tenentur dimittere officium, licet non incurrant excommunicationem, quia non est beneficium, nec ordo, Nauar. *an. & cons.1.eodem tit.*

17 Et vicarius Episcopi, non † debet necessario esse doctor, vel graduatus, licet Episcopus teneatur idoneum, & literatum vicarium constituere, qui per se ipsum valeat officium exercere, Nauarr. *consil. 1. de offic. vicarij*, & ita est accipiendum quod tradit Sbrotius *d.lib.1.quæst* 35. & grauiter peccant Episcopi,

18 qui aliquando † constituunt vicarios Theologos, seu alias ad officium ineptos, tenenturque ad restitutionem damnorum, inde secutorum, & etiam ad restitutionem propinarum, vulgo assessorias, quas d. vicarij faciunt à partibus solui assessori; Episcopi enim tenentur gratis administrare iustitiam, seu ponere qui eam administret, vt alias dicitur infra *9.parte.c.2.n.*18.

19 Et ipsi etiam qui acceptant officium, † ad quod sunt inepti, grauiter peccant, & ad restitutionem tenentur damnorum, & expensarum quas à partibus inique extorquent pro assessore.

20 Nec etiam vicarius capituli Ecclesiæ collegiatæ, sede vacante, sui prælati, qui ordinariam, & quasi Episcopalem iurisdictionem habet, necessario debet esse Doctor, aut Licentiatus nec de eo loquitur illud Concilium, vt S. Congrega. censuit super *d.c.* 16. his verbis. *An extendatur ad Ecclesiam collegiatam defuncto eius prælato, qui ordinariam iurisdictionem, & omnia iura Episcopalia habebat, Congregatio censuit negatiue, quia si non est necesse, vt hic prælatus mortuus sit doctor, vt dictum est, alias ergo neque vicarius die 12. Sept.1585.*

21 In electione autem vicarij capituli, non † requiritur forma *cap. quia propter, de elect.* nec decreti Concilij *sessio.25 de regular.cap.6.* quia non loquuntur de eo, quamuis Fuscus *d.n.* 32. dubitet an in electione dicti vicarij sit seruanda forma *d.capit. quia propter*, qui tamen dicit Cardinalem Alciatum tenuisse non requiri, & Zerola *in d.praxi.1.part.verb. cap.§.* 3. ait istam electionem vicarij, non esse necessarium fieri per vota secreta, vt nonnulli asserere videbantur ex Concilio *d.cap.* 6 quia ibi loquitur Concilium de electione superiorum regularium, & non secularium.

22 Et ita contra Fuscum censuit † S. Congregatio, vt in sequenti declaratione super *d.c.16.ibi confirmare, vel existentem confirmare, &c. Non tamen requiritur ad hoc quod seruetur forma electionis præscripta per Concilium* sessio 25.c.6.de regular. *post* cap. quia propter de elect. *quia isti vicarij, vt plurimum sunt temporales, et momentanei, & tex. hic loquitur de constitutione non de electione, contra Rouerten. Suarez in hac de visitatione* lib.1.c.1.n.32.

23 Præterea super *d.cap.*16. notandæ † sunt sequentes declarationes S.Congregationis, 1 ibi, *capitulum sede vacante* portionarij, quia non sunt de capit. *non comprehenduntur, in huiusmodi capitulo, nec etiam potest se ad hæc ingerere, cum c.a.2.ibi incumbit, &c. Et onus probandi incumbit capitulo, quod ex institutione ad hoc munus competat, alias pro Episcop. præsumitur, & ita in vna Vercellen. declarauit Congregatio illustrissimorum dominorum Cardinalium Congregationis S.Concilij 4. Nouem.1596.* Tertia, *si plures ad officium vicarij à capitulo assumerentur in controuersia, magis idoneus, & habens has qualitates Concilij Trident. remanere debet & cæteri remouendi sunt.* Quarta, *censuit Congregatio facta electione officialium, an possit eos ad libitum reuocare, & nouos constituere, nisi vel œconomum, vel illos officiales, quos etiam viuente Episcopo capitulum possit deputare*, consonat dictum Concilium prouinciale Mediolanen. Quinta, *capitulum potest ad libitum amouere vicarium, alias per ipsum electum seu confirmatum, dummodo intra octo dies alium constituat, aliquin deuoluitur ius deputandi vicariũ, vt in hoc decreto, ad Metropolitanum, & si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit ad antiquiorem Episcopum.* Nec contradicit præcedens declaratio, nam illa loquitur de aliis officialibus, non de vicario, in quo tamen idem ait Mar.Ant. Genuen. supra *nu.* 4. post Concilium Sexta, *ad vicarium, propter eius absentiam, specialem substitutionem facere, sic etiam alterum officialium*, consonat dict. Concilium prouinc. Mediolanen. Septima, *capitulum non potest eligere visitatorem ad visitandam Diœcesim absque vicario.* Octaua *dubitatum fuit, an vicarius, in vim illius decreti à capitulo constitutus, teneatur procedere cum adiunctis, vel sine, iuxta* capit. sextum sessio. 25.*& fuit resolutum, quod si Episcopus dum viuebat, habeat authoritatem procedendi sine adiunctis, quod ita poterit vicarius, si minime poterat Episcopus sine adiunctis, ita nec possit vicarius.* Nona, *fuit dubitatum, an si iste vicarius allegaretur suspectus, possent eligi arbitri, & dictum fuit, quod non, sed recurrendum esse ad capitulum, tanquam superius*, cap. si contra de offic. delegat. in 6. Decima, *an capitulum sede vacante possit eligere arbitros, ad cognoscendum de suspitionum causis, quæ contra vicarium, ab eo sede vacante deputatum proponuntur. Congregatio censuit vtique non posse, eadem prima, numero, quo Episcopus nõ potuisset sed posse per se ipsum cognoscere de causis suspitionum.* Vndecima, *item capitulum sede vacante, potest facta remotione vicarij, vel aliorum officialium, illos cogere ad reddendam rationem administrationis, eosque pro culpa punire, non tamen impedire futurum Episcopum, quando ex hoc decreto ab eisdem exigat rationem administrationis, quam sede vacante* [illegible] *fuerint, & eos punire etiam si à capitulo fuerint absoluti.* consonat dict. Concilium Mediolanense duodecimum. *Congregatio censuit Episcopum in capitulo ex eorum, si velit rationes exigere ab officialibus ex gremio capituli deputatis sede vacante eorũ officij, & administrationis, nõ teneri procedere cum adiunctis, ex forma* capitulo sexto, sessione vigesimaquinta, *nisi velit criminaliter ad eorum punitionem, & correctionẽ procedere.*

24 Et videnda † est in proposito declaratio eiusdem S.Congregationis Toletana, de obseruandis in examinibus faciendis, pro collocatione parochialium se-

de Cathedrali vacante, quæ habetur infra 9. par. c. 2. num. 8.

25 Ex quibus declarat maxime ex illa † Toletana, videtur capitulum sede vacante non posse in aliquo se intromittere, circa administrationem iurisdictionis seu sibi aliquid reseruare, sed debere totam administrationem iurisdictionis libere vicario relinquere, licet antea posset dare huic vicario potestatem restrictam, vt limitatam, vt per Pauinum quæst. 10. 2. part. num. 6. quamuis hoc non seruetur in aliquibus capitulis, quæ solent aliqua sibi reseruare & denegare vicario, & ita tenet Mar. Ant. Genuen.

26 † supra num 3. dicens, quod post Concilium Triden. non potest capitulum vnam causam alteri delegare, si quidem cum non possit administrare per se ipsum, sed per vicarium, in quem Concilium transfert potestatem, non potest ab eo illam auferre, & alteri causam delegare, nisi ex iusta causa, nempe suspitionis, vel alia.

27 Et ex hoc videtur procedere d. declaratio 7 quæ ait, capitulum in quod (secundum veriorem sententiam) transit indistincte ius visitandi sede vacante, Abb. in d. cap. cum olim 4. quæst. Bonifac. in clem. 1. de heret. num. 179. Pauin. quæst. 7. 1. part. num. 1. 2. & 3. de visitat. 2. part. Rebuf. d. tit. de deuolut. num 65. & Rota in illa Burgen. de qua infra num. 45. quicquid alij dicant glossa in d. clem. 1. §. 1. verb. capituli, de heret. & Cuchus d. tit. 9. num. 47. non posse eligere visitatorem ad visitan. Diœcesim absque vicario, vult enim S. Congregatio, quod si opus fuerit visitatore, vicarius cum constituat. Sed hoc non videtur receptum in Hispania, nam semper capitula sede vacante nominant visitatores.

28 Secundo videtur in † vicarium electum à capitulo sede vacante eo ipso transire totam iurisdictionē capitulo competentem, nec esse necessarium speciale mandatum, seu commissionem quoad ea quæ in vicarium Episcopi non transeunt sine speciali mādato, nam cum Concilium arctet capitulum ad constituendum vicarium, qui totam iurisdictionem administret, non videtur necessaria aliqua specialis commissio, & ita videtur sentire Ioan. Gutierrez d. cap. 11. num. 10. & expresse tenet Mar. Anton. Genuen. d. num. 5.

29 Quamuis antea, † in vicarium capituli sede vacante, non transiret maior potestas, quam in vicarium Episcopi, Pauin. q. 10. 2. part. n. 17. Mandos. reg. 24. Cancell. q. 6. n. 10. & Sbrotius de vicario Episcopi. lib. 2. q. 41. n. 5.

30 Si tamen de facto capitulum † det vicario à se electo limitatum mandatum, reseruando sibi aliqua, non videtur vicarius posse exercere potestatem in illis, quæ sibi capitulum reseruauit, Ioan. Gutierrez vbi proxime, cum vicarius ipse non habeat aliunde iurisdictionem, nisi ab ipso capitulo, quod in illis noluit sibi eam dare. Pro quo facit declaratio S. Congregationis, Abulen. infra adducta seq. cap. num. 87. ad 1.

31 Quamuis Vgolinus d. tab. 1. de censur. † ca. 10. § 2. n. 4. videtur sentire contrarium, inquit enim, vicarium istum quando quidem authoritate Triden. Synodi datus est, propterea à capituli authoritate non omnino pendere, & illo quod ius capituli suspensū sit, ob aliquam censuram, vicarij huius iurisdictionem non suspendi, nec impediri sicut contingit in vicario Episcopi, vt habetur in cap. 1. de officio vicarij lib. 6.

32 Sed cum impugnat † Suarez 5. tom. disputatione 7. sect. 3. n. 13. dicens, ex antiquo iure, tempore sedis vacantis, iurisdictionem Episcopi deuolui ad capitulum, quam iurisdictionem Concilium Tridentinum nec mutauit, nec minuit, sed solum præcepit modum vtendi illa iurisdictione nimirum per vicarium ab eodem capitulo electum, cui & iurisdictionem, & vsum iurisdictionis committat, & sic Concilium Trident. non dare iurisdictionem illi vicario, neque ad hoc interposuisse authoritatem suam, sed solum ad imponendum prædictum præceptum, quo non obstante, ille vicarius vicem gerit capituli, & eius iurisdictione vtitur, Concilium per illud præceptū firmauit eius iurisdictionem, nec nouum modum iurisdictionis instituit, & sic si capitulum habeat impeditum vsum iurisdictionis consequenter etiam vicarium habere idem impedimentum, sicut in vicario Episcopi, &c. & idem ait n. seq. † etiam in vicario capituli electo, seu deputato, à metropolitano, 33 ob negligentiam capituli, quia & ille habet iurisdictionē capituli in dependentem quidem à voluntate eius, quam supplet authoritas, & efficacitas Concilij Trident. pendentem tamen nihilominus à potestate, & iurisdictione, quæ residet in ipso Capitulo, quia Concilium noluit nouum modum iurisdictionis instituere, vt ostēsum est, sed solum obligare, & cogere capitulum, vt suam iurisdictionem vicario communicaret, &c.

34 Videtur tamen, quod † Metropolitanus, ad quem deuoluitur deputatio vicarij, si capitulum in eo deputando fuisset negligens iuxta d. decretum Concilij, posset illi dare iurisdictionem, & potestatem, in illis, quæ capitulum sibi reseruauit, nam eadem est ratio de parte ac de toto.

35 Sed est difficultas, an capitulum † sede vacante, possit plures vicarios constituere, & videtur non posse, nam Concilium d. cap. 16. loquitur in singulari, & ex declaratione 3. supra adducta num. 23 & hoc, quando in vita Episcopi non solet esse nisi vnus vicarius.

36 Nihilominus dicendum erit, † posse plures constituere, sicut potest Episcopus Pauin. d. quæst. 10. 2. part. num. 6. Sbrotius d. lib. 1. quæst. 50. & 60. numer. 3. Mar. Anton Genuen. supra num. 2. & Zechus d. cap. 23 de vicario Episcopi. §. 1. num. 3. quod tradit Acebedo in l. 1. titulo 9. lib. 3. recopilat. nu. 12. & videtur sentire S. Congre. in declaratione vltima supra adducta numero decimo, & in Abulen. adducta numero vndecimo, & ita practicatur in aliquibus Ecclesiis, & Concilium loquitur in singulari, quia regulariter, non solet poni nisi vnus vicarius non tamen tollit, quando possint esse plures, & dispositio loquens de de vno, habet locum in pluribus, quando eadem est ratio in illis, glossa in cap. si compromissarius de elect. in 6. verb. compromissarius. communiter recepta secundum Nauarr. de vsuris, sub n. 13 & dicta declaratio 3. loquitur quādo capitulum volebat vnum ponere, † & in controuersia fuerunt plures assumpti, & 37 præterea videtur loqui, quando fuerunt assumpti plures quam duo, ita quod non conueniret esse tot vicarios, &c. vel quando vnus habebat qualitates requisitas à Concilio, alij vero non, vt videtur intelligere Mar. Anto. Genuen. d.

38 Prædicta autem regula supra posita, † quod capitulum sede vacante, fungitur vice Episcopi, & succedit in his, quæ sunt iurisdictionis, procedit, vbi ea ea iure communi competunt Abb. in d. cap cum olim de maior. & obedientia, num. secundo, quinto dubitat. & in capite

in capite verum de foro competen. numero nono, Felinus in cap. cum omnes de constitut. numero 10. & in ca. ea. a te de rescrip. numero decimoseptimo & in d. cap. cum olim numero 35. & 7. & in dicto capite verum, ante numerum primum Rebuffus in praxi titulo de deuolu. numero 68. & 69. Corrasius dicto capite septimo part. secunda numero 2. Cuchus d. l. 2. tit. 9. nume. 72. Iacobus Sbrotius de vicario Episcopi l. 1. quæstione 16. numero 1. & libro 2. quæstione 188 numero sexto Marcus Antonius Genuen. capite octuagesimo quinto numero 29. in-

39 tellige tamen, capitulum sede vacante, † non succedere in his quæ Episcopo competunt, non iure communi, sed speciali, seu accidentali, & non ex iurisdictione ordinaria, seu tanquam ordinario, & Episcopo, Roma consi. 506. num. 14. vt in casu feudi, de quo loquitur Abb. & Felin. ibi, in quo non competit iurisdictio Episcopo vt Episcopo, sed vt domino feudi, nam licet Episcopo competant iure speciali,

40 seu accidentali, si tamen ei competunt tanquam † ordinario, & Episcopo, & ex iurisdictione ordinaria, succedit in eis capitulum sede vacante, vt in iurisdictione, quam habet Episcopus ex consuetudine, vt cū Collectario docet Abb. in dicto capite cum olim, decima quæstione Pauinus nona quæstione 1. parte numer. septimo Cuchus supra numero 85. & Marcus Antonius Genuen. supra numero 31. quamuis contrarium teneat Felin. in d. cap. cum olim. ad 10. quæst. Ex quo infertur

41 declaratio † ad decretum Concilij sess. 24. de reform. cap. 6. vt facultas ibi concessa Episcopo, competat etiam capitulo sede vacante, nam licet illa facultas Episcopo competat iure speciali dict. decreti, tamen competit ei iure communi & ex iurisdictione ordinaria ei tributa per d. decretum, & ita in terminis docent Zenedo collect. 4. ad 6. numero 3. Marcus Anton. Genuen cap. 66. numero 21. Arag. 22. quæstione 85. articul. 12. 5. conclusione Enriquez in sum. libro 6. cap. 26. §. 1. & lib. 14. c. 20. §. Manu. Rodriguez quæstion. 2. regul. 1. to. quæstione 61. articul. 9. & Suarez 4. tom. de pœnitentia disput. 30. sectione 2. numero 4. Faciunt, quæ tradit Thom. Sanchez de matrimonio lib. 2. disputat. 40. quæstione 2. & Suarez 5. tom. de censuris disputatione 7. sectione 4. n. 15. quamuis contrarium teneat disputat. 41. sectione 2. n. 13 contra quem id nouissime tenet ex dict. ratione Thom. Sanchez lib. 8. disputatione 2. numero 10.

42 Vnde, in iurisdictione delegata † Episcopo non succedit capitulum sede vacante, Rota decisi. 6. de offic. delegat. in antiquis Abb. in dict. cap. cum olim 5. quæstion. Roma. dict. consilio 506. numero quarto, & ibi Horatius Mandos. in additione vltima Litera, l. Felinus in dict. cap. cam te numero 17. & in dict. cap. cum olim ad 10. quæstionem, & in d. cap. verum, ante numerū 1. Decius in cap. quia Abbas de officio deleg. numero 71. & 81. Rebuff. d. num. 68. Accued dict. in 1. Curiæ pisanæ cap. 8. numero 2. Sbrotius lib. 1. quæst. 16. numer. 1. & lib. 2. quæst. 135. num. 4. & Mar. Anton. Genuen supra d. c. 85.

43 Quod ampliatur 1. etiamsi post † præsentationem mandati fuisset mortuus Episcopus Marcus Anton. Genuen. sup. quicquid sub verb. fores. tunc dicat Pauinus q. 10. 1. par. 20. & vide dicta infra parte seq. cap. 2. dub 4. n. 40.

44 Secundo † ampliatur, etiam si delegatio fiat à canone, quia licet competat à iure communi, tamen est ex potestate specialiter inducta, & non competente Episcopo, vt sic ex iurisdictione ordinaria, ita Abb. in dict. cap. cum olim. d. 5. quæst. Rota & Roma. sup. & cum Ioan. Andr. & Domin. Felin. in d. c. cam te, nu. 17. & in d. cap. cum olim ad 4. & 10. quæst. & in d. cap. verum, vbi supra, & Thom. Sanchez dict. numero decimo.

45 Ex quo inferunt, † capitulum sede vacante, non posse visitare monasteria monialium exempta, quæ visitat Episcopus authoritate Apostolica, clem. 1. de statu monach. & ita tenuit Rota in vna Burgen. visitationis coram D. Oran. 1. Iun. & in alia Burg. procurationis coram eod. 10. Martij 1597. vbi fuit resolutum, capitulum sede vacante posse visitare etiam monasteria monialium non exempta, exempta vero, nō, Lapus, Abbas in c. 1. de maior. & obed. lib. 6. Abb. numero 2. Felin. 5. in d. cum olim, Sanct. 85 inæqualiter 2. de accusatio. Pauinus 1 parte quæst 7. & de visitatione 2 parte, n. 32.

46 Quæ ampliatio procedit indistincte, † quamuis Pauinus d. q. 7. n. 9. & d. q. 10. n. 4. & 5. & Mar. Anton. Genuen. sup. in. 30. & Cuchus d. tit. 9. numero 80. teneant, capitulo sede vacāte succedere in iurisdictione à iure Episcopo generaliter, authoritate Apostolica delegata, si necessarium, vel vtile sit id de quo agitur expediri per capitulum, nec patiatur dilationē, nam adhuc capitulum non poterit vti huiusmodi iurisdictione delegata, tanta tamen poterit vrgere necessitas, vt iurisdictio ordinaria intret, licet alias non haberet locum.

47 Vnde etiam infertur, quod in casibus in quib. in S. Concilio Triden. datur Episcopo facultas, quod procedat vt sedis Apostolicæ delegatus, qui habentur in indice, verbo Episcopi. quibus in causis procedant vt Apostolicæ sedis delegati, capitulū sede vacante, non succedet in hac facultate delegata, quāuis possit procedere ex potestate ordinaria in causis, in quibus Episcopi etiam ex ea possint procedere.

48 Et vt in hac re tollatur † æquiuocationis occasio oportet animaduertere, quod aliud est dari à iure iurisdictionem delegatam Episcopo, ita vt procedat authoritate Apostolica, & tanquam delegatus sedis Apostolicæ, vt in terminis d. clem. 2. de visitat. monasteriorum monialium exemptarum, & in terminis c. irrefragabili, §. cæterum, de offic. Ordinar. & cap. ad abolendam, in fin. de heret. & capit. 1. §. fin. de statu regul. in 6. & clemen. 1. de supple. negligentia prælat. & clement. quia contingit de relig. domibus & in hac iurisdictione non succedit capitulum sede vacante, vt dictum est, aliud est dari à iure, seu Concilio iurisdictionem Episcopo in aliquibus casibus, quam alias nō habebat, prorogando, & extendendo eius iurisdictionem, & potestatē ordinariam, ita vt Episcopus iure proprio, & tanquam ordinarius procedat, & in hac recte succedit capitulum sede vacante, iuxta supra dicta numero quadragesimo, & 41. sicut etiam, quando solum tollitur, † & remouetur obstaculum exemptionis, vt in clem. 2. de testament. & in clem. 1. de sepult. nam tunc reducimur ad ius commune Pauin. dict. quæst. 10. numer. 4. 49

50 Et aduerte, † quod quando verba (authoritate Apostolica) coniunguntur cum verbis, concedimus facultatem, non faciunt iurisdictionem delegatam, sed bene quando iunguntur, potestati faciendi, Pauin. d. qu. 10. n. 4.

51 A prædicta regula excipitur † collatio beneficiorum; nam capitulum sede vacante, non potest beneficia conferre, nec succedit in collatione beneficiorum cap. 2. ne sede vacante, & cap. vnico eodem titulo in 6. & cap. 3. de institutis, eodem lib. & hic est vnus, & præcipuus casus exceptus à dicta regula, ex rationibus adductis per glossam Abbas & alios in d. capit. 2.

numer.6.& in d.cap.cum olim numero secundo, glossam & Dd.in d.ca.1.de institut.in 6. Pauinum. 1. quæstione secunda par. Rebuff. in praxi titulo de deuolut. numero 88. & 90. Bermondum de concubinariis verb. à perceptione fructuum, Seluam. de benef. 2. part. quæstione vndecima, Corrasium 2.part.capit. 7. numero primo & secunda Rosiniacum capit.8. numero 9.& 10. Ioan. Nicol. Gine. in Enchir. beneficiorum titulo quarto, de generis spect.cap. primo numero 22. & quadragesimoseptimo, & Cuchum dict. lib. 2. tit. 9. à num.4.

52 Eademque ratione, non succedit † capitulum in præsentatione, seu electione, spectan. ad Episcopum, Pauin.5.q.2.par.sub n.3.& 4.& post alios Lambert. de iure patr.2.lib.q.2.art.4.Cirad. 6. par. quæst. 33.num.28.

53 Et procedit quamuis † Beneficiorum collatio ad Episcopum pertineat, iure deuoluto, Abb.in c.cum olim 1.dubit. & ibi Felin.num.3 Ioan. Monach. in cap.quamquam de electi.in 6. ad fin. Bald. in cap. ne pro defectu de electione. Rebuff. supra num.9. Corras. num.2. Cuchus d. titul. 9. num. 91.& Mar. Anton. Genuen.d.cap.58 eadem enim militat ratio, quamuis contrarium tenuerit Ioan. And.in d.cap.quamquam, & ibi Domin.& Francus num.4.& Abbas, in d.cap. 3 Zerola in praxi.1.par.verb.capitulum.§.5.& 2. eod. verbo.§.10.& Zechus de benef.& pensio.c.5. nu.5. circa fin. & quamuis in hoc non se resoluat Pauin. 2. q. 2.part.

54 Hæc autem exceptio † intelligitur in collatione libera non vero in confirmatione, & institutione, quæ sunt necessariæ & debitæ, nam capitulum sede vacante, electos iure confirmare potest d.c. cum olim, & instituere præsentatos d.cap.1.de institut. in 6. vt post alios docent Abb.in d.c.cum olim, sub num. 2. & in d.c.2.nu. 6. Archid. Domin.& Francus in d.c. 1. Pauinus 2.p.q.4.& 5 Rebuf. supra num.87. & 88.& Selua d.quæstione 21. num.6. & Corras. d.cap. 7. numero 2 & 3.

Vnde etiam collationes Beneficiorum † necessarias, capitulum sede vacante facere poterit, Rebuf. in concord.tit.de collatio. §. si quis vero, verbo disposuerit, ante fin. vers. 5. si collator. & in forma execut. verbo distulerit. post prin.& de nominatio. quæstione 8 numero 49. alias 50.& quæst.14.num.130. alias 78. & in praxi titulo de requisitis ad collationem bonam nu. 22. & tit.de deuolut. num. 85 Probus ad Monachum in cap.fin.de offic.vic.in 6.num. 5.& vt receptum tradit Hippol. Bonacossa lib.1.communium opinionum tit. 9. q.de praben.numero.13.& Ioseph Ludouicus titulo de beneficiorum collatione, conclusione vnica versiculo ampliatur 12. lib.3 communium opinionum, qui dicunt, quod capitulum sede vacante potest constituere vicarium qui poterit prouidere de beneficiis, quorum collatio est necessaria & Zechus d.cap.5.num.3.vers.9. filbr vbi ait, quod capitulum conferre non poterit, nisi collatio fuerit necessaria, vt in beneficio debito mandatario vel nominato, & nouissime post hæc Ioan. VVamesius consilio 2.9.& 267.num.secundo, & consilio 260.

56 Et ista sententia † videtur esse Millis in rep.verb. capitulum vacante sede potest iuncto §. sequenti versiculo sed contrarium dicit & Gemin per eum ibi relati & de mente Abbatis in d.c.cum olim, & in d.ca. 2. n.6. Archid. Gemin. ibi, & Franci in d. cap. de institut. in 6. hi enim dicunt quod capitulum potest facere institutionem & confirmationem, quia sunt necessariæ, & debitæ videntur sectire capitulum posse prouidere de beneficiis, quorum collatio est necessaria, & debita ad tradita per Aymon. de antiquitate temporis 4.parte.sectione materia ista numero 50. versiculo rursus considerandum est rat., videtur etiam esse † de mente Pauini.4. quæst. 2.par.num.8.& Cuchi d.titul 9.n.46 qui dicunt, capitulum sede vacan- 57 te posse postulationem admittere, dummodo nihil obiici postulato possit, quia non nititur mera gratia, sed iuris necessitatem habere videtur, per quam admissionem fit prouisio de beneficio, & tamen hoc non est iure in particulari expressum, idem ergo dicerent in collatione necessaria, & debita.

Idem etiam videtur tenere † Couarr.li.3.varia- 58 rum cap.20.numer.7.ad fi. ibi, quamuis non possit capitulum vacante sede beneficia libera collatione conferre: sentit ergo posse conferre necessaria collatione.

Nec obstat ratio Corrasij † qui contrarium tenet 59 d.2.part.cap.7.nu 5.& 4.part.cap.4.num.37. videlicet, quod hic casus lege expressus non sit, & in collatione beneficiorum, nunquam vacante sede succedat capitulum nisi vbi lege nominatum cauetur, d.ca.2. illa, ibi, cum nusquam inueniatur cautum in iure, quod capitulum vacante sede fungatur vice Episcopi, in collationibus præbendarum. Quia respondetur satis constare, quod iure cautum reperiatur, capitulum sede vacante † succedere in collatione beneficiorum necessaria, & debita in primis quia capitulum sede va- 60 cante succedit in omnibus necessariis, glossa in dict. clement.1.§.1.verb.capituli de hæret. communiter approbata, vt supra dixi nu. Rota decis. 6. de rerum permutatione in nouis num.1. Mill d.verb.capitulo vacante sede potest, & alij, & in omnibus, quæ sunt de iustitia, Archid.in cap.1.de maior. & obed. lib. 6. Bellam. cons.20.num.13 Rosiniacus d.cap.8.post princ.vers.decedente Episcopo, ibi, tot.atque iurisdictionem, & iustitia munia in omni negotiorum genere adscripto Episcopo peragenda plane absoluere. Secundo, quod † capitulū succedat in collatione, necessaria, deducitur ex d.c.cū 61 olim, de maior.& obed. ex quo constat, succedere in confirmatione electi, ea ratione, quia est necessaria, & debita vt explicant doctores citati supra, & eadē est ratio in collatione necessaria, & debita & sic idē ius debet esse l.illud ad l.Aquil. cum vulga.

Nec dicatur, † quod capitulum habet potestatem 62 conferuandi, quia hoc est specialiter in iure ibi expressum, nam cum Papa, ibi, in facti contingentia respondeat, nil nou decernit sed respondet prout alias de iure, & secundum illius regulas generales, ad cap.ex causis de re iudicanda. Tertio idem deducitur † ex. cap.1.de institut.lib. 6. vbi dicitur, quod & 63 si capitulum non possit beneficia conferre, præsentatos tamen potest instituere, & sic fit differentia inter collationem liberam, & necessariam, & non liberam, vt est illa quæ fit præsentatis, institutio enim dicitur collatio non libera Decius in l.si 121. nu. 1. Suarez.5.tom.disputat.14 sect.2. n.32 Neque † etiam 64 dici potest, quod capitulum habeat istam potestatem instituendi, quia hoc est in iure ibi expressum, nam ille textus non est exorbitans, nec inducit ius nouum, sed emanauit ad declarationem, vt ex contextura & tenore verborum illius constat, & tradit ibi glossa verb. si capitulum, & sequuntur Dd. ibid. quicquid dicat Lamb.1 par.1.lib.q.2.art.9.n.2 vers.similiter videtur.

Præterea † dato quod ille tex. esset exorbitans, & limitatorius, reg. quod capitulum sede vacante, 65 non potest Beneficia conferre, tunc in tracta reg. quod in exorbitantibus, seu exceptionibus quæ fiunt à regulis fit extensio de similibus ad similia, ex identitate, seu paritate rationis, glossa verbo marito in l.si constante, & ibi Dd.ff.soluto matrimonio, cap.cum dilecta de confirmatione vtili, & ibi Abb. 5 notab. & Decius, Cassad. decis.3.de iure patr.nu.3 & dec.7.de censu posse.n.19.& post alios plures Couarru lib.2.var. c.5.n.7.

66 Vnde cum sit † eadem ratio in collatione necessaria, & debita, quæ est in institutione, poterit capitulum sede vacante eam facere ex illo text. † & sic in Diœcesi Palentina, Burgen. & Callagurritana, & aliis, vbi beneficia sunt patrimonialia, & debentur filiis patrimonialibus [illegible] repertis, aut nominatis, vicarius capituli sede vacante illa conferet, quia ex constitutionib. synodalibus, seu consuetudine, vel aliis eis debentur, de quo etiam infra nu.89.

69 † & seq. de quibus beneficiis patrimonialibus agit Mandos.reg.19 de infirmis quæst. 15 Hoiedo de incompatibilitate benef.1.part.c.24.ex numero 86.& l. 11.12 & vigesima [illegible] lib.1.recopilationis, & ibi Acebedo, & noua sunt, & late Gonçalez glossa 9. §.1.

70 Et ad text.in dict.cap.illa,2. respondetur text. † ibi fitum, & alios, qui dicunt Capitulum Sede vacante, non succedere in collatione beneficiorum, procedere in collatione libera & gratiosa, eo quod illa, (cum sit quædam præeminentia,) propter liberalitatem, & gratiam, quæ in ea exercetur in dando cui libuerit, computatur inter fructus, quos Capitulum distrahere non debet, sed futuro Episcopo reseruare, ne ei præiudicium fiat; & est donatio quædam, quæ non censetur ei concessa, vt supra citati numer 51.& 2 quibus † rationibus (quæ non militant in collatione necessaria, & debita vt constat) satis ostenditur quod dicitur, in dict.cap.illa 2. & similibus solum procedere in collatione libera, & gratiosa, prout loquitur, ratio enim etiam coniecturata, limitat & restringit dictum ad eius limites, l.cum pater, §.dulcissimis ff. de legat 2.l.maunus §.aduerte ff.de iure patro. & post Abb.tradit Cassad. dec. 2. 4.& dec. 32.num.10.& decis.39.num.4 sup. regul. Et sic in collatione necessaria videtur manere firma reg. generalis supra posita, num.4.

71 Nec obstat alia ratio Corrasij de collatione, † quæ fit mandatario, quæ necessaria videtur, & tamen eam Sede vacante, Capitulum facere, nequit ex cap.ex te, de rescrip. quia id ex eo est, quod collatio ista fit ex iurisdictione delegata, in qua Capitulum non succedit, vt diat, & est dec. Rotæ 58. de concessione præbend. in antiquis. Quamuis Rebuffus in d.forma execut. verb. distulerit, & Zechus vbi supr. teneant Capitulum posse facere collationem mandatario, tanquam necessariam, & nouissime VVamesius supra.

72 Et contra † Corrasium facit quod ipse docet d.2. par. cap.8.num.2.ibi Cum tamen collatio non fit voluntaria, &c. cum Domin in c.fi.de officio Vicarii in sexto, contra Rotam decisione 43 in antiquis, quæ est prima de rerum permutatione, posse Vicarium Episcopi absque speciali mandato conferendi, conferre beneficia ex causa permutationis resignata, si potestatem recipiendi resignationes ab Episcopo habeat, quia tunc collatio non est voluntaria, sed necessaria, quia non possunt huiusmodi beneficia nisi permutantibus conferri, vnde tenet in Vicarium Episcopi ex generali commissione, transire collationem necessariam, & tamen strictior est potestas Vicarij Episcopi, quam Capituli Sede vacante, quod plura potest, quam vicarius Episcopi Pauinus 5.quæstione [illegible] secundo, & quæst. quarta, numero 5. part.1. Sbrotius de Vicario Episcopi lib.2.quæstione 15 num.6 de quo ap. seq. à numero 104.

Illa vero est collatio necessaria, † quæ est debita 73 certæ personæ, seu certo generi personarum, Rebuf. in praxi.tit.de collatione, nu.5.& d.quæst.14. de nominatio.n.131. alias 79 & seq. & aliis locis supracitatis, P. Gregor. de benef.c.49.num.3. Puteus decis.110.numero 3.lib.3.& decisione 215 libro 2.& decisione Abulensis Parochialis 14. Octobr.1594 supra adducta, capit.5. num.93.

Et sic non † bene loquitur Corrasi. in 4.p.c.4.n. 58. 74 dum ait, non videri sibi admodum tutum asserere, collationem quæ fit nominatis necessariam esse quādo concurrentibus pluribus eiusdem anni nominatis, possit Episcopus cui vult gratificare, &c. nam vt est dictum ad hoc, vt collatio non dicatur libera, sed necessaria sufficit, vel quod sit debita certæ personæ, vel saltim certo generi personarum. facit l.si quis ex familia.3.4.ff.de legat. 2.

Et ideo quando patronatus præsentasset † plures 75 æque idoneos, posset nihilominus Capitulum Sede vacante instituere, quem maluerit ex præsentatis, Pauinus 2. part. quæstione quarta, in fin.& quæstione quinta, numero secundo, & facit quod dicitur cap. seq. num.88.

Ex quibus infertur, quod si aliquod Beneficium 76 † seu Capellania, ex fundatione, & institutione conferendum sit certæ personæ, seu certo generi personarum, vt consanguineis fundatoris, &c. Poterit Vicarius Capituli Sede vacante illud conferre, quamuis non sit iuris patronatus, sed mere collatiuum, vt si fundator illud liberum reliquisset à iure patronatus, seu aliàs ius patronatus esset amissum. Et vbi esset iuris patronatus, & patronus non præsentasset in tempore, & ita post hæc tenet VVamesius dict.consil.250. vbi ait, quod beneficia quæ certæ personæ, seu certis personis in specie affecta sunt, possunt conferri à Cap. Sede vacante, licet secus cum in genere qualificatis personis collatio facienda est, vt magistris, &c.

Et idem erit, quando ratione optionis debetur † 77 Beneficium antiquiori optanti, quo casu, etiam non est libera collatio, sed necessaria, vt in cap.fi. de consuetu.lib. 6.& tradit P.Gregor supra numero 4.& d. decis. Abulen. parochialis poterit enim ab illo conferri, &c.

Secundo infertur verum esse † id quod dicitur in 78 fra 11.parte.4.n.81.

Tertio ex dictis prætendebatur in † causa mea 79 Abulen Parochialis de la Calzada hodie stāte Sacro Concilio Tridentino sess. 24. de reform. cap. 18. & constitutione Pij V. super collatione Parochialium, posse Capitulum, seu eius Vicarium, Sede vacante, conferre Parochiales, sed ipsa reseruatione, ex quo debent conferri magis idoneo reperto, seu electo, ex approbatis in concursu, quem Vicarius Capituli potest facere, vt apparet ex illa declaratione S. Congregationis Concilij Toletana adducta 9.par.cap.1.nu. 8. vbi dicitur, & sic hodie videbatur earum collatio necessaria iuxta dicta. Ad quod facit quod † ait Vgolinus de censur. tab. 2.cap.11 §.2.numer.4. quod hodie 80 ob concursum qui fit de beneficiis, quæ curam animarum habent, collatio libera non omnino videatur.

Rota † tamen 1. Februarij 1593. coram illustrissi- 81

mo D. Millino contrarium censuit ex opinione Corrasij vbi supra, quæ dominis magis placebat, & ex d. declaratione S. Congregationis Toletana, quæ decisio Rotæ sic se habet. *Regula quod Capitulum Sede vacante non potest beneficia conferre*, ca. 2. ne Sede vacante, cap. vnic. §. si vero eodem tit. in sexto, *Gemin.* in cap. primo sub numero quarto, de maioritate & obedien. in sexto, *afferebatur limitatio, ex Rebuff.* in praxi, titul. de deuolut. numero 84. & in tract. nominat. quæst. octaua, numero 30. *vt non procedat in collatione necessaria: & adducebatur simile de potestate instituendi & confirmandi, quæ transit in Capitulum, vti necessaria Abb.* in cap. cum olim sub numero 7. versic. sed in confirmatione, & institutione de maioritate & obedien. *Anchar. Gemin. Francus, & alij* in cap. 1. de institutio in 6. *& ex illa limitatione deducebatur, quod cum Parochiales ex dispositione S. Concilij Trid.* sess. 24. c. 18. *& constitutione S. memoriæ Pij V. sint conferendæ magis idoneis repertis, collationem esse de iustitia, & necessaria, & consequenter Capitulum Sede vacante potuisse conferre, vt de nominatis & graduatis, quibus ex concordatis beneficia debentur, tradit Rebuff.* in locis citatis. *His tamen non obstantibus domini censuerunt, collationem factam Nicolao Garsiæ à Capitulo fuisse inualidam. Ratio potissima fuit, quia iste casus in iure non reperitur expressus, & in collationibus Beneficiorum nunquam Sede vacante succedit capitulum, nisi in casibus à iure expressis,* cap. illa, ne Sede vacante, *Lambert.* de iure patron. libro 1. 9. artic. 2. quæstione princip. 1. part. 1. libr. numero secundo, *per quam rationem [illegible] proprius terminis, quod Capitulum Sede vacante non possit facere collationem necessariam, contra opinionem Rebuffi, tenet [illegible] Corrasius* in tract. de Sacerdot. 2. part. capit. septimo sub numero 4. & 5. *mouebat etiam maxime dominos, declaratio Congregationis Cardinalium, Sacri Concilij Trident. interpretum, quæ censuit Capitulum non solum non posse conferre Parochiales Sede vacante, sed neque etiam posse conferre in titulum [illegible] quod Capitulo erat permissum.* c. bonæ *vbi Abb.* num. 14. de appellatio. capite vlt. de statu Monach. *Abb.* in c. illa n. 4. ne Sede vacante aliquid innouetur. *Nec obstat opinio Rebuffi, quia dominis magis placebat opinio contraria, præsertim stante resolutione Congregationis, nec placuit simile de institutione, & confirmatione, cum Capitulum habeat istam potestatem, quia hoc est in iure expressum, Abb.* in d. cap. illa numero sexto. *Lambert.* in loco citato, versic. similiter videmus.

82 Et 8. Martij † eiusdem anni, coram eod. D. Millino domini steterunt in decisis.

83 Postea tamen † coram illustrissimo Cardinali Blancheto, domini magis ierunt in hoc, quod collatio Parochialium etiam hodie non sit necessaria, quia tota radicatur in mera voluntate Episcopi, qui potest abstinere ab illa, & permittere vt per lapsum temporis ius deoluatur ad superiorem, nec ad eam per alium cogi potest, vt apparet ex dec. supra adductis, c. 5. n. 92. & 94.

84 Quod fundamentum videtur magis iuridicum, † ex dict. constitutione Pij V. ex qua Episcopo non conferente Parochialem intra sex menses, eius prouisio libera deoluitur ad Papam, quamuis factus esset concursus, & etiam ex approbatis magis idoneus electus.
85 Vnde apparet approbatos in † concursu, aut etiam electum ex eis tanquam magis idoneum, non habere ius ad Parochialem, nec esse eis debitam absolute, vt sic collatio eius dici possit necessaria, sed solum Episcopum, si vult conferre, debere conferre vni ex approbatis in concursu, quem magis idoneum iudicauerit, & elegerit, iuxta formam Concilij ibi, cui facto suo subijcitur, vt dicitur *in dict. decisio. secunda* coram Domino Blancheto.
Si enim approbati † 86
in concursu, aut etiam magis idoneus electus, haberent aliquid ius ad Parochialem, & eis deberetur absolute, vel non fieret deuolutio iuxta dicta infra 10. *part. cap. quarto à numero primo*, vel fieret cum eadem qualitate, & onere, ex Rebuff. *dict. titul. de deuolut. numero* 40. 41. & 42. & Corrasio. 4. *part. capitulo quarto, numero* 16. & dictis infra d. 10. *partic. cap. tertio, numero* 42.

Et ita in causa Salamantina Parochialis † de Gaia- 87
tes, 1. Decemb. 1578. coram D. Brauo quæ est *decisio.* 442. *part. 1. diuersorum, numero quarto*, dicitur, collationem Parochialis vacantis, sede Episcopali vacante in mense Ordinarij, de iure reseruari successori Episcopo, & sic Ducem Albanum virtute sui indulti, de quo supra *cap. primo, numero* 631. non potuisse præsentare ad Parochialem vacantem, Sede Episcopali vacante in mense Septembris, &c. Quamuis hodie, cum omnia † beneficia vacantia Sede vacante, 88
sint reseruata ex *reg. 2. Cancellariæ* vt dixi *dict. cap. 1. à numero* 121. poterit Dux præsentare ad Parochiales, & alia Beneficia vacante Sede Episcopali, vacantia in quocunque mense, vt *in dict. cap. primo, numero* 850.

Et ita etiam in terminis beneficiorum patrimo- 89
nialium, † tenuit postea Rota in vna Calagurritana beneficij de Ascarça 17. Maij 1596. coram Dom. meo Cordona, vt in decis. sequen. *Fuit resolutum, Capit. Ecclesiæ Cathedr. Calagurritanæ non habuisse facultatem conferendi beneficium, de quo agitur, Sede Episcopali vacante,* cap. illa ne Sede vacante, *& ibi Doct. Gemin.* in cap. 1. numero 4. de maioritate & obedien. in sexto, *Rebuff.* in praxi titul. de deuolut. numero 70. & 71. *quia non succedit in iuribus Episcopi, nisi in casibus à iure expressis, Abb.* in capitulo secundo numero tertio, ne sede vacante, *nam cum hæc sit regula prohibitoria, omne id intelligitur esse expresse prohibitum, quod specialiter non est permissum.* l. 1. §. si quis hoc interdicto, de itinere actuque priuato. cap. audiitis *vbi Abb. Felin. & cæteri* de præscript. *Rom.* consil. 157. numero 19. libro primo. *Alexand.* in l. si conuenerit. numero 4. de re iudicat. *Paris.* consilio 112. numero 51. libro 1. *Nec obstat, quod Capitulum succedat in iurisdictione, vacante sede,* cap. cum olim de maioritate & obedientia, *quia iste actus receptionis, est similis collationi, & tanquam maximus debet successori reseruari,* dict. cap. secundo, ne sede vacante, cap. vnic. §. sin eodem titulo in 6. *Minus refragatur, quod iste non sit casus liberæ collationis, cum sit recipiendus ex filijs patrimonialibus, qui in concursu magis idoneus fuerit iudicatus, quia non propterea pertinet ad Capitulum, tanquam collatio necessaria, illa etiam necessaria collatio dicitur in proposito, ad quam Episcopus tenetur, & potest compelli, & quæ incipit à tertio vt à patrono, non autem quando totus actus dependet ab illius potestate, prout electio, & institutio magis idonei, quemadmodum resolutum fuit in illa Abulen. Parochialis* 22. *Iunij* 1594. *coram illustrissimo Blancheto, vt in præsenti contingit, cum de illo tempore, nullus beneficiatus adesset in illa receptione Ecclesiæ, qui electum reciperet. Vnde iudicatus dignior per Ordinarium instituendus erat, iuxta constitutiones illius diœcesis, quæ cum istam facultatem instituendi solis Ordinarijs tribuant, dato nullus, quod iste actus iustitiæ, & iurisdictionis sit, tamen eo Capitulum sede vacante non succedit, cum in illo nullam cum Episcopo communionem* ha-

beat, ad tradita per Abb. in d. cap. cum olim penult. versi. 5. dubitatum, de maioritate & obedien. *maxime in materia prohibitiua collationis ad Feli.* in d. cap. cũ olim num. 5. *vbi ex supradictis valet, quod licet collatio iure deuoluta existimaretur, tamen Capitulum vacante sede in eo non succedit, sed Episcopo ratione honorificentiæ reseruatur.* Refert & sequitur Gonçalez *gloss. 9. §. 1. n. 77. & gl. 45. num.* 20.

Sed cum filius patrimonialis, in concursu magis
90 idoneus iudicatus † habeat ius ad beneficium, & ei absolute debeatur, sicut præsentato, ita vt Ordinarius possit per superiorem compelli vt ei conferatur, seu ab eo appellari iuxta dicta infra d. 10 *par. ca.* 4. *num.* 5. & 9. videtur collatio vere necessaria, & de iustitia, & consequenter in ea succedere Capitulũ sede vacante, & esse longe diuersum ac in Parochialibus. Et in materia collationis necessariæ, & iustitiæ, appellatione Ordinarij venit Capitulum vacante sede, sicut etiam venit Vicarius Episcopi. Quamuis ad effectum vt intret alternatiua, & indultum Cardinalium dicatur libera collatio, cum fiat sine præsentatione, & interuentu alterius vt supradictum est c. 1. n. 476. id tamen non procedet stante *reg. 2. Cancellariæ*, reseruatoria beneficiorum vacantium sede Episcopali vacante de qua supra ca. 1. *à num.* 121. in qua includuntur etiam beneficia patrimonialia, quæ prouidentur per Episcopum absque alterius præsentatione, vel electione, nisi adsit indultum in contrarium iuxta supradicta d. c. 1. *à nu.* 559. & 565.

Alter casus exceptus à prædicta reg. *num.* 4. † po-
91 sita, hodie est ex S. Concilio Trid. *sess.* 7. *de reform. cap.* 10. ex quo non licet Capitulis Ecclesiarum sede vacante, infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam, aut literas dimissorias, seu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis dispositione, quam etiam cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis vigore, alicui beneficij Ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione, arctatis non fuerit, concedere. & si secus fiat Capitulum contrauenieus Ecclesiastico subiaceat interdicto, & sic ordinati si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant, in maioribus vero, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri Episcopi sint ipso iure suspensi, ita Concilium *ibi, & in c.* 10. *sessione* 23. *de reform.* pœnam istam impositam iis, qui contra decretum à Capitulo Episcopali sede vacante literas dimissorias impetrant, ad illos qui eisdem literas non à Capitulo, sed ab alijs quibusuis in iurisdictione Episcopi loco Capituli sede vacante succedentib. obtinerent, mandat extendi, concedentes autem dimissorias contra formam decreti, ab officio, & Beneficio per annum sint ipso iure suspensi, & notant Mayolus *de irregularitate libro quarto, cap.* 2. *numero* 3. Salcedo *in Practica*, Bernard. Diaz *cap.* 26. *verb. sine licentia.*

Et ex Bulla Sixti V. contra male promotos, † or-
92 dinati cum literis dimissoriis, seu licentia Capituli sede vacante contra d. decretum, erant absolute ipso iure suspensi, & absolutio Rom. Pontifici reseruata, sed illa iam per Clem. VIII. ad terminos sacrorum Canonum, & dispositionem S. Concilij Trident. adducta est, vt dictum est sup. 2. *par. cap. vltim. num.* 70.

Et super *d. c.* 10. *sess.* 7. S. Congre. eiusdem † Con-
93 cilij fecit declarationes sequen. Prima, *post annum sedis vacantis, Capitulum literas dimissorias, & facultatem ordinandi concedere potest in Ecclesia vacante, iuxta ipsum Concilium Trident.* Secunda, *Concilium Prouinciale statuere non potest, vt Capitula non remittant ordinandos ad alios quam ad comprouinciales Episcopos, nisi ad fuerat ex rationabili causa pro correctione scilicet Prouincia* 15. *Martij* 1586. Tertia, *an Concilium Prouinciale possit restringere potestatem Capitulis hic tributam, scilicet vt non concedant post annum literas dimissorias, ordinandis ad titul. patrimonij, vel pensionem. Respon. in hac re obseruandum esse cap.* 2. *sess.* 21. de reform. *quod docet, obtinentes patrimonium, vel pensionem, non promouendos, nisi Episcopus pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum iudicauerit eos assumendos esse.* Quarta, *Capitulum sede vacante post annum non arctatis concedere dimissorias ordinandi ad titulum patrimonij, seu pensionis, non posse Congregatio respondit, sed hanc facultatem esse reseruatam iudicio proprij Episcopi.* Sed aduerte hoc non videri receptũ, saltem in Regnis Castellæ.

Quinta, *Capitulum sede vacante potest concedere licentiam extero Episcopo, exercendi Pontificalia in eorum Ecclesijs, & ordines conferendi, tam clericis illius diœcesis, quam exteris habentibus literas Episcoporum suorum, iuxta formam huius decreti,* vide Puteum *dec.* 407. *lib.* 1. Nauar. *consil.* 44. *de temporibus ordinat.* qui id tenent.

Sexta, *Congregatio censuit textum hunc non comprehendere primam tonsuram, & in minoribus ordinib. constitutos non suspendi.*

Septima, *Hoc caput censuit Congregationem non procedere in infligendo solum charactere primæ tonsuræ.* Octaua, *Vicarium Capituli sede vacante, infra annum potest concedere literas dimissorias ad primam tonsuram, ei qui est præsentatus à patronis laicis, ad beneficium Ecclesiasticum iuris patronatus ipsorum, vt illud obtinere valeat.* Nona, *ibi, si in minoribus,* &c. *ad minores ordines si promotus potest in susceptis ordinibus ministrare, & beneficia obtinere, non autem priuilegiis clericis concessis gaudere.* Decima, *An Episcopo existente hæretico, facultas concedendi dimissorias pertineat ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ. Resp. Ad Capitulum pertinet, si Episcopus sit notorie hæreticus.* 1588. Vndecima, *An eo casu, quo Capitulum potest concedere dimissorias, si Canonici propter hæreses dispersi sunt, & nequeat conuenire sine difficultate, sufficiat habere literas dimissorias ab vno aliquo ex Canonicis Cathedralis Ecclesiæ. Respon. sufficit habere literas dimissorias à residentibus Capitularibus, etiam si vnus duntaxat resideret.*

Duodecima, *An ordinatus sufficiat sine dispensatione vel dimissoriis, adire pro suscipiendis ordinib. ad vicinum rem Episcopum, seu Metropolitanum. Resp. Non adeundum vicinum, neque Metropolitanum, sed adeundam Sedem Apostolicam.*

Sed hic est graue dubium, † an d. decretum Cõ- 94
cilij comprehendat primam tonsuram, ita vt Capitulum, seu vicarius sede vacante, non possit infra annum dare dimissorias etiam ad primam tonsuram. Et videtur non comprehendere *ex d. declaratione* 6. & 7.

Nihilominus verius videtur contrarium, † nam 95
Concilium *in d. cap.* 10. *in princip.* generaliter & absolute dicit, quod non liceat Capitulis infra annum ordinandi licentiam, aut literas dimissorias, seu reuerendas concedere, & ita tenent Nauarr. *consil.* 27. *de temporibus ordinat.* & Fr. Man. Rodriguez qui cum sequitur *in sum.* 2. *tom. cap.* 14. *num.* 6. vbi docent non posse Capitulum sede vacante dare dimissorias, ex-

tum ad primam tonsuram, & consequenter cum intra annum non reperietur, quo ad hoc ordinarius, non potuisse quem, cui Nuntius Hispaniæ dedit dimissorias, vt posset Ordinari ab aliquo Antistite, cum testimonio idoneitatis à prouisore accepto, ordinari prima tonsura virtute illarum, cum testimonio prouisoris Capituli sede vacante, quamuis Nuntius scuisset esse sedem vacantem, ex *cap. 8. sess. 23. de reformatione, &c.* idem tenet Mar. Anton. Genuen. *capit. 85. numer. 15.* & ita communiter intelligitur & practicatur, & videtur colligi ex *declaratione 1.* quæ loquitur in arctato ratione beneficij recipiendi.

96 Nec obstat *declaratio* † *6. & 7.* quia intelligitur, quod dict. decretum non comprehendat primam tonsuram, quod ad pœnas ibi impositas contra ordinatos, quia eas solum imponit contra ordinatos in minoribus, & in maioribus ordinibus, & appellatione minorum ordinum, secundum communem vsum loquendi, particulariter Concilij, solum intelliguntur quatuor minores, & non prima tonsura, quæ ab illis condistinguitur, vt apparet ex Concilio *sess. 23. c. 4. 5. 6. 10. & 11.* licet etiam prima tonsura sit & dicatur ordo, vt dicetur infra *7. par. cap. 1. à numero 2.*

97 Secundo est dubium, quomodo sint intelligenda † illa verba Concilij *dict. capit. 10. sessio. 7.* de arctatis occasione beneficij Ecclesiastici recepti, siue recipiendi. Et quidem clarum est, illos dici † arcta-
98 tos occasione beneficij recepti, qui obtinent aliquod beneficium, ratione cuius tenentur se promoueri facere, vt qui obtinet Parochialem Ecclesiam est arctatus ad Sacerdotium intra annum, & qui obtinet Canonicatum ad ordinem illi annexum, Et idem est in aliquibus beneficiis, seu Capellaniis, requirentibus ex institutione seruitium personale, seu aliquem ordinem.

99 Difficultas est, † qui dicantur arctati occasione beneficij recipiendi. Et credo illos dici arctatos occasione beneficij recipiendi, qui habent ius, seu sunt vocati ad aliquod beneficium vacans, seu Capellaniam, quod tamen requirit actu certum ordinem, quo illi carent, hi nimirum videntur arctati ad talem ordinem, occasione beneficij recipiendi. Ita P. Ledesma *in sum. de Sacram. ordinis c. 8. 3. conclus.* Ille et-
100 iam videtur arctatus occasione beneficij † recipiendi, qui cum non sit ordinatus prima tonsura, est præsentatus ad beneficium, vt *in d. declaratione* 8. de qua vide infra *7. par. c. 1. n. 30.*

101 Electus vero in concursu † ad beneficium curatum, cuius collatio facienda est à Papa non potest interim dici arctatus, nec occasione beneficij recepti, quia illud tunc non habet nec occasione beneficij recipiendi, quia non requiritur actu Sacerdotium &c. & idem erit in præsentato ad aliquod beneficium, seu Capellaniam, habens annexum certum ordinem, ad quem illud obtinens tenetur se facere promoueri.

102 Preterea non dicitur arctatus occasione † beneficij recipiendi, is cui aliquis vult resignare aliquod beneficium requirēs actu ordinem quo ille caret, hoc enim est mere voluntarium, &c.

103 Rursus aduertendum est, Nuntio Hispaniarum solere † inter alias dari facultatem. *Licentiam tribuendi quibuscunque in ætate legitima constitutis, & aliàs ad id idoneis Sacerdotali militiæ asscribi volentib. qui competenter beneficiati & arctati fuerint, vt ad omnes etiam sacros & Presbyteratus ordines, à suo ordinario, vel cum eius de eo ad Vicario, sui testimonio, à quocunque alio maluerint Catholico Antistite, gratiam & communionem Apostolicæ sedis habente, extra Romanam Curiam, & in propria diœcesi residente tribus, etiam Dominicis & aliis festiuis, extra tempora à iure statuta ad sacros etiam Presbyteratus ordines promoueri, & in illis promoti, etiam in Altaris ministerio ministrare possint.* Ita in facultatibus Cæsaris Speciani Nuntij Sixti V.

104 Ex quibus apparet, † Nuntium Hispaniæ non posse etiam sede aliqua Episcopali vacante dare dimissorias, nisi competenter beneficiatis, & arctatis, & sic in casibus in quibus Capitulum sede vacante non potest dare dimissorias, nec ipsum Nuntium posse, quicquid dicat P. Ledesma supra *tertia difficultate,* quamuis hoc male fuerit seruatum annis præteritis.

105 Et quamuis alias, † possit quis promoueri cum literis dimissoriis Legati de latere, vt tradit Iacob. de Graffiis *in decis. aureis casuum conscien. lib. 4. cap. 27. n. 27.* tamen id est intelligendum, modo eius probitas, & mores testimonio sui ordinarij commendentur, ex decreto Concilij *sess. 23. capit* 8. ad quem effectum, non dicetur ordinarius intra annum Capitulum, seu eius Vicarius sede vacante, respectu eorum qui non sunt arctati, vt per Nauar. & Manu. Rodriguez *supra.*

Cap. VIII

De Vicario Episcopi.

SVMMARIA.

De Vicario Episcopi an possit beneficia conferre, numero 1.

Vicarius Episcopi debet esse clericus saltim prima tonsura, nam laicus Vicarius esse non potest, n. 2. Nec clericus coniugatus, n. 3. Nec bigamus, nisi fuerit dispensatus ad ordinem susceptum, etiam soluto matrimonio num. 4.

Nec qui fuit Iudex maleficiorum, & protulit sententiam mortis potest esse Vicarius, etiam si postea, vel antea sit factus clericus, quia est irregularis, & sic incapax iurisdictionis Ecclesiasticæ secundum Felin. & alios, nu. 7. Sed improbatur illa sententia nu. 8. Non solum quando commissio fuit facta ante irregularitatem incursam, sed etiam quando post, nam etiam facta irregulari, est valida, excepto casu de clerico coniugato, seu bigamo, &c. n. 9.

Hodie in his Regnis Castellæ & Legionis, officialis seu prouisor, vel Vicarius generalis, seu Iudex Ordinarius Episcopi, vel alteram, iurisdictionem Ecclesiasticam obtinentis, debet esse constitutus in sacro ordine, alias deputatio, & electio est nulla, n. 10. Ex breui Clementis VIII. cuius tenor ponitur, n. 11.

Illud breue comprehendit etiam Vicarios & prouisores ad præsens existentes, n. 12.

Sed non videtur adhuc ligare ex defectu publicationis, quia non publicatum, sed solum intimatum Episcopis aut etiam prouisoribus, & ad hoc vt lex, seu constitutio liget, necessarium requisitum est, quod solemniter edatur & publicetur, & ante publicationem non ligat, etiam data scientia, numero 13. & 14. Quod procedit etiam stante clausula decreti irritantis numero decimo quinto & 16. vbi ponitur decisio Rotæ, & in ipso breui ad sic mandatur executoribus, quatenus solemniter publicantes faciant obseruari, quæ publicatio saltem debet fieri in curia Regis, vbi Nuntius residet numero 17. & 18. neque intimatio facta Episcopis aut Vicariis potest dici publicatio, &c. numero 19.

De Vicario Episcopi qui sunt videndi, n. 20.

Vicarius sicut Episcopus Ordinarius est nu. 21. & idem est in Vicario Capituli sede vacante, nu. 22. quamuis esse delegatum teneant aliqui relati, n. 23.

Non tamen ex eo est Ordinarius, quod lex det huiusmodi iurisdictionem Vicario, nam verius eam accipere ab Episcopo eum deputante, n. 24. sed ex eo quod iuris permissione, & consensu, ab Episcopo constitutus, vt eorum locum teneat, &c. num. 25. qua ratione idem est dicendum in Vicariis seu locum tenentibus prælatorum, num. 26.

Id limitatur primo, vt procedat in Vicario generali, qui facit vnum consistorium cum Episcopo, &c. nu. 27. & ideo ab eo non potest appellari ad Episcopum & potest esse delegatus Apostolicus n. 28. Secus in foraneo, quem Episcopus in aliqua loco, seu parte diœcesis constituit, vel ad certas alias seu causas, quia dicitur delegatus, nec facit vnum consistorium cum Episcopo, & ab eo appellatur ad Episcopum, nec potest esse delegatus Apostolicus, n. 29.

A Iudice Metropolitano Archiepiscopi Compostellani, residente in ciuitate Salamantina, tanquam Vicario foraneo, potest appellari ad Archiepiscopum ex Rota num. 30. Nec is potest esse Delegatus Apostolicus, vel Nuntij, seu Legatus, n. 31.

Reprobatur sententia Germonij, tenentis à Vicario foraneo ad Episcopum appellari non posse, n. 32.

Reprobatur doctrina Sbrozij dicentis non dari appellationē ad Episcopum à sententia Vicarij generalis constituti in ciuitate tantum, n. 33.

Reprobatur doctrina D. Anton. Syluestri & Cuchi, dicentium Vicarium foraneum esse ordinarium, & idem consistorium cum Episcopo, si ad vniuersitatem causarum sit deputatus, nu. 34. Solum dici potest delegatum ad vniuersitatem causarum, esse instar ordinarij, seu quasi ordinarium, & ideo subdelegare posse, numero 35.

Vicarius, quem ponit Archiepiscopus Toletanus in ciuitate Toletana, non videtur Vicarius generalis, & principalis, si non est positus cum potestate generali ad totam diœcesim, nec etiam Vicarius Matriti, nec Compluti, cum vt sint positi ad totam diœcesim, nec in ciuitate vbi est sedes, & consequenter non possunt esse iudices Apostolici, nec expedire literas dispensationum, & alias directas officiali Toletano, & si illi essent Vicarij generales, & principales, non posset ab eis appellari ad consilium Archiepiscopi, num. 36. Nec Vicarius Compluti, & Matriti, dicuntur commissiones, saltim à Papa, (quicquid dicat Flores.) sed directæ officiali Toletano eis præsentantur per errorem, numero 37.

Reprobatur Flores, dicens quod si Vicarij positi in dict. Oppidis essent aeque principales, (prout erant Vicarij quos habebat Episcopus Palentinus, Vallisoleti, & Valentia) essent capaces etiam de rigore iuris dictarum executionum, &c. n. 38.

Tunc tantum Vicarius generalis positus in oppido diœcesis esset principalis, quando in ciuitate non est alius Vicarius generalis, &c. n. 39.

Secundo illud limitatur, vt procedat in his quæ veniunt ex generali commissione, secus in his quæ requirunt speciale mandatum, & specialiter committuntur, quia in his Vicarius erit delegatus, & sic appellabitur ab eo ad Episcopum, n. 40. Quando ista separatim committerentur, alias secus, n. 41. & 42.

Quando separatim committuntur, quæ requirunt speciale mandatum, non erit tota iurisdictio ordinaria, etiam si in commissione fiat mentio Vicariatus, nisi quando diceret, quod potestatem alias commissam extendit, vel ampliat, n. 43. & 44.

Reprobatur sententia Lupi & aliorum, quod siue insimul, siue in diuersis temporibus, fiat commissio specialis alicuius, vel aliquorum requirentium speciale mandatum & addatur clausula generalis, nempe (& ad omnia alia requirentia speciale mandatum) tunc tota iurisdictio erit ordinaria, n. 45.

Vicarius Episcopi, quæ sunt meræ gratiæ expedire non potest, nu. 46. vnde ex generali mandato dispensare non potest n. 47.

Sic in terminis Concilij Triden. sess. 24. de refor. cap. 6. non poterit Vicarius generalis Episcopi dispensare in irregularitatibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, quamuis Episcopus possit illi committere eam facultatem, etiam in genere, &c. nu. 48. & 49.

Sic etiam Vicarius generalis Episcopi, non potest remittere denuntiationes ad matrimonium requisitas, nisi ei specialiter sit commissum, nam in materia dispensationis, quæ est, sub appellatione ordinarij, non veniunt, nec alias comprehenduntur, & etiam sub nomine Episcopi continentur à n. 50. Quamuis contra teneant aliqui relati, n. 54. & n. 55. refertur decretum concilij Prouincialis Toletani, & Mediolanen. & n. 61. declaratio S. Congregationis.

Commendatarius & alij Prælati inferiores, habentes quasi Episcopalem iurisdictionem, etiam exempti, & nullius diœcesis, non possunt remittere denuntiationes ex declaratione Papæ & Sanctæ Congregationis contra Nauarr. & alios, quorum doctrina videbatur satis conformis literæ Concilij, & practicatur in Hispania, à nu. 56. Quæ declaratione stante, in huiusmodi locis, pro remissione denuntiationum recurrendum erit ad Episcopum, in cuius diœcesi, seu intra cuius fines est locus, & sed non constet ad vtramiorem, vt alias circa ordines, n. 59. & 60.

Reprobatur sententia Menochij & Cephali, quod Episcopus non possit, etiam specialiter, mandare eius Vicario facultatem remittendi denuntiationes, numero 62.

Quæ sunt iustitiæ & necessitatis, expedit Vicarius, & etiam ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, non tamen sapiunt gratiam, numero 63. & sexagesimo quarto. Et regulariter Vicarius omnia potest quæ Episcopus, n. 65. & potest omnia exceptis prohibitis, seu quæ requirunt mandatum speciale, n. 66. Et quæ sint illa quæ requirunt mandatum Vicarij speciale remissione, n. 67.

Si in mandato exprimitur aliquid requirens mandatum speciale, adiecta clausula generali, (& ad omnia alia) etiam si mandatum exigant speciale, poterit Vicarius etiam alia facere, quæ requirunt mandatum speciale, n. 68. dummodo non sint grauiora, vel maiora expressis, n. 69.

Post expressum aliquod requirens speciale mandatum, non sufficeret dicere, & generaliter ad omnia alia, nisi addatur, etiam si mandatum exigant speciale, num. sexagesimo, nec contrarium valuit aliqua Rota, quæ præcipue fundatur in verbo, Largo modo, numero 91.

Clausula cum libera, vel cum plena potestate, inducit

mandatum speciale, n. 72. ubi ponitur decis. Rotæ, et tunc requiratur expressio aliquorum specialium, contra Sbrotium, n. 73.

Clausula quod possit omnia, quæ dominus facere posset, importat mandatum cum libera, n. 74.

Clausula, quod promittit habere ratum & firmum quicquid per procuratorem factum fuerit, non inducit mandatum cum libera, n. 75.

An si Episcopus daret Vicario mandatum generale, ad omnia, excepta collatione beneficiorum, seu alia re requirente speciale mandatum, per hanc exceptionem veniant alia requirentia speciale mandatum, à n. 76. ponuntur sententiæ DD. affirmatiua & negatiua, & resoluitur distinguendum esse, an detur tale mandatum, non dicendo ad omnia quæ ipse constituens facere posset, seu potest, excepta &c. sed dicendo, ad omnia excepta tali re, &c. & tunc procedit sententia negatiua, alias procedit sententia affirmatiua.

Vicarius, sine speciali mandato, non potest conferre beneficia n. octuagesimo, cum collatio beneficiorum sit quædam donatio, quæ non venit in generali concessione, seu mandato etiam cum libera, & in generali concessione non veniant illa quæ non esset quis in specie verisimiliter concessurus, n. 8[1].

Eadem ratione, non potest Vicarius sine speciali mandato, præsentare ad beneficium pertinens ad præsentationem Episcopi, n. octuagesimo secundo. Imo data potestate conferendi, non posset præsentare, nisi esset adiecta clausula generalis contra Lamber. n. octuagesimo tertio.

Vicarius poterit confirmare electos & instituere præsentatos, quæ sunt necessitatis, & iustitiæ, n. 85 contra Rebuffum, & Zecchum relatos, numer. 86. & ita censuit S. Congreg. Concilij in declaratione Abulens. posita num. 87.

Id procedit, etiam si esset locus gratificationi inter plures præsentatos, æque idoneos, nam adhuc potest Vicarius instituere, numero 88. & ponitur decis. Rotæ.

Dicitur in d. declaratione si non habeat Vicarius mandatum limitatum, sed generale, quia cum Vicarius accipiat potestatem, ex commissione Episcopi, potest Episcopus aliqua sibi reseruare, quæ alias venirent in generali mandato, & illi interdicere, ne de aliquo negotio se intromittat, n. 89.

Contra d. resolutionem & d. declarationem S. Congregationis obiicitur alia declaratio contraria, n. 90.

Secundo obiicitur quod alias in simili de excommunicationibus ad finem reuelationis S. Cong. censuisse videtur, ita demum à Vicario generali Episcopi posse decerni, si ad id habeat speciale mandatum, n. 91. ubi ponuntur declarationes.

Primæ obiectioni respondetur, quod esto d. declaratio sit certa, standum est declarationi Abulen. cum sit posterior, nec de eius certitudine possit dubitari, &c. numero 92.

Secundæ poterat responderi, requiri ibi speciale mandatum propter verba maxime fortia expressa & geminata, quibus concilium reseruat Episcopis facultatem decernendi dictas excommunicationes, n. 93. Sed verius est, Vicarium generalem posse decernere dictas excommunicationes sine speciali mandato, etiam stante Concilio, & ita censuit S. Congregatio, ut in declarationibus quæ adducuntur, & respondetur ad declarationes in contrarium adductas, à n. 94.

An sicut Vicarius Episcopi, sine speciali mandato potest instituere, ita etiam possit iudex causæ delegatus, numero 100. Resoluitur non posse, sed solum pronuntiare esse instituendum, & ad Clem. ut lite pendente rescript. quæ habet etiam locum in gratia commissa ordinariis in forma dignum, respondetur, quod solum procedit in auditoribus Romanæ Curiæ, à numero 101.

Nihilominus contrarium seruatur in praxi, an semper videamus delegatos à N. nunc facere collationem, & institutionem, quæ praxis videtur posse, aliquo sustineri ex clausulis, commissionum cum incidentibus, &c. n. 103.

Poterit etiam Vicarius conferre Beneficia ex causa permutationis resignata, si potestatem recipiendi resignationes ex causa permutationis ab Episcopo habeat, quia illa collatio non est voluntaria & libera, sed necessaria, n. 71. & sic posset etiam conferre beneficia nominatis, & facere aliam quamlibet collationem necessariam, quamuis aliqui contra teneant, non tamen poterit (etiam hodie stante concilio) conferre parochiales, &c. à n. 104.

Si solum haberet facultatem admittendi resignationes, non addito etiam ex causa permutationis, non posset Vicarius admittere resignationem ex causa permutationis n. 110. Quamuis P. de Perusio contrarium videatur velle n. 111.

Vicarius speciale mandatum habens, sine dubio confert beneficia, etiam liberæ collationis, n. 112. ubi quæ sunt videnda de hoc.

Quod dicitur speciale, debere esse mandatum conferendi, intelligitur ut non tamen ad certa beneficia vacatura, vel ad conferendum certis personis sit, hoc enim non valeret, sed solum exprimi debet, quod facultas ei datur conferendi beneficia, debet tamen esse generalis, n. 113. Generalis tamen est, si data esset ad conferre. Beneficia certi loci, seu certæ partis diœcesis, dummodo ibi sint plura beneficia, aut ad conferendum beneficia in certis mensibus vacantia, aut beneficia simplicia aut curata tantum, aut beneficia certi valoris, aut vacantia tali modo, n. 114.

Sufficit ad conferendum habere mandatum generale, cum libera seu cum clausula, (quod possit omnia facere) quæ posset constituens secundum Bart. Paulum & Ferretum contra Flam. Parisi. à n. 115. Sed verius videtur, ad conferendum non sufficere tale mandatum, etiam cum libera, n. 118.

Episcopus non potest dare facultatem conferendi beneficia, si Vicario suo seu offi. tali generali, n. 119. Et debet esse Vicarius generalis, non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, nam Vicarius generalis ita tantum dicitur à n. 120.

Sed verius est sufficere quod sit generalis Vicarius in spiritualibus tantum, sub etiam in [illegible] collationis beneficiorum, n. 122. Nam & Vicarius Episcopi in spiritualibus, dicitur generalis, & ei literæ diriguntur, & possunt causæ committi per rescriptum Apostolicum, &c. Bonifacium & Paulum, numer. 123. & seq.

Sufficeret esse Vicarium generalem certi loci, ut posset ei committi facultas conferendi beneficia illius loci, licet alias non sit Vicarius generalis, n. 125.

Poterit Vicarius habens facultatem conferendi beneficia, illa conferre, etiam extra diœcesim, sicut Episcopus potest, n. 126 contra Bald. Barbatiam, & alios relatos, n. 127. Nam iurisdictio voluntaria, cuius est collatio beneficiorum, exerceri potest extra territorium, etiam si sit delegata, seu concessa ab inferiore à Principe, n. 128. & seq. & n. 130. respondetur ad l. 2. vers. apud Legatum, de offic. proconsulis.

Non

Non solum confessores ordinarij, ut parochi, possunt audire confessiones subditorum extra parochiam, seu diœcesim, sed etiam delegati, n. 131. Quod tamen hodie stante Concilio intelligitur, dummodo ipsi delegati sint approbati in diœcesi, in qua audiunt huiusmodi confessiones, nec sufficit approbatio alterius Episcopi, contra aliquos, à n. 132.

Quamuis interesse matrimonio non sit propriè actus iurisdictionis, & ideo matrimonium contractum coram parocho excommunicato, denuntiato, vel notorio, vel alio sacerdote de eius licentia valet, &c. tamen cum reducatur ad iurisdictionem voluntariam, non solum proprius parochus alicuius contrahentium potest assistere matrimonio valide, & licite, in aliena propria parochia, seu diœcesi, sed etiam priuatus sacerdos de licentia parochi, &c. ex Congreg. Concil. à numero 135.

An sicut collatio beneficiorum potest fieri extra diœcesim, possit etiam fieri institutio præsentati, seu confirmatio electi, à num. 138. referuntur sententiæ DD. & resoluitur cum Lamber. quod si proceditur iudicialiter, & cum causæ cognitione, vel in forma iudicij, non potest fieri extra territorium, nec causæ cognitio, seu processus, nec institutio, vel confirmatio, si sit in sententia, nisi de consensu iudicis loci, & partibus non contradicentibus, quamuis lata sententia intra territorium de instituendo, institutio ipsa posset fieri extra: si vero discussio negotij esset extraiudicialis, & absque strepitu, & forma iudicij, totum potest fieri extra territorium, &c.

Non poterit Vicarius conferendi beneficia facultatem habens, ipsi Episcopo, etiamsi alias esset capax, beneficium conferre cum una persona, seu unum corpus censeatur, ideoque dato vicario conferente inhabili, ad Episcopum non fiat deuolutio, quando conferret ut ordinarius, non ut delegatus, &c. numero 143. & seq.

Substitutus à Vicario habente potestatem substituendi, potest Vicario substituenti conferre, quia substitutus censetur ab ipso Episcopo constitutus, & iure Episcopi confert, non Vicarij, n. 145. sicut procurator substitutus, potest præsentare procuratorem substituentem, n. 146. & substitutus à Vicario habente facultatem recipiendi resignationes, & beneficia conferendi, potest conferre beneficia substituentis resignata, n. 147.

Monetur difficultas, quod Vicarius Episcopi non potest facere, seu substituere alium Vicarium, licet possit constituere delegatum ad vniuersitatem causarum, num. 148. & sequen. quod procedit siue fuerit constitutus ab Episcopo cum facultate substituendi, siue non, nisi ad modicum tempus ex causa, à n. 150. & seq. ubi ponitur decis. Rotæ, nec ad substituendum ad tempus ex causa requiritur facultas substituendi, seu consensus Episcopi, vel consuetudo, n. 152. iuxta quod sunt accipienda decis. relata, n. 155.

Sententia aliorum absolute censentium Vicarium posse alium constituere, quando ei data est potestas substituendi, poterit tamen procedere quando sic fuerint inserta verba illa videlicet, damus potestatem substituendi alium, quem nos Vicarium cum eadem potestate substituimus, vel quando Episcopus daret potestatem substituendi suo nomine, nam tunc procedit ratio supradicta, quod substitutus videtur ab Episcopo positus, n. 154. 155. & 156. Nec in istis casibus potest dici dare Vicarium incertum, quia per substitutionem, vel nominationem substituentis, qui repræsentat personam Episcopi certificatur, &c. n. 157.

Quod dictum est quod substitutus à Vicario habente potestatem substituendi conferre potest Vicario substituenti, solum procedit iuxta dicta, quando habet potestatem substituendi cum clausula, quem nos cum eadem potestate substituimus, seu nomine Episcopi, alias secus, & si substitueret ad tempus ex causa, n. 158. & seq.

Sic etiam procedet communis sententia glo. & aliorum, quod licet delegatus constitutus à Principe, non possit subdelegare, nisi habeat ad hoc speciale mandatum, poterit subdelegare, contra quam tenent alij, procedit inquam, quando ordinarius delegant cum facultate subdelegandi seu cum clausula per se, vel per alium, addat quod ex nunc illi delegat, cui delegatus commiserit, alias non videtur posse procedere, nec quando datur simpliciter facultas subdelegandi censetur ordinarius dare facultatem subdelegandi nomine ipsius ordinarij, sicut nec delegatus à Principe, &c. à num. 160. & respondetur fundamentis communis sententiæ.

Communis etiam posset procedere in delegato cum facultate substituendi ad actum iurisdictionis non contentiosæ, sed voluntariæ, ut ad conferendum beneficium, & tunc substitutus posset conferre delegato substituenti, seu ad certum ministerium, nam in hoc videtur eadem ratio ac in procuratore, n. 173.

Et si Vicarius habens facultatem conferendi fuerit reuocatus valet collatio facta ab eo reuocationem ignorante, n. 174.

Similiter collatio Beneficij facta à Vicario Episcopi, reuocato per mortem Episcopi stante eius ignorantia valet, n. 175.

Differentia est inter reuocationem factam per Episcopum, & reuocationem per mortem Episcopi, aut aliam vacationem Episcopatus, quando in reuocatione facta per Episcopum requiritur intimatio per ipsum, aut de eius ordine facta, alias valebunt gesta per eum, etiam si habeat notitiam reuocationis, & publice sit nota contra aliquos, reuocatio autem per mortem, vel aliam vacationem habet effectum, etiam non intimata, valent tamen gesta per eum, quando communiter ignoratur mors, &c. à n. 176.

De morte reuocationis procuratoris ad resignandum, & illius intimatione requisita remissiue, numero 180.

An sicut Vicarius Episcopi non potest beneficia conferre, sine speciali mandato, ita etiam non possit Vicarius Papæ, à n. 181. resoluitur contra Corrasium non posse, etiam si Vicarius esset Cardinalis contra Barbatiam. Licet in Cardinali facto Legato urbis à Papa ab ea recedente, verius videtur posse conferre beneficia infra limites legationis consistentia, etiam urbis, nisi obstaret reseruatio, &c.

IAm de Vicario Episcopi, † an possit beneficia conferre, succedit tractatio. In qua permittendum est primo, quod Vicarius Episcopi debet esse clericus, saltem primæ tonsuræ, † nam laicus Vicarius esse non potest. c. per quorumdam, c. 9. 16. q. 7. & c. 2. de iudic. & ibi DD. & nouissime Sahagun. n. 110. Francisc. in c. 1. de offi. Vicar. in 6. num. 6. & ibi Probus ad Monach. à numero 11. Rebuff. in praxi, tit. de vicariis Episcoporum, numero 35. Cuchus in institutio. maioribus libro 2. titulo 8. numero 46. Lancellot. in institutio. can. lib. 1. titul. de offi. Vicar. §. 2. Iac. Sbrotius de 1 2

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

Vicario Episcopi, lib. 1. quæst. 31. Hoieda *de incompat. Benefic. 1. p. cap. 10. num. 7.* Zechus *de republica Eccles. cap. 23. § Vicario Episcopi § 1. numero 2.* Armill. *verb. vicarius, num. 6.* Fr. Lud. de Miranda Franciscanus *de ordine iudic. 1. tom. q. 2. art. 7.* & Suarez 5. *tom. disput. 2. sect. 5. n. 8. & 10.* Nec clericus coniugatus † ex
3 *c. 1. de clericis coniugatis in 6.* Domin. *num. 8.* Francus 6. Probus *num. 22. in d. cap. 1. de fil. presb. in 6.* Felin. *in d. c. 2. de iudic. in num. 6.* Decius 24. & 114. & Sagalion. *d. num.* 110. Rebuff. 33. Cuchus 42. Sbrotius 5. Hoieda 13. Zechus, Armill. & Suarez. *num. 10. vbi sup.* & Zerola *in prax. Episcopali 1. p. verb. vicarius dub. 7.* & Thom. Sanchez *de matrimon. lib. 7. disputat. 46. numero 4.* Nec bigamus ex *cap. 1. de bigamis in 6.* ex quo
4 id tenet † Francus *ibi in fin. & in d. capitulo primo de officio vicarij in 6.* Cuchus *numero 55.* Sbrotius Zechus *sup.* & Sayrus *de censu. in lib. 6. cap. quinto, num. 8.*

5 Quod intellige ibi Cuchus, nisi ad ordinem † Ecclesiasticum, intra quem admissus fuit, à bigamiæ impedimento solutus ante celebratum fuerit, tunc enim ait ab officio Vicariatus bigamum summouendum non esse, & sequuntur Sbrotius & Zechus *ibi*.

6 Quæ limitatio ita accipienda videtur, † id est, nisi fuerit dispensatus ad ordinem susceptum, super bigamiæ impedimento, &c. Non vero intelligenda est tantum de dissolutione matrimonij ex quo inducta est bigamia, nam bigamus etiam soluto matrimonio, caret priuilegiis clericatus, & habetur pro laico, vt *in dict. cap. primo,* de quo Suarez *ex quatuor disputatione quadragesima nona, sectione 5. à numero quarto,* & consequenter non poterit esse vicarius.

7 Nec qui fuit iudex maleficiorum, † & protulit sententias mortis, quæ fuerunt executioni mandatæ, potest esse vicarius, etiamsi postea, vel antea sit factus clericus, quia est irregularis, & sic incapax iurisdictionis Ecclesiasticæ, ita Felin. *in dict. cap. 2. numero 6.* Ferretus *co. sil. 8. num. 1. & 2. & consil. 9.* & Sbrotius *supra num. 9.* ex Baldo *in proœmium de testamen. num. 18.* quem sequitur Decius *in dict. cap. 2. num. 121. & 122.*

8 Sed hæc sententia mihi videtur falsa, † quando iste vel antea, vel postea, fuit factus clericus, nam licet incurrerit irregularitatem ex homicidio, non ex eo amittit priuilegia clericalia, sed id solum reperitur cautum in bigamiæ duodecim irregularitatem *ind. d. capit. primo.* Nec Baldus & Decius *supra,* loquuntur quando ille fuit factus clericus, vt Baldo imponit Felinus *supra.* Et ita aliquando videmus causas Ecclesiasticas committi clericis primæ tonsuræ qui fuerant iudices sæculares, & condemnarunt aliquos ad pœnam mortis, quæ fuit executa. Et hanc sententiam tenet Vgolinus *de irregularitate, capitulo 65. quarto, numero vigesimo,* dicens, quod irregularis si iurisdictionem Ecclesiasticam aliquam habet exercere illam poterit, modo ordinis functiones non exerceat.

9 Quod non solum procedit, † quando commissio fuit facta ante irregularitatem incursam, ex qua non amittitur, vel ligatur iurisdictio antea commissa, Suarez *dict. 5. tom. disputatione 40. sectione secunda, numero 2.* Sed etiam quando commissio, seu delegatio facta est post irregularitatem incursam, nam etiam facta clerico irregulari est valida, Suarez *supra à num. 42.*

Excepto tamen de clerico coniugato, seu bigamo, 10
de quo supra. † Nam in illo, non solum commissio, seu delegatio facta post contractum matrimonium, seu bigamiam, non valet, sed etiam iurisdictio antea commissa amittitur ipso facto, *vt tangit d. capit. primo de clericis coniugatis, & de bigamis in sexto.*

Hodie vero in his † Regnis Castellæ & Legionis, officiales seu prouisores, vel Vicarius generalis, seu iudex Ordinarius Episcopi, vel alterius iurisdictionem Ecclesiasticam obtinentis, debet esse constitutus in aliquo saltim ex sacris ordinibus, alias deputatio, & electio est nulla & inualida, & nullius roboris vel momenti, &c. ex Breui S. D. N. Clementis VIII. cuius tenor est, *Clemens Papa VIII.* 11

Quod breue † comprehendit etiã Vicarios, & prouisores, ad præsens existentes, vt patet ex illius verbis, ibi *fungi,* & ibi, *vel esse eas.* 12

Sed ista breue, & noua † constitutio, non videtur adhuc ligare, ex defectu publicationis, & promulgationis, ego enim feci diligentiam ad sciendum, an esset publicatum, & promulgatum huiusmodi breue in Curia Regis, vbi Nuntius residet; nam cum ista constitutio esset ad Regna Castellæ, non fuit publicata Romæ, & comperi solum esse intimatum Episcopis, ac etiam prouisoribus, pro parte Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, quibus ad hoc missum est transumptum authenticum ipsius breuis, à procuratore generali status Ecclesiastici residente in curia Regia. 13

Ad hoc autem vt lex, † seu constitutio liget necessarium requisitum est, quod solemniter edatur, atque publicatio solemnis, & publica promulgatio illius: & ante publicationem non ligat, etiam data scientia, *authent. vt facta noua constitutio, in cap. 1. ... § ... distinct. l. fin. ff. de decretis ab ordine faciendis, l. penult. circa fin. Cod. de decurion. libro duodecimo capitulo primo de postulatione Prælatorum.* Doctor *in capitulo secundo de constitutio.* Bott. *de synodo 3. parte capitulo secundo numero sexagesimo secundo, & ... tertio numero quarto,* Anton. Gabriel. *de legibus & constitutionibus, conclusione quarta,* Nauarr. *consilio 1. de constitutionibus, num. 3. & 4.* Caputaquen. *decisione 203. numero 1. parte tertia,* Anton. Thesaurus *decis. Pedemon. 249.* Angel. Syluest. Rosella & Armill. *verb. lex.* Vega *in sum. 2. parte cap. 1. vigesimotertio casu 9.* Ludou. Carbo *de legibus libro 3. disputatione 7.* Valen. *2. tom. super 1. 2. disputatione 7. quæstione quinta, pun. 5.* & Açor *institut. moralium libro 5. cap. tertio,* & alij & nouissime Gabr. Vazquez *in 1. 2. tom. disputat. 155. capit. 2.* 14

Quamuis data notitia, contrarium videatur velle Probus ad Monachum *in tractatu de rescript. in 6. à numero 13. versic. si vero* Et ita in vna Commen. Capellaniæ 5. Iulij 1593. coram Domino Penia fuit resolutum *d. dicta sed decreta irritantia, & visitatorum, non obligare ante publicationem, neque si non constat de illorum publicatione. Ant. Gabr. d. conclu. 4. n. 11. & Bot. d. n. 62. &c.*

Quod procedit etiam † stante clausula *decreti irritantis ex regul. Cancellariæ lib. 6.* vt tenet Cardin. *in Clem. 1. quæst. 18. de electione.* Felin. *in dict. capit. 2. de constitut. numer. 7. 4. limitatione versicul. contrarium firmat.* Probus *supra à d. num. 13. versic. & limitando 2. vsque ad 16.* Puteus *decisione 28. num. 3. libro 1.* Flamin. Paris. *de resignatione benefic. lib. 11. quæstione 9. n. 27.* & 15

& alij relati per Anton. Gabriel. *de clausulis, conclusione tertia numero quadragesimo quinto, versic. contrarium colunt,* quamuis ipse contra teneat *dicta conclusione 4. de legibus, n. 9.* & alij per eum relati *dict. numero 43.*

16 Et ad id est optima decisio Rotæ, in vna † Calagurritana Beneficij SS. Iacobi & Andreæ, decimoseptimo Maij 1593. coram Illustrissimo Blancheto, quæ sic ait.

Dominis steterunt in decisis, cum enim Beneficium de quo agitur, vacauerit de mense Februarij 1587. & motus proprius fuerit publicatus de anno 1589. non potuit ligare, nisi à die publicationis vel post duos menses, quando fuit publicatus, gloss. in proœmio Clement. *& ibi Doctor Decius* cap. 2. de constit. num. 15. *& ibi Beroius* num. 30. *Roland. à Valle* consil. 8. num. 21. cum seq. lib. 3. *Gaur.* de legib. conclu. 4. n. 6. *id que etiam procedit quoad scientes,* Bald. *l.* vnica *in fin. C. de caducis tollend. non obstat, quod hoc processum in leg. vniuersali, quando vel est, ex vniuersalis illius diœcesis, & intrant prædicta, vel est particularis constitutio respiciens successor. Episcopi, & Episcopus potuit illa non esse, vt fuit decisum, vel saltim requirebatur publicatio, licet ligaret statim ante lapsum duorum mensium, vt sequitur Felin. in ca. 2. de constit. numero 7. allegatus pro Franc. non obstat, quod decretum irritans liget, etiam ignorantes, quia est verum, vbi in aliquo loco est facta publicatio, prout de regul. Cancellariæ tradit Sarnen. in proœmio regularum, & decretum irritans, semper sequitur naturam dispositionis, super qua apponitur,* Puteus decisione 1. libro 1.

Et in ipso breui ad finem, mandatur executori-
17 bus † deputatis, quatenus solemniter publicantes faciant obseruari. Vnde ante omnia requiritur publicatio, quæ saltim debebat fieri in Curia Re-
18 gis, vbi Nuntius residet, † ad tradita per Nauarr. *d. consil. 1. de constitut. 3. & 4. quæst.* Flam. Paris. *dict. quæst. 9.* Valentinam *supra 2. tom.* & Açor *dict. ca. 3. quæstione 3.* G. Vazq. *sup. disp. 156.* & alios. Neque di-
19 cta intimatio † facta Episcopis, aut etiam Vicariis in particulari, potest dici publicatio, & promulgatio, ex illa enim solum habetur notitia particularis illorum Episcoporum & Vicariorum, quibus est intimatum, non vero notitia publica, vniuersalis & communis omnium, tam præsentium, quam futurorum, & intellexi huiusmodi breue in aliquibus Episcopatibus non esse seruatum. Et scio in hoc Abulens. aliquando non esse seruatum. Licet fuit executum per Nuntium cum quodam iudice Metropolitano Salamanticæ.

20 Et de Vicario Episcopi vltra Doctores † in titul. *de officio Vicarij in 6.* videndi sunt Bertach. *in tractat. de Episcopo libro 4. parte 7. titul. de Vicario Episcopi,* Rebuffus *in praxi titulo de Vicariis Episcoporum,* & in forma Vicariatus Cuchus *dict. 2. titul. 8. de Vicariis,* Iacob Sbrotius *dict. tract. de Vicario Episcopi,* Zerola *in d. praxi Episcopali, verb. Vicarius.* Zechus *d. cap. 23. de Vicario Episcopi,* Mandos. *regul. 14. cancell. quæst. 6. & reg. 24. quæst. 6.* Ioan. Gutierrez *can. q. lib. 2. c. 17.* Angel. Syluest. Rosella, Tabiena, Armil. & alij Summ. *verb. vicarius.* Et de probatione vicariatus, Mascard. *de probat. concl. 1412.* & Sbrotius *lib. 1. q. 64.*

21 Secundo permittendum est, † quod Vicarius, sicut Episcopus ordinarius est, glossa *in cap. 1. de offic. vicarij in 6. verb. æqualem, & in cap. Romana de appellat. eod. lib. verb. generaliter.* & ibi Doct. Ab. *in ca. dudum de rescriptis num. 11.* Felin. *in rubrica de offic. deleg. numero 4.* & ibi Decius *num. 3.* Beroius *num. 2. & 8.* Pauinus dicens communem *de offic. & potestate Capituli sede vacante, 2. quæst. 1. parte num. 2. & 3. & 10. quæst. 2. parte numero 3. 4. & 9.* Bertach. *d. 7. parte 4. lib. numero 1.* Corras. *de Benef. 2. part. cap. 8. numero 3.* Maranta *in specul. aduoc. 4. parte distinct. 5. num. 12. & 13.* Mandos. *reg. 14. quæst. 6. num. 6.* Couarr. *pract. ca. 4. num. 8. & libro 3. variar. cap. 20. num. 4.* Cuchus *d. tit. 8. numer. 15.* Doctor Paz *in praxi tom. 1. numero 6. & 7. & 2. tom. præludio 3. num. 3.* Mascard. *d. conclus. 1412. num. 9. & 12.* Vgolin. *de censur. tab. 1. c. 1. §. 10. num. 6.* Sbrotius qui plures refert *lib. 1. quæst. 55.* Zechus *dict. cap. 23. de vicario Episcopi § 2. nu. 1.* Fr. Lud. de Miranda *de ordine iudic. quæst. 2. art. 9.* & Nouiss. Thom. Sanchez infinitos referens *de matrim. libr. 3. disput. 29. q. 29. 43.*

Et idem dicendum est in Vicario Capituli sede vacante, † Pauinus, Vgolinus, Sbrotius, & Th. Sanchez *ibi*. 22

Quamuis contrarium, † nempe Vicarium Episcopi non esse ordinarium, sed delegatum, teneant Gofredus *in summa de offic. Vicarij num. 3.* Alciatus *in rubr. de offic. ordin. quinta iudicum specie num. 24.* Ioseph. Gonçalez Flores *variar. q. cap. 27.* Licentiatus Antón. Gomez *in explicatione Bullæ Cruciatæ cap. 4. num. 21. & 22.* & Morla *in emporio iuris, 1. part. titul. 2. q. 27.* 23

Non tamen ex eo est ordinarius, † quod lex det huiusmodi iurisdictionem Vicario interueniente ministerio, & facto Episcopi, vt tenent Rota *decis. 4. de offic. Vicarij* alias 378. *in nouis.* Domin. *in ca. 1. de offic. Vicarij in 6. in fin.* & Maranta *supra numero 12.* post Alexand. *in rubric. ff. de offic. eius.* Sbrotius *dict. quæstione 55. numero 14. & 16.* & Thom. Sanchez *supra numero 13.* & quod dici posset inquit *d. gloss. verb. generaliter,* & Abb. *num. 2. ad fin. vt Prælati vices gerat.* Nam verius est, Vicarium accipere iurisdictionem ab Episcopo eum deputante, vt patet ex *cap. 2. & fin. de officio Vicarij in 6.* & dicendis infra, *num. 89.* quod potius tenent *d. gloss. verb. generaliter,* & Abb. *ibi,* & Clarius § Verstius *in praxi libro 3. capital. 3. numero secundo, ibi, Nisi Episcopus suo Vicario,* licet in contrarium eum citet Sbrotius *ibi,* nec id negari potest. 24

Sed ex eo est Ordinarius, quod iuris permissione, † & consensu, ab Episcopis constituitur, vt eorum locum teneat vicesque gerat iurisdictionem generaliter exercendo, & sic perinde est ac si à lege constitueretur, vt per Couarr. *dict. numero 4.* & Paz *supra.* 25

Qua ratione idem † est dicendum cum Vicariis, seu locum tenentibus Prætorum, seu Rectorum ciuitatum, vt per Couarr. & Paz *ibi,* & Auiles *in c. Prætorum cap. 4. verb. iustitia, num. 4. & 8.* Auendaño *de exequend. mandatis, 1. part. cap. 3. numer. 2.* Molinam *de Hispanorum primogen. lib. 1. cap. 25. num. 12.* Azeuedum *in lib. 10. num. 1. tit. 5. & in l. 1. num. 8. tit. 9. lib. 3. recopil.* & Bouadillam *in sua politica libro primero, capitul. 16. num. 44.* 26

Quod limitatur primo, † vt procedat in Vicario generali, qui facit vnum consistorium, seu tribunal cum Episcopo, qui est ille, qui est in tribunali Episcopatus, constitutus cum generali commissione, non facta determinatione ad certum locum, seu partem diœcesis, & dicitur principalis glossa 27

vers. foraneo in Clementina. Et si principalis de rescr. & ibi Cardin. numero 3. Imola 17. Abb. 3. & Bonif. 2. & 21. & Ancharan. Rebuff. in prax. tit. de Vicariis Episcoporum num. 6. Couarru. d. c. 4. pract. nu. 8. Cuchus d. num. 3. & 111. Sbrotius lib. 1. q. 3. numero 26. & q. 23. & seq. & q. 29. & Thom. Sanchez d. disputat. 29. num. 11.

18 Et ideo, ab eo non potest † appellari ad Episcopum, dict. cap. Romana de appellat. cap. 2. de consuetudine in 6. Sbrotius lib. 1. quaest. 2. & potest esse delegatus Apostolicus tanquam habens dignitatem, dict. Clem. 1. Si principalis, & ibi glossa & Doct. Sbrotius lib. 2. quaest. 23. & Flores 3. 4. num. 6. Circa quod vide dicta sup. c. 1.

19 Secus in foraneo, quem Episcopus in aliquo loco † seu parte suae dioecesis constituit, vel ad certos actus, seu causas, quia dicitur delegatus, nec facit vnum consistorium, seu tribunal cum Episcopo, vnde a tali Vicario appellaretur ad Episcopum, vel Vicarium generalem, dict. glossa verbo foraneo, recepta per Doct. ibi Felin. § 1. limitatione. Maranta num. 14. & Mandos. 1. Couarruuias d. c. 4. numero 8. Cuchus supra num. 16. Paz dict. 4. praeludio numer. 5. Sbrotius qui alios refert, libro 1. quaestione 13. & libro 2. quaest. 55. num. 31. Thom. Sanchez supra num. 10. & 11. Rota decis. 297. num. 1. part. 2. diuersorum, nec potest esse delegatus Apostolicus dict. Clem. 1. Et si principalis & ibi gloss. & Doct. Sbrotius lib. 2. quaest. 23. & Flor. supra.

30 Vnde † in vna Abul. matrimonii de anno 1541. fuit per Rotam resolutum, a iudice Metropolitano Archiepiscopi Compostellani, residente in ciuitate Salamantina, deputato ad cognoscendum de causis appellationum certorum Episcopatuum suffraganeorum, tanquam Vicario foraneo, posse appellari ad Archiepiscopum, nec obstare quod appelletur generalis Vicarius, quia licet appelletur sic, tamen in veritate non est, vt per Mohedanum decis. 5. de appellat. alias 131. Rotam dec. 1151. lib. 3. par. 3. diuersor. & Thom. supra n. 8.

31 Secundo infertur dict. † iudicem Metropolitanum, non posse esse delegatum Apostolicum, vel Nuntij, seu Legati, etiam ex certa scientia Nuntij, seu Legati, cum sit Vicarius foraneus & non principalis, iuxta dicta & d. decisiones Rotae, & Sbrotiū lib. 2. q. 23. num. 10. Quamuis aliquando Nuntij committant illi causas.

32 Tertio infertur, † non esse veram sententiam Anast. Germonij libro 3. animaduersi. cap. 7. & de indultis Cardinal. § ... num. 8. tenentis a Vicario foraneo, ad Episcopum appellari non posse, quam improbat Thom. Sanchez supra numer. duodecimo.

33 Quarto infertur, † non esse veram doctrinam Sbrotij libro 3. quaestione 2. num. 5. qui cum Cald. consil. 2. de appellat. ait, non dari appellationem ad Episcopum, a sententia Vicarij generalis constituti in ciuitate tantum, conuincitur enim ex eo, quod iste Vicarius non est vere, & absolute generalis, ex quo non est constitutus ad totam dioecesim, iuxta dicta.

34 Quinto infertur non esse † veram doctrinam D. Antonin. in summ. 3. part. tit. 19. cap. 10. § 2. & Syluestri verb. Vicarius Episcopi 4. sub versic. primum, & Zechi d. § 2. num. 1. dicentium, Vicarium foraneum esse ordinarium, & idem consistorium cum Episcopo, si ad vniuersitatem causarum sit deputatus, quia ad hoc non attenditur generalitas loci, sed commissionis causarum; quae doctrina est contra Doct. supra citatos num. 17. & 19. & eam particulariter impugnat Tho. Sanchez d. num. 10.

35 Et solum dici potest † delegatum ad vniuersitatem causarum, esse instar ordinarij, seu quasi ordinarium, & ideo subdelegare posse, l. cum praetor, § 2. de iudiciis glossa in cap. cum causam de appellat. & ibi Francus num. 17. & 20. Felin. in cap. super quaestionum, § si vero, de offic. deleg. col. 7. & 3. fallentia, Iason. in l. a iudice C. de iudiciis num. 8. Sbrotius dict. lib. 2. quaest. 55. n. 34. Morla in emporio, tit. 2. quaest. 20. numero 11. & Thom. Sanchez qui plures citat dict. lib. 3. disputat. 31. num. 2. vbi num. 4. ponit quis dicatur delegatus ad vniuersitatem causarum, & vide dicta sup. cap. 1. a num. 361.

36 Vltimo infertur Vicarium, † quem ponit Archiepiscopus Toletanus in ciuitate Toletana, non videri Vicarium generalem, & principalem, si non est positus cum potestate generali ad totam dioecesim, nec Vicarium Matriti, nec Complut., cum non sint positi ad totam dioecesim, nec in ciuitate vbi est sedes, quamuis generales appellentur, & consequenter non posse esse iudices Apostolicos, nec expedire literas dispensationum, & alias Apostolicas directas Officiali Tolerano, quae verba de officiali principali, & generali intelliguntur iuxta d. Clement. Et si principali, & Doctor. ibi, quamuis contrarium seruetur. Et si illi Vicarij essent generales, & principales, non posset ab eis appellari ad consilium Archiepiscopi, vt appellatur, iuxta d. cap. Romana de appellat. & cap. secundo, de consuetudine in 6.

37 Ait tamen Flores d. quaestione 4. nu. 8. quod † nihilominus ob praeeminentiam officiorum, dictorum Vicariorum Compluten. & Matriten. &c. & quia praesunt locis principalibus, & habent oppida suae iurisdictioni subdita, contrarium saepissime in praxi admittitur, & quotidie commissiones eis diriguntur; ego vero existimo, nunquam dirigi eis commissiones saltim a Papa, sed commissiones directas Officiali Tolerano, eis praesentari per errorem.

38 Et quamuis idem Flores, † ibi num. 9. dicat, quod si Vicarij positi in dictis oppidis essent aeque principales, prout erant Vicarij, quos habebat Episcopus Palentinus, Vallisoleti, & Palentiae (quando Vallisoletanum non erat Episcopatus) essent capaces, etiam de rigore iuris, dictarum executionum; idque sine dubio, inquit, procedet, quando Episcopus habet duos Vicarios generales, prout Archiepiscopus Burgen. tamen reuera solus Vicarius, seu Vicarij generales positi in ciuitate, & nō positi extra ciuitatem, etiamsi habeant generalem commissionem ad totam dioecesim sunt principales, &c.

39 Et tunc tantum Vicarius generalis positus † in oppido dioecesis esset principalis, quando in ciuitate non est alius Vicarius generalis, sed est in illo oppido, causa maioris commoditatis, vt videmus in Episcopatu Calagurritano, in quo Vicarius generalis residet Lucronij.

40 Secundo limitatur, vt procedat in his † quae veniunt ex generali commissione, secus in his quae requirunt speciale mandatum, & specialiter committuntur, quia in his erit delegatus, & sic appellabitur ab eo ad Episcopum. Francus in d. cap. 2. de officio Vicarij in 6. num. 4. Felinus in d. rubrica de offi. deleg. num. 4. 5. limitatione, & ibi Beroius nu. 2. & 2... Rota decisione

decis. 7. de officio Vicarij alias 371. in nouis, & ibi addit. Papaz. num. 7. Maranta supra num. 16. Probus ad Monachum in c. fin. de officio Vicarij in 6. ad fin. Cuchus d. titul. 8. numero 17. & 112. & 113. Sbrotius lib. 2. quaestione 55. numero 35. & 36. & quaestione 88. Zechus dict. § 2. numero 1. Tabiena verb. delegare, quaestione 1. numero 2.

41 Quod intelligendum est, quando ista separatim † committerentur, secus si simul cum iurisdictione generali, & ordinaria potestate committantur, quia tunc in omnibus erit Ordinarius, ex cap. ... de consuetud. Ioann. Andr. ad Specul. in rubrica de officio Vicarij, vers. si dubitari videtur. Francus in dict. c. 2. numero 4. Felinus in c. licet in corr. ... sub numer. 1. de officio ordi. Aufret. a Capellam Tolosanam, decisione 44. Gambarus de offic. Legat. libro 9. numero 3... & 37. Rota apud Cresen. decisione 15. de probat. ... totius consil. 22. numero 14. 19. volum. 1. Sbrotius libro 1. quaestione 67. numero 4. & ... 2. quaest. 55. numero 37. & 3. Zechus dict. numero 1 & num. 5. ... Tho. Sanchez dict. disputatione 29. num. 8. & ita videmus

42 nunquam † appellari a Vicario generali ad Episcopum, etiam in requirentibus speciale mandatum, quia solent simul cum potestate ordinaria committi; & sic erit intelligendus Zerola dict. verb. Vicarius 3. dub.

43 Addit Ioan. Andr. supra † quod quando diuisim, & separatim committuntur, ea quae requirunt speciale mandatum, tota iurisdictio erit ordinaria si in commissione fiat mentio Vicariatus, siue salutatione dicendo, tali officiali, vel Vicario nostro, siue in progressu dicendo, tibi officiali nostro committimus quod possis, &c. siue dicat, potestatem tibi alias per nos commissam extendimus, prorogamus, ampliamus, quia sicut potest potestatem iam datam minuere, & reuocare, ita potest in eadem specie illam ampliare, & sequitur Thom. Sanchez d. numero 8. & citat Beroium d. consil. 2. numer. 14. & Sbrotium d. quaest. 55. numero 39. qui id non dicunt, sed quod dictum est num. praecedent.

44 Quae additio solum † mihi placet, quando diceret, quod potestatem alias commissam extendit, vel ampliat, &c. ad l. sed etsi ... ff. de precario, non vero quando in commissione fieret mentio Vicariatus siue in salutatione, siue in progressu, nam sola mentio Vicariatus, non operatur extensionem, prorogationem, seu ampliationem potestatis, alias commissae, sed fit causa demonstrationis personae, cui datur noua commissio.

45 Nec placet sententia Lapi in d. cap. 2. † quam ibi sequuntur Domin. numero 9. & Ancharan. numero 2. & Marc. Anton. Genuen. dicens magis communem, in praxi Archiepiscopalis curiae Neapolitanae capitul. 66. numero 25. quod siue insimul, siue in diuersis temporibus fiat commissio specialis alicuius, vel aliquorum requirentium speciale mandatum, & addatur clausula generalis nempe, & ad omnia alia requirentia speciale mandatum, tunc tota iurisdictio erit ordinaria, quia ille ordinarius est, cui committitur vniuersitas causarum, dict. l. cum praetor. § 2. ff. de iudiciis, & dict. capit. Romana in princ. si vero non adiiciatur clausula generalis, tunc in expressis requirentibus specialem commissionem, erit iurisdictio delegata.

Conuincitur enim ista sententia, nam vt supra dictum est, sola commissio vniuersitatis causarum non facit vere ordinarium, & cum insimul cum potestate ordinaria fit commissio aliquorum requirentium speciale mandatum, tota iurisdictio est ordinaria, etsi non addatur dict. clausula generalis ex quo vna est commissio, iuxta dictum capitulum translato.

Tertio praemittendum est, † quod Vicarius Episcopi, quae sunt merae gratiae, expedire non potest, 46
Monachus in cap. statutum, de praebendis in 6. numero 9. Cardin. in Clement. 1. de officio Vicarij nu. 19. Bellamera decis. 95. Cosmas in pragmatica sanctione tit. de collatio. § statuimus verbo Vicarium. Selua de Benef. 2. par. quaest. 14. Probus ad Monachum in c. 1. de off. Vicarij in 6. num. 8. Corras. l. 2. par. cap. 8. numero 1. Sbrotius lib. 2. quaest. 36. & 184. num. 3. Zechus dict. capitulo 23. de Vicario Episcop. § secundo num. 3. & num. 4. versic. 9.

Vnde Vicarius, ex generali mandato, † dispensare 47
non potest, Calder. consilio 3. de officio Vicarij, Felin. in cap. ut si clericus, § de adulteriis de iudiciis numero 12. Probus supra. Rebuff. in d. forma Vicariatus, num. 44. 45. & 46. Cuchus dict. titul. 8. numer. 111. Doct. Paz in praxi 2. tom. 5. praeludio nu. 11. Ioannes Gutierrez can. quaest. lib. 1. cap. 19. num. 15. Sbrotius lib. 2. quaest. 55. Zechus d. num. 3. & num. 4. versic. 3. 18. Eman. Rodriguez in summ. 1. tom. cap. 234. num. 5. Vega in sum. 1. p. c. 88. casu 1. & P. Ledesma in summ. de matrimon. cap. 27. 2. conclus.

Et sic in terminis † S. Concilij Tridentini sess. 24. 48
de reformatione, c. 6. non poterit Vicarius generalis Episcopi dispensare, in irregularitatibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, quamuis Episcopus possit, eam facultatem quae ex illo decreto est iam annexa muneri Episcopali, quasi iure ordinario, illi committere, nec requiratur quod sit Vicarius ad id specialiter deputatus, vt in 2. parte de absolutione, sed sufficiat in genere dare illi facultatē dispensandi, in casibus, in quibus ipse Episcopus potest.

Et ita est accipiendum † quod tradit Suarez 5. to- 49
mo disputat. 41. sect. 2. n. 8. vbi ait, istam facultatem dispensandi, exerceri posse, non solum per Vicarium specialiter ad hoc deputatū, sed simpliciter per quēcumque etiam si generaliter ei facta sit delegatio. Et ita etiam est accipiendum, quod tradit Enriquez in sum. lib. 14. c. 20. § 1. & Mar. Ant. Genue. n. d. c. 66. nu. 16. 20. & 25.

Et sic etiam Vicarius generalis † Episcopi, non 50
potest remittere denuntiationes ad matrimonium requisitas, nisi ei specialiter sit commissum, nam cum in generali commissione facta Vicario, non veniat facultas dispensandi, vt dictum est, in materia dispensationis qualis est ista. (Idem est enim remittere, ac dispensare) appellatione ordinarij non venit Vicarius generalis & consequenter non comprehenditur in verbis Concilij sessione 24. de reform. matrimonij, c. 1. ibi, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit. Facit in simili de confirmatione donationis iuris patronatus decis. Rotae infra relata c. sequenti, numer. 77.

Quamuis comprehenditur † in verbis vers. qui aliter quam praesente Parocho, ibi, seu Ordinarij licentia, 51
quia illa non est materia dispensationis, Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 3. quaest. 11. a num. 21. qui ait quod in Concilio Tridentino, sub verb. Ordinarius, comprehenditur Vicarius Episcopi, qui habet ordinariam iurisdictionem, ac dicitur Ordinarius, & Tho. Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 29.

Et alias etiam facta mentione Episcopi, † non censetur Vicarius exclusus, sed continetur sub no- 52

mine Episcopi, Domin. & Francus num. 4. in d. c. 1. de Canit. M... nu. 6. Felin. in c. si quis contra de foro compet. num. 4. vers. sed caue, Lancell. Contra his, in templo iudicium, libro 2. cap. 5. §. 1. numer. 11. & 15 Sbrotius lib. 2. quaest. 43. numero 19. & 171. n. 2. & 201. numero 2. Zechus d. §. 2. num. 3 vers. 5 Thom. Sanchez dict. disputat. 29. num. 15. & Suarez 45. tom. disputat. 7. sectione 3. num. 12. & disp. 20. sect. 1. nu. 2. & alij. Ita
55 tenent Doct. Pat. † vbi s. & D. Spino de testament. gl. 15. num. 29 qui id acceperunt ex lectura D. Nauarri, Iunioris de matrim. & Em. Ant. Gomez in explic. Bullae Cruciatae, c. 4. cl. 15. & Enriquez in sum. lib. 11. cap. 5. num. 5

54 Quamuis contra teneant Veracruz in † append. de matrim. ad §. 1. dub. fol. 4. & Salcedo ad Bern. Diaz in pract. ... Segura de Auilos in directorio iudicum, 1. part. capit. 16. num. 2. & 5 Ioannes Gutierrez dict. cap. 19 numero 15. Sbrotius dict. quaestione 43 numer 2. & dict. qu. 201. Zeuallos quaest. 604 num. 92. Flores quaest. 24. nu. 26. dicens in praxi, vbi non est contraria constitutio, seruari, & semper vidisse seruari. & Marc. Ant. Genuen. c. 26. num. 1. dicens, ita seruari in curia Archiepiscopali Neapolitana. Eman. Rodriguez in sum. 1. tom. c. 215 num. 4 P. Ledesma in summa de matrim. c. 5. 7. conclu. & Thom. Sanchez d. lib. 3. disputat. 7. quaestion. 1 quamuis asserant praedictam rationem, quae est efficacissima, & concludens pro nostra sententia

55 Et ita merito statutum est in Concilio † Prouinciali Toletano, facto de anno 1583 ex solius Episcopi, non autem Vicarij etiam generalis authoritate, has publicas denuntiationes remitti, seu differri posse, quamuis Doct. Segura supra miretur de hoc sine ratione. Et in Concilio Prouinciali Mediolan. quinto, facto ab illustrissimo Card. Borromeo anno 1579. ... statuitur quod illas ab Episcopo, dum praesens in vrbe vel dioecesi adest, solum remitti, seu ... liceat, ab alio praeterea nemine, ac ne Vicario quidem generali.

Et facit declaratio S. Congregat. Concilij super
56 dict. cap. 1 quae ait: *Quod non permittitur hac facultas remittendi denuntiationes commendatario, licet eius Abbatia iura Episcopalia habeat vnita, & quod licet Abbas appellatione Ordinarij veniat iuxta gloss. in cap. fin. de offic. ordinar. in 6. dixit tamen Sanctissimus Dominus noster, quod ordinarium hic non intelligitur nisi Episcopus, tamen Cardinali Farnesio commendatario Farfen. Monasterij fuit permissum, non autem eius Vicario.*

Quae declaratio est contra consilium Nauarr. 2.
57 de cland. desp. † ... vbi docet commendatarium Abbatiae, quae habet iura Episcopalia, & est nullius dioecesis, posse tanquam ordinarium remittere denuntiationes, sequuntur Zeuallos d. q. 96. Zerola in prax. Episcopal. 2. p. verb. denuntiationes, & Flores Enriquez, Eman. Rodr. P. Ledesma, & Tho. Sanch. vbi proxime qui cum Nauarr. idem volunt etiam in Praelatis inferioribus exemptis, habentibus quasi Episcopalem iurisdictionem, licet non sint nullius dioecesis, cum sint etiam ordinarij

58 Et reuera ista doctrina videbatur satis † conformis literae Concilij loquentis de ordinario, & non Episcopo seu Dioecesano, iuxta dicta infra 97. dub. sexto.

59 Et ita practicari intelligo in Hispania, per Priores ordinum militarium, vt Emeriten. & alios similes habentes quasi Episcopalem iurisdictionem in suo districtu.

Sed stante dicta declaratione Papae, † cui standum est, ad quem erit recurrendum pro remissione 59
denuntiationum, quando opus fuerit in huiusmodi locis, nam non videntur cogendi subditi coram ad Papam seu legatum recurrere, pro re tam ordinaria, & quae frequenter occurrit. Et dicendum est, † recurrendum esse ad Episcopum in cuius Dioecesi, 60
seu intra cuius fines est locus, & si in nullo constat ad viciniorem, vt alias circa ordines, & dimissorias, cap. 10. sess. 23. de reform. quicquid disputet Flores quaest. 24.

Et tandem, quod vicarius Episcopi † non possit 61
remittere denuntiationes sine speciali commissione, declarauit S. Congregatio Concilij vt mihi dixit auditor illustrissimi Cardinalis Matthei praefecti dict. Congregationis, & tradit Enriquez d. num. 5. in glossa litera T. dicens declarare Congregationem Cardinalium anno 91. pro Salmantino Episcopo

Falsum tamen est, quod † tradunt Menochius 62
consil. 60. a numer. 55. lib. 1. Cefal. cons. 421 numer. 72. lib. 4. quod Episcopus non possit, etiam specialiter, mandare suo vicario facultatem remittendi denuntiationes, quia censeatur electa industria personae Episcopi, nam vt doces citati, maxime Enriquez d. lit. n. 4. & Thom. Sanchez dict. disputatione 7 quaest. 3 recte potest Episcopus dare ei facultatem, etiam generalem, remittendi renuntiationes, cum haec potestas iure ordinario competat Episcopis, ex d. decreto Concilij, &c.

Quae autem sunt iustitiae, & † necessitatis, expedit 63
vicarius, Cosmas Corras & alij supra citati n. 46. & etiam ea quae sunt voluntariae iurisdictionis, non tamen sapiunt gratiam, actus enim voluntariae † iu- 64
risdictionis, quae non sunt merae gratiae, recte possunt exerceri a vicario, absque speciali mandato, vt tenet Domin. in c. fin. de offi. vicar. in 6 Baldus Margarita verb. vicarius, Felin. in c. ex parte de constitutio. sub numero primo, vers. ... ablat, quod ex Mohed. decis. 3. de officio vicarij, alias 457. circa fin. & Sbrotius lib. 2. in cibor. 66. & quaest. 163. cum seqq. Quamuis contrarium teneat Rom. sing. 669. incip. ex longeua, ... ad quem se refert ad d. Abbatis in rep. c. 1. si quis contra ... 35. de foro compet.

Et regulariter vicarius omnia potest † quae Epi- 65
scopus ... cap. 2. & fin. de offi. vicar. in 6. Archidi. c. Ioan. Andr. & alij in d. c. fin. Bertach. de Episcopo libro 4. parte 6. de vicario Episcopi numer 6. Mand. reg. 24 quaest. 6. num. 3. Couarr. c. 4. pract. numero 4. & 1. Sbrotius libro primo quaestione 48 numero septimo, & Zechus dict. §. 2. numer. 2.

Et Vicarij generales possunt omnia, † exceptis 66
prohibitis, seu quae requirunt mandatum speciale, ex d. c. 2. & fin. Felinus & Mohed. supra, & Cuchus num. 68.

Et quae sint illa † quae requirunt mandatum vica- 67
rij speciale, vltra doctores d. cap. fin. ponit Rebuffus in d. forma vicariatus ex num. 31 Cuchus d. lib. 1. tit. 8. ex num. 68. Sbrotius d. tract. praecipue lib. 1 Zerola dict. verb. vicarius, & Zechus d. c. 23. de vicario Episcopi. §. 2. nu. 4.

Sed aduert. 1. quod si in mandato † exprimitur ali- 68
quid requirens mandatum speciale, adiecta clausula generali, & ad omnia alia, etiamsi mandatum exigat speciale poterit vicarius etiam alia facere, quae requirunt

quirunt mandatum speciale, c. cum quis ad agendum de procurator. in 6. & alij Doct. Couarr. libro primo, variar. c. 6. numer. 3. Sbrotius lib. 1. quaest. 65. num. 5. & 7.
69 Dummodo non sint grauiora, † vel maiora expressis clemen. 2. ... vbi Doct. Rebuff. in forma vicariatus num. 123. Sbrotius d. n. 10. 11. & 12.

Et post expressum aliquid requirens † speciale
70 mandatum, si cum subiicere dicere, & generaliter ad omnia alia, nisi adiiciatur, etiamsi mandatum exigant speciale, vt colligitur ex dict. c. qui ad agendum, & clem. 2. & notat Bartol. consil. 5 num. 3. supra 1. nec contrarium voluit Rotam vna Valentina Beneficij Sanctae Luciae, † coram sanctissimo Clemente Octauo,
71 de anno 1583. nam in illis decision. Rota praecipue fundatur in verbis largemodo, in mandato contentis.

Secundo aduert. quod clausula cum † libera, vel
72 cum plena potestate inducit mandatum speciale, Bart. numero 2. & alij in l. procurator, cui generaliter libera. ff. de procurator. idem Bartol. Alexand. Iason. numero 11. Corneus & alij in l. si procurator. Cod. ad Domin. numero 2. & 4 & Francus 6. in dict. c. ad agendum, §. fin. Cou. d. c. 6. n. 3. Greg. Lopez in l. 19. tit. 5. p. 3. & l. 7. tit. 14. p. 5. Monterroso in practica 7. tract. de clausulis potestatis in mandato, Ioan. Gutierrez de iuram. confirm. 1. part. cap. 50 num. 9. & 13. Sbrotius supra num. 6. & 8. Mohed. de c. 2. de officio vicarij, alias 333. vbi ait, quod habere mandatum cum libera, vel cum plena, & omnimoda potestate, & habere mandatum in specie, aequiparantur, & Rota in dict. Valentina Beneficij, coram sanctissimo Clemente VII. de anno 1582. vt in sequenti decis. *domini dixerunt, constare de sufficientia mandati Franc. Soler, nam bonae memoriae Lodouicus Cardinalis Borgia, cum constitueret vicarium, dando sibi plenam, & omnimodam potestatem, Ecclesiam Valentinam, & eius membra, in spiritualibus & temporalibus regendi, & gubernandi, quae verba secundum Bart.* l. procurator cui generaliter, numer. 2. de procurat. & ibi Angel num. 2. Castrens. numero tertio *important mandatum cum libera, nec est verum quod Bartol. in hoc communiter reprobetur, quia in hoc communiter approbatur, & de hoc est text.* in l. si procurator ad vnam Cod. de procurat. vbi Paulus de Castro num. 4. Corneus n. 1. Alex. n. 2. *vbi ait numer ita tenere Ias. n. 11. plena enim & libera idem important, communiter autem inter doctores non versatur circa clausulam istam, permisit ei, quod facere posset, quicquid ipse facere posset, cum per eam intelligatur datum mandatum cum libera, & in hoc communis opinio est contra Bart. secundum Beroium* in aile. q. 25. num. 5.

Nec tunc requiritur expressio aliquorum † spe-
73 cialium, vt patet ex allegatis, quamuis Sbrotius sup. num. 9. dicat vicarium Episcopi ex mandato, cum plena potestate, non posse facere exigentia speciale mandatum, nisi quibusdam specialibus expressis, vt dicit glossa in d. c. 2. in fi. sed glossa ibi loquitur in terminis d. c. qui ad agendum.

Tertio aduert. quod clausula, † quod possit om-
74 nia, quae dominus facere posset, importat mandatum cum libera, Bart. in d. l. procurator. nu. 3. Domin. numero 5. & Francus supra, Iason. d. num. 11. Decius in cap. intelleximus num. 70. de iudic. ... in clausula, quod possit omnia quae dominus potest. Afflict. ... Greg. Monterroso & Ioannes Gutierrez supra, Azeuedo in l. 3. tit. 5. libro 5. recopil. nu. 3. & Monter. Cuena plures referens decis. Arragoniae 38. num. 35. ex quibus haec sententia videtur communis, quamuis alij contra teneant, & communem opinionem esse contra Bartol. dicat Beroius quaestione vigesimaquinta numer. 5. vt per Rotam in dict. Valentina supra adducta num. 72 quae tamen videtur tenere nostram sententiam

Quarto aduert. quod clausula † quod promittit 75
habere ratum, & firmum quicquid per procuratorem factum fuerit, non inducit mandatum cum libera, glossa in l. si procurator. ff. de procurator. Bart. in l. 1. num. 6. ff. de officio procuratoris Caesaris, Alexan. Bald Salicet & Ias. num. 11. in d. l. si procurator, Dom. supra num. 6. Greg. d. l. 19. Couarr. d. c. 6. nu. 4. plures referens, & dicens veriorem, magisque receptam, quamuis contrarium tenuerit Bart. in d. l. procurator. quem sequitur Francus.

Quinto aduer. grauem † esse difficultatem, an si 76
Episcopus daret vicario mandatum generale ad omnia, excepta collatione Beneficiorum, seu alia re requirente speciale mandatum, per hanc exceptionem, veniant alia requirentia speciale mandatum.

Et videtur vera pars affirmatiua, quia † illa ex- 77
ceptio declarat & ampliat regulam, alias exceptio non esset de regula, prout esse debet, & esset vtilis, & superflua & ita hanc partem tenent Domin. in d. cap. 2. ad fin. & in dict. cap. qui ad agendum, §. 1. sub n. 2. Alexand. Ias. & Claudius in l. si. ff. quod quisque iuris, idem Alex. consilio 35. libro 6. Decius in d. l. num. 25 ff. de regul. iur. & in cap. consultationi. Gozadini cons. 26. n. 49. Tiraquell. de retract. Lignager. in fin. n. 95. Euerardus in loco ab except. ad regul. nu. 3. & 9. & dicit communem Cagnolus eam secutus in d. l. 1. numer 39. & magis communem Couarr lib. 2. var. capit. 5. num. 9.

Contrarium tamen tenent Anchar. † & Francus 78
in dict. cap. 2. de officio vicarij, & in d. c. qui ad agendum. § 1. & in Rubrica de regulis iuris in 6. Felinus in c. quoniam frequenter num. 3. vt lite non contestata, Aretin. consilio 8. Crotus 136. num. 18 volum. 1 Modernus in addition. ad Alexand d. consil. 36. & ad Decium in d. l. 1. Couarr. dicens veriorem d. n. 9. & Sbrotius supra n. 13. & 14. cuius sententiae ratio est, quod exceptio non ampliat regulam ad ea, quae sub regula non comprehenduntur, cum potius veniat ad diminutionem.

Ego in hac difficultate distinguendum † est casu 79
primo, an detur mandatum generaliter, excepta aliqua re requirente mandatum speciale, non dicendo, ad omnia quae ipse constituens facere posset excepta, &c. sed solum dicendo, *ad omnia excepta* tali re &c. an vero detur mandatum generale, ad omnia quae ipse constituens facere posset, seu potest excepta, &c. 1. casu procedet, secunda sententia ex d. ratione, & ex d. c. qui ad agendum. Nam si ad ea quae requirunt speciale mandatum non potest quis illud dare per illa verba, *& generaliter ad omnia etiamsi mandatum exigant speciale*, non etiam poterit illud dare per verba generalia excipiendo aliquem casum specialem, etiamsi dicat, *& generaliter ad omnia etiamsi mandatum exigant speciale*, excepta verbi gratia collatione Beneficiorum, &c. nam illa exceptio, solum operatur diminutionem. In secundo vero casu procedet prima sententia non ex ratione illius, quae fuit tollitur ex dictis, sed quia verba generalia, ad omnia quae ipse constituens facere posset, seu potest, important mandatum cum libera, vt dictum est n. 74. Quae distinctio erit aduertenda, nam doctores ista confundunt

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

80 Ex quibus iam ad nostrum † propositum infertur, quod vicarius sine speciali mandato, non potest cōferre Beneficia *c. fi. de offic. vicarij in 6.* vbi Dd. Dinus *in reg. in generali* 81. *l. 6.* Selua *de Benef. 2. p. q. 14.* Rebuf. *in forma vicariatus à nu. 45.* Lamber. *de iure patr. 2. p. 2. l. q. 4. art. 2. n. 4. & 3. p. 2. l. q. 1. articulo* 5. Corras. *d. 2. p. 2. c. 8. n. 5.* Duar. *l. 3. c. 7.* Cachus *d. 2. c. 8. ex n. 73.* late Sbrotius *l. 2. q. 71.* Zerola *d. verbo vicarius. §. nono* & Zechus *dicto §. secundo num. quarto versic. 14.* & alij.

81 Cum enim † vt dictum est, quæ sunt meræ gratiæ vicarius expedire non possit, & collatio beneficiorum, sit quædam donatio, *c. relatum de preb. c. post electionem de concess. preb.* cum alijs, quæ non venit in generali concessione, seu mandato n c generaliter donare valeat is cui bonorum administratio, etiam libera, est concessa *l. contra iuris. §. pen. filius ff. de pactis & l. si vnus familias ff. de donatio & d. c. fin.* cum alijs, de quo videndus Pinchus *in l. 1. C. de bonis matern. 3. p. a n. 56* Matienco *in l. 3. tit. 3. l. 5. recopil. glos. 2.* & Ioannes Gutierrez *de iuramento confirm. 1. p. capite 50. à numero 7. deciso.* Ideo vicarij, seu officiales, beneficia conferre non possunt, nisi collatio beneficiorum ipsis specialiter sit commissa, vt *in d. c. fin.* vbi assignatur ista ratio, & quod in generali concessione, nequaquam illa veniunt, quæ non esset quis in specie verisimiliter concessurus, *dict. regula in generali cum suis concordan.* Eademque ratione,
82 † non potest vicarius, sine speciali mandato præsentare ad beneficium, pertinens ad præsentationem Episcopi, Lamber. *d. ar. 4. num. 2.* & Sbrotius qui alios refert *d. l. 2. q. 110.*

83 Imo sola potestate conferendi, † non posset præsentare, quia aliud est conferre, aliud præsentare *cap. cum nostri, de preb. in 6.* nisi esset adiecta clausula generalis, vt cum Paulo *cons. 57. p. 1.* & Imola *in c. fin. de concess. preb. in princ.* tradit Rochus *verb. honorificum. n. 25.* Bertach. *in reper. verb. præsentatio fieri non potest.* licet contra teneat Lamber. *1. p. 2. l. q. 4. artic. 4.* pro quo facit, quod supradictum est *1. p. c. 6. n. 31.* cui responderi potest, quod iuxta subiectam materiam & modum communem loquendi, dare mandatum ad conferendum, non est ad præsentandum. Cum autē, vt dictum est, † ea quæ sunt iustitiæ, & necessitatis
84 expediat vicarius, poterit confirmare electos, & instituere præsentatos, quę sunt necessitatis & iustitię, *c. ex frequentibus de institutio.* gl. *in d. c. fi. de offic. vicarij in 6. verb. non essent.* Roma. *singul.* 601. Selua, Lamber. Corras. & Duarenus *supra*, & Paurin. *de offic. & potestat. c. sede vacante 5. p. 2. p. n. 2.* Cosmas *in prag. tit. de collatio. §. item voluit verb. vicario.* Probus ad Monachum *d. c. 6. n. 4* Couarr. *l. 3. var. c. 10. num. 7* doctor Paz *in praxi 2. to. 4. præludio nu. 7.* Quintanaduenas *l. 1. Ecclesiastic. c. 5. n. 7* late Sbrotius plures referens *l. 2. q. 70. & 111.* Zerola *d. verb. vicarius §. 14.* & Zechus *de Benef. & pensio. c. 2. vers. vicarius etiam.* & Rota in Ostun. Capellaniæ de anno 1600. infra relata 8.
85 *parte c. 4. n. 50.* Nec contrarium † tenet Dinus *in reg. 1. l. 6.* 20. loquitur enim de institutione, id est collatione libera, vt constat ex numero seq. vbi idem dicit de *c. sede vacante*, quod tamen constat posse instituere præsentatum, vt *in capite 1. de institutione in sexto* per eum allegato, & ita tenet ibi additio litera H.

86 Quamuis † Rebuffus in d. forma vicariatus ex *nu. 126. & vers. 3. Cancel. verb. aut vicarios perpetuos* cōtra teneat. Et quamuis Zechus *de Rep. Ecclesiastica d. c. 23. de vicario Episcopi §. 1. n. 4. vers. 13.* dicat, non posse confirmare electos sine speciali mandato, qui tamen cum *ibi n. 3. vers. 12. & d. n. 4. sub vers. 14.* teneat non posse sine speciali mandato instituere præsentatum, non loquitur consequenter.

Et ita inter † alia quæsita, pro parte Episcopi Abulen. de anno 1593. censuit S. Congregatio Concilij, 87
vt in seq. declaratione ad primum, quam habeo autēticam, nempe subscriptam manu illustrissimi Cardinalis Matthæi, & eius sigillo munitam. *Illustrissimi & Reuerendissimi domini pro parte Reuerendissimi Episcopi Abulen supplicatur declarari sequentia, circa quæ dubitare contingit. Primum dubium, An vicarius Episcopi, seu capituli sede vacante, possit instituere præsentatos, absque speciali mandato, prout videtur certum, ex* capite ex frequentibus de institut. *& ibi glossa & Dd.* & in c. fi. de offic. vicarij in 6. *Rochus* de iure patron. verb. competens qu. 31. Mill. vers. vicarius Episcopi *Couarruuias* lib. 3. variar. capite vigesimo numero 7. *Moder.* de vicario Episcopi lib. 2. quæstione tertia *qui plures refert. Nec obstat decretum Concilij* sessione vigesimaquarta de reformatione capite decimotertio ibi, nisi Episcopi loci, *quia illa verba non excludunt vicarium, nec ad id sunt posita, sed inferiores Episcopo, vt recte aduertit d. Moderinus* numero decimo quinto *& constat* ex capite proxime præcedenti eiusdem sessionis in fine secundo dub. *An sæcularis semel approbatus ab ordinario, ad confessiones audiendas vel prædicandum sit semper approbatus, & an approbationes, & licentias datas, possint ordinarij pro libito reuocare. Tertium dub. An sæcularis, siue regularis, approbatus audiendis Confessiones certi generis personarum, & extra illam Ecclesiam, virtute Bullarum. Quartum dub. An obtinens parochiale beneficium in vna Diœcesi possit in alia, absque ordinarij loci approbatione eligere confessarium, ab habentibus priuilegium vigore iubilei eligendi confessarium idoneum, vel ab habentibus licentiam à suo parocho: quod ita videtur, quia is generaliter & absolute est approbatus à Concilio, & cum alijs docet Candelabrum aureum* 1. parte de confessione n. 28 *licet alias approbatus in vna Diœcesi non censeatur approbatus in alia, vt S. Congregatio declarauit. Quintum dub. An matrimonium contractum coram parocho excommunicato, denuntiato, vel notorio clerici percussore, vel alio sacerdote, de eius licentia valeat. Sextū dub. In Episcopatu Abulen. est consuetudo tenendi Beneficium curatum, vel simplex, simul cum Capellania in eadem Ecclesia, dubitatur. An stante Concilio id fieri possit. Septimum dubium, præsupposito quod examinatores debeant denuntiare, qui idonei reperti fuerint ad parochialem, Episcopus autem seu vicarius, debet eligere digniorem dub. an examinatores debeant denuntiare idoneos cum expressione, quis sit magis idoneus, absque eo quod ipsi eligant, alias enim quomodo Episcopus intelliget, quis ex illis sit magis idoneus, præsertim literatura. Octauum dubium, An priuilegium regularium, quod nō teneantur seruare interdicta localia, nisi diebus tantum velati in festis fuerint ordinata, sint contraria Concilio & sublata. Nonum dub. An ad derogationem sacri Concilij Trid. sufficiat, Papam contra illud rescribere absque illius speciali, vel generali derogatione, vt Pius V. declarasse dicitur. Ad primum Congregatio Concilij censuit, quod si non habeat vicarius mandatum limitatum, sed generale, vtique instituere præsentatos potest. Ad secundum censetur approbatus, donec fuerit reuocatus, & reuocari potest cum causa, quam sufficit esse notam Episcopo. Ad tertium non potest. Ad quartum minime potest. Ad quintum valet. Ad sextum consuetudo est sublata. Ad septimum examinatores debent renuntiare,*

tiare quotcumque idonei iudicati fuerint, Episcopus autē debet magis idoneum eligere. Ad octauum, priuilegia si ante Concilium concessa fuerint, vtique reuocata existūt. Ad nonum si supplicatio manu Papæ signata fuerit, non requiritur nec specialis, nec generalis derogatio. Hier. Cardi. Matthæus.

88 Et id procedit etiam, si esset locus † gratificationi inter plures præsentatos, æque idoneos, nam adhuc potest vicarius constituere. ad dicta *c. præcedenti à n. 73.* & ita videtur sentire Rota in vna Calagurritana Beneficij de Hero. 17. Octo. 1580. coram sanctissimo Clemente VIII. vt *in decis. seq.* quæ sic erit accipienda, *domini cum præsupposito quod mandatum sit in forma probandi, tenuerunt vicarium potuisse gratificare, & gratificasse, pro indubitato etiam habuerunt, quod hæc facultas gratificandi possit ab Episcopo pro vicario committi, quia nullibi reperitur quod sit electa industria personæ, quia ad hunc effectum oportet, quod adsint verba importantia personalitatem. ad not.* in capite suis is ante *ibi Dd.* de officio delegato *Dd.* in l. prima *ibi Ias.* numer. vigesimonono & *ibi etiam Purpur.* numero 500. ff. de officio eius, *cuiusmodi non sunt verba, quibus vtimur in hac materia* in capite eum. cum autem de iure patr. *solum dicitur,* iudicio Episcopi credimus relinquendum, *quæ verba arbitrium boni viri importent. Felinus* in cap. 1. sub numero quinquagesimoprimo de constitutione, *non autem personalitatem,* in capite qui eodem titulo *dicitur,* ordinet antistes Ecclesiam, sicut melius eam secundum Deum viderit ordinandam, *quæ verba nullam, & ipsa personalitatem significant, nec facit quod dicat* prout secundum Deum est ordinanda, *sicut etiam collationes omnes, secundum Deum, facienda sunt personis idoneis, & hinc est quod Decius* consilio 130. in principio *præsupponit pro absoluto, quod Vicarius potuerit gratificare, quod autem Episcopus etiam hanc facultatem concesserit, liquet ex lectura mandati, in quo datur facultas dispensandi, conferendi, & subijcitur clausula generalis,* vt possit omnia alia, *quæ includit si non maiora saltem similia,* capite qui ad agendum de procurator. in 6. clemen. vndecima potest. eodem titulo, *idque tanto magis, quia ratio cur in generali deputatione vicarij non venit facultas conferendi est, quia mera est gratia, & donatio, quæ non venit in generali mandato* capite fin. de officio vicarij in sexto. *gratificatio autem non est mera gratia, ex quo vnus ex præsentatis tenetur ordinarius gratificare, Rebuff.* ad concord. de collatione § statuimus. 1. verb. gratificare, per l. vnum ex familia §. 1. de delegatis 2. *& consequenter tanto facilius sub huiusmodi mandato comprehenditur. quod autem gratificauerit apparet, quia protulit sententiam, ad fauorem Didaci, quæ cum non possit esse iusta ex alio capite quam ex isto, debet ex hoc censeri lata, cum ea ex actis interpretationem, & declarationem recipiat* l. at prætor. § si iudex, *& ibi Bart.* nu. 1. de re iudic. *semper enim sententia præsumitur lata ex ea causa quæ re vera apparet in actis.* l. si quis ad calumbendum de except. rei iudic. l. hæc enim in prin. de suspect. tutoribus *Alex.* cons. 66. n. 4. l. 5. *Nec obstant verba sententiæ, quia licet vicarius in ea dicat, debemus pronuntiare, refert tamen se ad acta, ex quo dicit, quod ex actis appareat. liquet ergo ipsum factum pronuntiasse ex causa, de qua in actis constat, & consequenter ex capite gratificationis, & vtinsfruct. verbo illo* debemus, *quia tenebatur vnum ex huiusmodi præsentatis eligere, non obstat in collatione dicat secundum vnicum, quia numerus etiam hoc casu seruit, cum requirat quod præsentandi sint filij patrimoniales, & sunt eiusdi Beneficiati, vt ad integrum accedant, & hæc omnia dixerunt, tanto magis admittenda esse ad effectum sustinendi actum* leg. tertia. de milit. testament. leg. quoties, de rebus dubiis, *nunquam enim sit relatio ad id per quod actus non sustinetur, Bartol. post glossam* in l. cum vulgari de dote prælegata, *Decius* in capite secundo requiris sub numero tertio vers. 5. non debet fieri de appell.

Dicit autem in d. declaratione † Abulen. si nō habeat vicarius mandatum limitatū, sed generale, quia 89
cum vicarius accipiat potestatem ex commissione Episcopi, *capite fin. de officio vicarij in* 6. Decius *cons. 66. num. 4* Sbrotius *lib. 2. q. 112. numero* 5. & diximus *supra numero vigesimoquarto* potest Episcopus aliqua sibi reseruare, quæ alias venirent in generali mandato, & illi interdicere, ne de aliquo negotio se intromittat, Capella Tolos. *dec.* 481. & ibi Auff. Sbrotius *dicta quæstione 112 numero sexto & quæstione 131. numero tertio*, Rota *decis. 297. parte secunda diuersor. numero 2. & 3* vbi dicit, quod in mera facultate, & voluntate Episcopi consistit tribuere vicario facultates amplas, vel coarctatas, nam quilibet committēs iurisdictionem suam alteri, potest eam limitare, vt sibi libet, &c.

Sed contra prædictam resolutionem, † & d. declarationem S. Congregationis facit difficultatem. 1. 90
quod alias literis Cardinalis S. Sixti datis 4. Feb. 1581. in vna Placentina fuit scriptum. *Congregationem Concilij declarasse, quod mortuo Episcopo, vicarius generalis sede vacante, nullum ad hoc habens speciale mandatum, non potuerit instituere contra ea quæ scripsit Panormit.* in suo tract. vt habetur in declarationibus super *d. ca. 13. sess. 14. de reform. declarat. 14.*

Secundo, quod alias in simili † de excommunicationibus, ad finem reuelationis aut pro rebus sub- 91
tractis, quas Concilium *sess. 25. de reform. c. 3.* statuit, à nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decernendas. S. Congregatio censuisse videtur, ita demum à Vicario generali Episcopi, posse decerni, si ad id habeat speciale mandatum, vt apparet ex seq. declarat. super d. c. 3. Prima, *vicarius generalis, & ad id facultatem habens ab Episcopo, potest, siue præmia cognitione facta ab ipsomet Episcopo, excommunicationes ad finem reuelationis, pro rebus deperditis decernere, dum tamen ipse vicarius causæ cognitionem adhibeat. Sed alij dubitabant ex illis verbis, à nemine prorsus præterquam ab Episcopo, quia taxatiua alios excludit. Congregatio iterum sub die 25. Feb. 1585. primam firmauit resolutionem.* Secunda, ibi, *præterquam ab Episcopo, vel vicario ex speciali mandato non alias,* vt habetur *in d. declarat.* super *d. c. 3.* ergo similiter in proposito cum Concilium *d. c. 13. sess. 14.* statuat, quod non liceat patrono alique ad beneficia, nisi Episcopo loci præsentare, &c. non poterit fieri præsentatio Vicario generali, nec valebit institutio, nisi ad id habeat speciale mandatum.

Respondetur tamen primæ † difficultati, quod esto dicta declaratio sit certa, standum est declaratio- 92
ni Abulen. cum sit posterior, nec de eius certitudine possit dubitari, quia vt dixi, eam habeo authenticam. maxime cum sit iure confirmior. Item de certitudine illius dubitari potest, ex d. declaratione Abulen. & ex dictis *capite præcedenti n. vigesimoquinto & vigesimooctauo.*

Secundæ difficultati † poterat responderi, quod
in terminis *d. c. 3. sess. 25* quamuis non excludatur vi- 93

carius, requiritur tamen speciale mandatum propter verba mutat ne fortia, enixa & geminata, quibus Concil. ibi reseruat Episcopis facultatem decernendi dictas excommunicationes, ibi, *a nemine prorsum præterquã ab Episcopo, &c.* & ibi, *sed totum hoc in eius arbitrio & conscientia sit positum*, & in terminis *d. c.* 15. non sunt verba ista fortia & enixa.

Sed verius existimo, Vicariũ generalem posse de-
94 cernere dictas excommunicationes, † sine speciali mandato, vt tenent Sylua nuptialis *l.* 3. *n.* 28. Probus Monach. *in c.* 2. *de constitutionibus in* 6. *n.* 31. Bernar. Diaz *reg.* 243. & sic etiam stante Concilio Enriquez *in summ. l.* 13. *c.* 17. *§.* 4. Man. Rodriguez *in summ.* 1. *tom. c.* 79. *n.* 1 Sbrotius *l.* 2. *q.* 171. Zerola *d. verb. vicarius.* *§.* 17. Frechilla *de excomm. art.* 2. 2. *p. n.* 5. Suarez 5. *tomo disputat.* 20. *sect.* 1. *n.* 2. Thom. Sanchez *d. l.* 3. *disputat.* 29. *q.* 1. *nu.* 16. Mar. Anton. Genuen. *ca.* 1. *nu.* 1 dicens, fuisse declaratum à S. Congregatione, ac seruari in curia Archiepiscopali Neapolitana, & etiam Ioan. Gutierrez *Cano. q. l.* 1. *c.* 11. 8 quamuis dicat, quod ex dicta prima declaratione requiritur, vt habeat vicarius ad hoc speciale ab Episcopo mandatum, nisi verba illa, *& ad id facultatem habens*, &c. referantur ad facultatem Vicariatus generalem.

95 Nam reuera illa verba Concilij † non excludunt Vicarium, sed sub nomine *Episcopi* comprehenditur, ex adductis supra *n.* 52. & sunt posita ad excludẽdos inferiores Episcopis, etiam habentes Episcopalem iurisdictionem, & exemptos, ac etiam nullius Diœcesis, quicquid dicat Suarez *supra*, vt censuit Congregatio, dicens recurrendum esse ad sedem Apostolicam, pro dict. excommunicationibus ad loca exempta, & nullius Diœcesis, in quibus Episcopi non habent iurisdictionem, Mar. Ant. Genuen. *d. ca.* 1. *n.* 2.

96 Quamuis Bannez 2. 2. *q.* 66. *ar.* 6. † *vers. dubium est*, velit per illa verba excludi vicarium, ita tamen quod si ex commissione Episcopi, dentur tales excommunicationes à suo vicario, factum teneat, quia Concilium non dixit, quod si secus factum fuerit totum sit irritum, & inane, peccabit tamen Episcopus contra mandatum Concilij, si sine causa vrgente cõmittat huiusmodi excommunicationes suo vicario, in quo Bannes non bene loquitur, nam vt diximus non excluditur vicarius per illa verba, & si excluderetur vt ipse putat, factum non teneret, & nonquam posset Episcopus illi committere huiusmodi excommunicationes, &c.

Et ita censuit S. Congregatio Concilij, † vt in se-
97 quentibus declarationibus super *d. c.* 3. Prima Elboren. *Vicarius Episcopi potest concedere literas monitoriales, de quibus in præsenti decreto.* Secunda, *Vicarius generalis Episcopi potest has excommunicationes decernere, adhibita causæ cognitione, nec indiget speciali mandato Episcopi.* Tertia, *stante hac declaratione quærebatur, an eadem potestas competat vicario capitulo sede vacante, Congregatio censuit affirmatiue, quia ad Capitulum transeunt ea quæ sunt iurisdictionis necessaria, vt est excommunicatio die* 14. *Augusti.* 1586.

98 Nec obstant declarationes † in contrarium adductæ *n.* 91. Quia ad primũ respondetur, quod illa verba, *& ad id facultatem habens* Omissa dict. responsione Ioan. Gutier. ponuntur ad excludendum Vicariũ generalem, habentem in hoc facultatem limitatam, seu ablatam ab Episcopo, qui non potest has excommunicationes decernere, vt per Ioan. Gutierrez. *ibi n.* 10. & Enriquez *supra in glossa litera C.* Ad secundũ respondetur, † illam non videri certam, & magis stãum esse adductis *n.* 97. Quæ videntur magis certæ & iuri conformes, & testatur Mar. Ant. Genuen. *supra d. c.* 1. *n.* 1.

Sed an sicut Vicarius Episcopi, sine speciali mandato † potest instituere, ita etiam possit iudex causæ delegatus. Dicendum est non posse, sed solum pronuntiare esse instituendum, vt fuit resolutum in vna Iuuenacen. Beneficij. 15. Decemb. 1593. coram D. Mantica, & fuit dictum in ead. coram eod. 28. Maij eiusdem anni, & in Ostunen. Capellaniæ de anno 1600. infra relata. 8. *p. c.* 8. *n.* Facit *c. super eo de officio deleg.* Lambertus *de iure patron.* 3. *parte* 2. *lib. q. princ. art.* 9. 100

Nec obstat *clementina* † *auditor de rescrip.* quæ procedit & habet locum, etiam in gratia commissa ordinario, in forma dignum, vt fuit resolutum in causa 101 Legionen. Canonicatus 28. Octob. 1574. coram Sanctissimo Clemente VIII. Cæsar de Grassis *decis.* 125. *n.* 9. & Calagurritana Prioratus 10 Maij. 1581. coram D. Cantucio quæ est 2. *p. diuersorum decis.* 287. & in Abulen. Beneficij. 4. Iulij. 1597. coram D. Lita infra adducta *p. seq. c.* 2. *n.* 55. Nam *d. clem.* solum procedit, in auditoribus Romanæ Curiæ glossa 2 ibi. † & Car- 102 din. 1. *oppositione*, & fuit dictum in dictis causis Iuuenacen & Ostunen. & tradit posthæc Gonçal. *gl.* 23. *à n.* 14. vbi ait d. clementinam non procedere in auditore cameræ.

Sed nihilominus contrarium seruatur † in praxi, 103 nam semper videmus delegatos à Nuntio, in causis Capellaniarum, & beneficiorum iuris patronatus, in gradu appellationis, facere institutionem, & collationem. Quæ praxis videtur posse saluari, & sustineri, ex clausulis commissionum *cum inciden. dependen. emergen. annexis, & connexis, &c.*

Poterit etiam Vicarius conferre † beneficia ex cau- 104 sa permutationis resignata, si potestatem recipiendi resignationes, ex causa permutationis ab Episcopo habeat, vt tenent Domin. *in d. ca. fin. de officio vicarij in* 6. *n.* 10. Corrasius *d.* 2. *p. c.* 8. *n.* 2. & Zechus *d. c.* 2. *de benef. & pensi. vers. vicarius etiam*, quia tunc collatio non est voluntatis, sed necessitatis, *ca. vnico de rerũ permutatione in* 6. & *clem. vnica eod. tit.* & quia verisimille est, quod Episcopus dando potestatem recipiendi resignationes, ex causa permutatis, voluit dare potestatem faciendi collationem, quæ necessario illis debet fieri, maxime quia in permutatione eodem contextu solet admitti vtriusque renuntiatio, & pariter fieri vtriusque collatio, referunt Cosmas *in d. §. item voluit. de collatio. verb. vicariis*, & Selua 2. *p. q.* 14. *n.* 4. † qui tamen ibidem tenent, non posse 105 vicarium generalem, sine speciali mandato, conferre beneficia nominatis, quamuis talis collatio non sit libera, sed necessaria, quod etiam tenet Rebuffus de nominatio. *q.* 17 *n.* 16. alias 7. & sic videntur tenere contra istam doctrinam saltem quod attinet ad primam rationem, quod ista collatio competat vicario tanquam necessaria, † ad quam rationem non pro- 106 cedit consequenter Corrasius, qui 4. *p. c.* 4. *n.* 15. tenet non posse vicarium, sine speciali mandato, conferre beneficia nominatis.

Et contrarium in proposito † tenet, Rota *decis.* 1. 107 *de renuntiatione*, alias 43. *in antiquis* Calderinus *cons.* 3. *de renuntia.* Roman. *cons.* 330. *numer.* 5. vbi Horatius Mandosius *litera L.* Felinus *in c. audito nu.* 13. *de præscrip.* Staphileus *de literis gratiæ tit. de variis modis vacationis. §. resignationis modus ex n.* 23. Rebu. *in praxi in forma vicariatus num.* 105. 106. & 107. & *in reg.* 13. *Cancel. verb. aut vicarius perpetuus*, & Sbrotius libro

libro secundo qu. 17. *n.* 9. 13. & 14.

108 Sed mihi placet sententia Domin. † & sequacium videlicet quod Vicarius generalis, cui Episcopus dedit facultatem recipiendi resignationes, ex causa permutationis, potest conferre beneficia sic resignata permutantibus, maxime ex prima ratione, nempe, quia ista collatio non est voluntatis, & libera, in qua loquitur *in d. c. fi. de offic. vicarij in* 6. sed necessaria, vt recte tradit Domin. *in fin. num.* 101 & sequuntur Bellam. *decis.* 94. & Cuchus *d. tit.* 8. *nu.* 83. Quæ ratio magnam vim facit Staphileo *supra*, quamuis dicat, quod propter authoritatem dominorum transeat d. deci-
109 sio. Et consequenter † verius videtur Vicarium ex generali mandato, posse conferre beneficia nominatis, & facere aliam quamlibet collationem necessariam, vt videtur tenere Probus ad Monach. *in d. c. fi. n.* 5. *vers. propræmiss.* & faciunt tradita *c. præced. à n.* 55. de capitulo sede vacante, non tamen poterit etiam hodie stante Concilio Triden. conferre parochiales Ecclesias, quia earum collatio non est absolute necessaria, ex ibi dictis *à nu.* 79. Poterit tamen conferre beneficia patrimonialia, etiam cum conferantur absque aliqua præsentatione vel electione alterius ex ibi dictis, licet contra teneat Gonçalez *glossa* 9 *§.* 1. *num.* 78.

110 Si vero solum haberet † facultatem admittendi resignationes, non addito etiam ex causa permutationis, non posset vicarius admittere resignationem ex causa permutatis, quia aliud est admittere resignationes, aliud dare authoritatem permutare volentibus, vt fit in admissione resignationis ex causa permutatis, & ita videtur tenere Rebuffus *in d. forma vicarius numer.* 104. ex *c. quæsitum de rerum permutatione* Zerola *d. verb. vicarius. §.* 10. qui tamen variat. 2. *p. verb. capitulum. §.* 7. Quamuis Petrus de Perusio *de permut.*
111 *benef.* † 2. *p. q.* 6. *nu.* 23. alias. 40. contrarium videatur velle, ait enim, quod si tale esset Beneficium, quod posset renuntiari in manibus inferioris ab Episcopo, quia talis inferior haberet potestatem instituendi, tunc in talibus Beneficiis permutandis, vicarius Episcopi authoritatem interponere posset, qui haberet eandem ordinariam potestatem, quam & Episcopus.

112 At Vicarius speciale mandatum † habens, sine dubio confert beneficia etiam liberæ collationis, vt *in d. c. fi. de offic. Vicarij in* 6. de quo vltra Dd. *ibi*, videndi sunt Pauinus 10. *q.* 2. *p. n.* 31. Rebuf. *in d. forma Vicariatus, ex n.* 49. Cuchus *d. l.* 2. *tit.* 8. *à num.* 74. *cum multis seq.* Sbrotius *l.* 2. *ex q.* 71. *vsque ad* 110. Zechus *de rep. Eccl. d. c.* 23. *de vicario Episcop. §.* 2. *n.* 4. *ver.* 14. & vide d *p. seq. c.* 2. *n.* 24. & 25.

113 Quod autem dicitur, speciale † debere esse mandatum conferendi, † intellige, vt non tamen ad certa Beneficia vacatura, vel ad conferendum certis personis sit. Hoc enim non valeret, sed solum specialiter exprimi debet, quod facultas ei datur conferendi beneficia. Debet tamen esse generalis, Rota *decis.* 5. *de offic. vicarij in nouis. & ibi additio* gl. *in ca. præsenti. §. prohibemus verb. cuiuscumque de offic. lega. in* 6. & ibi Dd. Pauin. *d. n.* 31. Rebu. *sup. n.* 12. & 58. & *tit. de vicariis Episcoporum à n.* 19. & *d. reg.* 12. *verb. vicarius perpetuos*, Rosini. *de benef. c.* 10. *n.* 5. P. Greg. *c.* 35. *n.* 4. Cuchus *d. tit.* 8. *n.* 78. Fran. Marc. *q.* 995. *n.* 4. Sbrotius *lib.* 1. *q.* 53.

114 Generalis tamen est si data esset † ad conferen. Beneficia certi loci, seu certæ partis Diœcesis dummodo ibi sint plura Beneficia secundum Rebuffum *d. tit. de vicariis Episcoporum n.* 23. & Rosini. *supra n.* 6. & 7. aut ad conferendum beneficia in certis mensibus vacantia, Cuchus *supra nu.* 203. aut ad conferendum beneficia simplicia tantum, aut curata tantum aut beneficia certi valoris, aut vacantia per mortem vel resignationem, Rebuf. *in dict. forma vicariatus n.* 12.

Et sufficit ad conferen. † habere mandatum gene 115 rale cum libera, Bart. seu Cinus *in repetit. l.* 1. *ff. de officio procuratoris Cæsaris n.* 10. Paulus *in l. procurator, cui generaliter libera in fin. ff. de procurator.* Ferretus *cons.* 381. *n.* 2. & 3. † qui idem ait in habente mandatũ 116 cum clausula quod possit omnia facere, quæ posset constituens si personaliter adesset, nam ista verba mandatum cum libera præ se ferũt, ex eisque id concessum videtur, quod sine speciali mandato expediri non posset, vt diximus supra *n.* 74. Vnde non videtur verum, † quod ait Flaminius Parisius *de resignatione* 117 *benef. l.* 9. *q.* 7. *n.* 54. quod vicarius Episcopi non poterit conferre, etiam ex amplissima facultate ei data ab Episcopo faciendi omnia & singula quæ ipse Episcopus, &c. etiam si requirant speciale mãdatum, &c. nam ista verba importare videntur speciale mandatum ex dictis.

Sed mihi verius videtur non solum † quod ait Fla- 118 minius *ibi*, sed etiam ad conferendum non sufficere mandatum generale cum libera, ex tex. qui videtur expressus *in d. c. fi. de offic. vicarij in* 6. vt patet ex eius verbis, & ratione, ibi, *nec regulariter donare valeat is, cui bonorum administratio etiam libera est concessa, &c.*

Rursus, Episcopus † non potest dare facultatem, 119 conferendi beneficia, nisi vicario suo, seu Officiali generali. glossa *in d. §. prohibemus, verb. cuiuscumque*, & ibidem Francus, & alij. Idem Francus *in d. c. fin. de officio vicarij*, Rota *d. deci.* 5. & *ibi add.* Papam, *n.* 8. Selua 2. *p. q.* 21 Rebuffus *d. tit. de vicariis Episcoporum, ex n.* 15. & *in forma vicariatus ex n.* 2. Couarruuias *lib.* 3. *var. c.* 20. *ante n.* 7. Quintanaduẽnas *l.* 1. *Ecclesiastico. c.* 5. *n.* 7. & Sbrotius *l.* 1. *q.* 52.

Et debet esse Vicarius generalis, non † solum in 120 spiritualibus, sed etiam in temporalibus, Rota *d. dec.* 5. *n.* 2. Pauinus *d. q.* 10. *n.* 31. Milli. *in reper. verb. vicarius Episcopi*, Rebuffus *d. tit. de vicariis n.* 18. & *in forma vicariatus n.* 15. & 16. & Sbrotius *l.* 2. *q.* 90. Nam Vicarius † generalis is tantum dicitur, qui in spiritua- 121 libus, & temporalibus est creatus, Rebuffus *d. n.* 18. & 16. & *tit. de deuolut. n.* 59. Pauinus *d. qu.* 10. *n.* 6. & videtur de mente Cuchi *supra n.* 60. Et idem tenet Bonifacius *in clemen. & si principalis de rescrip. n.* 28 vbi ait quod Vicarius generalis, circa spiritualia non potest impetrari per rescriptum, quod etiam Pauinus *dict. n. sexto.*

Sed ego verius existimo, sufficere quod † sit gene- 122 ralis Vicarius in spiritualibus iuxta subiectam materiam collationis Beneficiorum, quæ est spiritualis, quod videtur tenere Papazon. *vbi supra*, nam & vicarius Episcopi in spiritualibus, dicitur generalis, vt *in c. cũ nullus vers. Episcopo de tẽpor. ordinat. in* 6. & in S. Concilio Triden. † *sess.* 13. *de reform. ca.* 1. 2. 3. & 4. 123 & in breuibus summi Pontificis, cum aliqua committuntur Episcopis, seu eorũ vicariis, vicarij generales in spiritualibus appellantur, dicendo sic venerabili fr. Episcopo Abulen. siue dilecto filio eius, vicario in spiritualibus generali, teste Marchesano *de commission. p.* 2. *c.* 6. *de comissione appel. n.* 38. ita Sbrotius *dict. l.* 1. *q.* 25. 26. 27. & 49. & Thomas Sanchez *de matrim. d. l.* 3. *disput.* 29. *n.* 11. & etiã in Bullis & literis Apostolicis, aliquando vicarius in spiritualibus, gene-

ralis appellatur. & ei in ea designatur, vt [illegible] ex Flaminio Parisio [illegible] 7. [illegible] 7. vbi ponit tenorem Bullæ in forma dignum, directo Vicario in spiritualibus generali.

124 Vnde apparet non esse verum quod aiunt Bon f.† *d.n.*28.& Paui *inst.n.*6. quod maxime conuincitur ex *d.c.*2 *sess.* 13. Concilij, ibi, *seu illius etiam Vicario in spiritualibus generali*. Ex quo apparet vicario in spiritualibus generali, posse causas per rescriptum Apostolicum committi, & consequenter commissa vicario seu officiali simpliciter, poterunt per vicarium in spiritualibus generalem expediri, licet non vicarius in temporalibus.

125 Et sufficeret esse Vicarium generalem† certi loci, vt posset ei committi facultas conferendi beneficia illius loci Rebuf. *d.tit. de vicariis n.*23. *&* 24.& Sbrotius *d.l.*1.*q.*53.*n.*5. Licet alias non sit vicarius generalis.

126 Poteritque vicarius habens facultatem conferendi beneficia † illa conferre, etiam extra Diœcesim, sicut Episcopus potest. Rota *decision.* 5.*n. vltima de officio vicarij in antiquior.* Dominicus *in d.c.fi.ad fi.* Cosmas *in d.§.item voluit.de collat.verb.vicario*, Pauinus 1.*p.*2.*q.n.*7. Boerius *decisione* 30. Rebuffus *in d. forma vicariatus n.*227.*& in d.reg.cum.*15.*verb.aut vicarios perpetuos vers.vltimo sciendumest.*& de nominatione *qu.*14.*n.*46.*&* 109.alias 27.& 65. Lambertus 2.*p.*2.*l.q.*2.*artic.*6.*n.*3. Corrasius *d.c.*8.*n.*3. Rosin. *de benef.c.* 10.*n.*16. Couarruuias *l.*3.*var.c.*20.*n.*8. Cuchus *d. tit.* 8.*n.*98. Menochus *de arbitr. libro primo quæstione* 43. *n.*19. Flaminius Parisius *de resignat.lib.* 7.*q.*24.*n.*31. Sbrotius *l.*2.*q.*102. *&* 103. Zerola *in praxi Episcopali* 1.*p.verb.Beneficium §.*9. *&* 2. *par.eodem verb. §.vlt.* & Thomas Sanchez *d.l.*3.*disput.*44.*n.*2.& dicit æquum Anastasius Germon *de indultis Card.§.tibi quoad vicario n.*89.& probatur ex *c.statutum de præb.in* 6.per argu ab speciali, & tradit post hæc Gonçalez *glossa* 61. *a n.secundo.*

127 Quamuis contrarium teneat Bald. *in l.*2.*n.*1. *de officio proconsulis* Barbatia *in c.nouit.de offic.legati* Francus *in d.c.fi.n.*3.& Francus Marcus *dec.* 117. *in fin.p.*2.& dubitare videatur Ripa *de peste remedio vltimo n.*51.*& seq.* ex eo quod commissio facta ab inferiore à principe, seu iurisdictio etiam voluntaria ab eo concessa, nunquam potest exerceri extra territorium committentis, seu concedentis, vt tenet Bartholus *in libro primo ff. de officio proconsulis num.primo, & in libro primo Codice de summa Trinitate num.quadragesimo ex d.libro secundo versiculo apud legatum de officio proconsulis* & sequenti, Pacianus *de probatione libro secundo capite decimooctauo à numero* 12.alios referens.

128 Sed ratio nostræ sententiæ est,† quod iurisdictio voluntaria cuius est collatio beneficiorum exerceri potest extra territorium *d.l.*2 Dd. *in d.ca.nouit.* Ias. *in l.si ff.de iurisdictio.omnium iudicum n.* 6. Couar. & alij *sup.*& nulla congrua ratio potest assignari, quominus eius vsus liceat vicario, sicut Episcopo, vt in-

129 quit Couar. *ibi*, nec refert quoad hoc sit ordinarius,† vel delegatus, vt recte inquit Thom. Sanchez *supra*, quamuis Rota, Domin. Cosmas, Boerius, Corras. Sbrotius & alij *supra*, se fundent in hoc, quod vicarius, sicut Episcopus, sit ordinarius, quod nõ est absolute verum in collatione beneficiorum, cum non veniat in generali mandato, vt supradictum est. Nam iurisdictio voluntaria, etiam delegata, seu concessa ab inferiore à principe, recte potest extra territoriũ exerceri, cum similiter eadem ratio ac in ordinaria,

nempe quod nulla fit iniuria iudici illius territorij, cum absque strepitu, & figura iudicij exerceatur.

Nec obstat *d.l.*2.*vers.apud d.legatum*, quia respon- 130
detur ibi non dici, quod apud legatum proconsulis habentem iurisdictionem, nemo possit manumittere extra territorium, sed quod apud legatum proconsulis nondum ingressi prouinciam, nemo potest manumittere, siue in prouincia, siue extra, quia non habet iurisdictionem, eo videlicet, quod proconsul antequam prouinciam ingrediatur, mandare iurisdictionem legato suo non potest *l.obseruare.§.post hæc. ff.eod.tit.de offic.proconsulis.*& ita procedit *l.apud proconsulem.ff de manumissis vindicta*, cuius verba ibi, *ex quo prouinciam ingressus est*, referuntur ad proconsulem, non ad legatum, & ita accipiendus est primus intellectus Accursij *in d.l.*2.*verb.talem*, & Tho. Sanchez *sup.n.*5.

Vnde non solum confessores ordinarij, † vt paro- 131
chi, possunt audire confessiones subditorum extra parochiam, seu Diœcesim, sed etiam delegati, vt tenent plures, quos refert & sequitur Tho. Sanchez *d. n.*2. summa Corona. 4.*p.c.*6.*de Sacram.Pœnitentiæ n.* 52.1.*dub.*

Quod tamen hodie stante Concilio † Trid. *sess.*25. 132
*c.*15.*de reform.* intellige, dummodo isti delegati, sint approbati in Diœcesi, in qua audiunt huiusmodi cõfessiones, nec sufficit approbatio alterius Episcopi, etiamsi ille sit alias Episcopus pœnitentis, vel confessoris, vt recte tenet Io. Gutierrez Cano. *q.l.*1.*c.*27. Zerola *in praxi pœnitentiali, c.*16.*§.*7.& Sorbo *in compendio mendicantium verb.absolutio, in resolutionibus absolutionũ pag.*62.& hoc intendit declaratio S.Cõgregationis data Archiepiscopo Valentino, quam refert, & vidisse ait Man. Rodriguez *in explicatione Bulla Cruciata §.*9.*n.*5. his verbis, *Congregatio Cõcilij respondit, approbatum ab alio, quã à Valentino Episcopo in Diœcesi Valentina, non censeri approbatũ ab Ordinario.* De qua fit mentio in declaratione Abulen. supra adducta *num.*87.*ad quartum*, quicquid post alios dicant † Bartholus Ledesma *in summ.Sacram.de* 133
Sacramento, Pœnitentiæ difficultate vigesima tertia & Petrus Ledesma *in summ. de Sacramento Pœnitentiæ cap. duocimo & decimotertio* Enriquez *in summa libro sexto capite sexto §.septimo & libro septimo capite duodecimo §.quarto* Graffiis *in decisionibus aureis casuum conscientiæ libro primo capite decimotertio, numer.quadragesimo quinto* summa Corona *dict. num. quinquagesimo secundo dubio secundo* Ludouicus Lopez *instructione conscientiæ secundo tomo secunda parte capite octauo* Vega *in summa parte prima capite sexagesimosecundo casu* 41. & in espejo de Curas *c. vndecimo nu.* 280.*&* 357. Antonius Gomez *in explicatione Bullæ ad* 10.*clausulam num octauo.*& nouissime Suarez 4.*tomo disputatione vigesima octaua sectione sexta & septima* & facit *clement.dudum de sepul.*† ex qua religiosi iuxta 134
illam expositi, non possunt audire confessiones extra Diœcesim, in qua sunt expositi, vt tenent Sylu. *verbo confessor.*1.*qu.*14. *& confessor.* 2. *quæstione prima & tertia* Nauarrus *in manu.cap.*27.*numer.*166. Ludouicus Lopez *d.* 2.*to.* 2.*part.c.* 2.*de clauibus*, & alij relati per Thomam Sanchez *supra numero* 1. quamuis alij quos ipse refert & sequitur *num.*1.& Enriquez *d.lib. sexto c.septimo §. primo summ.* Corona *d.*1.*dub.*& Vega *d.cap.*62.*casu* 17.*& d.n.*357.*ad finem.* contrarium teneant.

Vnde etiam quamuis interesse † matrimonio, 135
non sit proprie actus iurisdictionis, & ideo matrimo-

nium contractum coram parocho excommunicato, denuntiato, vel notorio clerici percussore, vel alio sacerdote de eius licentia valet, vt censuit S. Congregatio in d. declaratione Abulen. adducta *nu.* 87.*ad* 5.& tenet Vgolinus *de sponsal.tab.* 1.*c.*11. *§.*4. *num.* 2. qui ita declaratum audiuisse ait à S.Congregatione anno 1594. Enriquez *libro* 11.*c.*3.*num.*4.*&* 5. & Thom.Sanch. 2 *d.l.*3.*disput.*21 *& disput.*30.*n.*10. vbi vide. Ex quo obiter conuincitur quod docet Suarez 5.*tom.disput.*14 *sectio.*1.*n.*6.*&* 7. de licentia data à parocho excommunicato, ad administran. Sacramentum Extremæ vnctionis, & de literis dimissorijs, datis ab excommunicato. Tamen cum reducatur
136 ad iurisdictionem † voluntariam, non solum proprius parochus alicuius contrahentium potest assistere matrimonio, valide & licite, in aliena etiam prorsus parochia, seu diœcesi, vt recte tradit Thom.
137 Sanchez *d.l.*3.*disp.* 19. post alios† quos refert, sed etiam priuatus sacerdos, cui parochus committit, seu concedit licentiam vt assistat matrimonio, potest similiter assistere extra parochiam committentis, seu diœcesim, quicquid dicat Nau. *cons.* 14.*de clandestina desponsat.* vt recte docet idem Thom.Sanch. *d.disput.* 34.& est declaratio S.Cong.16.Febr.1595.quæ sic ait. *An validum censeri debeat matrimonium, celebratum in parochia mulieris, coram alio sacerdote, de licentia parochi viri, præsertim vbi parochiæ sunt diuersæ Diœcesis? Cong. censuit censeri validum.*

138 Sed est difficultas, An sicut collatio† Beneficiorum, tam per Episcopum, quam per Vicarium potest fieri extra Diœcesim, possit etiam fieri institutio præ-
139 sentati, seu confirmatio electi. Et non posse tenet † Ioan. Andreas *in capite fi. de officio vicarij in sexto* Cardinalis & Abb. *num.*5.*in d.cap.nouit.de off.c.leg.* quia hæc exigunt causæ cognit. vt *in c.fi.de elect.in* 6. sequitur Rochus *verb.competens q.*34.& pro hac sententia citatur etiam Arch. *in c.qui in aliquo* 51 *dist.*& Zerola *sup.*ait, non posse fieri collationem extra diœcesim in contradictorio iudicio.

140 Sed Archidiaconus ibi potius videtur tenere † contrarium cum Vincentio quem refert, quod etiam tenet Baldus vltimi in Episcopo *in dicto lib.* 2 *de officio proconsulis*, & Boer *d.dec.*30.& Sbrotius *d.q.*113. quia etiam institutio, & confirmatio, est voluntariæ iurisdictionis.

141 At Domin. *in d.cap.fin.*† *de officio vicarij in* 6.*n.*8. ait se credere quod opiniones possent reduci ad cõcordiam, quia quædam est confirmatio, seu institutio, quæ fit contradictorio iudicio, vt quia iudicium est agitatum inter partes, & tunc quia confirmatio debet fieri in forma diffinitiuæ sententiæ, vt not. *in gl. verbo manet in d.c.fin.de elect.in* 6. ideo talis confirmatio, seu institutio, non poterit fieri extra territorium, & sic procedat prima opinio, nisi esset facta de consensu iudicis territorij, & partium litigantium, &c. Quædam est confirmatio, seu institutio, quæ non fit in contradictorio iudicio, vt quia nullus comparuit ad contradicẽdum, & tunc posset procedere alia opinio, quia talis confirmatio, seu institutio, posset fieri sine causæ cognitione, vt notat Lapus post Io. Andr. *in d.cap.fi.de elect.in* 6.& tenet Innoc. *in c.si celebrat.de cleric.excom. in addit.* nec obstat si dicatur inquit Domin. quod requiratur causæ cognitio, saltẽ summaria, super forma electionis, & persona electi, vt notat Innoc. *in c. cum dilecti de electione in glossa* 3. quia licet istud habeat facere, pro informatione sua facit absque aliquo strepitu iudiciali, &c. vel quod potest dici, quod illa inquisitio debeat fieri intra territorium, sed confirmationis, seu institutionis actus

poterit fieri extra, ex quo non est ibi contradictor, ita Domin. quod etiam tenent Paulus de Castro *n.*9. & Ias. *n.*7.*in l.fi.de iurisdictione omnium iudicum*, qui cũ Archidiacono *in d.ca.qui in aliquo* dicunt, quod Episcopus extra Diœcesim existens, potest confirmare electiones, si non apparet contradictor, quia est tunc voluntariæ iurisdictionis.

Sed melius † & distinctius dicendum est, cũ Lam- 142
bert. *d.* 2.*par.lib.*2.*quæst.*2.*art.*6.*&* 3.*par.*2 *lib.quæst.*2. *artic.*11. quod si ad institutionem, vel confirmationem proceditur iudicialiter, & cum causæ cognitione siue instanti contradictore siue ex officio, instante coadiutore Curiæ seu fiscali. Adde vel alias in forma iudicij per assignat. auditorij seu stratorũ, vt solet fieri, non potest fieri extra territorium, nec causæ cognitio, seu processus, nec institutio, vel confirmatio, si fit in sententia, nisi de consensu iudicis loci, & partib. non contradicentibus, quamuis lata sententia intra territorium de instituendo, institutio ipsa posset fieri extra, quia iam est actus extraiudicialis, & voluntariæ iurisdictionis, si vero discussio negotij esset extraiudicialis, & absq; strepitu & forma iudicij, quia fieret sine contradictore, & coadiutore Curiæ, tunc totum potest fieri extra territorium, sine licentia iudicis illius, quia est voluntariæ iurisdictionis, sequitur Th.Sanchez *d.lib.*3.*disputat.*8.*n.*6.& ita procedet quod ait Gonçal. *gloss.*61.*n.*8. posse Episcopum extra propriam Diœcesim instituere, & electiones confirmare, & infirmare contradictore non apparente.

Sed non poterit vicarius conferendi† beneficia fa- 143
cultatem habens ipsi Episcopo, etiamsi alius esset capax, vllam beneficium conferre, Ripa *responsio* 13. *li.* 2. Rebuf. *in praxi in forma vicariatus num.*82.*& seq.& in reg.Cancel.*15.*verb.aut vicarios perpetuos, in prin.& in concord.tit.de collatio. §. præfatique ordinarij verb. conferre, & denominatio.quæst.*8 *nu.*47 alias 28. Corras *d.*2. *part.cap.*8.*num.*6. Quintanaduennas *lib.*1. *Ecclesiastic.cap.*5.*num.*7.& Sbrotius *li.*2.*quæstione* 91. *n.* 92 Cum vna persona, seu huiusmodi corpus censeatur, ideoque de vicario conferente inhabili, ad Episcopum non fiat deuolutio, *capit.*2 *de consuetudine in* 6.*& cap.Romana de appellat.eod.lib.* Rebuf. *de nominatio. quæstio* 14.*num.*170.alias 63.& Corrasius *ibi*.
Quod intelligendum videtur,† quando vicarius con- 144
ferret vt ordinarius, quia simul cum iurisdictione generali, & ordinaria potestate, data est ei potestas conferendi, iuxta supra dicta *à n.*40. secus si vt delegatus *cap.si præmissarum de elect.in* 6.& inter dantem, & recipientem, debeat esse distin. *capit.fin.de institutio.& capit.per nostras, de iure patronat.* & ibi glossa & Doct.

Aiũt tamen, quod substitutus † à vicario habente 145
potestatem substituendi potest vicario substituenti conferre, quia substitutus censetur ab ipso Episcopo constitutus, & iure Episcopi confert, non vicarij substituẽtis, ad *l.item eorum.§.si decuriones.ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine, & capite* 1.*§.*1.*de procurator. in* 6 & Rotam *decisio.*8.*&* 33.*de procuratore in nouis.* Vantium *de nullitate ex inhabilitate seu defectu mandati num.*105. ita Rebuf. *in d. forma vicariatus n.*77.*&* 80.*& in d.§.præfati quã ordinarij verbo conferre, & d. quæst.*8 *denominat.n.*47 alias 28. Corras. *dict.c.*8.*nu.* 7. Duarenus *lib.tertio capite septimo* & Sbrotius *lib.* 2. *quæst.*91 contra Pauinum 5 *quæst.*2.*p.*2.*num.*9. qui ait quod substitutus non potest substituenti conferre, nec illum instituere vel eligere. Et facit quod tradit Lamber. 1.*p.*2.*lib.quæst.*8 *artic.*10. quod †procurator 146
substitutus potest præsentare procuratorem substi-

vicarium, licet non ipsum patronum.

147 Vnde etiam substitutus à Vicario, † habente facultatem recipiendi resignationes, & beneficia conferendi, cum ead. potestate, potest conferre beneficia substituentis resignantis, Rebuf. in d. forma vicariatus n. 80 & conf. 86.

148 Sed facit difficultatem, quod vicarius † Episcopi non potest facere, seu substituere alium vicarium, c. clericos de officio vicarij glossa in c. 1. eodem tit. in sexto vers. ..., & ibi Doct. Felin. in c. 9. perpetuum num. 3. de fide instrumen. Marant. in speculo aduocatorum 4. part. distinct. 5. n. 22. Vantius de nullita. ex defectu iurisdictionis delegata n. 25. Auiles. in capitulis praetorum c. 4. verbo iustitia n. 7. Menchacha controuers. illustrium c. trigesimoprimo numero 21. Cuchus dict. lib. 2. tit. 8. numero 40. Aceuedo in l. 1. tit. 9. libro tertio recopil. numero 8. & 10. Sbrotius qui plures refert lib. 2. quaestion. 66. numero primo Zerola dict. verbo vicarius dubio tertio Rosella numero vndecimo Syluest. 5. quaest. & Arm. numero 7. verb. vicarius, & Zechus de Republica Ecclesiastic. cap. 23. de vicario Episcop. §. secundo numero
149 4. vers. 8. qui tamen male ait non posse vicarium †. constituere delegatum ad vniuersitatem causarum cum Sbrotio lib. 2. quaest. 55. num. 6. qui id non tenet, vt apparet ibi q. 27. q. 66. n. 16. vbi absolute ait, creare posse vicarios foraneos.

150 Quod procedit, siue fuerit constitutus † ab Episcopo, cum facultate, & clausula substituendi, siue non, nisi ad modicum tempus ex causa, puta absentiae, vel infirmitatis, dec. 4. de officio vicarij in nouis, & ibi additio, Papae Mill. in reper. verb. vicarius Episcopi. Panin. 10. quaest. 2. parte numero 19. Puteus decis. 168. lib. 1. Sbrotius dict. quaestio. 66. numero 11. & 17. dicens esse communem teste Parisio consil. 80. nu. 15. volum. 4. & Zechus d. versic. 8. & tenuit Rota in vna Oriolen. Beneficiorum coram D. Seraphino 11. Maij 1595. &
151 † praecipue 9. Iunij eiusd. anni vt in sequenti decisione. *Causa iterum proposita domini steterunt in decisis, nam licet Vicarius, ab Episcopo constitutus cum facultate substituendi, possit substituere, & substitutus possit conferre prout poterat substituens*, ex decisione 4. de officio vicarij in nouis *Rebuf.* in forma vicariatus n. 76. *Put.* decisio. 487. lib. 1. cum alijs allegatis, *hoc tamen intelligitur, dummodo substitutio fiat ad modicum tempus, & ex iusta causa, & de consensu Episcopi, vt notant Doct.* in c. 1. de officio vicarij in 6. *Paris.* consil. 80. num. 15. lib. 4. *Puteus* decisio. 168. lib. 1. *Haec autem substitutio fuit facta absque aliqua limitatione, imo in perpetuum, cum ipse vicarius esset discessurus, propter sibi incumbens onus residentiae, & sine causa, cum adessent alij vicarij ab Episcopo constituti, & contra voluntatem Episcopi, qui nam alias constituerat cum facultate conferendi, ideoque de eo tempore dictus vicarius iam fuerat reuocatus per constitutionem aliorum, Francus & Gemin.* in cap. licet de officio vicarij in 6. *quae opinio caret difficultate, vbi concurrit intentio Episcopi reuocandi primo constitutum, vt per Rebuf.* in forma vicariatus numero 267. *haec autem voluntas ex eo colligitur, quod in alia constitutione praeseruat tantum constitutionem Ludouici Mascarelli, vnde apparet eum voluisse omnes alios reuocare, ex vulgari* regul. cum praeter ff. de in lit. & *de ista reuocatione habuit notitiam tempore substitutionis per ipsum factae, cum in ea fiat mentio constitutionis alterius Vicarij. Neque obstat quod in secunda constitutione vicarij non detur facultas conferendi* ad decis. decimamoctauam procurator. in nouis, *quia non ideo minus dicitur reuocatus primus, licet secunda data sit minor facultas, cum non versetur in constitutione ad alias diuersas, prout procedit decisio, quae vult, quod per constitutionem procuratoris secundi ad negotia, non censeatur reuocatus primus ad lites constitutus simul, & ad negotia, sed simul in constitutione ad actũ vniuersalem, quae censetur per aliam etiam minus plenam reuocata. Sed dictum nunc talis constituere alterum vicariorum cum facultate conferendi, & ita conclusum esse standum in resolut.*

Et ad modicum tempus, † ex causa potest substituere, etiamsi non habeat facultatem, & clausulam constituendi, Panin. dict. quaestione 10. numero vigesimo primo, Felin. Maran. Menchaca, Cuchus, Aceued. numero 8. & Arm. vbi supra, & Puteus d. decis. 168. & Marc. Anton. Genuen. capit. 84. numero decimotertio. Quamuis hanc potestatem substituendi, seu consensum Episcopi ad substituendum ad tempus, ex causa, requirat, post Hostien. Rota dict. decisione quarta & Domin. numero primo, & Francus quarto in dict. cap. primo, & Zerola supra dub. 4. vel consuetudinem id faciendi, quasi tunc toleretur per quandam voluntatem Episcopi, Rosella supra cum Cardin. 152

Iuxta quod est accipienda † decis. Cassanen. 159. in 153
manuscrip. quae ait, *quod si vicario Episcopi committatur aliquid per vos, non potest ipse subdelegare specialiter, secus si ponat alium in locum suum, in omnibus praesupposito, quod habeat facultatem ab Episcopo substituendi, quia iste substitutus, dicitur ab Episcopo substitutus, & potest expedire commissa per vos sub nomine dignitatis*, Felinus capite nono perpetuum de fide instrument. Rota in nouis. 414. Et decisione Putei 487. lib. 1. & Rotae 31. & trigesimotertia lib. primo & 151. & 159. libro secundo & 122. libro tertio par. 3. diuersorum vbi etiam habetur, quod substitutus à vicario Episcopi, etiam habente facultatem substituendi, potest exequi commissa vicario, &c. & tradunt Paparon. in addit. ad decisionem primam numero tertio & ad decisionem quae etiam in fin. de officio vicarij in nouis, & ad decis. 33. numero 2. de procurator. in nouis. & Sbrotius lib. 2. quaest. 67. intelliguntur enim istae decisiones de substitutione ex causa absentiae vicarij, & sic ad modicum tempus, vt patet ex d. deci. 31. 33. 151. & 159. & 122.

Et ita tenendum est, quamuis † Panin. d. q. 10. num. 154
20 & 21. & Rebuf. supra, & in d. forma vicariatus nu. 73. & 76. & in d. regul. 13. verbo aut vicarios perpetuos versi. item vicarius, & d. cons. 86. Aceued. d. numer. 8. & 10. Syluest. & Arm. supra, absolute teneant vicarium posse alium constituere, quando ei data est potestas substituendi, quod etiam videtur tenere Camillus Plautius in l. 1. ff. de officio eius lib. 1. vers. sunt magistratus n. 125.

Quod poterit tantum procedere, † quando fuis- 155
sent inserta verba illa, videlicet *damus potestatẽ substituendi alium, quem nos vicarium cum eadem potestate substituimus* nam tunc procedit ratio supra dicta quod substitutus videtur ab ipso Episcopo positus, & ab eo accipit potestatem ministerio vicarij substituentis, & sola nominatio, seu electio personae, fit à vicario substituente, & ita docet Sbrotius supra n. 15. Rebuff. d. forma vicariatus num. 77. qui ait, quod bonum esset inserere dicta verba, & cum Melil. tract. de praecedentia Vicarij cap. 1. num. 14. & Francus Marco dec. 317. num. 2. p. 1. & Panino d. quaest. 10. n. 20. & idem docet Zechus d. ver. 8. & Marc. Ant. Genuen. d. n. 13.

Vel quando Episcopus † daret potestatem sub- 156
stituendi suo nomine, tunc enim censetur etiam ab ipso Episcopo positus, cũ eius nomine substituatur.

Nec

157 Nec in istis casibus potest dici dare vicarium † incertum contra c. ad haec de rescr. vt post Ioan. And. in c. si cui de officio deleg. in 6. considerat. Card. in clemen. 1. de officio deleg. quaest. 12. & Specul. de iudice delegato. §. 2. num. 4. Quia per substitutionem, vel nominationem vicarij substituentis, qui repraesentat personam Episcopi, in substituendo certificatur, nec est nominatio per partem, vt loquitur dicto capit. ad haec, vt per Domin. in d. cap. si cui in fin. & Francum ibi nu. 3. Alex. in l. more de iurisdict. omnium iudicum num. 27. Fel. in cap. super qu. §. si vero numero 18. vers. ad 2. de officio deleg. & Thom. Sanchez d. lib. 3. disput. 31. numero 8. & in simili de procuratore per Massam Gallesium ad formam obligationis Cameralis ad 5. p. q. 1. ex num. 5. facit c. penul. de arbitr. & ibi gloss. fi.

158 Vnde quod Rebuf. Corrasius, Duare. † & Sbrotius supra relati num. 145 docent, quod substitutus à vicario habente potestatem substituendi, conferre potest vicario substituenti, solum procedet quando habet potestatem substituendi cum clausula, quẽ nos cum eadem potestate substituimus, seu nomi-
159 ne Episcopi, aut sine illa clausula, si substituit † ex causa ad modicum tempus, tunc enim praecedit ratio per eos adducta, iuxta sup. d. Alias enim non posset substituenti conferre, & si substitueret ad tempus ex causa, prout posse diximus, licet nõ haberet clausulam substituendi, nam tunc substitutus non videtur ab ipso Episcopo constitutus, nec ab ipso potestatem accipit, sed ab ipso Vicario. Quae ratio videtur etiam reuera procedere, stante clausula substituendi sine illa alia, etiam tunc substitutus ad tempus ex causa, potestatem accipit ab ipso vicario, qui suo nomine substituit, & non Episcopi, iuxta infra dicta.

160 Et sic etiam procedet sententia glos. in † d. capit. si cui. verbo per alium, & in cap. 1. § substituendi, de procurator. in 6. quae docet, quod licet delegatus inferioris à principe non possit subdelegare, tamen si habet ad hoc speciale mandatum, poterit subdelegare, sequitur Rota decis. 14. de officio deleg. ad fi. alias 368. in nouis Francus in cap. cum causam, de appellatio. n. 10. Abb. in c. a. cum Berthold. n. 24. de re iudi. & in d. c. super quaest. §. porro n. 2. & ibi Fel. d. §. si vero num. 18. Bar. in d. l. more n. 12. & ibi Alex. n. 27. & Alber. n. 14. Bald. in l. a iudice n. 3. C. de iudiciis, & ibi Salicetus in fi. & Ias. num. 8. & 9. Bertachi. in reper. verbo delegatus, Maranta in speculo aduocatorum 4. p. 5. dist. num. 63. Caputaquen. decis. 167. num. 2. p. 1. Mandos. reg. 4. Cancell. quaest. 3. num. 7. Nauar. in ca. placuit de poenite. dist. 6. n. 70. & 71. Aceuedo in Rubric. tit. 9. lib. 3. recopil. num. 14. & 19. Vgolinus de censur. tab. 1. cap. 8. num. 3. Sbrotius d. l. 2. q. 66. num. 23. Molin. in emperio iuris tit. 2. q. 10. n. 9. & Ang. verb. delegatus n. 6. Syluest. eod. verb. q. 8. d. 3. Rosella verb. delegare in prin. & ibi Tabie. n. 1. & Arm. n. 7. Grassus h. t. c. 13. n. 21. Fran. Emil. de Miranda de ordine iud. parte 2. art. 11. 2. concl. & nouissime Thomas Sanchez qui alios plures refert d. l. 3. de matri. disp. 31. n. 6. & seqq. & dicit communem plures referens Camillus Plautius sup. n. 194.

161 Contra quam tenet † Petr. de Bellapertica in d. l. a iudic. Specul. d. tit. de iudice deleg. §. 2. num. 6. Arch. in cap. quamuis de officio delegat. in 6. Imola in d. §. porro & d. §. si vero Card. d. clem. 1. de officio deleg. quaest. 12. Francus d. cap. si cui ad fin. Alex. & Angel. in d. l. a iudice, Fachin. controuersiarum iuris lib. 1. c. 45. & videtur tenere glos. in d. §. porro verbo transfert, Paparon. in addit. ad d. decisio. decimam quartam & hanc sententiam dicit forte esse veriorem Caccialupus in dict. l. more n. 23.

Praecedet inquam d. communis sententia † ex di- 162
ctis, quando ordinarius delegans cum facultate subdelegandi, seu cum clausula, *per te vel per alium*, addat quod ex nunc illi delegat cui delegatus commiserit, vt per Dom. in d. cap. si cui ad fi. cum Paulo de Eleaçoiro. Alias enim non videtur posse † procedere 163
d. communis sententia, est enim contra reg. tex. d. l. a iudice, & in d. l. more, & in d. c. a. cum causam, & impossibile est in persona delegati fundare iurisdictionem, & potentiam subdelegandi, ita quod delegatus medius faciat gradum, Ang. in l. & quia ff. de iurisdict. omnium iudicum Francus in d. cap. cum causam, num. 10. & in d. c. a. si cui, num. † Felin. in d. §. si vera num. 18. vers. limita nisi daret, Camillus Plautius, sup. num. 108. & Thom. Sanchez num. 8. Vnde limitant d. communem † vt non procedat, quando ordi- 164
narius daret potestatem delegato, vt nomine ipsius delegati subdelegaret, dicunt tamẽ, quod quãdo similiter datur facultas subdelegandi, non videtur tunc delegatus subdelegare, sed ipse ordinarius qui expresse sibi commisit, arg. d. l. si vnũ ex familia §. si de falcidia. ff. de legat. 2. & dict. l. item eorum. §. si decuriones ff. quod cuiuscumque vniuersitatis nomine, & d. c. 1. §. 1. de procurat. in 6. quasi tunc ordinarius censeatur dare facultatem subdelegandi suo nomine ipsius ordinarij. & haec est ratio communis sententiae.

At ego replico † verum non videri, quod quando 165
datur simpliciter facultas subdelegãdi, censeatur ordinarius dare facultatem subdelegandi nomine ipsius ordinarij, potius enim videtur fundari potestas, & facultas subdelegandi in persona ipsius delegati, cum simpliciter datur facultas subdelegandi non faciendo eum expresse ministrum delegantis, nam alias non potest conuenienter dici quod habẽs facultatem subdelegandi, faciat hoc vt nudus minister delegãtis, cum habeat iurisdictionem, vt inquit Cardin. supra.

Pro quo facit tex. in l. fin. ff. quis † & à quo appell. vbi iudex datur à magistratibus ex authoritate, seu iussu principis, licet nominatim iudicem declarantis, non tamen à principe, sed à magistratibus datus intelligitur, & ideo ipsi magistratus appellabuntur, quem textum contra dictã rationem communis sententiae notat Camillus Plautius sup. numero 104.

Addo, quod si praedicta ratio † communis sentẽ- 167
tiae esset vera, etiam delegatus à principe posset subdelegare cum potestate subdelegandi, quod tamen negant iidem authores communis sententiae, & Pena in directo Inquisitorum 3. part. com. 64. & Gratian. regula 441. n. 8. contra Fulgosium in d. l. more, qui tenuit contrarium, & forte melius secundum Ias. in d. l. a iudice n. 9. quem communiter reprobari ait Tho. Sanchez sup. n. 9. Nam delegatus à Principe, recte posset delegare, cum facultate subdelegandi suo nomine, seu cum clausula, *quod ex nunc illi subdelegat, &c.* vt per Thom. Sanchez sup. num. 18. & cum simpliciter daret facultatem subdelegandi dicendum esset eam dare suo nomine, sicut ordinarius, si vera esset illa ratio cõmunis sententiae, supposito enim quod vterq; tam ordinarius, quam delegatus à principe, possit dare facultatem subdelegandi suo nomine, non est maior ratio in vno quam in altero, vt cũ simpliciter de huiusmodi facultatem, dicatur eum

tar, suo nomine, vel non. Nec obstant d. §. si de falsidia. 168 † & dicto §. si decuriones, quia loquuntur in his quibus solum committitur electio, & sic nudum ministerium. 169 Non obstat etiam d. cap. 1 §. 1. † de procuratore in 6. & ibi glossa, & Rota dict. decis. 8. & 33. & Vactius sup. procuratore dato cum potest. substituendi. Quia respondetur cum Cardin. supra, quod aliud est in non iurisdictionalibus, aliud in iurisdictionalibus. Non enim vt dictum est, conuenienter dici potest, quod habens potestatem subdelegandi, faciat hoc vt nudus minister delegantis, cum habeat iurisdictionem, quam tamen non habet procurator, & ideo nil mirum si quando habet facultatem substituendi, substituat vt nudus minister domini principalis.

170 Addito quod procurator datus cum † potestate substituendi, censetur habere mandatum ad substituendum nomine domini iuxta subiectam materiam mandati procuratoris, cuius diuersum innuit subiecta materia iudicis delegati.

Rursus, non facit pro communi l. non distinguemus 171 † §. quaesitum ff. de arbitris tum quia loquitur in arbitrio, qui proprie non habet iurisdictionem, sed notionem, &c. vt inquit Cardin. supra, tum quia ibi non agitur de delegat. seu subdelega. articuli iurisdictionalis.

172 Nec est admittenda d. † Camilli Flaminis supra nu. 106. & 108. vers. restringitur, 6 inter mandatum iurisdictionis, & potestatem dandi iudicem, conuincitur enim ex supradictis.

173 Communis tamen posset procedere in † delegato cum facultate substituendi ad actum iurisdictionis non contentiosae, sed voluntariae. Vt ad conferendum Beneficium, & tunc substitutus posset conferre delegato subsistente, iuxta supra dicta, seu ad certum ministerium, vt in capit. fin. §. fin. de officio deleg. nam in his videtur eandem ratio, ac in procuratore.

Tandem hic notandum est †, quod & si vicarius 174 habens facultatem conferendi fuerit reuocatus, valet collatio facta ab eo, reuocationem ignorante, ad l. si forte, ff. de officio praesidis Innoc. in c. ex conquestion. de restitutione spoliat. Roma. singul. 57. Felin. in c. caeterum sub n. 11. & in c. Abbate de rescrip. Rebuf. in forma vicariatus ex n. 210 Selua de Benef. 2. par. q. 14. numer. 9. Boerius decis. 347. Corras. d. 2. part. c. 8. num. 8. Rosiniacus de Benef. c. 10. num. 11. & cap. 23. nu. 15. Cuchus d. lib. 2. tit. 8 a n. 145. Lancellotus de attentat. 3. par. c. 10. n. 24. Flam. paris. de resignatio. benef. lib. 7. qu. 24. n. 41. Sbrotius lib. 3 quaest. 24. num. 15. & 16. quaestion. 33. a num. 7. & quaest. 56. & nouissime Thom. Sanchez d. lib. 3. de matrimon. disput. 30. a num. 11. qui alios referunt.

175 Et similiter collatio Beneficij, † facta à vicario Episcopi, reuocato per mortem ipsius Episcopi, stāte eius ignorantia, valet, vt fuit resolutum in vna Iacen. Canonicatus coram D. Antonio Augustino de anno 1546. vt per Mohedanum decis. 29. de renunciat. alias 115. Puteum dec. 370. lib. 2. & Chisanen. decis. 138 Papam, ad Romam decis. 1. de officio vicarij in nouis n. 4. Lancel. supra num. 24. & Flam. Paris. 33. & facit dec. Rotae 31. lib. 1. & 159. lib. 2. & 122 lib. 3. part. 3. diuersorum, & tradit post haec Gonçalez 5. quinto prooemium. fin. 103 & glossa 15. §. 2. fin. 19. & vide supra ait. numero 636.

176 Differentia tamen est inter † reuocationem factam per Episcopum, & reuocationem per mortem ipsius Episcopi, aut aliam vacationem Episcopatus, quod in reuocatione facta per Episcopum, requiritur intimatio per ipsum Episcopum, ut de ea ordine facta, alias valebunt gesta per eum, etiam si habeat notitiam reuocationis, & illa publice sit nota, vt tenet Rebuf. Boer. Cuchus, & Thom. Sanchez supr. & videtur tenere Corras. 3. quamuis Fel. d. [illegible] 11. Sbrotius. d. q. 33 nu. 10. & alij contra teneant sufficere notitiam reuocationis in vicario, etiamsi illi nō sit intimata.

Et ratio nostrae sententiae est, quia licet † Episcopus vicarium reuocauerit, non censetur tamen voluisse illam effectum habere, antequam illi sit pro eius parte intimata, sicut etiam in constitutione vicarij, &c. 177

Reuocatio autem per mortem, † vel aliam vacationem, habet effectum etiamnon intimata, ex quo fit a iure ipso facto, Felin. in c. ex parte dict. de rescript. numero 19. 8. falla. communiter receptus, vt per Flam. Paris. supra numero 32. Thom. Sanchez num. 4. 178

Valent tamen gesta per eum, † quando communiter ignoratur mors, quamuis ipse illius conscius sit, sicut etiam quando esset communis error, & ignorantia reuocationis, etiam ipsi intimatae. Ex l. Barbarius, ff. de officio praetoris. de qua supra cap. 4. a num. 277. non autem quando communiter scitur mors, licet vicarius eam ignoret, vt recte tradit Tho. Sanchez d. n. 4. & 11. & disputat. 22. n. 59. Et de materia † reuocationis procuratoris ad resignandum, & illius intimatione requisita, & clem. 1. de renuntiat. vide late per Flam. Paris lib. 9. de resignatione quaestio. 25. 26. 27. & 28. 179 180

Sed restat hic quaedam dubitatio quae sese offert † an sicut vicarius Episcopi non potest beneficia conferre, sine speciali mandato, ita etiam non possit vicarius Papae. In qua Corrasius 1. par. cap. 1. n. 17. diuersum ait in vicario Papae, nempe vicarium quem Romanus Pontifex in vrbe reliquit, qui omnia quae ad iurisdictionem Papae pertinent in ciuitate Rom. potest l. 1. C. de officio eius qui vices alterius gerit, omnia beneficia conferre cap. penult. vbi Doct. de offic. Vicarij. 181

Sed contrarium verius est, scilicet quod etiam vicarius † Papae non possit beneficia conferre nisi ad hoc habeter speciale mandatum, argum. d. cap. fi. de officio vicarij in 6 & ita tenet Abb. in d. c. penult. num. 5. versic. quare 2. & Francus in dict. cap. fin. numero sexto, Paulinus 10. quaest. 2 par. numero 19. Rebuff. in dict. forma vicariatus numero 61. & 63. & in dict. rep. 13. Cacell. verb. an vicarius perpetuus, & Gambarus de officio legati libro tertio numero 708. & seqq. Etiamsi vicarius esset † Cardinalis, vt contra Barbatiam in tract. de praestantia Cardin. in praeludio numero 4. & in Rub. de officio legati cui videtur assentiri Cuchus lib. 2. tit. 5. numer. 8. & tit. 8. numero 77. tenent Rebuff. numer. 64. & 70 & d. verbo, & Gambarus, supra cum Baldo, in l. aliquando quaestio. 14. ff. de officio procons. vbi dicit Cardinalem vicarium non posse conferre, licet si esset legatus posset, sequitur Aeneas de Falcon. de reseruatio. 1. par. 1. q. [illegible] vbi quaerit de Cardinali vicario, prout fuit Aegidius Hispanus in Italia tempore Innocen. VI. Auinioni commorantis, an talis possit conferre Beneficia, & ait sibi placere dictū Baldi contra Barbatiam. Quod dictum Baldi sequitur Paulinus in d. tractat. de officio & potestate capit. ad fin. licet ipse loquatur de vicario vrbis, qui potest esse etiam Cardinalis secundum eum, Mouetque Aeneas tali ratione, quia collatio non competit nisi illis, qui hoc habent a iure, vel quibus Papa specia- 182 183

liter

liter concessit, & ne utrum hic concurrit. Sequitur etiam Sbrotius l. 2. de vicario Episcopi. qu. 71. ex numero 4.

Nec obstat text. in d. cap. penul. quia solum dicit, 184 † quod iurisdictio vicarij, quem summus Pontifex in vrbe reliquit, non extenditur extra illam, nisi ei specialiter sit concessum, quod autem possit beneficia conferre nullum verbum.

185 Et Gambarus † supra à nu. 702. loquitur in Cardinali facto legato vrbis à Papa recedente, & nihilominus tenet, non posse conferre sine speciali mandato, limitat tamen in beneficiis spectantib. ad collationem aliorum Episcoporum, infra limites legationis, & idem forsan ait posset dici de Beneficiis vrbis quae spectarent ad collationem inferiorum in titulis Cardinalium, nisi obstarent multa specialia Cardinalium.

186 Sed in Cardinali facto legato vrbis à † Papa ab ea recedente verius videtur posse conferre Beneficia infra limites legationis consistentia, etiam vrbis, nisi obstaret reseruatio iuxta tex. in cap. 1. & 4. de offic. legati in sexto & videntur tenere Baldus, & Rebuf. & Aeneas vbi supra. Quamuis secus sit in Cardinali vicario ex dictis. In quo tamen considerandae essent eius facultates, quales alias habentur in Bullario constit. 27. Clementis Septimi. & 16 Pauli Tertij.

CAP. IX.

De Patronis.

SVMMARIA.

DE patronis, & de iure patronatus qui tractatus ediderunt, & qui sunt videndi nu. 1. & 2. & aliqua sunt notanda, praesertim quae per Concilium innouata reperiuntur n. 3.

Ius patronatus, cuius varias diffinitiones adducūt doctores relati, est ius nō mere spirituale, sed temporale potius annexum antecedenter, quia ordinatur ad praesentandum ad Beneficia, &c. quae tamen ratio non videtur generalis, à n. 4. & ad 8.

Ex eo quod est spirituali annexum, in quo etiam simonia contrahitur, non potest vēdi ius patronatus, alioquin venditio est simoniaca, & nulla nu. 9. nisi cum vniuersitate bonorum, n. 10.

An cum haereditate vendita, in emptorem transeat ius patronatus, à nu. 11. resoluitur contra communem, quam tenuit Rota non transire quando est de per se, seu personale, nam sine haereditate seu bonis haereditarijs esset villa, seu castrum, cui ius patronatus annexum esset ratione villae, vel castri transiret, &c. num. 16.

An ius patronatus transeat ad fidei commissarium vniuersalem, à nume. 17. resoluitur cum communi, quam plures relati & Rota sequuntur, non transire ius patronatus personale, & non annexum bonis, quamuis ex testantis indicio, & voluntate expressa possit illud consequi accedente licentia Episcopi, & ponitur resolutio Rotae.

Resolutio Rotae quod praesētatus ab vxore relicta à marito vsufructuaria omnium bonorum, praefertur praesentato ab haerede, quia ius patronatus transit cū vniuersitate bonorū, & ita etiam transit in vsufructuariū omnium bonorum, &c. num. 21. quae accipienda est, quando ius patronatus est annexum, n. 22. Est enim vsufructuarius quasi dominus seu procurator in rem suā nu. 23. Nam si esset haereditarium personale & de per se, non transiret in vsufructuarium bonorum, sicut nec in fideicommissarium, n. 24.

An in confiscatione bonorum, veniat ius patronatus, nu. 25. vbi referūtur plures Doctores, agentes de hac quaestio. in qua omissis opinionibus Doctorum resoluitur; quod si ius patronatus bonis consistit, & adhaeret bonis propter crimen confiscatis, siue per iudicem laicum, siue Ecclesiasticum, in consequentiam, & accessorie cōfiscatum censetur, & in fiscum transit indistincte, etiam quo ad exercitium. Si vero personale est, & de per se, non includitur in confiscatione bonorum, nec de per se iudex laicus poterit illud confiscare, sed remanebit penes delinquentem, donec per iudicem Ecclesiasticum priuetur, à n. 26.

Sententia priuatoria iudicis Ecclesiastici secuta, si ius patronatus est sanguinis, & pertinet ad familiam, seu consanguineos, ad illos transibit, si vero est haereditarium, ad extraneos transmissibile euanescit, & Ecclesia remanet libera, numero 29. non vero tali sententia priuatoria ius patronatus haereditarium transiret ad haeredem ex testamento, vel ab intestato ipsius condemnati eo defuncto, numero 30. praeter quam in crimine haeresis in quo ipso iure est eo priuatus numero 31.

Vt ius patronatus transeat cum re vendita, seu alienata, satis est adhaerere accessorie alicui fundo, non solum qui vniuersitatem constituat, sed etiam particulari, seu alij rei particulari, contra communem tenentem oportere quod adhaereat vniuersitati, à numero 32.

Quamuis ius patronatus sit inuendibile, & pro illo non possit aliquid pretij dari, tamen hoc non tollit quin cum illud est annexum bonis, ratione illius, bona pluris aestimentur & vendantur quam alias, numero trigesimoquinto.

Acquiritur hoc ius patronatus, tam per laicos, quam clericos, tribus potissimum modis fundatione, constructione & dotatione, n. 26.

Decretum Concilij Trident. circa hoc n. 37.

Licet ibi Concilium solum praeseruet ius patronatus, competens ex fundatione, vel dotatione non excludit ius patronatus ex constructione competens, sed sub verbo ex fundatione comprehenditur numero trigesimooctaue.

Fundare Ecclesiam proprie dicitur, qui fundum dat, seu assignat, in quo Ecclesia construatur, n. 39.

Faciens in Ecclesia Capellam, vel Altare, non erit solus patronus illius, sed etiam Ecclesia erit compatrona, & concurret in praesentando, ratione fundi, quae posuit, id est, el sitio, n. 40. Valet tamen consuetudo, vt Ecclesia non sit compatrona ratione fundi, &c. quae seruatur in Hispania, n. 41.

Etiam seclusa consuetudine, non esset Ecclesia compatrona quando faciens Capellam solueret aliquid Ecclesiae pro fundo, id est, el sitio, vt solet fieri in Hispania. Nam tunc non potest dici Ecclesiam ponere fundum, cum illi soluatur pretium pro illo, quod videtur posse fieri, à n. 42.

Sola fundatione hoc est fundi assignatione, non statim quaeritur ius patronatus, sed secuta constructione, & dotatione, vel ab ipso fundatore, vel ab alio, nam non potest quis dici patronus Ecclesiae quae nōdum est, &c. nume. 44.

Ecclesia tamen Capella incepta aedificari, seu posito pri-

uno lapide cum consensu ordinarij, statim etiam ante perfectionem videtur acquiri ius patronatus, licet non exercitium, &c. n. 45. Nam tale ædificium inceptum est locus pius, & religiosus, maxime si ibi est fixa Crux, &c. n. 46.

Si dos daretur in limine fundationis Ecclesiæ, vel post ante consecrationem, & etiam ante perfectionem ædificij, caderet exercitium iuris patronatus vt præsentetur Rector, saltem pro administranda dote, licet non quoad alia secundum Lamber. n. 47. Ecclesia etenim incepta, statim capax est dotis, & sic dos in specie assignata, & donata, ante affixionem primi lapidis, statim post illius affixionem ei acquiritur absque traditione, n. 48.

Licet Ecclesiæ, quæ nondum est, non possit fieri donatio, bene tamen hæreditas & legatum relinqui, id non procedit in donatione ex causa dotis, quæ recte potest fieri Ecclesiæ construendæ, non solum obligando se dotaturum, & traditurum, sed etiam statim assignando, & donando bona pro dote, &c. numero 49. & 50.

Sub constructione seu fundatione, comprehenditur etiam reædificatio, ex qua cum Ecclesia est penitus destructa, seu diruta, ita vt noua consecratione indigeat, acquiritur ius patronatus, quamuis reficiens Ecclesiam non penitus destructam non efficiatur patronus, numero 51.

Ita demum acquiritur ius patronatus ex dotatione si sit congrua, & sufficiens, nam dotans insufficienter, non efficitur patronus, n. 52. Etiamsi dos minus congrua sit assignata cum consensu Episcopi illam approbantis pro congrua, n. 53.

Si concurrunt plures in dotatione dãtes simul dotem cõpetentem, licet inæqualiter, & singuli non dent dotem competentem, omnes æqualiter fiunt patroni: sicut etiam quando plures concurrunt in fundatione, & constructione, n. 54.

Acquiritur ius patronatus ex dotatione Ecclesiæ, etiam iam constructæ, & etiam iam consecratæ, quando esset sine dote, & cum consensu Episcopi id fieret, numero 55. Quamuis contradicat gloss. dicens, quod vt quis sit patronus, requiritur assignatio dotis tempore fundationis non post, numero 56. pro qua faciunt duæ declarationes S. Congregat. adductæ, numero 57 & 58. Quibus respondetur id solum procedere in specie de qua ibi, in qua oblationes futuræ, non possunt dici dos, nisi quando ex necessitate construitur Ecclesia, &c. n. 59.

Licet ex dotatione acquiritur ius patronatus, non tamen ex simplici dotatione legato, vel largitione bonorum, nisi hoc fiat pro dote tacite, vel expresse, &c. numero sexagesimo & sexagesimoprimo. Vbi ponitur resolutio Rotæ.

Fundans, construens, vel dotans Ecclesiam, seu Beneficium acquirit ius patronatus, etiamsi illud non reseruauerit, dummodo expresse non remiserit, num. sexagesimosecundo.

Fundans tamen Ecclesiam, seu Capellam, potest in totum, vel pro parte remittere ius patronatus, & limitate illud inducere in præiudicium hæredum, vel descendentium vt sibi placuerit, numero 63. Quod Rota intelligit, si fundator expresse exclusisset hæredes, vel taxatiue induxisset solum pro talibus, non autem quando simpliciter nominat aliquos patronos. Nam ideo excludit se ipsum, & suos hæredes contra consil. Geminiani, numero 64. Sed consilium Geminiani videtur & menti fundatoris, & praxi conformius, &c. n. 65.

Si fundator relinquat ius patronatus filio suo & descendentibus, & ille decedat sine descendentibus, relicto herede collaterali, vel extraneo, ius patronatus transibit in talem heredem, & idem in similibus casibus n. 66.

Si fundator reseruaret ius patronatus sibi, vel alij, transiret ad eius heredes ex testamento, seu ab intestato, nisi illa reseruatio esset facta cum aliqua qualitate, vel expressione, per quam vellet ius patronatus durare tempore suo, vel nominati, & non vltra, numero 67.

Licet à principio possit fundator remittere ius patronatus vel illud ordinare prout voluerit, eo tamen in esse deducto, authoritate ordinarij, non potest illud mutare, seu alterare, n. 68. Nec illud renuntiare, seu trãsferre in præiudicium sequentium vocatorum, numer. 69. & 70.

Ius patronatus acquiritur ex prædictis causis interueniente authoritate, & consensu ordinarij, non alias, n. 71. vbi ponitur resolutio Rotæ, qui consensus sufficit, quod interueniat ex post facto, n. 72. Et an præsumatur interuenisse remissiue, n. 73. & n. 74. ponuntur resolutiones Rotæ.

Vicarius Episcopi, sine speciali mandato non habet authoritatem ad reseruationem iuris patronatus, n. 75. Sicut etiam Vicarius sine speciali mandato, non potest confirmare donationem iuris patronatus, n. 76. & 77. Ponitur resolutio Rotæ. Et an, & quando præsumatur facultas Vicarij, qui iuri patronatus consensit remissiue, n. 78.

Capitulum Sede vacante, potest dare licentiam volenti ædificare Ecclesiam, vt fiat patronus, n. 79.

An regulares possint ædificare sine licentia ordinarij, remissiue, n. 80.

Licet Concilium Trident. præseruet ius patronatus competens ex fundatione, vel dotatione non refutat illud quod alias potest probari secundum regulas iuris communi, n. 81.

Vnde non solum ius patronatus probatur ex immemoriali, quæ probat legitimum tit. ex fundatione, vel dotatione n. 82. Sed etiam ius patronatus antiquũ probatur per famam, concurrente longissima quasi possessione præsentand., n. 83. Ita vt non censeatur reuocatũ per Concilium, num. 84. & sequen. vbi ponuntur decis. Rotæ.

Dicta probatio videtur sufficiens, etiam contra ordinarium vindicantem Ecclesiam in libertatem, numero 86. vbi adducitur resolutio Rotæ, quæ videtur contra.

Ex enuntiatiuis instrumentorum antiquorum emanatis à diuersis personis, non suspectis, probabitur ius patronatus, n. 87. & sequentib. vbi ponuntur Rotæ resolutiones.

In proposito, quando dicatur ius patronatus antiquum, resoluitur respectu testium requiri tempus 60. annorum, respectu vero instrumentorum 100 num. 92. vbi ponitur declaratio S. Cong. & alia, numero nonagesimotertio.

Decisiones Rotæ quæ conducunt ad prædicta ponuntur, n. 94. 95. & 96.

Reprobatur quod ait Zerola in priuatis personis sufficere probare ius patronatus ex vnico actu, vt quia semel quis præsentauit, & secuta institutio, & ille institutus vixisset spatio 40. annorum, &c. num. nonagesimoseptimo.

Quando agitur de familia potenti, in qua ius patronatus vsurpatur ex vsurpatione, debet probari secundum formam Cõcilij d. c. 9. versi. in his vero personis, n. 98.

n. 98. & n. seq. ponuntur decis. Rotæ.

Similiter in vniuersitatibus etiã paratis plenior, & exactior probatio iuris patronatus requiritur, iuxta decretum Concilij dict. versic. in his vero, numero 102. vbi id declaratur, & quod non sufficiunt testes vniuersitatis.

An in personis potentibus, vel vniuersitatibus, in quibus vt immemorialis suffragetur vltra illas quæ antea sufficiebãt præsentationes, etiam continuata non minus saltem quam 50. annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint authenticis scripturis probari debent, effectuatio illarum probari etiam debeat per authenticas scripturas, an vero possit etiam aliter probari, à numero 103. resoluitur videri probabilius posse etiam aliter probari, maxime quoad possessionem.

In proposito iuris patronatus immemorialis probatur ex scripturis, nempe per præsentationes effectuatas authenticis scripturis probatas per spatium 100. annorum, sicut etiam per præsentationes effectuatas testibus, probatas per spatium 60. annorum, à num. 107. Quamuis alias verius sit immemorialem non probari per instrumenta, à num. 111. vbi adducuntur resolutiones Rotæ.

An requiratur per formam probatio præsentationum per scripturas, etiamsi probaretur esse de prædict. &c. n. 113.

Ius patronatus, quomodo probetur, & an probetur confessione, remissiue, n. 114.

Ius patronatus ex priuilegio reuocatum est per Concilium, n. 115. vbi ponitur declaratio S. Congregation. & num. 116. ponitur resolutio Rotæ. Quod procedit etiãsi in priuilegio habeatur ius patronatus competere non solum ex priuilegio, sed ex vera & reali fundatione & dotatione, numero 117. vbi ponitur decisio Rotæ.

Similiter ius patronatus ex priuilegio sublatum est per Concilium, etiamsi in priuilegio dicatur, quod esset eiusdem pretij natura, & roboris ac si ex fundatione & dotatione competeret, n. 118. vbi ponitur declaratio S. Congreg. nec prodest immemorialis, n. 119. vbi ponitur declaratio S. Cong.

Non loquitur Concilium hic de priuilegiis concessis ex causa onerosa, num. 120. & seq. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Ius patronatus de iure non acquiritur ex augmento, seu suppletione dotis, sed requiritur, quod in totum Ecclesia dotetur, nec sat est, quod non sit commode dotata, n. 122. & seq.

Ius patronatus ex augmento dotis concessum, etiam per Papam, à 40. annis circa, subiicitur examini, & remissioni ordinarij, concessum vero ante annos 40. à confirmatione Concilij non subiacet d. remissioni, sed firmum remanet numer. 124. vbi ponitur declaratio S. Cong. & n. 125. 126. & 127. ponuntur resolutiones Rotæ circa dicta.

Ius patronatus non potest competere ex concessione, & priuilegio Episcopi, nu. 128. vbi ponitur declaratio S. Cong. & n. 129. & sequen. ponuntur resolutiones Rotæ, & numer. 131. reprobatur consilium Menochij contrarium.

Quod procedit etiam Capellæ Ecclesiæ contra Zerolam, & praxis quam ipse vidisse ait in contrarium procedit, ex eo quod solent aliquæ personæ emere Capellas in Ecclesia factas cum licentia Ordinarij, dando Ecclesiæ pretium ædificij, & soli Capellæ, num. 133. Quãuis aliqui tales contractus condemnent, tanquam simoniacos numero 136. Et ita est accipiendum quoddam dictum Lassarte, P. Ledesmæ. & Genuen. numero 137. & qui emit Capellam deberet dare iustum pretium, & valorem, saltem ædificij, &c. numero 140.

Non tamen placet dictum Lassarte, & Ledesmæ, & Philiarchi, quod habens Capellam, seu patronus alicuius Capellæ, possit illam vendere, &c. numero 138. & seq.

Ponuntur declarationes S. Cong. ex quib. supradicta confirmantur, & declarantur n. 141.

1 Circa materiam † huius cap. de Patronis, qui ad Beneficium vacans præsentant Ordinario personam instituendam, & de iure patronatus, non est opus multum immorari, cum de ea sint celebres & copiosi tractatus Rochi de Curte, Pauli de Citadinis, Cæsaris Lambertini, & Io. Nicolai Delphinatis, ad quos, præcipue Rochum & Lamber. recurrendum est.

2 Et videndi sunt † etiam vltra Ordinarios in tit. de iure patron. Corras. de Benef. 4. par. c. vlt. & n. 15. pag. 1. & ibi Greg. Lopez, & Humada ad eum Did. Perez in l. 1. & 2. tit. 6. lib. 1. ordin. Espino de testam. gloss. 3. & 4. Zerola in praxi Episcopali, verb. ius patronatus, Sil. & alij Summist. verb. ius patron. Zechus de benefic. & pensio. Ecclesiast. cap. 12. & Mand. Rodr. q. reg. 2. tom. quæst. 122.

3 Operæ pretium tamen duxi, † aliqua notare, præsertim ea, quæ per S. Concil. Triden. innouata reperiuntur.

4 Et in primis notandum est, † ius patronatus, cuius varias diffinitiones adducit Roch. d. tract. in prin. ex num. 2. Lambert. 1. part. 1. lib. quæst. 1. art. 1. ex n. 1. & Greg. & Did. Perez d. l. 1. glo. 1. & diffinit etiam Corras. d. cap. vlt. n. 4. & Fuscus de visitatione, lib. 2. cap. 10. num. 1. esse ius non mere spirituale, sed temporale † potius annexum spirituali, cap. quanto de iudic. & 5 capit. de iur. patr. & docent Abbas. in rubrica de iudiciis num. 4. & ibi Decius 1. lectura, à numero 87. & 2. lectura numero 85. & Ripa numero 66. idem Abb. in d. cap. quanto numero 6. & ibi Felin. & Decius numer. 2. Selua de Benefic. 1. part. quæst. 7. ad fin. Rochus verb. ius nu. 2. Corras. 1. part. cap. 2. num. 7. & 4. part. c. vlt. numer. 5. de quo late Lambert. lib. 3. quæstion. 9. articul. 1.

6 Est autem spirituali † annexum antecedenter, † quia ordinatur ad præsentandum clericos ad Beneficia Ecclesiastica, & præsentatio antecedit Beneficij institutionem, & administrationem, D. Thom. 22. quæst. 100. art. 4. Abb. Ripa, & Felin. & Corras. d. cap. vltim. num. 5. Redoanus de simonia, part. 1. cap. 18. nu. 1. Doct. Sahagun. de Villasante in d. c. quanto, n. 2. & 3. Vgolin. de simonia, tab. 1. c. 34. Man. Rodr. in sum. 2. to. c. 63. Vega. 2. p. c. 101. casu 53. & P. Ledes. in sum. 2. p. tr. c. 12. conclus. 35.

7 Quæ tamen ratio † non videtur generalis, nam secundum eam, non esset simonia vendere ius patronatus, sine iure præsentandi ad Beneficia, vt in iure patronatus hospitalis, fundari authoritate Episcopi, &c.

8 Aliam rationem assignant Felin. † & Rochus vbi supra post Cardin. & Baldum, quod ideo dicitur annexum spirituali, quia adhæret Ecclesiæ, quæ est spiritualis, quam rationem adducit etiam Redoan. supra.

9 Et ex eo quod est spirituali annexum, † in quo etiam simonia contrahitur, c. quæsitum de rerum permu-

tar sit, vt non possit vendi, alioquin venditio fit simoniaca, & nulla, *c. nemini. 16. q. 7. d. c. ex iure, & c. querelam de simonia*, & S. Concilium Trid. *sess. 25. de reform. c. 9. vers. nec dictum ius patronatus*. Nisi cum vniuersitate bonorum, † cum qua in emptorẽ transit
10 ius patronatus, *cap. ex literis & c. cum seculum de iure patron.* vbi Doct. late Rochus *verb. ipse velis, q. 21. cum seq.* Paul. de Citadinis, *9. part. quæst. 3.* Lambert. *2. part. 1. lib. q. 5. per totum cum sequen.* Tiraq. *de primogenia, quæst. 36.* Couarr. *lib. 1. var. cap. 13. num. 3. & 4.* Gregor. Lopez *in l. 8. tit. 15. pag. 1.* Et Humada ad eum ibi Bern. Diaz *reg. 401.* & ibi Salcedo, Gratian. *reg. 341.* Fuscus *singul. 115. littera I.* Zaualli, *millesquare 31.* Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 90. numero vigesimoquinto*, & plures relati per Cenedum *collect. 5.* ad decretales.

Vnde infertur ad illam quæstionem, † an cum hæreditate vendita, in emptorem transeat ius patronatus? in qua communis sententia est transire, ex *dict. cap. ex literis, & capite cum seculum*, quia hæreditas est quid vniuersum. *l. bonorum, 2 ff. de verborum significatione, l. hæreditas ff. de petitione hæredit.* ita Hostien. quem Abbas *numero 13.* & Doct. communiter ibi sequuntur *in dict. cap. ex literis*, & Felin. *in capite causam quæ, numero octauo de præscrip. & in capite cum Bertholdus in fin. de re iudic.* Rochus *d. verbo ipse vel is, quæstio. 21. numero 40.* Paul. de Citadinis *d. quæstio. 3. numero 11. de primogen. q. 37.* Couarru. *libr. 2. variar. capite 18. numero 8.* Ferretus *consil. 179. numero 2.* Salazar *de vsu & consuetudine capite 12. numero 7.* Molina *de Hispanorum primog. lib. 1. capite 24. numero 25.* Ioseph. Ludou. *in communibus conclusionibus, titul. de iure patron. conclu. 4.* Fuscus *de singul. 115.* Gratian. *d. reg. 341. numero 5.* Humada ad Gregor. Lopez *dict. l. octaua gloss.* Nocius *de contractibus, tit. de emptione & venditione, num. 41.* Crassus *de success. lib. 2. art. transmissio. quæst. 30. numero* & Marc. Anton. Gennen. *in praxi Archiepiscopalis curiæ Neapolitana, capite 61. n. 16.* & communem testatur Lambert. *d. quæst. 5. art. 15.* & videtur sequi Achilles *decis. 322. seu 9. de iure patron.* & tenuit Rota in vna Lucana iuris patronatus, seu Capellaniæ 6. Nouem. 1598. coram Do. Lita,
12 in qua fuit resolutum, † *Quod licet ius patronatus veniat, quando fit cessio, vel alienatio vniuersalis respectu rei, vt quia fit venditio de castro, feudo, hæreditate, vel similibus quæ sub se vere vniuersitatem continent, non tamen transit mediante cessione, seu venditione omnium bonorum, iurium, seu actionum, verbis generalibus, & vniuersalibus facta, ni sub tali cessione tale quid vniuersale vere comprehendatur, cui adhæreat ipsum ius patronatus, vt puta villa, castrum, seu hæreditas, Innoc.* numero 2. & *alij* in cap. ex literis de iure patronat. *Et ratio est quia quando fit cessio, vel alienatio vniuersalis respectu verborum resoluitur in singularitates Rota* 1152. lib. 2. par. 3. diuersor. *Nec obstat dec. Putei* 351. lib 2. *cum & donatio particularis patronatus, accedente consensu ordinarij fieri possit, Lamber.* 2. p. lib. 1. q. 4. artic. 1. & 2.

Contrariam tamen sententiam, † (quæ mihi cer-
13 ta videtur) tenent Paulus de Elezzaro, Rofredus & Barbatia quos refert & sequitur Lamber. *d. quæstio. 5. art. 12.* & Ema. Costa *in cap. si pater de testamen. in sexto, in 6. Trebellian. 4. num. 7.* & tenet etiam Bonifacius de Vitali. *in Clem. si plures §. fin. de iure patron. n. 12.* Ex eo quod licet ius patronatus † transeat cum
14 vniuersitate bonorum cui adhæret, etiam sine speciali expressione, non tamen transit cum vniuersitate in qua rerum particularium, seu singularium est necessaria specifica traditio, sicut est quando venditur hæreditas *l. quis tur, C. de hæred. vel action. vendita*, alioquin sequeretur, in specie vendi ius patronatus contra *d. c. de iure. cum alijs*, & Concilium Triden. *supra*.

Et vt recte inquit Costa, hæres † vendendo hære- 15
ditatem non dicitur vere vendere hæreditatem, cum per aditionem desierit esse hæreditas, & sit effecta proprium patrimonium, sed bona propria, quæ ante aditionem fuerant hæreditaria, & reuera solum est venditio vniuersalis respectu verborum, quæ resoluitur in singularitates, vt in d. Lucana quare venditis illis bonis, non intelligitur vendere ius patronatus, quia esset contra *d. c. de iure*.

Quod intelligitur, † quando ius patronus esset de 16
per se, principale, & distinctum, seu personale, nam si in hæreditate, seu bonis hæreditariis esset villa, seu castrum, cui ius patronatus adhæreret, & annexum esset, tunc ratione villæ, vel castri, in consequentiam transiret in emptorem hæreditatis ius patronatus annexum ex *dict. cap. ex literis, & cap. cum seculum*, vt recte inquiunt Paulus, Bonif. Lambert. & Costa *supra*.

Et an ius patronatus † transeat ad fideicommissa- 17
rium vniuersalem, vide per Bart. Paulum, & Alexan. *in l. quia perinde, versi. restituta, ff. ad Trecell.* Imolam, Alexan. & Rom. *in l. si patroni in princ. eod. titul.* Paulum Alex. Ias. Decium & Curtium iuniorem, *in l. precib. C. de impuberum*, Beroium *in c. 1. de iure patr. à num. 15.* Rochum *d. verb. ipse velis, q. 9.* Paulum de Citad. *9. p. n. 33.* Lamber. *2. p. 1. lib. 7. 2 art. 35.* Aym. *in Rubric. de legat. 1. à num. 59.* Guiller. Benedic. *in repet. cap. Raynutius de testam. verb. si absque liberis n. 14.* Ant. Gomez *1. tom. variarum cap. 5. num. 19.* Couarr. *d. c. 18. lib. 2. variarum, num. 8. & in d. cap. Raynutius §. 9. numero octauo* Costam *d. verb. Trebellianica, numer. 4.* Eman. Suarez *in thesauro receptar. sententiarum, verb. patronatus ius*, Didacus Perez *d. l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinam. glossa 2.* Padillam *in rubrica C. de fideicommissis numero 25.* Molinam *dict. lib. 1. cap. 24. ex numero 5.* Mieres *de maioratibus 3. p. quæst. 11. numero 9.* Crassum *de success. §. fideicommissum, quæst. 52.* Ioann. Gutierrez *de tutelis 3. par. cap. 29. num. 15.* Zauallos. *quæst. 717.* & P. Molinam *de iustitia, tract. 2. disp. 88. ad fin.* & alios relatos per Cenedum *d. collectan. 5. ad decretales, n. 4.*

Et quidem in iure patronatus personali, † & non 18
annexo bonis, vera mihi videtur communis opinio quam relati, excepto Roman. vtroque Molina & Io. Gutierrez contrarium tenentibus sequuntur, quæ ait non transire in fideicommissarium, *argumen. d. l. quia perinde, vers. restituta*, nam quamuis ius patronatus transeat ad hæredes, etiã extraneos, non est quid hæreditarium, seu de corpore hæreditatis, nec transit tanquam ad hæredes, quamuis ex testantis iudicio, & voluntate expressa, † possit fideicommissarius 19
consequi ius patronatus, accedente licẽtia Episcopi, Lamber. *sup. ad fin.* & Costa *n. 6. vers. vlt. sicut legatarium, &c.*

Et in vna Aretina Capellaniæ Ian. 1584. † corã D. 20
Bubalo fuit dictum. *Ius patronatus non transire in fidei commissarium, & ita esse communem conclusionem & limitationem, Lamber.* sup. nu. 8. *quod vbi pia causa est fideicommissaria in eam transeat ius patronatus esse opinionem suam singularem, & pati multas difficultates, nec applicari casui de quo ibi (dato quod esset vera) in quo prius fuerat laicus substitutus, in quem clarum est non transiisse ius patronatus, &c.*

Vnde

21 Vnde subinfertur ad decisionem † Rotæ in vna Alexand. Beneficij 29. Martij 1590. coram illustrissimo Cardin. Mantica, in qua fuit resolutum, *Præsentatum ab vxore, quæ à marito relicta est vsufructuaria omnium bonorum, præferri præsentato ab hærede, quia ius patronatus transit cum vniuersitate bonorum, etiam sine consensu Episcopi* d. cap. ex literis, & cap. cũ seculum, *& ita etiam transit in vsumfructuarium omnium bonorum, quia huiusmodi legatum intelligitur vniuersale, nec obstare* decisionem 10. in fin. de iure patron. in nouis, *vbi habetur, quod præsentatus ab vxore, præferatur præsentato à marito cui fuit data villa in dotem, in qua est ius patronatus, quia illa non est decis. Rota, sed opinio collectoris, & c. & secus est in creditore pignoris qui non lucratur fructus, &c.* Quæ dec.
22 accipienda est, † quãdo ius patr. est bonis annexũ. tũc enim vsufructuario bonorum, quibus ius patronatus est annexum, competit ius præsentandi, & nõ hæredi seu domino, vt tenent Rochus *verbo ipse vel is. quæ. 28. in fin. n. 64.* Lamber *2. par. 1. lib. q. 10. art. 3.* Reb. *de nominatio. q. 17. nu. 55.* alias 22. Molina *de Hispanorum primo. li. 1. c. 24. n. 4.* Barça *de decima tutori præst. c. 23. n. 27.* & Ioan Gutierrez *de tutelis, 3. par. cap. 29. num. 6.*

Est enim vsufructuarius, † quasi dominus. *l. 4. de vsufructu, l. 1. §. item Iuliano, ff. de remissio.* seu quasi procurator in rem suam à domino constitutus *l. 1. in fin. cum l. seq. ff. vsufructuarius quemadmodum caueat, l. 1. §. fi. ff. de noui operis nunt.* & ibi gl. recepta, *verb. procuratoria*, de quo post plures relatos Castillo *de vsufructu, c. 20. & 32.*

24 Nam si ius patronatus † esset hæreditarium personale, & de per se, non transiret in vsufructuariũ bonorum, quantumuis legatum esset vniuersale, sicut non transit in fideicommissariũ vniuersalem, vt dictum est, & ita accipiendus Gul. Bened. *in q. thesauraria*.

25 Secundo principaliter infertur ad illam, † quæstionem, an in confiscatione bonorum veniat ius patronatus? de qua post alios agunt Rochus *d. verb. ipse vel is, quæstione 29. ex nu. 65.* Paul. de Citadinis *d. 9. par. q. 20. n. 28.* Lamber. *3. lib. q. 8. art. 8.* Gigas *in tra. de crimen læsæ maiestatis. li. 2. rubrica de pœnis committentium crimen læsæ maiestatis, quæstione 4.* Iulius Clarus *§. fin. quæstio. 78. numero octauo* Ferretus *consil. 179.* Bern. Diaz *in pract. crim. can. c. 132.* Costa *d. verb. patronatus ius* Did. Perez *d. li. 1. gloss. 1. 8. q.* Simancas *de catholicis instit. cap. 9. à n. 95.* Fuscus *de visitatione, lib. 2. cap. 10. numero 21.* Molin. *d. lib. 1. cap. 24. à n. 26.* Mieres *3. par. quæst. 11. & 4. par. quæst. 23. nu. 74.* Doct. Sahagun. *in d. cap. quanto de iudicijs à n. 27.* & alij relati per Cenedum *d. collectan. quinta ad decretales, numero 3.*

26 In qua quæst omissis opinionibus Doctorum relatis per Sahagun. † ibi qui satis varie & confuse, in hac re loquuntur, distinguendum est, an ius patronatus bonis consistat & adhæreat, an vero personale sit & de per se principale & distinctum. Si ius patro-
27 natus bonis consistit, & adhæret, dicendum est, † bonis propter crimen confiscatis, siue per iudicem laicum, siue per Ecclesiasticum, & ius patronatus illis annexum, in consequentiã & accessorie confiscatum censeri, & in fiscum transire indistincte cum bonis confiscatis, etiam quoad exercitium, sicut si esset lis inter duos laicos, de bonis quibus ius patronatus adhæret, dicta per iudicem laicum, ad quem cognitio spectat, de bonis sententia, cuius virtute, in cõsequentiam transiret ius patronatus in victorẽ, venditisque deinde à fisco bonis in emptorem successiue transferri, ex *d. cap. ex literis, & c. cum seculum*. Ita *gloss. 1. in capite filius & nepotibus, 16. quæst. 7.* quam sequuntur Auffrerius *de potestate seculari, reg. 4. falla. 21.* Gigas *d. q. 4. n. 6.* Ioan. Nicol. Delphinas *de iure patron. lib. 2. n. 220.* Costa *d. num. 7. in fin.* & Sahagun *supra*, & plures relati per Rochus & Lambert. *supra* & Rocho magis placet in puncto iuris. Si vero ius † 28
patronatus personale est, & de per se principale, & distinctum, non includitur in confiscatione bonorũ, nec de per se iudex laicus poterit illud confiscare ex defectu iurisdictionis, & incapacitate, *d. cap. quanto iudicijs*, sed remanebit penes delinquentem, donec per iudicem Ecclesiasticum priuetur, tanquam indignus *d. gloss. 1. in cap. filiis & nepotibus, & gloss. in clementina pastoralis, verb. substantia, de re iudicata*, & post alios Gigas *d. quæst. 4.* Costa, & Sahagun ſ. quicquid dicat Ferretus ſ. qua sententia priuatoria iudicis Ecclesiastici secuta, † si ius patronatus est sangui- 29
nis, & pertinet ad familiam, seu consaguineos, & qui sunt de genere, ad illos transibit iuxta dispositionem fundatoris, si vero est hæreditarium, ad extraneos transmissibile euanescit ius patronatus, & Ecclesia remanet libera, quo casu procedet, quod ait Simancas *supra numer. 96.* & ita docet Sahagun *supra*.

Non secuta vero tali sententia † priuatoria iudi- 30
cis Ecclesiastici, tale ius patronatus hæreditarium, transiret ad hæredem ex testamen. vel ab intestato ipsius condemnati, eo defuncto, ad *l. 4. tauri*, & ibi D. maxime Tellum, *num. 19.* & de iure communi in terminis *authen. sed hodie C. de donat. inter virum*, præterquam † in crimine hæresis, in quo ipso iure est 31
priuatus iure patronatus ex *cap. vt commissi. §. priuãdi de hæret. li. 6.* ibi, *ac honoribus quibuscumque*, & in dictis *inf. 11. p. c. vlt. dub. 1. n. 3.*

Sed circa supradicta aduertendum est, † quod li- 32
cet Doctores communiter teneant, vt ius patronatus transeat cum re vendita, seu alias alienata, non sufficere, quod inhæreat rei particulari vt fundo, vel palatio, sed oportere quod adhæreat vniuersitati, id est, quæ absque alia expressione contineat in se iura vniuersitas, vt villa, vel castrum, quæ in se continet iurisdictionem honore districtam, &c. Abb. *in d. c. ex literis numero 10.* Rochus *verb. ipse vel is num. 41.* Lamber. *d. quæstio. 5. artic. 1. & 17.* Gregor. Lopez *in l. 15. tit. 5. pag. 5. gloss. 4.* Salcedo *d. reg. 401 ampliatione 3. cum alijs.* Ego tamen existimo, † satis esse adhærere accessorie 33
alicui fundo non solum qui vniuersitatẽ constituat vulgo heredamiento. Couar. *lib. 1. variar. capit. 13. nu. 3.* & Salcedo *supra*. Sed etiam particulari, seu alij rei particulari, vt si fundans Ecclesiam, vel Capellam statuat ius patronatus spectare ad dominum talis fũdi, vel palatij, &c. Tunc enim vendito, seu alienato tali fundo, vel palatio, accessorie, & in consequentiam veniet ius patronatus, & in his terminis potest procedere opinio † gloss. *in l. in medicis ff. de contrahẽ-* 34
da empt. quam sequitur Rom. *singul. 56.* & alij relati per Lambert. Couar. & Salcedum ſ. quod sentit Costa, *d. nu. 7. in fin.* ibi, *sed esset annexum ad eas villæ vel fundo.* & P. Molina, *de iustitia tom. 3. disput. 620 nume. 6. ad fi.* vbi ait, *Quod quando patronatus annexum est bonis aliquibus temporalibus, sequitur bona illa tanquam adiunctum, & è contra, venditisque bonis illis temporalibus cum eis transit, esto plures emantur propter eam qualitatem adiunctam, quæ omnino est inuendibilis.* Alias fũdus ille, & palatium, essent necessario

inuendibilia, & inalienabilia, & facit quod tradit Cosmas Philiarcus *de offic. Sacerd. secunda par. lib. 6. c. 9. ad fin.* de quo infra.

35 Et quamuis ius patronatus sit inuendibile, † & pro illo non possit aliquid pretij dari, vt dictum est, tamen hoc non tollit, quin cum illud est annexum bonis ratione illius bona pluris æstimentur, & vendantur, quam alias, vt inquit P. Molina *vbi proxime*. Pretium enim rei attenditur consideratis qualitatibus ipsius rei, &c.

36 Secundo notandum est acquiri hoc ius † patronatus, tam per laicos, quam clericos, tribus potissimum modis, fundatione scilicet, constructione, & dotatione, gl. *in cap. pia mentis 16. quæst. 7.* late Rochus *verb. Ecclesiam fundauit, & verb. construxit, & verbo dotauit.* Paul. de Citadinis 3. *part.* Lambert. *1. par. 1. li. q. 2. cum sequent. vsque ad 9.* Staphil. *de literis gratiæ, tit. de modo & forma impetrandi §. de iure patronatus prærogatiua,* Rebuffus *praxi 3. pa. signaturæ, verb. & non iuris patronatus, num. 3.* Corras. *d. cap. vltim. num. 3. & 11. cum seq.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de reseruatio. iuris patronat. li. 2 titul. 15. pag. 1.* & ibi Grego. Lopez, Did. Perez *d. li. 2. tit. 6. li. 1. ordinat. glos. 1.* Fuscus *de visitatione, libro 2. capitulo 10.* Nauar. *consil. 7. de iure patronat.* Rochus Veronen. *de visitatione, verb. de iure patronat.* Zerola *in praxi Episcopali, 1. par. verb. ius patronatus. §. 2.* & Zechus *dict. cap. 12. numero secundo & 3.* & post hæc Gonçal. *ad reg. mensium glos. 18. à n. 53.*

37 Circa quod S. Concilium Trid. *sess. 25* † *de reform. cap. 9.* sic statuit, *sicuti legitima, &c.* vsque ad *vers. ad hæc.*

38 Et declaratur primo, † quod licet ibi Concilium solum præseruet ius patronatus, competens ex fundatione, vel dotatione, non excludit ius patronatus ex constructione competens, sed sub *verb. ex fundatione* comprehenditur, ad tradita per Corrasium *d. c. vltimo num. 12.* Et apparet ex alio decreto eiusdem Concilij *sess. 14. de reform. cap. 12* quod huic consonat, & ita in terminis ait Zerola *d. §. 2. vers. 3. fundatione,* & Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 90. à num. 6.* quamuis Gonçalez *sup. à num. 50* cum Flamin. Paris. *de confiden. quæst. 28. nu. 240.* dicat tit. constructionis includi sub illis verbis, *altarve secundum iuris dispositionem.*

39 Secundo declaratur, † quod fundare Ecclesiam proprie dicitur, qui fundum dat, seu assignat, in quo Ecclesia construatur, seu ædificetur *c. Abbat. 2. 18. q. 2. & c. nobis de iure patron.* vbi Doct. Corras. *sup. nu. 12.* & alij sup. relati.

40 Vnde faciens in Ecclesia Capellam, vel † altare, non erit solus patronus illius, sed etiam Ecclesia erit compatrona, & concurret in præsentando ratione fundi quem ponit, id est, el sitio. Ita Abb. *in cap. ad audientiam, de Ecclesiis ædifican. n. 11.* dicens non esse ab alio tactum, & esse notandum, quia in multis locis propter inaduertentiam non seruatur, idem Abb. *in cap. cum Ecclesia Vulterana de elect. n. 8. circa fin.* Feli. *in c. cum venerabilis de excep. n. 37.* Rochus *verbo fundauit, quæst. 10. & verb. construxit, quæst. 7. & verb. dotauit, quæstio. 15.* Paul. de Citadinis *3. par. causa 1. n. 20.* & Lambert. *1. par. 1. lib. quæst. 8. ar. 6.* & post hæc Gonçal. *glos. 10. à n. 9.*

41 Ait tamen Rochus *d. verb.* † *& dotauit, quæst. 1. ad fi.* quod valeat consuetudo vt Ecclesia non sit compatrona ratione fundi, sed præsentatio tantum spectet construentibus & dotantib. Capellam, vel Altare, in ipsa Ecclesia, &c. Et sequitur Lamber. *ibi num. 4.* subdens quod ideo diceret, non ex inaduertentia, vt dicit Abbas non obseruari, quod Ecclesia ratione fundi non sit patrona Capellæ, vel Altaris, intus eam fundatæ, seu ratione huius consuetudinis, quam vidisse seruari ait num. præcedenti, & ita etiam videmus seruari in Hispania. Nam nunquam Ecclesia concurrit in præsentando ad huiusmodi Capellas, &c. sed constructor, & dotator, & eorum successores tanquam patroni soli, sequitur etiam Gonçalez *sup. n. 15.*

Rursus prædicta doctrina † non procederet, etiam 42
seclusa consuetudine, quando faciens Capellam solueret aliquid Ecclesiæ pro fundo, id est, el sitio, vt solet fieri in Hispania, nam tunc non potest dici Ecclesiam ponere fundum, cum illi soluatur pretium pro illo. Quod videtur posse fieri, nam permissio, & licentia ibi ædificandi, † videtur pretio æstimabilis, & 43
non quod spirituale, & post hæc tradit Gonç. *d. glos. 10. n. 14. & 15.*

Tertio declaratur sola fundat. † (hoc est fundi assi- 44
gnat.) non statim quæri ius patron. sed secuta constructio. & dotatio. vel ab ipso fundatore, vel ab aliis. Abb. *consil. 106. 2. p.* Roch. *in prim. n. 3. & verb. fundauit. q. 2.* Corras. *sup. n. 1* & Greg. Lop. *d. l. 1. gl.* & vide Lamb. *1. par. 1. lib. quæst. 1. art. 1. sub n. 16. & 3. quæst. articul. 1. & 4. quæstio. artic. 1.* Nam non potest quis dici patronus Ecclesiæ, quæ nondum est, forteque non est futura, *c. ad audientiam 2. de Ecclesiis ædifican.* & Corras. *n. 13.*

Ecclesia tamen, † seu capella incepta ædificari, seu 45
posito primo lapide cum consensu ordinarij, statim etiam ante perfectioné videtur acquiri ius patronatus, licet non exercitium, & effectus stabilis procedet ex adimpletione causæ quam facit, Lamber. *d. q. 4. ar. 9.* Si enim pœnituit, & reliquit ædificium, non acquiritur ei ius patronatus, sed perficienti, Paul. de Citad. *3 p. causa 1. q. 14* & Gregor. Lopez *dict. lib. 1. glos. 5.*

Nam licet tale ædificium inceptum non † possit 46
adhuc dici Ecclesia, vel Capella proprie, tamen ex quo cum authoritate ordinarij est inceptum, est locus pius, & religiosus, maxime si ibi est fixa Crux, &c vt *in cap. nemo 9. de consecratione distinct. 1.* Durandus *de ritib. li. 1. c. 2. n. 7.* & sic in illo cadit ius patronatus.

Et addit Lamber. *sup.* † quod si dos daretur in limi- 47
ne fundationis Ecclesiæ, vel post ante tamen consecrationem, & etiam ante perfectionem ædificij, adhuc diceret cadere exercitium iurispatron. vt præsentetur Rector, saltem pro administranda dote, licet non quoad alia, &c. Ecclesia etenim incepta † statim ca- 48
pax est dotis, iuxta dicta, & sic dos in specie assignata, & donata ante affixionem primi lapidis, statim post illius affixionem ei acquiritur absque traditione ad *l. fi. C. de Sacrosanct. Ecclesiis.*

Nec obstat † quod Ecclesiæ construendæ quæ non 49
est, non potest fieri donatio *cap. Abbate de re iudicat. lib. 6. & d. cap. ad audientiam 2.* & ibi Abb *num. 3.* & Rota in Gienen præstimonij infra relata, *vltim. par. cap. 1. nu. 195.* Quamuis Ecclesia nondum constructa, possit etiam hæres institui, & sibi legatum relinqui, *cap. 3. de testament.* & ibi Abb. *num. 2.* & Imola *nu. 5.* Guli. Benedic. *in repet. cap. Raynutius, de testamen. verb. & Sobolem quam gestabat in vtero, nu. 52* & Mieres *de maioraub. 1. par. q. 27. 36. nu. 5.* & fuit resolutum coram D. Orano, in vna Sutrina Monasterij de anno 1595. cuius differentiæ rationem tradunt post Bart. Abb. Guli. Benedic & alios supra. Nam respon-

spondetur id non procedere in dotatione † ex causa dotis, quæ recte potest fieri Ecclesiæ construendæ, non solum obligando se dotaturum, & traditurum, sed etiam statim assignando, & donando bona pro dote, vt *in d. cap. nemo,* vbi Archid. & Domin. explicantes illud verbum, *Dotauit,* id est, *dispositiue tradat, vel, ad tradendum per publicum instrumentum solemniter se obliget,* & Rochus *d. verb. & dotauit, q. 7.* Lamber. *d. 1. par. 1. lib. quæst. 5 art. 10.* non vt statim acquiratur Ecclesiæ, sed cum fuerit ædificata; vel saltem incepta, sicut Ecclesiæ construendæ potest concedi priuilegium, non vt statim sit priuilegiata, sed postquam fuerit constructa. Abb. *in d. cap. ad audientiam numer. 2.* sic intelligens tex. *ibi,* & Guido Papa *deci. 267. & ibi, add.* Ranchini, & Guli. Benedic. *sup. n. 15.* & alij.

51 Quarto declaratur sub constructione, † seu fundatione, comprehendi etiam reædificationem, ex qua cum Ecclesia est penitus destructa seu diruta, ita vt noua consecratione indigeat, acquiritur ius patronatus perinde ac si ab initio construeretur, quamuis reficiens Ecclesiam non penitus destructam, non efficiatur patronus, ita glos. *in cap. 3. de iure patronat.* quam D. sequuntur. Staphil. *supra nu. 6. & 7.* Rochus *verb. construxit, quæst. 8. nu. 12.* Lambert. *1. par. 1. lib. qu. 6. art. 3.* Mandos. *d. tit. de reseruat. iuris patron. versi. magna est dissput.* Greg. Lopez *d. l. 1. gl. 4.* A. Rochus Veronen. *supra,* Zerola *d. §. 2 ad fin.* (Qui tamen aliquantulú variat. *2. par. verb. Ecclesia §. 9.*) Rota in vna Reginen. Archipresbyteratus 13. Ianuar. 1553. coram Domino Anto. August. in qua fuit resolutum. *Ius patronatus concessum a Papa ex causa reparationis Ecclesiæ, quasi collapsæ, esse reuocatum per reuocationem concessionum iuris patronatus, præter quam ex dotatione, & fundatione, quia Ecclesia non erat restituta a fundamentis, vnde non poterat dici ex fundatione, sed ex priuilegio, &c.* Et in vna Bononien. iuris patronatus, vigesimonono Martij *millesimo quingentesimo septuagesimo quarto,* coram D. Robustero, quæ est *1. par. diuersor. decis. 1598. numero primo & 2.* & in vna Perusina de Confinio, tertio Decembris *millesimo quingentesimo septuagesimo sexto* coram D. Blancheto quæ est eadem *1. part. decis. 306.* & in vna Valentina parochialis de Cosentayna 26. Ianuar. 58. coram D. Seraphino quæ est *2. par. diuersi. decis. 269. numero secundo,* & in Placentina parochialis de Mirabel infra adducta *numera 117.* & in Patauina de qua infra *numero 121.* & in Valentina de Carletis infra relata *numero centesimo vigesimo septimo.* Et ita est accipiendus, Menochius *d. præsum. 90. n. 6.* dicens acquiri ius patron. reædificatione, & post hæc tradit Gonç. *d. glos. 11. n. 55* allegans etiam decis. Sarcan. & Compan. de quibus infra *n. 122.*

52 Quinto declaratur ita demum acquiri ius † patronatus ex dotat. si sit congrua, & sufficiens, nam dotás insufficienter, non efficitur patronus, glos. *in capit. quicunque 2. 16. q. 7.* Abb. *in cap. ad audientiam 1. de ecclesi. ædifican. nu. 4.* Roch. *verb. & dotauit, q. 8. & 9.* Lambert *1. p. 1. li. q. 5. art. 12.* Greg. Lopez *d. l. 1. glos. 3. & 5.* A. Roc. Veronen. *sup.* & Rota *decis. 528. sub n. 2. par. 2. diuers.* & censuit S. Cong. Concilij vt in seq. declaratione super *c. 4. sess. de refor.* dotans insufficienter quod arbitrabitur ordinarius, non acquirit ius patronatus, sed dicitur benefactor.

53 Quod procedit, † etiam si dos minus congrua sit assignata, cum consensu Episcopi, illam approbantis pro congrua, Rochus *dict. quæstion. 9.* quicquid dicat Lamber. *ibi, art. 13.*

Si tamen concurrunt plures † in dotatione, dantes simul dotem competentem, licet inæqualiter & singuli non dent dotem competentem, omnes æqualiter patroni sicut etiam quando plures concurrunt in fundatione, & constructione, Abb. *d. num. 4. & in rubrica de iure patron. nu. 6.* Rochus *d. verb. & dotauit, quæst. 12.* Lambert. *1. par. 1. lib. quæst. 3. ar. 5.* Corras. *d. cap. vlt. n. 14.* Greg. Lopez *d. glos. 5.* & A. Rochus Veronen *sup.* & censuit S. Congreg. vt in sequen. declaratione, super *d. cap. 4.* *Quando concurrunt plures in dotatione, licet æqualiter non contribuant, omnes efficiuntur patroni, etiamsi sufficientem dotem ex se singuli non contulerint, dummodo Ecclesia habeat dotem competentem, quia ex quo ille qui plus contulit, admisit alium secum, videtur ipsi communicare ius sibi competens in illo patron.*

Sexto declaratur, † acquiri ius patronatus ex dota- 54
tione Ecclesiæ, etiam iam constructæ, & etiam iam consecratæ, quando esset sine dote, & cum consensu Episcopi id fieret, Innoc. *in rubr. de iure patron.* Cardin. & Abb. *n. 9. in cap. 3. eodem tit.* idem Abb. *consil. 59. 2. par.* Selua *de Benefi. 1. par. quæst. 5. circa fin. n. 18.* Rochus *verb. & dotauit, quæst. 2. n. 3.* Lambert. *1. p. 1. li. q. 5. ar. 15. & quæst. 6. art. 1.* & Greg. Lopez *d. l. 1. gl. 3. & 6* dicentes communem, A. Rochus Veronen. *supra,* & Zerola *2. p. verb. ius patron. sub §. 13.* Rota *d. dec. 528. p. 1. diuersor. & decis. 99. p. 2.* Circa quod vide infra *6. not. à n. 122.*

Quamuis contradicat glos. *in cap. pia* † *mentis 16.* 55
quæ. 7. quam sequitur Felin. *in d. cap. cum venerabilis de excep. n. 37.* dicens quod ad hoc vt quis sit patronus, requiritur assignatio dotis, tempore fundationis, non post. Et est declaratio S. Congreg. Concilij super *d. c. 4. sess. 21. de reform.* quæ sic ait. † *Cong. Con-* 56
cilij censuit, quod Ecclesia matrix, seu parochialis, non acquirit ius patronatus in Ecclesia fúdata intra suos limites, nisi de suo aliquid contulerit, nec obstat si dicetur, quod oblationes futuræ, sunt loco dotis, quia ad hoc vt acquiratur ius patronatus, requiritur quod assignatio dotis fiat tempore fundationis, & non post, & limitatur quando Ecclesia ex necessitate populi construitur, vt capit. ad audientiam de Ecclesiis ædifican. *tunc enim erunt loco dotis, & sic dotans, & Rector Ecclesiæ erunt ambo patroni vt* d. cap. ad audientiam. Et alia quæ ait, *Congreg. respondit Episcopo Montis Regalis, quod si ipse iudicauerit,* † *dotem quæ à quodam laico promitte-* 57
batur, iunctis obuentionibus (nam ex necessitate populi construenda erat,) esse sufficientem pro Ecclesia parochiali de nouo erigenda, in terminis huius decreti illam erigat, & Presbytero qui nominatur, si per examen illum idoneum ad regendam Ecclesiam inuenerit, conferat sine concursu, pro hac prima vice. Vnde ait S. Congregatio ad acquisitionem iuris patronatus, dotem debere assignari tempore fundationis, & non post, nisi quando ex necessitate populi construitur Ecclesia.

Sed respondetur id solum † procedere in specie, de 58
qua ibi, in qua oblationes futuræ non possunt dici dos, nisi quando ex necessitate construitur Ecclesia, quia illæ non dantur ab Ecclesia matrice, sed eo ipso quod Ecclesia parochialis est fundata, ad illam de iure pertinent, & non ad matricem. Et illa ratio non est applicanda ad casum quando, dotatur Ecclesia constructa, quæ erat sine dote.

Septimo declaratur, † quod licet ex dotatione 59
acquiratur ius patron. non tamen ex simplici donatione, legato, vel largitate bonorum, nisi hæc fiant pro dote, tacite, vel expresse, quia simpliciter donans

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vel legans, videtur potius benefactor, quam dotator & acquisitor iuris patronatus, & iura indulgent ius patron. non benefactori, sed dotanti, *dict. cap. filiis* 16. *quæst.* 7. tradit post alios Rochus *dict. verb. & dotauit, quæst.* 6. Lamber. ... *1. part. 1. lib. q.* 6. *ar.* 1. & 2. Greg. Lopez *d. gl.* 5 & Zechus *d. cap.* 1 ... *nu.* 12. *vers. notandum autem*, & fuit tentum per Rotam in vna Imolen. iuris patron. 7. Iunij 1577. coram D. Cantucio, quæ est *2. p. diuers. decis.* 167. *num.* 3. Et in vna Aretina Capellaniæ, seu iuris patron. 16 Decembris 1594. &

61 10. Mar. 1595 coram † D. Seraphino fuit resolutum, *Ius patronatus competere ex dotatione, non ex donatione, quia tunc potius est benefactor quam patronus, & donator, vt* in d. decis. 167. *& sic ius patron. potius competere hospitali, cui donata fuerant bona, vt posset habere Capellanum, qui pro ipsius donatoris anima celebraret, ex quibus dotata fuit Capellania, quam ipsi donatori, cũ non constet dotasse pro dote, & testes deponentes de auditu, & publica voce, & fama, & patronatus præsente familia donatoris nihil facere, non concurrente quasi possessione præsentandi*, *Cassador.* decis. 2. de probatio. *Puteus* decis. 60. lib. 1. *maxime si deponunt per verbum præteriti temporis, & sic non probant de tempore ante motam litem*, Abb. in cap. licet de testibus numero 3. *& magis credi aliis testibus, in contrarium deponentibus de publica voce, & fama, pro hospitali habentibus concurrentem quasi possessionem præsentandi pro hospitali, & vltimum statum, qui solet attendi ad iudican. qualitatem Beneficij*, *Puteus* decis. 189. & 192 li. 1. *Decius* consil. 126. &c.

Vnde male ait Menoch. *d. præsumpt.* 90. *n.* 6. acquiri ius patronatus ex ditatione.

62 Octauo declaratur † quod fundans, construens, vel dotans Ecclesiam, seu Beneficiũ, acquirit ius patron. etiamsi illud non reseruauerit, dummodo expresse non remiserit, *cap. nobis de iure patron.* & est receptissima conclusio, Staphil. *d. tit. de modo, & forma impetra.* ... *de iure patron. prærogatiua, n.* 5. & post alios Rochus *verb. & Ecclesiam fundauit, quæst.* 8. *n.* 12. late Lamber. *1. par. 1. lib. quæst. 2. art.* 4. Gregor Lopez *d. l. 1. glos.* 6. Ham. Paris. *de confiden. quæst.* 28. *n.* 231. Zerola sic intelligendus *d. verb. ius patronatus §. 2. in princ.* Marc. Anton. Genuen. *in d. praxi cap.* 61. *n.* 14. & Rota *decis.* 4. *de iure patron. in antiq. & d. dec.* 167. *n.* 4. quicquid in contrarium scripserit Paul. de Citad. *3. p. can.* 2. *q.* 5 *ex n.* 12.

63 Fundans tamen Ecclesiam, seu Capellam, † potest in totum, vel pro parte remittere ius patronatus, & limitare illud inducere in præiudicium hæredum, vel descendentium, vt sibi placuerit, *cap. significauit de testib. c. 1. de iure patron. in* 6. vbi Archid. & alij. Bald. *in l. 2. C. de in ius vocan.* Rochus *verb. ipse vel ii, num.* 18. Lamber *2. par. 1. lib. quæstio. 2. artic.* 2. & 4. Rota in vna Cremonen. iuris patron. 18 & 21. Maij 1578. coram D. Robusterio quæ est *1. part. diuers. decisio* 385.

64 vbi tamen Rota id intelligit, † *Si fundator expresse exclusisset hæredes vel limitate, & taxatiue induxisset solummodo pro talibus, non autem quando simpliciter exprimit, & nominat aliquos patronos, nam non ideo excludit se ipsum, & suos hæredes, &* consi. *Anchar.* 81. *quod ait communiter receptum, & Calder.* 4. de iure patron. *qui negat, quod ipse fundator, & sui hæredes, fuerint vnquam ab illis nominatis exclusi, quinimo, ab initio censentur inclusi, nam prouisio hominis, non facit cessare prouisionem legis, &c. contra* consilium *Gemin. quadragesimũ quintũ qui ait, quod expressio aliquorum patronorum censetur facta ad exclusionem aliorum, &c.* Et ista decis. Rotæ fuit bis confirmata coram D. Seraphino, vno Iunij & 25. Nouembr. eodem anno 1578.

Sed consil. Gemin. videtur & menti fundatoris, & praxi † maxime in Hispania conformius, & consonat *consi.* Calder. 5. ... *de iure patr.* & accedit doctrina Lamber. *2. p. 1. l. q. 2. a. r.* 4. ... 6. vbi ait, quod si facta fuisset reseruatio per patronum pro se, & hæredibus sui sanguinis, non transiret ad extraneos, maxime si apponeretur dictio tantum. 65

Si tamen fundator relinquat ius patronatus filio 66 suo, † & descentibus, & ille decedat sine descendentibus relicto hærede collaterali, vel extraneo, vt in terminis *d. cons.* Anchar. tunc ius patronatus transibit in talem hæredem, ex quo filius decessit sine descendentibus, & casus iste tanquam omissus, relinquitur dispositioni iuris communis. *l. commodissime ff. de lib. & posth.* & ius patro. fit liberum *l. qui solidum § p. aliũ ff. de lega.* 2. Achil. *decis.* 106. seu *vlt. de donat. e.* Gama. *decis.* 195. *& ibi add.* Flor. Menoc. *cons.* 90. *n.* 109. *l.* 1 Spino *de testam. gl.* 19. *n.* 57. & idem erit in similibus casibus. Et sic poterit procedere *d. cons.* Anchar. & quod cum eo tradit Rochus *d. verb. ipse vel ii n.* 19. & ita intelligit Lamber. *d. l. quæstione secunda articulo* 5.

Vnde etiamsi fundator † reseruaret ius patronatus 67 sibi, vel alij, verbi gratia, Petro transiret ad eius hæredes ex testam. seu ab intestato, Calderin. *d. cons.* 4. *de iure patr.* Anchar. *d. cons.* 81. Roch. *verb. Ecclesiam fundauit q.* 8. *in fi.* & Lamber. *d. art.* 4. & 5. nisi illa reseruatio esset facta, cum aliqua qualitate, vel expressione, per quam vellet ius patronatus durare tempore suo, vel nominati, & non vltra, Lamber. d. art. 4. n. 5.

Licet autem à princ. possit fundator remittere † ius 68 patronatus, vel illud ordinare prout voluerit, eo tamen in esse deducto, & perfecto authoritate ordinarij, non potest illud reuocare seu mutare, nec tollere ab eis quos voluit esse patron. &c. Roch. *verb. ipse vel ii, n.* 33 Lamber. *1. p. 1. l. q. 4. art. 10. n. 4. & 2. par. q. 1. art. 21. n.* 5 & Rota *decis.* 228 *sub. num. 1. p. 1. diuersorum.*

Vnde etiamsi reseruauit ius patronatus † sibi, & filiis, & descendentibus suis, aut consanguineis, seu illius de parentela, non poterit illud renuntiare, seu 69 transferre in alium, in præiudicium filiorum, & descendentium, aut consanguineorum, licet in hoc contra teneat Roch. *d. verb. ipse vel ii, q.* 35. *n.* 72. & Lamber. *2. p. 1. l. q. 2 art. 4. & art. 8 n.* 7. Et nostra sententia comprobatur ex eo, quod in simili de feudo, & emphiteosi accepta à parte, pro se & filiis cum communi, tradunt Ias. *in l. 2. C. de iure emphyt. q. vlt. à n.* 207. Couar. *l. 2. variar. c.* 18. *n.* 2. Alb. Valascus *de iure emphyt. qu.* 49 *n.* 6. & nouissime Rodr. *de annuis redditibus l. 2. q. 12. n. 37. & seq.* & alij relati Ant. Gab. *conclus. 2 de iure emphit. n. 4. &* 44.

Et à fortiori, † id non poterit facere patronus successor, vt tenet Franc. *in c. 1. de iure patr. in 6. sub. n.* 4. 70 cum Arch. *ibi*, Roch. *d. q. 33. n. 72. &* 73. & Cou. *d. c.* 18. *n.* 10. & Molina *de Hispanorum primog. l. 1. c. 24. nu.* 35 cũ aliis quos referunt. Quicquid contra teneant Calder. *cons. 19. de iure patr.* & Lamb. *vbi proxime*, quorum ratio quod tunc transfertur ius gradatim, de patre in filium, vnde stãte primo gradu cessat secundus, & sic viuente patre filius nullam potestatem habet in iure patronatus. &c. solum probat quod viuente possessore ad eius vitam, renuntiatio seu translatio ista fieri possit absque sequentis præiudicio

cio

cio, vt per Couarru. *ibi*, & comprobatur ex eo, quod de feudo, seu emphyteosi antiqua sine controuersia tradunt Doctores, vt per Ias. & Anton. Gabr. *sup.* Iul. Claram, *§. emphyteosis qu. 16. & §. feudum, q.* 41. Pinel. *in l. 1. C. de bonis mater. 3. p. n. 97. & seq.* & Valas. *sup. d. n. 6. & 9.* & alios, illudque verum existimo etiam vbi patronus ius patr. dedit, seu renuntiauit Ecclesiæ cuius patronus erat, vt in specie *dicto consilio* Calderin. nam eadem militat ratio, licet dubitat Couarru. *supra.*

71 Nono declaratur ius patron. acquiri † ex prædictis causis, interueniente authoritate, & consensu ordinarij, non alias, *d. cap. nobis*, & ibi Dd. *de iure patron.* Calder. *cons. 5. eodem tit.* Staphil. *sup. n. 1. 2. 6. & 7.* Selua *1. p. qu.* 6. Roch. verb. *pro eo quod de diœcesanũ consensu*, Lamber. *1. p. 1. l. q. 2. art. 3. cum seq.* vbi late de hoc Corras. *d. c. vlt. n. 3. 4. & 13.* Mandos. *dict. tit. de reseruat. iuris patron. vers. magna est disputatio*, Greg. Lopez *d. l. 1. glos.* 6. Did. Perez *d. l. 1. q.* 3. Fuscus *de visitatione, l. 2. c. 10. n.* 5. Nauar. *d. consil. 7. de iure patron.* A. Rochus Veronen. *supra*, & Zerola *d. §.* 2. Rota *decis. 212. & 213. n. 3. p. 1. diuersor.* & in causa Imolen. iuris patron. 18. Nouembr. 1578. coram D. Cantucio, quæ est *2. p. diuers. decis.* 85. in qua fuit resolutum, *Abbatem habentem potestatem dandi licentiam ædificandi Ecclesias intra suam parochiam, in quandam consequentiam, habere etiam facultatem præstandi authoritatem & consensum creationi, & acquisitioni iuris patron. cum regulariter non soleant Ecclesiæ ædificari sine acquisitione iuris patron. & sic potestas dandi licentiam construendi Ecclesiam trahit secum tanquam quod consecutiuum, potestatem consentiendi acquisitioni iuris patron. & dict. potestas dandi licentiam ædificandi Ecclesiam, videtur concedi ad finem, vt ædificans acquirat ius patron. &c.* Et fuit firmatum 23. Mart. 1579. vt *in decis.* 99. *ead. 2. p.* Rota etiam in vna Toletana iuris patron. decimooctauo Mar. 1602. coram Domino meo Corduba.

72 Qui consensus sufficit, quod interueniat † ex post facto, Roch. *d. verb. pro eo quod, q.* 4. Lamber. *1. p. 1. l. qu. 12. art.* 12. Corras. *supra n.* 25. & Rota in Aquen. iuris patron. 7. Nouemb. 1601. infra relata *vltima p. ca. 1. n.* 210.

Et an præsumatur iste consensus interuenisse, vide

73 † Seluam *sup.* Lamber. *d. q. 2 art.* 7. Mandos. *cons.* 32 *n. 5. & 6.* Mascar. *de probat. conclus.* 416. *n.* 4. & Menoch. *d. libro 3 præsumpt. 90. n. 18. & l. 6. præsumpt. 79. numero* 4.

74 Et in vna Romana iuris patro. † 10. Mar. 1595. corã illustrissimo Mellino fuit resolutum, *Assensum superioris in ædificatione Capellæ ad effectum iuris patron. probari ex diuturnitate temporis ædificatione Capellæ, cum insigniis & armis visitatione Superioris Capellæ, vti de iure patron. & prouisione Papæ, vti de iure patronatus, Calderin.* cons. 12. de iure patron. *Rochus* verb. pro eo quod, n. 19. *Lamber.* l. 3. q. 5. art. 4. *Ripa* in c. cum Ecclesia Sutrina, nu. 97. de causa poss. Caputaquen. dec. 158. p. 2. &c. Et in vna Lucana Capellæ 10. Iunij 1567. coram D. Seraphino fuit etiam resolutum, *Consensum interuenisse in fundatione, vel donatione ad acquiren. ius patron. ex cursu temporis præsuml, &c.* Zerola *in dict.* praxi parte secunda verbo Ecclesia, §. quinto.

75 Vicarius autem Episcopi, † sine speciali mandato non habet authoritatem ad reseruationem iuris patronatus, Calder. *cons. 4. de officio Vicarij*, Ferret. *cons.* 327. 343. & 344. Sbrotius *de Vicario Episcopi, l. 2. q.* 31. quem vide, Zerola *in praxi 1. p. verb. Vicarius. §.* 11. 13.

Rota in d. Placentina parochialis de Mirabel infra adducta *n.* 117 sicut etiam Vicarius, sine speciali mãdato, non potest confirmare † donationem iuris patronus, Calder cons. 1. *de offic. Vicarij*, Rebuffus in 76 forma Vicar. *n.* 184. Ferre. & Sbrotius *sup.* & tenuit alias Rota, Et quod *confirmatio donationis † iuris patronatus obtenta à Legato Apostolico, cum narratiua quod* 77 *accesserat authoritas Ordinarij, fuit iudicata inualida, & surreptitia, quia non authoritas Ordinarij, sed Vicarij accesserat qui non potest confirmare, Rota* decis. 2. de confirmatione, *vt ibi in nouis, Decius* in ca. 1. eodem. tit. *nec obstat clausula*, quorum tenores, & supplentes, *quia non possunt supplere, & tollere vitium non narratum, & falsitatem illorum. &c.*

Et an, † & quando præsumatur facultas Vicarij, qui iuri patronatus consensit, vide *d. dec. 98. p. 1. diuersor.* 78 *ex n.* 7.

Capitulum vero sede vacante, † potest dare licentiam volenti ædificare Ecclesiam, vt fiat patronus, 79 Calder. *cons. 3. de iure patrona.* Paulinus de offic. & potestat. *Capituli sede vacante 5 quæstione secunda parte n. quinto.*

Et an regulares possint ædificare sine licentia Ordinarij, † vide Emanuelem Rodriguez, *qu. reg. 2. tom.* 80 *q. 49. art.* 3.

Tertio notandum est, † quod licet Concilium Trid. *d. c.* 9. præseruet ius patronatus competens ex funda- 81 tione, vel dotatione, non refutat illud, quod alias potest probari secundum regulas iuris communis, vt patet ex illis verbis Concilij, *Aliasue secundum iuris dispositionem.* Quod sæpe Rota censuit, & tradunt Hiero. Gabr. *cons.* 192. & 198. *l.* 2. & Menoch. *cons.* 241. *à n.* 1. præsertim *n. 7. l. 3. & cons.* 336. *à n. 1. l. 4. & d. præsump. 90. à n.* 9. & facit decis. in causa Tuden. iuris patron. 13. Iunij 1572. coram D. Lancelloto, quæ habetur *2. p. diuersor. decis. 351. & dec. 798. p. 1. sub. n.* 4. vbi habetur, quod in his, in quibus non præsumitur vsurpatio, immutatur per Conciliũ, sed relinquitur in dispositione iuris communis, & tradit Gonçalez *gl.* 18. *à n.* 54.

Vnde non solum ius † patronatus probatur ex immemoriali, Hier. Gabr. *ibi*, & Valascus *consultatione* 82 165 *2. p.* quæ probat legitimum titulum ex fundatione, vel dotatione, Abb. *in c. querelam de elect. n.* 9. Fel. *in c. cautam, num. 6. de præscrip.* Mohed. *decis. 3. de iure patr.* alias 254. Rota *decis.* 214. & 220. *l.* 2. & 243. & 254. *l. 3. par. 3. diuers.* & in Pampilonen. Beneficij de anno 1557. sup. relata *5. p. 4. 1. num.* 551. Marc. Ant. Genuen. *c. 61. num. 16. &* post hæc Gonçal. *sup. num.* 44. & Concilium ibi, *Siue ex multiplicatis præsentationibus &c.*

Sed etiam ius patronatus antiquum, † probatur per 83 famam, concurrente longissima quasi possessione præsentandi secundum iuris dispositionem, Achil. *dec. 4. n. 10. & 6. de iure patr.* Put. *dec. 60. & 140. in fi. l.* 1. Rota *dec. 481. l. 3. p. 3. diuersor.* & in Imolen. iuris patro. 28. Maij 1574. quæ est *1. p. diuers. decis.* 792. & in Aretina Capellæ seu iuris patron. de qua supra *numero* 61. Mascar. *de probat. concl. 959. à numero* 19. Gonçalez *supra numero* 56. cum aliis infra adducendis, & in iure conferendi diximus sup. *c. 5. à n.* 144. Quamuis etiam solam famam sine possessione probare ius patronatus, in antiquis velit Menoch. *d. cons. 336. nu.* 14. & 15. *l. 4. & d. præsump. 90. nu.* 11. contra quem etiam est dec. Rotæ in Braccaren. parochialis, 1. *Iul.* 1592. sup. relata c. 5 n. 41. *Ita* vt non † censeatur reuo- 84 catum per Concilium, vt fuit resolutum in causa Tiralonen. iuris præsentandi, 5. Maij 1593. coram D.

Penna,& postea 24.Ianuar.1594. coram D.Lita, vt in dec.seq.

Tirasonen.iuris præstand.die Mercurij 5. Maij 1593.

FVit conclusum, ius præsentandi ad portiones competens Cap.Ecclesiæ Tirasonen.non fuisse reuocatum per Concil.Trid.sess.15.c.9.nam licet Concil.præseruet ius competens ex fundatione, vel dotatione, non refutat illud quod aliter potest competere, & probari secundum reg.iuris communis, vt patet ex illis verbis, aliasue secundum iuris disposit. quod sæpe Rota censuit & tradunt Gab.consi.98 l.2. & Menoch.consil.241.n.1 & seq.l.4. Cum autem hic constaret de longeua quasi poss. capit.Tirason.præsentandi ad varias Ecclesiarum B. Mariæ S.Mich.& S.Bart.vna cum portionibus annexis, probata per testes deponentes de publica voce, & fama satis sufficienter dicitur probatum ius præsentandi, secundum iuris dispositionem, ita vt non censeretur reuocatum per Concilium, cum prædicto modo etiam ius patron.probetur, Cassad.dec.2.num.4. de probat. Bald.in l.cum sup.num.1.C.de rei vendic. Achill.decis.6.antiq. fama quæ probat. tit.de iure patronat.in impress. Decius consi.117.num.3. vers.& ista conclus. neque Capitulo Tirasonen.obstabat laudum de anno 1529.c.17.quod de iure non tribuebat ius præsentandi, quoniam Capitulum non prætendebat illud ius vigore laudi, licet laudum illud præseruaret, prout hactenus fuerat consuetum & coram R.P.D. Blancheto patuit ante laudum quoque præsentatos ad Vicarias simul habuisse portiones; vnde constabat de statu præsentandi. Dicebant iterum Domini, satis posse dici ius præsentandi competere Capitulo Tirasonen. ex dotatione, nam cum Capitulum esset Rector prædictarum Ecclesiarum, & ad ipsum propterea pertinerent omnes decimæ, c.cum contingat,& c.cum in tua de decimis, & certam portionem earum, videlicet quinque partes de duodecim Ecclesiis illis assignauerit, satis dotasse dicebatur, & ius præsentandi legitime acquisiisse, cum isto quoque modo secundum iuris dispositionem ius præsentandi competat Hostien.in sum.tit.de iure patron.§. ex quibus vers. idem videtur si Ecclesiam dotauit, Zarabel.in rubr. de iure patr.n.3. Lamber.de iure patr.l.1 art.14.& 15. n.2.& art.18.p.1 5.q principalis, Rochus eod.tract.in verb.dotauit.n.4 vbi testatur de communi, quod etiam fuit decisum in hac causa, tam coram bonæ memoriæ Cantucio,die 18 Iunij 1584.quam coram Bubalo die 10. Febr.1586.portiones antea fuisse dotatas, non faciebat cessare ius præsentandi acquisitum, ex augmento dotis, quod non tollitur per Concilium, præsertim quando apparet, augmentum factum in euidentem Ecclesiæ vtilitatem.

In eadem 24.Ianuarij 1594.coram D.Lita.

85 DVbitaui, an sententia † lata 5. Maij proxime præteriti ad fauorem Capituli Tirasonen.super Vicarijs S.Michaelis, & S.Barthol.& portionibus sit iusta, vel iniusta, ita vt sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini resoluerunt dictam sententiã esse iustam, & ideo esse confirmandam, constat enim de iustitia illius, ex decisione facta coram domino Blancheto & Penna, quam in disputatione præsenti dubij fuerunt præsupposita, vltra quod conclusio facta alias per Rotam in hac causa firmatur, satis iustificatur, quod scilicet ius patronatus antiquum, probetur per famam publicam, iuncta prætérea quasi possessione præsentandi, Bald.in l cum super. numero 1.C.de rei vendicat. Decius consil.117.numero 3.& consi.174.numero 2 Ferretus 293 Menoch.241. numero 12.Cassador.decis.2.numero quarto de probatio. Achill.decis.5.de iure patron. Put.140.in fin.l. 1.Palest.27.& fuit dictum in causa Imolen.iuris patronatus 28. Maij 1584. non obstare dixerunt Domini, quod fama non sit qualificata, hoc est, ex fundatione, vel dotatione, quia in dubio fieri debet interpretatio pro validitate actus & sic, vt sit fama iuris patronatus, ex fundatione, vel dotatione ad l.quoties, de rebus dubiis cum vulgar. & hinc est, quod sufficit testes dicere ius patronatus spectare de iure ad aliquem, cum idem sit ac si dicerent, ad eum spectare ex fundatione, vel dotatione. Achill.decis.7.de iure patron. vltra quod ex eo cessare videtur omne obiectum quod constat Capitulum Tirasonen.dotasse dictas portiones, cum onere administrandi Sacramenta in dictis Ecclesiis, mediante assignatione quinque partium ex duodecim decimarum, quæ per ipsum Capitulum percipiuntur vt Rectorem d.Ecclesiarum, ad notata per Lamber.de iure patron. l.2.p.2. artic.2 quæst 7.nec refert quod per prius dictæ Portiones essent dotatæ, cum vnicuique earum esset assignata certa summa florenorum, quia fuit consideratum, quod dicta solutio fiebat portionariis ab eodem Capitulo Tirasonen. Vnde siue illa consideretur vti dos dictarum portionum, siue ipsa assignatio quinque partium decimarum, quæ postmodum loco ipsius subrogata fuit, semper tamen verum erit dicere, dotem dictarum portionum, prouenire à dicto Capitulo Tirasonen.& ex bonis illius cum subrogatum in omnib.& per omnia succedat in locum rei, in cuius locum subrogatur, ad tex.in l.si eum.§. qui iniuriarum, si quis cautionibus Ruin.consi.169 n. 3.l.1.quo fit vt testes deponentes de fama iuris patron. intelligi debeant respectu famæ iuris patron. competentis Capitulo ratione dotationis, & sic ex illo tit.præcedenti, de quo apparet ad l.1.§.fin.de exceptione rei iudic.l. 2.C.de acquir.possessione Angel.l.quædam mulier. ff. de rei vendicat Socin.consi.15 l 4.Nec obstare dixerunt Domini, quod non constet Capitulum Tirasonen. præsentasse ad portiones, sed solum ad Vicarias, quia cum fuerit resolutum coram Domino Blancheto constare de statu sufficienti, quod præsentati ad Vicarias simul habebant etiam portiones, necesse est fateri, quod talis præsentatio vires suas extendit, etiam ad portiones, quæ simul cum ipsis Vicariis vacabant, tum ex deductis in dicta decisione. Tum denique, quia alias impossibile esset dare casum hunc, quod Capitulum habeat liberam facultatem, prout habet, præsentandi in Vicarios, quos voluerit in d.Ecclesiis, & quod tale onus administrãdi Sacramẽta in illis sustineatur per ipsos portionarios, cuius occasione, eisdem etiam fuerint assignatæ quinq; partes decimarum, nisi demus, dictas præsentationes ad Vicarios Capitulo Taras.præseruatas etiam in vigore laudi, Apostolica authoritate confirmati, extendere vires suas etiam ad portiones vacantes, simul cum ipsis Vicariis argumento libro secundo.ff.de iurisdictione omnium iudicum & l.oratio ff.de sponsa.nec Capitulũ Burgiæ potest prætendere se grauatum, in eo quod condẽnatum fuit in expensis, cum Rotæ stilus sit, vt Victus Victori regulariter in expensis condemnetur, nec talem condemnationem potuit prætendere iniustam, ex eo quod sententiam Rotalem habuisset pro se, quia cum illa ex eisdem actis fuerit reuocata iuste dicitur con-

condemnatio. Caput aquen.decisione 142.parte tertia. Vide alias decisiones in hac causa adductas, vltima parte capit.secundo à numero ducentesimo trigesimoquinto.

86 Et dicta probatio videtur † sufficiens, etiam contra Ordinarium vindicantem Ecclesiam in libertatem, ex adductis. Quamuis in vna Pampilon. præeminentiarum coram Domino Mantica, in qua decimoseptimo April.millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, dixerunt Domini, Ius patronatus antiquum, probari per publicam vocem, & famam, vbi concurrit legitima quasi possessio præsentandi. Puteus, dicta decisione quadragesima & 160. libro primo & in probatione iuris patronatus, multum solere Rotã deferre enunciatiuis Ordinariorum, Rota decisione vndecima de iure patronatus in nouis, Puteus decisione vigesimatertia dicta die, & 24 Maij eiusdem anni fuit dictum, Quod cum cessat vsurpationis præsumptio, & res non agitur cum ordinario vindicante Ecclesiam in libertatem, non requiritur exactior probatio iuris patronatus, ex Concilio Tridentino. Quæ alias, ex iuris dispositione requireretur, vt sæpius fuit resolutum, &c. Sed

87 potius videtur dicendum quod cum † non agitur contra Ordinarium, sed contra alium tertium prætendentem ius patronatus, vel inter plures præsentatos longe minores vel probationes sufficiunt, quam si ageretur contra Ordinarium, vt ait Gonçalez, dicta glossa 18.n.59.quod fuit resolutum in Pamphil. Beneficij de Ianzi, decimo Aprilis & 10.Nou. millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, coram D.Mantica, & alias sæpius.

88 Vnde etiam ex enuntiatiuis, † instrumentorum antiquorum, emanatis à diuersis personis, non suspectis probabitur ius patronatus, Achilles decis. 7. & 8.de iure patron. Mascard.A.conclusione 959. num. 29. iuxta tradita infra, vltima parte capite secundo ex nu. 248. Et fuit resolutum in vna Mediolanen. iuris patronatus, vigesimoprimo Aprilis. 1589. coram Do. Comitulo, in qua dixerunt Domini. Ex enuntiatiuis antiquorum instrumentorum emanatis à diuersis personis resultare probationem æquipollentem famæ, ad Baldum & Castren.in l.cum aliquis C.de iure deliberan. & fuit tentum in hac causa, coram eodem 29. Ianuarij præterit. Vbi fuit resolutum, descendentiam antiquam probari per enuntiatiuam plurium instrumentorum diuersorum Notariorum, quia æquipollet famæ, quæ sufficit ad probationem huiusmodi descendentiæ. Puteus decisione 518 l.2. Famam autem publicam in antiquis legitime probare ius patronatus, per ea quæ tradit Cassador.decis.secunda de probatio. Achil. quarta. de iure patron. Mohed.352. Aymon.consil.322 numero secundo Ferretus consi. 193.quod Puteus decis. 140. & 60.in fi.l.1 declarat habere locum, quod cum fama concurrit possessio præsentandi; nec obstare, quod in dictis instrumentis non enunciatur ius patronatus competere, ex fundatione, vel dotatione ac proinde posset intelligi competisse ex priuilegio, vel præscriptione cuiusmodi patronatus sunt sublati per Concilium sess. 25.ca.9. vers.reliqui, quia cum sumus extra casum præsumptæ vsurpationis, ex immemoriali probatur præsumptiue, titulus fundationis, vel dotationis, Felin. c. causam quæ, num. 7. de præscript. Achil.dec 4.de iure patron. & hanc probationem admittit Concilium d.c.9. ibi, siue etiam ex multiplicatis præsentatio, per antiquissimum temporis cursum aliisue secundum iuris dispositionem.

89 Rota in Gerunden.Beneficij † 20.Iun.1597.coram Domino Orano, in qua Domini resoluerunt Beneficium ad iudicandum lo. quia fuit infra legitimum tempus præsentatus, per præsentorem patronum, & de patronatu liquet, nedum ex enuntiatiuis antiquis plurium instrumentorum, quibus enuntiatur Beneficium esse de iure patronatus præsentoris, & fundatum fuisse à Raymundo præsentore, quæ vim habent famæ, & probant ius patronatus antiquum. Cassador.dec.2.de probatio. cum aliis, verum etiam ex multiplicatis præsentatio. ab anno 1457. vsque ad annum 1591. repetitis, & effectum sortitis, ex his n.præsumitur ius patronatus ex fundatione, & dotatione fuisse quæsitum, Abb.c.querelam, numero nono de electio. Decius consil. 126. numero tertio, quibus plurimum confert assertio Ordinarij, in visitatione facta, quod Beneficium est de iure patronatus, & continuatio vera præsentationis habet, Crescen. decisi.2.de iure patron. nec aduersatur, quod medio tempore non exhibeantur præsentationes, quoniam probatis extremis, media præsumuntur, non docto de contrario statu Beneficij, Alciat.reg.2.præsumpt.22.num. 2. Rota etiam in vna Caurien. Beneficij 9. Decemb. 90
1598. coram Domino meo Corduba, in qua fuit resolutum, Quod ius patronatus bene probatur ex pluribus enuntiatiuis antiquorum instrumentorum à centum annis & citra, in quibus enuntiatur fundatio Beneficij, Aymon.consil.332 Mohedan. decis. 10. & duodecimo de iure patron. licet non enuntietur reseruatio iurispatronatus, capit.nobis de iure patr. maxime stante antiquissima possessione, & multiplicatis præsentationibus, effectum sortitis, &c. nec obstant Concil.ses.25. c. 9.&c.

Et in vna Burgen. Capellæ 11 Decemb. † 1600. 91
coram eod.D.meo Corduba fuit resolutum, Quod inscriptiones antiquæ probant constructionem ad effectũ iuris patronatus, concurrentibus aliis adminiculis, gl.in capit.cum causam de probatio. Aymon. consil. 158. Decius 135. Cassadorus decisione secunda de probatione. Et fuit late deductum in causa Hispalen. iuris patronatus 26. Martij 1590. coram D. Pamphilio, & pro adminiculis sunt plures enuntiatiuæ antiquissimæ, plusquam centum annorum, in quibus fundatio enuntiatur, quæ habent vim famæ, & probant in antiquis. Nec obstat, quod dictæ enuntiatiuæ haberent originem ab eisdem patronis, & personis suspectis, nam adhuc in antiquissimis probant fundationem, si fuit adminiculata, Achilles decisione septima de iure patron. Puteus 149. libro tertio & fuit resolutum in Tudertina parochialis vigesimo primo Aprilis millesimo quingentesimo nonagesimoquinto, coram Domino Penna, & in Regien. Hospitalis 16. Maij millesimo quingentesimo octuagesimo, coram Cantucio, nec refragatur, quod non probentur requisita Concilij, sessione vigesima quinta capite nono ad proband. ius patronatus, quia cessante timore vsurpationis, de qua ibi, sufficit probare ius patron. iuxta dispositionem iuris communis, Menoch. cons. 241. lib. tertio numero septimo & fuit resolutum in causa Pampilonen.iuris patron.16.Iun.1586.coram D. Orano, & in Aquilana Capella 7. Maij 1590. coram Perusino, & alibi sæpe, &c.

Et in proposito quando dicatur ius patro. † antiquum, vide dicta infra d. vltima parte c.2.ex nu. 262. 92
iuxta quæ dicendum est, respectu testium, requiri tempus 60 annorum, respectu vero instrumentorũ, 100.& facit declaratio quædam super d.c.9.ibi, Qui hominum memoriam excedat. Requiritur ergo tempus immemoriale, quod si probandum est per testes, sufficere 60 annos, si per scripturas 100.Rota tenet. Flaminiũ Parisium de consid.quæst.28.n.235.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Et sic est accipiendum, quod † ait Marcus Anton. Gemen. d. c. 61 n. 2. & declaratio S. Congrega. Concilij, quæ sic ait. *Ius patronatus, ex solis præsentationibus continuis, effectum sortitis, & memoriam hominum excedentibus probatur, licet in eis nulla sit facta mentio de fundatione aut dotatione*, quæ fere eisdem verbis ponitur infra *numero* 141. & per Gonçalez *glossa* 18. *num.* 46.

Et conducunt ad prædicta decis. Rotæ in † causa Comen. Capellæ corã D. Penna, & in causa Romana vnionis, seu iuris patronatus, coram Dom. Orano quæ sic se habent.

Comen. Capella 17. Iunij 1591. coram D. Penna.

QVia vacante ista Capella S. Martini plebis fini Comen. diœcesis per obitum Ioannis Ant. Cassadori de 1587. ordinarius Comen. tanquam Beneficium liberæ collationis illam contulit Septimo de Eucris, Domini vero de Cassadori, & de la Porta ciues Comen. tanquam patroni, ad illam præsentarunt Hieronymum Cassadorum, ideo acta lite in partibus, etiam lata sententia Canonicatoria iuris patronatus per Vicarium Papien. ad fauorem Hieronymi, & causa per appellationem introducta in Rota in hac positione, in qua vnum tantum pars informabat, dubitatur, an constaret de iure patronatus præfatæ Capellæ, ad effectum vt si de illo constaret prouisio ordinarij nulla decerneretur? Quod dubium continet duas partes, vnam expressam, an scilicet de existentia iuris patronatus, alteram virtualiter de descendentia Hieronymi præsentati ab antiquis patronis familiæ de de Canizariis. Et quantum ad primam partem domini tenuerunt constare de iure patronatus, primo ex præsentationibus factis ab anno 1465 vsque ad vltimam vacationem de anno 1587. quæ omnes, vna post aliam, per spatium 120. annorum, etiam amplius effectum habuerunt, Alban. cap. querelam numero nono de elect. Zabar. clem. 2. quæstio. quinta de iure patr. Decius consi. 1 6. numero tertio. Cassador. decis. septima de iure patr. quod maxime procedere videbatur in istis priuatis personis, de quorum iure patro. agebatur, in quibus cessat præsumptio vsurpationis, de quam Concilio Triden. sess. 25 c. 9. in his enim nihil est per Concilium innouatum, sed remanet in dispositione iuris communis, vt sæpe Rota censuit. Effectus vero subsecutus, ex eo satis probatur, quod per obitum vnius præsentati, alius præsentatus extiterit, Oldrad. consil. 229 numero secundo, Lamber. de iure patron. l. 2. p. 2. quæst. 10. ar. 7. quod seruat vsitatus Rotæ stilus, vt in vna Forolinien. iuris patron. coram R.P.D. Blancheto de anno 1585. Ista vero continuatio præsentationum satis dilucide deducitur in informatione facti, pro Hieronymo. nam vacante ista Capella de anno 1465. per obitum cuiusdam Ambrosij de Mazanibus, Gabriel de Lanizarius, vna cum quibusdam alijs præsentauit quendam Stephanum de Vacanis, qui fuit tunc institutus per præpositum plebis finis, in cuius plebanatu existit ista Capella, ad quam ex antiqua consuetudine institutio dicitur spectare, licet tunc ad cautelam per vicarium Comen. ad eandem præsentationem, idem Stephanus confirmatus, & institutus extiterit, effectum istius præsentationis, euidenter probat possessio eius vigore subsecuta, vsque ad annum 1515. quando vacante eadem Capella, per liberam resignationem eiusdem Stephani de Vacanis, Catharina & Martha Sorores de Lanizarius, tanquam nepotes ex Christophoro filio supradicti Gabrielis, eiusque vniuersales heredes præsentauerunt Ioannem de la Proba, eidem præposito plebis finis, cuius similiter effectuationem ostendit subsecuta possessio, vsque ad annum 1531. de quo vacante Capella per obitum eiusdem Ioannis d. Martha, Thomas & Eugenia fratres, vt filij & heredes supradictæ Catharinæ, & Gasparis de la Porta eius mariti, præsentauerunt Donatum de la porta proprium fratrem, qui per eundem præpositum fuit similiter institutus, hoc autẽ Donato de an. 1541. in manib. ordinarij libere prædictã capellam resignante, idẽ ordinarius de consensu Marthe, & eiusdem Donati, vt filij, & heredis Catharinæ, illam contulit Ioann. Ant. Cassadore, qui pacifice illam possedit vsque ad obitum de anno 1587. consensum autem per patronos in prouisionibus Beneficij iuris patronatus, habere vim præsentationis, & statim iuris patronatus continuare, exploratum est Abb. in cap. cum dilectus numero octauo de iure patronat. Lambert. de iure patronat p. 1. l. 2. quæstio. 6. artic. 6. numero 12. Decius consi. 1 6. circa fin. quod sæpe in Rota decretum est, nouissime coram R.P.D. meo Pamphilio in illa Salernitana rectoria de præsenti. Nec obstat, institutiones vigore istarum præsentationum, factas fuisse à præposito, qui de iure non habet potestatem instituendi, quia stante antiqua, & laudabili consuetudine per quam ad ipsum canonica institutio, & confirmatio illius Capellæ pertinere dignoscitur, vt in pluribus instrumentis enunciatur legitime potuit instituere, Lapus alleg. 78. num. nono & seq. cum instituta, inferioribus prælatis ex priuilegio consuetudine, vel dispositione testatoris competere possit, Barba. in cap. super eo de officio deleg. Lamber. de iure patron. p. 3. libro secundo quæst. prima art. 10. Secundo, pro iure patronatus seruiebant domini ex antiqua sententia lata de anno 1488. ad fauorem præfecti Gabrielis de Lanizariis in qua, contra alios, qui simul præsentauerunt, declaratus fuit vnicus patronus in solidum huius Capellæ, Mohedanus decisio. ducentesima vigesima septima, & quia est super iure patronatus, facit statum, l. ingenuum. ff. de statu hominum Achilles decisione vnica de statu Benef. & facit ius quo ad omnes, Puteus decisione nonagesima octaua numero vndecimo libro primo Crescentius decisione duodecima de probatione in impressis, quam iustificant dicta testium tunc examinatorum deponentium de auditu à maioribus & publica voce, & fama, præfatam Capellam fuisse fundatam, & dotatam per antecessores Gabrielis, quod sufficit Ant. de Butrio, Areti. Felin. & alij in capit. veniens de testibus Bartol. in l. admonendi numero 45. vbi Ias. numero 242. ff. de iureiuran. concurrebant præterea insignia istius familiæ de Lanizarius, insculpta in lapide marmoreo istius capellæ, vt quidem testes deponunt ad tradita per Ripam in capite cum Ecclesia numero nonagesimo septimo de causa possessionis & alia adminicula, in facto considerata, ex quibus in controuersia conclusum fuit pro iure patron. quantum ad secundum dubium partem de descendentia Domini inclinabant in affirmatiuam, quod esset sufficienter probata.

In eadem † coram eodem 29. Maij 1592. 95

QVoniam vnica tantum parte informante 17. Iunij 1591. facta fuit decisio, ad fauorem Hier. Cassadori pro existentia iuris patronatus, ideo voluit Septimium audire super eisdem, tres potissimum difficultates excitabant pro parte Septimium. Primo, quod iura producta non essent in forma probanti. Secundo, quod non constaret de descendentia Hieronymi ab antiquis patronis. Tertia, quod existentia iuris patronatus non probaretur de duabus prioribus difficultatibus, domini particulariter videre voluerunt & quantum ad tertium ex eisdem rationibus in prædicta decisione consideratis, cum præsupposito, quod iura essent in forma probanti, censuerũt sufficienter constare de iure patronatus, nec esse recedendum à resolutis, nec obstat quod aliquæ ostenderentur præsentationes factæ, non coram ordinario, vt de iure fieri oportebat, sed coram præsupposito fini, de cuius facultate ad instituendum vigore præsentationum non constabat, quia respondebatur, hoc ius ex consuetudine posse pertinere ad inferiores collatores, Lapus allegatione septuagesima octaua, istam vero consuetudinem in casu proposito, satis videri probatam ex enunciatiua instrumenti antiqui de anno 1465. & alijs enunciatiuis cum effectuatione subsecuta, Gabr. consilio 196. numero sexto & septimo libro secundo & ex Episcopi scientia, & patientia, cum non sit verisimile, ordinarios, qui propter visitationes quas præsumitur à iure temporibus facere tenentur, præsumuntur habere notitiam qualitatum Beneficiorum & Beneficiatorum suæ Diœcesis, & non dissimulaturos fuisse institutiones à præposito fuisse factas, nisi ille legitimam instituendi facultatem habuisset, quod ordinarius quando que etiam instituerẽt & propterea non posse dici contrarie de consuetudine illius præpositi in instituendo: ex quo vario modo fuerit obseruatum, non præiudicat iuris patronatus, cum inferior possit acquirere ius instituendi cumulatiue ad ordinarium Parisium post alias in capite auditis numero duodecimo de præscriptione. Felinus in capite pastoralis numer. secundo de officio ordinario. minus obstabant obstare quod opponebatur de defectu mandati illius vicarij, Qui instituit loco præpositi, nam cum illa institutio suum fuerit effectum sortita, & versemur etiam in extraiudicialibus, spatio tanti temporis mandatum affuisse præsumitur, Cassadorus decisione tertia, numero secundo de procurator. postremo omnes difficultates superare videbatur, effectuatio institutionum, & obseruatia subsecuta, quæ actuum dubiorum est certa, & fidelis interpres, Craueta consi. 101. n. 3. & consi. 101. numer. 11. Siluan. consi. 63 numero decimooctauo & 65. numero decimoseptimo & Socinus consi. 145. n. 2. l. 1.

96 *Romana vnionis, seu iuris patronatus 6. Nouem. 1598.*

FVit resolutum, constare de iure patron. ex præsentationibus, quæ ad eius acquisitionem sufficiunt c. querelam vbi Abb. n. 9. de elect. c. cum Ecclesia Sutrina, vbi gl. extrib. trium de causa poss. & ibi Ripa n. 91. hic autem plures deductæ fuerunt continuatæ. Quarum effectuatio vira est perspicua, cum appareat vnam factam fuisse successiue, post aliam, Oldra. consi. 229 no. 2. & 3. Verall. decis. 329 p. 3. licet enim inter eas numerentur collationes Papæ, nihilominus suffragantur. cum vel contineant enunciationem, quod sunt iuris patronatus, cum eius derogatione propter quas status eorum non immutatur, Achil. dec. 3. de iure patron. vel hic accedat patroni consensus, qui effectum præsentationis operatur, Crescen. decis. 2. eodem tit. Gabr. consi. 185. nu. 22 l. 2. Non obstat, quod pro parte Cæsaris prætendatur, non esse aliquas in forma probanti, nam respondetur, quod

fuerunt sumpta ab ipso notario, qui fuit de originali rogatus, & ideo plene probant Ias. in l. admonendi. num. 155. vers. intellige tamen de iure iuran. comprobant etiam ius patronatus, insignia familiæ extensa in Ecclesia, Bald consi. 310. l. 5. Decius consi. 155. num. 2. Ripa in d. c. cum Ecclesia num. 97. Ferretus consi. 293. l. 2. Aym. de antiquitate 1. p. vers. 8. num. 12. Lamber. de iure patron. 2. p. l. 2. art. 9. q. 10. item & sententia super patronatu quæ ius constituit, vt lata super statu Beneficij, Verale. dec. 33. p. 2. Castren. consi. 240. l. 1. item attestationes titularis siue ordinarij, cui multum solet deferri, vt visitatorum, qui in admittendis præsentationibus solent se exhibere difficiliores, Rota decis. 11. de iure patr. in nouis, Put. dec. 172. l. 1. & fuit resolutum coram Bubalo in vna Aretina Beneficij vigesimooctauo. Februarij 1585. & in alijs sæpe.

Ex quibus apparet falsum, † quod ait Zerola d. 97
verbi ius patronatus. §. 3. nempe in priuatis personis sufficere probare ius patronatus ex vnico actu, vt quia semel quis præsentauit, & secuta est institutio & ille institutus vixisset spatio 40. annorum, quia profecto, hic haberet requisita Concilij, nempe cursum temporis, præsentationes & institutiones, ex c. consultationibus de iure patron. &c. Sed loquitur sine fundamento, ex d. c. consultationibus, non agit de probatione iuris patro. vt patet, & circa hoc notab. viden. sunt dicenda notab. seq.

Quarto notandum est, † quod quando agitur de 98
familia potenti, in qua ius patronatus præsumitur ex vsurpatione Hier. Gabr. cons. 192. l. 1. debet probari secundum formam Concil. d. c. 9. vers. in his vero personis, vt fuit resolutum in causa Reatina patronatus 10. Octob. 1572. coram D. Robusterio quæ habetur parte prima diuersorum decisione 409. & in Sabinen. Beneficiorum decimo quinto Decembris 1581. coram sanctissimo Clemente VIII. quæ habetur 2. parte diuersorum decisione 199. & in d. Triden. iuris patronatus 351. ead. part. & fuit etiam resolutum in causa Albanen. Prioratus. 26. Nouembris 1588. coram D. Orano, & in Sabinen. prætensi iuris patronatus Beneficij S. Petri Crastiforani. 26. Octo. 1594. coram D. Litz. & tradunt Anastasius Germonius de sacrorum immun. libro tertio capite duodecimo nu. vigesimosexto Valascus d. consult. 163. parte secunda & Zechius capite 12. de Beneficio & pensione n. 51. & Menochius d. præsumptione 90. libro tertio, vbi à n. 15. ait id non habere locum, quando cum ijs adest persona, in qua cessat vsurpationis suspitio, &c. & Gonçal. gl. 18. a n. 65.

Et d. decisio Albanen. Prioratus sic se † habet: 99
Sanctissimus Dominus noster mandauit proponi dubium tenoris infrascripti, An ex deductis à partibus iuxta Decretum S. Concilij Tridentini constet Prioratum S. Pauli Albanen. esse de iure patronatus laicorum. Domini tam ex his, quæ in præterita resolutione præsentis causæ reseruata fuerant tum ex nouiter pro parte illustrissimi & Reuerendissimi D. Cardinalis Gesnaldi deductis, resoluerunt non constare de iure patronatus, iuxta formam decreti Sancti Concilij Tridentini capite 9. sessione vigesimaquinta, quia d. decretum requirit, quod titulus iuris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, quodque probetur authentico documento, vel alijs modis ibi expressis, licet autem hoc constet de fundatione, & dotatione Prioratus, de quo agitur, ex authẽtico documento videlicet ex Bulla Honorij IV. confirmationis d. fundationis, & dotationis, ac instrumento dotationis, in d. Bulla inserto, & regulariter & ex eo solo, quod quis fundat & dotat aliqua Ecclesiã acquirat ius

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

patronatus, & inde titulus probetur tamen secus est in Ecclesia regulari, prout est prioratus de quo agitur, quia vltra dotationem, & constructionem, requiritur expressa concessio, & priuilegium Apostolicum in limine fundationis capite nobis. §. caeterum, vbi gloss. & ibi Hostien. collatione secunda Anchar. numero decimosexto, Abb. numero nono de iure patron. Anchar. in capite sacrosanctae de electione numero tertio, Lamber. de iure patronat. l. 2. p. 1. quaest. quinta principali artic. primo. Put. decisione 166. l. 2. & ratio est, nam cum prior eligi debeat per monachos, non conuenit quod in electione huiusmodi, laicus vna cum monachis interueniat. cap. Sacrosancto capite Messana, de electione, cum itaque in dicta Bulla Honorij, & instrumento dotationis, nulla fiat mentio reseruationis iuris patronatus, non solum ex d. fundatione, & dotatione, non oritur titulus iuris patronatus in limine fundationis, sed potius de initio libertatis d. prioratus, & sic de initio contrario constare videtur, Anchara. consi. 123. à numero 2. quod equidem iuri communi est conforme, quo in dubio beneficia praesumuntur libera. Archid. in cap. nullus, 16. quaestio. sexta in cap. cum venerabilis in fin. de except. Abb. consil. 54. collat. 2. p. 1. consil. 76. in princ. & 106. l. 2. & ius patronatus in tantum odiosum est, vt illius non cadat praesumptio, nisi in quantum expressum reperitur, Archidiac. in cap. decernimus 16. q. 7. Decius consi. 17. in princ. Nec praemissis refragatur resolutio in baccanaia vlt. loco facta, quia illa fuit cum praesupposito, quod non versaremur in casu Concil. respectu praesumptionis, vsurpationis, quod quidem praesuppositum fuit, tunc discussum non firmatum, ex quo spectabat ad Congreg. Concilij. Sed cum ex dubio, per sanctissimum transmissio facultas dicatiendi de veritate praesupposita data sit. Domini dixerunt, quod dict. praesuppositum non subsistat, sed quod versemur in casu Concilij loquentis de praesumptione vsurpationis. Etenim cum agatur de praetenso iure patronatus dominorum de Sabellis, qui fuerunt & sunt potentes, prout notissimum est, & iurisdictionem perpetuam habent in ciuitate Albanen. & eius territorio, in quo situs est prioratus, necessum est dicamus, illos comprehendi dict. decreto Concilij, prout etiam censuit Congreg. Concilij barones, & alios iurisdictionem perpetuam habentes, comprehendi, vt ex fide per illustrissimum & Reuerendissimum Dom. Cardinalem Carrafam subscripta apparet, & alias Rota coram illustrissimo Cardin. Aldobrand. in vna Sabinen. Beneficiorum idem de familia dominorum Vrsinis conclusit, quo fit, vt probatio tituli iuris patronatus, debeat esse talis, qualem requirit dict. decretum Concilij, vt scilicet vltra probationem numerosis praesentationes continuata non minori spatio 50. annorum quae omnes sortitae sint effectum ex authenticis scripturis probentur, quae quidem species probationis est data pro forma, vt ostendunt illa verba decreti, nec aliter, de quorum natura est formam inducere. Vt per Bartol. & alios Decius consi. 518. numero vndecimo, Ruin. consilio 92. libro 3. Scaccia Iason consi. 46. numero 27. libro quarto, ita quod adimpleri non potest per aequipollens, & quare non posset, satis est quod probatio fama facta per testes dominorum de Sabellis, non aequipolleat probationi requisitae à dict. decreto, quod voluit praesentationes per testes, sed per scripturas authenticas comprobari. Nec placuit dominis quod dicebatur, decretum praesumptionis vsurpationis cessare, ex quo haberemus certam probationem fundationis, & dotationis. Quia respondebant, id procedere in beneficio seculari, in quo ex sola fundatione & dotatione ius patronatus acquiritur, secus vero in regulari, in quo vt dictum est, ex sola fundatione, & dotatione, ius non acquiritur, sed requiritur expressa, & specialis concessio Apostolica, in limine fundationis & dotationis. Praeterea animaduertendum est, in illa resolutione vltima circumscriptas fuisse exceptiones oppositas contra dictos testes dominorum de Sabellis, ac etiam iura Illustrissimi & Reuerendissimi D. Cardinalis Gesualdi, & Bullam Honorij IV. quae tunc temporis non fuerat in actis producta, quae omnia in praesenti disputatione praesupponuntur, ex quibus adducta pro dominis de Sabellis videntur sublata, nam cum hodie habeamus instrumentum dotationis, & Bullam confirmationis, dictae Honorij fundationis, in qua nulla adest reseruatio iuris patronatus, prioratus remansit liber, ita quod etiamsi admittamus priuilegium post dotationem, & fundationem fuisse dominis de Sabellis concessum, illud dicendum sit mere gratiosum. Puteus decis. 379. libro secundo, quod non secus est per decretum Concil. reuocatum, atque illud quod absque fundatione, & dotatione, potuit per Papam laico concedi, iuxta tradita per Lambert. libro secundo parte 1. quaestione 5. art. 1. numero duodecimo, & hoc tanto magis, ex quo apparet Honorium fundatorem nunquam habuisse intentionem reseruandi dict. ius patronatus, nam in proemio d. instrumenti narrando causas, ob quas motus fuit ad fundan. & dotan. prioratum, dixit id facere pro eleemosyna intuitu retributionis aeternae, & pro redemptione peccatorum suorum parentum, & consanguineorum, quod etiam ad pontificatum postea assumptus in Bulla confirmationis, dict. fundationis, & dotationis repetijt, ex quo colligitur, quod Honorius non habuit animum nec intentionem acquirendi ius patron. ius, vt per Crescen. deci. 13. in fin. aut saltem in verisimili sit quod sibi ius patronatus sibi reseruasset, de eo mentionem non fecisset, quod autem longe est à verisimili, imaginem falsitatis habet. Bald. in l. 1. numer. 16. C. de seruis fugit. quinimo, cum in Bulla confirmationis idem Honorius narrasset quasdam speciales ordinationes in fundatione, & dotatione factas, subiecit se alias salubria, & honesta adiecisse, prout in instrumento desuper confecto continetur, vnde cum idem Honorius, de omnibus ordinatis se referat ad instrumentum debemus stare instrumento relato, Castrens. consilio 81. columna tercera, versiculo & si dicatur libro secundo, Affl. decisione 107. numero quinto, Decius consil. 6. numero 6. in quo, nulla iuris patronatus facta fuit mentio, nec dicatur quod dict. instrumentum non contineat fundationem, sed solam dotationem, & quod propterea potuit fieri, quod in alio instrumento continente fundationem tale ius patronatus reseruatum fuerit, quia cum fundatio tempore Martini successerit, & in registris Martini de huiusmodi instrumento nihil appareat, nisi dicatur, alios libros Martini praeter deprehensos in Bibliotheca Vaticana extitisse, in quibus hoc priuilegium potuerit describi, per diligentias in praedictis registris Bibliothecae Vaticanae factas, remouetur praesumptio existentiae talis instrumenti, iuxta tradita per Cassad. post alios decis. 5. & 2. super regulis, non secus ac dici solet quod per inspectionem alterum, id omne quod in actis scriptum non reperitur, praesumitur non actum Bald. in l. fin. contra numero tertio. C. de appellation. & consil. 123. num. septimo libro primo, quod coadiunatur ex eo, quod à tempore fundationis dicti prioratus, quod fuit de anno 1482. vsque ad annum 1493. quo idem prioratus peruenit ad manus Ioannis Baptistae Cardinalis de Sabellis, nunquam extitisse ostenditur aliquam praesentationem assertorum patronorum, quin potius clarum est, Alexandrum Papam VI. in quadam Bulla sub dat. 1492. asserere, prioratum huiusmodi de retro aliis temporibus fore sem-

semper commendatum fuisse, prout ipsi confitentur, qui dum in humanis esset, illum per longa tempora in commendam obtinuerat, & tandem ad Apostolatus apicem assumptus, prioratum dict. Cardinali Ioanni Baptistae de Sabellis in commendam dederat, prout tunc obtinebat, ex quibus facile tollitur quod dicebant, dict. Cardinalem de Sabellis de anno 1493. prioratum resignasse in fauorem Antonij de Sabellis, & successiue Antonium eundem prioratum de anno 1499. renuntiasse ad commodum Francisci de Sabellis, enunciando in vtraque gratia prioratum esse iuris patronatus dominorum de Sabellis, cum clausula commodo dictorum patronorum expressus accedat assensus, nam praeterquam quod enunciationes praeueniunt ab ipsismet dominis de Sabellis, qui ius patronatus praetendebant, & sic à persona suspecta Achill. decis. 6. ad fi. de iure patron. Puteus 149. numero 2. lib. 3. non constat de consensu praestito in dictis resignationibus, neque de illarum effectuatione, neque quod magis est, de collatione, cum dictae literae renunciationum sint mandata de prouidendo & non prouisio, & ideo dicta enunciatiua non probant. Peregrinus decisione 167. in vna Bononien. libro 3. Puteus decisione 136. libro 3. Quamuis autem effectuatio praesumi soleat propter suam prouisionem per obitum iuxta consilium Oldrad. 229. & alias allegatis, nihilominus contrarium procedit in prouisione resignationis, prout fuit dictum in vna Tarusina plebis de Medulo coram bo. mem. Episcopo Lauretano 26. Febru. 1586. vltra quod mandata de prouidendo, loquuntur de conte in expresso, & non praesumpto. Et supposito quod dict. resignationes suum sortitae fuissent effectum, tamen non concluditur necessario, ius patronatus huiusmodi competisse ex priuilegio in limine fundationis concesso, quoniam posset intelligi, de priuilegio iuris patronatus, ex priuilegio post fundationem & dotationem obtento, quod vt aureo ostensum est, decreto Concilij fuit abrogatum, & nihilominus huiusmodi praesentationes continent tantummodo tempus decem annorum, per quod decreto Concil. non est satisfactum, praesertim cum paulo post, de anno 1503. Alexandr. 6. dict. prioratum nulla facta mentione iuris patronatus, tanquam liberum Cardinali Sanctae Ceciliae contulerat, & postea Iulius 2. vt liberum Capellae Iuliae in Basilica Sanct. Petri existenti vniuit, ac successiue Leo 10. de anno 1518. dissoluta huiusmodi vnione eundem prioratum, etiam vt liberum mensae Episcopali Albanen de nouo vniuit, nam ex his probatur status libertatis, Puteus decis. 279. lib. 2. neque curandum est, quod gratia perinde valere, obtenta à Cardinali Sanct. Ceciliae super dict. prioratu habeat clausulam derogatoriam iuris patronatus, pro ea vice tantum, quia cum derogatio iuris patronatus conditionaliter sit posita, quatenus de illo existat, nihil ponit in esse, vulg. l. si quis sub conditione dandorum decem ff. de conditionibus institutionum. minus repugnat fundamentum factum in Bulla Leonis X. quia vt considerabant domini, illa non continet declarationem iuris antiqui, sed est concessio iuris patronatus de nouo, ex priuilegio, vt denotant verba Bullae, reseruamus & concedimus, alioquin enim dixisset, reseruamus & confirmamus, non obstant praesentationes factae post priuilegium Leonis X. quia manifeste patet factas fuisse in vim dict. priuilegij, tum quia in nonnullis earum id exprimitur, tam etiam quia factae leguntur coram Archipresbytero Albanen. & per eundem iuxta dict. Bullae formam institutiones secutae, atque ideo veniunt illi ascribendae. l. secunda. Cod. de acquirend. possess. l. cum quaedam mulier, de rei vendicatione. Aymon consilio octuagesimo tertio, numero tertio, praesertim cum talis forma non correspondeat fundationi, in qua interuenit consensus Episcopi, & ad quem propterea institutio pertinuisset. Quare cum dict. priuilegium Leonis, fuerit per Concilium sublatum, vna cum possessione subsecuta, non possunt domini de Sabellis dictis praesentationibus iuuari, illis autem deficientibus, sumus in claris, quod Concilij decreto non est satisfactum, ex quo testes de fama priuilegij deponentes, non sufficiunt. Praeter quam enim quod probatio famae praesumptiua est, Cassad. decisione secunda de probatio. & cedit fortiori probationi. Puteus decisione 436. libro secundo, testes multas exceptiones patiuntur, de quibus per informantes pro Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Cardinal. Gesualdo vnde conclusum fuit, non constare de iure patro. dominorum de Sabellis.

Et d. decis. Sabinen. iuris patronat. 26. † Octobris 100
1594. sic se habet. Fuit resolutum, non constare de iure patronatus ad effectum, de quo agitur, nam cum agatur de iure patronatus familiae potentis, p. e. illustrissimorum dominorum de Sabellis, ideo propter timorem vsurpationis probari debet titulus vel memorialis, simul cum praesentationibus continuatis spatio 50. annorum quae sortitae sint effectum, & de eis constet per scripturas authenticas, iuxta formam praescriptam à Concilio Tridentino, sessione vigesimaquinta cap. nono, vt alias fuit resolutum in causa Sauinen. iuris patronatus coram sanctissimo D. nostro, & in illa Tridentin. iuris patronatus 13. Iunij 1572. coram Illustrissimo Cardinal. Lancellotto, & in illa Albanen. Prioratus. 26. Nouembris 1589. coram Reuerendissimo Patre Domino Orano, verum de titulo hic non constat, immemorialis autem ipsa non probatur, nam primi testes in sum. numero 10. & sequenti, vsque ad numerum decimumquintum, non deponunt de auditu à maioribus, & senioribus, illos specificando, nec dicunt, quod idem illi audiuerint à suis maioribus, minus dicunt, quod non extet memoria in contrarium, prout testes deponere deberent ad effectum probandi immemorialem, glossa in capit. 1. de praescript. in 6. & de consuetud., Couarruuias in cap. possessor. part. 2. §. 3. numero septimo de regul. iuris lib. 6. quam opinionem Rota indistincte obseruare consueuit, vt habetur in decisione diuersorum 28. num. 5. libro 1. nec super reliquis testibus in hoc iudicio examinatis, de quib. in sum. num. 17. & seq. potest fieri aliquod fundamentum, licet deponant de auditu, & publica voce & fama, ea ratione, quia non concludunt de visu 40. annor. vt requiritur in probatione immemorialis, & licet secundo testis iuxta 22. dicat cognouisse Andream de Galese, & postea Iulium de Tarano à quadraginta annis citra, tamen non concludit tempore continuo quadraginta sex annorum, cum non dicat & citra, vt saepe resolutum fuit in Rota per doctrinam Bartol. in l. Celsus numero vigesimotertio. ff. de vsucap. nec ex eo quod sextus testis iuxta 18. dicat, se vidisse tres Rectores, quorum primus vocabatur Andreas de Galese subdens, il quale hebbe detto beneficio da quaranta anni fa in circa, potest dici quod probet, ex quo non deponit de visu per quadraginta annos, vt requiritur, vltra quod dictio illa, in circa, potest importare minus tempus, & in omnem euentum ipsam depositionem reddit dubiam, & incertam, Butrium in capitulo vltimo de desponsatione impub. cum aliis, per Celsum Hugo. consilio sexagesimo quinto, numero nono, & tollitur omnis difficultas, ex quo testes deponunt, quod primus, quem viderunt, fuit Andreas de Galese, & tamen constat, quod iste Andreas fuit duntaxat praesentatus ad beneficium, de quo agitur de anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, quo fit, vt impossibile sit depositionem dictorum testium

de visu posse verificari per tempus continuum quadraginta annorum, prout requiritur, præterea præsentationes continuatas per spatium quinquaginta annorum, vt requirit concilium non adsunt, immo probatur effectuatio earum per scripturas authenticas, vt ex eodem Concilio requiritur & pro forma, vt alias dictum fuit in dict. causis Sabinen. Triden. & Albanen. prioratus, quæ bene applicantur casui isto.

In eadem causa sexto Martij millesimo quin-
101 gentesimo nonagesimo quinto, coram † Domino Penna domini resoluerunt, non esse recedendum à resolutis, non obstantibus duobus mandatis de prouidendo de an. 1505 in quibus impetrantes narrabant ius patronatus, &c. & aliis actis productis.

102 Et similiter in vniuersitatibus, etiam † paruis, plenior & exactior probatio iuris patronatus requiritur, iuxta decretum Concilij dict. versic. his vero, quia illa dictio, *plerumque*, non stat restrictiue; ita fuit resolutum in causa foro Sempronien. parochialis 4. Februar. 1594 coram Domino Mantica, in qua fuit dictum, S. Congregationem Concilij resoluisse, illud habere locum in vniuersitate parochianorum, & in vna Illerden. Beneficij coram Domino Penna 11. Martij 1596 fuit resolutum, *Concilium Tridentin. probando iure patronatus habere locum in quacumque vniuersitate, quantumuis minima, quia esse in ea vsurpatio præsumitur, &c.* Mart. Anton. Genuen. d. l. cap. decimosexto, numero sexto, & posthæc Gonçalez dict. gloss. 18. qui numero 69 aut secus esse si non tota vniuersitas, sed certa pars illius prætenderet ius patronatus, vt S. Congregatio nouissime declarauit, & à numero 70 ait, quod non erunt legitimi testes personæ vniuersitatis, nec subditi dominorum ad probandum ius patronatus ipsius vniuersitatis, vel domini. Flam. Paris. quæstio 28 de confiden. numero 252. & quod fuit resolutum in foro Sempronien. parochialis decimoquinto Decembr. 1593. coram Domino Pamphilio, & videtur esse de mente Concilij, quicquid dicat author praxis Archiepiscopalis Neapolitanæ, c. 65.

103 Sed offert se hic difficultas, † An in personis potentibus, vel vniuersitatibus, in quibus vt immemorialis suffragetur vltra illam, quæ ante sufficiebat, vt per Puteum dec. 205. lib. 1 & Achill 4. de iure patron. seu 317. præsentationes etiam continuatæ, non minori saltim, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probari debent ex d. decreto, effectuatio illarum probari etiam debeat per authenticas scripturas, an vero possit etiam aliter probari. Et quidem
104 in d. dec. † Sabinen. supra adducta nu. 100. in fi. dicitur, effectuationem earũ, per scripturas authenticas probari debere, vt ex eodem Concilio requiritur & pro forma, & videtur tenere Zerola d. §. 3. & clare Gonçal. sup. n. 84.

105 Sed reuera ex d. decreto Concilij in illis verbis, † *præsentationes, &c. quæ omnes effectum sortita sint, authenticis scripturis probentur.* Non colligitur necessario effectuationem præsentationum per authenticas scripturas probandam, sed solum ipsas præsentationes, quod est minus difficile; cum effectuatio non solum consistat in institutione, sed etiam in acquisitione possessionis vt supra dictum est, cap. 5. numer. 7.

106 Vnde hæc pars videtur † probabilior maxime quoad possessionem, quam videtur 1. par. diuersor. decis. 545. quæ loquitur in personis, in quibus cadit præsumptio vsurpationis, & num. 2. dicit, effectuationem præsentationum, satis constare, ex quo per obitum præsentatorum & institutorum, factæ fuerant aliæ successiue præsentationes intra co. s. Oldradi 126 sequitur Gonçalez supra num. 87. de quo d. c. 5. à n. 105.

Et hanc decisionem refert Flam. Paris. † de confid. 107
q. 28. numer. 260. vbi docet, quod ad probandum ius patronatus, etiam in persona, in qua cadit præsumptio vsurpationis, sufficiunt præsentationes 150. annorum, continuatæ, & sortitæ effectum, ac probatæ authenticis scripturis, quia ex scripturis huiusmodi satis censetur probata immemorialis requisita à Concilio, vt fuit resolutum in d. Cæsaraugustana cade anno 1573. vbi in qua cadit præsumptio vsurpationis, fuit pronuntiatum constare de immemoriali ex præsentationibus 130. annorum, facit dec. 4. Achillis de iure patron. Puteus 205 lib. 1. Nam consuetudo immemorialis probatur etiam per scripturas, Angel. per illum text. in l. vetustissim. a. C. de iudic. Imola. consil. 94. nu. 7. Oldrad. consil. 244. Aym. de antiquit. 4. par. vers. materia, num. 41. Bald. l. 1. C. ad Trebell. num. 5. Decius consil. 11. nu. 9. Curtius Iun. consilio 106. num. 5. in fin. Crauetta consil. 159. num. 9. ita Flam. ibi.

Et quod in proposito iuris patronatus † immemo- 108
rialis probetur ex scripturis, apparet etiam ex d. dec. Comen. & Romana, supra adductis num. 94. & 96. & ex declaratione adducta numero 92. & ex decis. Rotæ 717. lib. 3 par. 3. diuersorum. Et dato huiusmodi
memoriali. † *Illustrissimi & Reuerendissimi domini* 109
dubitatur, an ius patronatus competens alicui baroni, qui de præsenti reperitur in quasi possessione præsentandi, sufficienter probetur ex pluribus præsentationibus continuatis ab an. 1476. quæ fuerunt sortitæ effectum, ita vt præsentatus, & præsentati debeant institui, etiam quod immemorialis alias quam per scripturas non probaretur, die 28 Martij 1593 Illustrissimus Cardinal. Matthæus, præfectus S. Congregationis Concilij, censuit in hæc verba, *arbitror ex pluribus præsentationibus continuatis, excedentibus memoriam hominum, quæ omnes sortitæ fuerunt effectum, probari immemorialem.*

Quæ sententia in proposito videtur † vera, & ad- 110
mittenda, ex natura rei, & subiecta materia iuris patronatus, in quo cum per præsentationes successiuas exerceatur, immemorialis recte probatur per præsentationes effectuatas, authenticis scripturis probatas, per spatium 100 annorum, sicut etiam probaretur per præsentationes effectuatas, testibus probatas, per spatium 60 annorum, iuxta dict. declarationem adductam d. num. 92 & Flam ibi citatum. Et id videntur velle illa verba Concilij d. c. 9. *siue etiam ex multiplicatis præsentationibus, per antiquissimum temporis spatium, quod hominum memoriam excedat.* Quæ verba censuit Congregatio, die quarto Febr. 1581 *intelligenda esse, prout de iure*, quamuis alias verius sit, immemorialem non probare per instrumẽta. Ioann. Andr. in cap. 1. † de præscript. in 6. & ibi 111
Domin. num. 10. & Francus 15. Alexand. cons. 16. num. 17. lib. 2. Balb. de præscript. 2. part. 3. partis quæstion. 6. numero 25 Rota in Burgen. decimarum de Escalante 5. Iunij 1591. coram Domino Orano supra relata 1. part. cap. 2. numero 44. & in Veronen. iurisdictionis 18. Martij 1596. coram Domino Pamphilio de qua sup. 3. part. capit. 2. numero 195. vbi dicitur, quod quatenus pars nititur priuilegiis, & scripturis, notissimum est, per eas non probari immemorialem, &c. & in Tullen. iurisdictionis 22. Martij 1596. coram

eodem

codẽ D. Pamphilio, vbi fuit resolutum, *immemorialem non probari per scripturas, cum sit negatiua absoluta super qua instrumentum nec confici, nec rogari potest, & citat Rotam non seruare eam opinionem, quod contraria dicatur immemorialis, qua non possit à tempore, sed ab eo quod memoria in contrarium non existat, vt alias dictum fuit in Salamantina iurisdictionis 22. Aprilis 1580. coram D. Seraphino, & tradit Cardin.* in c. si diligenti, circa fin. vbi Felin. in fi. verbis de præscript. Couar. in reg. possessor. 2. part. §. 3. num. 6. late Molina de primog. lib. 2. cap. 6. numero quadragesimoquinto &c.

Quod etiam fuit dictum in causa † Burgen. quin-
112 quennio eorum 8. Martij 1599. coram D. Lita & 15. Maij 1600. coram Domino meo Corduba, vbi fuit declaratum, *id procedere, cum scripturæ & instrumenta confecta super ipsis actibus possessoriis adducuntur ad probandam ipsam immemorialem, quod tunc eam non probant, secus vero cum pro probatione illius adducuntur scripturæ, & instrumenta, quibus enunciatur immemorialis seu quæ eam continent, aut approbant, & de ea attestantur, quia tunc eam probant. Tum quia scripturæ, & instrumenta, probant quod cantant, tum quia per enunciatiuas antiquas probatur ipsa immemorialis*, Puteus decis. 209. libro 2 Verallus decisione 105. parte 3. numero secundo *vt fuit etiam resolutum in vna Burgen. iurisdictionis Sancti Ioannis vigesimo Decemb. 1596.*

113 Rursus offert se difficultas. † an requiratur pro forma, quod in personis seu communitatibus, in quibus vsurpatio præsumitur, præsentationes continuatæ non minori quam 50. annorum spatio probentur per scripturas authenticas ita quod adimpleri non possit per æquipollens, nec vllo casu probari possint per testes. Et quidem certum est, d. probationem per scripturas requiri pro forma, vt ostendunt illa verba Concilij *nec aliter*, quæ inducunt formam, vt ex aliis tenet in terminis Rota decisione 199. num. 3. & 4. part. 21. diuersorum. & in illa Albanen. prioratus supra adducta num. 99. & censuit S. Congregatio Concilij in declaratione 6. & 7. infra adductis sub numero 141. & sic non potest adimpleri per æquipollens Felin. in cap. cum dilecta, de rescript. numero 10. & 11. ampliatione 11. Decius consilio 112. numero 3. Boerius decis. 1. num. 44. Seguta in l. vnum ex familia. §. sed si fundum. ff. de legat. 2. numer. 24. & ibi add. Did. Perez. Tellus Fernandez in l. 17. Tauri numero 68. & in l. 42. numero 6. Molina de Hispanorũ primogeniis 2. c. 8. num. 23. & Acebedo in l. 6. titul. 6. libro 5. recopilationis num. 11. cum aliis, & in terminis Rota in d. Albanen. prioratus, & nouissime tradit Gonçalez dict. glossa 18 à numero 75. qui num. 79 adducit dictam sextam declarationem S. Congregationis, & subdit nullatenus sufficere, si per testes probarentur d. præsentationes deficientibus scripturis, vt fuit in terminis resolutum in Rota in vna nullius Archipresbyteratus 2. Maij 1588. coram Illustrissimo Pamphilio & in alio foro Sempronien. seu nullius 15. Decemb. 1595. & d. decis. 199 numero quarto vbi rationẽ assignat, quia Concilium de testibus omnino nõ confidit, quando agitur de iure patronatus harum personarum, & vniuersitatum, & propterea non sibi satis fieret, si istæ præsentationes probarentur per testes, seu æquipollens, & non per scripturas, sed voluit vtramque probationem testium & scripturarum, quod fuit etiam inquit nouissime decisum in vna Sorana Beneficij, vigesimooctauo Apr. 1603. corã Illustriss. Pamphilio, ex quib. dubitat ipse Gonçalez de veritate opinionis moderni authoris praxis Archiepiscopalis, c. 63. num. 12. dum tenet, quod si per testes probaretur esse deperditas scripturas, & deponerent de tenore illarum, in quibus continebantur continuatæ præsentationes, tunc satisfieret menti Concilij per text. in cap. cum olim essemus, de priuil. quoniam eo ipso inquit Gonçalez, quod Concilium non confidit de testibus, consequenter etiam remanet exclusa ista probatio. Nam aliter de facili eluderetur dispositio d. Concilij, quod etiam inquit, sensit Rota in Sabinen. iuris patronatus 15. Nouemb. 1581. coram sanctissimo Clemente VIII. & in dicta causa foro Sempronien. seu nullius. Sed quicquid Gonçalez dicat, vera mihi videtur opinio d. authoris. Nam etiam in actu exigente scripturam pro forma, & ad eius probationem, & vbi scriptura est de substantia probationis, admittitur probatio per testes deponentes de tenore, & amissione scripturæ, vt in d. cap. cum olim, & in cap. sicut de re iudic. & in l. testium C. de testib. vbi Bald. & Salic. l. emancipatione, vbi Pau. Cod. de fide instrum. Iaf. num. 12. post Alex. in l. 2. C. de bonorum possess. Felin. in dict. cap. sicut à num. 2. Ripa in l. 1. si certum petatur à num. 81. Mascard. de probatio. conc. 416. num. 11. & conclus. 809. à num. 3. & 845. à numero 24. Alu. Valasc. de iure emphyt. q. 7. numero trigesimooctauo. Palac. Rub. in d. l. vigesima secunda Tauri n. 7 & 9. & ibi Castill. num. 24. Ant. Gom. num. 28. & in l. 41. n. 2. Matienco in d. l. 6. tit. 6. lib. 5 gloss. 2. nu. vlt. & ibi Angelo gloss. 3. num. 5. & Burgos de Paz Iunior. q. 4. à num. 26. qui de requisitis ad istam probationem videndi sunt. Et facit d. declaratio 7. S. Congregatio quæ ait, quod probatio per testes regulariter excluditur, innuẽs in aliquo speciali casu posse admitti.

Et ius patronatus quomodo probetur † vide per 114
Mascard. d. conclus. 659. & late Flam. Paris. d. q. 28. de de confid. ex num. 105. & Mar. Ant. Genuen. d. c. 16. & an probetur confessione, vide infra vlt. part. cap. 2. à n. 175.

Quinto, notandum est ius patronatus † ex priui- 115
legio, reuocatum esse per Concilium d. c. 9. vers. reliquis, super quo declaratio S. Congregationis, quæ sic ait, *ex hoc versiculo dubitatum fuit, an patronatus ex priuilegio, censeri debeant sublati. Et Congregatio die 14. Decemb. 1581. & 1586. censuit esse sublatos patronatus ex priuilegio, non autem ex fundatione, vel dotatione.* Et in vna Comen. iuris patronatus 8 Iun. 1601.
coram D. Seraphino † fuit resolutum, *ius patronatus* 116
ex priuilegio, esse reuocatum per Concilium session. 25. cap. 9. in totum *etiam cum quasi possessione inde secuta, vt fuit etiam resolutum in vna Cæsaren. Beneficij 4 Iunij 1578. coram D. Bubalo, & in vna Valentina capellaniæ, coram D. Blancheto, & in Auximana iuris patr. 2. Maij 1595. coram D. Corduba, & in Alban. iuris patr. 26. Nou. 1598 coram D. Orano. & dispositionem* c. consult. de iur. patr. *non procedere, vbi aperte constat de non iure in proprietate, &c.*

Quod procedit, etiamsi in priuilegio † habeatur 117
ius patronatus competere, non solum ex priuilegio, sed ex vera & reali fundatione & dotatione. Nam non ideo desinit esse ex priuilegio, cum illa qualitas insit in priuilegio, & ita resoluit Rota in causa Placentina parochialis de Mirabel 19 & vltima Ianuar. 1594. coram D. Orano, vt in sequenti decisione. *In vna Placentina parochialis loci de Mirabel fuerat 19. Ianuar. resolutum, constat de iure patronatus parochialis ex priuilegio, ideoque per Concilium Tridentinũ*

Sf

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ceaseri reuocatum. Verum quia Ex adu. Hidalgus ab illustrissimo D. Marchione de Mirabel ad eam præsentatus, huiusmodi resolutioni non acquiescebat, iterum proposito dubium super eodem, & denuo vnanimiter steterunt in decisis, quia cum Concilium cap. 9. sessione 25. disponat, vt tituli iuris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, reliquis patronatibus seu facultatibus, & priuilegiis concessis, tamen iure patronatus, quam alio quocumque iure nominandi, eligendi, præsentandi, exceptis casibus ibidem nominatis, in totum prorsus abrogatis, necessarium est, fateamur ius patronatus, de quo agitur, ex quo non est comprehensum inter casus exceptuatos, sed ex priuilegio Pij IV. fuit concessum, per Concilium fuisse sublatum. Neque vero ad rem pertinet, quod in priuilegio habeatur ius patronatus competere non solum ex priuilegio, sed ex vera & reali fundatione & dotatione, nam ideo minus dicitur ex priuilegio, cum illa qualitas, quod non dicatur ex priuilegio, sed ex fundatione, insit in priuilegio, hinc enim videmus patronatus huiusmodi, non obstante hac clausula, passim dici ex priuilegio, licet habeant aliquid plus prærogatiua, quam patronatus, in simplici priuilegio Mohed. decisione 12. de iure patronatus. Puteus 321. libro 1. & 308. libro 3. ita tamen vt tanta non sint pœnitentiæ, quod per hoc a Concilio præseruentur, maxime quia Concilium loquitur per verba importantia veritatem, dum vult, quod titulus sit ex fundatione, & dotatione, vnde impossibile est, quod porrigatur ad patronatus, qui sunt tales per fictionem l. 1. §. hæc verba, vbi Bart. ff. de negotiis gestis. leg. in bello §. factæ. ff. de captiuis. Bartol. l. si is qui pro emptore numero 33. & ibi Iaf. num. 120. cum seq. ff. de vsucap. vt in simili receptum est, puta, si Papa per suam constitutionem decernat notarios non participantes esse veros, & non fictos familiares, nam non ideo minus dicuntur ficti per priuilegium, & non veri, vt in terminis decidit Castrens. consil. 340. col. 1. versic. nunc ergo dicendum vol. 1. quia cum in eo esset commensales, non possunt dici secundum veritatem commensales, sed secundum fictionem. Commensalitas enim consistit facto scilicet in vin, & exercitio, vt concludit Anchar. consilio 348 numero 2. per text. in cap. fin. de verb. signific. lib. 6. & princeps veritatem mutare non potest, licet possit contra veritatem fingere, non obstante clausula inserta priuilegio derogatoria futuris constitutionibus, quia non porriguntur ad constitutiones conciliares, nisi nominatim earum mentio facta fuerit. Oldrad. consil. 216. num. 1. Calderic. consilio 11. de priuileg. Archidiac. cap. 1. num. 1. de constitut. libro 6. Bald. consil. 73. numero 6. volumin. 3. non obstat, quod Concilium, dict. cap. 9. §. similiter, mandat reuidere patronatus acquisitos a 40. annis ante Concilium, prout fuit istud reuisum, & approbatum ab ordinario per sententiam, quia sententia fuit lata a Vicario, qui sicut non habebat facultatem concedendi ius patronatus, ita nec potuit illud approbare, præsertim cum deceptus sit exprimendo in sententia ius patronatus acquiri non solum ex reparatione, atque ex fundatione, nec enim ex reparatione acquiritur ius patronatus nisi interueniat consensus Ordinarij, de quo hic non constat, neque potest præsumptio cadere, cum deficiat lapsus temporis requisiti ad hoc præsumendum, nec dicatur concessionem Pij IV. factam fuisse ex ista causa, nam in priuilegio verbum nullum de reparatione, vnde insurgit maior iniustitia dictæ sententiæ, quæ declarat ius patronatus pertinere ad dict. Marchionem, sequendo tenorem literarum Apostolicarum & Concilij, cum nec in literis, nec in Concilio quicquam de eo disponatur, vt autem etiam ex reædificatione ius patronatus acquireretur, oportet probare, quod reædificatio ecclesiæ necessaria, ita quod Ecclesia esset omnino diruta, & noua indigeret consecratione, glossa cap. quoniam verb. fundat. eccl. de iure patronat. & ibi Abb. numero 11. Rochus verb. construxit quæstione 8. numero 12. Lambert. 1. parte 1. libro 3. articulo 6. quæstione principali numero 11. prout is, qui ex dotatione de nouo facta prætendit acquirere ius patronatus, debet dotem Beneficij redactam fuisse de esse, ad non esse, Rochus verb. dotauit quæstion. 6. alias qui Ecclesiæ iam constructæ & consecratæ aliqua donat, vel eam restaurat, non est patronus, sed benefactor dicitur, glossa capitulo piæ mentis 16. quæstione 7. doct. in Rubrica de iure patronus. vbi Innocent. numero 2. Cardin. quæst. 6. Felin. in cap. venerabilis, numero 37. de except. & ita conclusum, & post hæc tradit Gonçal. gloss. 18. a num. 97.

Et similiter, ius patronatus † ex priuilegio, sublatum est per Concilium, etiamsi in priuilegio dicatur, quod esset eiusdem prorsus naturæ, & roboris, ac si ex fundatione, & dotatione competeret, cum sit ad instar, & non proprie ex fundatione, & dotatione, & ita censuit S. Congregat. Concilij super d. cap. 9. his verbis, patronatus qui fuerunt concessi, vt essent eiusdem prorsus naturæ, roboris, &c. cuius ius patronatus laicorum, & nobilium, regum, ac si ex fundat. & dotat. forent Cong. censuit, censere sublatos, quia cum sint ad instar, & non proprie regum, nec ex fundat. ideo non comprehendi sub exceptuatis, & tradit Gonçal. supra numero 102. fuisse decisum in vna Cordub. 10. Nou. 1559. coram D. Ioi. Aldobrand. quod si ex mero priuilegio competeret alicui ius patronatus, in cuius concessione disponatur, quod sit eiusdem naturæ ac ius patronatus ex fundat. & regum, non obstante d. clausula, & quod Concil. Triden. præseruat ius patronatus ex fundatione, nec non ex priuilegio, quando est regibus concessum, erit nihilominus derogatum, & sublatum tale ius patronatus per d. Concilium. 118

Nec † prodest immemor. vt in seq. declaratione eiusdem S. Congreg. super d. cap. 9. remanet dubium, quando constat de origine priuilegij, vel præsumitur esse ex priuilegio aliquod ius patronatus, & adest immemor. prosit illa, vel non propter clausulam derogatoriam in fine c. positam, ibi, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, & immemor. quasi referenda sit etiam ad ius patronatus, & in hoc Congreg. respondit non prodesse. 119

Non tamen loquitur hic de priuilegiis † concessis ex causa onerosa, vt fuit resolutum in causa Valentina parochialis de Consentayna 30. Ian. 1581. & 26. Ian. 1582. coram D. Seraphino, quæ habentur 1. p. diuersorum dec. 687. & 2. p. 269. quod vt dicitur d. dec. 687. fuit sæpius in aliis causis à Rota animaduersum, & in Patauina iuris patr. 29. Ian. 1590. coram † eodem D. Seraphino vbi fuit resolutum, quod ius patronat. concessum ratione reædificationis non tollitur per Concilium: quia non derogat patronatibus qui ex iuris communis dispositione competunt, nec ista concessio potest dici merum priuilegium, & si haberet aliquid priuilegij, tamen quando fit ex causa onerosa seruandum esse resoluit Rota, in d. Valentina de Consentayna, &c. Et idem innuitur in illa Placentina parochialis de Mirabel. sup. adducta n. 117. conducunt tradita per Gonçalez gl. 18. a n. 21. & gl. 36. n. 36. 120 121

Sexto notandum est, ius patron. de iure non acquiri † ex augmento, seu supplet. dotis, sed requiritur, quod in totum Eccles. dotetur. Roch. verb. & dotauit. 3. q. Lamb. 1. p. 1. lib. q. 6. art. 1. 2. q. 6 Rota dec. 457. n. 18. 122

n. 18. & decis. 528. n. 2. p. 1. diuersorum, & d. dec. Placentina parochialis de Mirabel & Zerol. in praxi Episcopali. 2. p. verb. ius patron. §. 1. post hæc tradit Gonçalez gloss. 18. n. 53. dicens, quod qui ex dotat. de nouo facta, prætendit acquirere ius patron. debet docere dotem primam fuisse redactam de esse, ad non esse, & fuisse decisum in vna Sarcanen. Beneficij S. Iulij 1599. coram D. Mellino, & in Compsana iuris patron. 13. Ian. 1604. coram D. Lita.

123 Quamuis contradicat illa decis. Tirasonen. † iuris præsentandi 5. Maij 1595 supra adducta n. numer. 84. ad fi. & quamuis Menoch cons. 241. n. 14. lib. 3. & 3. 6. à numer. 5. lib. 4. dicat ex dotatione acquiri ius patron. quando Ecclesia parum habet, & non est commode dotata, post Abba. cons. 28. 2. p. & videtur inclinare Lambert. d. art. 6. ad fin. pro quo videtur facere Conc. Trident. sess. 14. de format. capitulo 12. ibi, seu iam erectam, &c. seu intelligitur ex priuilegio Apostolico.

124 Et ius patronatus ex augmento dotis, &c. † concessum etiam per Papam a 40. annis citra, subijcitur examini, & reuisioni ordinarij, vt in d. c. 9. vers. similiter, concessum vero ante annos 40. a confirmatione Concilij, non subiacet dictæ reuisioni, sed firmum remanet, Hier. Gabr. cons. 195. lib. 1. & censuit S. Congreg. Concilij, vt in seq. declarat. super d. c. 9. ius patronatus acquisitum per augmentum 3. partis dotis, ante 40. annum, a die confirmationis Concilij numerandum, validum est, si vero est acquisitum intra annum 40. Episcopus vti Apostolicæ sedis delegatus, illud examinare debet & quod non in euidentem vtilitatem factum inuenerit, reuocabit, restitui tamen debet patr. ad quod hoc nomine ab eis datum fuit, prout in fine huius decreti statutum est, & isti 40. anni numerandi sunt a die confirmati Concilij, nam licet a die quo vellet ordinarius inquirere super validitate iuris patro. essent transacti 40. anni, hoc nihil obstat examini, interim tamen dum fit examen, nullus est in sua quasi possessione turbandus.

125 Et in vna Lucana Canonicatus 14. Maij. † coram D. Bubalo, tenuit Rota, ius patro. concessum a 40. annis citra ex augmento, &c. subiici examini, & reuisioni ordinarij illos vero 40. annos concessi fuerunt, ex decreto Concilij sess. 25. c. 9. reuideri ab ordinario non posse, vt censuit S. Congreg. & sic ius patronatus reseruatum ante 40. annos a die publicationis Concilij, non comprehendi sub decreto Concilij, nec attendi debere tempus reualidationis factæ postquam regula Adriani fuerat renouatum: quia per reualidationem, res fuit redacta ad pristinum statum, perinde ac si regula Adriani non emanasset, &c.

126 Et in vna Melphien. seu Rapolien. † iuris patronatus 19. Ianu. 1594. coram D. Mantica fuit resolutum quod iure patronatus a Papa concesso postquam fructus Ecclesiæ ad 3. partem auxerit, debet probari implementum illius conditionis, alias ius patronatus non est acquisitum. l. ex his C. quando dies legati cedat. l. Thais §. Stichum. ff. de fideicom. libertate l. cum mota vbi Iaf. num. 11. & Decius. 6. C. de transactio. Rota diuersorum. 1. parte decis. 148. & dos aucta dici non potest vsque ad 3. par. nisi sit probatum quanti essent fructus Ecclesiæ, tempore gratiæ, suæ assignationis, & tamen conditio in totum impleri debet l. cui fundus, de condit. & demonstrat. & in propriis terminis fuit resolutum in Paduana iuris patronatus de Delphin. vlt. Maij 1591. coram D. Decano, nec præsumitur facta assignatio illa vsque ad 3. p. vt partes asseruerunt ex eo quod semper fuerit postea is in quasi possessione præsentandi, arg. l. si filius familias. C. de petit. hæred. Deci. cons. 222. n. 9. Quia & si partes asseruerunt fuisse factam assignationem in certa re vsque ad 3. p. fructuum, non est credendum assertioni illarum in præiudicium Ecclesiæ, & cum illa conditio inducat formam, quæ est indiuidua, ad vnguem debet probari, & concludenter & vere, non autem per coniecturas, vt fuit resp. in d. Paduana iuris patronatus, maxime quando ex potentia patroni inducitur aliqua præsumptio vsurpationis Triden. ses. 25. c. 9. de reform. Puteus decis. 205. lib. 1. A. bill. 156. quod in dict. Paduana contra Delphinos nobiles Venetos fuit perpensum, & ita in hac Melphien. seu Rapolien fuit resolutum non constare de iure patronatus, quod fuerat concessum a Paulo III. anno 1534. principalib. de Ascalis vt supra, & fuit confirmatum coram eod. D. Mantica. 6. Martij 1595.

Et alias in † vna Valentina de Carletis 4. Maij 127
1601. coram D. Lancell. fuit resolutum, non constare de iure patronatus quia hoc ius patro. fuerat anno 1515. a Leone X. concessum, G. Domino d. loci postquam dictam Ecclesiam propriis sumptibus reparauerit, & instaurauerit, illiusque dotem quæ 130. ducatos de eo tempore non excedere asserebatur in annuis redditibus. 101. ducatorum auxerit, & ideo etiam si huiusmodi implementum esset sufficienter probatum adhuc subiacebat regula Adriani VI. nam de iure communi ex huiusmodi augmento dotis non fuerat acquisitum ius patronatus, Rochus verbo, dotauit. q. 2. & 3. & fuit dictum in Lucan. Sarcanen. Benefic. 2. Iun. 1599. coram D. Millino, & alias pluries, maxime cum non ascenderet ad medietatem annui valoris fructuum Beneficij, neque ex d. restauratione & reparatione, ex quo Ecclesia non erat fundius destructa, ita vt egeret noua consecratione, Lamber. 1. p. 1. lib. q. 6. ar. 3. n. 16. Rochus verbo construxit n. 12. & fuit dictum in Perusina de consensu 10. Decem. 1570. coram D. Blanchetto, & in Valentina de Consentayna. 26. Ian. 1582. coram Decano, & regula cum habeat verba amplissima, & sit fauorabilis, comprehendit etiam hunc casum mixtum quando concurrit augmentum dotis, & reparatio Ecclesiæ, nec sufficit quasi possessio, vt præsentatus veniat instituendus pendente lite super proprietate. Caputaquen. decis. 29. & 324. lib 1. in manuscript. & fuit d. in Cæsaraugust. parochialis 20. Iun. 1566. coram Gruperio, vltra quod non est in quasi possessione cum beneficium vacauerit in mense reseruato.

Septimo notandum est, ius † patronatus non posse competere ex concessione, & priuilegio Episcopi capite secundo de rebus Ecclesiasticis in sexto, Rochus verbo pro eo quod de diœcesani consensu numer. 34. Staphil. de literis Grat. titul. de modo, & forma impetrandi §. 3. de iuris de patronatus prærogatiua nu. 3. & 4. Rebuff. in praxi. 3. p. signat. verbo nec non iuris patron. n. 3. Lambert 1. p. lib. 1. quæst. 10. art. 4. & censuit S. Cong. Concilij 2. Apri. 1573. vt in sequen. declarat. super d. c. 9. ibi, ius patronatus ex priuilegio Episcopi concessum, in cuius pacifica possessione extiterunt prætensi patroni per 140. annos, non prodest, cum enim constet de tit. ex priuilegio inualido, centenaria possessio prodesse non potest ob malam fidem, ideo per hoc decretum sublatum Flam. Paris. de confid. q. 28. n. 140. & tenuit Rota, vt per Chisanen. decis. 102. † in manuscrip. in qua fuit tentum, quod si in noua prouisione narretur, quod beneficium est de iure patronatus de facto, si tamen non probetur iuridice non valet, & censetur surreptitia, puta si Episcopus concesserit ius patron. de Ecclesia quæ erat libera, quod non potest facere sine authoritate Papæ. Calder. cons. vlt. de iure patron. 128 129

Et sic in vna † Nolana Capellæ, seu Beneficij 130

19. Ianuar. 1594. coram D. Augonio fuit resolutum, quod *capellam reuersam ad pristinam libertatem non posse Episc. per suam donationem redigere in seruitutem iur. patronatus*, *Abb.* cons. 106. l. 2. *Roch.* sup. *Beros.* cons. 44. n. 35. lib. 1. *non obstante quod in donatione dicatur, donatarium debere ædificare, & depingere dictam capellam, seu altare, infra triennium, cum non constet Capellam antiquam esse in totum destructam, prout constare debet, vt ex readificatione possit dici acquisitum ius patronatus* glos. in c. quoniam de iure patro. & *ibi ceteri*, *Rochus* verb. construxit n. 12. *Tum etiam quia impensa pro huiusmodi readificatione, poterat esse tam modica, quæ commode potuisset fieri de fructibus ipsius capellæ, & præsertim cum readificatio esset facienda infra Triennium*, c. 1 de Ecclesiis ædifican. c. 4. de redditib. 12. q. 2. *nec potest dici requisitum ius patron. ex causa dotationis, cum ille in suo testamento reliquerit quædam bona huic capellæ, quia iam erat dotata* Abb. supra n. 2. *& quia sibi spectaret ius patronatus, & non vt acquireret illud, ex causa dotationis reliquit*; & 16. Decem.
131 1594. coram D. Orano † domini steterunt in decisis, & fuit resolutum, *non fuisse locum præscriptioni dicti iuris patronatus, tractu temporis, etiam longissimi, cum constet de principio inualido illius, &c.* M. Ant. Genuen. *d. c.* 16. *n.* 5. qui ait non suffragari immemorialem, quando constat de initio inualido vitiosi tit. à principio, quod ait posthæc Gonçalez *gl.* 18. *à nu.* 4 & allegans declarationem S. Cong. & *decis.* Venetam Tribij 55. *li.* 2. *à n.* 69. & alios. Vnde conuincitur
132 *cons.* Menoch. 90. *libro* 1. † *ex num.* 13. & 336 *num.* 28. *lib.* 4.

133 Sed *Zerola d. verb. ius patronatus.* † 5. 8. *dub.* 6. ait, quod quicquid sit de Ecclesia consecrata, tamen capellas vidit concedi in ius patronatus, etiam existentes in Ecclesia consecrata, etiam in Cathedralibus, nec textum *d. cap.* 2. *videtur hoc prohibere*, sequitur Zechius *d. cap.* 12. *de benef. & pensio. n.* 53. *versicul. non potest vero.*

134 Nihilominus etiam in capella Ecclesiæ † verissima est prædicta resolutio, vt tenet Staphil. *supra*, & Rota in d. Nolana, & alij, & recte probatur ex *d. cap.* 2. & praxim quam Zerola vidisse ait. Existimo procedere ex eo, quod, vt videmus etiam in Hispania, solent aliquæ personæ nobiles, diuites, & principales, ad suam & suorum sepulturam emere capellas in Ecclesia factas, cum licentia ordinarij, dando Ecclesiæ pretium ædificij, & soli capellæ, prout conuentum est, vnde tanquam fundatores, & constructores capellæ remanent patroni ipsius, quia ratio eadem militat, ac si principio fundet, vel construat, maxime stante consuetudine, quæ ita recepit & interpretata est.

135 Et facit † quod tradit Rochus *verb. fundauit q.* 9 Lamber. 1. *par.* 3. *libro. q.* 3. *art.* 10. Caputaq. *decis.* 290. 1. *p.* quod Ecclesiam ædificasse dicitur, qui dedit dominium pro illa construenda.

136 Quamuis Greg. Lopez *in l.* 1 *tit.* 13. *p.* 1. † *verbo vender.* & Molin. *de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 24. *nu.* 40. tales contractus condemnent tanquam simoniacos, quos sequitur Parad. rerum Quotid. *libro* 1. *cap.* 3. *numero* 36.

137 Et ita est accipiendum quod dicunt † Lassarte de decima venditio c. 14. n. 5. maxime *in additio. ibi*, & P. Ledesma *in sum.* 2. *p. tract.* 12. *conclus.* 14 qui ait, quod licite potest vendi & emi ius sepulturæ, sibi, & suis descendentibus, & hæredibus, sicut potest vendi, & in capella, cum obligatione, quod nemo sepeliatur in ea nisi emens, & sui descendentes, vt docent communiter discipuli Dom. Thomæ, particulariter Orellana, quia hæc obligatio est temporalis, & admiscet, † aliquis honor temporalis, & non est res spiritualis, &c. & Mar. Ant. Genuen. *c. p.* 40. *n.* 19. quod sepulcra cum capellis possunt vendi ratione situs, & dignioris loci, quod non videtur quod spirituale, Arag. 12. *quæst.* 100. *art.* 4. quæ ratio Genuen. & P. Ledes. in emptione capellarum non satisfacit, cum acquiratur ius patron. quod est spirituale, vt est dictum & ita non videri posse saluari, nisi ex prædicta ratione.

Non tamen placet † quod dicit Lassarte, *ibi*, & P. Ledesma *conclus.* 15. quod habens capellam, seu patronus alicuius capellæ, possit illam vendere, & huiusmodi ius patronatus, quod etiam tenet Cosmas Philiarcus *de officio Sacerdotis* 1. *p. lib.* 6. *ca.* 9. *ad fin.* dicens, quod *qui habet ius patronatus alicuius capellæ, potest vendere parietes, & picturas, &c.* illius capellæ, quæ sunt quid materiale in quo fundatur illud ius patronatus, non tamen potest amplius accipere pro ipso iure. Ex quo videbatur posse saluari venditiones capellarum, quæ solent fieri per patronos earum, vt vidi in hac ciuitate. Sed quamuis id possit † procedere, quando Ecclesia vendit Capellam, ex quo ipsa Ecclesia est domina, seu quasi, fundum capellarum, tamen quando patronus illam vendit, non videtur posse procedere, nec excusari simonia, nec valere contractum, quia cum ipse non sit dominus capellæ, nec parietum ipsius §. *nullius & sequen. de rerum diuisio.* sed solũ habeat ius patronatus, ipsum reuera vendit & non aliud. Nec verum est, quod ius patronatus postquam est acquisitum fundetur in parietibus, &c. Sed solum fuerunt causa illud acquirendi. Et similiter quando tota Ecclesia, aut totum monasterium venderetur, nihil aliud esset, quam vendere ius patronatus, atque adeo esset simonia. 138 139

Aduertendumque est, quod qui emit capellam, † Ecclesiæ deberet dare iustum pretium, & valorem, saltim ædificij, parum plus vel minus. Alias enim si id non daret reuera, sed minus notabiliter, non posset dici fundator, & constructor in totum, nec tanquam talis acquireret ius patronatus vt prætendit, & consequenter capell. remaneret libera, & Ecclesia deberet datum restituere, saltim quatenus ex eo factus est locupletior, &c. 140

Tandem supradicta confirmantur & declarantur † ex seqq declarationibus S. Congreg. Concil. sup. *d. c.* 9. 1. ibi, *ex fundatione vel dotatione, &c. siue etiam ex multiplicatis præsentationibus &c. Cong. censuit hæc verba accipienda esse disiunctiue, nam sufficere alterutrum probare scilicet vel ius ex authentico documento, siue multiplicatas præsentationes, vt in Concilio die* 4. *Februar.* 1581. Secunda, *ius patronatus quod probatum est solo documento fundationis, &c. absque aliqua præsentatione, non tollitur à Concilio, vide* decisionem Rotæ 2 de preben. in nouis, *nisi centum tempus præterisset, quantum certe requiritur ad præscribendam Ecclesiæ libertatem.* Tertia, *an satis sit, asserenti sibi competere ius patronatus ex fundatione, & dotatione, si in vna, aut altera præsentatione de Anno* 1554 *&* 1561. *quæ effectum sortita fuerint, ostendatur. Congregatio censuit non esse satis, die* 10. *Februarij* 1581. Quarta, *ius patronatus ex solis præsentationibus continuis vltra hominum memoriam, probatur ex fundatione, vel dotatione, licet in eis nulla facta fuerit mentio de fundatione, aut dotatione.* Quinta, *Congrega. censuit barones, & alios dominos iurisdictionem perpetuam habentes, comprehendi in hoc decreto*, versic. in his vero personis. Sexta 141

ibi,

ibi, authenticis scripturis probentur. *Congregatio Concilij nomine contentum censuit reparari pro forma, vt probatio fiat authenticis scripturis, & constituendam esse regulam, quod probatio per testes non sufficiat.* Septima, *an cap.* 9. sess. 25. *in ea parte in qua requirit pleniorem, & exactiorem probationem patronatus, in his personis, seu communitatibus, in quibus vsurpatio plerumque præsumitur, nec eis immemorialis aliter suffragatur, nisi præsentationes, etiam continuata non minori quam* 50. *annorum spatio, quæ omnes effectum sortita fuerint, authenticis scripturis probentur, requirat pro forma, quod probatio fiat per authenticas scripturas, ita vt probatio per testes excludatur, Congregatio censuit probationem debere fieri per authenticas scripturas, ita vt probatio per testes regulariter excludatur, Hier. Cardin. Matthæus.* Octaua, *Congregatio censuit, vt ad conficiendam immemorialem, concurrant anni elapsi vsque ad tempus controuersiæ motæ, & non temporis decursum vsque ad publicationem Concilij, tantum attendendum sit.* Nona, *non possunt repelli probationes oblatæ à patrono, vt etiam patronatus declarent esse ex Concilio, salua tamen exceptione, cum huius decreti, quam iuris communis.* Decima, *in præsentandi verbi gratia, ad mansionarias, docent cap. censendum esse ex priuilegio, quando capitulum non fundauit, nec dotauit, nec habet immemorialem, ideo sublatum est hoc decreto.* Vndecima, *Iulius Papa III. ad supplicationem Cardinalis de la Cueua, & Ioannis comitis de Vrenam, & dominis temporalibus oppidi de Moron, concessit ius patronatus d. comiti ad sex beneficia simplicia, consistentia in Ecclesia d. oppidi de Moron ad ipsius comitis vitam, quod ius patronatus defuncto d. comite Pius IV. ad supplicationem prædicti Cardinalis, & D. Petri Duci filij, & successoris d. Ioan. comitis concessit d. D. Petro Duci, prosequi eius filio primog. vnde dubitatur, an ius patronatus fuerit reuocatum per Concil. Triden. hoc c. Congregatio decreuit hoc ius patronatus censeri ex priuilegio, & ideo Concilio sublatum esse.* Flam. Paris. *d. q.* 28. *de confid. n.* 240. Decimasecunda, *an si quis probauerit, se per* 40. *annos præsentasse, & in possessione, seu quasi, se fuisse, ad præsentandum admitti debeat, non obstante decreto Concil. hoc c. cum aliæ titul. præscriptione* 40. *annorum esse videatur, & prædicto decreto conformis, ibi,* aliasue secundum iuris dispositionem, *conclusum est Congregationem censuisse non debere admitti, non obstante illa verba,* aliasue secundum iuris dispositionem, *quia Congregatio intelligit, vt non restringat tempus, de quo iam expresse supra disponitur, & voluit esse immemoriale, sed restrictiua alias clausulas, & alios modos, quibus secundum ius vetus probari poterat ius patronatus, sed quod ad tempus attinet, illud præterit, & semper debeat esse immemoriale, nec sufficiant* 40. *anni, etiam si alias iure veteri sufficerent, vt in persona Ecclesiast. secundum Lambert.* de iure patron. Decima tertia, *an patronatus in conuentuali Ecclesia censeri debeant sublatus versic.* reliqui, *Congreg. die* 4. *Decemb.* 1585. *censuit, patronatus ex causa fundationis, seu dotationis, in ipso limine fundationis seu dotationis. Appellationis priuilegio concessos, non esse sublatos patronatus vero reliquos, in conuentualibus Ecclesiis quæcunque priuilegia concessos, post fundationem & dotationem censeri abrogatos.* Decima quarta, *an ad probandum priuilegium patronatus in conuentuali Ecclesia ex causa fundationis, & c. & eandem in eius limine fundationis concessum fuisse sufficiat immemorialis, vel dictis multiplicatis præsentationibus, quæ secundum formam Concilij in præteritũ effectum sortita fuerunt, stante derogatione in calce posita. Congreg. d. die.* 4. *Decemb.* 1585. *censuit non sufficere, ex verbis tam in* 1. *quam in* 2. *casu, nisi probata fama talis priuilegij, aliisque concurrentib. requisitis, secundum iuris dispositionem, nec obstare d. derogationem, cum non referatur ad dispositam in* 1. *part.*

§. 1.

De aliis Notabilibus.

SVMMARIA.

Fœmina acquirere, & habere potest ius patronatus, & præsentandi n. 142. *Et ius patronatus hæreditarium etiam in fœminas hæredes transit, n.* 143. *Et etiam in ius patronatus relictum consanguineis, seu qui sunt de genere, parentela, domo, seu familia, competit fœminis etiam nuptis & descendentibus ex illis, quemquod fit in Italia n.* 144. *vnde etiam succedit in iure patronatus in modũ maioratus instituto, ita quod ad vnum duntaxat deueniat, semper primogenitum, seu successorem, nisi expresse sit exclusus n.* 145. *In quo succeditur sicut in maioratibus n.* 146.

Villa in dotem data, in qua est ius patronatus ad quem spectat ius præsentandi, an ad maritum an ad vxorem, n. 147.

Quæstio ista ab illa pendet quæst. apud quem sit dominium rei dotalis, an apud maritum, an vero apud vxorem. In qua sunt variæ sententiæ, n. 148.

Prima sententia dominium esse apud maritum ponitur n. 149. *Cuius fundamenta ponuntur à n.* 150.

Plura quæ contra hanc receptissimam sententiam obstãt, quibus probari videtur vxorem esse dominam rei dotalis, non vero maritum n. 156.

Secunda sententia ponitur num. 157. *Quæ improbatur.* 158.

Tertia sententia nonnullorum docentium verum & naturale dominium apud vxorem manere, ciuile vero dominium viri esse n. 159. *Quam accipit Ioan. Garcia in bonis quæ ipsa mulier habebat, &c. n.* 160.

Concordia Barbosæ ponitur n. 161.

In hac quæst. dicitur 1. *non procedere circa res dotales, non æstimatas, vel æstimatas ea æstimatione, quæ non facit emptionem, nam circa res æstimatas, simpliciter certum est verum esse proprie, & vere, & absolute, & perfecte dominium earum n.* 162. *Quia ista æstimatio facit emptionem n.* 164.

Secundo dicitur longe verius, & tenendam videri primam sententiam communem, quod vir sit vere, & proprie dominus rerum dotalium ex adductis præcæ. Et ad adducta contra eam respon. à n. 165. *Et ad l. in rebus C. de iure dotium, in qua sententia nonnullorum præcipue fundatur respon. à n.* 171.

Ex huius quæstionis resolutione resultat resolutio quæst. propositæ de iure patronatus, consistente in bonis in dotem datis, & resoluitur, quod cum dominium rerum dotalium vere in maritum transeat, consequenter, etiam ius patronatus illis annexum ad maritum transijt, atque adeo ad eum solum spectabit præsentare, & non ad vxorem, quamuis contrarium teneant aliqui relati num. 178. *quorum rationi satisfit n.* 179. *& sequen.*

Improbatur sententia Rotæ, seu potius collectoris dicentis maritum tunc posse præsentare: tamen si maritus, & vxor concurrant præsentando, præferendum esse præsentatum ab vxore, exemplo tutoris & pupilli numero 181. *& resp. disparem esse rationem in tutore.*

Pradict. resolutio in hac quaest. videtur tenenda, etiam in sententia nouorum circa praecedentem quaestionem, n. 148.

Improbatur Lambertinus, qui in hac re non procedit recte, & consequenter, n. 185.

Supradicta procedunt, quando ius patronatus est annexum bonis in dotem datis, quando vero est annexum aliis bonis vxoris, aut ei competit ratione maioratus, successionis tanquam heredi, vel consanguinee fundatoris, ad ipsam pertinet praesentare, nec maritus poterit se intromittere, & capit, numero 184.

Praesentatus à pupillo maiori septennio, praefertur praesentato per tutorem, etiam si praesentatus à pupillo esset minus dignus, numero 186. quamuis aliqui dicant praeferendum esse praesentatum à pupillo, si est magis idoneus, aut saltem aeque idoneus numero 178. Et quamuis Io. Nicolaus teneat cõtra communẽ pupillum etiã maiorem septennio non posse praesentare, nu. 188. Sed communis sententia est tenenda, quae supponit pupillum maiorem septennio habere vsum rationis, & sic posse praesentare, &c. numer. centesimo octuagesimonono.

Ex ratione communis sententiae videbatur in vigore tutorem nullo modo posse praesentare nisi de voluntate & consensu ipsius pupilli maioris septennio saltem tacito, vt qui absens tutorem praesentasse non contradixisset, nec praesentasset alium, &c. vel nisi pupillus sit infans nondum habens 7 annos qui praesentare non potest à numero 191. Nihilominus etiam si pupillus sit maior septennio videtur aequa communis opinio, quae supponit posse absolute tutorem praesentare & c. numero centesimo nonagesimo quarto.

Id quod prius dictum est procedet in curatore puberis minoris 25. annis n. 195. nam in talibus vt publicis iuris non attenditur curatoris potestas, nec minor aetas, n. 196. Nec patris potestas, n. 197. Et quando filius familias est patronus praesentatio spectat ad ipsum filiũ, & non ad patrem, n. 198. Et sic quando ius patronatus spectat ad puberem, vel filium familias non potest praesentare curator, vel pater, nec eorum praesentatio valebit, n. 199.

Quod dicunt Baeça & Ioan. Gutier. quod curator datus personae possit conferre beneficia, vel ad ea praesentare procedet in tutore, vel curatore furiosi, alias est falsum n. 200.

Non potest praesentare pater pro filio, tanquam pater & coniuncta persona etiam cum cautione de rata, nec alia coniuncta persona, numero 201. Tum quia praesentandum requiritur speciale mandatum, & sic intrat regula l. 1. ff. de minor. num. 202. Tum etiam quia in causa spirituali pater, vel alia coniuncta persona non admittitur sine mandato etiam cum cautione, n. 203.

Si admitteretur praesentatio patris pro filio, vel alterius coniunctae personae, ita demum valeret, si ratificatio fieret infra tempus datum ad praesentandum, n. 204. Nec sufficeret, quod infra d. tempus non fiat praesentatio seu contradictio patroni, nisi constet infra d. tempus de scientia illius, & hoc quando pater praesentauit, &c. n. 205.

In Hispania vbi datur tutori decima fructuum non potest decimare ius praesentandi, seu praesentationes cõpetentes pupillo, siue ius patronatus competat ratione personae siue rei, n. 206. quamuis diuersum sit in fructuario omnium fructuum, ad quem transit ius praesentandi competens ratione rei, qualis non est tutor iure nostro, nec etiam partus, n. 207.

Ius patronatus aliud est Ecclesiasticum, aliud laicale, aliud mixtum, & sic patroni alii sunt Ecclesiast. alii laici, alii Eccles. & laici simul, n. 208.

Patroni Ecclesiast. habent semestre ad praesentandum, laici quadrimestre, n. 209. Et quando sunt Ecclesiast. & laici simul omnes habent semestre, etiam laici ratione communionis, n. 210.

Patroni laici possunt variare, ante institutionem Episcopi, & alium praesentare accumulando, quod non possunt facere patroni Eccles. nu. 211. de quo qui late agant, n. 212.

Patroni laici possunt in praesentatione variare, & alium praesentare cumulatiue, sed non possunt recedere à prima praesentatione sine causa, ex Rota, numero 213.

Variatio patronis laicis semel tantum censetur permissa, & pro prima vice, n. 214. quamuis plures posse variare teneant alii n. 215.

Clemen. plures. § fi. de iure patronat. intelligitur quando plures simul praesentantur non successiue, & procedit etiam in patronis Ecclesiast. qui ex ea possunt facere praesentationem alternatiuam & plur. simul praesentare contra aliquos, n. 216.

Non potest patronus laicus variare lite pendente alias inter praesentatos nisi collitigantem praesentet, nam cap. 1. lite pendente in 6. habet locum in praesentatione sicut etiam c. 2. & c. 3. n. 217.

Vbi sunt plures patroni, possunt singuli separatim praesentari aliis non requisitis, quando ius patronatus spectat ad eos vt singulos, vt in dubio praesumitur, & non vt vniuersos, & iure collegii, n. 212. vbi ponitur resolutio Rota.

Quamuis contrarium teneant Abbas, & alii regu. Bart. quod in his in quib. consensus maioris partis praeiudicat minori, etiam si pertineant ad plures, vt singulos requiritur, quod actus fiat simul, & debent simul cõuenire, num. 213. Cui respon. quod illa regula procedit quando factum maioris partis praeiudicat minori circa eundem actum, at in proposito praesentatio maioris partis non praeiudicat minori quo ad actum praesentandi, n. 224.

Ex ista respon. infertur quod sententia Abbatis, & aliorum procedet in pluribus heredibus vnius ex patronis, qui habentur pro vno & habent vnam tantũ vocem & praesentationem, quae est apud maiorem partẽ, &c. n. 225.

Procedet etiam sententia Abb. & aliorum, quando ius patr. pertinet ad plures, vt singulos tamen vigore statuti, vel consuetudinis ad praesentandum soliti sunt simul conuenire, seu debent n. 226. & seq. vbi ponuntur resolutiones Rotae.

Procedet etiam sententia Abb. & aliorum in praesentatione, seu nominatione facienda ad capellaniã, in qua non debet fieri institutio à superiore, vt in capellania non collatiua, & in electione facienda ad aliquam eleemosynam seu opus pium, &c. n. 228.

Quando est necessarium quod conueniant in vnũ, & aliqui nollẽt conuenire, si spectat ad plures, vt vniuersos, & collegium, seu in modum collegii recurrendum est ad tradita per doctores relatos, n. 229. Si vero nõ sunt collegium iudex ad instantiam aliorum statuet illis terminum & locum vbi conueniant, &c. num. vigesimo tertio.

Institutio seu collatio ab ordinario facta, spreto patrono infra tempus datum ad praesentandum nulla est ipso iure, n. 231. reclamante tamen & contradicente patrono infra d. tempus alias sustinebitur, & valebit prouisio ordinarii, n. 232.

Ponitur 1. ratio huius conclu. quam tradunt Rota Card. Abb. Felin. & alii num. 233. quae refutatur, n. 234. & seq.

Ponitur alia ratio Abb. Feli. & aliorum, n. 236. Quae etiam non placet, n. 237.

Vera ratio est, quod nullitas collationis ab ordinario factae spreto patrono inducta est in fauorem ipsius patroni, atque adeo ita demum est nulla si ipse voluerit & contradicat, num. 238. & ideo patronus potest ab ordinario recipere Ecclesiam seu beneficium cuius est patronus, licet se ipsum praesentare non possit, & ad ordinarium pertineat institutio tantum & non collatio, numero 239.

Prouisio facta spreto patrono est in pendenti, & interim habet implicitum statum, ita vt patrono reclamante infra tempus datum ad praesentandũ sit nulla à principio & ex tunc, eo vero non reclamante censeatur valida à principio & ex tunc, &c. n. 240. Quamuis d. collationem valere vt ex nunc, & non vt ex tunc alii teneant, n. 241.

Ex collatione facta ab ordinario, spreto patrono infra ius praesentandi, interim videtur ius considerabile quaesitum prouiso, ita vt non valeat prouisio Papae alteri postea facta non facta de illa mentione, & sit locus regula de iure quaesito, nu. 242. quamuis contrarium teneat Rota Gamb. & Rebuff. relatus num. 243. quorum sententia procedit attentis suis rationibus esse, atque vera, vbi patronus postea reclamasset infra tempus datum ad praesentandum, &c. numero 254.

Praedicta conc. procedit 1. etiam in prouisione facta à Papa sine derogatione iuris patronatus laicorum, n. 245. & idẽ videtur ex d. ratione in prouisione facta à Papa cum derogatione iuris patronatus inualida contra aliquos, num. 245. licet secus sit in prouisione facta cum clausula, dummodo patronorum ad id accedat assensus, num. 247.

Secundo, procedit etiam in prouisione facta à legato, seu nuntio, spreto patrono laico, n. 248.

Tertio, procedit in omni casu, in quo fieret deuolutio ad Episcopum, puta si patronus praesentauerit indignũ, vt etiam hoc casu firmetur collatio facta per Episcopum sine patrono, n. 249. sed attenta ratione auctoris non videtur vera ista declaratio, quia per illam praesentationem declaratur voluntas patroni nolentis valere collationem eo spreto factam, &c. n. 250. & sufficit sola contradictio patroni facta infra tempus datum ad praesentandum, vt collatio facta eo spreto sit irrita etiam si non praesentauerit aliquem, &c. numero 251.

Quarto, procedit quando collatio facta est iure ordinario, & originali, secus si iure deuoluto, nam tunc non teneret, ex quo deuolutio nondum erat facta, numero 252.

Quinto, procedit secundũ Hier. Gabr. si ordinarius sciat beneficium esse iuris patronatus conferre, non autem quando praesumit esse liberum, num. 253. Quae declaratio nimis restringit dict. conclusionem communem, nec videtur vera attenta ratione auctoris, numero 254.

146 OCtauo notandum † est, foeminam quoque acquirere, & habere ius patronatus, & praesentandi, c. fin. de concess. praeben. c. ex literis, de iure patron. vbi Abb. & alii Calder. cons. 1. de iure patr. Rochus verb. competens q. 1. Lamb. 1. p. li. 1. c. 7. ar. 2. ex n. 30. Corras. 4. part. cap. vlt. num. 15. & Cassad. decis. 3. de iure patro.

Quinimo ius patronatus haereditarium † etiam in foeminas haeredes transit, Rochus verb. ipse vel ius, q. 6. Lamb. 2. p. 1. lib. q. 2. art. 14. & Doctor Sahagun. in c. quanto de iudaeis n. 11. & etiam ius † patronatus relictum consanguineis, seu qui sunt de genere, parentela, domo, seu familia, competit foeminis, etiam nuptis, & descendentibus ex illis, praesertim in Hispania (quicquid sit in Italia) ad tradita per Moli. de Hispan. primog. lib. 3. c. 4. & Velazq. de Auendanno in l. 40. Tauri glos. 9. ex n. 14. quicquid Ioan. Gutier. cons. 3. ex n. 6. circa quod vide Cassad. d. de. 1. & Hier. Gabr. cons. 195. lib. 1. 143 144

Vnde etiam foemina succedet in iure † patronatus in modum maioratus institutio, ita quod ad vnum duntaxat deueniat, nempe primogenitum, seu proximiorem (nisi foemina expresse sit exclusa) in quo succeditur sicut in maioratibus, & eod. ordine. Couarru. † pract. cap. 38. num. 13. Molin. lib. 1. cap. 1. num. 26. & 27. & lib. 4. cap. 6. num. 41. & cap. 7. n. 19. Mieres de maioratibus in prin. num. 7. Velaz. d. l. 40. glos. 2. n. 67. qui alios refert, & P. Moli. de iust. 3. tr. disput. 627. num. 13. 145 146

Sed est grauis q. nempe, † villa in dotem data, in qua est ius patro. ad quem spectet ius praesentandi, an ad maritum, an ad vxorem; quae q. ab illa pendet, † apud quem sit dominium rei dotalis, an apud maritum, an vero apud vxorem, in qua sunt variae sententiae. 147 148

Prima est dominium esse apud maritum, quam † tenet glos. capitalis in l. in rebus, verb. naturalis, C. de iure dotium, & in l. doce ancillam. C. de rei vendic. Bar. in d. leg. in rebus. n. 3. & ibidem Bald. nu. 6. & Salic. dicens communem num. 5. Ang. in prin. inst. quib. alienare licet num. 3. & 5. Ias. in §. fuerat de actio. num. 2. Bald. Nouellus de dote. 8. p. priuileg. 6. num. 1. & sequitur Segur. de bonis lucratis constante matri. num. 56. Palac. Rub. in Rep. s. per vestras in prin. § 4. numero secund. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. p. a num. 12. Quesada quaest. iuris cap. 14. num. 18. & D. Sahagun. dicens, receptionem, & frequentiorem in d. c. quanto, de iudaeis numero 15. & alii, quos illi referunt, dicentes communem, & videtur approbari l. regia. 7. tit. 11. part. 4. ibi, cum todo esse deue ser el marido senner. Quae sententia de iure communi probatur 1. ex l. dotale praedium versi. dotale praedium ff. de fundo dotali, quae ait, dotale praedium sic accipimus cum dominium marito quaesitum est 2. ex l. quamuis in fin. ibi, quamuis apud maritum dominium sit, ff. de iure dotium, 3. ex l. si praedium C. eo. ibi, rei tibi quaesita dominium. 4. ex prin. inst. quibus alienare licet vel non 5. probatur ex vulg. l. doce ancillam. C. de rei vend. ex l. ob res amotas. ff. rer. amot. iuncto prin. tex. in §. omnium instit. de actio. & l. officium. & l. in rem, ff. de rei vendic. Sed ista duo iura nihil faciunt secundum Pinel 3. numero. 14. & Ioan. Garc. de expensis & meliorat. c. 13. nu. 7. quia ibi non tam conceditur dominium viro, quam ius, & facultas agendi, & exercitium actionum, turpe enim videretur vxorem causam agere, marito tacente, at secundum Barbos. in l. dotale numero. 1. ff. soluto matrimo. bene facit, d. l. doce ancillam, mulieri suo nomine non cõperit vendicatio, & sic nec dominium, & maritus vendicat suo nomine sine consensu vxoris, licet Costanus de dotibus, c. 5. n. 3. dicat ibi, marito non dari vendicationem, sed tantum negari vxori. 149 150 151

Sexto probatur ex l. dotis fructus §. si in † dotem ff. de iure dotium, ibi, Fiunt autem res mariti. Septimo idẽ probatur, quia si vxor res dotales amoueat, fur-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tum, quod in rebus propriis non contrahitur, *l. 1. ff. de furtis. §. furtum, & l. 1. de obligat. quæ ex delicto.* eo casu in rebus dotalib. ab vxore cõtrahitur *d. l. ob res amotas*, ibi, *quam condictio*, iuncta *l. fin. ff. de vsufruct. quemadmod. caueat, & §. si itaque, de actio.* Licet contra eam non detur actio furti infamatoria ob honorem matrim. *l. 2. rerum amotarum*, ergo dominium rei dotalis est apud maritum, non apud vxorem.

153 Octauo idem probatur, † quia vir potest iubere seruis dotalibus adire, vel repudiare hæreditatem eis delatam. *l. seruum dotalem. ff. soluto matrim.* at hoc proprium videtur tantum domini. *l. si quis mihi bona §. iussum. ff. de acquir. hæred. §. alienum quoque seruum*, ibi, *iussu domini, de hæred. instituen.* ergo vir est dominus rei dotalis. Facit etiam tex. *in l. 3. C. de iure dotium, & in l. dotalem cum fin. l. digestis soluto matrim.* iuncta *l. finali proprietatem. C. de his qui à non domino.*

154 Nono probatur, quia traditione verum † dominium transfertur *l. traditionib. C. de pactis. § per traditionem, de rerum diuisione*, at res dotalis constituitur non aliter quam traditione *l. de diuisione §. finali ff. soluto matrimonio*, Ergo rei dotalis verum dominium in maritum transfertur, confirmatur, quia, quibus casibus traditio à non domino facta vsucapiendi facultatem parit, eisdem à domino facta verum & naturale dominium in accipientem transiert *l. clamitus. C. de contrahen. empt. l. Pomponius §. si iussu. ff. de acquiren. poss.* at in causa dotis traditio ab vxore non domina facta, vsucapiendi facultatem parit *l. 1. ff. de vsucap. pro dote, & d. l. Pomponius. §. ob dotem*, ergo traditio ab vxore domina facta in causa dotis marito dominium pariet.

155 Decimo probatur, † quia maritus est dominus vxoris. Gen. *cap. 3.* ibi. *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Ergo & rerum dotalium, consequenter probatur, quia persona est præstantior, & dignior rebus. *l. in ædilitio. ff. de ædil. edicto* ergo si personæ est dominus vir, à fortiori erit rerum. Sed hoc parum facit, quia iste locus prærogatiuam, & superioritatem virorum in vxores ostendit, non tamen verum dominium, sicut liberi dicuntur esse in potestate patris, alias vxor esset serua. Et illud argu. esset verum, non solum rerum dotalium, sed etiam omnium aliarum rerum vxoris maritus esset dominus, quod est falsum.

156 Cæterum contra hanc receptissimam sententiam plura obstant, † quibus probari videtur vxorem esse dominam rei dotalis, non vero maritum & 1. tex. *in l. 4. §. sed verum, in fin.* ibi, *Puto restituendam, quoniam dos ipsius filiæ proprium patrimonium est ff. de minor. 2. l. si constante §. si maritus. ff. soluto matrim.* ibi, *tamen sententia quasi in proprios cultiuanda est, in alienis coercen da est, hoc est in dotalibus.* Vbi serui dotales alieni dicuntur respectu viri, ergo sunt vxoris 3. *l. diuortio. § si fundum, vers. non magis. ff. soluto matrimo.* vbi probatur thesaurum inuentum à marito in fundo dotali, in fructu non computari, sed proprie dimidium restituendum vxori, quasi in alieno inuentum, sic enim inuentorem thesauri in fundo alieno, cum domino partiri statutum est *l. 1. C. de thesauris, §. 10. & §. thesauros, de rerum diuisione. 4. l. quamuis ff. de iure dotium*, ibi, *Quamuis in bonis mariti dos sit, mulieris tamen est.* 5. quia mulier quæ intercedere prohibetur, nisi in rem suam. *l. 1. ff. ad Velleianum*, ad intercedendum admittitur, si fundus dotalis à marito petatur, quia in rem suam fide iubet, vt ait Iurisconsultus *in l. de dot. §. quidam ff. qui satisdare coguntur.* Sexto, quia marito non licet abuti, prohibetur, vel alienare res dotales *l. 1. cum seq. ff. de fundo dotali, l. vnic. §. & cum lex. de rei vxoriæ actio.* Ergo maritus non est dominus ad *l. in re mandata. C. mandati.* Septimo, quia vxor potest donare seruos dotales viro vt manumittat, *dict. l. si constante. §. si vir. & leg. quod si vir. soluto matrimonio*, iuncta *leg. quod autem, §. finali, ff. de donatio. inter virum*, ergo ipsa videtur domina *argu. §. si itaque discretis. de actio.* Octauo, quia partus dotalium ancillarum, & quæ serui dotales acquisierunt, non ex re mariti, ad vxorem pertinent ad *l. vnic. §. cumque ex stipulatu, vers. itaque C. de rei vxoriæ actio.* Ergo quia soluto matrimonio vxor statim habet rei vendicationem rerum dotalium. *d. l. in rebus, C. de iure dotium*, Ergo ipsa est earum domina, etiam constante matrim. nam si vxor non esset domina constante matrim. rei vendicatio, quæ domino competit *d. §. omnium de actio. cum sim. l.* non erat ei competitura soluto matrim. nec enim dominium in eam transiret soluto matrimo. absque traditione ex reg. *d. l. traditionibus, C. de pactis.* Decimo & vltimo cõtra d. cõmunem maxime facit *d. l. in rebus*, ibi, *Cum eadem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio*, & inferius ibi, *vt non ex naturali iure eiusdem mulieris esse intelligantur.*

Propter has difficultates est secunda sententia Campegij *de dotibus. 4. p. qu. 7.* † & Constantij Rogerij *eod. tract. q. 13.* qui rem hanc satis inuoluentes dicunt, nec vxorem, nec virum esse proprie dotalium dominos, sed virum quo ad aliqua haberi loco domini, & vxorem quoad alia. 157

Sed hæc sententia conuincitur, quia non † apparet probabile, nec virum, nec vxorem esse dominos rerum dotalium, alias apud quem est earum dominium. 158

Tertia sententia est nouiorum † qui docent, verum & naturale dominium rerum dotalium apud vxorem manere, *d. l. in rebus cum aliis*, secundum vero iuris subtilitatem, & figmentum, res dotales ad dominium viri peruenisse videri, & sic dotalium ciuile dominium viri esse, iuxta *d. l. dote ancillam d. l. si prædium, cum aliis* pro communi adductis, & hoc esse aiunt, quod docet Imperator *in d. l. in rebus*, ibi, *Cum eadem res, & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio, non enim quod legum subtilitate transitus earum in patrimonium viri videatur fieri, ideo rei veritas deleta, vel confusa est, &c.* Ita Aufrer. ad Capellam Tolosanam *decis. 279.* Lambert. *de iure patron. 2. part. 1. lib. q. 4. art. 8. num. 50. & 3. par. 2. lib. quæst. 6. art. 3. num. 7. & 8. & in fin.* Ioan. Nico. Delphinas *eod. tract. lib. 1. quæst. 11. à num. 183.* Cortas. *d. 4. part. cap. vltim. num. 6. & in l. naturaliter. §. nihil commune ex num. 33. ff. de acquiren. poss. & lib. 5. Miscell. cap. 14.* Conanus *lib. 8. comment. cap. 9.* Equinarius Baro *in §. 1. instit. quibus alienare licet* Costanus *de dotibus, cap. 5. num. 3. & 4.* Lara *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his ex num. 149.* Simancas *de Catholicis instit. tit. 9. num. 242.* Molina *de Hispanorum primog. lib. 1. cap. 23. num. 6.* Spino *de testam. glos. decima, numero septuagesimosexto*, & alii relati per Pinel *supra numero decimotertio ad fin.* & per Ioan. Garciam *dicto capite decimotertio numero sexto* & per Barbosam *supra numero 1.* Et nouissime Zeuallos tanquam nouum tradens *quæst. 3. à num. 47.* Ioan. Gutier. *de iuram. 3. par. ca. 26. n. 16* & Castillo qui illud fictum viri dominium non vult esse, nec dici ciuile, &c. de vsufructu, 159

cap. 8. *capite quarto à numero trigesimo.* Et hanc sententiam tenuit Mart. Glossator antiquus relatus per
160 Accur. *in d. l. in rebus*, & Paulus *in d. l. dote, n. 2.* † quam accipit Io. Garcia *sup. nu. 8.* in bonis, quæ ipsa mulier habebat, antequam nuberet, cum enim in dotem tradiderit ipsa, ita tamen vt aleretur, necessariaque omnia sibi præstarentur, in illa traditione, tum sibi consuluit, quam viro, neque omnino bona illa ab se abdicauit, quæ omnino aliena minime esse voluit, & sic eorum est vere & naturaliter domina, maritus vero ficte, & ciuiliter ad effectus iure expressos, & id ait probare tex. *in dict. l. in rebus.* in illis verbis, *cum eadem res & ab initio vxoris fuerint*, at vero si pater, frater, aliusue, dotem constituat, & tradat, cum vxor à principio dominium eorum nunquam habuerit, nullum dominium retinet, neque naturale, quia per traditionem quæ facta est viro, eius vere fiunt *d. l. l. traditionibus*, & hoc casu ait procedere communem sententiam. & soluto matrimonio traditionem necessariam esse vt mulier habeat dominium, & vendicationem dotalium, neque hoc casu loqui *dict. l. in rebus.*

161 Nouissime Barbosa *in d. l. Analem ex numero 7.* † & præcipue *num. 9.* concordat sic opiniones, quod vbi traduntur bona ex causa dotis, non videntur tradi ea mente, vt dominium quo ad omnes effectus transferat in maritum, sed tantum quo ad ius administrandi, & recipiendi fructus pro oneribus, & ideo non transfertur dominium naturale in maritum, scilicet quoad omnes effectus vt adduerit Lara *supra n. 153.* Et ante eum D. Thom. *in 4. distinct. 34. q. 4. art. respon. ad 1. quæstio.* inquiens, quod dos assignatur marito ad vsum, & ius administrandi, proprietas autem, & dominium, remanet penes vxorem quod intelligendum est, attento iure naturali: nam ius ciuile nihilominus constituit, quod maritus quo ad omnes effectus habetur pro domino non vero, & quod dominium quod attento iure naturali videbatur esse vxoris, in nulla haberetur consideratione, nisi quo ad aliquos effectus qui in iure reperiuntur expressi *d. l. in rebus* quæ cum dicit propter illam constitutionem ciuilem, rei veritatem non esse, constitutione ciuili aliquos casus reperiri in quibus ius ciuile adhuc vxorem considerit per dominam, scilicet attento iure naturali, vt constat ex *l. diuortio. 8. §. si fundũ. ff. soluto matrimon. l. plerumque de iure dotium. l. si prætore 22. §. 1. de euict.* Consimilis est *l. quamuis 78. de iure dotium.* & ex *l. seruum. §. si fundum, qui satisdare coguntur.* Iuxta quæ dicendum est, attento iure ciuili verum & proprium dominium esse mariti, dominium autem naturale, quod videbatur manere penes vxorem, offuscatum esse iure ciuili, & in nulla esse consideratione, nisi quo ad aliquos effectus supra relatos, Iustinianus autem *in dict. l. in rebus*, auferendo offuscationem iuris ciuilis voluit, quod post solutum matrimonium, hodie consideretur dominium quod iure naturali mulier videbatur habere, & sic hodie dominium magis videatur continuatum, quam re translatum, licet secus esset iure antiquo, ante quam esset sublata dicta offuscatio. hæc Barbosa, quem refert & impugnat Castello *dict. cap. quarto, n. 24.*

162 In hac difficili & controuersa quæstione vt † quid sentiam aperiam, dico l. eam procedere circa res dotales non æstimatas, vel æstimatas ea æstimatione, quę non facit emptionem, nempe quando fit tantum, vt cognoscatur, an res postea reddantur deteriorata, &c. nam circa res æstimatas simpliciter certum est virum esse proprie, & vere, & absolute, & perfecte dominum earum. *l. cum post. versiculo in dotem. ff. de iure dotium. l. quoties. C. eod.* Roland *cons. 64. n. 6. & seq. vol. 4.* & Pinelus *supra num. 13.* & Castillo. *à n. 7.* & alij.

Et ratio est, quia ista æstimatio facit † emptionem vt per Couarru. *practi. cap. 28.* Anton. Gomez *in l. 50. Tauri. num. 34.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. 1. p. cap. 1. nu. 18.* & Ioan. Gutierrez *cons. 17. à num. 20.* & Castillo, *ibi.* 163

Dico secundo longe veriorem, † & tenendam mihi videri primam sententiam communem, quod vir, sit vere, & proprie, dominus, rerum dotalium, ex adductis pro ea, non obstantibus contra eam adductis, quia *in dict. l. in rebus, verb. naturali*, ibi, *item & quia* Suarez & *in d. l. diuortio.* † *§. si fundum verb. in d. l. si constante, § si maritus verb. in alienis ff. solut. matrimonio*, ad plura iura quæ videntur probare res dotales esse vxoris, respondet intelligẽda esse quo ad spem, ob restitutionem faciendam soluto matrimonio, & ita respondetur ad 1. 2. 3. 4. & 5. & est solutio communis, vt patet ex doctoribus citatis. Ad 6. respondetur: quod licet † maritus non possit alienare, non ideo minus vere & proprie dominus est. *l. nemo dat. C. de rei vendicatione. l. generaliter. §. 1. ff. quis & à quibus*, quia diffinitio dominij adhuc ei competit, t. est enim dominium ius disponendi de re, nisi lege prohibeatur quam diffinitionem tradit Bart. communiter receptus *in l. si quis vi, §. differentia, num. 4. ff. de acquir. possessione* de qua videndus est Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis 2. p. n. 1.* 164 165 166

Quod comprobatur † exemplo pupilli, & minoris, & similium, & etiam possessoris maioratus, qui licet alienare non possit, dominus tamen est vere, & proprie, vt contra Rode. Suarez, & Gomez de Arias tenent Greg. Lopez *in l. 7. tit. 4. p. 3. verbo el señorio*, Ant. Gom. *in l. 40. Tauri. n. 75.* Pinel. *d. 1. p. num. 5.* & Molina *de Hispanorum primog. lib. 1. cap. 19. numer. 4.* qui plures referant & alia iura adducunt ad propositum conducentia, & quod non possit alienare tantum arguit, quod non sit liber & absolute, & perfecte dominus, deficit enim ei quædam accidentalis perfectio, nempe facultas alienandi, quam alij domini habent regulariter, sed cum non sit de essentia, non desinit esse vere, & proprie dominus: quemadmodum infans, qui non habet vsum rationis, non est perfecte homo, est tamen vere & proprie homo, &c. 167

Ad septimum † respondetur, quod maritus recte potest manumittere seruos dotales absque donatione vxoris, *d. l. 3. C. de iure dotium, & d. l. dotalem. ff. soluto matrimonio*, donatio vero seu licentia vxoris ad hoc requiritur, vt id quod vir ex liberto assecutus fuerit tanquam patronus non teneatur restituere vxori, nisi negotium vxoris gerens manumiserit *d. §. si vir. & d. l. quod si vir cum duabus sequentibus*, & hoc est quod intendit Io. *in d. l. quod si vir, & d. §. si vir*, dum ait, vxorem donare posse seruos dotales viro, vt manumittantur. Consensus etiam vxoris ad id videtur proficere, quod si sine consensu vxoris vir † manumittit, requiritur quod sit soluendo æstimationem, *l. seruum dotalem. ff. de manumissio. l. 1. C. de seruo pignori dato*, at si cum licentia manumittat id non requiritur, vt *in d. legibus.* Quia libertatis causa, valet indistincte donatio inter coniuges. *d. l. quod autem, §. fin. de donatio. inter virum, & l. & sic. ff. soluto matrim.* 168

Ad octauum respondetur, quod partus † dota- 169

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

lium ancillarum,& alia quæ in fructu non computantur, l. in pecudum, de rerum diuisione, cõstante matrimonio sunt viri, quia sunt dotales, dissoluto vero matrimonio restituuntur vxori, quemadmodum & alia dotalia,& hoc est quod intendit d. versi. itaque.

170 Ad nonum † respondetur, quod id est speciale, nempe, vt dissoluto matrimonio statim vxor habeat rei vendicationem, & hoc est noue inductum in d. l. in rebus vt est communis teste Nouello & & sic facit pro communi sententia vt recte aduertit Pinel. d. l. 1. 3. par. n. 14.

171 Ad decimum & vltimum, ex d. l. in rebus, † in qua sententia nouiorum præcipue fundatur, dico etiam in eorum sententia istam l. magnam pati difficultatem, quia loquitur etiam in rebus dotalibus æstimatis, etiam æstimatione quæ facit emptionem, vt patet ibi, siue æstimata, iuncta gloss. ibi verb. æstimata, communiter approbata, quam post alios sequuntur Ant. Gomez in l. 50. Taur. n. 44. Couarr. pract. cap. 28. num. 8. Pinell d. l. 1. 3. part. nu. 15. & Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimon. 5. par. num. 3 & Zauallos d. quæstione 3. à num. 24. Quamuis vt diximus certum est maritum esse vere & absolute dominum, vnde video d. l. in rebus, non ita facere, nec vrgere pro sententia nouiorum, & confirmor in sententia communi, & ad illam resp. Quod res dotales naturaliter in vxoris permanent † dominio, & ex naturali iure
172 eiusdem esse intelliguntur, facto communis & promiscui vsus attento, seu quo ad sustentationem, & promiscuum vsum, & sic quo ad vestigia, & reliquias dominij, & de iure naturali primæuo quo non distinguebantur dominia, nisi quo ad vsum vt respondet gloss. ibi. verb. rei veritas, & verb. naturali iure, & Baldus. nu. 6. & Quesada. & facit l. 1. §. si vir. ff. ad Sillanianum.

173 Vel certe dic iuxta superiora, † quod res dotales & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanent dominio quo ad spem, quia ad eam sunt reuersuræ, & inquit tex. naturaliter, quia natura petit vt res dotalis reuertatur ad eam à qua profecta est, qui intellectus confirmatur ex illis verbis, vt siue ex naturali iure eiusdem mulieris res esse intelligantur, verbum enim, intelligãtur, denotat impropriatetem, l. si tibi homo §. cum seruus ff. de legatis 1. cap. ex studiis, de præsump. & sic quod res dotales non remanẽt vere & proprie in dominio vxoris, sed tantum quo ad spem.

174 Confirmantur prædicta quia † secundum omnes, vno excepto Io. Garcia vbi supra decis. in d. l. in rebus, disponens quod mulier soluto matrim. statim habeat rei vendicationem dotalium, procedit, tam in bonis quæ parentes aut alij in dotem dederunt viro, quam in bonis quæ mulier ipsa viro in dotem tradit, & patet, quia alias nunquam fere procederet decis. illius l. cum sæpe sæpius parentes, aut alij, dotes constituant, quod cum ita sit verba illa, cum eædem res & ab initio vxoris fuerint, intelligenda sunt saltim quo ad sustentationem, seu spem iuxta supradicta, atque adeo eadẽ ratione illa verba statim sequentia, & naturaliter in eius permanserint dominio, sunt etiam intelligenda quoad sustentationem seu spem.

175 Sed adhuc obstant verba d. l. ibi, † Non enim quod legum subtilitate transitus earum in patrimonium viri videatur fieri, ideo rei veritas deleta atque confusa est, & ibi, sine secundum legum subtilitatem ad mariti substantiam peruenisse videantur. Ex quibus verbis probari videtur, mariti non esse vere dominum rerum sed de legum subtilitate, & ficte, quod confirmat verbum, videatur, & verbum, videantur, quod fictionem denotare videtur.

Sed resp. quod cum dominium † dotalium in maritum transierit de legum subtilitate, videtur irreuocabiliter, & in perpetuum, ac absolute trãsiisse, quæ apparentia non facit vt rei veritas, nempe quod illa bona, & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio, saltim quo ad sustentationem, seu spem, propter regressum, confusa atque deleta sit, & hæc quo ad quæstio. incidentem de dominio rerum dotalium. 176

Ex cuius quæst. resolutione resultat resolutio nostræ quæst. de iure patronatus, † consistente in bonis in dotem datis, & dicendum est, quod cum dominium rerum dotalium vere in maritum transeat & apud eum sit, vt late dictum est cum communi, consequenter etiam ius patronatus illis annexũ ad maritum transibit ex cap. cum seculum de iure patron. & quæ diximus supra à n. 10. atque adeo ad solum maritum spectabit præsentare, & non ad vxorem, vt recte docet Rochus verb. ipse vel ij, quæ. 28. Palacios Rubios in rep. d. cap. per vestras, in prin. d. §. 43. n. 1. & 9. Rebuf. de nominatio. quæst. 17. n. 56. alias 23. Tiraq. post leges connub. gloss. vltim. à num. 5 additio Decij in l. fœmina, num. 47 ff. de reg. iuris, Bacca de iure meliorat. filiabus ratione dotis, cap. 26. nu. 1. & de decima tutori præstan. cap. 25. num. 18. 19. 30. & 33. Gratian. regul. 26. num. 11. Spino gloss. à numero 113. Ioan. Gutierrez de tutelis, 3. par. cap. 29. numero tertio, & recte etiam Doct. Sahagun in d. cap. quanto de iudiciis, ex numero 12. ad 5. 177

Quamuis contrarium, † nempe præsentationem in proposita quæst. spectare ad vxorem, & non ad maritum, nec ad eum transire ius patronatus, teneat Imola & Butrius in cap. fin. de concess. preben. quia talis fructus non confert ad onera matrim. nec est proportionabilis ad illorum sustentationem, ideo non transit in maritum, sicut nec in creditorem pignoris, quia non est compensabilis, cap. cum Bertholdus, de re iudicata, sequitur Felin. in cap. cum olim, num. 2. de maioritate & obedien. & in d. c. cum Berthol. nu. 29. & Ias. in l. diuortio. §. si vir, numero 7. ff. soluto matrim. Guil. Benedic. in rep. c. Rainutius, verb. cætera bona, n. 27. & 9. de thesauraria. à n. 6. & Gratian. sibi contrarius reg. 341. n. 7. 178

Quæ tamen ratio non obest, † nam cum maritus sit dominus rerum dotalium, debent ad eum pertinere non solum fructus, qui commoditatem æstimabilem afferunt ad onera matrimonij sustentan. sed & qui eam non afferunt. Item hic non consideratur ius patronatus, † & præsentandi de per se, sed transit accessorie cum bonis in dotem datis, ex d. c. ex literis, quod solum considerat, quod cum vniuersitate transit ius patronatus, & præsentandi, vt aduertit Felin. d. c. 29. & Rochus sup. & Lamber. 2. part. 1. lib. quæst. 10. art. 2. numero decimo consideratione octaua. 179 180

Vnde etiam conuincitur sententia Rotæ, † seu potius collectoris decis. 10. de iure patron. alias 422. in nou. dicentis maritum tunc posse præsentare, tamen si maritus, & vxor concurrent præsentando, præferendum esse præsentatum ab vxore, quam sequuntur Abb. in d. cap. fin. num. 8. & 9. Paulus de Citadinis, 6. par. art. 4. n. 70. Decius in d. l. fœmina n. 47. & alij relati per Lamber. 3. par. 2. lib. q. 6. art. 3. argu. eius quod de tutore & pupillo & præsentantibus tradit gloss. in c. ex eo de elect. in 6. verb. suffragium cõmuniter 181

muniter recepta teste Dd. Sahagun sup. n. 15. & 22. de quo infra à n. 186.

182 Cui argum. respon. † disparem esse rationem in tutore, cum non habeat dominium sicut maritus, sed solam administrationem, vt per Sahagun d. n. 21. & illam non esse decisionem Rotæ, sed opinionem collectoris dictum est in illa Alexanen. beneficij supra relata n. 21.

183 Quinimo prædicta resolutio in hac quæst. † videtur tenenda, etiam in sententia nouiorum circa præcedentem quæst. vt tenet Molina d. lib. 1. cap. 24. nu. 5. & videtur Costanus d. cap. 5 num. 4. qui tenent illam sententiam. Quamuis in ea Corras. d. c. 16. & Io. Nicol. d. lib. 2. quæst. 11. teneant prædictam sententiam Rotæ, seu Collectoris de qua numero 181. Nam quando solum dominium ciuile rerum dotalium esset apud maritum, vt nouiores prætendunt, illud ad omnes effectus præter exceptos in iure, sufficeret, cum de iure ciuili absolute censeatur dominus, vt inquit Barbosa sup. & sentiunt Lara, Molina, Costanus & alij. Quamuis Ioann. Garcia vbi sup. & Spino d. gloss. 10. numero 76. & seq. dicant illud fictum & ciuile dominium mariti esse ad effect. duntaxat iure expressos, nec ad alios non expressos extendi, & facit. nã in proposito sufficit dominium vtile, vt in d. c. ex literis.

184 Nec in hac re procedit recte, † & consequenter Lamber. qui d. 2. part. 1. lib. quæst. 10. art. 2. tenet dicẽs communem, & magis communem, ius patronatus in maritum transire cum vniuersitate in dotem data, & sic posse præsentare, & in d. 3. par. 2. lib. q. 6. articul. 3. nu. 8. vbi id repetit, dicit videri etiam posse vxorem præsentare cum habeat veram proprietatem dotiũ &c. & in fine dicit, esse locum præuentioni inter virum & vxorem, vt qui primo præsentauerit, illius præsentatio admittatur, ex quo vterque habetur ius præsentandi, vt per Doctores præsupponitur, & vno præsentante, alium non posse se impedire, etiam in variatione, in dubio tamen præualere præsentationem vxoris, iuxta communem, cum illa sit magis proprietaria in quo, vt dixi, non procedit consequẽter Lamber. Nam si ius patronatus, & præsentandi, in maritum transit, cum vniuersitate in dotem data, ad eum solum deberet pertinere præsentatio, & non ad vxorem, &c.

185 Aduertendum est autem, supradicta procedere quando † ius patronatus est annexum bonis in dotem datis, quando vero est annexum aliis bonis ipsius vxoris, aut ei competit ratione maioratus, aut successionis, tanquam hæredi, vel consanguineæ fundatoris, ad ipsam pertinet præsentare, nec maritus poterit se intromittere, nisi ex vrbanitate maritum simul præsentare patiatur, Palacios Rubios d. §. 43. numero 10. Burgos de Paz in proœmio legum tauri, num. 5. Molina d. lib. 1. c. 24. num. 2. & sequen. Bacça d. c. 24. n. 18. Ioan. Gutierrez d. c. 29. num. 4. & D. Sahagun in d. cap. quanto, num. 16. quicquid velit Lamber. d. articul. 3. numero 9. æquiparans tunc maritum tutori, &c.

186 Similis quæst. est de pupillo patrono, † eiusque tutore, in qua dicendum est præsentatum à pupillo maiori septennio, præferri præsentato per tutorem, etiam si præsentatus à pupillo esset minus dignus, ex eo quod pupillus est dominus istius iurispatronatus, & sic ad eum spectat præsentatio, cap. decernimus 16. quæst. septima, & tutor non administrat spiritualia, vt per gloss. in cap. ex eo de elect. in 6. verb. suffragium in fi. & Domin. ibi numero octauo, cum Paulo de Eleazaro, & sequitur Francus ibidem numero tertio, Rota decisio sexta, de iure patron. in antiquis, Rochus verb. competens, quæstio. quarta, numero 13. Paninus de officio, & potest. capituli sede vacante, 4. quæstio. 2 part. sub numero 5 Rebuff. de nominatio. quæst. 17. numero 51. & 52. alias numero 10 & Rosin. de benefic. cap. 1. num. 57. & 58. qui tamen dicunt, quod expedit & esset honestum, quod pupillus præsentet tutore authore. Et hæc sententia est recepta, & communiter approbata, secundum Io. Nicol. Delphin. d. lib. 2. de iure patr. q. 10. n. 181. & Doct. Sahagun in d. c. quanto de iudic. n. 15. & 22.

Quamuis Ioan. Andr. in d. cap. ex eo, dicat, † præferendum esse præsentatum à pupillo si est magis idoneus, quem sequitur Abbas in cap. fin. de concess. preben. num. 9. & Paulus de citadinis. 6. part. articulo 3. quæst. 40. & 7. part. quæst. 13. cum Tancredo, & Barthol. Buxien. in quæst. sua Dominicali 77. quod præferatur præsentatus à pupillo, si saltim sit æque idoneus. 187

Et quamuis † Ioann Nicolaus d. quæst. 10. num. 182. teneat contra communem, nempe pupillum, etiam maiorem septennio, non posse præsentare, quia pupillus curam habere non potest idoneum præsentandi Episcopo, cum discretione careat, & pupillus quicquid videt ignoret, &c. & ex dict. cap. ex eo. Nisi pupillus esset talis discretionis, & tantæ malitiæ, vt discernere posset album à nigro, & bonum à malo, nam tunc à communi Dd. opinione ait non esse recedendum, tanquam tutori, & Corras. dict. 4. par. cap. vltim. numer. 17. inquit, hunc casum, & communem sententiam, propter lubricum ætatis pupilli dubitabiliorem sibi videri, qua propter in eo amplius deliberandum. 188

Sed communis sententia † videtur tenenda (omissa distin. Lamber. 3. par. 2. quæst. 6. art. 3. qui aliter in hac quæst. procedit) quæ supponit pupillum maiorem septennio, habere vsum rationis, & sic posse præsentare, sicut potest contrahere sponsalia de futuro, vt in tit. de desponsatione impuberum, Lapus allegatio 8. num. 2. & ibi Mandos. dicens communem lit. H. poterat ad Beneficium assumi, vt in capit. si eo tempore, de rescrip. in 6. Quamuis secus sit † in electione competente iure collegij, vt in dict. cap. ex eo, atque etiam in præsentatione competente iure collegij, & non iure proprio & singulari, eadem ratione. 189 190

Quinimo ex ratione † communis sententiæ videbatur in rigore, tutorem nullo modo posse præsentare, nisi de voluntate & consensu ipsius pupilli, maioris septennio, saltim tacito. 191

Vt quia sciens tutorem præsentasse, non contradixisset, nec præsentasset alium infra tempus datum ad præsentandum, ad tradita per Lamber. 1 par. secundo lib. quæstio. quarta artic. 17. & per Mohed. decisio. 22. de præben. & per gloss. verb. protinus in cap. cum olim 1. de officio deleg. & ibi Abb. numero octauo. Felin. 7. & in cap. 1. numero 12 vt lite non contest. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. 2 par. cap. primo, numero 18. & Matienço in l. 1. tit. 11. lib. 5 recopil. gloss. 8. numero 14. Oporteret tamen constare ordinario, de tali scientia pupilli, infra tempus datum ad præsentandum. Vel nisi † pupillus sit infans nondum habens septem annos, qui præsentare non potest, præsentabit ergo illo casu eius tutor, Rochus supra quæstione tertia, numero duodecimo, Lamber. 1. part. 2. lib. quæst. 2. artic. 9. & 10. ex quo ius patronatus est patrimoniale vt per Lamber. ibi. 192 193

194 Nihilominus,† etiam si pupillus sit minor septennio videtur æqua communis opinio, quæ supponit posse absolute tutorem præsentare,& eius præsentationem valere, nisi pupillus ante institutionem aliû præsentet, cum tutor habeat potestatem in persona
195 & bonis pupilli. Et id quod † prius dixi, procedet in curatore puberis minoris 25. annis. Qui principaliter datur bonis, glossa in §.penultim.instit. qui testam.tutores dari possunt,verb.persona,& Io. Gutierrez de tutelis,2.par.cap.1. num.57. ad c.fin.de iudic.in
196 6.& ibi DD. Nam in talib.vt publici iuris † non attenditur curatoris potestas,nec minor ætas,Anchar. consil.355.ad tertium, & Butrius consil.10. Probus ad Monach.in d.cap.si,numero septimo,post Lapum allegatione 25.alias 26.numero 1.ad fin. Nec patris pote-
197 stas, Francus in d.cap.fin.§.si autem nondum. † numero 3. dicens quod in beneficialibus,& spiritualibus,& dependentibus ab eisdem spectantibus ad filium, pater nullo modo se intromittit,& nihil iuris habet,& administratio residet penes filium, & c. Nauar.consil.
198 2.de sepult.num.5. Et quod † quando filius familias est patronus, præsentatio spectet ad ipsum filium,& nô ad patrem, quia in spiritualibus vel quasi, non curatur de patria potestate, docet Rochus verb.competens,quæst.13.& sequitur Lamber.1.par.2.lib.2.art.7. & cum Ferronio Baeça, d.c.23. de decima tutori præstand.n.30.& Ioan.Gutierrez de tutelis,3.par.cap.29. numero 14. Quamuis aliqui dubitauerint, & cogitandum reliquerit Beroius in cap.1.de iure patronat. n.58.

199 Vnde quando ius patronatus spectat ad† puberem minorem 25. annis, vel filium familias, non poterit præsentare curator, vel pater, nec eorum præsentatio valebit,quamuis aliquando id non soleat aduerti.

200 Et quod † dicunt Baeça d.tract.de decima tutori præstan.c.20 num.17.& Ioan Gutierrez d.3.p.cap.7.n.8. quod curator datus personæ, possit conferre beneficia, vel ad ea præsentare, procedet in tutore, iuxta dicta, vel in curatore furiosi, & alias est falsum ex dictis.

201 Nec potest pater præsentare pro filio, † tanquam pater & coniuncta persona, etiam cum cautione de rato,nec alia coniuncta persona: Tum quia ad præ-
202 sentandum, requiritur † speciale mandatum Doct. in cap.fin. de concess.præbenda, Lamber.1.par.libro 2. quæstio.4.art.17.numero quarto,& sic intrat reg.l.pater,ff.de minor. de qua Couarru.lib.primo variar.cap. 8.numero 5. Caldas Pereira in l.si curatorem habens, C.de in integrum restitutione, verb.supplorandum, numero 8.& 9. Maxime cum simus in actu extraiudiciali.

203 Tum etiam quia in causa spirituali,† qualis est illa,pater vel alia coniuncta persona non admittitur sine mandato,etiam cum cautione.Specul.prima par. tituli de coniuncta persona,numero sexto, Abb.in capit. bonnualis.§.sunt & alij,numero secundo de rescript. & in c.coram,numer.7.de offic.deleg. & in cap.cum pridem, numero 7.de pactis, Ias.in l.exigendi, C.de procurator. numero 9.4.limitatione quicquid velit Lambert.dict. art.17.

204 Si tamen admitteretur † præsentatio patris pro filio, vel alterius coniunctæ personæ, ita demum valeret, si ratificatio fieret infra tempus datum ad præsentandum, à tempore ratificationis, non alias Rochus verb.honorificum, quæstione numero vigesimosexto.

205 Nec sufficeret quod infra dictum tempus † non fiat præsentatio, seu contradictio patroni (vt inquit Lamber.d.art.17.& 2.par.2.lib.9.1.ar.21 quando fuit à coniuncto cum cautione de rato nisi constet infra d.tempus de scientia illius,& hoc quando pater præsentauit, qui alias est legitimus administrator filij iuxta d.sup.n.192.& ibi citatos.

Et circa materiam huius quæ an in Hispania,† vbi datur tutori decima fructuum pro labore, possit decimare ius præsentandi, seu præsentationes competentes pupillo, vide Baeçam dict.cap.23. à numero decimosexto, Ioan.Gutierrez d.3.par.c.29. & Accendum in curia Pisana,lib.1.c.12.n.15. qui recte tenent non posse,siue ius patronatus competat ratione personæ, siue ratione rei, ex rationibus per eos adductis. 206

Nec obstat doctrina Rebuf.† d.q.17.de nominatio. à numero 53.alias 21 vbi docet quod stante consuetudine, quod tutor lucretur, & faciat fructus suos durante tutela, poterit præsentare, & non pupillus, quoniam diuersum est in fructuario omnium fructuum, ad quem transit ius præsentandi competens ratione rei, vt per citatos supra num. 22. de iure autem nostro, tutor non est fructuarius omnium fructuum, nec etiam partis, sed solum pro labore datur ei decima illorum,& ita solum est creditor illius decimæ, vt recte aduertit in proposito Baeça supra numer.27.& 28. & Ioan Gutierrez sup.numero 10.11.12. n.15. 207

Nono notan.est ius patronatus aliud esse † Ecclesiasticum, aliud laicale, aliud mixtum,de quo late actum est sup.à numero 507. & sic patronos alios esse Ecclesiasticos,alios laicos: Alios Ecclesiasticos & laicos simul,inter quos sunt aliquæ differentiæ. Et vna est,quod patroni Ecclesiastici habent † semestre ad præsentandum,laici vero solum quadrimestre,capit. vnic.§.verum.de iure patro.in 6.& ibi Doct. Et quando sunt Ecclesiastici & laici † simul,omnes habent semestre, etiam laici ratione communionis glo.fin. in d.§.verum,& ibi Archidia.Domin.Francus & alij, Rochus verb.au.,num.15 Lambert.3. par.2.lib.quæst. 8.artic.4.& quæst.9.articul. 9. Selua de benefic 3.part. quæstione 11. numero 18. & Corraf.2. part.cap.3.numero duodecimo,& alij. Et an istud tempus currat à die scientiæ,an à die vacationis agetur infra 10.part.cap. secundo. 208 209 210

Alia differentia est, † quod patroni laici possint variare ante institutionem Episcopi,&alium successiue præsentare accumulando,quod non possunt facere patroni Ecclesiastici, c.quod autem cap.cum autem,& cap.Pastoralis,de iure patron. & ibi Doct.De quo late † Rochus,verb.honorificum. nona quæst.cum sequen. Lambert. secunda par.2.lib. quæstion.septima per totam,Gregor. Lopez in l.sexta tit.15.par.1. Ioan. Gutierrez de iuram.confirm.3. part.cap.decimotertio, Fuscus de visitatione lib.2.cap.10.num.3 Spino de testam.gl.4 à numero 73. & Zauallos, quæstione 265. & 695. 211 212

Et in vna † Bononien.Parochialis 14.Nouembr. 1595. coram Domino Lita fuit resolutum, † quod patroni laici possint in præsentatione variare, & alium præsentare cumulatiue, sed non possunt recedere à prima præsentatione sine causa.&c. 213 214

Quæ variatio, † patronis laicis semel tantum censetur permissa,& pro prima vice argumento l.boues. §.hoc sermone ff.de verborum significatione,& quia variatio est odiosa, & sic restringenda, & æquitas ita suadet ad vitandam infinitatem, & confusionem; ita Calder.consil.16.de iure patron. & sequuntur Felin. in cap.omnes leges 1.distin.Rochus sup.q.10.Lambert. d.quæst.

d.quæst.7.artic.23.Gomezius in c. cum in multis,de rescrip.in 6.num.35.Tiraquel.d.§.hoc sermone in reg. num.25 Greg.Lopez d.l.6.gloss.1. Nauarrus in capit. placuit de pœniten.distin.6.n.167.& 171.Io.Gutierrez supra numero tertio, & Fuscus l.& Zauallos licet satis confuse & inuolute, & Aym. consil. 63. num. 5.Prob.ad Monach.c.cum in illis de praben.in 6. numero 18.

215 Quamuis pluries posse variare teneant † gloss. in Clemen.plures.§.fin.verb.plures & verb.præsentare de iure patron.Decius in c.quanto,de iudic.à nu. 31. cum Abb.ibi,& Beroius in d.c.quod autem,nu. 19. Spino d.n.75.& alij.

Pro quibus non facit d.Clem.plures §.fi. nam de-
216 bet intelligi, † quando plures simul præsentantur, non successiue, vt dicit Calder. Rochus & alij supra. Et procedit etiam in patronis Ecclesiasticis, qui ex illo text. possunt facere præsentationem alternatiuam, & plures simul præsentare, vt vnum ex eis Episcopus instituat, vt tenent Cardin. cum Stephano,quem refert in d.§.fin.ante num.1. & ibi Imola,& Bonif. num.4.& 5.Caetan.in rep.cap.si. de elect. in 6. Bertach in reper.verb.præsentatio vlti.vers.Rochus d. quæst. 9. n.34. & Gregor. Lopez d.l.6 gloss. penult. Quamuis contrarium teneant gloss.in d.§.fin. d.verb. præsentare,quam ibi sequuntur Zenzel. & Abb.num. 4 Domin.in cap.2. de elect.in 6.sub num.4. Felin.in c. 2.de appellat.num.5.& in c.cum Berthol.de re iudic.n. 7.Selua 3.part.quæst.20.num.5.Lamber.2.p.2. lib. qu. 5.art.8.& 9.& Prob.d.c.cum in illis, de praben. in 6. num.17.

217 Non potest autem patronus laicus variare † lite pendente,alias inter præsentatos,Calder.consil.1. vt lite pendente. & 18.de iure patron.Domin.& Francus n.3.in cap.1.vt lite penden.in 6.Mill.in rep.verb.patronus etiam laicus lite pendente, Aymon.d.consi.63.n.3. Rochus d.verb.honorificum, quæst 23.Couarr. pract. ca.36 num.7. vers. 3. quandoque Crescen. decis. 10. de iure patron. & Lancell.de attentatis cap.4. in præfat.à numero 560.seu 656.& est communis secundum Rochum, Couarr. & Lancellotum ibi, licet contra teneat cum aliis Lamber.1.p.2.lib.quæst.6.art.12. Nã quicquid ipse dicat capit.1.vt lite penden. in 6. habet locum in præsentatione, vt per Ioan. Andr. Domin. Francum & alios ibi, Calde. supra Lapum allegat.22.numero.3 Gometium reg.de subrogan. collitigan. quæst.6 & 13. Lancel. & alios citatos, Mandos. qui dicit communem ad Lapum. d. allegat. vigesimasecunda lit.H. Rota decis. 442.num. 6.part. 1. diuers. & fuit resolutum in vna Zamoren. Beneficij de Morales 30.Maij 1586. coram D.Orano vbi fuit dictum, Quod lite inter præsentatos, pendente, alteroque ex litigantibus defuncto,patrono non permittitur sine vitio attentatorum alium præsentare indubi-
218 tatum esse ex d.ca 1.&c. Cum vero † litigatur cum eis,qui beneficia iam sunt adepti,& sic contra præsentatum iam institutum, clarum est pendente lite non posse patronum alium præsentare ex capite secundo vt lite pendente, quod loquitur expresse de præsentatione, ibi, præsentetur. Lamber. supra Rota in Salamantina Capellaniæ,20. Nouemb 1592. coram D. Pamphilio, infra adductis 6.par. cap. 4. num.39.& 41. Vnde in vna Pamphilonen.Parochialis de Edarin de anno 1591.coram Do.Pampilio fuit resolutum,Quod præsentatio facta post rem iudicatam, pendente lite super restitutione in integrum non sustinetur,quia restitutio suscitat litem,l.quod si minor. §. restitutio.de minor. & commissio restitutionis, in qua fuit narratum fuisse paritum iudicato, quæ fuit signata prout de iure, dat iurisdictionem etiam non verificata, quicquid sit quando adest clausula,parito iudicato.Nec obstat patronum esse in quasi possessione præsentandi, & lite pendente posse quem continuare possessionem, quia adhuc præsentatio facta est nulla ex c.2.vt lite pendente,in 6.&c.

Et dispositio d.cap.† habet etiam locum in vacatione per mortem ciuilem, vt per resignationem vel assecutionem alterius beneficij, secundum Archid. ibi.cuius opinio licet de ea dubitet Lancell.ca. 3.à num.96.alias 103.est constanter tenenda, vt fuit decisum in vna Vallisoletana Scholastriæ 17. Iunij 1602. coram D.Lancelloto,tradit Gonçalez gloss. 51. num.112. 219

Cæterum prohibitio d.cap.1.& 2.cessat† quando superstes collitigãs præsentaretur, seu prouideretur ab Ordinario, quia tunc cessat ratio per d.c.2.assignata, scilicet ne propter nouos aduersarios litigia prorogari contingat, secundum Rochum d. q. 23. Couar.& Lancell. d.c.3.n.118.alias 135.& d.c.4.in præfatione à n.576.& 590.alias 672.& 688.Paris.cons. 30. num.4.lib.4. quem allegat, sequitur Ant.Gabr.concl. 4.de iudi.n.42.& est de mente, Franch.in d.c. 2. n. 6. in gloss.penul.& secuta est Rota in Mediolanen.iuris patron.de Anno 1588 coram D. Blancheto infra relata 11.p.cap.3.num.17 & in Mediolanen. iuris patronatus coram eod.29.Ianuar.1596 inf. adducta 10.p.c. 3.n.8. 220

Quamuis Crescent.decis.8.† de iure patron. nu. 2. dicat in contrarium esse communem opinionem, & dict.decis.10. dicat non procedere, quando patronus post præsentationem factam de vno ante litem,post litem cumulando præsentaret collitigantem, alias voces patronorum non habentem, quia tunc potius daretur occasio litigandi,&c Et Gonçalez d.gl.51.nu. 114. ait quod d. opinio non est secuta nec tenenda, sed potius contraria,tum quia dispositio d. c. 2. est generalis,& indistincta, & generaliter intelligenda, l.1.§.generaliter ff.de legatis præstan. tum quia aliter reg.Cancellariæ de subrogan.collitigantibus per Papam esset frustratoria,&c. & fuit nouissime resolutum in vna Hispalen.beneficij de Xerez 10.Febr. 1604. coram D.Lita, vbi propterea fuit conclusum,esse nullam collationem à Cardinali Hispalen. de quodam beneficio litigioso cuidam superstiti collitiganti factam,& quod in eadem decis.dicitur,quod idem tenuit Rota antiqua,vt in decis.10.n.2.& 3. vt lite penden.in nouis.Et Rota moderna in vna Posnanien.parochialis 14.Ianuarij 1572.coram illustriss. Seraphino,& ad Gomezium in reg.de subrogan.quæst.2. num. 2.dicentem, quod quicumque inferior à Papa concedens subrogationem collitiganti, comprehenditur sub d.reg. fuit responsum procedere in inferiore habente facultatem subrogandi ab ipso Papa, mediante aliquo indulto,seu iure speciali,& non aliter, ita Gonçalez. Sed mihi placet opinio Rochi & sequacium, contra quam in specie non est communis opinio,& ad d.decis.Posnanien.non male respondet Lancellotus d. in d.præfatione, add. quod ibi Ordinarius in locum vnius præsentati prædefuncti,subrogauit alterum præsentatum collitigantem. Ordinarius autem licet possit conferre collitiganti, vbi alias ad eum collatio spectat, non tamen potest principaliter & de per se subrogare,prout Papa facit,Mandos.reg.29.de subrogan.collitigantibus q.3.n.2. & pro opinione Rochi faciunt verb.d.cap.2.ibi aliis nullatenus conferantur, Pondero verbum, alius iuxta 221

quod videntur accipienda verba sequentia, vt: *ad eo eligatur qui fuerit, vel etiam præsentetur.* Id est quispiam alius. Et de beneficiis litigiosis de quibus late Lancel. *d.c. 3. & d.c. 4. in præfatione*, & aliis locis vide dicta *sup. 2. d. n. 133.*

222 Decimo notandum est,† quod vbi sunt plures patroni, possunt singuli separatim præsentare, aliis non requisitis, quando ius patronatus spectat ad eos, vti singulos, vt in dubio præsumitur, & non vt vniuersos & iure collegij. Ioan. And. *in capit. de iure patronat.* Abb. *consil. 76. par. 2.* Paulus de Citadinis *6. par. q. 29. art. 3.* Lambertus dicens communem, & plures referens *2. par. 2. lib. quæst. 2. art. 8. q. penult.* Aymon. *d. consil. 63. num. 1.* & tenuit Rota in vna Legionen. Capellaniæ 6. Iunij, & 5. Decembris 1575. coram Domino Cæsare de Grassis et in suis decis. impressis *decis. 169. & seq.* & in Casalen. parochialis 2. Mar. 1584. coram D. Robusterio. Et in vna Calagurritana beneficij de Ali. 20. Iunij 1588. & 17. Maij 1591. coram D. Comitulo, in qua fuit resolutum, *Præsentationem pertinentem ad beneficiatos, vti singulos, non vti vniuersos, vt in dubio præsumitur,* Felin. in capitulo cum omnes de constit. numer. 29. *Lambert.* dict. art. 8. numero 14. *& sæpius Rota tenuit posse fieri à singulis diuisim, nec esse necessariam vocationem patronorum. Abb.* d. consil. 76. par. 2. *Decius* d. c. cum omnes 1. lectura num. 48. *Aymon.* consil. 67. *Lamb.* sup. art. penult. *quam sententiam Rota amplexa est etiam Sanctis. Clemen. V III. in Pistorien. beneficij 17. Febr. 1574. & in d. Legionen. &c.*

223 Quamuis contrarium teneat Abbas *in d.† cap. 3. de iure patron. in fin.* quem sequitur Felin. *in d. cap. cum omnes, num. 29. de constitut.* & Rochus *verb. honorificum quæst.* 60. ex reg. Bart. quam ibi approbant Dd. *in l. omnes populi, num. 18. ff. de iustit. & iure*, quod in his in quibus consensus maioris partis præiudicat minori, etiam si pertineat ad plures vt singulos, requiritur quod actus fiat simul, & debent simul conuenire. *l. & summ. §. fin. ff. de pactis. l. fin. C. qui bonis cedere possunt l. 5. tit. 15.* & ibi Greg. Lopez, Benuen. Straca *de decoctorib. 6. par. n. 9.*

224 Sed respondetur cum† Paulo de Citadinis *supra* & Lamber. *d. art. 8. num. 8. & 11.* quod illa reg. procedit, quando factum maioris partis præiudicat minori circa eundē actum, vt in terminis, *d. § fin.* &c. at in proposito præsentatio maioris partis, non præiudicat minori quoad actum præsentandi, quia quilibet potest præsentare quem voluerit, &c.

225 Ex qua responsione †infertur quod sententia Abbatis *d. cap. 3.* Felini & Rochi procedet, in pluribus hæredibus vnius ex patronis, qui habentur pro vno, & habent vnam tantum vocem. Et præsentationem *clem. plures, de iure patron.* & ibi Dd. quæ est apud maiorem partem, ita quod de suffragio, vel præsentatione minoris partis non est curandum, in isto enim casu præsentatio non competit pluribus, vt singulis, sed pluribus, tanquam vni, & sic militat eadem ratio, ac si competeret pluribus, vt collegio. Rochus *verb. ipse vel ei, quæst. 2.* Lambert. *1. part. primo libro quæst. 1. artic. 25. & 27.* Cassador. *decis. 1. de iure patron.* quem sequitur Did. Perez *in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordin. gloss. 2. vers. notanter etiam.* Vnde tales debebunt simul conuenire ad præsentandum iuxta dicta Paul. de Citadinis *supra* dicens, quod tunc forte posset procedere opinio Panorm. Quamuis contra teneat Lamber. *dict. art. 8. numer.* 8. cum Ioan. Andr. & Cardin.
226 *in d. ca. 3.*† procedet etiam sententia Abbatis, Felini, & Rochi, quando ius patronatus pertinet ad plures, vt singulos, tamen vigore statuti, vel consuetudinis ad præsentandum soliti sunt simul conuenire, vt in vna Calagurritana beneficij de Aranguiz 11. Decembr. 1591. coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum, *Sufficienter constare de tali iure Dominicus, vt tanquam integer portionarius debuerit vocari in receptionibus dominorum de Sugulae, quia ex publicis instrumentis probatur sua possessio.* l. prædia, *vbi Bart.* ff. de acquirenda possessione, *quæ sola sufficit ad hunc effectum, cum istæ receptiones sint de fructibus beneficij, quemadmodum collatio, & præsentatio, gloss.* in cap. cum Bertholdus, verb. patrono, de re iudic. *Cassador.* decis. 3. num. 6. de pensio. *Felin.* in capitulo cum olim, num. 2. de maioritate & obedien. *& ideo pertineat ad eum qui est in possessione, c. 2. querelam, de elect. cap. consultationibus, de iure patron. & vtrobique notant Abbas & alij. Quod Dominicus tempore receptionum dominorum de Sugulam esset absens, non obstat, quia nihilominus erat vocandus,* cap. cum in Ecclesiis, de preben. lib. 6. *cum esset in eadem Prouincia, & in oppido Vallisoleti, in quo residebat curia Regia. Vnde commode poterat vocari per Nuntios, qui continuo ad illud accedebant,* capit. coram. *& ibi gloss.* verb. Prouincia de electione cum aliis allegatis, *& ita fuit conclusum.*

Et in d. Calagurritana beneficij de Ali. 4.† Mar. 227
1594. coram D. Mantica, in qua fuit resolutum, quod *quando plures patroni præsentant vt singuli, non requiritur, quod absentes vocentur: quia non est necessarius simultaneus consensus, vt se habet communis Doctorum sententia: & fuit conclusum in hac causa coram Perusino 20. Iunij 1588. & 17. Maij 1591. & in dubio quando ius patronatus pertinet ad plures, præsumitur ad eos vt singulos, non vt vniuersos pertinere*, vt in d. decisione. *Secundo, quod quando pertinet ad plures, vt vniuersos, tunc non præsentant vt singuli, sed vt vniuersi, & ideo in hoc casu absentes vocari debent, quia requiritur simultaneus consensus* cap. coram. capit. in genesi. cap. quod sicut. de elect. ca. cum in Ecclesiis, de præbend. li. 6. *Felin.* in c. cum omnes, num. 46. de constit. *Tertio quod quando ius patronatus pertinet ad plures, vt singulos, & consequenter patroni præsentant vt singuli, non autem vt vniuersi, sed vigore statuti, vel consuetudinis, ad præsentandum soliti sunt simul conuenire, tunc ex iisdem rationibus absentes vocari debent, qui vocandi sunt, quando præsentatio fit à pluribus, tanquam vniuersis, qui casu vocandi sunt, quia requiritur simultaneus consensus, vt dictum est, Rochus* verb. honorific. q. 60. *Lamber.* lib. 2. par. 2. q. 1. art. 8. n. 8. *Et ita fuit resolutum coram Oradinean Calagurritana dimidiæ portionis de la Puebla 31. Ian. 1567. & coram Pamphilio in Calagurritana de Aranguiz. 11. Decemb. 1591. & quod in hoc tertio casu versatur negotium. Nam licet isti beneficiati non faciant collegium, quia non habent arcam communem, neque sigillum, neque alia quæ ad constituendum collegium requiruntur, ad not.* in cap. dilecta, de concess. præbend. & in cap. significauit de appell. & in l. primo C. de collegiis illicitis, *& ideo ius præsentandi ad eos, vt singulos, non vt vniuersos intelligatur pertinere: vt fuit dictum in hac causa coram D. D. Perusino, tamen extat synodalis constitutio, & testes nouissime in hac causa in curia examinati deponunt, quod præsentatio ab istis beneficiatis capitulariter sit facienda, quod sane intelligitur, vt fieri debeat ab ipsis simul congregatis, & ideo necessarium videtur conuocare absentes, vt possint conuenire, & quia vnus eorum posset alios in suam trahere sententiam, iuxta*, leg. si in tres, in fin. de arbitris, *proinde placuit dominis præsentationem Michaelis in casu proposito non sustineri, ex eo quod Stephanus vnus ex integris beneficiatis, & comparrochus, non fuerit vocatus, nisi absentia Stephani fuerit affectata, quo casu ipse non debuisset vocari, Enriq.* in ca. cum inter. num. 6. de electione. Et in eadem 17. Iunij 1594. coram eodem D. Mantica fuit resolutum. *Eius absentiam non fuisse affectatam, ita verum est. t vnmandus(?), sed potius fuisse ex causa necessaria, vel saltem probabili, & proinde cū non fuerit affectata, & consequenter vocari debuerit, præsentationem Michaelis non posse sustineri, &c.*

228 Procedet etiam sententia Abbatis, Felini † & Rochi in præsentatione, seu nominatione facienda ad Capellaniam, in qua non debet fieri institutio à superiore, vt in Capellania non collatiua, & in electione facienda ad aliquam eleemosynam, seu opus pium, verbi gratia de puellis maritan. & similibus, nam cum in his non fiat præsentatio superiori, vt ipse instituat, sed sola nominatio, seu electio patronorum siue administratorum sufficiat, & maior pars præiudicet in totum minori circa illum actum, quia facta nominatione, seu electione per maiorem partem, minor pars non haberet amplius quod faceret, ideo debent omnes simul conuenire, & alias actus non valebit etiam non reclamante contempto, licet secus in actu collegij, &c.

229 Et quando est necessarium † quod conueniant in vnum, & aliqui nollent conuenire si spectat ad plures, vt vniuersos, & collegium, seu in modum collegij, recurrendum est ad tradita per Dd. maxime Felinum *dict. cap. cum omnes de constit.* Lambert. *d. quæst. 2. art. 19.* curiam Pisanam, & ibi Azeuedum *lib. 1. cap. 2.* Si vero non sint collegium, iudex ad instantiam a-
230 liorum† statuet illis terminum, & locum, vbi conueniant, nisi in institutione sit statutum, & tunc non venientes alienos se faciunt, & præsentes poterunt actum explicare, ad tradita de Capitulo & Collegio per Doctores, & circa materiam *dict. leg. & summ. §. fin. de pactis & dict. leg. fin. C. de qui bonis cedere possunt, &c.*

231 Vndecimo notandum est, quod institutio † seu collatio ab ordinario facta, spreto patrono, infra tēpus datum ad præsentandum, nulla est ipso iure *c. decernimus. 16. quæst. 7.* Abb. *in cap. Bertholdus, de re iudic. n. 13.* & ibi Felin. *à num. 8.* Probus ad Monach. *in cap. 1. de offic. leg. in 6. num. 14.* Rochus *verb. honorificum, num. 2.* Lambert. *3. part. 2. lib. q. 2. art. 2.* Corral. *d. 4. p. c. Vlt. num. 15.* Io. Nicol. Gim. *in enchiridion. Benef. tit. 5. c. 7. à n. 9.* Greg. Lopez *in l. 5. tit. 15. par. 1. gloss. 2.* & Mohed. *decis. 6. de iure patronat.* alias 288. recla-
232 mante tamen & contradicente † patrono infra dict. tempus datum ad præsentandum, alias sustinebitur & valebit prouisio ordinarij, Card. *in clem. 1. de supplenda negligentia Prælatorum, sub num. 11.* Abb. *quæst. 5. n. 7.* Felin. alios allegans *d. c. cum Berthold. num. 19. & 14. & in cap. cum ex officij, de præscript. num. 36. & in tract. quando litteræ Apostolicæ limitat. 10.* Probus *sup. & in cap. statutum, de Præbend. num. 22.* Selua *1. part. q. 6. num. 15. & 3. p. q. 9. num. 2.* Roch. *d. num. 2.* Lamb. *d. num. 2. art. 2. n. 27. & q. 8. sequen. art. 2. numer. 3. & q. 9. art. 14.* Rebuffus *in praxi 3. part. signaturæ, verb. nec non iuris patron. num. 52. & de nominatio. q. 17. num. 31.* alias 11. *& consil. 79.* & Corral. & Greg. *sup.* Gambar. *de offic. legati lib. 3. à num. 341.* P. Pechius *in regul. Beneficiam in 6. numero 25.* Ferretus *consilio 153. numero 1.* Hieron. Gabr. *consilio 185. lib. 2.* Spino *de testament. gloss. 4. num. 99.* Flamin. Parisius *de resignatione Benefic. lib. 8. quæst. 10. num. 30.* Zerola *in praxi Episcopali, 1. part. verb. ius patron. § 8. dubio 8.* Rota *decis. 10. de iure patron.* alias 528. *in antiquis, & ibi addit.* Caputaquen. *decis. 133. part. 1.* Mohedan. *supra*, & Puteus *dec. 412. lib. 1. & decis. 181. libro 3.* vbi idem ait in Beneficio electiuo, vt non eligentibus, seu contradicentibus electoribus infra sex menses, prouisio Ordinarij valeat, & Rota in vna Oscen. Canonicatus 4. Martij 1575. coram D. Robusterio, quæ est *2. p. diuersorum, decis. 77.* vbi *nu.* 4. dicitur, ita tenuisse Rotam in vna Trident. coram Grato 1565. quidquid dicat Gimon. *sup. num. 6.*

Sed difficultas est in inuestiganda † ratione *huius* 233
conclus. & primo ea redditur ratio, quod id quod exigitur ex parte patroni, potius sapit consensum, quam authoritatem, sufficit autem, quod consensus interueniat, etiam ex post facto, capit. cum consuetudinis de consuetudine, c. cum vos de his quæ fiunt à Prælatis, *cap. cura, de iure patron.* vbi Dd. & Ordinarius conferendo simpliciter, in dubio videtur disponere nomine patroni, & sub tacita conditione si ei placuerit, & sic sequens patroni ratificatio, vel consensus expressus, aut tacitus, per taciturnitatem & negligentiam, validat collationem: hanc rationem tradunt Rota *d. decis. 10. num. 4. & 5.* Cardin. & Abb. *supra* Felin. *dict. cap. cum Bertholdus numero nono & 10. & d. limit. 10.* & Probus *sup.* Lambert. *dict. q. 2. art. 2. numer. 21. 25. & 26.* Corral. Hier. Gabr. & Zerola *sup.*

Sed ista ratio quamuis posset procedere,† quando 234
patronus expresse consensit infra tempus datum ad præsentandum, tamen quando nec consensit, nec cōtradixit, non videtur solida, nec in iure habere fundamentum, nam vt tacitus consensus eliciatur, oporteret saltim dicere partem fuisse præsentem, & non contradixisse, vt per Gambarum *sup. num. 333.* Imo etiam tunc non videretur consentire, vt per Felin. *d. c. cum Bertholdus n. 12.* licet contra teneat Corrasius *supra num. 28.*

Nec quicquam facit. *lib. si seruus † communis 39. ff.* 235
de donatione inter virum, quam allegat Abb. *supra* & Lamber. *vbi sup. n. 27.* quia loquitur in donatione inter coniunctos, quæ ex præsentia, seu scientia cum taciturnitate inducitur, & sic non est ad propositum.

Aliam rationem tradit Abb. *ibidem, vers. si autem*
patronus, † quod talis collatio ordinarij, conualidatur per superuenientem negligentiam patroni, quia 236
ipse Ordinarius non potest contrauenire, & recedere à prima collatione, *argum. l. profundum. ff. de seruitut. rusticorum prædiorum, & c. veniens, de filiis Presbyter. & cap. diuersis fallaciis, de clericis coniugatis, & c. si tibi absenti, de præbend. in 6.* Et sic tenetur eum Rotam habere, ex quo ad ipsum deuoluta est, quam rationem tradunt etiam Felin. *d. cap. cum Bertholdus n. 14. & d. limitatione 10.* & Lambert. *d. n. 27.* & eam videtur tradere Gambarus *sup. numer. 342. & 355.* Nam ait, quod lapsus temporis non validat collationem Ordinarij in vim consensus taciti, sed propter deuolutionem, vt dicit Felinus *dict. capit. cum Bertholdus.*

Sed nec ista ratio placet,† nam secundum eam, i- 237
dem esset dicendum vbi Ordinarius contulisset iure deuoluto, in quo tamen ipsi contrarium tenent vt infra *num. 262.*

Vnde vera ratio videtur esse, quam insinuat † 238
Spino sup. Cassador. *decis. 2. num. 4. de locato*, & Rota *d. decis. 77.* quod nullitas collationis ab Ordinario

facta spreto patrono, iniusta est in fauorem, si a patroni, atque adeo ita demum est nulla, si ipse voluerit, & contradicat. *l. si in praeterito, & ibi gloss. ff. de inuasio testa.* late Tiraquell. *in tractat. le mort. saysit, part. 7. declaratione 1.* Et ideo patronus potest ab E-
239 piscopo, † seu Capitulo sede vacante, recipere Ecclesiam, seu Beneficium, cuius est patronus licet seipsum praesentare non possit, & ad Episcopum, seu Capitulum pertineat institutio tantum, & non collatio, Feder. *de permutatione qu. 32.* P. de Perusio *eodem tractat. n. 26.* Paninus *de offic. & potestat. cap. sede vacante 2. p. q. 5. n. 9. & 10.* & Lambert. *1. part. 2. lib. q. 8. art. 3. & 4.*

240 Ex qua ratione infertur prouisionem factam spreto patrono, † esse in pendenti, & interim habere implicitum statum, ita vt patrono reclamante infra tempus datum ad praesentandum, sit nulla à principio. & ex tunc, vt *in d. cap. decernimus*, eo vero non reclamante infra dictum tempus, censeatur valida *à princ. & ex tunc*, vt in simili de caducitate, Nauarr. *in Man. cap. 21. numer. 104. vers. pro qua solutione*, & in exemplo de alienatione rei Ecclesiae sine debita solemnitate, quae ita demum est nulla à princip. si Ecclesia hoc volet, Rota *decis. 133. num. 11. part. 2. diuersorum*, Sarmiento *de redditib. Eccles. 1. p. c. 3. num. 20. & 21 cum aliis*, & in terminis *decis. 418. num. 3. p. 1. diuers.* et ita in proposito videntur velle Spino *supra*, & Rota *d. decis. 77.* Quamuis contrarium nempe, d.
241 collationem valere *vt ex nunc*, † & non *vt ex tunc*, in proposito teneant Rota *d. decis. 10.* Abb. & Felin. *num. 9. & 14.* Selua *d. n. 15.* & Probus *supra* Lambert. *dict. num. 25. 26. & 27* & Gambar. *num. 345. & sequent.* vbi supra ex *dicta lege per fundum*, quorum sententia procedit attentis suis rationibus, de quibus supra.

242 Secundo infertur † ex collatione facta ab Ordinario, spreto patrono, infra tempus datum ad praesentandum, interim videri ius considerabile quaesitum prouiso, ita vt nō valeat prouisio Papae alteri postea facta, non facta de illa mentione, & sit locus regulae de non tollendo iure quaesito, vt in simili dictum est
243 *supra capitulo 4. numer. 44.* Quamuis contrarium † in terminis teneat Rota *dict. decis. 10. ad fin.* & Gambar. *supra numer. 346.* & Rebuff. *dict. consil. 81.* vbi, *vacante Beneficio iuris patronatus, spectantis ad Abbatem qui erat defunctus, contulit Ordinarius, postea Papa, & postea Vicarius Abbatis creari, ait prouisionem Papae praeualere, quia prima Ordinarij ante sex menses datos patrono non valuit, & sic valebit prouisio Papae, etiam non facta mentione illius, nec obesse collationem Ordinarij non reclamante patrono valere, quia in praesenti reclamauit, quia Vicarius praesentauit, & illa praesentatio est declaratio voluntatis patroni, ideo annullat collationem Ordinarij, & si nulla sit praesentatio, tamen collatio non valebat in praeiudicium Papae, & certum est, collationem non valere reclamante patrono, sed Papa plus iuris habet quam patronus, &c.*

244 Haec Rebuffus † quorum sententia procedit in proposito, attentis dictis suis rationibus iuxta dicta essetque vera, vbi patronus postea reclamasset infra tempus datum ad praesentandum, iuxta dicta *dict. cap. 4. numer. 46.* licet si esset patronus laicus, & aliquem praesentasset, nec valeret collatio ordinarij, nec prouisio Papae medio tempore facta, non derogato iure patronatus, iuxta dicta supra, *cap. 1. à num. 339.*

245 Praedicta autem conclusio procedit † primo etiam in prouisione facta à Papa, sine derogatione iuris patronatus laicorum, Felin. *d. tract. quando literae Apostolicae, limitat. 10* & Lambert. *d. quaest. 9. art. 24.* Rebuff. *d. consil. 79.* Gambarus *supra num. 343. & 348.* & Mandos. *de signatura gratiae, tit. de derogationibus iuris patron. versic. quod si non sit obtenta.* Et de resignatio-
ne in fauorem † dicetur infra. *11. part. cap. 3. a num. 26* 246
& idem videtur ex dicta ratione in prouisione facta à Papa, cum derogatione iuris patronatus inualida, Mandos. *ibi.* Quamuis tunc in contrarium sit *decis. 6.* Putei *de iure patronat. de manuscript.* & Flam. Paris. *de resignatione lib. 2. quaest. 4. num. 60.* ex doctrina Felin. *in d. cap. cum Bertholdus num. 10. versicul. 2. aduerte*, quod procedit attenta prima ratione de qua su-
pra. Licet secus † sit in prouisione facta cum clausu- 247
la (*dummodo patronorum ad id accedat assensus*,) quia ista verba includunt formam, & conditionem, quae non impletur per consensum tacitum, qui dicitur Fretus *libro cum quod. ff. si certum petat.* & quia in materia odiosa, vt sunt rescripta ad Beneficia, verba intelliguntur proprie *capitulo quamuis primo de praebend. in 6.* & ita fuit resolutum in vna Pisana de anno 1556. vt per Gambarum *decis. quinquagesima septima in manuscript. & d. lib. 3. de officio legati ex n. 337.* Mandos. *sup. versic. praemissus conferunt*, & Flam. Paris. *sup. num. 59.*

Secundo procedit etiam in prouisione facta à lega-
to, † seu Nuntio spreto patrono laico, vt dictum est 248
sup. c. 3. num. 65. & 244.

Tertio procedit † in omni casu, in quo fieret de-
uolutio ad Episcopum, puta si patronus praesentaue- 249
rit indignum, vt etiam hoc casu firmetur collatio facta per Episcopum, sine patrono cum militet eadem ratio. Ita Lambert. *d. num. 27.* & idem tenet Rebuffus *d. quaest. 17. de nominatio, num. 31. alias 21.* ibi, *vel inhabilem praesentauerit*, sed hoc videtur procedere attenta secunda ratione supra adducta, quam ibi adducit
Lambert. attenta vero nostra ratione, non † videtur 250
vera ista declaratio, quia per praesentationem factam de inhabili, seu indigno, declaratur voluntas patroni volentis valere collationem eo spreto factam, nam per actum nullum declaratur voluntas *l. fin. ff. de rebus eorum.* Puteus. *decis. 92. numer. 2. & 267. libro 2.* Mohedan. *decis. 28. num. 2. de renuntiatione & decis. 2. in fin. de offic. deleg.* & in terminis Rebuffus *d. consil. 81.*

Et sufficit sola contradictio patroni, † facta infra 251
tempus datum ad praesentandum, vt collatio facta eo spreto sit irrita, etiamsi non praesentauerit aliquem, & sic pro illa vice ius praesentandi amiserit, & facta sit deuolutio, & ita videntur velle Felinus *d. num. 10. versi. Tertio aduerte*, Caputaquen. Mohedanus, Mandosius, & alij supracitati, *num. 242.* loquuntur enim alternatiue de contradictione, aut praesentatione.

Quarto procedit, quando collatio † facta est iure
ordinario, & originali, secus si iure deuoluto, nam 252
tunc non teneret, ex quo in veritate deuolutio nondum erat facta per reg. *c. ex par. de concessione praebendae, & cap. cum super, de offic. deleg.* Rota *d. decis. 10. & ibi additio*, Abb. *d. q. 5. num. 7.* Felin. *d. num. 10.* Selua *d. q. 9. n. 3. vers. 9.* Probus *d. num. 22.* Lambert. *dict. num. 21. & 26.* P. Pechius, Hieron. Gabr. & Zerola *sup.* & sic post deuolutionem, opus est noua collatione, circa quod vide dicta infra *10. parte capitulo 3. numero 31. & 32.*

Quinto procedit † secundum Hier. Gabr. *supra*, 253
si Ordinarius sciens Beneficium esse iuris patronatus

tus confert, non autem quando praetendit esse liberum, & hoc tantum vere confert, tunc enim, nullo modo potest ratificari à patrono collatio Ordinarij quia cessat ratio *d. decis. 10.* sed debet iterum conferre Rota *ibi circa fin.*

Sed ista declaratio † nimis restringit d. conclusio- 25
nem communem, nec videtur vera attenta nostra ratione, de qua supra.

SEXTA PARS, DE EXECVTORIBVS LITERARVM ET GRATIARVM BENEFICIALIVM.

De Executoribus mandatorum de prouidendo.

SVMMARIA.

Literarum, & gratiarum Beneficialium executores, alij sunt mandatorum de prouidendo de Beneficiis vacaturis, alij literarum, & gratiarum de Beneficiis vacantibus, num. 1.

De mandatis Apostolicis de prouidendo, qui late scripserunt, n. 2. & de executoribus eorum qui agunt, numer. 3.

De executoribus mandatorum de prouidendo non est opus tractare, nec de ipsius mandatis, quia iam non sunt in vsu, ex decreto Concilij, n. 4.

Ex quo directo non potest eligi Canonicus supra numerum, ad futuram praebendam ex Congregatione Concilij n. 5. Quamuis in Ecclesiis, vbi sunt Canonici Titulares id non est sublatum, n. 6. vbi adducitur declaratio S. Congregationis, de qua n. seq. vbi quod d. decretum non derogat consuetudini maxime immemoriali, et confirmata à Papa.

1 Literarum & gratiarum † beneficialium executores, alij sunt executores mandatorum de prouidendo de Beneficiis vacaturis, & expectatiuarum, alij sunt executores literarum, & gratiarum, †
2 de Beneficiis vacantibus, & de mandatis Apostolicis de prouidendo, late scripserunt Staphileus *de literis gratiae, titul. de formis mandatorum de prouidendo*, Ludouic. Gomez Sarnen. Episcopus *in tractat. de mandatis de prouidendo, & de expectatiuis*, Probus & Leo binus Dallerius *tractatu de mandatis Apostolicis*, Pacus *tractat. de mandatis de prouidendo*, Rebuffus *in praxi, titulo de mandatis Apostolicis, & titulo de clausulis mandat.* & latissime *in repetit. capitulo nullo, secundo de concessione praebendae, tertio notab.* Corras. *de Benefic. 4. par. cap. 5.* Ioan. Nicol. Cimonteus *in enchiridio beneficiorum, titul. 4. de gratiis expectatiuis*, Duarenus *de Benefic. libro 5. cap. 3.* Marc. Anton. Cuchus *in institution. Canonicis maioribus, libro 1. tit. 7. de mandatis Apostolicis.* Et de executori-
bus dictorum mandatorum † & expectatiuarum a- 3
gunt Staphileus *dict. titul. de formis mandatorum*, de prouidendo, septima & octaua forma, Gomez ius *dict. tract. de mandatis de prouidendo, ex numero 21.* Rebuffus *in concordatis, titul. de mandatis Apostolicis. § 1. verbo in forma mandati, & titul. de forma literarum executor.* Corrasi. *part. cap. 9.* Cuchus ex *n. 32.* & alij *supra.*

De quibus executoribus † non est opus tra-
ctare, nec de mandatis de prouidendo, quia iam non 4
sunt in vsu ex decreto Concilij Trident *session. 24. de reformat. cap. 19.* vbi decernit S. Synodus mandata de prouidendo, & expectatiuas, & alias quascumque gratias ad vacatura nemini amplius concedi, nec hactenus concessis cuiquam vti licere, &c.

Ex quo decreto censuit S. Congreg. † *Non posse e-*
ligi Canonicum supra numerum ad futuram praeben- 5
dam, & post haec tradit Goncalez ad *reg. de mensibus. § 1. prooem. num. 64. & 65.* Quamuis in Ecclesiis, vbi sunt instituti Canonici sine praebenda iam expectantes, qui dicuntur Titulares, id non est sublatum ex d. decreto, nam tunc non eliguntur supra numerum, vt apparet ex sequenti declaratione S. Cong. Concilij. *At in Ecclesia Salamantina in qua extant 34. Canonici, quorum duo postremi praebendam expectant consuetudo immemorialis hactenus obseruata, & à Pio IV. Motu proprio confirmata, & ex certa scientia, qua antequam vacet aliquis Canonicatus, cuius electio spectat ad Canonicos, eliguntur à Capitulo, praecedente licentia Episcopi, duo, vel tres, expectantes locum vltimi Canonici, siue praebenda vacaturum, ad quem iuxta gradum expectantis denuo à Capitulo eligitur vnus & admittitur praecedente approbatione, & confirmatione ordinarij, censeatur sublata ex decreto Concilij, cap. 19. sess. 24. de reformatione. Congreg. respondit hanc consuetudinem non comprehendi hoc decreto Concilij.*

Quamuis quod † attinet ad istam consuetudinem 7
eligendi ante vacationem expectantes locum vltimi Canonici vacaturum, non videatur comprehendi isto decreto, ex eo quod non derogat consuetudini, maxime cum sit immemorialis, & confirmata à Papa ex certa scientia, iuxta supra dicta *3. p. c. 2. d. dubio 6. & 8. à n. 189. & 213.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

facta spreto patrono, iniusta est in fauorem, si ipse patroni, atque adeo ita demum est nulla, si ipse voluerit, & contradicat. *l. filio praeterito, & ibi gloss. ff. de iniusto rupto.* late Tiraquell. *in tractat. le mort, saysit, part. 7. declaratione 1.* Et ideo patronus potest ab E-
239 piscopo, † seu Capitulo sede vacante, recipere Ecclesiam, seu Beneficium, cuius est patronus licet seipsum praesentare non possit, & ad Episcopum, seu Capitulum pertineat institutio tantum, & non collatio, Feder. *de permutatione qu. 32.* P. de Perusio *eodem tractat. n. 26.* Paninus *de offic. & potestat. cap. sede vacante 2. p. q. 5. n. 9. & 10.* & Lambert. *1. part. 2. lib. q. 8. art. 3. & 4.*

240 Ex qua ratione infertur prouisionem factam spreto patrono, † esse in pendenti, & interim habere implicitum statum, ita vt patrono reclamante infra tempus datum ad praesentandum, sit nulla à principio, & ex tunc, vt *in d. cap. decernimus*, eo vero non reclamante infra dictum tempus, censeatur valida *à princ. & ex tunc*, vt in simili de caducitate, Nauarr. *in Man. cap. 24. numer. 104. vers. pro qua solutione*, & in exemplo de alienatione rei Ecclesiae sine debita solemnitate, quae ita demum est nulla à princip. si Ecclesia hoc volet, Rota *decis. 333. num. 11. part. 2. diuersorum*, Sarmiento *de redditibus Eccles. 1. p. c. 3. num. 20. & 21 cum alijs*, & in terminis *decis. 418. num. 2. p. 1. diuers.* Et ita in proposito videntur velle Spino *supra*, & Rota *d. decis. 77.* Quamuis contrarium nempe, d.
241 collationem valere *vt ex nunc*, † & non *vt ex tunc*, in proposito teneant Rota *d. decis. 10.* Abb. & Felin. *num. 9. & 14.* Selua *d. n. 15.* & Probus *supra* Lambert. *dict. num. 25. 26. & 27* & Gambar. *num. 345. & sequent.* vbi supra ex *dicta lege per fundum*, quorum sententia procedit attentis suis rationibus, de quibus supra.

242 Secundo infertur † ex collatione facta ab Ordinario, spreto patrono, infra tempus datum ad praesentandum, interim videri ius considerabile quaesitum prouiso, ita vt nõ valeat prouisio Papae alteri postea facta, non facta de illa mentione, & sit locus regulae de non tollendo iure quaesito, vt in simili dictum est
243 *supra capitulo 4. numer. 44.* Quamuis contrarium † in terminis teneat Rota *dict. decis. 10. ad fin.* & Gambar. *supra numer. 346.* & Rebuff. *dict. consil. 81.* vbi, *vacante Beneficio iuris patronatus, spectantis ad Abbatem qui erat defunctus, contulit Ordinarius, postea Papa, & postea Vicarius Abbatis creari, ait prouisionem Papae praeualere, quia prima Ordinarij ante sex menses datos patrono non valuit, & sic valebit prouisio Papae, etiam non facta mentione illius, nec obesse collationem Ordinarij non reclamante patrono valere, quia in praesenti reclamauit, quia Vicarius praesentauit, & illa praesentatio est declaratio voluntatis patroni, ideo annullat collationem Ordinarij, & si nulla sit praesentatio, tamen collatio non valebat in praeiudicium Papae, & certum est, collationem non valere reclamante patrono, sed Papa plus iuris habet quam patronus, &c.*

244 Haec Rebuffus † quorum sententia procedit in proposito, attentis dictis suis rationibus iuxta dicta essetque vera, vbi patronus postea reclamasset infra tempus datum ad praesentandum, iuxta dicta *dict. cap. 4. numer. 46.* licet si esset patronus laicus, & aliquem praesentasset, nec valeret collatio ordinarij, nec prouisio Papae medio tempore facta, non derogato iure patronatus, iuxta dicta supra, *cap. 1. à num. 539.*

245 Praedicta autem conclusio procedit † primo etiam in prouisione facta à Papa, sine derogatione iuris patronatus laicorum, Felin. *d. tract. quando litterae Apostolicae, limitat. 10* & Lambert. *d. quaest. 9. art. 24.* Rebuff. *d. cons. 79.* Gambarus *supra num. 343. & 348.* & Mandos. *de signatura gratiae, tit. de derogationibus iuris patron. versic. quod si non sit obtenta.* Ex de resignatio-
ne in fauorem † dicetur infra. 11. *part. cap. 3. à num. 16* 246
& idem videtur ex dicta ratione in prouisione facta à Papa, cum derogatione iuris patronatus inualida, Mandos. *ibi.* Quamuis tunc in contrarium sit *decis. 6.* Putei *de iure patronat. de manuscript.* & Flam. Paris. *de resignatione lib. 2. quaest. 4. num. 60.* ex doctrina Felin. *in d. cap. cum Bartholdus num. 10. versicul. 2. aduerte*, quod procedit attenta prima ratione de qua supra. Licet secus † sit in prouisione facta cum clausu- 247
la (*dummodo patronorum ad id accedat assensus*,) quia ista verba includunt formam, & conditionem, quae non impletur per consensum tacitum, qui dicitur Fretus *libro cum quod. ff. si certum petat.* & quia in materia odiosa, vt sunt rescripta ad Beneficia, verba intelliguntur proprie *capitulo quamuis primo de praebend. in 6.* & ita fuit resolutum in vna Pisana de anno 1556. vt per Gambarum *decis. quinquagesimaseptima in manuscript. & d. lib. 3. de officio legati ex n. 337.* Mandos. *sup. versic. praemissae conferunt*, & Flam. Paris. *sup. num. 59.*

Secundo procedit etiam in prouisione facta à legato, † seu Nuntio spreto patrono laico, vt dictum est 248
sup. c. 3. num. 65. & 244.

Tertio procedit † in omni casu, in quo fieret de- 249
uolutio ad Episcopum, puta si patronus praesentauerit indignum, vt etiam hoc casu firmetur collatio facta per Episcopum, sine patrono cum militet eadem ratio. Ita Lambert. *d. num. 27.* & idem tenet Rebuffus *d. quaest. 17. de nominatio, num. 31.* alias 21. ibi, *vel inhabilem praesentauerit*, sed hoc videtur procedere attenta secunda ratione supra adducta, quam ibi adducit Lambert. attenta vero nostra ratione, non † videtur 250
vera ista declaratio, quia per praesentationem factam de inhabili, seu indigno, declaratur voluntas patroni volentis valere collationem eo spreto factam, nam per actum nullum declaratur voluntas *l. fin. ff. de rebus eorum.* Puteus. *decis. 92. numer. 2. 3. 267. libro 2.* Mohedan. *decis. 28. num. 2. de renuntiatione & decis. 2. in fin. de offic. deleg.* & in terminis Rebuffus *d. cons. 81.*

Et sufficit sola contradictio patroni, † facta infra 251
tempus datum ad praesentandum, vt collatio facta eo spreto sit irrita, etiamsi non praesentauerit aliquem, & sic pro illa vice ius praesentandi amiserit, & facta sit deuolutio, & ita videntur velle Felinus *d. num. 10. versi. Tertio aduerte*, Caputaquen. Mohedanus, Mandosius, & alij supracitati, *num. 242.* loquuntur enim alternatiue de contradictione, aut praesentatione.

Quarto procedit, quando collatio † facta est iure ordinario, & originali, secus si iure deuoluto, nam 252
tunc non teneret, ex quo in veritate deuolutio nondum erat facta per reg. *c. ex par. de concessione praebendae & cap. cum super, de offic. deleg.* Rota *d. decis. 10. & ibi additio*, Abb. *d. q. 5. num. 7.* Felin. *d. num. 10.* Selua *d. q. 9. n. 3. vers. 9.* Probus *d. num. 22.* Lambert. *dict. num. 21. & 26.* P. Pechius, Hieron. Gabr. & Zerola *sup.* & sic post deuolutionem, opus est noua collatione, circa quod vide dicta infra 10. *parte capitulo 3. numero 31. & 32.*

Quinto procedit † secundum Hier. Gabr. *supra*, 253
si Ordinarius sciens Beneficium esse iuris patronatus confert, non autem quando praetendit esse liberum, & hoc tantum vere confert, tunc enim, nullo modo potest ratificari à patrono collatio Ordinarij quia cessat ratio *d. decis. 10.* sed debet iterum conferre Rota *ibi circa fin.*

Sed ista declaratio † nimis restringit d. conclusio- 254
nem communem, nec videtur vera attenta nostra ratione, de qua supra.

SEXTA PARS, DE EXECVTORIBVS LITERARVM ET GRATIARVM BENEFICIALIVM.

CAPVT I.

De Executoribus mandatorum de prouidendo.

SVMMARIA.

Literarum, & gratiarum Beneficialium executores, alij sunt mandatorum de prouidendo de Beneficiis vacaturis, alij literarum, & gratiarum de Beneficiis vacantibus, num. 1.

De mandatis Apostolicis de prouidendo, qui late scripserunt, n. 2. & de executoribus eorum qui agunt, numer. 3.

De executoribus mandatorum de prouidendo non est opus tractare, nec de ipsius mandatis, quia iam non sunt in vsu, ex decreto Concilij, n. 4.

Ex quo directo non potest eligi Canonicus supra numerum, ad futuram praebendam ex Congregatione Concilij n. 5. Quamuis in Ecclesiis, vbi sunt Canonici Titulares id non est sublatum, n. 6. vbi adducitur declaratio S. Congregationis, de qua n. seq. vbi quod d. decretum non derogat consuetudini maxime immemoriali, & confirmatae à Papa.

1 Literarum & gratiarum † beneficialium executores, alij sunt executores mandatorum de prouidendo de Beneficiis vacaturis, & expectatiuarum, alij sunt executores literarum, & gratiarum, †
2 de Beneficiis vacantibus, & de mandatis Apostolicis de prouidendo, late scripserunt Staphileus *de literis gratiae, titul. de formis mandatorum de prouidendo*, Ludouic. Gomez Sarnen. Episcopus *in tractat. de mandatis de prouidendo, & de expectatiuis*, Probus & Leo binus Dallerius *tractatu de mandatis Apostolicis*, Pacus *tractat. de mandatis de prouidendo*, Rebuffus *in praxi, titulo de mandatis Apostolicis, & titulo de clausulis mandat.* & latissime *in repetit. capitulo nullo, secundo de concessione praebendae, tertio vocab.* Corras. *de Benefic. 4. par. cap. 5.* Ioan. Nicol. Cimonteus *in enchiridio beneficiorum, titul. 4. de gratiis expectatiuis*, Duarenus *de Benefic. libro 5. cap. 3.* Marc. Anton. Cuchus *in institution. Canonicis maioribus, libro 1. tit. 7. de mandatis Apostolicis.* Et de executoribus dictorum mandatorum † & expectatiuarum a- 3
gunt Staphileus *dict. titul. de formis mandatorum*, de prouidendo, septima & octaua forma, Gomez ius *dict. tract. de mandatis de prouidendo, ex numero 21.* Rebuffus *in concordatis, titul. de mandatis Apostolicis. §. 1. verbo in forma mandati, & titul. de forma literarum executor.* Corrasa. *part. cap. 9.* Cuchus ex *n. 32.* & alij *supra.*

De quibus executoribus † non est opus tra- 4
ctare, nec de mandatis de prouidendo, quia iam non sunt in vsu ex decreto Concilij Trident. *session. 24. de reformat. cap. 19.* vbi decernit S. Synodus mandata de prouidendo, & expectatiuas, & alias quascumque gratias ad vacatura nemini amplius concedi, nec hactenus concessis cuiquam vti licere, &c.

Ex quo decreto censuit S. Congreg. † *Non posse e-* 5
ligi Canonicum supra numerum ad futuram praebendam, & post haec tradit Goncalez ad *reg. de mensibus. §. 1. prooem. num. 64. n. 65.* Quamuis in Ecclesiis, vbi sunt instituti Canonici sine praebenda iam expectantes, qui dicuntur Titulares, id non est sublatum ex d. decreto, nam tunc non eliguntur supra numerum, vt apparet ex sequenti declaratione S. Cong. Concilij. *At in Ecclesia Salamantina in qua extant 54. Canonici, quorum duo postremi praebendam expectant consuetudo immemorialis hactenus obseruata, & à Pio IV. Motu proprio confirmata, & ex certa scientia, qua antequam vacet aliquis Canonicatus, cuius electio spectat ad Canonicos, eliguntur à Capitulo, praecedente licentia Episcopi, duo, vel tres, expectantes locum vltimi Canonici, siue praebenda vacaturum, ad quem iuxta gradum expectantis denuo à Capitulo eligitur vnus & admittitur praecedente approbatione, & confirmatione ordinarij, censeatur sublata ex decreto Concilij*, cap. 19. sess. 24. de reformatione. *Congreg. respondit hanc consuetudinem non comprehendi hoc decreto Concilij.*

Quamuis quod † attinet ad istam consuetudinem 7
eligendi ante vacationem expectantes locum vltimi Canonici vacaturum, non videatur comprehendi isto decreto, ex eo quod non derogat consuetudini, maxime cum sit immemorialis & confirmata à Papa ex certa scientia, iuxta supra dicta 3. *p. c. 2. d. dubio. 6. & 8. à n. 189. & 213.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Cap. II.

De Executoribus literarum & gratiarum de beneficiis vacantibus.

SVMMARIA.

EXecutores, qui hodie dantur pro executione literarum Apostolicarum, super Beneficiis vacantibus, alij dantur pro executione literarum in forma gratiosa, quæ habent cordas sericas, &c. n. 1.

Isti executores qui solent esse Canonici, aut alias in Dignitate constituti, quos pars petit, datur Bulla separata, quæ habet cordas canapi, nisi fiat expeditio per Cameram, n. 2. & 3.

Alij executores dantur pro executione literarum in forma dignum, num. 4. & tunc expediuntur duæ Bullæ cum cordis canapi, numero quinto, vbi refertur earum tenor.

Circa quæ examinanda sunt aliqua dubia, numero sexto.

An requiratur receptio, & præsentatio literarum, vt executor possit procedere? à num. 7. resoluitur affirmatiue, nam licet iurisdictionem acquirat à tempore datæ, illam tamen antea exercere non potest, nec sufficit ostendere executori Bullam existentem in plumbo, num. 10.

Translatio pensionis non valet, nisi literæ facultatis fuerint exhibitæ coram iudice, n. 11. Aut saltim processus fulminatus, in quo literæ sunt insertæ, seu sumptum in forma vidimus, dummodo postea constet de originalib. &c. n. 12. vel supplicatio signata, quando adest clausula, etiam literis non expeditis, &c. numer. 13. alias non valet literis non expeditis, contra Gambar. numero 14.

Milites S. Petri, & alij, habentes priuilegium transferendi pensiones coram Notario, & testibus, possunt illas transferre, etiam non ostensis priuilegiis, nec literis reseruationis pensionis, n. 15.

Ad exercitium iurisdictionis requiritur præsentatio literarum originalium, vel alias authenticarum, nec sufficit transumptum factum à Notario, seu copia à notario subscripta, n. 16. & seqq. vbi ponuntur decisio, & resolutio Rotæ.

An Episcopus possit exequi, seu expedire, literas in forma dignum, directas Vicario, seu officiali? Et sic an prouisio vigore illarum facta ab Episcopo sit valida? à numero 19. Resoluitur negatiue, & collationem tunc factam ab Episcopo non præbere titulum coloratum.

E conuerso non potest Vicarius se intromittere in causa, seu iurisdictione Episcopo delegata, n. 22. nisi Episcopus cum sibi fuerit delegata, eam Vicario subdelegauerit, non prius, nam causas delegandas non potest committere, n. 23.

Episcopus tamen recte potest suo Vicario dare facultatē conferendi Beneficia, etiam vigore alternatiuæ, nondum competentis, numero 24. Imo Vicarius habens potestatem conferendi, potest conferre vigore alternatiuæ, non concessæ tempore commissionis, licet de ea nulla fiat mentio in commissione, numero vigesimoquinto.

Respond. cap. cum te, de rescript. ex quo iuxta communem intellectum, vbi scribitur Capitulo, seu alij, vt gerenti vices Episcopi, vt præbendam alicui conferat, literæ, & præceptum transierint ad Episcopum. Quod id procedit, quando scribitur vices gerenti Episcopi, non vt executori, sed vt tali vices gerenti, &c. numer. 26. & 27.

An commissio facta Vicario transeat ad successorem in Vicariatu? à numer. 28. resoluitur contra communem transire, sicut commissio facta sub nomine Dignitatis transit ad successorem, etiam per viam commendæ, nisi sit facta cum qualitate, ex qua videtur respectus habitus ad personam, & non ad Dignitatem. & idem est in delegatione facta Canonico talis tituli.

De materia c. quoniam Abbas, de offic. delegati, remissiue n. 38. & 39.

An Vicarius Capituli sede vacante possit exequi, & expedire literas in forma dignum, & dispensationes directas officiali, seu Vicario simpliciter? verbi gratia Abulen. nam commissa Episcopo, vel eius Vicario, certum est non posse, à n. 40. resoluitur negatiue attento stilo Curiæ, & cancellariæ, cum Rota cuius decisiones ponuntur, nō iuuare obseruātiam & consuetudinem contrariam aliquorum Episcopatuum, nec contrariam legem Burgharius, nec regulam de triennali, &c. & an prouisio à Vicario Capitul. possit fieri de nunc collatio, à n. 55. &c.

An vbi ordinarius, cui sunt directæ literæ principales, in forma dignum, infra 30. dies non confert beneficium impetranti, sub prætextu quod non est idoneus, vel quod literæ sunt surrepticiæ, &c. & ita declarat, possit recurri ad 2. executorem vigore Bullæ executoriæ? à numero 59. resoluitur negatiue cum Rota, & respondetur rationibus in contrarium, & prouisum tunc à 2. executore, non iuuare regulam de triennali, nec obseruantiam, & consuetudinem contrariam, &c.

Si officialis, cui primæ literæ sunt directæ, non posset illas exequi, quia erat mortuus Episcopus, vel quia erat intrusus, seu conditor, vel ex alio impedimento. Secundus executor non posset procedere à numero 69.

Stante quod in supradicto casu non potest recurri à secundum executorem, ad quem sit appellandum, seu recurrendum, à num. 72. resoluitur, videri appellandum ad Papam, & non ad Metropolitanum, nisi à reiecto, & reprobato parochialibus à qua datur appellatio in examine in forma dignū, licet non in concursu, & tunc Metropolitanum debere reiectum examinare cū suis examinatoribus synodalibus, seu cum aliis tribus à se electis, &c.

An interposita dicta appellatione possit recurri ad nuntium? à num. 80. resoluitur negatiue, nam excipiuntur causæ Beneficiales in sua facultate hic posita, & sic non potest in eis se intromittere, & fuit nulla declarata sententia lata vigore breuis nuntij, vt in deci. Rota posita, posse vero ad nuntium appellari non stante d. exceptione &c. & quando dicatur causa Beneficialis declaratur, n. 82. & 85.

An ordinarius, primus executor possit executioni mandare literas in forma dignum, & conferre lapso termino 30. dierum, & moram purgare, re integra, &c. à nu. 88. resoluitur affir.

An si data in veritate negligentia primi executoris, secundus cui de ea non constat procedat, valeat eius executio, & processus à n. 92. resoluitur negatiue: nam hic non agitur de consolidanda iurisdictione, seu accrescenda exercitio, sed de danda iurisdictione, &c. non tamen requiritur, quod secundus requirat primum & ei terminum assignet, &c. sed sufficiet quod ex aliis constet, &c.

Exe-

1 EXecutores autem † qui hodie dantur pro executione literarum Apostolicarum super Beneficiis vacantibus, † alij dantur pro executione
2 literarum in forma gratiosa, id est, quando collatio fit à Papa, & non committitur alteri facienda ad inducendum, seu immittendum prouisum in possessionem Beneficij, &c. quæ literæ in forma gratiosa, expeditæ habent cordas sericas rubri croceique coloris; & isti executores, qui solent esse canonici, aut alias in dignitate Ecclesiastica constituti, quos pars petit seu nominat, dantur alia Bulla separata, & distincta sub eadem data, quæ dicitur executoria, & habet cordas canapi, nisi fiat expeditio per cameram, nam † tunc possunt poni gratio-
3 sa, & executoria simul in vna Bulla, vt ait, Hieronym. Paulus *in practica Cancellar. in notabilibus super beneficiis reseruatis versic. nota quod in literis.* Rebuffus *in praxi in forma, & declaratione nouæ prouisionis in 4.* Bullæ p. vt in literis quas ponit Flam. Parisius *de resign. Benef. lib. 8. q. 7. sub n. 109.* quæ sunt per cameram expeditæ, non per cancellariam, & ita quotidie videmus, & tradit Mand. ad Lapum *alleg. 117. lit. D.* vbi ponit formam.

Alij executores dantur pro executione † litera-
4 rum in forma dignum, id est, quando collatio, seu prouisio, non fit à Papa, sed remittitur facienda præuio examine (& sic literæ istæ dicuntur etiam mandatum prouisionis, seu de prouidendo) quia prouisus non fuit Romæ examinatus, nec fuit missa approbatio ordinarij, quo casu ponitur in calce supplicationis, & *quo ad prouisionem committatur in forma dignum nouissima.* Ex tunc expediuntur duæ Bullæ, & ambæ cum cordis canapi, quarum formulam ponit Paris. 5. *in sua constitutione 162.* in Bullario, & ponitur à Flam. Paris. *dict. quæst. 7. sub num. 187.* iuxta quam in Bulla, seu literis principalibus, quæ diriguntur ad ordinarium, & regulariter ad vicarium seu officialem dicendo verbi gratia *officiali Abulensi. &c.* & committitur & mandatur eidem, vt si N. idoneum esse reperierit Beneficium eidem infra 30. dies postquam literæ † sibi præsentatæ fuerint authoritate Aposto-
5 lica conferat, & assignet, &c. in altera vero bulla, quæ dicitur executoria, committitur & mandatur vni ex propinquioribus Episcopis siue eorum Vicario, seu Officiali, & regulariter Officiali vnius ex propinquioribus Episcopatibus, quem pars eligit, vt si ordinarius infra prædictos 30. dies beneficium non contulerit illis elapsis si prædictum N. idoneum esse reperierit, &c prædictum Beneficium eidem conferat, & assignet, &c. vt latius habetur †
6 in dicta constitutione, circa quæ opere pretium erit examinare aliqua dubia, quæ in praxi frequenter concurrunt.

Primo dubitatur, an requiratur receptio, † &
7 præsentatio literarum, vt executor possit procedere, &c. & respondetur affirmatiue, nam licet iuris-
8 dictionem acquirat à tempore datæ, † illam tamen exercere non potest ante præsentationem, & receptionem literarum *ex. super eod. 2. de appellat. ad fi.* Ioannes Andreas *in cap. eam te, de rescript. in fi.* Cortes. *4. part. c. 1. nu. 21.* late Ant. Gabr. *de executione rei iudicatæ conclus. 3.* Molina *de iustitia. 3. tom. disput. 599. num. 2.* † & dictum est supra *part. præceden. cap. 1. nu.*
9 349. vbi vide, & limitationem adductam per Puteū *decis. 275. lib. 3.* Rotam *decisione 230. lib. 2. part. tertia diuersorum,* de qua per Mandos. *regula 27. cancellaria q. 17.*

10 Vnde inquit Staphileus *de literis gratiæ † titul. quibus modis expirent literæ ad Beneficia num. 7.* quod non sufficit ostendere executori bullam, existentem in plumbo, licet illam sit plumbata, ex quo requiratur receptio literarum, quamuis in tribunali auditoris cameræ, vt intelligi, hoc non bene seruetur.

Vnde etiam infertur translationem pensionis non valere, † nisi literæ facultatis fuerint exhibitæ 11
coram iudice, seu executore, Crescen. *decis. vlti. de concess. præbend.* alias 197. Mohed. *decis. 18. de renuntiation.* alias 189. Mandos. *de signatura gratiæ tit. de translatio. pensionum vers. nunnunquam.* Massa ad formiculam cameralis obligationis, *de processu in princ. num. 5.* Ferretus *consilio 85.* Flamin. Paris. *de resignat. Benef. libro 6. quæstione 4. numero 37.* & Sallust. Tiberius *in pract. auditoris cameræ libro 3. cap. 6* nouæ additio, & Rota in vna Toletana pensionis de anno 1547. coram Cota *1. part. diuersorum dec. 69. & 25* aut saltem processus fulminatus, in quo ipsæ literæ sunt insertæ, † seu sumptum in forma vidimus, dummodo 12
postea constet de originalibus, quando pars opponat, Achilles *decis. 55. & 419.* Puteus *decis. 246. libro 3.* Cresc. *2. de officio delegati, & prima de probatio.* Mandos. supra *versiculo quaro clausula.* † & Flaminius *numero trigesimooctauo,* vel supplicatio signata, quando 13
adest clausula, *etiam literis non expeditis,* vel quod *sola signatura sufficiat,* vt in pensionibus pro Palatinis. Mandosius *dict. versic. nunquam,* & Flamin. *numer. 36.*

Quamuis Gambarus *de officio legati † libr. 6. quæstion. 31. ex numer. 638.* dicat valere translationem 14
factam literis non expeditis, postquam literæ reperiebantur expeditæ de præsenti, & ita maiorem partem Rotæ placuisse.

Milites vero S. Petri, & alij habentes † faculta- 15
tem vigore suorum priuilegiorum transferendi pēsiones coram notario, & testibus, possunt illas trāsferre, etiam non ostensis priuilegiis, Puteus *decis. 344. lib. 2. & decis. 1320. lib. 3. part. 3. diuersorum,* Mandos. *supra vers. milites S. Petri,* & Flam *d. quæst. 4. nu. 40. & 41.* Nec etiam erit illis necessarium ostendere literas reseruationis pensionis, cum translatio nō fit illarum vigore, sed suorum priuilegiorum, & de translatione pensionum vide dicta supra *1. q. c. 5. illat. 11. à num. 239.*

Et aduerte quod ad exercitium iurisdictionis † 16
requiritur præsentatio literarum originalium, vel alias authenticarum Abb. *num. 6.* & Felin. *8. & 9. in cap. cum iure peritus, de offic. deleg.* Lud. Gomezius *in capitul. statutum, numero 60. de rescriptis in sexto,* nec sufficit transumptum factum à notario, seu subscripta.

Et fuit resolutum per Rotam in vna Trident. † 17
Beneficij del Rosal 12. Decembris 1594. coram D. Penna vt in sequenti decisio. quæ est notanda. *Aparitius de Setien. ad fundandam litem narratam in gratia sine vers, quam impetrauerat à felic. record. Sixto Papa V. de hoc Beneficio vtebatur decreto quodam citationis, Ordinarij Trident. cui literæ gratiæ si neutri directæ fuerant, quod cum ad effectum excludendi litem necessario, versificandam ad sustentandam gratiam si neutri nullum prorsus, & inualidum fuisse prætenderet Alphonsus de Samaniego, vtraque parte super dubio dando informante dubitauit, an coram ordinario Trident. fuissent præsentatæ literæ originales, vel aliàs, ita authenticæ, vt decretum citationis illarum vigore factum foret legitimum, & validum, ad dictum effectum litis introducendæ? Et domini vtraq. parte*

informante contuerunt, non constare coram ordinario fuisse praesentatas literas originales vel alias authentic. & propterea decretum citationis illarum vigore factum fuisse nullum, quia Gregorius quidam qui die 27. Iunij anni 1587. nomine Aparitij comparuerat coram ordinario ad notificand. ei gratiam Aparitij, & petend. executionem eiusdem gratiae, solam exhibuit quandam copiam praedictae prouisionis subscriptam per quendā Balthasarem Rodriguez, assertum notarium, qui asserebat praedictas literas Apostolicas sua propria manu fideliter ex propriis originalibus transumpsisse, & rogatum subscripsisse, hinc enim constabat coram ordinario non fuisse productas literas originales, ideoque iudicem nulliter citationem decreuisse, cum non aliter habuisset iurisdictionem, vel eius exercitium, nisi originali, vel authentico rescripto sibi solemniter praesentato. Rota decis. 20. de conceß. praebend. in nouis, & decis. 4. de officio deleg. in antiquis. Aegidius decis. 110. versic. circa tertium dubium. Felin. in c. eam te num. 21. de rescr. & in cap. scisictatus num. 12. & 13. eod. tit. Cassad. decis. 8. num 10. & seq. de restit. spolia. & decis. 23. super regulis Crescen. decis. 5. num. 4. de fide instrument. eadem decis. 13. de conceß. praebend. Achilles decis. 2. de offic. deleg. Roma. consi. 353. num. 8. & ratio est, quia executor certus esse debet de sua iurisdictione per exemplar, & non per exemplum minus solemniter praesentatum, maxime cum rescripti praesentatio sit de processu, & illius potissimum fundamentum, ideoque fieri debet solemniter per manum publici notarij, & cum appositione testium cum iudici non credatur, Specul. de rescripti praesentatione num. 3. 4. & 5. Eo vero magis defectus apparebat notus, quia neque constabat, quod in actis iudicis commissarij fuissent exhibita Bullae originales, cum in citatione per eum decreta, solum reperiretur inserta copia praedictarum Bullarum: nam idem ille Balthasar Rodriguez, assertus notarius, asserebat se fideliter transumpsisse illud transumptum, ex alio transumpto processus originalis, quod euidenter quoque demonstrat differentiam inter copiam exhibitam, & copiam copiae insertam, in dictatione, quia in copia exhibita deerant subscriptiones expeditorum Cancellariae, quod plane ostendit illud non fuisse originale, nec copiam originali conformem, in copia vero copiae insertam citationem, subscriptione saepe dictarum legebantur. Quia iste defectus tollebatur ex assertione iudicis dicentis in principio decreti citationis se fuisse electum iudicem vigore vnius Bullae Apostolicae Sixti Papae V. scriptae in pergameno, & lingua Latina cum quodam sigillo plumbeo pendente ex filis sericis rubri croceique coloris, quia ex his non inferebatur ad realem productionem dictarum literarum coram illo, cum potius viderentur verba notarij in similibus citationis decretis de stylo apponi solita, quod colligebatur praeterea ex illis verbis in citatione sequentibus, cuius quidem Bullae tenor est qui sequitur, & tamen non sequebatur ibi, nisi tenor alterius copiae, vt supra fuit ostensum, pro quo faciebat consuetudo vltramontes vigens, per quam vt ait Crescen. decis. 87. incipien. executor gratiae, extra Italiam omnes literas de Curia Romana venientes, homines vocant literas Apostolicas. Sed neque authenticam literarū copiam fuisse praedictam coram ordinario, ostendebant plures defectus solemnitatum requisitarum in transumptando. Rursus non constabat praedictum Balthasarem Rodriguez, qui transumptum fecerat, fuisse notarium, neque erat verum illud fideliter transumpsisse, cum inter copiam exhibitam, & copiam copiae in citatione insertam essent variationes, & differentiae supra relatae, vnde nulla eis poterat adhiberi fides. Neque praedictis obstabat Rota decis. 4. de conceß. praebend. in antiq. quod etiam sine copiae praesentatione valet processus, cum videlicet postea quandocunque literae producantur, & de illis constet, quia respondebant domini, illam decisionem fuisse reprobatam, Felin. in cap. scisictatus num. 15. de rescrip. Crescen. decisio 198. incipien. pensionis translatio. Roman. consi. 353. num. 6. Rursus non obstabat decis. Achillis 2. de offic. deleg. vbi Rota tenuit valere translationem pensionis factam coram executore vigore processus fulminati, in quo erant insertae literae Apostolicae: quia respondebatur, 1. insertum literarum in processu fulminato maiorem habere vim, quam transumptum factum à notario, cum in processu fulminato iudex attestetur se vidisse literas originales easque inseruisse & sigillum suum apposuisse, vt declarat Puteus decis. 246. num. 5. lib. 3. Concurrebant praeterea in illo casu multa adminicula, quibus suadebatur credendum fuisse inserto Chitanen. decis. 71. postremo cum fuisset processum extraiudicialiter, sine partis citatione, licebat peragere actum translationis pensionis, Achilles decis. 2. Puteus d. decis. 246. num. 3. vers. non obstat lib. 3. in casu autē proposito iudex executor nō poterat exercere actum sine legitima citatione, praeterea neque decretum citationis poterat sustineri vigore ordinariae iurisdictionis, quia cū processerit tanquā delegatus ad iurisdictionem delegatam se restrinxit, fecit enim actum tanquam iudex Apostolicus vigore literarum, & ideo nulliter processit ex traditis Hostien. Imola, Abb. & alij in c. cum ex officij. vbi Felin. num. 25. vers. 4 conclusio, de praescriptione. nā qui potest procedere ex potestate valida & procedit ex potestate inualida ad quā se restrinxit, nulliter procedit, Puteus decisione 583. n. 3. l. 2. Roman. consil. 353. num. 5. postremo non obstat doctrina Specul. in Rubrica de rescripti praesentatione lib. 2. & titul. de instrumento edit. §. nunc dicamus, n. 11 tradentis modum procedendi in similibus actibus, vt scilicet literae originales transumpteantur ex quo non possunt in actis relinqui, & transumptum paratur in actis, ex quo fiat illud transumptum in decretum citationis inserendum: quae omnia licet obseruasse iudex videbatur. Quia fuit responsum veram esse doctrinam Specul. cum tamen non excludere solemnitates requisitas in trāsumptando, neque veram & realem productionem literarum originalium. Quae proposito casu non fuisse seruata satis liquebat ex supradictis.

Et in eadem Triden. 10. Maij 1595. † coram D. 18
meo Corduba Episcopo Pacen fuit resolutum, standum esse in decisis rationibus adductis in d. decis. constat enim quod iudex non fuit certus de sua iurisdictione, cum non fuisset praesentatum originale, quod ex inspectione actorum bene probatur, ad tradita per Alex. cōs. 55. nu. 12. l. 5. Aym. 107. n. 19. nam praesentatio rescripti debebat fieri solemniter, per manum publici notarij, & cum appositione testium Specul. de rescrip. praesentatione, in princ. & quando hoc deficit iudex non potest dici certus de sua iurisdictione, nec obstare quod praesumitur originale praesentatum, & iudicem certum de sua iurisdictione per inspectionem originalis, eo ipso quod pars Alphonsi comparuit nil opponens de defectu iurisdictionis, & quod originale non fuisset praesentatum, quo casu in tract. doctrina tradita per Enrichum. 4. Abb. Fel. & Bellam. n. 10. in cap. cum iure, de offic. deleg. dicentes quod si pars compareat, ante sententiā nō opponat de defectu iurisdictionis, eo quod originale non fuisset praesentatum, si velit opponere post sententiam, non potest. Nam domini duos terminos considerabant, alterū quod productio iurium sit de actis, alterum quod sint de actis instrumenta quae producuntur: quod ad primum dicendum

dum est, fieri de actis statim quod est facta productio, parte citata, & si non possit dici de actis instrumentum, vt per Mohed. dec. 1. de procurator. quoad secundum iura sunt de actis si registrentur solemniter in illis, vt per Bellam. supra numero septimo, & inde iurisdictio iudicis consideranda est respectu iudicis, & respectu partis: respectu iudicis, productio iurisdictionis debet esse de actis, & fieri per manum notarij publici, cum appositione testium, ad tradita per Specul. supra & respectu partis si opponat debet instrumentum verificari, & registrari, vt tradit Bellam. d. numero octauo, licet vero non constat de productione & actu productionis sed de comparitione quadam coram dicto iudice, & de actu extraiudiciali iudicis sine testibus, cui asserenti se fuisse deputatum vigore Bullae delegationis, non est standum, nisi prius constet de delegatione, quia delegato non competit iurisdictio cum effectu nisi post praesentationem literarum, cap. super eo, de appellatio. & inde tollitur obiectum, quod cum pars fuerit citata ad dicendam contra & comparuerit, & nil opposuerit, iudex potest procedere, cum enim iudex ante dictam praesentationem literarum non habuerit iurisdictionem, contemptus partium non potest validare processum. l. priuatorum. C. de iurisdictione omnium iudicum cum vulg. tenet in expresso Franciscus in dicto capite super eo columna sexta, & ibi Decius numero vigesimo octauo & agitur de conferendo iurisdictionem, quam priuati dare non possunt. Felin. cap. caeterum numero 21. de rescript. & testatur communem Gabr. de executione rei iudicatae conclusione 3. numero 3. cum ergo dicto iudici fuerit praesentatum transumptum ex alio transumpto processus originalis, domini resoluerunt standum esse in decisis, cum illi non potuerit de sua iurisdictione constare ex supradictis.

19 Secundo dubitatur † an Episcopus possit exequi seu expedire praedictas literas, in forma dignum, directa Vicario seu Officiali, & sic an prouisio vigore illarum facta ab Episcopo sit valida?

In quo respondendum videtur negatiue, † nam de-
20 legatio, seu commissio facta Vicario, seu Officiali Episcopo, non censetur ab Episcopo, nec de iurisdictione delegata Vicario Episcopus se potest intromittere, Cardin. q. 9 Bonifacius numero decimoquarto in clem. & si principales, de rescrip. Decius in c. quia Ab. de offic deleg. numero sexagesimosecundo Ripa in capite eam te, numero quadragesimosexto de rescrip. Pauinus de officio, & potesta cap. sede vacan. 2. p. 9. decima num, decimoquarto Bertach. de Episcopo 7. p. 4. lib. 3. 4. Rebuffus in praxi in forma Vicar. num. centesimo sexagesimo primo & in concordat. tit. de forma literarum executor. verb. recusauerint. late Sbrotius de vicario Episcopi lib. 2. quaest. 136. & libro 3. q. 51. qui plures refert, Zerola in praxi Episcopali. 1. p. verb. Vicarius dubio 5. & 2. p. eodem verbo. § primo Martinus Antonius Genuen. in praxi Archiepiscopali Curiae Neapolitanae capite vltimo sexagesimotertio sub numero vndecimo & Zechus de republica Eccles. cap. vigesimo tertio de Vicario Episcopi §. 2. numero 4. vers. 9. Thom. Sanchez de matrim. l. 8. disput. vigesimaseptima numero trigesimo & in ter-
21 minis de collatione, Nau. consi. 5. de offi. deleg. † qui tamen male ait, collationem tunc factam ab Episcopo praebere titulum coloratum. & habere locum reg. de triennali, quod non videtur verum, cum commissio vigore cuius est facta de eo non cantet, &c.

22 Sicut è conuerso non potest Vicarius se † intromittere in causa, seu iurisdictione Episcopo delegata, Decius supra à num. 78. Felinus in d. c. eam te num. decimoseptimo, Rebuff. in locis proxime citatis, & in reg. decimatertia Cancellariae verb. aut Vicarius perpetuus, Nauar. d. consi. 5. num. 2. & consi. 4. praecedenti nu. 4. Achilles in capit. praetorum cap. 4. verb. iustitia, num. 5. Cuchus in institut. maior. lib. 2. tit. 8. num. 116. & late Sbrotius d. lib. 2. q. 135 & Zerola, & Zechus supra, nisi
Episcopus, cum sibi fuerit delegata, † eam Vicario 23
subdelegauerit, non prius, nam causas, sibi delegandas à Papa, & commissiones futuras non potest committere, iurisdictio enim nondum competens, nec actu, nec habitu, committi non potest Rota deci. 2. de offic. deleg. alias 157. & 9. de offic. Vicarij alias octingentesimo quadragesimo septimo in antiq. & 3. de officio Vicarij in antiquior. & 6 de offic. deleg. alias 242. in nouis, Felin. in d. c. eam te nu. 17. & in c. pastoralis. §. 3. nu. 3 de rescrip. Pauin. d. q. 10. parte 2. n. 33. Rebuffus in d. forma Vicariatus à numero centesimo nonagesimo nono & in aliis locis citatis Cuchus d. tit. 8. num. 111. & 115. Sbrotius l. 2. quaest. 34. num. 6. & q. 39. num. 4. & 5. & quaest. 45. & 133.

Quamuis Episcopus recte possit suo † Vicario da- 24
re facultatem conferendi Beneficia, etiam vigore alternatiuae nondum competentis, sed expediendae, seu concedendae, quia per alternatiuam, non datur Episcopo priuilegium, seu noua potestas conferendi, sed solum remouentur impedimenta, vt dictum est praecedenti parte capit. primo numero vigesimo secundo.

Imo Vicarius habens potestatem conferendi, † 25
potest conferre vigore alternatiuae, quae non erat expedita, seu concessa, tempore suae commissionis, licet de alternatiua nulla fiat mentio in commissione, Puteus dec. 458. lib. 2. Thanis decis. 25. Sbrotius lib. 2. q. 86. & posthaec late tradit Gonçalez glossa 42. à numero 6.

Nec obstat tex. in c. eam te, de rescrip. † ex quo iux- 26
ta communem intellectum Inn. ibi de quo Abb. nu. 14. Fel. 16. & Ripa à n. 144. ibid. & Paui. 10. q. 1. p. 1. 20. probatur, quod vbi scribitur capitulo, seu alij vt gerenti vices Episcopi vt praebendam alicui conferat, literae istae, & praeceptum transeunt ad Episcopum,
quia oratio quod ait Ripa † d. n. 46 quod aliud in Vi- 27
cario aliud in vicegerente, quia vicegerens constituitur in defectum, vicarius vero non, respondetur quod illud procedit quando scribitur vicegerenti Episcopi, non vt executori, sed vt tali Vicesgerenti, vt conferant praebendam, seu Beneficium spectans ad collationem Episcopi tanquam gerens, etiam in hoc authoritate Papae vices Episcopi, tunc enim Episcopus tenetur mandatum hoc, seu praeceptum adimplere, quia in effectu fuit factum potestati suae & respectu illius, vt post Innoc. explicant Abb. & Fel. sup. quos sequitur Sbrotius d. q. 136. nu. 9. 10. & 11. esto propter praeceptum talis collatio diceretur facta authoritate Apostolica, & non ordinaria ex glo. in c. cum in aliquibus, verb. concedimus de rescrip. in 6. quā ibi sequuntur Francus n. 7. & alij, & Fel. d. c. eam te n. 11. quamuis Decius ibi n. 35 teneat contradictum communem intellectum, & quamuis Ripa n. 50. & seqq. patet mandatum esse ibi Capitulo, vt executori Apostolico in defectu Episcopi mortui quos Carpit. additio Decij ibi litera, l, in proposito autem scribitur Vicario Episcopi, vt executori, & non vt vicesgerenti Episcopi, & agitur de collatione beneficij affecti, seu reseruati, & sic spectantis ad prouisionem Papae priuatiue ad ordinarium.

Tertio dub. an commissio facta Vicario, † transeat ad successorem, in Vicariatu, seu an Vicarius suc-

cessor possit exequi, & expedire dictas literas, & dispensationes directas Vicario tempore antecessoris.

Et videtur quod sic, † nam delegatio, seu commissio, facta sub nomine dignitatis transit ad successorem in dignitate, cap. quin Abbas, de officio deleg. & ibi Doct. etiamsi successori dignitas sit data in commendam, † Decius in d.c. quoniam Abb. n. 44. Probus ad Monach. in c. nemo de elect. in 6. n. 23. Sarnen. in reg. de triennali, q. 5. vers. ex quibus omnibus infertur. Rebuf. de pacificis possessor. n. 53. alias 42. & Corras. de Benef. 3. p. c. 6. nu. 8 † nisi sit facta delegatio sub nomine dignitatis cum qualitate tamen, ex qua videtur respectus habitus ad personam, & non ad dignitatem, vt in vna Capuana de anno 1552. coram D. Rossanen. in qua fuit resolutum, *quod commiss. facta Episcopo sub nomine dignitatis, cum qualitate tamen, ex qua videtur respectus ad personam habitus, & non ad dignitatem, vt quia committitur Episcopo Tridentino, Neapoli commoranti, durat in persona illius etiamsi transferatur ad aliam Ecclesiam, & non transit ad successorem in Ecclesia Tridentina, Abb.* in c. quin Abb. n. 8. de offic. deleg. *Monachus* in c. statutum de rescr. in 6. vt per Chisanen. *decis.* 36 Guidobonum. 81. Cotam. 69. & Oradinum. 68. & tradit Mandosius *de commissione commiss.* 28. *ad finem.*

29 30 31

32 Sed in proposito communis opinio, tam † legistarum, quam canonistarum, est quod iurisdictio delegata Vicario Episcopi, per eius obitum, vel remotionem ab officio expirat, & sic non transit ad successorē, quia dignitas Vicarij extinguitur per eius mortē vel remotionē, & alius qui subrogatur de nouo creare dicitur, & sic non repetit dignitatem, quae delegationem sustineat, vt in dignitatibus perpetuis, quam sententiam tenent Bart. *in l. more maiorum, in fi.* & ibi Ias. n. 65. & alij *ff. de iurisdictione omnium iudic.* Ant. de Butrio n. 25. Imola 19. Fel. 7. Decius 61. & Berous 100. *in dict. c. quin Abbas.* & dicunt communem Decius, & Berous *ibi.* Gigas *cons.* 48. Cassal. *decis.* 40. *nu.* 22. dicentes eam receptiorem & magis communem, & Cardin. Mantica *de coniecturis l. 8. tit. 17. n. 3* Quam etiam vti communem, & veriorem secuta est Rota vt per Achillem *decis.* 51. seu 3. *de officio vicarij,* & in vna Papien. bonorum. 4. Maij 1578. coram Illustrissimo Lancelloto, quae habetur. 1. *p. diuersorum dec.* 200. Flam. Paris. *de resign. Benef. l. 7. quaest. 24. num.* 78. sequitur etiam Pacianus *de prob. li. 2. c. 33. n. 6.* 33

34 Nihilominus tamen contraria sententia † est aequior, & in praxi recepta, & tenenda, Abb. *in d. ca. quin Abbas. num.* 10. & 11. & Cardin. *ibi, & in clem. 2. de rescript. q. 5.* vbi glossa *verb. principalis,* & Bonifacius *num.* 51. Pauinus *d. qu. 10. 2. parte num.* 13. Probus ad Monachum *in d. c. nemo de elect. in 6.* Gambarus *de officio legat. li. 8. num.* 97. Capra *cons. 37. nu.* 32. Hieronymus Gabriel, qui plores refert *cons. 33. l. 2.* qui ait hoc non solum procedere, quando constat ex coniecturis Papam habuisse rationem tribunalis, sed etiā dubio, Cus[illegible] *dict. tit. 8. à num.* 12. Anastasius Germonius *de [illegible] Cardin. § Hieronymus nu.* 57. Flam. Paris. *de resign. l. 1. q. 11. à n.* 17. Mart. Ant. Genu. sup. *c.* 82. *n.* 2. dicens, in Curia Neapolitana obseruari, & videtur tenere Marchesanus *de commissio. 2. p. c. 6. de commissio appellationis num.* 38. & tenet Sbrotius *l. 2. q.* 67. quamuis *lib. 3. q.* 49. vbi hanc quaestionem ex professo tractat solum, eam sequatur, vbi ex coniecturis percipi possit Papam habuisse rationem tribunalis, & quod alias non recederet à supradicta magis communi, & Thomas Sanchez à *num. decimo & trigesimoprimo.*

Et hanc nostram sententiam alias † secuta est Rota, vt per Puteum *decisione* 487. *lib. 2. & decis.* 151. *libro 2. par. 3. diuers.* & Chisanen. *decisione* 139. de qua supra *p. praeceden. c. 8. n.* 153 & in vna Syracusana illegitimitatis 10. Decemb. 1575. coram D. Cantucio, quae est 2. *p. diuers. decis.* 12. & per Ant. M. Papaz. *in add. [illegible].* ad Rotam *dec. 2. n. 3. & decis. 4. in fin. de officio Vicarij, & decisione trigesima tertia de procurator. numero secundo in nouis.* 35

Et ad rationem contrariae sententiae † supra adductam responderi potest, tunc iurisdictionem delegatam Vicario esse in suspenso, donec alius subrogetur, vel sustineri à tribunali. Quamuis Cuchus *supra n.* 14. dicat Vicariatus dignitatem perpetuam, & continuam esse. 36

Et idem ait Anast. † Germonius *supra n.* 78. in delegatione facta canonico, dicendo canonico S. Margaritae, vel alterius tituli cum in aliqua Ecclesia omnes canonici habent titulum, vt in Cathalonia quod transeat in successorem, & Thomas Sanchez supra *n.* 12. quamuis contra teneant Felin. supra & Decius *num.* 59. 37

Et circa † materiam *d. c. quin Abbas* vltra ordinarios ibi, & *in d. l. more* videndus est Anast. Germonius *in d. § Hieronymo, numero* 41. Thom. Sanchez *d. disput.* 27. 38

Et an hodie dispositio illius tex. † procedat in iudicibus in synodo deputatis, qui dicuntur iudices seculares, iuxta decretum Concilij *sessione* 25. *cap.* 10. *de reformat.* vide infra *parte nona capite secundo à num.* 349. 39

Quarto dubitatur, an vicarius, † seu officialis capituli sede vacante, possit exequi, & expedire dictas literas in forma dignum, & dispensationes directas officiali seu vicario, simpliciter dicendo verbi gratia officiali Abulē. nam commissa Episcopo, † vel eius vicario, certum est non posse expediri per vicarium capitu. sede vacan. cum non sit vicarius Episcopi, sed iurisdictionis Episcopalis, glos. *in d. clem. & si principalis verb. Episcopi,* & ibi Doct. Felin. *in d. c. cum te n.* 17. Pauin. *d. q. 10. 2. p. n.* 2. Lamber. *de iure pat. 3 p. 2. l. q. 1. ar. 7. n. 3.* Cuchus *d. tit. 8. n.* 39. Sbrotius *l. 1. q.* 16. Mar. Ant. Genuen. *c. 84. n. 12. quamuis Zechus d. c. 23. de vicario Episcopi. § 1. n. 1.* dicat dici vicarium Episcopi, etiam qui deputatur à Capitulo sede vacāte, & quamuis contrarium in prop. teneat Tho. Sanchez *d. disput. 27. n. 33.* 40 41

Et quidem in proposito † dubio videtur affirmatiue respondendum, nam vicario, seu officiali capituli sede vacante possunt de iure dirigi delegationes & praescripta Papae non secus ac officiali Episcopi, cum sit vicarius seu officialis iurisdictionis Episcopalis, d. gloss. *verb. Episcopi, d. clemen. & si principalis,* & ibi Imola *n.* 20. Card. 15. & Ab. sub n. 1. Pauin. *d. q. 10. 2. p. n. 8. & 9.* Hier. Paul. *in pract. Cancel. § de iudicibus & eorum ordine vers. item nota.* Rebuff. *in praxi tit. de Vicariis Episcoporum nume. quarto.* Sbrotius *leg. secunda quaest. vigesimatertia numero 3.* & Flores *q. 4. numero* 11. & alij quamuis dubitet Bonifacius *in d. clemen. si principalis num.* 52. & ita in Hispania solent nuntij causas delegare officiali capituli sede vacāte. 42 43

Et licet Vicarius, seu Officialis, † verbi gratia Abulen. capituli sede vacante, non sit vere Vitarius, seu Officialis Episcopi, vt dictum est, tamen Vicarius, seu Officialis Abulen. capit. sede vacan. absolute vere, & simpliciter est Vicarius, seu Officialis Abulen. vt

len. vt patet, ergo, & si sic praesumatur est in aliquibus Episcopatibus Hispaniae sede Episcopali vacante, & ita practice seruare ait Flores ibi, & tenet Thomas Sanchez supra n. 42.

44 His tamen non obstan. contrarium est † tenendum vt certum, attento stilo Curiae, & Cancellariae, quae sede Episcopali vacante non dirigit huiusmodi literas in forma dignum, nec dispensationes, &c. officiali capituli, qui non confidit de illo, sed Episcopo viciniori, seu eius officiali, de quo stilo testatur Hier. Paulus *de practica Cancellariae in prin. vers. circa qualitatem personarum,* & est notissimus omnibus in Curia mediocriter versatis, & apparet ex literis, quae huc transmittuntur directe viciniori, in quibus dicitur, quod quia sedes Episcopatus partium vacat committitur illi, tanquam viciniori &c. & clarius ex literis mutationum iudicum, quae occasione sedis vacantis 19. notatae tempore praedictarum literarum directarum officiali illius Episcopatus simpliciter, vel superuenientis, ante illarum executionem, in quibus in substantia dicitur, quod quia praedictae literae directe fuerunt officiali, verbi gratia Abulen. & sedes dicti Episcopatus vacet, ideo vt dictae literae debitum consequantur effectum, committit viciniori illarum executionem, &c. & vide super hoc literas perinde valere datas anno 1606. cuidam prouiso à Vicario Capituli Abulen. sed vacante, de quodam Beneficio simplici, per resignationem in quibus dicitur, quod officialis procedat ad executionem priorum literarum, in forma dignum, ac si à Vicario capituli executae non essent, absoluendo illum ab inhabilitate, propter intrusionem, & perceptionem fructuum incursa, & remittendo ei fructus perceptos, ita tamen vt prius debeat dimittere libere dictum Beneficium in suis manibus, &c. cum ergo Curia & Cancellaria, nolit committere officiali capituli sede vacante, aperte constat sub nomine officialis, seu vicarij, absolute praelati in literis quae diriguntur officiali, verbi gratia, Abulens. intelligere officialem Episcopi & non capituli.

45 Et confirmatur ex d. constitutione Pij V. 162. † in qua mandatur, quod literae in forma dignum, dirigātur ad Episcopum Dioecesanum, aut ad Vicariū generalem, aut Officialem eiusdem Episcopi, disiunctiue ad elect. impetrantis.

46 Et ita in terminis resoluit Rota in vna † Illerden. pensionis siue vnionis 4. Maij 1588. coram D. Seraphino, vt in sequenti dec. *Iterum causa proposita fuit resolutum sententiam, de qua agitur, fuisse nullam, cum eius delegato fuisset causa a Sede Apostolica Officiali Illerden. cuius officium expirauerat per obitum Epis. & a c. deputatus fuisset alius officialis sede vacante licet successerit c. in locum Episcopi respectu iurisdictionis ordinariae, tamen non succedit respectu iurisdict. delegatae, Abb.* c. cum olim, col. penult. vers. 5 dubitatur, de maiorit. & obed. *Felin.* c. cam te n. 17. de rescrip. *Decius* c. quin Abb. nu. 15. de offic. deleg. *cum alijs per informantes allegatis, quod eo maxime in casu isto procedit, cum ageretur de re in qua c. habebat interesse, & ideo non erat conueniens, vt fungeretur vice iudicis & partis, Bar.* in l. qui iurisdictioni, de iurisdictione omnium iudicum, *& stilus Cancellariae est vt deputentur executores literarum Apostolicarum officiales Episcoporum, non autem capitulorum, & illi officiales non inscribuntur officiales Episcopi Illerden. vel Archiepiscopi Toletani, sed simpliciter officiales Illerden. Toletanus, & sic singulis, non obstat quod dicitur de prorogatione, tum quia non potuit prorogari cum ageretur de alienatione rei Ecclesiae, ad notata per Berouum* consi. 22. nu. 46. l. 2. *Tum quia respectu delegata iurisdictionis non poterat fieri prorogatio.* c. P. & G. in fi. de officio deleg. *Fel.* in c. cum olim, el 1. in prin. eodem tit. *Socinus* in cap. significasti, numero 21. de foro competen. *sed & omnem tollit difficultatem in pronuntiando restrinxit se, & tulit sententiam vt executor Apostolicum, non obstat quod dicitur deputatum fuisse à nuntio, quia non est verum in facto, sed nuntius qui prius inhibuerat reuocando inhibitionem reliquit totum negotium in eo statu, in quo erat ab initio, & ita alias fuit decisum in vna Papien. coram illustrissimo Lancell. de anno* 1579.

Idem etiam nouissime fuit resolutum in † vna Abulen. Beneficij de Mombeltran coram D. Lita vt in decisionibus seq. 47

Abulen. Beneficij 26. Iunij 1596.

DOmini *resoluerunt gratiam Aluari esse verificatam, nam de clericatu constat ex depositione 7. testis super 4. dum dicit, quod de tempore resignationis erat clericus, & presbyter, & sic per consequens non potest dubitari de eius idoneitate, quoad effectum obtinendi Beneficium simplex, quale est, de quo agitur ad glossam* in verb reputamus, in clem. 1. de concessio. praebendae, *& notatur per Doct.* in c. cum in cunctis § inferiora de electione *maxime cum ex depositione p. super 11. constat quod de eo tempore Aluarus erat lector, & fuerat approbatus ad curam animarum, quod autem Beneficium de quo agitur non requirat residentiam, vltra quod id iustificari non debet stante Aegidij* decisio. 675. *& Rota diuersorum* dec. 17. p. 2. *concludenter probatur ex confessione, de qua in precibus Ferdinandi* l. cum te C. de transactio. *Rota* decis. 44. de testibus in antiquis, *valor huius Beneficij expressus iustificatur ex decis. factis ad fauorem Ferdin. & ex depositione p. testis super 50. qui optimam rationem sua deposit. reddit, & etiam deposuit de publica voce & fama, maxime cum pro iustificatione gratiae sufficiat semiplena probatio. Mohed* decisione 21. n. 3 de renuntiatione *Verallus* decisio. 233. part. 1. *fuit dictum in illa Mediolanen. Beneficij 11 Decembr. de anno praeterito coram R.P.D. meo Orano, & in pluribus alijs causis, quod autem Carolo resignanti vna cum pensione eidem reseruata 120. ducatorum, remanserit vnde commode viuere possit, satis ex eo probari existimarunt domini, quod coniuncta deposit. p. testis iuxta 11. & super 3. ar. 6. testis iuxta 10. & super 7. art. 6. & 7. testis iuxta 2. & super 3. art. cum mandato procura per eum dato ad resignandum, constat eidem remansisse redditus scutorum 500. vltra redditus patrimonij, quib mediantibus non est dubium quod quis commode viuere potest, vt ipsi testes dicunt, & experientia docet quae rerum magistra est l. 3.* C. vt in possess. eatur. &c. quum sit, de elect. in 6. *Illud solum mihi difficultatem facit, & non modicam, quod non exhibetur prouisio ipsius Aluari, de cuius iustificatione agitur, sed solum mandatum de prouidendo in forma dignum, quod non est collatio seu promissio, Cassad.* decis. 1. num. 6 lite penden. *& tenuit Rota in illa Salamantina pensionis 23. Iun. 1586. coram bona mem. Bubalo, vnde quemadmodum de potentia ad actum inferri non potest, ita nec de mandato praedicto ad executionem ipsius mandati, quae vti in facto consistens non praesumitur.* l. in bello. §.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lactę. ff. de captiuis, & postliminio reuersis l. asseueratio. C. de non numer. pecu. & c. cum in iure, de offic. deleg. *& licet domini dixerint, quod ex quo Aluarus ab executore fuit inductus in possessionem d. Beneficij, frustra quaeritur de collatione, cum talis inductio propriam vim collationis habeat, vt post Io. Andr. Campostellanum, & alios* in c. transmissa, de elect. *Rot.* decis. 36. de concess. preb. in nouis, *quae etiam praesumitur facta seruatis seruandis stante quod agitur de executione gratiae, absque contradictore, Put.* 144. l. 2. *at tamen animus meus non acquiescit, ex quo primus testis qui solū deponit de possessione Aluari non dicit fuisse in ea immissum ab executore d. mandati de prouidendo, quo casu intraret responsio dominorum, sed solum dicit quod vidit de mense Augusti 1590. publicare, resignationem & accipere possessionem, vnde cum potuisset dictam possessionem propria authoritate apprehendere, vt ex parte Ferdinandi praetenditur, vel de manu alterius quam executoris deputati in dicto mandato de prouidendo accipere non potest, propterea concludi Aluarum in ea fuisse immissum ab ipso executore deputato, ad effectum, de quo agitur ad tex.* in c. in presentia, de probatio. & in l. non hoc C. vnde cognati, cum vulga. *& ideo bonum esse existimo supersedere in expeditione huius causae, & iterum partes super hoc audire, cum melius sit peccare in tempore, quam in iure.*

In eadem † 13. Iunij 1597. coram eodem.

DOmini resoluerunt gratiam Aluari non esse iustificatā quoad collationem, nam ad effectum vt inductio in possessionem Beneficij vim collationis habeat, requiritur, quod fiat ab eo, seu demandato illius qui habet authoritatem cōferendi, Rota in dec. 16. n. 2. de concessione prębendę in nouis. *Oldrad.* cons. 143. *Rebuff.* de pacificis possessor. n. 21. *& ratio est in promptu, quia tunc bene intrat illud vulgare dictum, qui vult consequens, velle videtur omne antecedens necessarium ad illud,* l. ad rem mobilem. ff. de procurato. cum aliis *per Abb.* cons. 76. n. 5. p. 2. *quod quidem intrare non potest, vbi is qui tradit possessionem beneficij, non habet potestatem conferendi, stante quod pro validitate cuiusque actus duo copulatiue requiruntur, voluntas scilicet, & potestas, vt omnibus notum est, vnde cum hoc casu non constet Aluarum fuisse immissum in possessionem beneficij, de quo agitur ab eo, cui directa erant literae Aluari, in forma dignum, & sic ab habente potestatem conferendi, nec de illius mandato illi, &c. & ad illud quod notarius dicat Aluarum induxisse in possessionem, vigore prouisionis eidem factae, fuit responsum non constare de ipsa prouisione, seu collatione a delegato facta, Aegid.* decisio. 248. *Nec circa eam attestationi notarij standum esse, cum notario non sit credendum, nisi de actibus coram testibus gestis, Puteus* decisione quinta numero primo libro tertio *& prout in terminis tenuit Rota in illa Foroliuien. Beneficij 30. Octobr. 1592. coram R. P. Domino Penna, vltra quod vbi etiam constaret de ipsa prouisione, illa vti facta non ab Episcopo, nec ab officiali illius, qui tunc tempore talis esse desierat per mortem Episcopi, de qua deponunt testes Ferdinandi* clem. fin. de procurator. *Panor.* de officio Capituli sede vacante p. 2. q. 10. columna 5 in principio, *sed ab Officiali Capituli nulla omnino esset, cum talis executio specialiter delegata per Papam Episcopo, & officiali illius, sede vacante, non transeat in Capitulum, Aegid.* decisio. 166. Rota decisione 6. de officio delegat. in antiquis, *Fel.* in c. eam te versiculo in mandato, numero 17. de rescrip. cum aliis *allegatis per informantes, & ad illud quod officialis capituli sede vacante sit vere officialis & quod ei dirigi possunt delegationes similes, non secus, at diriguntur Episcopo, & eius officiali sede ipsa non vacante ad glossam* in clementina & si principales, in verb. Episcopi, *vbi Imola* numero 20. de rescrip. cum aliis, *licet per informantes pro Aluaro deductis fuit responsum id quidem posse fieri, sed non fuisse factum, cum attenta data literarum in forma dignum, quae omnino attendi debet* capite eam te de rescript. *vbi glossa* in verb. datam *aperte constat directas fuisse officiali Episcopi, & non Capituli, de quo tunc probabiliter cogitari non potuit, cum adhuc ille in rerum natura non esset, & mors futura Episcopi respectu temporis non esset certa officialibus Papae, qui dictas literas, in forma dignum, certis personis & non incertis dirigunt exequendas, vltra quod per datariam, & Cancellariam executiones huiusmodi literarum, in forma dignum non solent sede vacante delegari officiali* Capituli, *sed Episcopo viciniori, vel eius Vicario, vt bene deponunt testes, de quib. in summario Ferdinandi, an autem hodie dicta gratia de conferendo, in forma dignum, demandari possit executioni per Rotam iuxta* clementinam auditor de rescr. *particulariter videre volunt Domini, considerantes decisionem huius articuli ab eo pendere, an beneficium hoc vacauerit per resignationem, & non per obitum ipsius resignantis?*

Circa quam decisionem animaduertendum † est 49
Praecipuam eius rationem esse illam, quod per datariam, & Cancellariam, huiusmodi executiones non solent sede vacante delegari officiali capituli, sed Episcopo viciniori, vel eius vicario, & si enim solerent etiam delegari officiali capituli, nomine officialis Abulen. veniret etiam officialis capituli sede vacante iuxta supradicta, & si tempore datae non esset officialis cap. sed Episcopi eo mortuo delegatio trāsiret in Vicarium Capituli tanquam successorem in vicariatu Abulen. iuxta dicta in dubio praeced. sicut transiret in vicarium Episcopi successoris, nec iuuabit obseruantia, seu consuetudo contraria aliquorū Episcopatuum Hispaniae, ad effectum, vt in illis possit officialis capituli sede vacante exequi, & expedire dictas literas & dispensationes, nec ad effectum vt collationes, seu dispensationes per eum factae sint validae, non enim potest d. obseruantia, seu consuetudo releuare, nec aliquod ius dare, stante d. stilo Curiae, & Cancellariae, quae est organum Papae, ex quo clare apparet non esse suae intentionis committere officiali capituli, & d. obseruantiam esse contra mentem committentis, in commissionibus namque ac delegationibus attendenda est mens delegantis, cum de ea constat, vt in proposito ad *decisionem secundam* Aegidij, & Rotam in causa Conchen. pensionis supra adducta *praecedente parte, capite 3. dubio octauo numero* 148 & ibi dicta, *& dubio decimo sexto numer.* 241. *& capite primo eiusdem partis numero* 536. vltra quod
sunt etiam multi actus † in contrariū in illis Episco- 51
patibus, maxime in hoc, nā reperiuntur multae Bullę commissae viciniori propter sedem vacantem, & aliae expeditae ante obitum Episcopi, quae narrata morte committebantur viciniori, & aliqui etiam vicarij sede vacan. in hoc Episcopatu nolebant expedire dict. literas, & dispensationes, vnde consuetudo non potest dici vniuersalis, aut potest dici interrupta.

Nec rursus potest in proposito intrare † lex *Barbarius.* 52

rius. ff. de officio praetoris. nam vltra communem errorem requirit authoritatem superioris, vt diximus *praecedenti parte capite. 4. à numero* 281. quae licet deficit.

53 Posset tamen data d. obseruantia, † & consuetudo deseruire ad excusandum partes à mala fide, & vitio intrusionis, vt sibi fiat collatio, praesertim in doctos, error enim praedicti stili est veluti error facti Staphil. *de literis gratiae, in praefatione, versiculo his ita numero quarto & quinto* & faciunt tradita infra *parte nona capite secundo numero vigesimoseptimo & seq.*

Nec taliter prouisum videtur iuuare regulam †
54 *de triennali,* ex quo non habet titulum coloratum ex prouisione Apostolica, vel ordinaria, prout regula requirit, ille enim titul. nec est ab ordinario, nec à Commissario Apostolico.

Et quamuis † in d. causa Abulen. Beneficij de Mō-
55 beltran. 4. Iulij 1597. coram eod. D. Lita fuit resolutum, collationem hodie posse fieri Aluaro, vigore *clem. auditor de rescriptione* in executionem suae gratiae in forma dignum, vt in sequenti decisione *Resoluerunt domini collationem hodie vigore,* clem. auditor de rescriptione *posse fieri Aluaro in executionem gratiae quam habet in forma dignum ea ratione, quia vere beneficium hoc vacauit per resignationē ad fauorem d. Aluari admissā, & non per obitum resignantis licet resignans ipse decesserit, antequam demandata fuerit executioni dicta gratia viribus, & rationibus in illa Burgen. canonicatus* 28. *April. praeteriti coram R. P. D. Pamphilio, quas non repeto breuitatis gratia, nec dubitari potest, quin dispositio clem. auditor habeat locum, etiam in gratia emanata in forma dignum, vt fuit resolutum in vna Legionen. canonicatus* 28. *Octob.* 1574. *coram D. Seraphino, nostro, cuius copia data fuit, & ad illud quod hoc in casu resignatio fuerit facta non simpliciter, sed reseruata pensione ad fauorem resignantis, cum clausula,* & non aliter nec alio modo, *quo fit vt non data effectuali acquisitione dictae pensionis resignanti, pro non facta habenda videatur ipsa resignatio, ad tex.* in l. cedere diem ff. de verb. significatione in l. pecuniam quam ff. si certum petatur, *& notatur per Crescentium* decisione nona de renuntiatione *in impressis, & ita per consequens beneficium huiusmodi videatur potius vacare per obitum resignantis, quam per resignationem, fuit responsum contrarium verius esse, ex quo hac resignatio omnino perfecta fuit, etiam respectu d. acquisitionis pensionis resignanti statim, atque fuit admissa per Papam & in Cancellaria extensi fuerunt consensus resignantis, & resignatarij viuentis,* ad decisionem 228. *Crescen.* d. decisione nona *Gab.* cons. 198 n. 3 l. 1. *Gomez* in reg. de infirmis quaestione 51. *Rota* decisione 471. numero vndecimo & seq. part. secunda *nec respectu resignatarij censeri potest conditionalis, ad effectum, de quo agitur, ex eo quod fuerit admissa in forma dignum, & non simpliciter, si quidem conditio quae inest dictae gratiae, data idoneitate Aluari, quae post modum per hominis ministerium detegitur tunc temporis respectu effectu iuris, & certa, & satis purificata dicitur.* l. institutio talis. ff. de condition. institution. cum aliis, *de quibus in dicta decisione Burgen. Canonicatus coram R. P. D. meo Pamphilio quae tollit omnem difficultatem in hac causa.* Tamen pro parte Domini Ferdinandi de Pesquera † fuit allegatum id procedere confide-
56 rando solum potestatem auditoribus datam per *d. clemen.* sed considerando personam Aluari Gonçalez non posse etiam fieri collationem, quia erat incapax, & inhabilis, cum esset intrusus sine tit. & percepisset fructus tot annis, & quod non erat iam in tempore constitutionis Greg. XIII. de publicandis resignationibus disponentis, quod resignatarius teneatur infra nouem menses capere possessionem, aut illam petere ab iis ad quos pertinet, & consequenter tenetur obtinere collationem, aut illam petere cum sine canonica institutione non possit capi possessio, iuxta decisio. Iacen. portionis & Leodien. canonicatus de quibus infra 11. *p. c. 3. nu.* 320. & gratia Ferdinandi comprehendebat quamcumque vacationem, quae placuerunt dominis, & sic licet decisio non fuit per auditorē extensa, fuit data sententia canonicatoria suae gratiae in fauorem Ferdinandi condemnando aduersarium in omnibus fructibus decursis, & positum sequestrum, & Aluaro petenti data est remissoria ad probandum praetensam consuetudinem Episcopatus Abulen. expediendi huiusmodi commissiones sede Episcopali vacante reseruando quod postea videtur de eius releuantia, cuius remissoriae executione pendente fuit facta concordia inter eos, cum approbatione Papae, manente Aluaro cum Beneficio commissa de nouo eius collatione Ordinario in forma dignum, & data Ferdinando pensione centum ducatorum auri de camera, & quantitate certa pecuniae pro fructibus decursis, & sic non fuit disputatum super releuantia dictae praetensae consuetudinis, quam non posse etiam probari putabat Ferdinandus ex dictis instantiis bullarum & commissionum de quibus supra nu.
51. quae poterant ostendi ex registris Romae, † & qui- 57
do recte proberetur ad summum releuaret ad effectum excusandi à mala fide, & vitio intrusionis, vt sibi de nouo fieret collatio iuxta dict. nisi forte post quam sibi constaret de dicto stilo Curiae retinuisset possessionem Beneficij, & sic incurreret vitium intrusionis ad *c. saepe* ibi, *eo, quod & c. de restitutione spoliatorum,* aut nisi obstaret d. constitutio Grego.
XIII. de publicandis, † aduersus quam non iuuat nec 58
excusat ignorantia & error etiam iustus, vt alias frustra solitum in vna Regien. Hospitalis. 3. Iunij 1588. coram Domino Bubalo, Flamin. Parisius *de resignatione beneficiorum libro vndecimo quaestione tertia ex numero* 70.

Quinto dubitatur, an vbi ordinarius, cui † sunt 59
directae literae principales in d. forma dignum infra 30. dies non confert Beneficium impetranti sub praetextu quod non est idoneus, vel quod literae sunt subreptitiae, &c. & ita declarat, possit recurri ad secundum executorem vigore Bullae executoriae quae dicitur rigurosa, vt eum examinet, aut literas, & cōstando eum esse idoneum, aut literas iustificatas illi conferat beneficium vigore dict. Bullae. In quo videtur affirmatiue respondendum nam in dict. Bulla executoria secundo executori mandatur, vt si ordinarius infra dictos 30. dies postquam literae sibi praesentatae fuerint impetranti beneficium non contulerit, ipse illis elapsis eidem si idoneum esse repererit authoritate Apostolica conferat, &c. & verum est in praedictis casibus ordinarium infra 30. dies non contulisse, & ita video practicari in hoc Episcopatu Abulensi ac Segobiensi & Salamantino.

Nihilominus tamen contrarium est asserendum, 60
nam iurisdictio † data secundo executori seu secunda delegatio in terminis dictarum literarum executoriarum, est conditionalis, si primus executor fuerit in mora, ad ea quae habentur *in c. si capitulo, de concessio. in praebenda in* 6. vbi Anch. *n.* 21. Rebuf. *in concor-*

datus in forma literarum executor. verb. recusauerint, vel verb. distulerint. de qua negligentia debet secundo constare priusquam procedat, vt alias fuit decisum in Rota, & sic iurisdictio data secundo si primus infra 30. dies non contulerit, censetur data, vbi primus negligens fuerit vel per eum steterit, quin executioni literæ demandentur, & sic si primus denegat executionem sub prætextu surreptionis literarum, vel quod non est idoneus, &c. si parum sentit se grauatum ex tali sententia debet appellare, non autem recurrere ad secundum executorem cuius iurisdictio expirauerat. Ita fuit resolutum in causa Bergomen. parochialis 15. Feb. 1575. coram D. Oriolen. & in causa Caputaq. Benef. 23. Mar. 1595. coram Dimeo Cordub. Epis. Pacen. & fuit dictum in vna Palentin. præ-
62 stimoniorum 26. Apr. 1599. coram eod. D. Cordub. vt in seq. decis. *In causa Palentina præstimoniorum, in qua vna tantum pars informabat, cum dubitaretur, an sententia officialis Legionen. esset infirmanda? plures occurrerunt inspectiones. Prima an adesset defectus iurisdictionis in d. officiali, qui erat secundus executor in literis nominatus, cuius facultas intelligitur, si primus fuerit morosus, vel negligens in conferendo, secus si ex iusta causa non contulisset, vt fuit resolutum in causa Bergomen. parochialis 25. Febr. 1575. coram bonæ mem. Oriolen. & in causa Vrbinaten. parochialis 28. Nouemb. 1583. coram illustrissimo Cardinalato, sed hæc difficultas fuit sublata, stante quod officialis Burgen. prim. executor nominatus voluit procedere ad executionem literarum, quia ipsemet erat intrusus in nonnullis ex dictis præstimoniis. Secunda erat, quantum ad sententiam, quia duo videbatur capita continere. Primum inualiditatem vnionis, in quo dixerunt domini sententiam esse iustam ex defectu probationis, quia ad hoc vt cadant sub indulto, necessarium erat, quod præstimonia excedant valorem viginti ducatorum. cum ergo existente Francus. 2. eo & possessore oppositum fuerit per seminarium de vnione, at inde non esse locum prouisioni illius onus probandi excessum viginti ducatorũ spectabat ad seminarium, Moked.* decis. 130. *alias 9. de probatione.* Crescentius *decisione nona* de rescriptione. *quod cum non appareat probatum, dixerunt domini vnionem non obstare, &c. Secundum caput continet bullas habuisse locum, & narratiuam in eisdem factam esse veram, hoc autem dependet ex eo an ex actis gratia appareat iustificata, & data copia illius poterit de hoc particulariter videri.*

63 Et idem fuit resolutum † in vna Tirasonen. Capellaniæ 7. Maij 1600. coram D. Pamphilio, vt in sequenti decisione *Domini dixerunt constare de attentatis. vtraque enim possessio Petri sub die 7. Decemb. 1596. & 4. Nouembr. anni sequen. fuit capta ex decreto secundi executoris non solum post ipsius appellationem à sententia officialis Tirasonen. qui declarauerat, literas Apostolicas non esse exequendas* l. prima & toto titulo nil nouari appellatione pendente, *sed etiam post præsentationem commissionis causæ appellationis in Rota per quam respectu ipsius Petri qui causam commisit lis dicebatur introducta, Cassa.* decisione sexta num. primo super regulis *Sarnensis* de Triennali, qu. sexagesima prima num. vigesimo, *Puteus* decisione 481. libro secundo. *neque obstat quod possessio fuerit capta in vim processus fulminati, nemine existente in possessione, quia stante clausula gratia, verificato prius coram officiali Tirasonen. iure patronatus ex fundatione, & dotatione, quæ induxit conditionem* l. à testatore ff. de condit. & demonstrat. *& requirit causæ cognitionem Ægid.* decisione 68. *&* Thom. de Thanis decisione 65. *cessat virtus processus fulminati qui absque aliqua verificatione, & causæ cognitione, mandat tradi possessionem, neque obstat quod ante captam possessionem fuerit verificatum ius patronatus coram dict. officiali, quia ipse etiam declarauerat non esse procedendum ad vlteriorem executionem literarum Apostolicarum, & ideo non potuit obtineri possessio ab isto secundo executore, cuius potestas est restricta in casum negligentiæ primi executoris, non autem quando primus reiecit pronunciando literas Apostolicas non esse exequendas, quia tunc cessat via executiua, & adeundus est superior per viam appellationis ordinariæ, vt fuit resolutum in causa Bergomen. parochialis 25. Febru. 1575. coram Domino Robusterio maxime cum esset mixtus executor præter clausulas de quibus in gratia, & via conclusum fuit pro attentatis, & sic per sequestrum iuxta* decis. *Cassad.* 3. n. 6. de restitut. spoliator. cum vul. &c.

Vnde prouisum in dicto casu à secundo † executore non videtur iuuare regula de *Triennali* ex quo non habet titulum à commissario Apostolico, nec ab Ordinario, & sic non habet titulum coloratum prout requirit. 64

Nec contra prædictam resolutionem obstabit dicere, † quod in casu *dict. capit.* si capitulo executor datur expresse in casum negligentiæ, vt apparet ibi *ac executors qui eodem capitulo negligente mandatum Apostolicum exequatur, &c.* In proposito autem datur simpliciter secundus executor, in casu quo primus infra triginta dies non contulerit non facta mentione de negligentia, quia respondetur quod dicere, quod si prim. inf. triginta dies non contulerit illis elapsis secundus conferat, nihil aliud est quam dicere quod si primus fuerit negligens in conferendo infra triginta dies secundus conferat, nam clarum est quod dictus terminus triginta dierum statuitur ordinario primo executori non in fauorem ipsius, sed in odium negligentis, sicut semestre præfixũ ordinariis ad conferendum vt *in cap. quia diuersitatem de concess. præbendæ* vbi doctores, & *in capitulo 2. eodem titul. & capit. licet de supplenda negligentia prælatorum,* Franc. *in capit. statutum numero tertio de præben. in 6.* alias dicendum esset quod etiam si non staret per primum executorem, quin literæ executioni demandentur curreret ei tempus, quod tamen apparet esse falsum. 65

Præterea id aperte constat † ex natura dictarũ literarum, quæ dicuntur executoriæ vt in d. constitutione Pij V. ad effectum vt in defectum, & negligentiam primi, secundus exequatur, & non sunt nec dici possunt literæ delegatoriæ appellationis vt ex eis apparet. 66

Ex quib. etiam † tollitur alia ratio, quam contradict. resolutionem quidam allegabat, videlicet quod d. verba, *si infra triginta dies non contulerit,* comprehendunt casum voluntatis & impotentiæ, sicut in vulgari substitutione verba *si hæres non erit*, comprehendunt casum voluntatis & impotentiæ, scilicet *si hæres non erit*, quia noluerit, vel quia non potuerit, ex doctrin. Bar. *in d. l. 1. ff. de vulgari num. 13.* communiter approb. ad quam solet allegari textus *in l. cum pro pœnas. C. de hæredibus instituen.* licet ibi vterque casus fuit à testatore expressus, vt aduertit *ibid.* Ias. *num. 3.* & Ripa *in d. num. l. 1. 89* respondetur enim in proposito subiectam materiam, & diuersitatem rationis aliud suadere, nam vt probatũ est, dictus terminus triginta dierũ statuitur ordinario primo executori in odium negligentis, & in eius defectum 7

datur

datum secundus executor & non in gradu appellationis.

68 Nec obseruantia, & consuetudo † contraria aliquorum Episcopatuum iuuabit ad validitatem prouisionis factæ à secundo executore in d. casu ex dictis dubio præceden. vnde infertur quod si officialis cui primæ literæ in forma dignum sunt directæ,
69 non † posset illas exequi, quia erat mortuus Episcopus & sic sedes vacabat, vel quia erat intrusus, seu contradictor cum quo lis pendebat, vel ex alio impedimento, d. secundus executor non posset procedere ad executionem, cum tunc non detur † negli-
70 gentia primi. Nec obstat. tex. *in cap. si constitutus de rescriptis, & in cap. prudentiam § ad hæc de offic. deleg.* diuersa enim est clausula, *quod si omnes interesse nequiuerint* de quibus, quæ intelligitur de impotentia tam facti quam iuris, & includit voluntatem.

71 Et cum adest legitimus contradictor non † habet locum, sed cessat prædictus terminus 30. dierum, cum tunc cesset via executiua. vt dicitur in d. dec. Tirason. Capellaniæ supra adducta n. 63. & executor debeat assumere partes iudicis, & iudicialiter procedere, &c. vt infra dicetur. 8. *dub. à* 110.

72 Sed stante quod in supradicto casu † non potest recurri ad secundum executorem vigore literarum executoriarum, offert se dubitatio ad quem sit appellandum & recurrendum, & videtur appellan-
73 dum esse ad Papam, cum tunc Ordinarius † sit executor, & delegatus Apostolicus, & consequenter, pronuntiando non esse locum executioni literarum qui non reperit impetrantem idoneum, vel quia literæ sunt surrepticiæ pronuntiat, vt iudex Apostolicus ad *legem primam ff. quis & à quo appellatur.*

74 In contrarium tamen, vt possit appellari † ad Metropolitanum, facit quædam declaratio S. Congreg. Conc. in Cesenaten. quæ habetur inter declarationes super *cap. 18. sess. 24. de reform.* his verbis, *et qui exhibuit bullam parochiæ sibi resignatæ Episcopo Cesenaten. & reiectus est ab examine de quo fidem examinatorum affert, visum est dandam appellationem ad suffraganeũ Rauenate*, quam declarationem affert Flam. Paris. *de resignat. lib. 10. q. 7. n. 25.*

75 Ad istam declarationem cogitabam dici posse, † quod solum procedit, & loquitur in resignatario, seu alias impetrante parochialem in forma dignum, qui in examine non fuit approbatus, sed reiectus, seu reprobatus, hic enim videtur posse appellare ab ista reiectione & reprobatione ad Metropolitanum, ex eo quod examen in forma dignum ad parochiales debet fieri, adhibitis etiã tribus saltem examinatorib. in synodo deputatis si ibi sint, alioquin ab ordinario ipso eligendis, vt in ipsis literis ad parochiales in forma dignum, expresse dicitur, qui examinatores habent votum in reiiciendo, seu reprobando, sicut etiam in approbando, vt in S. Concil. *d. cap. 18.* & apparet ex dictis infra 9. *pa. cap. 2. à num. 54.* & sic cum in prædicto casu reiectio, seu reprobat. necessario fiat ex voto examinatorum, qui in suo ministerio non funguntur authoritate Apostolica, potest ab illa ad Metropolitanum appellari, qui si eos male reiecisset, resignatarius, eum quem idoneum esse repererit, remittet ad ordinarium, vt vigore literarum authoritate Apostolica ei conferat parochiales infra 30. dies, infra quos si fuerit negligens in conferendo, tunc vigore literarum executoriarum recurri poterit ad secundum executorem.

Nec obstat quod ex dict. decreto Concilij † *cap. 18.* non datur appellatio à reprobatione examinatorum etiam stante constitutione Pij V super collat. parochialium ex qua S. Congreg. respondit non dari appellationem à reprobatione examinatorum, sed dũtaxat à mala ordinarij electione in concursu, vt dicitur *d. cap. 2. 9 par. 17. dubio à nu. 133.* quia respondetur id procedere tantum in examine in concursu, etiam si vnus tantum sit oppositor, secus vero in examine in forma dignum, in quo reiectus si prætendit se grauatum, recte potest appellare, saltem ad effectum deuolutiuum, ex quo habet ius ad parochialem, sicut de præsentato à patrono laico dicetur *d. dub. 17. n. 245.*

Vnde quod dictum est, appellandum esse † ad Papam, habebit locum in concessionibus aliorum beneficiorum, in forma dignum, in quibus approbatio committitur soli ordinario, ac etiam in parochialibus, quando ordinarius denegat executionem literarum sub prætextu subreptionis, seu alterius defectus literarum. 77

Aduertendum tamen erit, quod † Metropolitanus ad quem reiectus, seu reprobatus appellauit, debebit illum iterum examinare cum examinatoribus synodalibus, si eos habeat, alioquin cum tribus à se electis quemadmodum executor facere debebat, & facit d. constitutio Pij V. vbi habetur quod appellans à mala electione prælectum ad nouum examen coram ipso appellationis iudice & eius examinatores prouocet, &c. 78

Vnde videtur, quod si in hac prouincia † Compostellana, reiectus reprobatus appellare velit ad Metropolitanum, recurrendum erit ad ipsum Archiepiscopum, seu eius Vicarium generalem, residentem in ciuitate Compostellana, vbi sunt eius examinatores synodales, nec poterit recurri ad iudicem Metropolitanum Salamanticæ residentem, ex quo ibi non sunt examinatores synodales Diœcesis Compostellanæ cum quibus examen faciat. 79

Sed dubitatur, an interposita dicta † appellatione possit recurri ad nuntium, qui solet habere facultatem causas quarumcumque appellationum à quibuscumque iudicibus ordinariis, & etiam à sede Apostolica delegatis interpositarum, & interponẽdarum audiendi, fine debito terminandi, seu causas ipsas alij, vel aliis idoneis delegandi, & sic non obstat *c. 2. de offic. legati.* 80

Nihilominus tamen videtur non posse † ad Nuntium recurri, nam excipiuntur causæ beneficiales in dicta sua facultate, quæ vt habetur in facultatibus Domini Cæsaris Speciani Nuntij Sixti Quinti in Hispania, sic ait, *nec non harum criminalium, & matrimoniales ac quascumque alias Ecclesiasticas, profanas, ciuiles, criminales, & mixtas causas ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, non tamen beneficiales, sine præiudicio Ordinariorum quoad causas huiusmodi in prima instantia coram eis iuxta prædicti concilij Tridentini decretum cognoscendas, tam per viam simplicis querelæ, quam etiam quarumcumque appellationum à quibuscumque iudicibus ordinariis, & etiam à sede prædicta delegatis interpositarum, & dicta durante legatione interponendarum motas, & inchoatas, ac interim mouendas cum earum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, & connexis, etiam summarie simpliciter, & de plano ac sine strepitu & figura iudicij, sola veritate inspecta terminisque substantialibus vnico contextu, vel etiam non seruatis, sed illorum loco præfixo termino arbitrio tuo procedendo, audiendi, &* 81

ne debito terminandi, &c. seu causas ipsas alij vel aliis idoneis modo, & forma præmissis ac cum simili, vel limitata potestate pariter audiendas, & terminan. delegandi. Ex qua clausula, & exceptione ibi, *non tamen Beneficiales*, apparet Nuntium non posse se intromittere
82 in causis beneficialibus vllo modo † etiam per appellationem ab Ordinario. Et causæ beneficiales videntur intelligendæ in proposito quomodocumque tractetur, seu agatur de Beneficio principaliter ad *Clement. dispendiosam de iudiciis*, & quæ ibi notantur.

83 Quamuis dicta clausula non obstante † fuerint nihilominus data breuia aliquando in causis beneficialibus per Nuntios Hispaniæ, qui deberent melius attendere obseruare suas facultates, illasque non excedere, prout sæpe faciunt, etiam concedendo multa quæ Papa non concederet, non sine scandalo, & nota cupiditatis, ac animarum periculo, quæ sine iniuria alicuius dicta sint.

84 Vnde in vna Calagurritana patronum † 12. Ianu. 1596. coram illustrissimo Cardin. Pamphilio fuit nulla declarata quædam sententia in causa Beneficiali lata vigore breuis Nuntij Hispaniarum, vt in decis. seq.

Licet plures opponerentur nullitates contra sententiã Archidiaconi Salamantini, alias tamen pro nunc omissis de quibus agetur si opus erit, domini amplexi sunt illam quæ deducitur ex defectu iurisdictionis, prouenientis ex commissione Nuntij, qui non potest committere causas beneficiales quæ expresse in suis facultatibus sunt exceptæ, vt fuit visum de anno præterito in causa Legionẽ. parochialis coram Domino meo Comitulo, & etiam quod potuisset non tamen in ciuitate Salamantina, quæ vt in facto deducitur distat à Diœcesi Calagurritana vltra tres dietas. Vnde intrat dispositio Concilij generalis de quo in c. nonnulli, de rescript. *cui solus Papa potest derogare, & non alij inferiores, vt notant omnes* in cap. 1. de iudiciis, *& cessat omnis difficultas ex clausula in commissione apposita, dummodo non vltra tres dietas, quæ limitat, & restringit iurisdictionem, vt extra illa, non censeatur concessa* argum. cap. cum dilecta de rescrip. l. diligenter. ff. mandati cum similibus.

85 Et post hæc tradit Gonçalez §. 2. † *proœm. numero* 59. dicens, fuisse etiam dictum in alia Calagurritana Beneficij 5. Maij 1600. coram Domino Seraphino, & alias pluries, qui tamen male ait non habere Nuntium iurisdictionem in causis beneficialibus excedentibus valorem 24. ducatorum, cum in dicta clausula absolute excipiuntur causæ beneficiales. Et ad hunc effectum, & alios similes concludit *à nume. 65.* tunc dici causam beneficialem quando agitur duntaxat de collatione iam facta, vel facienda, & sic de titulo seu iure in re, vel ad rem, tam in petitorio, quam in possessorio, gloss. *verbo beneficiis in dicta clementina dispendiosam* vbi Vitalen. *n. 5. & 32.* Cardin. *à num. 15.* Millis *verbo Beneficialis causa*, & sic fuisse resolutum in dicta Calagurritana Beneficij 5. Maij. 1600. quod si ex parte vnius agitur de obtinenda collatione Beneficij, & ex parte alterius prætenditur quod nõ sit locus collationi, sed quod debeat fieri suppressio illius, tunc non dicetur causa proprie beneficialis, & Nuntius poterit illam committere, & terminare, & id etiam fuisse iterum decisum in ead. causa ad effectum dandi remissoriam 17. Ianu. 1602. coram Dom. Cordaba Episcopo Pacen. & similiter refragatur de vnione perpetua Beneficij ait, causam desinere esse beneficialem, secus vero si solum agatur de vnione tẽporali facienda de vno Beneficio, alteri Beneficio, quod aliquis possidet ad vitam tantum illius, nam tunc dicetur causa beneficialis Cassad. *decis. 3. de iudic.* Sed id quod dicit Gonçalez causam non esse beneficial. vbi agitur de suppressione aut vnione perpetua beneficij, seu vbi agitur de beneficio, vt de proprietate, vt docet glossa *dict. verb. Beneficiis*, Cardin. *d. n. 15.* & Bonifac. *nu. 42. in d. clementina dispendiosam.* Accipiendum est quando causa proprietatis vnionis, aut suppressionis principaliter deducitur ex parte actoris, Cardin. *d. n. 15.* secus vbi ex parte actoris agitur de beneficio, vt benefi. & tit. dicitur beneficialis, & consequenter Nuntius non habebit in ea iurisdictionem, quia ex persona actoris ius metimur *l. 1. §. 1. ff. si pars hæreditat. petatur*, Cassad. *decis. 13. super reg.* Sarnen. *in reg. de Annali q. 25* & ibi, Mand. *q. 14.* & dicitur alias inf. *vlt. p. c. 1. n. 40. & seq.*

D. tamen Camillus Caietanus, † & Cardin. Domin. Gimnasius Nuntij Clementis VIII. sine difficultate dabant breuia ad causas beneficiales, & de eis cognoscebant, forte non habebatur d. restrictio in suis facultatibus, quod ex eis apparet, Et non stante 86
illa † posset ad nuntium appellari à reprobatione qui appellantem deberet examinare cum tribus saltem examinatoribus, à se electis, cum ipse non habeat examinatores synodales. Et in causa Abulen. parochialis de Varronian in qua vicarius primus executor literarum resignationis in forma dignum, declarauit non locum earum execut. fuit appellatum ad eum. 87

Sexto dubitatur an ordinarius primus † executor possit executioni mandare dictas literas in forma dignum, & conferre lapso d. termino triginta dierum postquam ei præsentatæ fuerunt, & sic moram purgare re integra, an vero statim lapso termino in secundũ executorem ista deuoluatur potestas, vt primus si velit non possit iam parere mandato, & ad executionem literarum procedere etiam volente parte. 88

Et non posse moram purgare tenet Innocen. † *in cap. proposuit de concessione preben. argum. cap. literas eod. titul. & l. mancipiorum. ff. de optione legata*, sequitur Domin. *in d. c. si cap. de concess. preben.* per tex. *ibi.* Staphil. *4. forma mãdati de prouid. n. 2.* Gom. *tract. de mandatis de prouid. num. 21.* & Cochus *d. lib. 1. tit. 7. nu. 25.* qui dicant id maxime procedere quando executor lapso termino pronuntiasset se solum debere exequi. 89

Contrarium tamen tenet Compostellan. *in cap.* † *de rescript.* quia non dicitur in executorem deuoluta potestas, quin pri. parere possit sequitur Archid. *in dict. capit. si capit.* & Francus *num. 3.* qui id bene probat, & ait procedere vbi executor ad vlteriora non processit, id est reintegra, alias secus puta si pronuntiasset se solum debere exequi, aut inhibuisset, aut decretum apposuisset, tunc procedere opinio Innoc. ex quo tunc in totum reuocatur potestas de manibus p. 90

Septimo dubitatur an si data in veritate † negligentia primi executoris, secundum cui de ea non 91
constat procedat, valeat eius executio, & processus? Et videtur dicendum valere attenta veritate (quamuis male egerit) ex *decis.* Rotæ 1. *de probatio. in antiquor. & 4. de offic. delegat. in nouis.* Ægid. *decis. 359.* † 92
Roma *singul. 13.* Felin. *in cap. sciscitatus num. 12. & 14. versi. est tamen casus de rescrip. & in cap. cum ex officio num. 29. de præscri.* Millis *in rep. verb. iudice deleg.* si fuit plures Curt. Iun. *cons. 63. numer. 11.* vbi habetur quod

quod executio gratiæ ab vno ex executoribus datis cum clausula, *quod si non omnes*, facta non constitutio
93 de impedimen. alterius † valet, dummodo postea de illo constet quod non solum in beneficialibus, sed etiam in aliis deleg. cum d. clausula procedere tenet Felin. *in d. cap. sciscitatus numer. 12. ver. sed dicas regulariter. & numer. 14. in princ.* & additiones *dict. decis. 4. de officio delegat. in nouis* ex ratione de qua per eos, ibi.

94 Facit etiam *decisi. 36. de preben.* † *in antiquis* quæ ait quod valet prouisio facta ab executore Beneficio vacante, licet ignoretur vacatio sequitur Francus *in cap. susceptum, sub n. 10. de rescript. in 6.* & Felin *supra.*

95 Nihilominus tamen in proposito † contrarium est verius, vt videtur tenere Rota *in decis. supra relata 5. dubio nu. 6.* & Zechus *de beneficiis & pension. Eccles. cap. 9. num. 8.* nam licet non agitur de consolidanda iurisdictione, seu accrescendo exercitio, vt in dicto casu de executoribus, seu delegatis datis cum clausula, *quod si non omnes*, sed de danda iurisdictione & potestate, quæ non datur nisi sub conditione si primus fuerit negligens, & infra triginta dies non contulerit, & ideo de ea debet prius constare. Felin *d. n. 12. versic. 1.* quando verificatio Anton. Gabr. *de executione rei iudicata conclu. 5. num. 19.* qui tamen plures male allegat.

96 Non tamen requiritur quod secundus † executor requirat primum, & ei terminũ assignet ad exequendum, & quod cum citet, quicquid dicat Flores *quæstion. quarta numer. 65. & sequenti*, sed sufficiet quod ex actis quæ transmitti mandabit constet de præsentatione literarum, & requisitione facta per partem, & executio non appareat facta, &c.

§. 1.

An d. executores possint alteri subdelegare, & an sint meri, vel mixti, & quamdiu duret eorum potestas.

SVMMARIA.

AN executores, maxime literarũ, in forma dignum, possint alteri subdelegare, & committere vices suas in totum, vel in parte, præsertim quoad examen? à n. 97. Resoluitur affirmat. & per clausulam super quo tuam conscientiam oneramus, non prohiberi subdelegationem, &c.

Similiter in dispensationibus matrimonialibus, non obstante ista clausula, poterit ordinarius alteri informationem committere super veritate precum, licet non ipsam dispensat. n. 105.

An dicti executores sint meri, an mixti, à numero 106. Resoluitur esse meros, nisi adsit intrusus, vel compareat contradictor, & cetera. Sicut etiam iudices compulsores, remissoriæ inhibitores sequestratores & liquidatores, qui possunt esse in dignitate non constituti.

Si adest intrusus, vel compareat contradictor, sunt mixti executores, & debent assumere partes iudicis, ac diffinitiue sententiare n. 110. Præsertim stante clausula, vocatis vocandis nu. 111. & sic ab illo datur appellatio suspensiua numer. 112. cum sequentibus vbi ponuntur resolutiones Rotæ, & clausula contradictores appellatione postposita compescendo, solum habet locum contra contradicentes de facto, non de iure, numero 115. & à numero 125. ponantur decisiones Rotæ.

Quod tradit Flam. Parisius resignantem, reseruata pensione, non posse impedire resignatarium ne capiat possessionem Beneficij, & possessionem per eum captam pendente appellatione interposita à resignante, non esse attentatam, &c. accipiendum est quando resignans impedit de facto resignatarium, & sine causa ne capiat possessionem, & in appellatione inter posita à resignante, qui nunquam comparuit coram executore, & cap. num. 133 aut quando comparuit opponendo exceptionem friuolam. numer. 134. & seqq. vbi ponuntur resolutiones Rotæ.

Improbatur quod ait Flores non debere audiri resignantem comparentem coram executore & contra resignationem opponentem n. 138.

Ponitur resolutio signaturæ iustitiæ, & quod quando appellatur ab executore literarum signatur supplicatio sine præiudicio executionis literarum, cum non constat de tit. possessorio, &c. nu. 139. Et ponit doctrina Gonçal. circa hoc n. 140.

Si possessio Beneficij sit vacans, non tenetur executor aliquem citare, nec assumere partes iudicis, & ideo ab eo non potest appellari n. 141. etiam stante clausula, vocatis vocad. & etiam stante clausula, citato N. n. 142. Si tamen compares legitimus contradictor, debet eum audire. n. 143. etiamsi compareat post datum decretum, seu mandatum possessionis, dummodo realiter non sit capta n. 144. Sed post captam possessionem deberet recurrere ad ordinarium, & coram eo contra possidentem agere. n. 145.

Quamdiu duret potestas dictorum executorum, quibus mandatur vt prouisum in possessionem Beneficij inducant, & defendant inductum, &c. facientes eum ad Beneficium admitti, sibique de fructibus respondere à n. 146. resoluitur, quod quamdiu non est facta executio, durat illa potestas, etiam post annum à sententia lata contra intrusum, seu contradictorem, licet secus sit in delegato ad causam principaliter, data vero possessio. non est finitum eius officium, donec habeat fructus, & cetera.

Quando prouisus semel fuit inductus in possessionẽ plene quanto tempore duret potestas executoris, & effectus illius. clausulæ ad illũ defendendũ. sibi possessione turbetur à n. 151. Referuntur opiniones doctorum, & resoluitur quod si aliquamdiu pacifice possedit expirat eius potestas, & intra annum, &c.

OC Tauo dubitatur, an dicti executores maxime, 97
† literarum in forma dignum, possint alteri subdelegare, & committere vices suas in totum vel in parte præsertim quoad examen? In quo videbatur dicendum, † quod licet regula sit executores gratiarum posse aliis committere vices suas, nisi sint dati 98
ad prouidendum Ecclesiæ, non expressa certa persona, vt *in cap. si cui, de officio deleg. in 6. & in Clem. vnica eodem tit.* vbi Doctor. Staphil. *de formis mandatorum de prouiden. vers. 10. & vlt.* Gom. *de mandatis de prouiden. nu. 34.* Rebuf. *in praxi tit. de forma. & declaratione nouæ prouisionis verb. quatenus ipse, vel duo*, & Flamin. Paris. *lib. 8. q. 7. n. 157.*

Tamen in literis in forma dignum, cum † apponatur clausula, *Si per diligentem examinationem eu ad hoc idoneum esse reperer is, super quo conscientiam tuã o-* 99

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

ne-anus, &c. non videtur executor posse alij committere vices suas saltem quoad examen propter dictam clausulam, super quo conscientiam tuam oneramus, per quam censetur electa Industria personæ, & prohibita subdelegatio, vt tenet Bald. in c. si pro debilitate de officio deleg. nu. 6. Imola in c. fin. §. 1. eodem ti. Alexand. in l. à iudice. C. de iudiciis, & in l. more. ff. de iurisdictione omnium iudicum, Ias. in d. l. à iudice, num. 11. limita. 5 & additio magna Felin. in cap. pastor. de offic. deleg. & repertorium eiusd. Felin. verb. deleg. Papæ limit. 5.

100 Nihilominus tamen verius † existimo dictos executores posse alteri committere vices suas, etiam quoad examen, prout videtur praxi receptum, non obstante d. clausula Super quo tuam conscientiam oneramus, quia per eam non censetur electa industria personæ, nec prohibita subdelegatio, sed potius sonat in monitionem, & excitationem, vt tenet Abb. in d. c. vltim. §. 1. de officio deleg. numero 7. & in cap. cum in veteri in princip. de electione, & Felin. d. §. nu. 2. Ange. in authen. adhæc. C. de iudiciis, qui dicit ita fuisse obtentum, Paul. de Castro in d. l. à iudice, numero 8. Nauarr. in terminis, consi. 6. de officio delegati, Flores etiam in terminis, quæst. 4. à num. 69. Marc. Ant. Genuen. cap. 83. numero 5. Graffiis in decisio. 9. aureis casuum conscientiæ, lib. 1. cap. 13. num. 19. Qui tamen ibi, in num. 17. male ait secus esse quando proprium nomen exprimitur, & Zechus de republica Ecclesiastica cap. 22. de iudice delegato, sub numero 9. 4. limitatione. & Thom Sanchez de matrimon. libro octauo disput. 27. numero 43. etiam in terminis, qui tamen secus male vult vbi ea verba diriguntur personæ nominatæ.

101 Et ita in terminis tenuit maior † pars dominorum de Rota, vt in dec. 18. de concessione præbenda, alias 443. in nouis, & Rota decis. 63. de concessio præben. in antiq. & in vna Regien. Hospitalis 26. Maij 1580. coram D. Cantucio quæ est 2. par. diuersorum, decis. 130. vbi n. 4. dicitur cum Abb. & Felin. sup. & d. decis. 18. Quod
102 tunc † non potest fieri subdelegatio, quando decisio negotij est commissa conscientiæ alicuius dicendo, conscientiæ tuæ committimus, seu decidas secūdum conscientiam tuam, at secus quando est clausula, super quo tuam conscientiam oneramus, quia tunc censetur adiecta in vim executionis, vel monitionis, &c.

103 Et censuit etiam in terminis S. Congreg. † Concilij his verbis. Episcopus cui commissum est examen per literas Apostolicas alicuius, qui Benefi. simplex obtinuit poterit illud delegare, non obstante quod fuerit in literis eius conscientia onerata.

104 Quod non solum procedit in Beneficiis † simplicibus, sed etiam in parochialibus in quarum literis dicitur, Ac per diligentem examinationem per te adhibitis examinatorib. in diœcesana synodo deputatis, &c. faciendam, &c. Adhuc enim poterit Ordinarius, cui est commissa executio sub ista forma, committere, & subdelegare alteri examinationem, faciendam tamen cum examinatoribus synodalibus &c. nam illa verba per te, &c. non excludunt subdelegationem, sed ponuntur ad significandum examen faciendum esse non solum per executorem, sed etiam cum examinatoribus synodalibus, &c.

105 Vnde infertur ad dispensationes † matrimoniales quæ committuntur Ordinariis cum clausula, discretioni tuæ, de qua in his specialem in domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta mandamus quatenus depositis per te omni spe cuiuscumque muneris aut præmij, etiam sponte oblati, à quo te omnino abstinere debere monemus, de præmissis te diligenter informes, & si per informationem repereris preces veritate niti super quo tuā conscientiam oneramus, tunc dispenses, &c. Quod non obstante ista clausa poterit Ordinarius alteri informationem committere, vt fieri solet, & practicatur, & docet Thom. Sanchez sup. dicens tamen quod non poterit committere ipsam dispensationem, ex Innocen. in capit. fin. de officio deleg. & ibi Abb. §. fin. numero 6.

Nono dubitatur, an dicti † executores sint meri, an 106
mixti? In quo dicendum est esse meros executores, nisi adsit intrusus, vel compareat contradictor, & ideo in eis, non habet locum dispositio cap. statutum, de rescrip. in 6. & possunt subdelegare simplici clerico in dignitate non constituto, quamuis de stilo Cācellariæ, executores non dentur nisi in dignitate cōstituti. Rota decis. 29. de rescrip. in nouis, & dec. 55. de concess. præben. in antiquis, & 7. de rescrip. in antiquioribus, nisi ex forma rescripti, seu mandati teneantur assumere partes iudicis, vt quia adest clausula, vocatis vocandis, Rota decis. 30. de rescript. in nouis, Gomezius in c. statutum de rescrip. in 6. numer. 75. 76. & 77. quicquid dicant Nauar. in c. cum contingat de rescript. secunda causa nullitatis, & Flores, quæst. 4. numer. 2. 3. & 71.

Nec obstat quod habeant iurisdictionem, † & 107
possunt excommunicare, &c. quia ea principaliter est ad exequen. gratiam, & compellendum non parentes, non ad causam, cum non dentur principaliter ad cognoscendum, & iudicandum inter partes, etiam quandoque secundario habeant assumere partes iudicis, Rota ibi. Sicut etiam iudices compulso- 108
res † possunt esse in dignitate non constituti, quamuis ipsi citent testes, deferant iuramenta super recognitione, compellant, & excommunicent, & faciant actus iuridicos, Achil. dec. 54. Puteus 192. li. 3. additio. dec. 30. de rescript. in nouis. Mand. de commis. commissio. 16. 9. 7.

Et idem est in iudicibus remissoriæ, quamuis contradicat † Seuerolus de remission. capite 29. numero octauo, & in inhibitionibus, & iudicibus sequestratoribus & liquidatoribus, & ita in indices compulsores, sequestratores, liquidatores, &c. deputantur à Rota etiam in specie, & nominatim personæ in dignitate non constitutæ. 109

Si vero adest intrusus, vel comparet contradictor legitimus, † sunt mixti executores, & debent assu- 110
mere partes iudicis, ac iudicialiter procedere cum causæ cognitione, ac quicquid dicat Flores d. quæst. 4. numer. 35. 42. 44. & 59. & quæst. 12. à numer. 9. vsq; 17. diffinitiue sententiare, iuxta notata per Doct. communiter in capite fin. de præsump. vbi Butrius nume. 7. Abb. ex numer. 11. ad 15. & Felin. ex numer. 16. 24. 27. 33. & 34. Beroius consi. 13. vol. 1. Flam. Paris. lib. 11. q. 10. num. 15. 21. 33. & 34. Marc. Anton. Genuen. dict. capite 83. numero 4. Rota in Pamphilon. Beneficij de Allo de anno 1576. quæ habetur 2. par. diuersorum decisio. 35. & in Piscien. seu nullius Cap. de anno 1578 quæ habetur 1. part. decis. 202. Præsertim stante d. clausula vocatis vocandis. † Cardin. consi. 63. & 94. Feli. in ca- 111
pit. exhibita, numero quarto de iudiciis, & in capit. de cætero, numero decimo de re iudica. & in dict. cap. fin. numero 23 Staphil. 8. forma mandati de prouid. numero octauo, additio Rotæ decisio. 12. de officio delegat. in nouis numero 2. Marches de commissio. 2. part. capit. 3. de commiss. appel. ex 21. Gom. in c. statutum de rescript. in 6. n. 77.

Et

112 Et sic secundum eos ibi illis datur † appellatio suspensiua, nam ab executore mixto recte appellatur, gloss. in cap. pastoralis. §. quia vero vers. sed à mixto de offic. deleg. Staphil. 9. forma mandati de prouid. num. 3. Bellonus consi. 30. Rota in vna Lucana infra add. 9 par. cap. 4. num. 18. & in vna Fauen. parochialis de anno 1592. coram D. Pamphil. in qua domini dixerunt, † Executorem literarum Apostolicarum, cum sit mixtus, debere assumere partes iudicis contra possessorem, ex Felin. & aliis in d. cap. fin. Præsertim stante clausula, vocatis vocādis, & ab illo dari appellationem. Quia non debet quis dimittere suam possessionem ad verbum executoris, & eius potestatem solum esse contra resistentes de facto. Rebuff. in praxi in forma nouæ prouisionis, verb. contradictor. & fuisset resolutum in aliis causis, & ideo omnia gesta per illum pendente termino ad appellandum, vel post appellationem, esse attentata, nec obstare quod prouisus sit subrogatus, etiam quoad possessionem defuncti, quia cum non sit lis, non habet effectum subrogatio, cum non sit instituta, Vitali in Clemen. 1. de præben. Mohed. decis. 160. præsertim contra habentem prouisionem Apostolicam, vt fuit dictum in causa Burgen. de Pancoruo, & cetera.

Idem etiam fuit resolutum in vna Tuden. † pa-
114 rochialis S Christinæ 26. Iunij 1592. coram eodem D. Pamphilio, in qua domini dixerunt, Quod est attentata possessio capta pendente termino ad appellandum, cum agitur de executione literarum, in forma dignum, index enim tanquam mixtus executor tenebatur assumere partes iudicis, & ab eius sententia dabatur appellatio, Felin. post alios in cap. fin. de præsumptio. nō obstante clausula appellatione postposita, & alius de quibus in literis quæ habent solum locum contra resistentes de facto. Puteus decisio. li. tertio Abbalies quarto de sententia excommunicat. & fuit resolutum in dicta Piscien. seu nullius Capitul. coram Sanctissimo, & in alia Mediolan. parochialis 16. Martij. 1568. coram Illustrissimo Plato.

115 Clausula enim † contradictores appellatione postposita compescendo, solum habet locum cōntra contradicentes de facto, non contra contradicentes de iure, id est per viā iuris, seu iuridice, gl. verb. contradictores in cap. pro illorum de preben. & ibi Abb. numer. 9. Felin. in cap. causam de rescrip. ex num. 19. & in ca. super eo, num. 5. de officio deleg. Staphil. de literis gratia, titul. de vi & effect. clausularum, verb. sign. clausula includentes, &c. ex numero quarto Rebuff. in forma & declaratione nouæ prouisionis, ver. contradictores, & in concordatis in forma literarum executor. eodem verb. contradictores, Lancellotus de attentatis, capit. duodecima limitatione 8. numer. 41. Nauar. in d. ca. cum contingat, septima causa nullitatis, Flam. Paris. lib. 8. quæstio. septima numero 162. Sallust. Tiberius in practica auditorum Cameræ lib. 3. cap. 6. n. 3. & 50. & Man. Rodriguez quæstio. regul. 1. tom. quæst. 8. articul. 12. & post hæc Gonçalez gloss. 9. in annotat. numero 242.

116 Et in vna Tridentina 5. Iulij 1593. coram † D. Seraphino fuit resolutum, Possessionem Alexandri esse manutenibilem, nisi obstet quod non fuit capta capitulariter, Cassador. decisi 8. de causa possess. verum iste defectus sanari posset probata consuetudine tradendi possessionem, etiam non capitulariter, vt ex tribus instrumentis possessionum captarum in hac Ecclesia probari videtur, sed vigor obstare Alexand. quod monitoriū auditoris Cameræ, cuius vigore capta fuit possessio, erat cum clausula, si quis, & ideo resoluebatur in simplicē citationem vt notatur in l. de pupillo. de noui operis nuntiatione, vnde non potuit illius vigore capi possessio, imo in præiudicium eius qui obtinuit tale monitorium Canonicatus effectus fuit litigiosus, ideo videtur possessio attentata, nec potest sustineri ex allegata confessione Pauli, cum fateatur factum, non autem legitime factum, & hoc obest Alexand. ne manuteneatur, quamuis is & extrema probauerit, & coloratum titulum, quem præstat gratia si neutri, cum conditio illa si constiterit, non sit de futuro, sed de præterito, vt fuit resolutum in causa Bononien. corā D. Penna 22. Ian. 1592. possessionem quoque Pauli esse vitiosam, quia cum impetratio ipsius esset ob varios defectus, nempe ætatis Alexan. publicationis, oculi canonis, & malæ valoris fructuum expressionis non poterat executor non verificatis narratis, & non citato Alexand. procedere ad immissionem, & ideo fuit conclusum esse apponendum sequestrum, & videndum de bono iure, & cætera.

Et eodem die 5. Iulij 1593 coram eodem D. † Se- 117
raphino in vna Auersana Beneficij fuit resolutū Dandum mādatū de manutenendo Io. A. de cuius anteriori possessione constat, non obstantibus turbationibus Michaelis, cuius possessio est attentata. Quia executor datus ad conferendum in forma iuris per vacationem ob simoniam contractam est mixtus, & tenebatur procedere cū causæ cognitione, præsertim stante clausula vocato Ioanne, & à sententia eius licuit appellare, & ideo immissio facta pendente tempore ad appellandum, est attentata, & Ioannes qui non habuit se pro spoliato manutenendus, nec obstare quod à sententia lata in simonia non detur appellatio, quia à collatione datur. Præterea id procedit quando simoniacus est notorius, vel confessus; vel si est occultus, simonia est in ordine, secus si est occultus, & est super Beneficio, quia tunc datur appellatio, Anania in capite fuit, circa fi. de simonia. & ita procedit Felin. ibi, & Mar. Socin. n. 298. &c.

Idem etiam fuit resolutum in causa † Vrgellen. 118
Beneficij 17. Decem. 1593. corā D. Orano, in qua domini dixerūt, Quod est attentata collatio & immissio in possessionem Beneficij facta ab executore literarum gratia pendente appellatione à sententia illius qua declarauerat nullam prouisionem aduersarij qui erat in possessione, Gemin. in capit. auaritia, numero septimo de electione lib. 6. cum adductis per modernum de attentatis, capit. in præfatione numero 6. 4. & capite duodecimo limitatione 49. & quod etiam est attentata possessio Beneficij litigiosi capta, ex causa permutatio facta lite pendente, vt per d. modernū de attentatis. 2. parte capite 4. in præfatio. numero 449. Nam quamuis in permutatione fuerit facta mentio litis pendentiæ, non tamen facta fuit expressio status litis, iuxta tradita per eundem, n. 645. neque vitiosi ingressus compermutantis in possessionem Beneficij pendente appellatione, quod etiam tollit Beneficium gratiosæ subrogationis in supplicatione permutatione concessum.

Et in vna Alerien. attentatorum † 20. Decembr. 119
1593. coram D. Seraphino fuit resolutum, Gesta per Episcopum ad fauorem Iacobi, tam intra decem dies datos ad appellandum, quam post appellationem Alexand. esse attentata. cum enim esset deputatus executor in gratia Iacobi, vt citato Alexand. & verificata falsitate valoris per eum expressi conferret parochialem Iacobo, tenebatur tanquam mixtus assumere partes iudicis, præsertim stante clausula, vocato Alex. & amoto quolibet illicito detentore, & ideo

ab eius sententia licuit appellare, &c. & ideo Iacobus non est manutenendus, sed Alexander si de eius possessione constat, alias possessio est sequestranda, &c.

110 Et in vna Cusentina parochialis 22. † April. 1594. coram D. Pamphilio fuit resolutum. Quod manutenendus est quis in sua possessione non obstante quod aduersarius postea acceperit possessionẽ vigore literarũ Apostolicarũ, & authoritate commissarij, qui tamen parte non citata processit, & sic nulliter ad cap. licet Episcopus de præben. in 6. & consequenter non priuauit eum possessione, & cum non se habuerit pro spoliato retinuit animo possessionem eiusdem, & consequenter danda est illi manutentio, non obstante quod illa possessio esset instrumentalis: quia cum non constet tunc alium possidere, sufficiens est ad istum effectum, & alios quoscumque Caputaq. decis. 334. p. 2.

111 Fuit etiam resolutum in vna Senen. Beneficij 6. Iunij 1594. coram D. Lita, † & in vna Albiganen. Canonicatus 27 Iun. 1594. coram D. meo Corduua fuit resolutum, Dandum esse mandatum de manutenendo Manfredo, de cuius anteriori possessione constat; & quod tempore motæ litis possidebat. §. retinendæ de interdictis, non obstãte quod Io. Baptista fuerit immissus in possessionẽ authoritate iudicis, quia id fuit factum possessore minime citato, imo post interpositam appellationem, & sic tamquam attentata et suffragari nõ debebat, vt alias fuit resolutum in Romana de Praxedis coram D. Penia, & Romana Capellaniæ 17. huius mensis coram D. Lita, quod maxime procedit cum in rescripto adsit clausula, vocato Manfredo & aliis, qua stante executor absque citatione procedere non potuit. Felin. in capit. de cætero, numero 10 de re iudic. Rota decis. 2. numero 12. de officio de legat. in nouis.

112 Et in causa Toletana parochial. de Maiarambroz † 13. Ianuar. 1595. coram eodem D. Corduba fuit dictum. Consideraui dolum in resignatario, ex eo quod is habuerit possessionem Beneficij ab executore litterarum resignationis, pendente appellatione interposita per resignantem, &c.

113 Et in vna Ferrarien. parochialis prima Aprilis † 1596. coram eodem D. Corduua fuit resolutum, Horatium non esse manutenendum in possessione dicti Beneficij impetrati vti vacantis per assecutionem alterius, & iuxta constitutionem Pij V. & ĩi dato quod fuerit capta possessio cum fuerit instrumentalis Michaele Angelo existente in possessione non venit manutenenda. Caputaquen. decisio. 333. parte secunda. constat etiam fuisse captam lite pendente, quod impedit manutentionem, nec releuat quod fuerit capta authoritate iudicis, & sic non requiratur electio Angel. in leg. qui vniuersas. §. item de acquirend. possessio. id enim habet locum quando iudex rite, & recte procedit, vt fuit sæpe resolutum, in præsenti autẽ iudex perperàm se gessit, quia cũ esset ordinarius, & datus executor ad prouidendum in forma dignum, cum clausula vocatis vocandis; & sic mixtus tenebatur assumere partes iudicis; vt fuit dictum in Piscien. seu nullius 21. Ianuarij. 1578. coram Sanctissimo. cũ ergo processerit nulla præuia citatione, & sic nulliter, non priuauit Michaelem possessione, vt fuit resolutum in Mediolanen. parochialis vigesimoprimo Nouembris 1586. coram D. Plato, neque esse concedendum mandatum de immittendo, quia Horatius non iustificauit suã gratiam, quæ etiam in iudicio executiuo, & parte non opponente est iustificanda Abb. in cap. accedens numero nono versic. ratio huius de accusatio. Ægid. decis. 303. Paris. consil. 49. numero 31. lib. 4. prout Rota sæpe tenuit, & fuit resolutum in causa Salamantina pensionis de anno 1572 coram D. Lancelloto, & in Cæsaraugustana pensionis 20. Decem. 1591. coram D. Pamphilio, quod solum sufficiens erat, vt Horatius non esset immittendus, nec manutenendus, vltra quod Beneficium est vnitum monasterio S. Georgij, tam ex antiquis Summorum Pontificum priuilegiis, vbi id enuntiatur, quam ex antiqua sententia ad gloss. verb. instrumentis in capite cum olim de censibus, vnde cum non fuerit facta mentio regularitatis, impetratio Apostolica non valet, Calder. cons. vigesimonono de præbend.

Et in vna Dertosen. parochialis de Sorita † quarta Mart. 1602. coram D. Ludouisio domini censuerũt, 114
Concedendam esse manutentionem Gabrieli, cum reperiatur in possessione parochialis, de possessione enim eius cõstat ex publico instrumento quod probat verã possessionem alio non existente in possessione, vt in pluribus causis fuit resolutum, imo constat de reali, & effectuali possessione tempore motæ litis ex ipsa serie facti, &c. nec potest P. allegare suam anteriorem possessionem, & quod retinuerit animo eiusdem quia in concursu naturalis est manutenibilis, quia illi obstat quod petiit immissionem, possidenti non competit. §. adipiscendæ de interdictis, qui enim petit immitti in possessionem fatetur se non possidere, imo si possideret ciuiliter eam admittit, vt fuit dictum in causa Bononien. de Populo coram D. Mantica, decimosexto Mart. 1588 & gesta per subexecutores non priuant sua possessione Gabriel, ex quo nulliter processerunt. Socin. in cap. quoniam §. si super, numero 152. versi. secus autem in iudice, vt lite non contestata, Sarnen. de annali quæst. 45. numero 3. Fuit dictum in vna Spoletana die 19. Decemb. 1580. coram D. Seraphino, & in vna Mediolanen. bonorum coram D. Plato. 1. Febru. 1591. & in vna Cusentina parochialis coram D. Pamphilio, nulliter enim processit primus subexecutor, quia executiue contra Gabrielem pariter prouisum Apostolicum, cum propter paritatem tit. procedendum esset via ordinaria, Puteus decis. 313. lib. 1. Mohedan. 13. vt lite pendente, Caputaquen. decis. 239. numer. secundo par. 1. & quia Gabriel possessor debuit citari. l. fin. si per vim, vel alio modo, cap. licet Episcopus de præbend. in sexto, Gesta etiam per secundum subexecutorem sunt nulla, non solum propter defectum citationis, & modum procedendi executiue vt dictum est de primo, sed etiam quia inchoato processu cum primo executore, non potuit secundus procedere, c. cum plures de offic. deleg. in 6. &c.

Est etiam ad propositum decisio Rotæ, † in vna Maioricen. parochialis de Campaneto, 23. Ian. 1591. coram D. Bubalo, quæ sic ait, Fuit resolutum dandum 115
esse mandatum de manutenendo in possessione parochialis de qua agitur Iacobo Torres, non autem Io. Pellin. quia constat de eius anteriori possessione, quæ fuit capta die decimooctauo August. 1588. vigore prouisionis Apostolicæ, & possessio Ioan. fuit capta die vigesimanono & trigesimo Nouembris anni sequen. Et sic instrumentalis, quæ non est manutenibilis nisi possessore expulso, Rota decisio. vigesimaprima de restitutione spoliatorum in nouis, Caputaquen. decis. 396. lib. 1. debuit executor Iacobo possidente eo non citato dare possessionem, Io. cap. licet lito secundo de præbend. in sexto. Nam semper in traditione possessionis oportet vocari possessorem, cui potest competere ius in possessione, vt per Cardin. consilio 75. Felin. cap. fin. numer. 24. de præsumptio. nec satisfecit iudex citando postea Iacobum, & iuribus hinc inde discussis pronuntiando ipsum à præsenti possessione amouendum & a-

& amotum esse, & Ioan. in sua possessione debere remanere, quia iuxta d. cons. Cardinalis debuit primo renõciare traditionem possessionis factam Io. & illam restituere Iacobo, & postea iterum pronuntiare ad fauorem Ioannis, & illi possessionem de nouo tradere, quæ in præsenti facta non fuerunt, ex quo redditur iniusta declaratio iudicis, & possessio capta non est considerabilis nisi expulso possessore, vt fuit resolutum coram illustrissimo D. Lancelloto in illa Romana domus ad imaginem pontis nec obstat, quod non fuerit in tempore appellatum ab vltimo decreto, quia non ex hoc redditur valida, & manutenibilis possessio capta possessore non citato, & illo non expulso, quia sententia notorie iniusta nunquam trãsit in iudicatum, non obstat, quod Ioannes sit prouisus Apostolicus, & quod eius prouisio sit anterior prouisione Iacobi, quia hoc respicit petitorium, & quando possessio fuit iniuste capta, licet possit aliquo modo constare de bono iure, non erit manutenibilis in possessione vitiosa, sed in possessorio succumbet vt tradit Rebuffus in praxi Beneficio. de missione in possessionem numero trigesimoseptimo.

116 Est etiam alia decisio Rotæ † in vna Abulen. & Zamoren. Beneficiorum 17. Iun. 1594. coram Dom. Penna quæ sic ait. Dederat mandatum Andreas Arias ad resignan. libere hæc Beneficia in manibus fœlic. recor. Sixti V. ad fauorem Petri de Gama cui petenti executionem & Beneficiorum possessionem vigore literarum in forma dignum expeditarum ab Ordinario Zamoren. cui literæ erant directæ, Andreas se opposuit resignationis nullitatem allegando, verum quoniam ad fauorem Petri Ordinarius pronuntiauerat, & Andreas appellatione interposita causam in Rota cõmiserat, dubitauerũt Andreas esset manutenendus in possessione Beneficiorum? & sæpe causa proposita die vigesimoseptimo Maij, & sexto Iun. tunc enim propter dissidentes dominorum sententias non potuit capi resolutio. Denique die veneris 17. Iun. vtraque parte acerrime informante causa. Tertio proposita in eam sententiam itum est vt censuerint domini Andream manutenendum, distinguebant enim duplicem resignationem vnam simplicem, & puram, per quam Beneficium pure, & simpliciter renũciatur in manibus superioris, Puteus decisio. 158. numero 4 libro 3. Couar. pract. quæst. cap. 36. numero nono & alteram conditionalem, vt cum resignatur in fauorem certæ personæ, aut cum ex voluntate Rom. Pontific. in cuius manibus tantum fieri potest, vel ex eius permissione recipit aliquam conditionem vel modum, Paris. cons. 5. l. 4. Ioan. Paul. decisio 102. incipien. Conchen. Beneficij. Dicebant præterea inter vtramque resignationem latum esse discrimen. Nam in simplici renuntiatione resignans omne ius, & possessionem, quæ habebat in Beneficio amittit, ita vt remaneat sine titulo etiam colorato, ac propterea possit Beneficium tanquam vacans libere conferri aut impetrari, Butrius. Abb. Imola & cæteri communiter in cap. solicite, & in cap. accepta. de restitutione spoliatorum, Cassador. decisione 4. eodem titulo. Puteus d. decisio 158. l. 5. Achilles decisio. decima numero quarto de restitutione spoliatorum, Rota decisio. prima de renuntiatione in nouis, numero octauo, & decisio. 2. eodem in antiq. numero 4. Mohed. decisio. 2. Sed in resignatione conditionali, aut facta ad fauorem certæ personæ secus esse, in hac enim ius & possessio, remanent in pendenti penes ipsum resignantem, donec conditiones purificentur. Achilles dict. decisio. 10. n. 1. & 4. Puteus d. decisio. 158. numero tertio. Rota decisi. 4. numer. 1. de rerum permutatione in antiq. Paris. consil. 86. l. 3. numero 42. Paris. dict. consil. 5. Mohed. deci. 183. Gadobonus decisio. 59. Cota decisio. trecentesima decima octaua & 312. Caputaq. decisio. 2. l. 1. in manuscrip. Pontanus de spolio l. 3. numero 72. Licet enim nonnulli ex istis loquantur, quando agitur contra tertiũ, nihilominus idem dixerunt dominum locum habere in resignante, agentem contra resignatarium, quia in resignatione conditionali, seu facta ad fauorem certæ personæ donec perfecta fuerit, & plene ius quæsitum resignatario penes resignantem remanent aliquæ reliquiæ iuris & possessionis, Puteus in epitome decis. 14. de restitutione spoliatorum, & alij quos refert & sequitur Pontanus d. tract. l. 1. num. 126. vers. sed non idem, vnde cum in proposita facti specie Andreas renuntiasset ad fauorem certæ personæ, videlicet Petri de Gama, & antequam ille adeptus pacificam possessionem, & legitimã acquisitionem perfectam & completam ius acquisiuisset in Beneficiis, Andreas penes quem remanserat ius & possessio, se opposuerit, manutenendus erit, non obstante decreto Episcopi literarum Apostolicarum executoris, quia ab illo in tempore fuit appellatum, Fel. in cap. fin. numero 24. de præsumpt. Zabarella consilio 63. & 75. numero primo, ex quo etiam cessabat alia obiectio apposita per informantes Petri de illius possessione capta authoritate Episcopi iudicis executoris deputati in literis Apostolicis, nam cum à prædicto decreto dartur appellatio. Fel. in dict. cap. fin. numero 24. Zabarella d. consil. 75. numero vndecimo. Et ea non obstante iudex processerit, possessio Petri postea subsecuta non potuit iudicari legitima sed potius turbatiua & spoliatiua, & ideo restituibilis, Zabarella dict. consilio 75. Quod maxime in hac specie videbatur habere locum, in qua Episcopus erat datus executor ad prouidendum Petro in forma dignum, quo casu non poterat dici merus executor, sed mixtus; qui propterea tenebatur assumere partes iudicis, & ordine iudiciario procedere. Canonista in dicto capite fin. de præsumptione vbi Butrius numero septimo, Felinus 17. & 24. & 33. Zabarella consilio 63 in principio & fuit sæpe in Rota decisum, vt in Neapolitana coram Fineto, anno 1569. & in vna Piscien. seu nullius, die vigesimo primo Ianuar. anno 1578. coram Sanctissimo Domino nostro, tunc Rotæ auditore Rursus possessio Petri capta pendente appellatione, tanquam attentata non erat manutenibilis, cap. non solum de appellat. libro sexto, atque ex his conclusum de iure non potuisse Andreæ denegari mandatum de manutenendo in possessione, in qua reperiebatur tempore dati ad resignandum, de qua constitit dominis per legitima documenta.

Est etiam decisio in vna S. Agathæ gotorum † iuris 117
patronatus 4 Iulij 1597. coram Domino meo Corduua Episcopo Pacen. quæ sic se habet. Dubitauit, an possessio Io. Angeli esset attentata, & reuocanda, seu sequestranda, & dominis placuit appellandum esse sequestrum, quia fuit capta à Io. pendente appellatione, vel termino dato ad appellandum, & inde attentata. c. non solum. de appellatio. in sexto. Mohedan. decisio. 150. numero secundo, Gadobon. decision. 104. & inde venit sequestranda, Calder. consi. primo vt lite pendente, Anton. Augustin. in epitome, titul. sequest. ex offic. §. tertio & sexto Caputaquen. decisio. 70. part. prima & decisio. 157. part. 2. Puteus decisio. 414. libro secundo, & fuit sæpe resolutum. iudex enim gratiæ in forma dignum est mixtus executor. ac debet assumere partes iudicis capite fin. de præsumptio. & ab eo datur appellatio, vt fuit dictum in causa Piscien. coram Sanctissimo, & sæpius fuit resolutum, non obstabat quod notorie constet de non iure Federici, & bono iure Angeli ex transactione, quia ad hunc effectum requiritur notorietas quæ nec colorate possit impugnari, vel aliquo

modo velari Ægidius decisio 103. Peregrinus 173 lib. secundo quatu est quæ resultat ex confessione partis, vel re iudicata, Rota decisio. 3. de restitutione spoliatorum in nouis, Thanis decisio. 19. fuit resolutum in causa Eugubina S. Petri de Vagueto 22. Iunij 1591. coram R. P. D. Orano, quia quando pars obycit, & probat concernit petitorium, in quo probatio probationem non excludit, Thanis dict. decisio. 19. Bellamer. decisio 624. numero 2. ac inde per d. transactionem non potest dici notorie constare de non iure. Nec obstat clausula contradictores, quia intelligitur de contradictoribus falsi, non iuris, Cardin. in Clem. 1. §. contradictores de religiosis domibus, maxime quando sunt iusti, glossa in capit. pro illorum, verb. contradictores de præbend. Vitalis in tract. de clausulis, tit. de clausula rescripti, verbo contradicta.

128 Idem fuit resolutum in hac † causa coram eodem 23. Februarij 1598. quod cum Vicarius esset mixtus executor, & in literis adesset clausula verificato prius iure patronatus, & alia clausula consilio, &c. Tenebatur seruare ordinem iudiciarium ac inde cum non citauerit, nec seruauerit dictum ordinem sententia est nulla maxime, quod in sententia se refert ad probationes nullas, Mohed. decis. 6. de testib. quia testes fuerũt examinati, sine citatione partis, c. 2. de testib. Caputaq. dec. 274. p. 3.

129 Est etiam alia decisio Rotæ in vno † Vlisbonen. Prioratus 4. Iulij 1601. coram D. Seraphino supra adducta 4. p. c. 3. n. 74. quæ est videnda.

Est etiam decisio Rotæ in causa Agrigentina Beneficij S. Antonij 12. Nouembris 1601. † coram Domino Cordũa, quæ sic ait. Fuit resolutum dandum esse, mandatum de manutenendo Archipresbytero, & Clero, nam constabat de anteriori eius possessione §. retinendæ, instit. de interdictis. Cassad. decisio. 20. in fin. de præben. Caputaquen. 334. numer. 6. p. 2. Cæsar de Grassis 5. numero 2. de causa possess. Nec obstabat posterior possessio Angeli capta authoritate iudicis in executione literarum Apostolicarum, quia non facit illam amittere, nisi quando iudex rite & recte procedit, vt fuit resolutum in causa Romana domus ad imaginem Pontis, coram illustrissimo Lancellotto, & coram me in alia Ferrarien. parochialis 1596. vbi alia decisiones allegantur, de nullitate, & iniustitia manifeste apparet, cum quia iudex processit non iustificato valore, & aliis narratis in gratia, quod habet locum etiam parte non opponente in iis, quorum falsitas vitiaret gratiam, vel quorũ expressio facilius mouit concedentem iuxta decisionem Cardi. Lancelloti, in causa Salamantina pensionis millesimo quingentesimo septuagesimo secundo. Tum etiam quia non fuit facta mentio vacantis, de qua erat facienda cum ea stante Beneficium non vacauerit, nec intrabat deuolutio ad sedem Apostolicam, ob non factam prouisionem infra sex menses, Clem. 1. §. quidam de excessibus Prælatorum, Rota 2. numero tertio eodem titulo in nouis. Nec obstabat, quod vnio esset nulla, quia de illius validitate erat agendum ante executionem, cum ab ea dependeret iustificatio vacationis narratæ, deinde cum executor esset mixtus, propter formam dignum, & quia agebatur de remouendo possessorem, ab eius sententia dabatur appellatio, & non poterat procedi ad immissionem, vt fuit dictum coram me, in vna S. Agathæ dotorum iuris patronatus quarta Iulij 1597. Nec iis obstabat decisio Bubali in causa Hipporegie. quia loquitur de mero executore, & vbi contradictio erat mere calumniosa, & friuola, minus obstabat Bulla Pij V. super collatione Beneficiorum, quia non procedit, quando conceditur gratia per sanctissimum de parochialibus forma commissaria, & adest certus possessor.

Est etiam decisio Rotæ in causa Bracharen. Beneficij quinto Decembris 1601. coram eodem Domino Cordũa, † quæ ita inquit. Fuit resolutum, vna parte informante, censuras latas et ab officiali Bracharen. tanquam executore Apostolico fulminatas fuisse nullas, & attentatas, nam à sententia illius dabatur appellatio cum ageretur contra possessorem, & de eum remouendo, quo casu executor debet assumere partes iudicis, & dicitur mixtus, ac appellatione pendente non potuit censuras fulminare cap. per tuas, cap. solet. de sententia excommu. in sexto Rota decis. 10. de appellat. in nouis, & veniunt reuocanda, Paleotus decisio. 44. Modernus de attentatis 2. part. capit. 12. ampliatione 8. Achilles decisio. 4. numero decimo cum sequentibus de sententia excommunic. Anchar. in cap. licet notab. 1. de sententia excommunic. in 6. & hoc multum iustificabatur stante grauamine cũ d. sententia fuerit reuocata. Primo ab auditore legatario, & deinde à Vicario Vlisbonen. & cum causa hodie pendeat in Rota coram me, fuit per dominos decretum mãdatum de manutenẽdo ad fauorem Francis. appellantis, & informantis.

Tandem est alia decisio Rotæ in causa † Tirasonen. eleemosinariæ 28. Ianuar. 1602. coram D. Lancellotto, quæ sic ait, Domini dixerunt sententiam Ordinarij esse reuocandam, tanquam latam absque verificatione omnium in gratia Iudici narratorum, vt fuit dictum in vna Callagurritana Prioratus 26. Maij 1578. coram Blanchetto, & in vna Oxsen. Beneficij de Albis 8. Aprilis 1598. coram me maxime cum Petrus comparuerit, & dederit de surreptione & obreptione literarum Apostolicarum, & petierit admitti articulos ad id iustificandum, vt fuit resolutum in causa Salamantina pensionis, decimo octauo Aprilis 1578. coram Cardinal. Lancelloto. Neque obstare, quod Ordinarius esset merus executor, quia cum processerit vigore gratiæ, in forma dignũ, non erat merus, sed mixtus stante præsertim clausula amoto illicito detentore, & per eius deuoluebatur causa cognitio super iure patronatus super deuolutione & super iure alteri quæsito, ac ideo tenebatur assumere partes iudicis, & procedere cũ causæ cognitione, citato Petro, c. licet Episcopus vbi glo. verbo vocato de prębẽd. 6. in. Fel. in capite fin. numero 25. de præsumptio Ferret. consil. 4. & numero 4. & consil. 10. numero 10 vol. 1. & fuit pluries resolutum: neque etiam obstare quod possessio esset vacua, nec ostenderetur titulus Apostolicus, quia cum in gratia adest clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, sufficit quod Petrus ostenderet se præsentatum, vt ei ex eo esset legitimus contradictor, cum Papa nõ præsumatur voluisse præiudicare, & derogare præsentationi ad decisionem Rotæ decimoseptimo de præbens in nouis, nec dicatur præsentationem non tribuere ius tanquam factam coram Vicario foraneo, quia cum sit actus iurisdictionis potuit fieri coram illo Vicario, qui iurisdictionem habebat nam probatur quod esset Vicarius constitutus in loco Calatayud pro exercenda ibi iurisdictione, vbi facere poterat ea omnia quæ posset Vicarius generalis totius diœcesis, neque prætextu gratiosæ subrogationis posset Iacobus excusari à iustificatione, quia omisso quod beneficium non erat litigiosum quo casu subrogatio habet vim collationis, & ipsa est iustificare omnia iuxta decisiones factas in illa Burgen. de Panzarino coram Gypsio non fuit processum in vim subrogationis, sed vigore mandati de prouidendo, & de subrogando, quæ longe distant à gratiosa subrogatione. 131

Vnde quod tradit Flam. parisius de resignatione † 132
Benefic. lib. 10. quæstion. sexta à numero 63. resignantem reseruata pensione non posse impedire resignatarium,

tarium, ne capiat possessionem Beneficij resignatarij & possessionem captam per dictum resignatarium, pendente appellatione interposita à dicto resignante, non esse attentatam, quia à mero executore literarum Apostolicarum non datur appellatio cap. nonnulli vbi Doct. de appellatio. & ita fuisse dictum in Rota in vna Hipponegien. præposituræ coram D. Bubalo 11. Decembr. 1587. & 1. Februar. 1588. accipiendum erit quando resignans impedit de facto resignatarium, & sine causa ne capiat possessionem, & in appellatione interposita à resignante qui nunquam comparuit coram executore ad dicendum contra resignationem, & sic executor non debuit assumere partes iudicis, nec debuit eum citare ex quo consensit resignationi & sponte, ac facto suo abdicauit se Beneficio, facit decisio. 656. numero. 4.
134 part. 1. diuersorum: Aut quando comparuit † resignans coram executore opponendo exceptionem friuolam quam executor repellere debebat, & sic appellatio ab eius reiectione interposita fuit mere calumniosa, vt in d. Hipponegien. præposituræ, quam allegat Flam. Paris. in qua d. die 11. Decem-
135 bris 1587. coram D. Bubalo fuit resolutum, † Dandum esse mandatum de manutenendo Franc. resignatario, non autem Scalæ resignanti, nam cum ipse eam resignauerit in manibus Papæ ad fauorem Francis. qui de ea prouisus est, abdicauit à se omne ius tam respectu tit. quam possessionis, Cassador. decisio. quarta de restitutione spoliatorum, numero 5. & cum Franciscus vigore literarum suæ prouisionis, in forma dignum, fuerit ab earũ executore examinatus, & sibi idoneo reperto collata præpositura authoritate Apostolica cum mandato de immittendo in possessionem, cuius vigore fuit actualiter immissus, fuit sibi quæsita naturalis, & ciuilis possessio, &c. nec refragatur quod possessio fuerit capta pendente appellatione interposita per Scalam, quia à mero executore literarum Apostolicarum non datur appellatio capite nouit, vbi Doctores de appellatio. cum similibus propterea appellatio fuit mere calumniosa, quia fuit interposita à reiectione exceptionis friuolæ quam executor repellere debebat, ad tradita per Anchar. consil. 224. numero secundo Bertium cons. 14. numer. 9. li. 1. Et d. die † 1. Febr. 1588. coram eo-
136 dem D. Bubalo domini steterunt in decisis. Nec obstare appellationem per Scalam interpositam ab executore, & quod resignatio est conditionalis, quia purificata conditione per reseruationem pensionis valide reseruata potuit procedere ad executionem, tanquam merus executor, Abb. in c. si col. 7. Imola n. 9. de præsump. & consequenter ab executore nõ datur appellatio, vt in dec.

Et ita in illa Agrigentina Beneficij sup. adducta,
137 n. 130. † fuit responsum ad istam dec. quod loquitur de mero executore, & vbi contradictio erat mere calumniosa, & friuola.

138 Vnde etiam conuincitur quod ait Flores † d. q. 4. n. 29. non debere audiri resignantem comparentem coram executore, & contra resignantem comparentem coram executore, & contra resignationem opponentem, &c.

139 Aduertendum est † tamen quod in vna Colonien. Canonicatus 4. Febr. 1589. proponente D. Carreto in signatura iustitiæ, domini dixerunt pro maiori p. Quod habens titulum coloratum sit legitimus contradictor, & possit appellare à decreto seu sententia prolata ab executore literarum Apostolicarum ad fauorem prouisi Apostolici, dummodo tamen prouisus ab Ordinario coram executore produxerit suum titulum, sed si suum titulum non produxisset fuerunt in contrario voto quod nullum censeatur illarum grauamen per executorem & non possit appellare ad effectum suspensiuum, dixerunt insuper procedere supradicta absque difficultate, quando ordinarius contulit, quia Beneficium vacauit in mense ipsius ordinarij. & sic quando appellatur ab executore literarum signatur supplicatio, seu commissio appellationis, nisi saltim post sententiam producatur titulus, vt simpliciter admittatur appellatio ad l. per hanc C. de temporibus appellatio. Et Contard. in repeti. l. vni. C. si de momentanea poss. limita 12.

Et post hæc scripta visus Hier. Gonçal. d. gl. 9. in 140
annotationib. ex n. 220. docet, quod à collatione, vel immissione facta vigore literarum Apostolicarum, non datur regulariter appellatio suspensiua, quia literæ Apostolicæ habent paratam executionem, & reuerenter est illis parendum per executorem in eis nominatum l. 1. ff. de constitutionibus principum ca. si quando de rescrip. vbi Felinus l. 52. titulo 18. parte tertia Rebuffus in praxi titulo forma & declaratio nouæ prouisionis verb. quatenus ipse vel duo versiculo posita dicitur. Mohed. decis. 35. ante fin. ibi, quia tunc propter auctoritatem literarum debent exequi de renũtiatione, & Marches. de commissio. 2. p. cap. 4. de commissione appellat. numero 39. & ita in proposito, quod nõ detur appellatio suspensiua, tenet Bero. consil. 4. vol. 1. quem Gonçalez non allegat. ac propterea videmus (inquit Gonçalez) quod quãdo appellatur à tali decreto seu sententia vigore literarum Apostolicarum prolata communiter in commissione appellationis, solet signatura apponere clausulam, sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum, prout apponitur quando appellatur ab executione facta vigore publici instrumenti cameralis, aut guarentig., &c. quæ clausula præseruat iurisdictionem iudicis à quo, vt ad vlteriorem executionem procedere valeat, ita vt neque inhibitio per superiorem facta afficiat aut impediat, Cæsar de Grassis decisione 96. seu 3. de re iudicat. n. 4. vt alias dixi supra 1. parte capite 5. numer. 573. Illud tamen limitat Gonçalez numero 226. Primo, quando in literis adesset clausula, vocatis vocandis, quæ semper inseritur quando in supplicatione, vel ipsarum literarum expeditione narratur aliquis intrusus, & expediuntur sub intrusione, tunc enim executor nõ est merus, sed mixtus & iudicium executionis literarum non erit executiuum, sed ordinarium, & appellatio non solum operabitur effectum deuolutiuum, sed etiam suspensiuum Card. & alij citati supra numero 111. & fuit inquit resolutum in vna Barchinonen. parochialis. 10. Decemb. 1601. coram Domino Sacrato. quod etiam tradit gloss. 15. §. 1. num. 70. Secundo limitat num. 227. quando poss. citatus non fuisset, & executor literarum eiicere vellet eum inauditum à possessione Beneficij, Card. consil. 75. Felin. in cap. fin. num. 24. & 25. de præsump. Achilles decis. 6. n. 4. super regula de triennali argumento cap. licet Episcopus de præben. lib. 6. Tertio limitat à n. 228. quando executor procederet ad executionem literarum, absque verificatione narratiuæ, cum citatione dicti possessoris, Mohed. decis. 35. de renuntiat. Cæsar de Grassis decis. 58. seu 22. de probat. quia omnis gratia habet in se tacitam conditionem, si preces veritate nitantur, fiat si ita est aut veris existentibus prænarratis l. fi. in pri. C. de diuersis de rescr. ca. 2. de rescr. vbi post alios late Ripa n. 29. & alij, ideo omnis narratiua est ante omnia verificanda, vt dicitur infra à num. 159. & 189. narratiua namque est pars gratiæ Rota decis. 534. nu. 1. par. 1. diuer. cum aliis, & c. Quarto limitat num. 234.

quando literæ continerent certam formam quæ per iudicem executorem seruata non fuisset *c. cum dilectis cum ibi adductis* per Fel. ex *n. 6. de rescrip.* Lancel. *de attent. n. 4. in præfa. a n.* 477. Flam. Paris. *de resigna. benef. lib. 13. q. 6. n. 24.* Quinto limitat. *n.* 235 quãdo pro parte possessoris probaretur quod tales literæ essent subreptitiæ, vel obreptitiæ *c. postulasti. c. super literis de rescrip.* Aym. *cons.* 58 *numero duodecimo* Lancellotus *vbi supra numero* 478. de clausula autem, *amisso quolibet illicito detentore*, apposita in literis Apostolicis ait *à numero* 236. quod licet faciat iudicem executorem mixtum, & requirat ordinem iudiciarium secundum Felinum post Abba. & alios *in capite de cætera numero nono de re iudic.* Marches. *dicta 2. parte capite 3. numer. 35. cum aliis*, tamen quando gratia est iustificata legitime, & literæ non sunt expeditæ sub intrusione, non retardat executionem literarum, & ita seruari videt & tradit Ferret. *consi. 7. nu. 12. in fin. & num. 13.* nam aliter cum il. claus. semper apponatur, nunquam literæ Apost. haberent paratam execut. de aliis & limitatio. remittit *n.* 238 Lancel. *d. c. 4 in præfat. à n. 477. vsque ad n. 507.* & in prædict. casib. vt admittatur appellatio, & suspensiua proponitur, inquit ibi commissio ab appellante porrecta in plena signatura gratiæ, vel iustitiæ, & deducuntur causæ grauaminis iudicis executoris, & postquam signatura gustauit de illis interdum solet rescribere, & committere simpliciter causam appellationis in Rota, & interdum solet adiicere clausulam, *Si quid exequendum sit ipse Rota iudex exequatur*, quæ clausula aufert potestatem exequendi à iudice à quo & illam transfert in iudicem ad quem Rota *decis. 477. n. 7. lib. 3. par. 3. diuers.* Lancellot. *c. 18. n. 58.* Et fuit decisum in Toletana parochialis, 23 Ianu. 1604. coram D. Sacrato, &c. interdum etiam solet signatura rescribere *Partitis literis arbitrio Rotæ, &c.* Sed certa clausula *paritis literis*, siue *paritu arbitrio Rotæ* nunquam ponitur nisi in commissione appellationis, à sententia vigore breuis. Et prædicta quidem doctrina Gonçalez videtur conformis stilo signaturæ. Quãuis Rota absolute velit dari appellationem suspensiuam à dictis executoribus, ex quo tenentur assumere partes iudicis, quando est intrusus, & gesta post appellationem, seu in tempore ad appellandum esse attentata, vt patet ex adductis sic potius videtur stãdum stilo signaturæ ad dicta sup. *1. p. c. 5. n. 120 & 4. p. c. 2. n. 18.*

Ex quibus id tandem infertur, † quod si possessio
141 Beneficij sit vacans, non tenetur executor aliquem citare, nec assumere partes iudicis, & ideo ab eo non potest appellari, Flores *d. q. 4. n. 52.* Quod procedit e-
142 tiam stante clausula † *vocatis vocandis*, vt in illa Tuden. parochialis, de qua *c. sequenti n. 44.* & etiam stãte clausula *citato N.* quæ videtur intelligenda quatenus ille possideat non alias. Si tamen comparet legi-
143 timus contradictor † pro suo interesse & præiudicio, de quo tamen si negetur debebit in continenti summarie docere iuxta notata per Doct. *in cap. veniens 2. de testibus* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu* 18. & Couar. *pract. cap. 16. numero* 1. debet eum audire & assumere partes iudicis, vt per citatos, *sup. n.* 110. maxime Felin. *in d. c. si. n. 27.* Etiamsi compareat post latum decretum, seu mandatum † possessionis, dum-
144 modo realiter non sit capta, nam dum non est capta res videtur integra cum non præcesserit sententia in contradictorio iudicio. Sed post captam realiter
145 † possessionem contradictor comparens deberet recurrere ad ordinarium, & coram eo contra possidentem agere, ad audiendam enim huiusmodi contradictorem etiam expirauit executoris potestas cum sit noua actio &, nouum iudicium, quicquid sit quoad defendendum inductum. de quo *dubio seq.* 146

Decimo dubitatur, † quamdiu duret potestas dictorum executorum, quibus mandatur vt prouisum in possessionem Beneficij inducant, & defendant inductum, &c facientes eum ad Beneficium admitti sibique de fructibus integre responderi, &c. de qua clausula vide Rebuff. *in praxi in forma nouæ prouisionis verb. & defendant inductum*, & in concordatis in forma mandati, verb. defendentes, & in rep. c. 2. de concessione præben. 29. 30. 31. clausulis mandatorũ.

In quo dicendum videtur, quod quamdiu † non 147
est facta executio durat ista potestas, etiam post annum à sententia lata contra intrusum, seu contradictorem cum sit accessoria ad gratiam, *argum. capit. si super gratia, de offic. deleg. in 6.* & quod inf. dicitur, *nu.* 513.

Non obstat tex. *in ca. quærenti de offic. delegat.* † vbi 148
delegatus Papæ non potest exequi suam sententiam, nisi vsque ad annum, quia loquitur de delegato ad causam principaliter, & diuersa est ratio in executore gratiæ, cuius potestas tanquam accessoria debet durare sicut ipsa gratia, ad *reg. accessorium in 6.* & sic videtur accipiendus Innoc. *in c. pro illor. n. 3. de preb.* & ibi Abb. *n.* 10.

Data vero possessione non est finitum † eius offi- 149
cium, donec habeat fructus, Card. *in Clem. si plures, n. 2. de preb.* & Flores *quæstione quarta, numero* 60. nam alias gratia non est plene executa, maxime cum in d. clausula expresse habeatur, quod faciant de fructibus responderi; Quamuis si negentur fructus non † ra- 150
tione tit. vel gratiæ, quæ impugnentur, sex ex alio capite, & ratione: vt quia prædia ex quibus prouenient dicuntur non spectare ad Beneficium, seu aliquæ decimæ dicuntur ad illud non pertinere, executor non se intromittet, quia est q. omnino separata ab executione, Cardin. *d. numero* 2. & ibi Bonif. *numero* 63.

Difficultas est, quando prouisus semel † fuit indu- 151
ctus in possessionem plene, quanto tempore duret potestas executoris, & effectus illius clausulæ ad illũ defendendum si in possessione turbetur.

In qua communis opinio est secundum † Felin. *in* 152
d. cap. quærenti ad fi. quod illa potestas durat vsque ad annum à die possessionis per illum tex. quod etiam tenet Card. *d. num.* 2. & sequuntur Menoch. *de recup. remed. 1. n. 90.* & Flores *sup.* & videntur etiam tenere Bonif. *d. nu.* 63. & Puteus *dec. 334. n. 5. lib. 1. & decis. 18. lib. 2.*

Alij dixerunt quod † durat ad instar potestatis 153
conseruatoris de qua *in cap. si. de offi. deleg. in 6.* vt refert Abb. *in d. c. pro illor. de preb. n. 11.* & sic quod non claudatur anno.

At Io. Andr. *in d. c. pro illorum*, dicit, † quod audi- 154
uit etiam tenere, quod si aliquãdiu inductus in possessionẽ pacifice possedit, expirat eius potestas, quod satis placet Abb. ibi, & Staphil. *de literis gratia, tit. de vi & effectu clausul. §. significatio clausulæ inducentes, n. 3.* ne præiudicetur potestati Ordinariæ *arg. cap. adhæc de rescr. & c. peruenit, n. 4. 1.* & tenere videtur Innoc. *supr.* & Flores maxime stante Concil. Trid. *sess. 24. c. 20. n. 62. 63. & 64.* & facit pro hac sententia tex. 155
† *in c. in literis de officio deleg.* Nec obstat tex. *in d. ca. quærenti*, quia procedit quando nondum fuit facta executio, si enim delegatus executus est sententiã suã, & aliquamdiu ille pacifice possedit, expirat etiã intra annum potestas delegati, quia annus non datur, nisi pro executione facienda, quantumuis in continenti ille molestatur, potest delegatus exercere officium suũ, quia non potest dici facta executio, ex quo incontinenti est facta turbatio, ita Io. And. & Abb. *n. 6.* & Fel. *n. 20. vers. 2. in d. c. quærenti*, idem Ab. *in d. c. pro illor. n. 10.* contra glos. *ver. ad integr. in d. cap. quærenti*, & ibi Card. *& in d. c. pro illorum, & in d. Cl. si plures n. 3.*

§. 2.

Quid debeant verificare d. executores.

SVMMARIA.

Quid debeant verificare prædicti executores literarum Apostolicarum, à n. 156.

Et quoad executores literarum in forma gratiosa Resoluitur non teneri aliquid verificare pro executione facienda, nisi alius sit in possessione Beneficij, quem debet citare, vel alias compareat legitimus contradictor, tunc enim executor debet assumere partes iudicis, & impetrans verificare suam gratiam, & narrata in ea maximè parte opponente, etiamsi esset procedendum executiue, &c.

Impetrans tenetur verificare narrata in sua gratia, quæ mouerunt Papam ad conceden. vel ad facilius conceden, etiamsi non negentur & parte non opponente, numero 161.

Impetrans parte non opponente, non tenetur verificare, nisi ea quorum falsitas vitiat gratiam quia impetrans alias esset inhabilis, vel quia sunt fundamentum gratiæ, vel quia gratia fuit facta sub cõditione, & ea quorum expressio mouit ad conceden. vel ad facilius concedendum. parte vero opponente tenetur verificare omnia narrata, etiam valorem Beneficij, & obtentorum narratum, & qualitatem Beneficij narratam, &c. & ita videntur intelligenda quædam dec. Rotæ, à n. 162.

Vbi narratur valor Beneficiorum distincte, & separatim, debet ita probari, & non ex confuso, seu omnium simul, n. 165.

In verificatione valoris obtentorum, qualis probatio etiam minus semiplena sufficit, à nu. 166. Et Canonicatus, & dignitas, non habentes fructus in absentia, possunt simul, seu cum alio poni in 24. licet alias solus soleat poni in 24 n. 168.

Impetrans tenetur verificare ætatem expressam n. 169. etiam si solum insiet pro absolutoria, quando aduersarius qui venit ex alio tit. illum alias iustificauit, nu. 170. nisi secundus impetrans impetrauit certo modo, quia primus non expresserat veram ætatem, seu ob defectum ætatis legitime, nam tunc certo modo impetrans teneretur id probare plene, numero 171. & sequent.

Improbatur consil. Menoch. dicentis, non esse surreptitiam gratiam, in qua impetrans expressit, se tunc esse in 13. ætatis anno cum solum esset in 12. quod non videtur verum, maxime si illi deesset vltra sex menses, imo ætas absolute narrata debet omnino verificari, n. 173. & sequenti.

Cui incumbat onus probandi ætatem (& idem est de legitimitate) quando de illa non est facta mentio in gratia, à numero 175. resoluitur quod si quis petit sententiam canonicatoriam, seu adiudicatoriam Beneficij, & ex aduerso negatur eum habere ætatem legitimã, ei incumbit onus probandi ætatem, si vero ex aduerso non negatur, non tenebitur eam probare &c. & quando negatur sufficiat ad eam probandam semiplena probatio, quæ sufficit ad probandas habilitates, etiam narratas, & vbi Papa dicit impetrantem ab examinatoribus examinatum, & idoneum repertum fuisse, ex eo probantur eius habilitates ad Beneficium requisitæ, &c. & idem in tit. ordinario. Si vero quis instat pro absolutoria, indistincte non tenetur probare ætatem non expressam, &c.

Quomodo probetur ætas remissiue, n. 186. & num. 187. & seq. ponuntur decis. Rotæ circa id.

In gratiosis omnia narrata sunt verificanda, nu. 189. & sequen. vbi ponitur resolutio Rotæ. Quamuis in rescriptis ad lites ex pluribus narratis satis sit vnum verificare, quod sufficeret ad mouendum Principem, à numero 191.

Quod etiam procedit in materiis compenendis, pro quibus soluitur compositio quantumuis magna, quia nihilominus remanent gratiosæ &c. n. 194.

Coadiutoriam impetranti narrãti ætatem, & alia impedimenta coadiuti, non sufficit probare impedimentum ætatis tantum ex Rota, n. 195.

Improbatur consilium Nauarri, quod dispensatione, seu priuilegio concesso ob plures causas, etiam copulatiue narratas, quæ omnes non sunt de iure necessariæ, satis est vt vna verificetur sufficiens n. 196.

Qualibet expressio falsa vitiat gratiam, etiam quod alias esset princeps concessurus, n. 197. Saltim quando esset talis, quæ induxit, aut mouere potuisset ad citius, seu facilius concedendum, &c. num. 198. Et seq. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Surreptio vitiat gratiam, nedum quando fuit causa inductiua & finalis gratiæ, sed etiamsi fuit causa impulsiua, vt quia princeps alias concessisset, sed non ita faciliter, nu. 200. Non solum in Beneficialibus, sed etiam in cæteris omnibus gratiis contra aliquos num. 201.

Capit. super literis, de rescrip. in 2. casu loquitur in rescriptis ad lites, nec habet locum in gratiosis, numero 202.

Improbatur consilium Rebuf. 11. valere dispensationem vbi impetrans expressit se vtriusque iuris Baccalaureum, licet non sit nisi in altero, n. 203. & dec. Cassad. 7. de concess. preb. n. 204.

Sufficiet impetrantem verificare de facto Doctoratum narratum, n. 205. Nã regulariter sufficit per narratiuam verificari de facto, & non de iure, n. 206. Saltim vbi non agitur de perpetuo præiudicio, nu. 207. & seq. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Qualitas narrata tendens in præiudicium alicuius, etiã quod facilius non inducat ad concedendum, verificanda est, n. 209.

Gratia si neutri, de qua agunt relati, nu. 210. Quamuis sit conditionalis, & habeat duplicem conditionem, quod Beneficium vacet, & neutri ius competat, & impetrans debeat eam iustificare, & verificare, vtramque conditionem, sicut etiam est iustificanda quoad litem narratam quam gratia supponit, n. 212. & seq. vbi ponuntur resolutiones Rotæ, tamen quoad non ius alterius satis dicitur iustificata ex eo, quod de tali iure in actis non constat, & numero 214. cum seqq. vbi ponuntur resolutiones Rotæ, & 216. decis. Rotæ.

Quod nõ procedit quãdo aduersarius nititur prouisione

Ordinario, quæ non est iustificanda, cum Ordinarius prouideat Motu proprio, & Ecclesiæ, non personæ, & sic narratiua non sunt, non iustificatur ex inspectione aliorum, & consequenter impetrans gratiam, sententiæ, debet aliunde probare, quod illi sui non competat, &c. numero 239. & seq. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Habens gratiam ab Ordinario, non tenetur eam iustificare, quia Ordinarius prouidet Motu proprio Ecclesiæ, non personæ, & censetur informatus de qualitatibus subditorum, à n. 221. vbi ponuntur resolutiones Rotæ.

Qualis probatio requiratur pro iustificatione gratiæ, & verificatione narratorum, an plena & concludens, an semiplena sufficiat, à n. 224. Resoluitur quod narratiua super qua principaliter fundatur gratia est plene probanda, vt narratiua reseruationis deuolutionis non expressionis veri valoris, &c. pro verificatione vero narratiuæ quæ non est principale fundamentum gratiæ, licet sit causa motiua, seu impulsiua & pars illius, sufficit semiplena probatio, vt in narratiua valoris Decanatus vel alterius qualitatis, & adducuntur resolutiones & decis. Rotæ, & doctrina Gonzalez.

Executor literarum in forma dignum, seu commissaria, tam primus quam secundus nõ tenetur iustificare nisi illud, quod sibi à Papa mandatur verificari nempe idoneitatem impetrantis, & cum gratia est per resignationem in sacris constituti, quod aliunde habeat, vnde commodè viuere possit, n. 231.

Quamuis communiter soleat fieri informatio super verificatione omnium narratorum, n. 232.

Idoneus in proposito quis dicatur, seu in quo consistat idoneitas, numer. 233. Resoluitur consistere in legitimis natalibus ordine, ætate, moribus, & scientia, &c. & numero 234. Ponuntur declarationes Sacræ Cong.

Quomodo dictus executor debeat dictam idoneitatem, & n. 235. Resoluitur idoneitatem quoad literaturam verificandam esse per examen personæ, quoad alias vero qualitates, & quod aliunde viuere possit resignans per testes, seu alias probationes.

Ad parochiales in forma dignum, examinatores debent facere relationem & approbationem, non solum quoad literaturam, sed etiam quoad clericatum, legitimitatem, ætatem, mores, &c. à n. 236. & ponuntur declarat. S. Cong.

Institutio parochialis facta ab ordinario præsentato à patrono facta solum relatione ab examinatoribus quoad scientiam, & non quoad mores, &c. est nulla ex Rota, quamuis alias aliud dixisses à numero 239.

In idoneitate probanda non requiritur citatio alicuius, aut vacatio partis, etiamsi adesset intrusus, vel cõtradictor, à n. 242.

Nec est necessarium super idoneitate testes in forma recipere, sed sufficeret executorem extraiudicialiter se informare, numero ducentesimo quadragesimoquarto. Nec verbum si constiterit, includit citationem partis, quando committitur executio de re vacante, & licet eam includat, si de re non vacante committitur, & sic cum adest intrusus, tamen intelligendum est respectu actuum iudicialium, & quæ fiunt in forma iudicij, qualis non est examinatio, &c. à numero 245. & numero 247. Adducitur resolutio Rotæ.

Delegatus cui Papa committit, vt se diligenter informe de vtilitate Ecclesiæ, & si reperierit in euidentem vtilitatem cedere alienationem confirmet, &c. satis est adhibeat cognitionem extraiudicialem, absque citatione, & per eo præsumitur, &c. numero 248.

In dispensationibus quæ committuntur Ordinariis, cum clausula quod diligenter se informent, &c. non est necessarium testes in forma recipere, sed sufficeret extraiudicialiter se informare n. 249. & quædam declaratio S. Cong. quæ ait requiri citationem, intelligitur quando est aduersarius n. 250.

Si per testes præsentatos probaretur idoneitas impetrantis seu veritas precum dispensationis, ipsi tamen executori contrarium constaret, non liceret exequi commissionem, &c. numero 251. & semper expediret, quod in huiusmodi verificationibus examinarentur ex officio aliqui testes, qui rem melius scire possent, &c. n. 252.

An si semel examinatus, non reperiatur idoneus, possit iterum examinari, & illi tunc reperto idoneo Beneficium conferri? à n. 253. Resoluitur negatiue; maxime in parochialibus, nam in aliis Beneficiis probabile videtur posse, quamuis quoad congruam resignantis sufficiat quandocumque de illa constare, quamdiu res est integra, &c. Cauendum tamen erit in resignatione ne incidant in constitutionem Gregorij XIII. de publicandis, &c. n. 257.

An si impetrans sit reuera idoneus, nõ tamen sit per executorem verificatum, teneat collatio? n. 258. Resoluitur quod non, nam est conditio non existentiæ, sed cognitionis.

An si impetrans sit idoneus, & per executionem sciatur, possit ad executionem procedere absque alia verificatione, seu informatione à n. 259.

Resoluitur quod; non alias prouisio erit nulla propter defectum formæ, & conditionis de limitato modo scientiæ, quam important illa verba, si repereris idoneum, sicut clausula si est ita.

Quod procedit etiamsi de idoneitate notoriè constet, nam quando examinatio est de forma, prætermitti non potest quantumcumque examinandus sit notus, præsertim in parochialibus in forma dignum cõtra aliquas, à n. 264.

Si executor cui committitur collatio Beneficij simplicis in forma dignum committit examen alicui, qui dat illi schedulam approbationis absque examine, quia est sibi nota sufficientia, an censeatur seruata forma examinis, & valeat collatio, nu. 269. Resoluitur quod sic licet tutius sit, quod fiat examen aliquod pro forma.

An si dictus executor fecerit examinationem, & putans ipsum idoneum, cum non esset, contulit Beneficium, collatio valeat? à numero 270. Resoluitur quod sic, quod tamen secus esset in dispensationibus commissis Ordinario, & quoad congruum resignantis.

Si per examinationem factam, seu alias executor intelligeret, seu intelligere deberet eum non esse idoneum, & nihilominus conferret, collatio non valeret, nu. 274. In parochialibus debet executor impetranti conferre, & collatio erit valida si examinatores illum approbant, quamuis ipse eum non putet idoneum, nu. 75.

An sit necessarium constare, quod resignans tempore resignationis, & datæ aliunde habeat congruam, an vero sufficiat quod eam habeat tempore executionis gratiæ? à num. 276. Resoluitur satis esse quod de ea

constet

constet tempore executionis, cum verba, si tibi constiterit, sint futuri temporis, & qualitas adiuncta verbo debeat intelligi iuxta tempus verbi, & sic limitatur reg. quod surreptio consideratur respectu datæ, & adducitur dec. Rotæ & si tempore executionis resignans esset mortuus, non esset opus eius congruam verificare, numero 280. vbi ponitur declaratio S. Cong.

Si executor quia sibi non constitit de congrua, pronuntiauit non esse locum executioni literarum, non erit locus appellationi, nec sufficiet in gradu appellationis constare, n. 281.

Cum resignatio est expedita in forma gratiosa, tunc clausula, seu narratiua de congrua, debet esse vera tempore datæ, ex d. reg. n. ducentesimo octuagesimo secundo.

In dispensationibus matrimonialibus quæ committuntur Ordinariis sufficit narrata esse vera & verificari tempore executionis commissariis, licet tempore datæ non essent vera contra aliquos, quatenus secus sit in dispensatione in forma gratiosa, à numero 283.

In dispensationibus cum copula, in quibus impetrantes narrant copulam præcessisse, & quod nisi matrimonium inter eos contraheretur ipsa diffamata remaneret, &c. Si ista non essent vera tempore impetrationis, sed postea consultò copulam habuissent, vel alias infamiam procurassent, dispensatio non valeret, & sic procedet sententia aliquorum, numero 287. & seq.

Non sufficiet causam narratam fuisse veram tempore impetrationis, & relationis factæ Papæ, si tempore executionis deficiat, etiãsi non sit vera, quamuis dispensatio facta, & maxime fortita effectum non vitietur, etiamsi postea causa deficiat, &c. à numero 289.

Dispensatio ob paupertatem, seu dotem minus competẽtem, non vitiatur, si postquam Ordinarius dispensauit mulier facta esset diues, etiamsi nondum matrimoniũ esset contractum, n. 291. Etiamsi tempore dispensationis haberet spem quasi certam successionis, vel applicationis bonorum, si non est legitima necessario sibi debita, n. 292.

Narratiua & clausula quod resignans habet aliunde, vna cum pensione sibi reseruata vnde viuere possit, verificatur sufficienter si ex pensione illa habeat vnde viuere possit, licet non verificetur, quod habet etiam aliunde, nu. 293. Et quamuis in literis dicatur dummodo aliunde habeat, vnde viuere possit, non excluditur, quin pensio sit in congrua computanda, numero 294.

Admonetur lector quod in hac materia de executione & verificatione literarum caueat à Flores Mena, num. 295.

256 VNdecimo dubitatur, † quid debeant verificare prædicti executores literarum Apostolicarum. Et quoad executores literarum in forma gratiosa, di-
257 cendum est non teneri † aliquid verificare pro executione facienda, nam ad capiendam possessionem probatio nequaquam requiritur, Flaminius Parisius *de resignatione Benefic. lib. 10. qu. 3. num. quinquagesimo tertio* qui ait esse communem, & receptam doctorum sententiam in stilo obseruatam, namque videmus resignatarios capere possessionem Beneficij resignati in curia, vel extra, absque verificatione narratorum.

Quamuis contrarium † velit Zerola *in praxi Episcopali, 1. p. verb. executor Apostolicus § 2.* dicens executorem teneri se informare de omnibus expressis in literis, & ex officio debere facere, quod impetrans probet narrata coram eo, sicut practicatur in dispensationibus matrimonialibus. Sed iste author omnia confundit, in dispensationibus enim est diuersa ratio, nam ponitur in eis ista conditio, & forma, vt de veritate precum se informet, &c. vt in clausula supra posita, *numero* 105. quod executori literarum Beneficialium in forma gratiosa non iniungitur. 258

Id tamen procedit, nisi † alius sit in possessione Beneficij, quem debet citare, vel alias compareat legitimus contradictor, tunc enim vt dictum est *dubio* 9. executor tenetur assumere partes iudicis, & impetrans verificare suam gratiam, & narrata eam tamen parte opponente, quia sunt pars illius, & subintelligitur clausula. *si preces veritate nitantur, ca. 2. de rescrip.* exceptis iis quæ iure præsumuntur. Io. And. & alij *in c. 1. de litis contestat. in 6.* Imola *in c. super literis n. 19. de rescrip.* Abb. *in c. constitutus, n. 4.* & Fel. *nu. 1. eodem tit. & in c. fin. de præsump.* Mill. *in rep. verb. gratia si dicitur* Aymon. *cons. 104. num. 3.* Rebuf. *ad leges Gallicas 2. to. tit. de rescrip. in præfat. nu. 56* Mand. *de ætate minori, q. 28. n. 2.* Natar. *in c. si quando, de rescrip. excep. 8. n. 4.* Mascar. *de probat. concl.* 1128 alias 1113. & 1226 Flam. Parif. *de resignatione, l. 10. q. 3. ex n. 1.* & particulariter *num. 50.* Zech. *de Benef. & pensio. cap. 9. nu. 3. versic. promotus quoque & cap. 13. n. 4. versic. resignatarius præterea,* Puteus *decis. 300. n. 2. l. 2.* Caputaquen. 39. p. 2. Cæsar de Graffis *decis.* 48 58. & 66. & Rota *decis.* 412. & 534. *in princip. p. 1. diuersorum.* Etiamsi esset procedendum executiuè, Cæsar de Graffis *dict. dec. 58. n. 4.* vt dictum est sup. *1. p. c. 5. ex n.* 442. quanto magis cum tunc sit via ordinaria, & est decisio in vna Spoletana Canonicatus 19. Iunij 1600. coram D. meo Corduba, quæ sic se habet. *Fuit resolutum sen-* 260
tentiam Vicarij non esse exequendam, quia non apparebat de bono iure Basilij, sine quo non datur executio iuxta stilum Rotæ, Cæsar de Graffis decis. 1. num. 6. de appellatio. *& fuit dictum coram bonæ memoriæ Orolen. in vna Romana Grani. 17. Decemb. 1574. imo de iniustitia sententiæ satis constabat cum eius gratia non fuerit iustificata coram dicto Vicario iudice executore quo casu sententia redditur notoriè iniusta, & surreptitia, Caputaquen.* decisione 345. parte secunda & decisione 229. numero secundo parte tertia & *fuit dictum coram D. Pamphilio, in vna Cæsaraugustana pensionis 20. Decemb. 1591. & coram me in Ferrarien. parochialis primo Aprilis, 1596. vnde potius videbatur apparere de læsione ad effectum restitutionis.*

Quinimo impetrans tenetur verificare † narrata 261
in sua gratia, quæ mouerunt Papam ad concedendum, vel ad facilius concedendum, etiamsi non negentur, & parte non opponente ex ratione dicta, quia sunt pars suæ gratiæ. Ægidius *decisione* 303. Rota in vna Fesulana præceptoriæ 27. Ianuarij 1563. coram D. Robusterio infra relata *numero* 215. & in Salamantina pensionis 18. April. 1572. coram Domino Lancelloto, & in Cæsaraugustana pensionis, 20. Decembris 1591. coram Domino Pamphilio sup. adductis *parte prima capite quinto num.* 443. & 448 & in Ferrarien. parochialis, 1. Aprilis 1596. supra relata *numero centesimo vigesimo tertio* & in Agrigentina Beneficij, duodecim Nouembris 1601. supra adducta *n.* 130.

162 Sed offert se difficultas circa prædicta, & † circa illam decis. Salamantinam, & Agrigentinam quatenus dicant, quod tenetur verificare omnia narrata parte opponente, parte vero non opponente, tenetur verificare ea solum quorum falsitas vitiat gratiam, vel quorum expressio facilius mouit Papam ad concedendum, quæ differentia non videtur apta, nam etiam parte opponente non tenetur quis verificare, nisi ea quorum falsitas vitiat gratiam, vel quorum expressio facilius mouit Papam ad concedendum, alia enim sunt impertinentia, vt patet, nec falsa expressio quæ non mouit ad facilius concedendum vitiat gratiam, Rota *decisi. quarta & septuagesima de rescriptis in antiquis*, Ægidius *decisione quarta*, Caputaquen. *decisione trecentesima decima numera quoties parte prima*, & Rota *decisione 531. parte prima diuersorum*.

163 In qua difficultate videtur dicendum † quod impetrans parte non opponente, non tenetur verificare, nisi ea quorum falsitas vitiat gratiam, quia alias impetrans esset inhabilis, vt clericatum expressum, vel dispensationem, vt in terminis dictæ decis. Salamantinæ, nam impetrans narrauit se militem S. Io. Hierosolimitanum vt *in decisi.* 47. Cæsaris de Grassis eiusdem causæ) vel quia sunt fundamentum gratiæ, vt reseruationem, vel deuolutionem narratam, vel quia gratia fuit facta sub conditione, vt in pensione dummodo remaneant centum pro rectore, seu dummodo dimidiam partem non excedat, vel quia alias Papa omnino non concessisset, & etiam ea, quorum expressio mouit Papam ad facilius concedendum, licet alias concessisset, vt Doctoratum, seu Baccalaureatum, familiaritatem &c. vt *in dict. decisione* Ægidij 303. parte vero opponente tenetur verificare omnia narrata, id est non solum dicta, sed etiam valorem Beneficij, & obtentorum narratum, quem non tenetur probare nisi opponatur, seu negetur, vt *in decis. 64. de concess. præbendæ in antiquis*, & collector *decisione vigesima de præbend. in nouis* (quamuis contradicat Rota *ibi*,) Puteus *decisione* 24. l. 1. Felin. *in c. ad aures, de rescrip. numero 4. versi. fallit.* 1. Selua *de Benef. 3. par. quæst. 11. 2. qualitate. sub num.* 2. Mascardus *conclus.* 886. *num* 10. & 887. *num.* 10. & 888. *num.* 8. & *d. conclu.* 1226. *num.* 4 & Flam Paris. *d. tit. lib* 10. *q.* 3. *num.* 40. Et qualitatem Beneficij narratam, vt quod non requirit residentiam, diœcesim suam, seu ciuitatem narratam quam tenebitur probare, si opponatur, alias non, nisi narrauerit se esse ex diœcesi vbi impetrat Beneficium, de quo inf. 7. *p. cap* 9. Et ita videtur intelligenda d. dec. Salamantina & Agrigentina.

164 Pro qua intelligentia, † & explicatione facit, quod tradit Sallustius Tiberius *in practica Auditoris cameræ lib. 3. cap. 1. num. 8. & 9.* ex consilio dominorum abbreuiatorum de maiori parte resolutum esse, & obseruatum, quod quando literæ pensionis habent clausulam dummodo pensio huiusmodi, & aliæ forsan assignatæ medietatem fructuum non excedant, agenti ad pensionem, etiam titulario non opponente, necessario incumbit onus verificandi pensionem annis singulis medietatem fructuum detractis, etiam omnibus pro Ecclesiæ seruitio necessariis, non excedere, quando autem literæ habent clausulam, quorum fructuum medietatem ipsa pensio, vt asseritur, non excedit, si de fructuum valore à titulario opponatur probandi valorem, onus pariter ad agentem spectat.

165 Et vbi narratur valor † Beneficiorum distincte & separatim, debet ita probari, & non in confuso, sed omnium simul, verbi gratia, narratur quod vnum nō excedit centum, & aliud 24. non sufficit probare in confuso, quod ambo non excedant 124. sed est necessaria probatio distincta iuxta narrata, scilicet, quod vnum non excedit centum, & aliud 24. vt fuit consideratum in Oppiden. pensionis 3. Iunij 1585 coram D. Pamphilio, & fuit dictum in vna Lamacen. Beneficij 11. Feb. 1598 coram D. meo Corduba, circa verificationem valoris obtentorum. Licet alias in ea qualis probatio etiam minor semiplena sufficiat Ægidius *decisione* 674. † & 683. vt ibi etiam dictum est, 166
& in pluribus aliis causis, & particulariter in vna Virdunen. Canonicatus coram D. Pamphilio, 13. *Ian.* 1595. † vbi fuit resolutum *Quod ad probationem valoris obtentorum qualis probatio, etiam per duos testes de auditu sufficit, etiam si non percutiant tempus gratiæ, & testes examinati coram auditore Cameræ, tanquam executore literarum super valore faciunt fidem in Rota ad canonizationem gratiæ, Rota diuersorum* 2. p. decis. 55. Et ibi etiam fuit resolutum, † *nihil referre quod Canonicatus, qui non habet fructus, nisi residendo exprimatur in 24. ducatis simul cum alio, licet alias solus exprimi soleat in* 24. Et sic Canonicatus & Dignitas non habentes fructus in absentia possunt simul poni in 24. concludit *cons.* Nauar. 10. *de rescript.* quod impetratio plurium Beneficiorum, quorum nullum excedit valorem 24. non est nulla, eo quod eorum valor simul exprimatur non excedere 24. & cætera.

Cum ergo impetrans teneatur verificare † narrata 169
in sua gratia, vt dictum est, tenetur verificare ætatē expressam, Puteus *dec.* 187. & 202. *l.* 1. & 377. *lib.* 3 Caputaq. *dec.* 128. 129 130. 13. 30 312. & 315. *p.* 1. vbi de ætate in conditoria narrata, & Flam. Paris. *d. l.* 10. *qu.* 3. *n.* 36. & 37. Etiamsi solum instet pro † absolutoria 170
quando aduersarius qui venit ex alio tit. illum alias iustificauit, Put. *d. dec.* 300. *l.* 1. Mandos. *de ætate minori, q.* 18 nam vt dictum est sup. *præ. eden. parte, c. 3 dub.* 14. *n.* 189. Si actor iustificauit gratiam suam, reus excipiens tenetur suam quoque iustificare, Nisi † secundus impetrans impetrauerit certo modo, quia primus non expresserat veram ætatem, seu ob defectum ætatis legitimæ, nam tunc certo modo impetrans teneretur probare illum non fuisse in illa ætate, tanquam fundamentum suæ gratiæ, Put. & Mand. *vbi proxime*. Et teneretur id probare plene ad † decis. Hispal. portionis 20. Iun. 1594. sup. adductam *præced. p. c.* 4. *n.* 37 & d. infra à *n.* 225. & *n.* 230.

Vnde consil. Menoc. 316. *n.* 4. † vbi ait non esse surreptitiam gratiam, & prouisionem Beneficij, in qua impetrans expressit se tunc esse in 13. suæ ætatis anno cum solum esset in 12. non videtur verum maxime si ad 13. ætatis annum illi deesset vltra sex menses, ad dicta inf. 11. *p. cap. 3. à num.* 48. Quinimo videtur † quod cum certa ætas absolute narratur sine dictione, *vel circa*, de qua ibi debet omnino verificari, narratiua enim videtur indiuidua ratione formæ, sicut de sententia dicitur, Rota *decisione 221. parte. 2. diuersorum*.

Sed obiter est difficultas, † cui incumbat onus probandi ætatem, & idem est de legitimitate, quando de illa non est facta mentio in gratia.

In qua difficultate distinguendum est, † quod aut quis petit sententiam canonizatoriam sui tit. seu adiudicatoriam Beneficij, & ex aduerso negatur eum habere ætatem legitimam ad tale Beneficium, & tūc canonizatoriam, seu ad iudicatoriam petenti incumbit

cum

cumbit onus probandi ætatem, tanquam fundamentum suæ intentionis, cum id petat, tanquam habilis, Bald. *in c. in præsentia de probat. n.* 34. & ibidem Fel. *n.* 27. Mandos. *reg.* 18. *q.* 3. *n.* 4. Rota *decis. 1. de præsump. in antiq.* quæ ait, quod non præsumitur quis legitimus ad hoc vt adiudicetur Beneficium sibi, nisi probetur &c Quod etiam inquit add. *dec. 19. de restitut. spoliat. in nouis*, *dec.* Ægid 76. quæ ait, quod impetrans Prioratum Monachalem, ad quem requiritur professio expressa illam si negetur probare tenetur, Caputaquen. *dec.* 308. *n.* 2. *p.* 1. vbi ait, quod agens vt filius pa-
177 trimonialis debet se probare talem. &c. & *dec.* † Ant. Aug. 1162. & 1163 *l.* 5. *p.* 5 *diuers.* Si vero ex aduerso non negatur non tenebitur eam probare cum de ea non sit facta mentio in gratia, vt colligitur ex *d. decisione* 76. Ægid. & *d. decisione* 1162. Antonius Augustinus.

178 Quamuis vbi agitur de † executione gratiæ in forma dignum, teneatur executor ex officio inquirere habilitates ad Benef. requisitas, vt infra dicetur à *nu.* 231. sicut qui habet confirmare, vel instituere, *c. cum nouis de electione*, Francus *in reg. in familia l. 6. sub. n.* 4. & Felin. *in d. ca. in præsentia n.* 28 & Lamb. *de iure patron. 2. par. 2. lib. q. 6. art. vltimo & quæstion. 8. articulo* 11. & 13.

179 Et quando negatur, sufficiet † ad eam probandam semiplena probatio, Rota *d. decis.* 1163. Puteus *d. dec.* 202. vbi quod ad canonicationem gratiæ ætas narrata ex coniecturis probatur, quamuis plenam videatur requirere *d. decis.* 1162. Ad probandas enim habilitates etiam narratas sufficit semiplena probatio Ægid. *d. decis. 76. ad fi.* & 113 & 114. Caputaquen. *dec.*
180 277. *p.* 1. Mandos. *reg.* 18. *q.* 11 *ante n.* 19. & † Zerola *in praxi Episcopali. 2. p. verb. clericus. §* 2. & Rota in Salamantina Capellaniæ del Voto 20. Nouembr. 1592. & in Legionen. præstimoniorum 29. Nouemb eiusdem anni coram D. Pamphilio infra adductis *n.* 4 seq. & in Calagurritana Beneficij de Ariola 16. Nouembr. 1592. infra adducta 11. *p. c.* 1. *n.* 71. & in Toletana parochialis de Alcaudete 10. Maij 1596. infra adducta 9. *p. c.* 2. *n.* 341. & in Ciuitaten. Scholastriæ, & Canonicatus 24. Mar. 1597. infra adducta n. 187. & in Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. infra adducta 10. *p. cap.* 1. *num. fin.* contra & alias sæpe, & dicetur infra à *num.* 235.

181 Et vbi Papa in literis dicit impetrantem † ab examinatoribus examinatum, & idoneum repertum fuisse, vt in literis in forma gratiosa, dici solet, ex eo probantur eius habilitates ad beneficium requisitæ, donec contrarium probetur, vt in illa decisi. Bononien. Canonicatus de anno 1591 de qua infra. 7. *p. cap.* 1. *n.* 167 & in Burgen. Abbatiæ de Foncea, de mense Martij 1592 coram D Gipsio, & in Nucerina beneficiorum 30 Octobris 1592. supra adducta *num.* 187. & in Curçolen. Canonicatus 22. Martij 1602 coram D. Corduba, & d. Colonien. 10. Maij eiusd. anni coram D. Pamphilio, & in aliis causis, quod tamen solum videtur intelligendum de habilitatibus ad beneficium necessariis, & requisitis, non vero de aliis in gratia narratis, quæ erunt alias probandæ per impetrantem.

182 Et idem erit in tit. † seu collatione ordinarij dicentis illum examinatum, & approbatum, ad quod facit decisio in causa Bononien. Decanatus de anno
183 1587. coram † D. Rubeis, quæ sic ait, *resolutum fuit, quod si possessio Marcelli non est attentata, onus probandi incumbit Æualio, & materia non habet diffi. altatem, cum Æualius adhuc non iustificauerit ius suum, si vero esset attentata, tunc licet onus probandi incumberet Marcello, tamen dicendum dicebant satis esse probatum clericatum Marcelli non solum ex iuris præsumptione, sed etiam ex eo quod fuit præsentatus tanquam clericus, & coram examinatoribus, fuit oppositum quod non erat clericus, nihilominus examinatores approbauerunt Marcellum tanquam habilem, & idoneum non obstante ista oppositione, & ita comprehenditur clericatus.* Sed vide circa hoc dict. infra à *num.* 184
211.

Aut quis instat pro absolutoria tantum † à petitis, & tunc in distincte non tenetur probare ætatem, in sua gratia non expressam, etiamsi ex aduerso negetur, nam ex quo non fuit de ea mentio in gratia, præsumitur habilis ad istum effectum & dicenti, seu opponenti eum non habere ætatem legitimam incumbit onus probandi, Rebuf. *in praxi tit. requisita ad collationem bonam n.* 39. & *in repet. c. exterpanda. §. qui vero, de præb. 2. notab. vers. si vultis.* Mascar. *conclusio.* 667. *n.* 6 & 8 optime Mandos. *d. reg.* 18. *q.* 3. *num.* 4. & *seq.* vbi ait dominos de Rota in vna Ciuitaten. parochialis de Aldealba de anno 1548. indistincte tenuisse, & cōclusisse, quod possessor petens absolutoriam tantum non teneatur probare ætatem, & in causa Hispalen. canonicatus inter Rodericum Luxero suum clientem, & Didacum Vazquez, qui dabat de dict. *regula.* 18. *de ætate*, dato dubio cui incumberet onus probandi ætatem, resolutum fuisse quod onus probandi minorem ætatem incumberet Didaco Vazquez, quia dabat regula vnde debebat docere se esse in casu regulæ, & quia non fuerat facta mentio in gratia Roderici, vnde præsumebatur habilis, secus si fecisset mentionem de ætate, quia tunc teneretur probare narrata, vt distinguit Ioan. Andr. *in reg. infamibus* vbi Francus *n.* 4. & inter alia allegasse pro suo cliente *cons.* Calderini 5. *de probatio.* & Pauli de Castro 447. alias 438 hæc Mand. & facit alias *dec.* Putei 366 *l.* 1.

Facit ad prædicta † communis opinio quæ habet 185
quod fundans se super ætate minori, vel maiori, debet illam probare, Felin. *in d. c. in præsentia de probatio. n.* 28. Alciat. *de præsump. reg. 2. præsump.* 14. Mand. *d. q. 3. num. 3. & de ætate minori q. 2. & cons.* 17. Pechius *in reg. beneficium leg. 6 numer.* 27. Duennas *reg.* 258. & Mascar. *dict. conclus. 667. ex num.* 1. & Pacianus *de probat. leg. 2. cap. 24. numer. 4. & 14.* Menoc. *præsump.* 50. *l.* 2.

Et quomodo probetur ætas, vide per † Bart. *in l. de ætate ff. de minor.* 2. *q.* & per Mandosium *d. reg.* 18. *q.* 186
4. *cum seq. & de ætate minori. q. 3 & cons. 5. a n.* 6. Caldas Pereira *in leg. si curatorem habens. verb. minoribus ex num.* 12. Mascar. *conclu.* 666. & 668. *cum seq. vsque ad* 680. Sforciam *de restitutione in integrum p. 1. q.* 57. Menoch. *d. præsum.* 50. & 51. *l.* 2. Pacian. *d. c.* 24 Flam. Parisium *d. l.* 10. *q.* 3. *n.* 38. Zerolam *in praxi Episcopali 2. p. verb. ætas. §* 2. Cap. taquen. *decis.* 131. 312. 314. & 315. *p.* 1. & optimam decisionem in causa Ciuitaten. Scholastriæ, & Canonicatus 24. Mar. 1597 coram † D. Pamphilio quæ sic se habet: *fuit concorditer per omnes dominos resolutum gratiam Ioannis de Maurana esse iustificatam, nā quod sit oriundus ex diœcesi Calagurritana, præsens in Curia presbyter, & magister in Theologia probant testes, qui etiam dicunt vidisse illum celebrare missam, & vidisse priuilegium doctoratus, & super omnibus deponunt de communi reputatione, & publica voce & fama qua contentatur Rota in probandis habilitatibus impetrantis, Rota in antiquis* decisio. 8. de causa posses. & decisio. 14. de probatio. Ægid. de- 187

n. 114. *Mohed*.218.in fin. *Gu donin* decisione 141. *Capucaq*.decis.277.p.1. *in impressis, vltra quod Papa in sua gratia attestatur illam fuisse examin. tam ab examinatorib. deputatis in vrbe, & repertum idoneum, quod ad hunc effectum fuit alias ponderatum in causa Burgen. Abbatiæ de Fonteca de mense Martij* 1592. *coram D. meo Gypsio, & alias sæpius, quod in Ecclesia Cantuarien. Scholastria sit dignitas non tamen maior post Pontificalem, & soleat re teneri per vnum ipsius Ecclesiæ Canonicum vna cum Canonicatu absque dispensatione Apostolica, probant ijdem testes, qui etiam ex publica voce, & fama dicunt illarum fructus non excedere valorem, qui expressus fuit ducatorum mille & septuaginta auri de camera, Ægid.* dec. 675. *Mohed*.decis. 148. *Puteus* dec 29.l.1. *Caputaq*.dec.277.nu.8. *quod Maturana obtineat Canonicatum Ecclesiæ de Victoria non eget iustificatione, stante decreto dimittendi iuxta decisionem Rotæ* 20.de præben. in nouis *Mohed.* dec. 271. alias 14.eodem tit. *vltra quod testes id probant qui etiam deponunt, quod obtinet beneficium simplex S. Martini in Ecclesia de Maturana, & aliud simplex inde Echauarri quorum omnium fructus non excedunt valorem* 124. *ducatorum, qui respectu obtentorum sufficit quod taliter qualiter probetur, Ægid*.dec 674. *etiam minus quam semiplene, vt de vno teste de fama cum adminiculo tradit idem Ægidius* dec. 683. *& sæpius fuit decisum, quod Scholastria, & Canonicatus vacauerint per obitum Andreæ de Tamayo extra Rom. Curiam de mense Iunij* 1594. *similiter probatur ex testibus de publica voce, & fama quæ sufficit ad iustifican. vacationem narratam, Bartholus* in libro secundo §. si dubitetur ff. quemadmodum testamenta aperiantur *Felin.* in c.quin frequenter. §. si in fi. vt lite non contestata. *Mohed*.dec 77. *Put*.dec.266 lib.3. *Thom. de Thanis* decisione 75. *quod autem vacatio adhuc duraret, non obstante collatione ordinarij facta Didaco de Saluaterra, propter eius incapacitatem ob defectum ætatis requisitæ à Concilio ad obtinendam dignitatem in Ecclesia Cathedrali probant testes qui bene concludunt, Didacum de anno quo sibi fuit collata Scholastria, fuisse minorem viginti duorum annorum, & isti testes bonam afferunt rationem sui dicti, quia aliqui deponunt de eius natiuitate in loco Ascarça, vbi vxor ipsius testis aliquoties lactauit Didacum, qui erat minor Mariana filia ipsius testis quæ de tempore examinis non excedebat* 19. *annos, quod etiam asserit ipsamet vxor quæ lactauit, & isti verisimiliter non possunt ignorare ætatem sui filij, Bald.* in consilio 219 testes sub numero tertio libro quarto *Sebast. Sapia* in l. de ætate numero trigesimo ff. de minoribus *aliqui vero deponunt Didacum natum fuisse post quinque sorores suas & immediate post Melchiorem vltimam, quam Didacus pater quando venit ad habitandum in loco de Ascarça vbi postea natus fuit Didacus iunior secum duxerat, quam Melchiorem adhuc viuentem, vt testes dicunt, constat ex serie natiuitatis sororum Didaci natam fuisse sub die 6. Ianuarij 1577. vt patet ex libro Baptismi Ecclesiæ de Victoria in qua prædictæ sorores fuerunt baptizatæ qui fuit semper in bona custodia. & probat ætatem Feli.* in capite cum causam, sub numero secundo in fine de probatione, *Mandos.* super regula decima octaua quæstione decima *per totam, Caputaquen.* decisione 314. numero primo parte prima, *& fuit resolutum coram bonæ mem. Domino Bubalo in causa Bonomen. Abbatiæ de Buchis sub die primo Iunij* 1587. *concordat etiam cum prædictis testibus Ioann. de Ozalora, qui erat Rector de Ascarça, & Didacum baptizauit qui dicit se illum baptizasse in loco de Ascarça de mense Martij* 1577. *qui postea melius recludit in sua litera in qua facta computatione annorum sui presbyteratus asserit, se vsque ad annum* 1574. *deseruisse in loco de Ozaza vnde transijt ad locum de Ascarça in quo baptizauit Didacum, quod omnino excludit eius natiuitatem de anno* 1572 *cum ante annum* 1574. *non accesserit ad locum de Ascarça vbi Didacus fuit baptizatus. Non obstat fides exhibita per Didacum de eius baptismo de mense Martij* 1572. *quia fuit extracta postquam liber baptismi Ecclesiæ de Ascarça erat in potestate patris Didaci, qui medio sui familiaris illum habuit à Ioann. de Audica à Rectore, quæ fides redditur valde suspecta ex nimia pertinacia, & recusatione exhibitionis prædicti libri, vnde desumpta est etiam adhibito impedimento Regiæ prouisionis, & forte non sine magna causa ne detegatur alteratio anni* 1577. *in* 1572. *per inductionem lineæ sub* numero septimo *quæ prætenditur per Ioannem de Maturana, & stantibus prædictis est multum verisimile maxime concurrente depositione Ioan. de Audicana qui erat Rector parochialis, vbi Didacus fuerat baptizatus qui dicit fidem, de qua agitur non esse conformem dicto libro baptismi, in quo asserit sæpius se legisse natiuitatem Didaci scriptam manu Ioannis de Otalora sub die* 14. *Martij* 1577. *quod etiam sua letum ex annotatione natiuitatis Mariæ sororis Didaci sub die* 9.1571 *& Catharinæ alterius sororis sub die* 30. *Octobr.* 1572. *in libro Ecclesiæ de Victoria bene custodito quæ excludunt natiuitatem Didaci sub die* 14. *Martij* 1572. *computando tempus nouem mensium ab vno ad alterum partum cum verisimile non sit, quod adsint tot partus multiplicati in* 7. *vel* 8. *mense, quod est de raro contingentibus; & multum coadiuuat illam probationem instantia suppletionis ætatis facta sanctissimo domino nostro, quæ fuit facta instante Episcopo patruo ipsius Didaci, qui præsumitur habuisse notitiam huius veritatis. Non obstat, quod testes producti per Maturana non sint in forma probanti, & testes sint nulliter examinati, quia ex testificationibus notatorum constat in hac causa vigore regiarum prouisionum primo, fuisse ablatas literas citatorias & compulsoriales, & postea remissoriam, & demum vigore alterius prouisionis fuisse è manibus iudicum ablatam aliam remissoriam consignatam de ordine sanctissimi Domini nostri, quæ prouisiones præsumuntur obtentæ ad instantiam Didaci, interesse habentis, vt sæpius fuit decisum ex notatis per Bart.* in l.fin. ff. de quæstione *quæ sit vt probationes illæ, licet informes, quæ ex substantia concludunt in odium ipsius qui vtitur similibus prouisionibus ad impediendum quominus probationes legitimæ fiant, habeantur pro rite, & recte factis, & eis fides habeatur, Bartol.* in l.publicati, numero octauo C. de testamento, *Ias.* in authent. si quis in aliquo, column.4. in 7.fall. C de edendo, *Decius* consilio trigesimo sexto sub numero secundo versiculo sed ratio, *Peregrinus* decisione 159. libro secundo, *& fuit resolutum in causa Carthaginen. portionis sub die* 14. *Decembris* 1594. *coram Dominico Seraphino, & quod testes in præiudicium partis, quæ impedit quominus valide examinentur, etiam nulliter, & sine citatione examinati probent, tradunt doctores communiter* in capite quin frequenter *vbi gloss. & Felin.* numero 7. vt lite non contestat. *Decius* in capite secundo numero vigesimoquinto de testibus *& fuit decisum in causa Iacien. iuris darij sub die* 27 *Februar.* 1595. *coram eodem Dominico Seraphino, præsertim stante decreto sanctissimi domini nostri in signatura quod adhibeatur fides istis probationibus in euentum quod remissoria Ioan. de Maturana consignata Didaco aduersario non deferatur ad partes, quod cum effectu in hoc casu non fuit adimpletum, cum vigore prouisionis Regiæ fuerit rapta de manibus iudicum quibus fuerat consignata licet.* §. hec verba ff. quod quisque iuris, cum vulg. *non obstant testes Didaci in curia examinati, quia patiuntur notabiles exceptiones, & non concludunt minorem ætatem Didaci, vt per informantes quod Maturana qui sigillatim considerant dicta ipsorum, præsertim cum agatur de probanda minori ætate, in qua vti in re difficilis probationis admittuntur præsumptiones, & coniectura*, leg. cum de ætate. ff. de probatione l. excusantur la. 1. ff. de excusatione tutorum *Bald.* in leg. cum te, numero secundo C. de probatione & in consilio nono numero quarto libro quinto. *Soci. Iun.* consilio tertio libro secundo *Alciatus* consilio 396 numero septimo & præsumptio. decima quarta regula secunda *Tho. de Thanis* decisione octuagesimaquinta cum alijs allegatis, *& tanto magis quod quicquid dicant informantes pro Didaco non versamur in nostra obiectiua, quia licet ista minor ætas opponatur ad ostendendum Didaco ius non competere, tamen quia etiam includit validitatem, & iustificationem gratiæ ipsius Maturana, & sic est de iure damus, nō dicitur propriè obiectus, sed admittitur vt ius partis: vt declarat Cassad.* decisione secunda de exceptione, *Felin.* in c.cum olim col.pen. de rescriptione, *Rota* decisione vltima de exceptione in antiquis, *vltra quod ex supradictis resultat probatio satis clara & concludens, & cætera.*

188 In qua etiam causa est alia decisio † coram D. Lita 16. Iunij 1597. quæ sic ait, *fuit decisum non esse dandam remissoriam Didaco, nam quando adest vehemens præsumptio calumniæ, non conceditur etiam in 3. instantia maxime sine fumo* l. ad probationem. C. de probatio. c. cum contingat, *vbi gl.* verb. nihilominus, de officio deleg. *Verall.* decis. 59.l.3. *Cassad.* dec 3. de dilatio. *& fuit dictum in illa Toletana parochialis 6. Feb. 1595. coram Mellino, suspitio autem calumniæ hoc in casu est vehemens cum concludenter pro parte Ioan. probetur defectus ætatis requisitæ in Didaco, ex depositione Rectoris, qui eum baptizauit, & aliorum testium, ex instantia facta ab Episcopo patruo Didaci probabiliter de illius ætate informato cum Sanctissimo domino nostro pro suppletione ætatis obtinenda, & ex natiuitate sororum ipsius Didaci, vt bene deducitur in dec. in hac causa facta coram Pamphilio, fumus autem omnis, qui colligitur ex depositionib. testium Didaci tollitur ex ista Ioannis plena probatione, ex contrarietate & in verisimilitudine depositionis testium, &c.*

189 Et redeundo ad id vnde † digressi sumus in gratiosis omnia narrata sunt verificanda. Puteus *decis.* 312.*n*.2.*l*.3. Caputaquen. *decisio*.27.*n*.3.*&* 371.*n*.1.*p*.1. *&* 240.*p*.2. Mohed. *decis*.35. *de renunt.* alias 304. Rota *deci*.678.*n*.8.*l*.4.*p*.3. *diuersorum, &* 674.*n*.6.*p*.1. Cæsar de Grassis *decis*.7.*n*.3. Mandos. *reg*.27.*q*.8.*n*.26. *& de signatura gratiæ tit. de regress. ad fi.* Flam. Paris. *l*.4.*q*.2. *n*.44.*&* *l*.10.*q*.3.*n*.1. & Rota in Firmana Beneficij de anno 1596. supra adducta *p*.5.*c*.1.*n*. 571. quæ est omnino videnda in proposito, & in Meten monasterij 21. Feb. 1600. de qua inf. *n*. 199. & in Tirason. eleemosinariæ 28. Ian. 1602. supra adducta *n*.132. quicquid dicat Rota *decision. centesima septuagesima prima nu. primo parte prima, diuers.* & Thom. Sanchez. *de matr. l*.8. *disp*.21. *à n*.42.

190 Vnde in vna Oscen. Archidiaconatus † 19. Octo. 1601. coram D. Lancelloto fuit resolutum *Iosephum teneri iustificare omnia delicta in sua gratia narrata, quia cum non agatur ad solam priuationem, seu depositionem possidentis, sed ad effectum vt secuta priuatione beneficium adiudicetur impetranti omnia sunt iustificanda Ægid.* decisio. 735. *Sarnen.* de subrogand. quæstione 7.n.6. *Staph.* de literis iust. §. & 1. sciendum n.2. &c.

191 Quamuis in rescriptis ad lites ex pluribus † narratis satis sit vnum verificare, quod sufficeret ad mouendum principem, Rota *dec*.7. *de rescrip. in nouis* & ibi Papaz Ægid. *dec*. 280. Crescen. *dec*.1. *de ferijs n*.1. Achilles *dec*.27. seu 11. *de rescrip.* Puteus 69.*l*.2. Rota *dec*.19.*n*.4.*p*.2.*& dec*.196 *n*.4.*&* 259.*n*.9.*p*.2. *diuersor.* Lapus *allegatione* 23. *in fin.* vbi Mandos. *in additione verb. narrantur*, ait Rotam in † vna Hispalen. portionis coram D. Thanis limitasse dictam allegationem Lapi, &c. allegata vt procedant in rescriptis ad lites, secus vero in gratiosis, in quibus omnia sunt verificanda, ibique voluisse Rotam falsam expressionem ætatis vitiari gratiam, licet alia narrata vera essent, & super ætate Papa non se fundasset, vt habetur in recollectis Acoramboni *deci*.27. *de rescrip.* quod etiam tradunt Mascardus *conclusione* 325. *num* 14. & Ioannes Gutierrez *cano. quæst. l*.2.*q*.15. *numero sexagesimo octauo &* 108. 192

193 Et est optima *decisio* Rotæ 634.*p*.1. † *diuersorum* in vna Gadicen. Beneficij de anno 1578. corā D. Brauo. vbi dicitur, quod *illud pro parte Ludouici dicebatur, quod ad euitandam surreptionem satis sit aliquid ex narratis verificari ad sustinendam gratiam, licet de alijs non constet vt per glossam* in capite secundo *vbi Felinus* numero vigesimotertio de rescriptione cum alijs ibi citatis *non placebat dominis, nā procedit in rescriptis ad lites, secus vero in gratiosis, prout in illo casu vt per Fabr.* dec. 17.

194 Quod etiam procedit in materiis componendis pro quibus soluitur compositio † quantumuis magna, quia nihilominus remanent gratiosæ, & illas obtinens non dicitur eas habere ex causa onerosa, quia illud quod soluitur non æquiualet ei quod sibi conceditur, Rota coram sanctissimo Clem. VIII. *dec*.457.*n*.17.*p*.1. *diuers.* de quo Gonçalez *gl*.18. *à numero* 27.

195 Vnde in vna Leodien. Canonicatus 14. † Nouem. 1348. domini de Rota tenuerunt, quod *coadiutoriam impetrantis narrans ætatem, & alia impedimenta illius cui fuit datus coadiutor non sufficiat probare impedimentum ætatis tantum, vt per Mandosium* reg. 11. quæst. 5. num. 7.

196 Vnde etiam non est verum *cons.* Nau. 7 † *de resc.* quod dispensatione, seu priuilegio concesso ob plures causas, etiam copulatiue narratas, quæ omnes non sunt de iure necessariæ, satis est vt vna verificetur sufficiens quod tenet Thomas Sanchez supra.

197 Rursus quælibet expressio falsa vitiat † gratiam, etiam quod alias esset princeps cōcessurus Caputaquen. *decis*.49. *&* 254. *numero quarto part. secunda.* Puteus *deci*.350.*l*.1 Mohed. *vlt. de rescrip.* alias 336. & Cæsar de Grassis *d. dec*.58.*n*.3. Saltim quando † esset talis quæ induceret, aut mouere potuisset principem ad citius seu facilius concedendum, seu quæ principem faciliorem ad concedendū, reddere potuit ad *c. postulasti, de rescrip.* ibi, *de leui*, vbi Ab. *n*.1.*& in c. si de præsumpt. n*.1. vbi etiam Feli. *in princ.* Rota *dec*.4.70. *&* 73. *de rescrip. in antiquis &* 32. *eod. in nouis* Ægidius. *decisione quarta &* 698.*n*.4. Cassadorus *dec. duodecima ad finem de prab.* Crescentius *dec*.4. *de concess. praben.* & Caputaq. *dec*. 277. *&* 310. *p*.1. Mandosius 198

d. rcs. 27. q. 8. nu. 16. & de signatura gratia tit. de erectio. vers. verb. illa, ad fi. Nauarrus in c. si quando, de rescrip. except. 3. n. 3. & except. 9. & in Man. c. 22. n. 86. & cons. 33. de preb. & Fla. Paris. d. l. 10. q. 3. n. 46. & Rota in vna conch. erectionis 25. Maij 1592. coram Do. Seraphino, in qua est tentum *narratiuam, quæ reddit faciliorem Papam ad concedendam gratiam omnino esse verificandam*, & in Fumana altaris 27. Ianua. 1595. coram D. Blancheto de qua infra 10. p. c. 3. nu. 11. *quod ea quæ potuerunt Papam ad concedendam gratiam facilius mouere sint verificanda*. Rota etiam in vna Meten. mo-
199 nasterij 21. Febr. 1600. coram † D. Lita, in qua fuit resolutum, *in gratia Barbaræ necessariam esse iustificationem narratiuæ, quod de tempore datæ, Maria non attingeret 21. annum, quæ non est iustificata, quia trita est regula, quod* narrata semper sunt per impetrantem iustificanda, *Ioan. Andreas Geminian* in cap. 1. de litis contestatione in 6. *& in terminis malæ expressionis ætatis, Mohed.* decis. fin. de rescrip. *nec non & narratiua gratiæ, certo modo concessæ prout est ista, Puteus* decis. 30. l. 1. *Ex qua narratiua Papa facilius fuit motus ad concedendam hanc gratiam, non tenet concessio gratiæ nisi illis omnibus verificatis, Fabr.* decisione 17. *Puteus* 357. l. 1. *nec Barbara releuatur à iustificatione dictæ narratæ, sub prætextu, quod illa verba* sicut accepimus *operentur vt narratiua prædicta, Papa narratiua iudicari debeat, & non propria, quia quod partis, & non Papa narratiuam importent, ad verba apposita in gratia ad supplicationem signata, tenet in terminis Gudebonus* decisio. 160. *Secus vero vbi sint apposita in gratia motu proprio concessa qualis non est gratia Barbaræ. & in his terminis procedunt & loquuntur decisiones Putei* 101. l. tertia, *Achillis* vnic. de motu proprio, *& aliorum allegatorum, nec ponderatio illius verbi vt asseritur quicquam facit cum non referatur ad dictam narratiuam ætatis, sed ad prouisionem Mariæ, & cætera.*

200 Vnde surreptio intrat gratiam, † nedum quando fuit causa inductiua, & finalis gratiæ, sed etiamsi fuit causa impulsiua, vt quia Princeps alias concessisset, sed non ita deleni, seu faciliter Abb. *in d. c. postulasti n. 2.* & sequuntur posteriores ibi, vt per Decium *ibidem n. 11.* qui etiam id sequitur *in c. cum cessante, n. 7. de appellatio.* Crescen. *decis. 8. num. 6. de præbend.* Caputaq. *dec. 274. n. 8. p. 1.* vbi loquitur in materia dispensationis, & est communis, vt per Nauarrum *d. excep. n. 3.* Ioan Gutierrez *canon. quæstione lib. 2. c. 15. ex numero 21.*

201 Et procedit non solum in beneficialibus, † sed etiam in cæteris omnib. generis, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa limitat. 1. à n. 11. & 12.* & Gutierrez *sup. n. 22.* quicquid dicat Couarr. *l. 1. var. c. 20.* cui videtur assentiri Menoch. *de arbitriis l. 2. casu 201. n. 22.* & sequitur Thom. Sanchez *de matrim. l. 8. disput. 21. num. 32.* & quicquid dicat Decius *in d. c. postulasti num. 11.* quando remota, seu cessante causa impulsiua, gratia non traheretur ad alium casum non expressum, sed remaneret in eodem casu, & causa non retraxisset Papam à concessione, quem sequitur P. Parisius *cons. 4. n. 35. l. 4.* & Tiraq. *sup. n. 16.* & decis. Hispalen portionis 24. Maij 1596. supra adducta *5. p. c. 4. n. 39.* & sic iuxta dictum est accipiendum quod tradit Mascar. *d. conclus. 1216. n. 12.*

202 Nec obstat tex. *in c. super literis* † *de rescrip.* in secundo casu, vbi habetur quod surreptio non dolosa, siue in tacendo, siue in exprimẽdo falsum non vitiat rescriptum si alias Papa esset concessurus, quia iste tex. loquitur in rescriptis ad lites nec habet locum in gratiosis, glo. *in c. si motu proprio verb. taceatur, de præben. in 6.* Ioan. And. *in d. c. super literis*, & ibi Decius *n. 18.* & Beroius.

Ex quibus conuincitur *cons. 11.* Rebuf. † vbi respõdet, valere dispensationem vbi impetrans expressit se vtriusque iuris Baccalaureum, licet non sit nisi in altero, & contrarium melius ipse tenet *in praxi titulo de rescrip. perinde valere numero quadragesimo secundo.* 203

Conuincitur etiam *decis.* Cassad. 7. † *de concess. præbendæ.* 204

Sufficiet tamen impetrantem verificare † de facto 205
doctoratum narratum, Caputaquen. *d. decisio. 177. in fi. p. 1. & 219. n. 5. p. 3.* Nam regulariter sufficit per impetrantem narratiuam verificare de facto † & nõ de 206
iure, Ægidius *dec. 116. in fi.* Verallus *dec. 55. & 57. libro 2. in manuscrip.* vbi dicitur, quod satis est quod verba narratiuæ verificentur de facto. & Rota *decisio. 531. n. n. 4. p. 1. diuersorum, & dec. 9. nu. 10. p. 2.* & in vna Toletana parochialis de Huerta de anno 1589. adducta *5. p. c. 1. n. 660.* & in Calagurritana Beneficij de Arriola 16. Nouemb. 1592. infra adducta *11. p. c. 1. n. 71.* & in Placentina c. 24. Nou. 1595. adducta *vltima p. c. 2. n. 278.* & in Colonien. canonicatus 1602. infra adducta. *10. p. c. 1. numero vlt.* & in aliis causis & posthæc Gonçalez *gl. 25. §. 2. num. 49. & 50.* saltim vbi non agitur de perpetuo præiudicio Ecclesiæ. Rota in † vna Capu- 207
taq. iurispatronatus 11. Martij 1575. coram Sanctissimo Clemente VIII quæ est *1. parte diuersorum decisione 208. num. secundo* Gonçalez *d. numero quinquagesimo.*

Vnde alias in d. Conchen. erectionis. † 25. Maij 1592. 208
dictum est, quod *licet probatio de publica voce, & fama, in verificatione gratiæ Beneficij sufficiat, vt per Ægidium* decisio. 114. *secus tamen vbi agitur de perpetuo præiudicio & de auferendo bona vnius Ecclesiæ, eaque applicando alteri, quia requiritur plena probatio nec sufficit semiplena, & c.*

Qualitas etiam narrata tendens in præiudicium † 209
alicuius etiam quod facilius non inducat ad concedendum verificanda est, Rota *decisio. 531. p. 1. diuersorum* de quo supra *parte praeced. c. 3. 14. dub. ad finem numero 212.*

Sed est aduertẽdum circa gratiam, si neutri, de qua agit Rebuf. *in praxi titul. de rescripto si neutri, & in* 210
concordatis in forma mandati Apostolici, verb. gratiam, versic. aliud est rescriptum gratiæ. Mand. *de signatura gratiæ tit. si neutri, & reg. 27. q. 18. & reg. 33. q. 10.* Quod quamuis sit conditionalis & habeat duplicem conditionem, † alteram quod beneficium vacet, alteram quod neutri ius competat, & impetrans debeat eam 211
iustificare, & sic verificare vtramque conditionem Cota *decisio. 285.* & Rota in vna Mediolanen. præpositura 28. Iun. 1589. coram D. Plato infra adducta *11. p. c. 3. num. 305.* sicut etiam est iustificanda quoad litem narratam necessario verificandam ad sustinendam dictam gratiam, quæ litem supponi. † Rebuff. & Mandos. *vbi proxime* & Sarnen. *in reg. de annali. q.* 212
28. vers. præterea, Caputaq. *decisio 34. & 42. p. 2.* & Rota in Triden. Beneficij de anno 1593. infra adducta *numero 216.* & in illa de anno 1594. supra adducta *dubio num. 17.* & in vna Burgen. portion. 26. Ian. 1582. coram Do † Blancheto in qua fuit resolutum, quod 213
gratia si neutri, non suffragatur cum per formam regulæ de annali non seruatam fuit extincta lis, vt fuit decisum, & sic litis narratiua reddit gratiam surreptitiam, nec obstat, quod donec de reg. fuerit datum, videatur lis pendere ex traditis per Sarnen. in d. reg.

d. reg. q. 82. *quia regula habet vim ex retro, & dictam Sarn. fuit in videndum a Rota resolutum, Ioannes Paulus* decisione octuagesima, & *Achilles* secunda super regula & in vna Placentina decanatus duodecimi Nouembris millesimo quingentesimo nonagesimo tertio. coram Domino Penna in qua fuit resolutum. *Primam gratiam si neutri Mirandæ non fuisse iustificatam qua ad litem, quia non expedimerat literas, & lis non est introducta per commissionem præsentatam literis, non ex prædictis, per reg.* Cancellariæ. 21. *vbi Mandos. q. 15. Caputaq. de c. 162. p. 2. Rebuff.* tit. de gratia si neutri num. 15. *& quia tempore gratiæ si neutri & eius datæ, non fuit retrodacta citatio, executa, & facta per cursorem contra procuratorem ad dicendũ contra commissionem, & non erat inducta lis, Fab.* in c. a. illud num. 11. de præscriptio. *Gambarin* decis. 40. *& litem narratam respectu suus seu intertalem, & talem, debere in-*
214 *ter illis verificare litem cum aliq, & c.* Et in vna Verdunen † canonicatus 19. Iun. 1595. coram D. Pamphilio supra adducta *5. p. c. 3. num.* 44. & in aliis pluribus causis. Tamen quoad non ius alterius satis dicitur iustificata, ex eo quod de tali iure in actis non constat, & ex inspectione actorum gratia etiam anterior alterius etiam rei, & possessoris non apparet iustificata, vt in vna Fesulana præceptoriæ 27. Ian. 1563. coram Domino Robusterio in qua fuit resolu-
215 tum, † quod *gratia si neutri, & si sit conditionalis, si neutri scilicet ius competat non impeditur canonizari, licet reus, & possessor replicet de sua prouisione anteriori Apostolica, illa non verificata, quia quilibet tenetur verificare narrata in sua gratia, alias ei non suffragatur, Felin.* c. constitutus, & c. ad aures versic. 3 conclusio. de rescriptis cum aliis, *quod procedit etiam vbi narrata non negantur per aliquem, Ægid.* decis. 103. *Rota* dec. 20. de præbend. in nouis *Paris.* consilio 49. num 31. l. 4. *& sic non verificata sua prouisione satis dicatur constare de negatiua, quod prouisio sit nulla, gloss.* l. fi. verb. manifestum. C. de rebus creditis *Aymon.* consil. 138. num. 5. *nec obstat, quod possessori sufficit excludere actorem per non ius illius, quia ex gratia si neutri, constat de eius iure, quæ est verificata ex eo, quod non constet de prouisione rei iustificata. Calder.* cons. 10. ad fi. de probat. *Rota* decis. 25. de rescrip. in nouis in fin. Hæc in dicta Fesulana & fuit etiam resolutum in dict. Triden. Beneficij † 8. Nouemb. 1595. coram D. Pen-
216 na, vt in decis. seq. *Gratiam si neutri, impetratam ab Aparitio dixere domini fuisse iustificatam etiam quoad litem, & vacationem, nam in cæteris ex instrumentis, scripturis productis, & dictis testium sufficienter videtur iustificata, vacatio enim per obitum Bernardini de Auellaneda mense Aprilis 1584. probatur per confessionem Augustini, qui obtinuerat sibi prouideri de hoc Beneficio vti vacante, per obitum Bernardini de Auellaneda de dicto mense Aprilis, quæ confessio probat etiam contra Alphonsum resignatarium Augustini, cum fuerit facta ante resignationem Verall.* dec. 95. p. 1. *maxime cum esset adminiculata ex depositionibus testiũ deponẽtium de possessione Bernardini, quorum vnus deponebat de obitu in dict. mense d. anno 1584. de lite etiam dicebatur constare ad effectum gratiæ si neutri, respectu Alphonsi, nam cum vt dicatur inducta lis per citationem sufficiat seruare formam clem. causam de electio. Cassad.* decis. 1. n. 3. & 4. de appellatio, *Rota* decis. 22. de rescrip. in nouis *Put.* decis. 52. l. 3. *in casu præsenti fuisse seruatam apparebat ex eo quod absente Alphonso executa fuit citatio in duobus locis, nempe in loco solitæ habitationis, & in Ecclesia Beneficij, licet non fuisset executa in Cathedrali, d. clemen. causam Cassadori* dicta decisione prima numero tertio. *nec requirebatur affixio citationis quæ tunc est necessaria quando proceditur per edictum ob non tutum accessum, secus vero quando est tutus accessus, & proceditur contra absentem, tunc enim sufficit in prædictis duobus locis citationem exequi, Cassadorus* d. decisione prima. *Vantius* de nullitate ex defectu citationis num. 121. *Guidobonus* decisione 152. *in præsenti autem casu ideo non fuit data copia, quia non fuit petita, atque ex his præterea tollebatur altera difficultas de prima citatione personaliter exequenda in materia præiudiciali, qualem esse hanc prætendebant, informantes proparte Alphonsi. hoc enim tunc locum habet, quando citandus est præsens & reperibilis, nam si vel in loco iudicij vel ciuitate, vbi habitare solebat citandus non reperiatur, tunc satis est etiam in præiudicialibus prædictis modis citare, Mari. Socinus* in tract. de citatio. ar. 17. n. 23. & seq. facit clementina prima de foro compet. *ibi*, dummodo personaliter, vel ad domum citati fuerint, *vbi Zabarella* numero sexto. *Bonifac.* 10. *& in terminis quod talis citatio sufficiat quando lis agitur super beneficio tenuit Vantius* supra numero centesimo decimooctauo & seq. *Papaz. ad* decisi. vigesimamsecundam de rescriptione in nouis numero secundo & tertio, decisionem *Veralli* 117. p. 1. *dicentis appellatione domus solitæ habitationis intelligi illam domum quam citandus inhabitabat tempore executæ citationis, Roman.* consilio 454. num. septimo & octauo, *Corn.* consilio 52. nu. 7. libro quarto *intelligebant domini procedere, quando certo constaret de mutatione domicilij in alium locum, quia si vel citandus esset vagabundus vel nesciretur vbi se trãstulisset, non sufficeret citationem facere prædictis modis, vnde cum in casu præsenti non appareret vbi esset Alphonsus, & in quo esset citandus loco quem interdum dicebant nescire vbi esset, interdum professum Romam, alias vero literis vacare Bononiæ, & tamen postea compertum fuerit illum se contulisse ad Salamantiæ Vniuersitatẽ, potuit valide citari in vltima habitationis domo, nempe in oppido de Madrid, licet ibi tunc non habitaret, venera postquam nesciebatur tempore citationis faciendæ quo se transtulerat, Imola* d. cle. causam, de electione numero 64. *Anton. Augustinus.* in epitome tit. de dolo & contum. num. 10. *quod autem Alphonsus consueuerit habitare in oppido de Madrid in domo executæ citationis contra ipsum & eo tempore esset absens apparebat ex depositionibus testium, super hoc examinatorum, & relatione notarij, sed nuntij, cui creditur, Crescen.* decis. 4. n. 2. de fide instrumen. *Put.* dec. 5. num. 3. *postrema non obstat* decis. *Gambari* 49. *rescrip. citatio circumducta dicentis citationem executam non tamen reproductam non inducere litis pendentiam ad effectum, vt beneficium dicatur litigiosum, quia in præsenti casu ex aliis constat esse reproductam. Satis etiam constabat gratiam si neutri esse iustificatam, licet esset conditionalis, dummodo nemini ius competat, quoniam cum ista negatiua non iuris consistitur loco, eo ipso dicebatur iustificata quod ex confessione alterius gratia Alphonsi vel alterius non apparebat iustificata, nec constabat de tit. valido, & iustificato, licet enim apponatur titulus anterior, nisi ille doceatur validus & iustificatus non facit cessare gratiam si neutri, at fuit decisum in alia Fesulana præceptoria 27. Ian. 1563. coram Reuerendissimo Robusterio, & in alia Clusina patronatus coram R. P. D. Orano.* Quæ causa fuit postea 1. Iun. 1594. proposita iterum super hoc an constaret de legitima executione prædictæ citationis † in casu de quo agi- 217

tur,& fuit resolutum affirmatiue standum in deci-
sis & non esse necessarium citationem fieri intra Ec-
clesia,neque inter missarum solemnia,neque ea quæ
sit domi quod dicatur vicinis. &c.

218 Et in vna Spoletana Beneficij 6.† Iun.1594.coram
Illustrissimo Mantica fuit resolutum, quod *gratia si
neutri censetur satis iustificata quoad non ius. 3.ex eo quod
de tali iure non constat in actis absque alia probatione
[illegible] num. 3.* quare hodie cum maxima difficultate da-
tur gratiæ si neutri.

219 Quod tamen non procedit,quando † aduersarius
nititur prouisione ordinarij quę non est iustificanda,
cum ordinarius prouideat motu proprio, & Eccle-
siæ,non personæ vt infra dicetur 8 p. 3. numero .&
sic cum non teneantur suam prouisionem,& gratiam
iustificare,ista negatiua non iuris non iustificatur ex
inspectione actorum & reuolutione processus, nec
coarctatur loco & consequenter impetrans gratiam
si neutri debet aliunde probare,quod illi ius non cō-
petat, &c.vt fuit resolutum in vna Placentina cano-
220 nicatus 14 Ianuarij 1600.coram † Domino Lancel-
loto,in qua domini dixerunt quod *Ioan. Lopez qui est
reus,& possessor non obstante quod possessio fuerit de or-
dine iudicis sequestrata, quod sequestrum non priuat,
quem sua possessione, nec facit quo minus sit censendus
reus in iudicio possit excludere actorem per non ius, e-
tiam quod de iure suo nihil doceat,præterea quia nititur
prouisione sibi facta ab ordinario non eget aliqua iusti-
ficatione, nec est differentia inter prouisionem Episcopi,
& Capituli,quia eadem ratio quod prouidet Ecclesiæ,&
non personæ, & quod prouidet motu proprio militat in
vtroque , neque potest fieri fundamentum in possessione
Petri cum esset vitiosa , tum quia capta lite pendente,
tum quia non fuit capitulariter apprehensa. Tum quia
non fuit expulsus possessor,vt fuit resolutum die 17. Iun.
1594. coram Domino Arigonio, nec obstat,quod cum fa-
cultas conferendi sit limitata vigore statuti prouisus o-
stendere tenetur,quod habet qualitates requisitas à sta-
tuto ex decisi. Putei 322. l. 3.* Achil. 2. de probatio. *quia
hinc non sequitur, quod Ioannes qui est reus teneatur
probare suas qualitates,quicquid dicendum sit si ageret
vigore illius prouisionis, & eodem modo respondetur ad
aliam decisionem Putei 3.9. l. 1. quia licet collatio sit fa-
cienda qualificato à statuto,tamen reus, & possessor non
tenetur probare, licet verum sit quod si pro parte Petri
contrarium probaretur collatio sustineri non posset, nec
aliquid facit gratia si neutri, quia vt illa possit vti Pe-
trus tenet probare quod Ioanni ius non competat, & per
consequens quod prouisio sua sit nulla, ex quo non sit o-
riundus iuxta formam statuti, & sic non applicatur dec.
Fesulana,cum aliis similibus,quia cum Io. non teneatur
suam gratiam iustificare,ista negatiua non iuris,non iu-
stificatur ex reuolutione processus,nec coarctatur loco rū
non requiratur iustificatio, in quibus terminis procedit
decis. Fesulana, &c.*

221 Vnde etiam habes habentem gratiam ab † ordina-
rio non teneri eam iustificare, quia ordinarius pro-
uidet motu proprio Ecclesiis, non personis, & cen-
setur informatus de qualitatibus subditorum, vt et-
iam fuit dictum in dict. Placentina 26 Februar. 1596.
coram Domino Orano supra adducta 5. p. c. 4. numero
222 42 & in Taurinen. † commendæ 1. April 1595. vbi
fuit resolutum *gratiam equitis cadauensis canonizan-
dam; cum enim ipse gratiam habeat ab ordinario, non
tenetur iustificare,quia ordinarius motu proprio proui-
det Ecclesiis,non personis Cardinal.* clementina secun-
da collat. fin. de officio ordin. *Felin.* cap. ad aures, nu-
mero decimo quinto de rescrip. *& fuit dictum in cau-
sa Tudertina commendæ coram Domino Pamphilio. 1.
Februar. 1591. &c.* & sic in causa Casal. n.patro. [illegible]
2. Martij 1594.† coram Domino Robusterio fuit di- 223
ctum *non vocare obiectionem de defectu ætatis institu-
ti,quia cum possideat præsumitur pro ipso, & pro eius i-
doneitate, & quod ordinarius qui eum instituit se infor-
mauit, nec quicquam tenetur probare, vt per Ægidi.*
decis. 76.

Sed restat difficultas † qualis probatio requiratur 224
pro iustificatione gratiæ, & verificatione narratorū
an requiratur plena & concludens probatio: an vero
semiplena sufficiat?

Et dicendum est quod narratiua super † qua prin- 225
cipaliter, & præcipue fundatur gratia est plene &
concludenter probanda vt narratiua reseruationis
deuolutionis non expressionis veri valoris, non
publicationis, non promotionis inhabilitatis, seu
delicti aduersarij, &c. Pro verificatione vero narra-
tiuæ, quæ non est principale fundamentum gra-
tiæ, licet sit causa motiua seu impulsiua, & pars il-
lius, sufficit semiplena probatio,vt in narratiua va-
loris doctoratus, vel alterius qualitatis,ita Ægid. *de-
cisi. centesima decimatertia, centesima decima quarta,
& sexcentesima vndecima & sequentibus* Puteus deci-
sio. 10. & 266. *tertia*, Rota in vna Calagurritana Ar-
chipresbyteratus 16. Iun. 1558. coram Domino Aco-
rambono in qua fuit resolutum, quod *testes de pu-
blica voce, & fama, non sufficiunt ad inducendam reserua-
tionem*, Ægid. decisio 342. & 612. *& Rota passim hoc
seruat, &c.* & Rota *decisio. 268. p. prima, & decisio. nona
numero 9 decima, & decisione 46. & 53. p. secunda di-
uersorum* & in vna Curien. præstimonij nono Iunij
1592. coram Domino Penna in qua fuit resolutum,
quod *vacatio in tali mense quando ex ea deducitur re-
seruatio debet concludenter, & plene probari nec suffi-
cit semiplena, licet ad aliud sufficiat*, &c. Et in Hispalen.
portionis vigesimo Iunij 1594. & decimo octauo
Martij 1596. coram illustrissimo Cardinalis Blanche
to supra adductis *parte præcedenti. cap. 4. numero 37.
& 40.* & in vna Seguntina Archidiaconatus & Ca-
nonicatus decimonono Martij 1601 coram Domino
Lancelloto, *ad finem supra adducta di. præcedenti
parte, cap. vltimo, numero 32.* & in causa Casalen. seu
nullius præpositurae vigesimo primo Aprilis 1597.
coram Domino Gipsio, † in qua fuit resolutum. 226
*Quod in gratia fundata super inhabilitate aduersarij
ex homicidio verbi gratia pronemente requiritur plena
& concludens probatio, secundum subiectam materiam,
licet non exactissima, & luce meridiana clarior, vt in
criminalibus, quia cum Papa principaliter fundat gra-
tiam super aliquo narrato, est plene, & concludenter pro-
bandum*, Ægid. decisio septuagesima sexta in 6. *Cre-
scen.* decisio 202. *Puteus* 10. l. 3. *& bene deducitur in v-
na Marsicana Benef. 10 Iun. 1577. coram SS. Clem. VIII.
& de illo qui opponit de expressione non veri valoris,
Caputaquen.* decisio. 28. p. 2. *Maxime cum probatio po-
sita est in conditione, per clausulam*, si præmissa vera
esse repereris. *Felin.* in cap. si constiterit, de accusa-
tion. *Thanis* dec 95. *nec ad rem facit, quod pro verifi-
catione narratarum etiam leuior & minus plena proba-
tio sufficiat* Ægid. dec 113. cum concordan. *quoniam
prædicta locum sibi vendicantur in his in quibus inten-
tio Papæ ad sic concedendū præcipue nō fundatur, Æ-
gidius* decisione centesima septuagesima quarta post
principium *& sæpius resolutum fuit idque maxime
procedit contra reum, & possessorem, Puteus* decisione
266.

266. lege. tertia &c. Rota etiam in vna Abulen. Be-
227 neficiorum † 26. Nouemb. 1599 coram D. Penna,
in qua fuit resolutum quod quando agitur de præ-
iudicio ordinarij,gratia est plena probanda, &c. &
in vna Taruisina parochialis 5. Decem. 1601. & 11.
Ian. 1602. coram D. Ludouisio, vt in decisione se-
quen.

Taruisina parochialis 5 Decembris
1601.

228 GRatia † *Ioannis Baptistæ visa fuit DD. satis iusti-
ficata tam quoad valorem, cum in hoc sufficiat semi-
plena probatio, Cæsar de Grassis dec.* 43. n. 31. & 91. n. 1.
& publica vox & fama, Puteus decis. 29. l. 1. *Caputaq.*
277. nu. 1. p. 1. *& fuit dictum in vna Rauennaten. Capel-
laniæ. 1. Iulij. 1594. coram D. Pena, quam quoad clerica-
tum, & procreationem ex legitimo matrimonio, in qui-
bus sufficit communis reputatio, Rota* decis. 14. de pro-
batio. in antiq. *Ægid.* decis. 114. *& quoad omnia alia
narrata, præter quam quoad vacationem in mense No-
uemb. de quo Doctores reseruarunt particulariter vi-
dere.*

In eadem vndecimo Ianuary.
1602.

EVit resolutū gratiam Ioannis Baptistæ esse iustifica-
tam quoad vacationem per obitum Syluestri Carra-
ry in mense Nouembris, licet enim ad inducendam re-
seruationem requiratur plena, & concludens probatio
obitus in mense Apostolico, Puteus* decis. 266. l. 3. *& fuit
dictum in vna Pamphilonen. Beneficij coram Cantucio
6. Martij 1577. & in vna Placentina Canonicatus 1.
Martij 1599. coram D. Orano, tamen hic adest plena
probatio, quartus enim testis deponit articulum verum,
& subiungit rationem, quia habet vicinā ædificia, &
quia sæpissime ibi conuersatur, bona enim est ratio in te-
ste ad probandum obitum, quia vicinus, Purpuratus* in
l. 1. num 97. ff. si certum petatur, *Cornens* consil. 10.
subeum. 2. leg. 1. *Quintus deponit articulum verum,
& dicit quod vidit mortuum, quod licet sufficiat vt di-
cit Bar.* in l. si quidem sub num 2. C. soluto matrimo.
*tamen adhuc subiungit quod interfuit funeri quæ est
optima ratio in teste* l. conditionum. 2. ff. de condition.
& demonstratio. *Cornens* sup. *Maranta* in Rep. le-
gis, si potest. ff. de acquiren. hæreditat. *quorum dicta
adminiculatur depositio 2. testis de publica voce, & fa-
ma, & enunciatio ordinarij in edictis promulgatis pro
concursu quod Syluester erat mortuus in mense Nouem.
quæ enunciatio maximi est momenti, cum concernat i-
psius ordinarij præiudicium, Paleotus dec.* 23. *& cum se-
cundus & quartus testis iuxta quartū, & sextus iuxta
tertium deponāt Carrarium possedisse parochialē per 4.
annos, & vltra pacifice habuitque fuisse dictam paro-
chialem communi reputatione pro vacante per mortem
ipsius satis probatur vacatio per obitum absque alia iu-
stificatione iuris ipsius Carrarij, iuxta* allegat. *Lapi* 89.
Cassad. decis. 4. de causa poss. *Mohed.* dec. 19. de re-
nuntiat. *non obstat quod eidem testes deponant Carrariū
habuisse tit. à monialibus, quorum ius Io. Baptista, im-
pugnat, & propterea non videatur posse iuuare se hac
possess. prædecessoris ad* reg. ex eo, de regul. iuris in 6.
*quia vnus ex dominis respondebat, quod durante lite fu-
per huiusmodi impugnatione non obstante prædicta re-
gula potest se in ea fundare, vt in terminis fuisse resolu-
tum in Rota testatur Sarnen. in* reg. de annali. quæ. 16.
ex traditis per Abbatem in c. capitulū in fi. *quē sequi-
tur Fel. c. 9.* de rescrip. *verum hoc procedit quando non
in vno eodemque iudicio impugnatur, vt declarat Sarn.*
d. q. 16 *Roman.* consil. 547. n. 7. *qui dicit hunc esse ca-
sum illius c.* capitulum *præterea stante triennali licet
appareat de tit. nullitatis præsumebatur alius tit. vali-
dus, Cassa* decis. 3. de causa possess. *Acorambonus* dec.
24. p. 2. *Milis* verb. Beneficium impetrās. *Accedit quod
cum probetur vacatio vita de facto saltem intrat clausu-
la,* vel alio quouismodo, *vt fuit dictum in causa Placē-
tina Capellaniæ vigesimoseptimo Iunij 1597. coram Do-
mino Penna.*

Et nouissime in vna Hispalen. Beneficij de Xerez 229
31. Maij 1603. coram D. Ita fuit decisum, quod sem-
per impetrans tenetur plene, & concludenter pro-
bare narratiuam vacationis in qua principaliter se
fundat ad inducendam reseruationem, vel vacatio-
nem ipso iure, licet cætera incidenter narrata non
est necesse plene probare, sed semiplena dumtaxat
probatio sufficit. vt per Gonç. il *glos. 11. n. 10. & gl. 45.
§. 2. n. 52. & 53* qui etiam alias decis. allegat. & *d. gl. 11.
ex n. 99. & gl. 15. §. 2. n. 75 & 76.* concludit quod quam-
uis vacatio simpliciter considerata probetur per fa-
mam solam seu alias semiplene, ex quo agitur de le-
ui præiudicio, nam si ille per cuius obitum dicitur
Beneficium vacare viuit, poterit, Beneficium recu-
perare. Put. *dec. 266. l. 3.* Mohed. *dec. 1. de probatio.* Ro-
ta *de. 46. n. 1. & 2. p. 2. diuers.* & in Placentina Cano-
nicatus. Mar. 1599. coram D. Orano inf. relata 11 *p. c. 2.
num. 62.*

Tamen quando agitur de probanda vacatione in
certo mense ad effectum reseruationis probatio de-
bet esse plena, & concludens alias non releuabit, Ro-
ta *d. de. 46. n. 4. cum alias*, per eum adductis, quod
tamen *d. gl. 11. n. 103. limitat. 1.* nisi probatio esset dif-
ficilis, vt in more contingente in mari per submer-
sionem maris, vel alio simili casu, quia tunc minor
probatio de mense reseruato vacationis sufficit, nē-
per per famam, Rota *d. dec. 58. p. 2. n. 666 & 721. d. 3.
p. 3. diuers. cum aliis 2. limitat. n. 104.* quando non esset
aliquis prouisus Ordinarius in concursu, nec possess.
esset occupata ab alio, sed vacans, Rota in Burgen.
de Pancorbo 28. Nouem 1568. coram D. Gipsio in-
fra adducta *c. 4. n. 12.* & in d. Placent. Canon & quod
tunc non requiratur plena probatio in verificatio-
ne mensis reseruati narrati, quando possess. est va-
cans tradit etiam Gonç. *gl. 31. n. 60.* sic intelligens
quandam dec. Corduben. per nos relatam *d. c. 3. 11. p.
n. 60. 3. limitat d. gl. 21. n. 107.* quando adest aliquis in-
trusus non tamen docet de tit. ordinarij, quia tunc
minor probatio sufficiet vt in d. Burgen. de Pancor-
uo, & in d. Placen. Canon. & in Oritana parochialis
2. Nouem. 1598 coram Orano, & in Eluen. Benefic.
coram D. Penna 13. & 28. Nou. 1602. & quod non re-
leuaret producere tit. post sententiam latam super
immissione in poss. Beneficij vigore semiplene pro-
bationis, vt eius executio impediretur ex Bart. *in l. si.
n. 21. circa fi. C. de edicto D. Adr. cum aliis* adductis per
Meno. *de adipisc. rep. 4. n. 629.* & fuit decisum in cau-
sa Pientina Beneficium 12. April. 1576 coram D. Se-
raphino, & in d. Eluen. 15. Nouembr. 4. limitat. nu-
mer. 110. quando gratia non fundatur in reseruatio-
ne dumtaxat, sed etiā potest sustineri ex alio capite,
vt puta quia Papa tanquam ordinarius ordinario-
rum præuenit ordinarium collatorem, tunc enim

non est necessaria plena, & integra probatio mentis narrati quamuis adsit intrusus & docuerit de titul. ordinarij. Rot. dict. decis. 46. in princ. & numero 1. iuncto numero 5. & in d. Placent. Canonic. 5. limitari forsan posse ait num. 11. quando gratia principalis fuit in reliquis omnibus verificata, quia tunc data verificatione quoad reliqua quamuis probatio quoad vacationem in mense reseruato non sit omnino plena sustineri debeat, vt inquit Rota in vna Calagurritana benef. de Albania 12. Mar. 1602. coram D. Seraphino, &c. sed n. 112. recte ait non putare, quod sufficeret in isto casu semiplena probatio de reseruatione, imo neque audere recedere à regu. generali, & ita inuenire quod nouissime fuit decisum in d. Hispalen. Beneficij de Xerez duodecimi Maij 1602. coram Lita.

230 Et sic ita † quod dictum est de probatione subcollectoriæ ad effectum reseruationis sup. 9. præceden. c. 1. à n. 378 & de probatione ætatis, & habilitatum, hoc dubio n. 179. & seq. & quod dicitur de probatione clausulæ constito, seq. à n. 64. & de probatione nõ publicationis 11 p. c. 3. à num. 308. & videnda sunt dicta inf. 11. p. c. 1. à n. 26. vnde posthæc Gonç. gl. 15. à n. 122. ait quod imperans ob non adimplementum decreti, seu alias certo modo tenetur illud plene, & concludenter probare, &c. Quoad executorem vero literarum in
231 forma dignum † seu in forma commissaria, tam 1. quã 2. datum in casu negligentiæ, dicendum est non teneri verificare nisi illud, quod sibi à Papa mandatur verificari, nempe idoneitatem impetrantis, & cum gratia est per resignationem alicuius in sacris ordinibus constituti, quod aliunde habet vnde commode viuere possit, sic enim dicitur in literis in forma dignum. *Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatenus si tibi constiterit, quod dictus N. sublitet resignans aliunde habeat, vnde commode viuere possit, vt prædicitur, ac per diligentem examinationem præfatum A. adhuc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, beneficium prædictum eidem A. authoritate nostra conferas, & assignes, &c.* & si est parochialis Ecclesia dicitur. *Ac per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus, &c.* vt habetur in dict. *constitutio* Pij quinti 162. super modo, & forma expediendi literas in forma dignum. Quamuis communiter soleat fieri informatio super verificatione omnium narratorum
232 in literis, † in forma dignum, & videtur velle Flam. Paris. *l. 8. q. 7. in fi.* Sed reuera non est necessarium nisi adsit aduersarius iuxta supradicta causa. Quod sub
233 † dubitatur primo idoneus in proposito quis dicatur, seu in quo consistat idoneitas, & dico idoneitatem, & capacitatem in proposito consistere in legitimis natalib. ordine Ecclesiastico legitimo, legitima ætate, bonis moribus, & sufficienti scientia, vt recte inquit P. Greg. *de Benef. c. 35. n. 1.* post Rebuf. *in concordatis rub. de collatio. vers. idoneitas.* idoneus dicitur scientia, moribus, vita, & ætate, legitimitate, ac ordine, *cap. cum in cunctis de elect. cap. eam te, de ætate & qualitate, Clem. 1. eodem tit.* & ibi Bonifa. Concil. Triden. *sess. 24. de reform. cap. 18. vers. peracto deinde examine, & sess. 7. cap. 1. & sess. 22. c. 2. & 4. de reform.* Staphil. *de literis gratiæ 9. forma expecta. à n. 16.* Rebuf. *in praxi, titul. requisita ad collationem bonam nu. 23. &* 38. Flam. Paris. *l. 4. q. 1. n. 5. & q. 11. n. 11. & l. 8. q. 9. n. 38. & l. 10. q. 3. numer. 68.* & Ioan. Gutier. *cons. 2. nu. 12. & canon. q. l. 2. c. 12. n. 61.* & posthæc Gonç. *ad reg. mensium. gl. 4. à n. 108.*

Aduertendum tamen est, quod inter declarationes † S. Cong. Concil. super *c. 12. sess. 24 de refor.* habentur seq. declarationes facientes ad propositum. 234
Prima *qui eam fuerit hic..., & promisit per sedem Apostolicam in forma dignum, de Canonicatu super literatura seu idoneitate scientiæ examinandus non est ab ordinario, & idem de quocunque alio ordine sacro illi Canonicatui requisito. Secundo, Cong. censuit in iis qui Diaconi, vel subdiaconi, aut presbyteri sunt, ac tantque admitti in Cathedrali Ecclesiæ Canonicatus qui eum ordinem sacrum quem ipsi habent requirunt sibi in forma dignum, collatos opus non esse examine quod ad explorandum literaturam pertinet, eos vero qui sacros ordines nondum susceperunt examinandos esse, an illa habeant adiumenta doctrinæ, quæ ex præscripto Concilio Trident. necessaria sunt illi sacro ordini qui Canonicatui quem consequi volunt erit annexus,* facit *c. accepimus de ætate & qualitat.*

Secundo subdubitatur quomodo dictus executor debeat verificare dictam idoneitatem, &c. † & dico 235
idoneitatem quoad literaturam seu scientiam verificandam esse per examen personæ, illam examinando, idoneitatem vero quoad alias qualitates & quod aliunde commode viuere possit resignans, per testes, seu alias probationes, id enim important d. verb. *si per diligentem examinationem, &c.* Rot. *dec. 8. de probatio. concl. 877. n. 8.* Flam. Paris. *l. 8. q. 7. ad fi. & l. 10. q. 3 n. 69.* & Gonç. *d. gl. 4. n. 170.*

Sed ad parochiales in forma dignum examinatores † debent facere relationem, & approbationem 236
non solum quoad literaturam, sed etiam quoad clericatum, legitimitatem, ætatem, mores, &c. vt in d. Concil. Trid. *sess. 24. c. 18. de refor. vers. peracto deinde examine renuntientur quotcunque ab his idonei iudicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernan. opportunis,* & censuit S. Cong. Concil. † *Quod huic decreto non est* 237
satisfactum per relationes examinatorum, quorum aliqui simpliciter renuntiauerunt examinatum idoneum quoad literaturam, aliique approbauerunt eum ad literaturam quoad reliqua dicentes esse onus Episcopi. Ex proposito dubio pro parte Episcopi Abulen. † *An* 238
prouisio parochialis sit nulla, si examinatores relationem fecerint solum quoad literaturam, examen vero circa mores, ætatem, & reliqua, Episcopo relinquatur Congre. censuit teneri facere relationem, etiam circa mores, ætatem, & reliqua, vt in declaratione Abulen. sup. adducta *5. p. c. 7. n. 11. ad tertium.*

Vnde Rota in Casalen. parochialis coram † D. Robusterio de anno 1586. resoluit, *Institutionem parochialis factam ab ordinario præsentato à patrono factã* 239
solum relatio ab examinatoribus quoad scientiam, & non quoad mores, n. c. esse nullam ex d. Conci. c. 18. Quod etiam fuit dictum in vna Iuuenacen. Beneficij 15 Decemb. 1593 coram illustr. D. Mantica. † Quamuis in d. Casalen. parochialis 2 Mar. 1584. coram eod. D. Robusterio fuisset dictum, *Bene examinatores potuisse in hoc se remittere ad ordinarium & satis esse seruatam formam Conci. Trid. quamuis enim ex dispositione Concil. potuissent etiam ipsi se informare de his & referre ordinario, tamen non tollit quin etiam ipsi possent se remittere ad ordinarium, cum in dubio iurisdictioni ordinarij tantum censeatur derogatum cumulatiue non priuatiue, Decisione* cons. 3. n. 3. Sed ista ratio nihil valet, † nam Concil. ibi clare loquitur, dicens contrariũ & dans formam cum decreto irritante, & si ista ratio aliquid valeret, etiam quoad literaturam & scientiam possent examinatores se remittere ad ordinarium &c. & videnda sunt d. inf. *9. p. c. 2. n. 95. & 105.* † In ipsa autem

neitate probanda; non requiritur citatio alicuius, aut vocatio partis, nec causæ cognitio, nisi adest intrusus, seu possessor Beneficij qui esset citandus, aut alias legitimus contradictor comparuisset coram executore iuxta supradicta. Sed absque citatione id expeditur Rota *decis. 9. de concess. præben. in nouis* Felin. *in c. si. de præsump. n. 36.* Mascar. *d. concl. à 877. nu.*
243 2. Flam. Paris. *l. 10. q. 3. num. 70.* Quinimo etiamsi † adesset intrusus, seu possessor Beneficij, vel comparuisset legitimus contradictor non videtur requiri citatio illius in idoneitate probanda, maxime quoad scientiã, quia id solũ requiritur pro informatione, & satisfactione iudicis ne detur indigno. & non attinet ad partem, nec est actus iudicialis. Nec est
244 necessarium † super idoneitate testes in forma recipere, sed sufficeret executorem extraiudicialiter se informare, nam verba *si repereris*, siue etiã *si constiterit*, possunt referri ad extraiudicialem informationem, seu instructionem, Abb. *in d. c. si. sub nu. 13.* præcipue *vers. contra prædictos*, & Felin. *n. 18. & 33.* & Flores *9. 24. n. 21.* Et verbum *si constiterit*, non includit
245 † citationem partis, quando committitur executio de re vacante, vt per Felin. *ibi, n. 12.* ex Innocen. & Bartho. quos refert, & licet includat citationem par-
246 tis si de re non vacante † committitur executio vt per eum ibi, & sic cum adest intrusus requirat citationem, tamen id intelligendum est respectu actuũ iudicialium, & eorum quæ fiunt in forma iudicij, qualis non est examinatio, seu probatio idoneitatis.
247 Facit decisio facta in causa Reginen. parochialis 8. Febru. 1557. coram D. Chisanen. † *Quod dispensatio facta à iudice commissario cui erat commissa cũ clausula, si est ita, super quib. cõscientiã tuam oneramus, valet licet non constet de processu,* Rota dec. 4 de filiis Presbyterorum in antiq. & *quod si lite est in dispensationibus, quod si ab initio est aduersarius, tunc pars est citanda, & in scriptis acta redacenda, vt ibi non est aduersarius, tunc sufficit sola informatio iudicis, quando conscientia illius dispensatio committitur gl.* in c. statutum. § assessorem. verb. relinquatur, *vbi Francus* nu. 6. de rescr. l. 6. *Lapus* alleg. 61. *Rot.* dec. 443. in nouis *facit c. cum consuetudinis, &c.* & ad idem est optima *dec.* Put. 144. *l. 2.* & Th. Sanch. *l. 8. disp. 35. nu. 15* & cõferũt quæ post hęc tradit Gonç. *gl. 9. in annot. n. 19.*
248 Facit etiam, nam delegatus cui Papa committit † vt se diligenter informet de vtilitate Ecclesiæ, & si repererit cedere in eandem vtilitatem, alienationem confirmet, seu det licentiam alienandi, &c. satis est adhibeat cognitionem extra iudicialem absque citatione, & pro eo præsumitur absque processu, maxime si assereret se informasse, &c. Abb. *cons. 41. l. 1.* & dicitur inf. *vlt. p. c. 2. à num. 136.* & in propo-
249 sito Rota in Abulen. Benef. 26. Iunij. 1596. supra adducta *dub. 4. n. 47.* Ex quibus † obiter infertur ad dispensationes matrimon. & alias quæ hodie committuntur ordinariis cum clausula, *quod diligenter se informent, & si repererint preces veritate niti, dispensent,* &c. vt dictum est sup. *dub. 8. numero* 105. vbi clausu-
250 lam ipsam posuimus, quod non erit necessarium testes in forma recipere, sed sufficiet iudicem extraiudicialiter se informare, Concil. Trid. *sess. 22. de reform. capite quinto* ibi. *Summarie tantum & extraiudicialiter*, & declaratio Sancta Congr. ibi quæ ait, *requireretur tamen citatio*, intelligenda est quando aduersarius, vt in d. Reginen. *Imo* si per
251 testes præsentatos † probaretur idoneitas impetrantis, seu veritas precum dispensationis, ipsi tamen executori contrarium constaret, non liceret exequi commissionem, cum eius iudicio, & informationi extraiudiciali relinquatur, onerando conscientiam ipsius iuxta dicta, & saltem debet ex officio examinare alios testes, per quos veritas sibi nota pateat. Et semper expediret quod in huius- 252
modi verificationibus † examinarentur ex officio aliqui testes, qui rẽ melius scire possent, prout fit in aliquibus Episcopatibus in dispensationibus matrimonialibus, & non se contentare cum testibus à partibus præsentatis, semper enim inueniuntur testes ad probandam idoneitatem impetrantium, maxime quoad parochiales; tamen vide quæ dicemus inf. n. 285.

Tertio subdubitatur † an si semel examinatus nõ 253
reperiatur idoneus possit iterum examinari, & illi tunc reperto idoneo beneficium conferri. Et videtur posse † dummodo in primo examine non fiat de- 254
claratio, seu actus, quo declaratur illum non esse idoneum, nam quamdiu res est integra nihil prohibet illi idoneo reperto beneficium conferri virtute literarum, ex quo tunc conditio illa, *si per examinationem illum idoneum esse repereris*, verificatur, & ita videmus sæpe practicari in hoc Episcopatu Abul. in resignationibus parochialium.

Nihilominus tamen contrarium † videtur te- 255
nendum, nam verba illa *si per diligentem examinationem illum idoneum esse repereris*, de prima examinatione videntur intelligenda ex reg. *l. bonæ. §. hoc sermone ff. de verb. signif.* de qua late ibi Tiraq. alias posset per multum tempus expectari, quod fieret idoneus, quod est inconueniẽs. Quod maxime procedit in parochialibus, in quibus examen fieri debet cum tribus examinatoribus synodalibus, seu aliis, & eo peracto renuntiare debent, an examinatus sit idoneus, vel non, vt in Conci. *sess. 24. c. 18. vers. peracto deinde examine*, quod quidem de examine semel facto intelligitur, quando pro tunc examen peractum est, licet differatur renuntiatio, & declaratio ad aliud examẽ, cõmittatur soli executori. & eius conscientiæ probabile videtur, quamdiu ipse non pronuntiauerit quandocumque illum idoneum esse repererit circa locum executionis &c.

Quamuis quod attinet † ad congruam resignan- 256
tis, sufficiat quandocumque de illa constare, quamdiu res est integra etiam in parochialibus, id enim non magis ad 1. quam ad 2. informationem refertur &c. sicut etiam in dispensat. informatio de veritate precum. Cauendum tamẽ erit in casu resignationis, ne incidant in constitutionem † Gregor. *XIII.* 257
de publicandis resignationibus, de qua infra 11. *part. cap. 3. à numer.* 273. in quam profecto videtur incidere si forte resignatarius, qui ex d. constitutione possessionem Beneficij intra tempus publicationis apprehendere debet, vel saltem stante legitimo impedimento literas Apostolicas iudici, seu executori intra idem tempus præsentare, & apud illos pro ipsarum executione instare, & possessionem instanter petere, fecerit seu petierit quod executio, seu processus in ea deferatur vltra tempus publicationis.

Quarto subdubitatur, an si impetrans sit † reue- 258
ra idoneus non tamen sit per executorem verificatum, teneat collatio? Et dico quod non, nam est cõditio, non existentiæ, sed cognitionis. Imol. *in d. cap. si.* & ibi Fel. *num. 31. & in cap. si sicutatus de rescrip. n. 14. prope fi.* Rota *dec. 415. n. 2. p. 1. diuers.* & Th. Sanch.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

de matrim. li. 3. disp. 33. n. 4. & lib. 8. disp. 34. n. 26. & 35. n. 16.

Quinto subdubitatur, an si impetrans sit idoneus,
259 & per executorem sciatur, possit † ad prouisionem procedere absque alia verificatione, seu informatione? Et dico quod non: alias prouisio erit nulla pro-
260 pter defectum formæ † mandati, & conditionis limitato modo scientiæ, Cardin. *in Clemen. 1. numer. 21. de concess. prebend.* Oldra. *cons. 41.* Bellamera *decisio.* 667. Felin. *in d. cap. fin. num.* 28. & 33. Nam illa verba,
261 *si repereris idoneum*, † continent conditionem, Nau. *in cap. si quando, de rescript. except. 9. num. 9.* & Thom. Sanch. *vbi proxime d. num.* 4. licet *d. lib.* 8. *disp.* 34. *n.* 24. & 35. 16. dicat, quod si et cui dispensatio commissa est de precum veritate constat nulla opus est informatione, seu examina. non obstante clausula de ea, & facit decisio Caputaquen. 273. *par.* 1. quæ est etiam in Miscellaneis Cotæ manuscriptis 221. vbi ha-
262 betur. *Quod dispensatio super illegitimitate non* † *valuit, quia non fuit seruata forma dispensationis, & mandati de dispensando, cum esset facienda qualis inquisitio, & tamen in hoc casu nedum non reperitur, sed nulla interuenit, sed statim fuit promotus præsentata dispensatione, maxime stante clausula illa* si ita est, *quæ est conditionalis, &c.* Et quod clausula, *si ita est*, facit gra-
263 tiam conditionalem † fuit etiam dictum in dict. Conchen. erectionis 25. Maij 1592. ex Parisio *cons.* 82. *numero* 6. Soc. Iun. 43. *numero* 43. licet contradicat Thom. Sanc. *dict. numero* 26. qui ait quod clausula, *si est ita*, dispensa. non inducit formam, nec conditionem.

264 Quod tamen limitat † Card. cum Paulo *dict. numero* 11. & Felin. *dict. numer.* 28. cum Imola *ibidem*, quando de idoneitate notorie constat, quod tunc non est necessaria examinatio nisi ad cautelam, qui tamen consulunt, quod executor hoc ipsum de notorio exprimat in collatione, vel in relatione, seu interlocutoria, vt sciatur quare examinationem non fecit, idem Th. Sanch. loquens *in dispensat. dict. numero* 24. & 16.

265 Sed hæc limitatio non videtur vera, † nam quando examinatio est de forma, vt licet prætermitti non potest quantumcumque examinandus sit notus, Bald. *in cap. constitutus, 2. n. 4. de appellatio.* & ibi Præpositus & Abb. *num.* 4. qui ait quod scholaris notorie peritus transit sine examinatione, vel saltem modica pro forma. Corsetus *in singul. verb. præsumpt.* qualiter bene Brunus *de forma, rubrica de implemento formæ, versiculo vltimo* facit Lambertus qui alios refert *de iure patronat. 1. par. 2. libr. quæstione 11. articulo 3. numero* 5. Rebuffus *de priuil. scholarium priuil. 86. numer.* 4. Mand. *reg. 24. quæst. 3. num. 11. & 12.* Fuscus *de visitatio. libro 2. cap. 5. numero.* 10. Flam. Paris. *lib. 8. quæst. 9. nu.* 83. & *sequen.* & Cenedo *collect. 15. ad decretum numer.* 5. & posthæc Gonçalez *ad reg. mensium glos. 4. à numero* 89.

266 Et Rota in vna Calagur. † Beneficij de Ornillos 12. Octob. 1587. coram illustrissim. Pamphili. resoluit quod quando examen requiritur pro forma debet præcedere quamlibet prouisionem, quamuis alias sit examinatus, & approbatus etiam ad parochiales, ma-
267 xime quando ab alio ordinario &c. Et præsertim limitatio hodie non videtur † posse procedere in executore ad parochiales, in forma dignum nouissima, nam quantumcumque notorie impetrans sit idoneus, non potest excusari examen in d. forma dignum, cum examinatoribus synodalib. vt in ea dicunt Fuscus, & Cenedo *ibi*.

Pro quibus facit resolutio in causa † Asturicen. pa- 268
rochialis 11. Maij 1587. coram D. Gypsio, & in vna Regien. Prioratus 26. Iun. & 24. Decembr. 1578. coram D. Pamphilio, *Quod notoria præsentati licet alias sufficiat, non tamen sufficit, vbi examinatio est omnino necessaria, vt in parochiali, & vbi datur concursus præsentatorum, &c.* Sed offert se difficultas, † si execu- 269
tor cui committitur collatio Beneficij simplicis in forma dignum, committit examen alicui examinatori prout fieri solet, & fieri posse diximus supr. 8. *dub. n.* 97. & examinator dat illi schedulam, seu chartã approbationis absque examine, quia est sibi nota sufficientia ipsius, an censeatur seruata forma examinis? Et consequenter valeat collatio subsecuta, & videtur quod sic, licet tutius sit quod fiat examen aliquod pro forma.

Sexto subdubitatur, an si dictus executor † fecerit 270
examinationem prout sibi fuerat iniunctum, & putans ipsum idoneum, cum non esset, contulit ei Beneficium, talis collatio valeat? vt dico quod sic, nam conditio est purificata per obseruantiam solius formæ. † Ita docent Baldus *in l. 2. c. 8. C. quando prouoca-* 271
re non est necesse Abb. *in cap. 1. n. 29. de re iudicata*, Felin. *in d. capite si. num.* 33. & Staphil. *de literis gratiæ, tit. quib. modis expirant literæ ad Benef. §. 6. principaliter n. 1. & 2.*

Quod tamen secus esset † in dispensationibus com- 272
missis ordinario, nam quantumuis per informationem repererit preces veritate niti, si tamen à parte rei non est ita, dispensatio erit nulla, tanquam surreptitia propter falsitatem narratorum. P. Ledesma dicens tenere communiter Doctores *in sum. de matrim. c. 27. ad fi.* & Th. Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 21. n. 33.*

Et eadem ratione si resignans reuera non haberet
aliunde † vnde commode viuere posset, resignatio, 273
& prouisio facta resignatario esset nulla tanquam surreptitia, quamuis coram executore id probatum esset.

At si per examinationem factam executor † be- 274
ne intelligere deberet eum non esse idoneum, & nihilominus contra conscientiam ei tanquam idoneo conferret Beneficium, reuera collatio non valeret, nec prouisus si ei id constaret tutus esset in conscientia, nam in rei veritate non fuit seruata forma mandati, & purificata conditio, & idem esset si aliàs id constaret executori, iuxta dictum supra *n.* 261.

In parochialibus tamen debet executor † in dict. 275
forma dignum nouissima impetranti conferre, & collatio erit valida si examinatores, seu maior pars eorum illum idoneum esse renuntiant, & approbant siue bene, & secundum conscientiam, siue male, & contra conscientiam, quamuis ipse executor eum non putet idoneum, nam per approbationem, examinatorum purificata est conditio mandati, cum quo ad approbationem, seu reprobationem standum sit eorum relationi, iuxta decretum Concilij *dict. capite* 18. *sessio.* 24. & dictum est supra *dub. quinto n.* 75.

Septimo subdubitatur circa illam clausulam, † 276
quod dictus N. aliunde habeat vnde cõmode viuere possit, de qua vide supra 2. *par. cap. 5. àn.* 100. & 207. an sit necessarium constare quod resignans tempore resignationis, & datæ, aliunde habeat vnde commode viuere possit, an vero sufficiat quod id habeat tempore executionis ipsius gratiæ. Et breuiter dico satis esse, quod † de hoc constet tempore executionis 277
ipsius

ipsius gratiæ, cum verba illa *si tibi constiterit*, sint futuri temporis, & qualitas adiuncta verbo debeat intelligi iuxta tempus verbi, *l. in delictis §. 1. ff. de noxalibus* Abb. *in cap. cum in cunctis § inferiora, num. 10. de e-*
278 *lect.* & Dec. 22. Et sic limitanda est reg. illa, quod † surreptio consideratur respectu datæ de qua Felin. *in cap. cum te, de rescrip. nu.* 18. Caputaquen. *decis.* 40. *nu. 2. par.* 2. & notatur *in cap. si eo tempore, de rescript. in* 6. Et ita in terminis † fuit resolutum in Iacen. Vicariæ vlt. Ian. 1590. coram illustrissimo Plato, vt in dec. seq.

279 *Resoluerunt domini gratiam Antonij esse iustificatam & validam, nam de resignatione atque eius publicatione, ac de sacerdotio eiusdem Antonij constat ex publicis scripturis, valor Vicariæ cum annexis vltra testes coram Ordinario examinatis, probatur etiam ex confessione partis*, Paleotus decis. 391. in fin. *Caputaquen.* decis. 330. num. 3. lib. 3. *nono obstat, quod non fuerit verificatus valor & qualitas Beneficij obtenti, quia cum obtulerit Anton. illud dimittere non erat necessaria aliqua verificatio*, Rota dec. 20. de præben. in nouis, *non obstat quod non constet Sanctium resignantem tempore resignationis habuisse aliunde vnde cõmode sustentaretur, quia satis est in casu isto quod de hoc constiterit tempore executionis ipsius gratiæ*, dec. 10. numero secundo & 6. de concess. præbend. in antiquis. *non obstat, quod Sanctius resignãs post præsentationem de se factam ad Prioratum de Valtan malitiose distulerit procurare, vt sibi de eo Prioratu fieret institutio, & collatio. Et quod plus est, supposuerit collusiue aliquos oppositores ad effectum, vt dilata huiusmodi institutione interim in curia resignatio cum reseruatione pensionis admitteretur, qua collusione stante dicebatur resignationem fuisse nullam*, Gigas de pensio quæstio 42. *quia fuit responsum non constare de huiusmodi collusione, tum quia cum non sit præfixum tempus aliquod ad obtinendam institutionem Beneficij de iure patron.* decis. 4. de iure patr. in nouis, *non videtur imputandum Sanctio, quod institutionem suam in longum protraxerit. Tum etiam quia testes de ea deponentes fuerunt nulliter examinati, scilicet parte non citata, & quod plus est collusionem non probant, nam deponunt de auditu à Bartholom. qui etiam examinatus dixit se fuisse rogatum nomine Sanctij, vt se opponeret, cuius dictum sicut non probaret solum contra Sanctium, & multo minus contra Antonium, ita nec possunt probare testes qui dicũt se ab illo audiuisse, præterea collusio huiusmodi prætensa non esset super Vicariæ sed super Prioratu, ideo nihil instat ad nullitatem resignationis, maxime cum nullo modo probet Antonium fuisse participem collusionis, & tamen Gigas & alij per eum allegati præsupponunt collusionem interuenisse ex parte vtriusque. Non obstat quod dicitur non constare quod deducta pensione ducatorum 40. impensa ad fauorem Sanctij remaneant centum pro residere, iuxta decretum Concilij Trident. ac decretum appositum in gratia resignationis & reseruationis pensionis, quia fuit responsum de hoc nullum verbum legi in literis expeditis ad fauorem Antonij resignatarij in actis productis, quare cum ipse teneatur verificare solum ea quæ sunt narrata in suis literis, non videtur curandum si non probatur fructus vicariæ ascendere ad tantam summam, vt soluta pensione centum pro se remaneant, quod erit probandum per Sanctium cum pensionem voluerit consequi.*

280 Vnde existimo quod si tempore executionis † resignans esset mortuus, non esset opus eius congruam verificare, cum mortuus illa non egeat, & hoc forte voluit quædam declaratio S. Congregationis Concilij super *cap. 2. sess. 21. de reformatione*, † quæ sic ait, 281
quidam resignauit canonicatum alteri, vt infra mensem tenetur docere quod aliunde commode, &c. mortuus infra mensem, ordinarius voluit conferre canonicatum per obitum, respondit Congregatio, non posse, quia affectus cũ semel Papa apposuerit manus, alias ista declaratio pateretur difficultatem ex dict. 5. *part. capit. 1. à numero* 154.

Si tamen executor quia sibi non constitit † resi- 282
gnantem aliunde habere vnde commode viuere posset, pronuntiauit, non esse locum executioni literarum, non erit locus appellationi nec sufficit in gradu appellationis id constare, ex quo iam defecit conditio executionis, &c. Cum vero resignatio est expedita in forma gratiosa, tunc clausula seu narratiua
† quod aliunde habet, vnde viuere possit, debet esse 283
vera tempore datæ ex primo cap. de qua *n.* 288.

Vnde infertur ad dispensationes matrimoniales quæ committuntur ordinariis, vt dixi cum clausula, *quod diligenter se informent, & si repererint preces veritate niti dispensent*, quod sufficiat narrata esse vera, & verificari tempore executionis ipsius dispensationis, seu commissionis licet tempore datæ literarum non essent vera, & ita videtur practicari, nam articuli qui fiunt pro verificatione dispensationum semper loquuntur de tempore præsenti & non de tempore datæ.

Quamuis contrarium scilicet narrata debere † esse 284
vera tempore impetrationis & relationis factæ Papæ, & non postea tempore executionis teneat Cordub. *in sum. quæstio. 45. opin. 2. pun.* 1. & Ioan. Gutierrez *quæstio. Canon. libro secundo capite decimoquinto numero* 131. & 133. & Thom Sanchez *de matrimon. lib. octauo disputatio.* 30. *n.* 4. & 5. ex Abb. *in cap. quia circa, de consanguinitate & affinitate num.* 4. qui ait quod veritas narratorum in dispensatione est consideranda secundum tempus impetrationis non enim sufficit narrata prius fuisse vera, vel post impetrationem verificata, quando veritas causarum narratur de præsenti, & quod necesse sit probare narrata es-
se vera † tempore impetrationis docent, etiam Re- 285
buffus *ad leges Gallicas 2. tom. titul. de rescriptis in præfatione. numer.* 96. & Mascard. *d. conclusione.* 1128. *num.* 22.

Sed Abb. ibi non loquitur † in nostris terminis,
scilicet quando dispensatio committitur alicui cum 286
d. clausula *quod informet, & si repererit preces veritate niti dispenset*, sed loquitur de dispensatione in forma gratiosa, in qua certum est veritatẽ narratorum considerandam esse secundum tempus impetrationis iuxta dictã regu. quod surreptio consideratur respectu datæ, quæ licet præcipue procedit, & ita etiam accipiendi sunt Rebuffus, & Mascard. *ibi*.

Verum est tamen, quod in dispensationibus † cum
copula in quibus impetrantes narrant inter eos 287
copulam præcessisse, & quod nisi matrimonium inter eos contraheretur ipsa diffamata, & innupta remaneret, grauiaque exinde scandala possent verisimiliter exoriri, vt solet dici in dispensationibus, cum copula propter infamiam si ista non essent vera tempore impetrationis, sed postea consulto copulam habuisse, vt infamia, & nota posset verificari vel alias infamiam, & notam propter fraudem, & 288
dolum † quæ alicui patrocinari non debent *capi. sedes cap. ex tenore de rescrip.* & sic procedet sententia Corduben. *sup.* quam sequuntur Mandos. Rodrig. *in sum. 1. tom. cap. 36. nu.* 9. Veg. *in sum. part. cap. 83. casu* 4. & Ledes. *in sum. de matrim. c. 274. difficul. 7. conclu.*

& Thom. Sanchez d. num. 5. & sententiis Ioan. Gutierrez sup. non alias.

289 Et è conuerso † non sufficiet causam narratam fuisse veram tempore impetrationis, & relationis factæ Papæ, si tempore informationis, & executionis ea deficiat & iam non sit vera, vt si narratum est mulierem esse pauperem, aut habere dotem minus competentem, licet tunc ita esset, tamen si ante executionem commissionis & antequam ordinarius dispenset ea causa deficiat, vt quia iam facta sit diues aut habeat dotem competentem, quia obuenit ei hæreditas, vel legatum &c. vitiatur, dispensatio quæ est in fieri Ioan. Gutierrez supra num. 13. Tho. Sanchez lib. 8. disp. 19. num. 27. & d. disp. 30. num. 12. Humada ad Greg. Lopez in l. 2. tit. 15. par. 2. glos. 10. num. 5. & 6.

290 Quamuis contrarium teneat Enriq. † in sum. lib. 14. cap. 17. §. 10 ex Couarr. lib. 1. vari. cap. 20. n. 5. versi. his breuiter. Sed Couar. loquitur in dispensat. facta & sortita effectum, quæ non vitiatur, etiamsi postea causa deficiat Ioan. Gutier. supra. Vnde in prædicto
291 casu si postquam ordinarius virtute commissionis, & mandati Papæ dispensauit, mulier facta esset diues, aut haberet dotem competentem non vitiaretur dispensatione etiamsi nondum matrimonium esset contractum quicquid dicat Thom. Sanchez d. disp. 30. num. 14. & seq. quanto magis si esset contra-
292 ctum, etiamsi tempore † dispensationis haberet spē quasi certam successionis, dotationis, vel applicationis bonorum competentium, si non est legitimę necessario sibi debitæ, quia antequam successio, & applicatio fiant, non sunt bona illius, ita Nauar. cons. 19. de rescriptis. quem sequitur Marcus Anto. Genuen. in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapolitanæ ca. 25. num. 81. & Thom. Sanchez supra à num. 22. d. disput. 19.

Rursus circa illam clausulam, quod resignans aliunde habeat † vnde commode viuere possit, aduerte quod
293 narratiua in resignatione facta, & clausula, quod resignans habet aliunde, vna cum pensione sibi in tali resignatione reseruata, vnde commode possit, verificatur sufficienter si ex pensione illa habeat. vnde viuere possit, licet non verificetur quod habet etiam aliunde, quia intentio Papæ est quod remaneat congrua, siue remaneat ex pensione tantum, siue etiam aliunde, ita fuit resolutum in vna Zamoren. Beneficij vigesimo. Iun. 1594. coram Domin. meo Corduba.

294 Et quamuis in literis dicatur, *dummodo † aliunde habeat vnde viuere possit*, non excluditur, quin pensio sit in congrua computanda, quin verbum *aliunde* ponitur ad exclusionem beneficij resignati, non autem pensionis, vt in illa Brixien. parochialis 20. Nouembris 1598. coram D. Penna supra relata 2. par. ca. 5. n. 209.

295 Tandem admoneo lectorem, † quod in hac materia de executione, & verificatione literarum caueat à Flores de Mena. d. q. 4. ex num. 19. nam eam confundit nec recte callet sicut iurisconsulti Hispani.

§. 3.

An gratia in forma dignum expiret morte Papæ concedentis re integra.

SVMMARIA.

AN gratia, seu mandatum de prouidendo, in forma dignum, expiret morte Papæ concedentis re integra, &c. à num. 296. resoluitur, contra aliquos, non obstante cap. si cui nulla, de præben. in 6. ver. secus, quod procedit vbi mandatur prouideri certæ personæ de incerto beneficio vacaturo, & sic in gratia facienda, & cætera.

Id procedit etiamsi mandetur prouideri de certo beneficio, cum causæ cognitione & citatione partis, nam etiam tunc non expirat gratia, nec executorum potestas num. 303. contra aliquos relatos n. 304.

Gratia ad Beneficium vacaturum incertum, non expirat morte Papæ ante vacationem, etiā re integra, quādo non committit executori prouisionem, sed ipse confert ex nunc, prout ex tunc à n. 305. & ponitur Rota decisio.

Si alicui sit gratia concessa per quam committitur assignatio certæ pensionis huiusmodi gratia non expirat morte Papæ re integra numero 309. Si vero committeretur assignatio pensionis incertæ expiraret numero 310.

Dispensationes quæ committuntur ordinariis, vt precibus veris repertis dispensent, non expirant morte Papæ concedentis, re integra, quamuis mandatum de dispensando non habet vim dispensationis, sed ad hunc possunt ordinarij illius expedire, etiam sede Apostolica vacante, antequam erat regul. Cancellariæ super reualidatione literarum prædecessoris contra Nauar. & alios nu. 311.

Quod dicunt Io. And. Fel. & alij, quod facultas dispensandi cum certis personis fauore illarum, expirat morte concedentis, re integra potest intellig., quādo est concessa huiusmodi facultas simpliciter, absque mandato & præcepto, &c. n. 314.

Licentia eligendi confessarium, data à Papa, vel Episcopo, seu parocho, non expirat morte concedentis, quia est gratia facta ipsi pœnitenti. num. 315. Licet in literis data per Episcopum, seu alium Papa inferiorem, contra teneant Abb. & alij n. 316. Quod maxime procedit, quando tali licentia datur accessorie ad indulgentiam n. 317. Et quando datur in Bulla concessa fauore Principis, vt cruciata n. 318.

Similiter licentia audiendi confessiones, data alicui sacerdoti ipsius contemplatione à Papa, seu Episcopo, non expiraret morte concedentis. num. 319. non solum quoad simplicem licentiam, seu approbationem, & expositionem quæ absque dubio non expirat, sicut licentia seu reuertenda ad suscipiendos ordines, sed etiam quoad delegationem & commissionem iurisdictionis ad absoluendum, quæ etiam non expirat à numer. 320.

Cap. gratum, cap. relatum, & c. licet de officio delegati, vbi habetur, quod iurisdictio delegata expirat morte delegantis, re integra, loquuntur de iurisdictione fori contentiosi, non voluntaria, n. 324.

Idem esset in licentia, seu iurisdictione, alicui data à parocho, ad audien. confessiones suorum subditorum, nu. 325.

Quamuis iurisdictio ab eo delegata assumendo illum in vicarium, seu coadiutorem suum, expiret morte parochi, sicut potestas vicarij Episcopi, numero 326.

Licentia audiendi confessiones certarum personarum data alicui ipsarum fauore, expirat morte concedentis, n. 327.

Licentia, & facultas testandi, concessa à Papa non expirat morte concedentis re integra n. 328. Et similiter licentia, & facultas faciendi maioratum à rege concessa non expirat morte concedentis re integra numero 329.

& idem

& idem indistincte in licentia data per regem ad extrahen. seu alienan. bona maioratus, etiamsi concedatur sub nomine ipsius regis n. 330.

Quod procedit, etiamsi literæ d. licentiæ, & facultatis faciendi maioratum, testandi, aut alienandi, non essent expeditæ, contra aliquos n. 331. & seq. Quando gratia est concessa per Principem nu. 333. Et ita gratia etiam ad aliquid faciendum concessa per Papam expediuntur per successorem in forma rationi congruit, n. trecentesimo trigesimoquarto.

Procedit etiam siue licentia & gratia sit concessa ex causa necessaria, & cum causa cognitione, siue ex causa voluntaria, & siue causa cognitione. nu. trecentesimo trigesimoquinto.

De hac materia, an gratia vel mandatum expiret morte concedentis, &c. remissiue n. trecentesimo trigesimosexto.

296 DVodecimo, & vltimo principaliter † dubitatur, an gratia seu mandatum de prouidendo in forma dignum expiret morte Papæ concedentis re integra, ita quod executor deputatus ad illius executionem non possit procedere.

297 Et videtur † expirare ex cap. cui nulla versiculo secus de præbend. lib. 6 vbi dicitur, quod si super prouisione certæ personæ facienda sit data potestas alicui prouideri mandatur gratiam, & fauorem, illa quidem expirat omnino si concedens re integra moriatur, & facit regula l. mandatum. C. mandati, & §. recte, institut. eod.

298 Per quem † tex. in d. cap. si cui nulla. inquit Ægidius decis. 542. quod mandatum factum per legatum, de prouidendo certæ personæ de certo Beneficio, tunc vacante, moriente legato ante mandati executionem, ipso iure expirat. Et sequitur Staphileus de literis gratiæ tit. quibus modis expirent literæ ad Beneficia,
299 in princ. num. 1. & 2. Et ita videntur † tenere Decius in Rubr. de constitutio. 1. lectura numero 41. ibi secus si deberet fieri per alium cui committeretur. & Ripa ibidem nu. 50 ibi. secus si per viam commissionis sit alteri mandatum quod conferat. Corras. de Benefic. 4. par. cap. 5. n. 54. ibi, licet secus si collatoribus tantum. Zerola in praxi Episcopali 2. par. verbo delegatus §. 1. & Mandos. Rodriguez quæst. regularium 1. tom. q. 9. ar. 1. & Thom. Sanch. de matrimon. lib. 8. disputatio. 28 num. 43 & 64 & 81.

300 Nihilominus tamen contrarium est dicendum, † nempe gratiam, seu mandatum de prouidendo in forma dignum, nullo modo expirare morte Papæ concedentis re integra, sed adhuc posse executorem ad illius executionem procedere. Nam vbi mandatur prouideri certæ personæ de certo Beneficio vacante gratia dicitur facta, ex quo saltem habet ius ad illud, licet non habeat in re vt dicitur supra 4. par. cap. 3. 11. modo n. 59. & sic intrat tex. in cap. si super gratia. de officio deleg. in 6. ita Rota decis. 12. de officio deleg. alias 349. in nouis. Hier. Paulus in practica Cancellariæ versi. præstantissime doctor. quem sequitur Rebuffus in concordatis Rubric. de mandatis Apostolic. §. 1. verb. fuit partificatus. Milan. reper. verb. gratia facta licet nondum executa. Gigas de pension. quæstio. 91. numero 4. Anton. Gabr. tit. de præben. concl. 1. numero 19. & 35. Mandos. reg. 10. quæst. 2. numero 4. Acceuedo in l. 2. numero 4. & 5. tit. 7. lib. 5. recopilation. D. Ioan. Gutierrez canon. quæst. li. 2. c. 17. n. 5 & Enriq. in sum. li. 14. c. 17. n. 7 & tenet Tho. Sanchez sup. n. 87 & seq.

301 Et tex. in d. c. si cui null. versi. secus procedit † vbi mādatur prouideri certæ personæ de incerto beneficio vacaturo: & sic in gratia facienda cum gratia non respiciat, nec videatur afficere aliquod beneficium certum, vt eum intelligunt doctores ibi, & in d. cap. si super gratia, Rota, Gigas & Mandos. supr. & Mar. Rodriguez sic intelligendus quæst. regul. 2. tom. quæst. 46. art. 7. ad finem. & Graffius in decis. aureis casuum conscientiæ à lib. 4. cap. 1. numero vigesimooctauo & forte Gonçalez glos. 12. numer. 42. & facit quod tradit Cuchus in institution. maioribus libro primo ti. 7. numero 50.

302 Quamuis Hieron. † Paulus supra, quem sequitur Rebuffus & Gutierrez, & Thom. Sanchez d. nu. 87. & 95. teneat id procedere etiam vbi mandatur prouideri certæ personæ de Beneficio vacaturo etiam incerto, intelligens d. capit. si cui nulla versic. secus, vbi non est proprie mandatum, sed simpliciter concessa facultas, at hic intellectus violat literam tex. ibi, mandatur.

303 Quæ resolutio procedit † etiamsi mandetur prouideri de certo beneficio, cum causæ cognitione, & citatione partis, nam etiam tunc non expirat gratia eadem ratione, nec executorum potestas tanquam accessoria ex d. c. si super gratia, quod non solum procedit in executore mero, sed etiam in mixto, ita maior pars dominorum in d. decis. 12 & Hiero. Paul. sup. quem vt dixi sequuntur Rebuffus, & Gutierrez supr. & Tho. Sanch. d. n. 88.

304 Quamuis contradicant collector. ibi Gigas † sup. n. 5. & Flores q. 4. n. 74. qui dicunt tunc executoris potestatem expirare licet non gratiam. Et Francus in d. c. si super gratia n. 4. & Mil. & Mandos. supra, qui videntur velle etiam gratiam tūc expirare, quia dicunt esse gratiam faciendam.

305 Sed & gratia ad beneficium vacaturum † incertam non expirat morte Papæ ante vacationem, etiam re integra, quando non committit executori prouisionem sed ipse confert ex nunc, prout ex tunc, quia tunc gratia est facta. &c. Guidobonus decis. 29. in manus. & Rota in vna Calagurritana expectatiuæ 1. Iulij 1592. coram D. Penna in qua fuit resolutum, quod expectatiua concessa à Papa Gregor. † XIIII. Doctori
306 Frances ad canonicatum & præbendam Calagurritan. qui 1. 2. vel vlteriori loco vacauerit quem infra mensem à die vacatio duxerit acceptandum, non expirauit morte Papæ ante vacationem canonicatus, quia cum non committat executori prouisionem, sed ipse conferat ex nunc, prout ex tunc gratia est facta & datis executorum accessoria, & ideo non expirat, &c. capite si super gratia. de officio deleg. in 6. Secus si esset facienda. capite si cui nulla de præbend. in 6. Gabr. titulo de præbend. conclusione prima Guidobonus decisione vigesimanona, & quia res non erat integra, quia auditor cameræ vnus ex executoribus fulminauerat ante mortem Papæ processum, nam cum non detur executor vt cognoscat, sed vt exequatur, actus ille sine citatione, sufficit vt res desinat esse integra, perpetuetur iurisdictio. Geminia. in dict. capit. si cui nulla, numero sexto. Francus numero 3. glos. Hispanus reg. 10. Ioan. Nicol. tract. de generis expectatiuis cap. 3. nom. 2. Guidobonus d. decisione & quamuis esset conditionalis non expirat cum non sit gratia facienda sed facta, &c. Goncal. sup. numero 42.

307 Et fuit confirmatum coram eodem. 9. † Octob. 1592. & quod propter illa verba, ex nunc, prout ex tūc conferimus, &c. perinde est ac si Papa tempore d. gratiæ contulisset, & omnia retro trahuntur ad tempus datæ. Crescen. dec. 260. Et similiter gratia † expecta-
308 tiua præbendæ vacaturæ non expirat morte conce-

centis quando est creatus in canonicum, Francus in d. c. si super gratia. n. 2. Guidobonus decis. 33. vbi habetur quod *obtinens creari in canonicum potest acceptare prabendam vacantem mortuo Papa qui eum creauit in canonicum, quia creatio in canonicum perficit gratiam, & solum expectat prabendam vacaturam, quo casu per obitum creantis non expirat gratia, neque potestas executorum* d. capite si super gratia, d. c. si cui nulla; *Rota* in nouis 349. & *ratione canonicatus prabenda debetur.* c. relatum de præb.

309 Ex supradictis infertur 1. ad quæstionem † de qua Gigas d. q. 91. quod si alicui sit gratia concessa per quã committitur assignatio certæ pensionis in partibus huiusmodi gratia non expirabit morte Papæ concedentis re integra, sed executor poterit ad illius executionem procedere, vt ibi docet Gigas & Ioan. Gutierrez d. c. 17. nu. 5. & Thomas Sanchez d. nu. 88. post Hieronymum Paulum supra, quia in isto casu gratia de pensione, est iam facta per Papam, licet illius reseruationem executori in partibus committat, si ve-
310 ro committeretur assignatio† pensionis incertæ, nẽpe quantitatis quæ videbitur executori, expiraret ex d. c. si cui nulla, vers. secus, quia tunc non esset gratia facta, ex quo non est de re certa, & determinata, sed facienda.

311 Secundo infertur quod dispensationes,† quæ iuxta Concilium Tridentinum sess. 22. ca. 5. de reformatione committuntur in partibus ordinariis, vt precibus veris repertis dispensent, non expirant morte Papæ
312 concedentis re integra. Quamuis mandatum† de dispensando etiam vbi non requiritur causæ cognitio, non habet vim dispensationis. Achilles *dec.* 78. Mohed. 11. *de filiis presbyterorum* Papæ ad *decisionem* 2. *de filiis presbyterorum in nouis num.* 10. & contra Præpositum *in c. quia circa, de consanguinit. & affinitate.* recte tradit Couarruuias *in 4. 2. p. cap. 6. §. 9. numero 11. in vltimis editionibus* & Nauarrus *cons. 5. qui filij sint legitimi,* & Thom. Sanchez qui alios citat *dict. libro* 8. *disp. 30. numer.* 12. Sed adhuc possunt ordinarij illas expedire, etiam sede Apostolica vacante, antequam exeat *reg.* 10. seu 11. *Cancellariæ* super reualidatione literarum prædecessoris gratiæ, & iustitiæ, infra annum concessarum. Nam gratia dispensationis per ipsum Papam censetur facta, est enim gratia singularis, certa & determinata; cuius executio, & dispensationis in esse deducto committitur, & mandatur ordinariis, ita Hieronymus paulus *supra*, Mayolus *de irregularitate l. 4. cap. 51. numer.* 6. Syluest. *verb. gratia numer.* 3. Tabiena. §. 5. & Armilla *numero 5. eodem verbo*, Enriquez *in summ. l. 7. cap. 21. §. 7. & l. 12. capit. 3. §. 10. & leg. 14. cap. 17. §. 7.* Man. Rodriguez *quæst. reg. 1. tom. q. 9. art. 1.* & Clarius *2. tom. qu. 46. art. 7* P. Ledesma *in summ. de matrim. c. 27. 2. conclu.* & Suarez *5. tom. de censuris disp. 41. sect. 2. ad fi.* & Tho. Sanch. *d. numero* 87.

313 Quamuis contrarium teneant Nauarrus† in Man. Latino editionis anni 1584. *capit. 27. nume. 253. & cons. 3. de filiis presbyteror. numer. 2. & cons. 2. num. 1. de offic. deleg.* & cum eo Vgol. *de irregular. c. 62. in princ. n. 6.* & Zerola *supra*, & Sairus *de censuris lib. 7. c. 14. n. 6. & 7.* & videtur tenere Sarmiento *de redditib. 4. p. cap. 4. num.* 1.

314 Et quod dicunt Ioan. And. ad Specul. *tit. de† dispensat. §. dicendum. versic. quod si is, sub n.* 19. & Felin. *in c. licet vndique, in princip. de offic. deleg.* Syluest. & Ant. Gabr. *n. 6. vbi supra*, & alij citati per Thom. Sanchez *supra n.* 86. quod facultas dispensandi cum certis personis fauore illarum, expirat morte concedentis re integra, potest intelligi, quando ad contemplationem, seu fauorem dispensandorum alicui est concessa facultas simpliciter absque mandato, & præcepto, sed faciendo eum voluntarium ministrum, & commissarium dispensationis faciendæ, ex Hieron. Paulo, & Rebuffus *supra*, tunc enim cum pars non habeat ius, vt secum dispensetur, sed sit in voluntate commissarij dispensare, vel non, non potest dici gratia facta, sed facienda, quicquid dicat Enriquez *d. lib. 12. c. 3. §. 10.* & ita intelligit Th. Sanchez *sup. nu. 87. &* 89.

Tertio ex supradictis infertur,† quod licentia eligendi confessarium data à Papa, vel Episcopo, seu parocho, non expirat morte concedentis, quia est gratia facta ipsi pœnitenti, vt post Palud. *in 4. dist. 17. q. 3. col. 5* qui tamen id non dicit, tenet Nauarr. *in capit. placuit, de pœnitentia dist. 6. num. 35. & à num.* 161. Didacus *in l. 1. tit. 12. libro 3. ordin. q.* 36. Salcedo *in praxi ecclesiæ Bernard. Diaz capitulo 26. litera C. versic postquam vero, ad fin.* Enriquez *in summ. lib. 7. cap. 21. §. 6.* Eman. Rodriguez *d. 2. tom. quæst. regul. quæst. 46. art.* 8. & Suarez. *4. tom. de pœnitentia disp. 26. sect. 3. numero* 7. Th. Sanchez *dict. disp. 28. numero 75. & 93.* & compendium Bernardorum *verb. absolutio prima §. 16. & absolutio 2. §. 6.* & post hæc Gonçalez *d. gloss. 12. numero* 39. 315

Licet in licentia data per Episcopum, † seu alium Papa inferiorem, contra teneant Abb. *in c. fin. de off. legati numer. 9* Syluest. *in summ. verb. confessor. 1. quæst. 7. & verb. indulgentia numer.* 16. Angel. *verb. gratia. §. 3. & verb. indulgentia. §. 7.* Gomezius *in tract. breuium numero* 26. Cordu. *lib. 5 quæst.* 36. Cosmas Philiar. *de offic. Sacerdotis. 1. tom. 1. p. libro 2. capit. 24. ad fin.* quia dicunt esse præiudicatiuam Ecclesiæ. Sed ista ratio cessat, ex quo potest per successorem reuocari. 316

Quæ illatio † maxime, & sine difficultate procedit, quando licentia eligendi confessarium datur accessoriæ ad indulgentiam, vt in Iubileis, tunc enim sicut gratia principalis indulgentiæ morte concedentis non expirat, ita nec licentia eligendi confessarium accessoria, ex *dict. capitulo si super gratia.* & facit *reg. accessorium libro sexto &c. consistutus. de rescripti.* 317

Et quando datur in Bulla concessa fauore, † & contemplatione principis, vt in Bulla Cruciata, quæ cõceditur Regi pro expeditione belli contra infideles, & sic tanquam gratis facta ipsi Regi, non debet expirare morte concedentis. 318

Similiter etiam licentia † audiendi confessiones seu facultas administrandi Sacramentum pœnitentiæ, data alicui Sacerdoti ipsius contemplatione à Papa, seu Episcopo, non expirabit morte concedentis, quia est gratia facta ipsi sacerdoti, & sic intrat textus *in d. c. si cui nulla 1. part. & in d. cap. si super gratia.* 319

Quod procedit non solum quoad simplicem licentiam, seu approbationem, & expositionem, † de qua Concil. Trident. *sess. 23. de reformatione, cap.* 15. quæ absque dubio non expirat, *extrauagant. inter cunctas, de priuil. ver. et autem quæ, quæ ad hoc non est reuocata.* Soto *in 4. dist. 18. q. 4. art. 3. circa medium.* Enriquez *in summ. lib. 6 cap. 6. §. 7.* Grassis *lib. 1. cap. 13. num.* 49. P. Ledesma *in summ. de Sacramento pœnitentiæ, cap. 11. 1. dub. circa fin.* & Vega in Espejo de Curas, *cap. 11. n.* 278. 320

Quia est mera † gratia, sicut licentia, seu reuerendæ ad suscipiendos ordines ab alieno Episcopo, quæ non expirat morte concedentis, vt cum aliis quos referunt tradunt Didacus Perez *d. q.* 36. Salcedo *d. vers. post quam vero.* Ioan. Gutierrez *pract. q. lib. 2. q. 75. num. 5. & Canon. qu. lib. 2. c. cap.* 17. & Marc. Anton. Gennen. *in praxi Archiepiscopalis curiæ Neapolitanæ, cap. 81. num. 4. & cap. 85. num.* 39. Thom. Sanchez *numer.* 85. & Gonçalez *num.* 36. Sed etiam quoad de- 321
322 legationem, & commissionem † iurisdictionis ad absoluendum, quæ etiam non expirat ex d. ratione. Enriquez *lib. 7 cap. 21. §. 6.* & Suarez *d. sect.* 3. & Gennuen. *d. cap. 85. num.* 39. Thom. Sanchez *d. disput.* 28. *num.* 72. & compend. Bern. supra. Quamuis contra teneant Palud. *in 4. d. dist. 17 q. 4. num.* 25. † D. Anto.
323 *5. part. tit. 17. cap. 9 in fin.* & Cosmas Philiarch. *vbi supra.*

324 Nec obstat, † quod iurisdictio delegata expirat morte delegantis re integra. *c. gratum, c. relatum, c. licet de offic. deleg.* quia vt recte inquit Suarez *ibi nu. 5. & 7.* & Th. Sanch. *d. n.* 72. ista iura loquuntur de iurisdictione fori contentiosi, quæ non datur in fauorem ipsius iudicis, nec habet rationem gratiæ, sed tantum iustitiæ: hæc autem delegatio est iurisdictionis voluntariæ, & habet rationem gratiæ, sicut etiam in casu *d. c. si cui.* nulla est delegatio iurisdictionis voluntariæ ad conferenda Beneficia, &c. & ita videtur consuetudine receptum, vt inquit Suarez *ibid. n.* 10. & Th. Sanchez *d. n.* 72.

325 Et idem esset in licentia, seu iurisdictione† alicui data à parocho ad audien confessiones suorum subditorum. Quamuis iurisdictio ab eo delegata alicui
326 assumendo illum in Vicarium, † seu coadiutorem suum expirare videatur morte parochi; sicut potestas Vicarij Episcopi expirat mortuo Episcopo, quia illa delegatio sic facta tanquam Vicario, seu coadiutori, non videtur gratia facta ipsi sacerdoti, &c.

327 Et etiam licentia, seu facultas audiendi † confessiones certarum personarum data alicui Sacerdoti, etiam à Papa, fauore, & contemplatione ipsorũ pœnitentium expiraret morte concedentis, ad dicta supra *n.* 324.

328 Vltimo ex suprad ictis infertur, quod licentia, † & facultas testandi concessa à Papa non expirat morte concedentis re integra, vt contra Maria. Soc. Iun. *cons. 89 vol. 1.* docent Bursat. *cons. 178. in princ. li. 2.* Nauarr. *de redditib. q. 3. nu.* 8. Et Sarmiento *eod. tract. 4. p. c. 4. n. 2.* Granutius *theoremate* 13. Io. Gutier. *d. lib. 2. pract. q.* 75. Fachineus *lib. 5. c.* 99. Eman. Rodr. *d. q. 46. art.* 8. Molina *de iust. 1. tom. tract. 2. disp. 141. ad fi.* Th. Sanchez *sup. num.* 82. Gonçalez *num.* 35. & Rota *decis. 47. part. 1. diuersor.* Et fuit dictum in via Papien. fructuum 11. Febr. 1601. coram D. Lancelloto, & tenet iam Couarr. *in cap. cum in officiis, de testamen. numero octauo* in nouissimis editionibus, quamuis antea ibi tenuisset cum Socino, cum quo videtur tenere Mieres *de maiorat. 4. part. quæst. decima numero vno.*

329 Et similiter licentia, & facultas faciendi † maioratum à Rege alicui concessa, non expirat morte concedẽtis re integra, vt est *lex* in terminis 42 *Tauri*, & in noua recopilatione est *l. 2. tit. 7. lib. 5.* vbi Doctores Hispani. Et idem † erit indistincte in licen-
330 tia data per Regem ad extrahendum, seu alienandum bona maioratus, etiamsi concedatur sub nomine ipsius Regis quicquid velit Mieres *dict. q. 10. ad fin.* quem videtur sequi Gutierrez *dict. lib. 2. pract. q.* 74. Quod procedit † etiamsi literæ dictæ licentiæ, &
331 facultatis, faciendi maioratum, seu testandi, aut alienandi non essent expeditæ, ex traditis per Felin. *in rub. de constitut. nu.* 5 & Decium, Ripam, & Beroium ibi, & Seluam *de Benef. 3. part. q. 22. num.* 3. Qui-
uis † in hoc contra teneat Molina *de Hispanorũ primog. lib. 1. cap. 7. num.* 64. quem sequitur Matienço *in d. l. 2. recopilatio. gloss. 2. num. 1. in fin.* & ibidem Azeuedo *num.* 11. Velazquez de Auendanno *in d. l. 43. Tauri gloss. 1. nu. 2. & gloss.* 2. Ioan. Gutierrez *d. lib. 2. pract. quæst. 74. in princ. & q. 75. num. 2. & lib. 2. canon. d. c. 17. n.* 14 & Eman. Rodriguez *d. art.* 8. quia hæc gratia non continet quid perfectum, sed datur ad aliquid faciendum. 332

Sed contra Molinam recte tenet alter † Molina Theologus *de iustitia. 3. tom. disput. 599. num.* 6. quando gratia est concessa non per ministros dependentes à Principis subscriptione, sed per Principem per solum verbum fiat, sequitur Thom. Sanchez *supra d. lib. 8. disput. 29 num.* 7. & Gonçalez *d. gloss. 12. à numero* 45. & ita gratiæ etiam ad aliquid faciendum concessæ † per Papam, qui obiit ante expeditionem literarum, expediuntur per successorem in forma rationi congruit iuxta *reg. 9. Cancellariæ de literis in forma rationi congruit expediend.* vbi gloss. & Rebuff. & Mandos. & Molina *d. num.* 6. & Gonçalez *num.* 48. 333 334

Et supradicta procedunt, siue licentia & gratia † sit concessa ex causa necessaria, & cum causæ cognitione, siue ex causa voluntaria, & sine causæ cognitione, quicquid dicat Azeuedo *in dict. leg. 2. numero* 6. 335

Et de hac materia, in gratia, † vel mandatum expiret morte concedentis, vide longam remissionem Cenedi *Collectanea 1. ad sextũ*, & circa literas gratiæ & iustitiæ, quæ expirant per mortem Papæ, videnda est *d. reg. 10.* seu 11. *Cancellariæ*, super reualidatione literarum prædecessorum gratiæ, & iustitiæ, infra annum concessarum, & ibi gloss. & Rebuff. & Mandos. & notat Gonçalez supra *numero quinquagesimo primo & 52.* 336

CAP. III.

De Executoribus literarum in forma breuis de capienda possessione.

SVMMARIA.

Sunt alij extraordinarij executores, nempe breuium de capienda possessione, num. 1. qua duplici modo solent concedi, vel nomine cameræ, vel ad fauorem literarum, n. 2. & tenor breuis ponitur, nu. 3. à qua formula parum distat ea quam ponit Mandos. num. 4. & breuis ad fauorem literarum, idem est tenor in substantia, & n. 5.

Per concessionem breuium non contrauenitur decreto Concil. de prima instantia coram ordinariis tractãda, vt Greg. XIII. declarauit, & S. Cong. Concil. & cum agitur de Beneficiis reseruatis, committitur causa in curia in prima instantia, & cum de literarum Apostolicarum intellectu tractatur, numero sexto, septimo, & octauo.

Dicta breuia regulariter, & de stilo, dantur solum super Beneficiis reseruatis, seu affectis à n. 9. & n. 11. ponitur resolutio Rota.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Clausula dummodo vltra tres dietas, &c. non intelligitur respectu auditoris Cameræ, respectu cuius non seruantur dietæ, sed respectu aliorum, in quibus cum sint executores mixti habebat locum statutum de dietis, & ideo fuit necessaria dict. derogatio. numero 12. & 13.

Si Beneficium erat litigiosum, & non sit facta in breui mentio de lite, breue est surrepititium, & non operatur effectum, & possession. capta esset vitiosa, & attentata, nec breue debet esse surrepititium, num. 14. & 15. vbi ponitur decisio Rotæ, & quamuis rescriptum ad lites surrepititium non sit nullum ipso iure, sed ope exceptionis, secus tamen in breui de capienda possess. numer. 16.

Breuia de capienda possessione, etiam nomine cameræ, & possession. capta eius nomine sunt ad vtilitatem prouisi, &c. num. 17. vnde si gratia principalis est surreptitia, & nulla, consequenter etiam breue, & inde secuta erunt nulla, num. 18. & tunc possessio capta vigore breuis esset restituenda ei à quo est ablata, num. 19. Vnde etiam agenti ad executionem breuis nomine cameræ potest opponi exceptio apostasiæ, & inhabilitatis ex Rota, n. 20. & 21.

Ius breuis est personale, & expirat per mortem, seu resignationem obtinentis ante captam possessionem nomine cameræ, n. 22. Quamuis si decederet, seu resignaret post illam captam, non tamen ei consignatam, non expirabit possess. &c. n. 23.

De processu executoris breuium, & modo seruando remissiue, n. 24.

Ad executionem dictorum breuium solum requiritur verificatio eius, quod est positum in forma illius sub clausula, constito, à numero 15. & ponitur dec. Rotæ num. 27. Quamuis contrarium tenuerit Rota in alia decis. posita, num. 28. quæ non placet. Quando vero in clausula, constito, fit mentio de pertinentia collationis, est verificanda, n. 34. & reprobatur doctrina Gonçal. num. 35.

Per clausulam constito, inducitur forma, & conditio vt præcedat causæ cognitio, etiam parte citata, cum adest intrusus, alias sufficeret extraiudicialiter constare, alias gesta sunt nulla, à nu. 36. & ponuntur resolutiones Rotæ.

Ideo stante intruso non potest capi possess. ex monitorio decreto ab auditore cameræ in vim breuis, maxime cum habeat clausulam, quod si quis senserit se grauatum, &c. seu similem, & sic resoluitur in citationem, à nu. 41. vbi ponuntur resolutiones Rotæ nisi possessor consentiat, quod capiatur possess. num. 44. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Quod ait Lancellotus cum decis. Guidoboni, quod in executione breuis de capienda possession. non requiritur partis citatio, procedit in breuibus, quæ solebant dari de capienda possession. amotis detentoribus, & intrusis sine vitio spolij, & attentatorum, & sine clausula constito, & sic operabantur executionem, & spoliationem alterius, absque cognitione causæ, & faciebant iudicem merum executorem, à numero. 45.

Quod dicit decis. Mohedano, quod clausula à moto quolibet detentore, intelligitur iuris ordine seruato, procedit vbi non est clausula sine vitio spolij, num. 50. & decis. Putei 17. lib. 1. est intelligenda de breui sine clausula constito, &c. n. 51. & ita etiam est intelligendum quod ex Puteo ibi tradunt Mandos. & Salustius Tiberius, &c. n. 52.

Capiens possessionem vigore talis breuis eiecto possessore, tenebatur, & poterat postea plene verificare reseruationem, in qua breue fundabatur, ad excludendum spolium restituibile, de quo eiectus agebat, à num 53. vbi ponuntur resolutiones Rotæ.

Iam breuia de capienda possess. non dantur nisi cum clausula, constito, & sic executor debet assumere partes iudicis, numero 58. & sequentib. vbi ponitur decisio Rotæ.

Licet breue habeat clausulam, constito, si tamen in ea non continetur reseruatio, in qua breue fundatur, ita vt in eius executione illa plene probetur, tenebitur postea impetrans illam verificare ad excludend. spolium, & reuocationem sententiæ excusandam, numer. 60. & ita procedit quædam decisio Rotæ relata, numero 61.

An pro verificatione clausulæ, constito, sufficiat semiplena probatio, an requiratur plena? nu. 62. & in tribunali auditoris cameræ seruatur sufficere semiplenam ex doctrina Bart. num. 63. sed quod requiratur plena seruat Rota, num. 64. & sequen. vbi ponuntur decisio. Rotæ, & doctrina Bart. respondetur quod alias tenecontrarium, num. 67. vnde si ageretur de executione breuis coram alio ab auditore cameræ amplectenda esset sententia Rotæ cuius stilo magis standum est, nu. 68.

Quando non esset intrusus, sufficeret pro verificatione clausulæ, constito, semiplena probatio, & ad effectum decernendi monitorium, n. 69.

An clausula, constito, quod defunctus obierit in possessione probetur ex possession. illius de præterito, à num. 70. resoluitur, quod sic & adducuntur resolutiones Rotæ.

Illa conclusio quod olim possessor, hodie possessor præsumitur, de qua relati à numero 75. procedit non solum in ipso possessore allegante possessionem de præsenti, sed etiam in successore vniuersali, vel singulari, numero septuagesimo sexto, imo secundum Abb. si non viuit ille qui possedit, præsumitur vsque ad mortem possedisse, siue hæredes negent, siue asserant, &c. numero 77.

Quamuis requiratur pro forma determinata probatio possessionis certi temporis sufficit præsumptiua probatio, n. 76.

De clausula non tamen à nobis prouisionem habentibus remissiue, nu. 79. & vt hæc exceptio intret & cesset executio breuis sufficit habere prouisionem à Papa, siue sit bona, siue mala quod reseruandum est petitorio, numer. 80.

VLtra dictos executores literarum † Apostolicarum, sunt etiam alij extraordinarij, nempe executores breuium, seu literarum in forma breuis de capienda possessione, † quæ duplici modo solent concedi, videlicet vel nomine cameræ Apostolicæ, vel ad fauorem literarum sub plumbo per prouisum Apostolicum expeditarum, vt post hæc tradit Gonçalez *ad regul. mensium. §. 7. proœm. num.* 208. & *gloss. 9. in annotat. num.* 246.

Quod vt melius percipiatur operæ pretium † erit in præsenti ponere tenorem breuis, prout hodie dari consueuit, qui talis est. *Dilectis filiis causarum curiæ cameræ Apostolicæ generali Auditori, ac Magistro scholæ Abulen. Cathedralis, & Francisco Suarez de S. Iuan Canonico eiusdem Ecclesiæ, & eorum cuilibet. Paulus Papa V. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem contulit nuper felic. record. Leo Papa XI. prædecessor noster dilecto filio Christophoro Treuiño Clerico Abulen. in curia residenti, ac dilecti filij nostri Francisci Cardinalis de Auila nuncupati à secretis ac familiari continuo commensali Thesaurariam Ecclesiæ Conchen. per obitum quondam Ioannis Zapata illius dum viueret vltimi possessoris extra Rom. curiam de mense Ianuarij proxime præterito defuncti vacan. & antea dispositioni Apostolicæ reseruatam, prout in literis Apostolicis propterea sub plumbo expediendis latius explicabitur, quæ circa ne dum literæ prædictæ expediuntur thesauraria præfata aliqua in spiritualibus, vel temporalibus detrimenta patiatur prouidere volentes, vobis per præsentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo aut vnus vestrum, constito, vobis prius etiam summarie, quod d. Ioan. in possess. dict. Thesaurariæ de prædicto mense obierit, per vos, vel alium, seu alios corporalem, realem, & actualem possessionem d. Thesaurariæ ac illi forsan annexorum iuriumque & pertinentiarum suorum quorumcunque nostro, & cameræ Apostolicæ nominibus omni mora & dilatione postpositis apprehendatis, amotis inde, & expulsis quibuscunque detentoribus & intrusis, non tamen à nobis seu dicto prædecessore prouisis, quos detentores, & intrusos nos authoritate præsentium amouemus, & amotos denuntiamus, ac omnes & quoscunque fructus, redditus, & prouentus d. thesaurariæ & annexorum eorundem, tam à die obitus dict. Ioann. decursos penes quoscunque existentes quam etiam futuros percipiatis, & exigatis, eosque integre præfato Cod. postquam ipse literas prædictas vobis præsentauerit, vna cum dict. possess. consignetis, eosdem detentores, & intrusos, ac præterea quoscunque alios contradictores, eisque auxilium consilium, vel fauorem publice, vel occulte directe, seu indirecte, quomodolibet præstantes, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac priuationis suorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunque inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinenda, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo legitimisque super his habendis seruatis processibus censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, decernentes vos aut prædictum C. detentores propterea sine reseruatione inuenerit spoliasse, nec amotos, & expulsos super spolio aut vnde vi agere posse, nec eis actionem spolij competere, neque collationes, prouisiones, aut alias dispositiones de d. thesauraria factas ad colorandum huiusmodi spolium prodesse; sicque per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus felic. record. Bonifac. Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo, vltra tres dietas aliquis authoritate præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis necnon inhibitionibus, etiam à dictis auditoribus eorum vt aliquo seu aliquibus vigore quarumcunque commissionum Apostolicarum iam forsan decretis, non tamen executioni demandatis, aut postmodum emanandis contrariis quibuscunque, seu si detentoribus, & intrusis prædictis, vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim, ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, volumus autem vt d. C. infra sex menses à data præsentium computan. literas præfatas sub plumbo expedire, ac iura cameræ Apostolicæ ac alias propterea debita persoluere omnino teneatur, alioquin d. sex mensibus elapsis thesaurariam prædictam vacare censeatur eo ipso. Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die 23. Maij 1605. suscepti à nobis Apostolatus officij anno primo.*

M. Vestrius Barbianus.

Et ab ista † formula parum differt ea, quam ponit Mandos. *de monitoriis, qu. 60.* sub monitorio posito, *nu. 1.* 4

Breuis vero ad fauorem literarum idem est † tenor, in substantiis, solum additur clausula, *si & postquam literæ Apostolicæ exhibitæ fuerint.* Ac vt ipsæ literæ Apostolicæ facilius debitæ executioni, vt par est demandentur prouisum ipsum in possessionem Beneficij induci mandatur, &c. 5

Circa quas literas in forma breuis de † capienda possession. in primis aduerto, quod vt Gregorius XIII. declarauit per *constitutionem 24. de executione literarum Apostolicarum*, & declaratione Concilij Tridentini *session. 24. cap. 20. de reformatione* per concessionem illarum non contrauenitur dict. decreto Concilij, vbi disponitur, quod causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi Beneficiales sint, in prima instantia coram ordinariis locorum duntaxat cognoscantur, exceptis his quæ iuxta Canonicas sanctiones apud sedem sunt tractandæ, vel quas ex vrgenti rationabilique causa iudicauerit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ suæ eius manu propria subscribendum committere, aut auocare, duplici ratione: prima, quia per dictas literas, in forma breuis, causa seu instantia non introducitur, sed mere executiue procedi mandatur, & mandata executiua sunt, & summariam tantum causarum, propter quas illæ emanarunt cognitionem requirunt, & in executiuis, licet detur lis non tamen instantia. Sarnen. *in reg. de annal. q. 44.* & Puteus *dec. 220. lib. 2.* Secunda, quia dictæ literæ in forma breuis annulo Piscatoris munitæ non minoris sunt efficaciæ, & authoritatis, quam rescripta signaturæ Rom. Pont. eius manu propria subscripta. 6

Et ita etiam declarauit S. Cong. Concilij † super *d. cap. 20.* quæ etiam ait, *Quod si vel de affectis, aut reseruatis Beneficiis ageretur, tunc in curia committuntur causæ in prima instantia.* Quod quotidie practicari videmus; nam signatura iustitiæ semper committit causam in Rota etiam in prima instantia, cum agitur de Beneficio reseruato, seu quod prætenditur reseruatum. 7

Et est decisi. Rotæ in causa † Segobien. Canonicatus 24. Nouembris 1588. coram Domino Plato de qua supra *5. part. cap. 1. num. 675.* Et vt dicit Marchesanus *de commission. part. 2. cap. 1. de commissione appell. num. 36.* Gregorius XIII. declarauit, quod causæ beneficiales, quando literæ sub plumbo expeditæ reperiuntur, & de literarum Apostolicarum intellectu tractatur, etiam in prima instantia per signaturam iustitiæ in curia committerentur: ea ratione quia iudicare de iuribus literarum Apostolicarum ad Romanæ curiæ iudices, & in specie in S. Rotæ auditorio in ipsis versato, & non ad alios inferiores pertinet, & sic pluries rescriptum fuit, & nouissime post hæc tradit Gonçal. *gl. 51. n. 36. & seq.* vbi ponit declarationes S. Cong. 8

Secundo aduerto, quod dicta breuia regulariter † & de stilo dantur solum super Beneficiis reseruatis, seu affectis, vt patet ex d. constitutione Gregor. XIII. Lancellot. *de attentatis 2. part. c. 4. in præfatione* 9

numero 442. qui ait, quod huiusmodi breuia concedi solent attenta reseruatione Beneficij de quo agitur, Rota in vna Salamantina Canonicatus 30. Maij 1572. coram Domino Oradino supra adducta 5. parte cap.
10 numero 46. In qua fuit dictum,† stilum dare huiusmodi breuia propter reseruationem, & in Gienen. Canonicatus, & præbendæ 4. & 11. Maij 1587. coram Domino Robusterio, in qua fuit dictum, quod similia breuia regulariter non dantur nisi in reseruatis vt notum est, & in vna Pampilonen. parochialis de Açigra 27. Iunij 1601. coram Domino meo Corduba
11 Episcopo Pacen. vt fuit resolutum,† *cessante reseruatione super qua breuia fundantur cessare illorum executionem, et clausulam consisto de vacatione in tali mẽse intelligendam de mente qua fit reseruatio*, vt in dict. *Salamantina Canonicatus* 1572. *Lancellotus* de attentatis, cap. 4. in præfatione, num. 117. & 529. & *reseruationem non habere locum in Beneficiis iuris patronatus laicorum ex fundatione, quod ius patronatus licet non probetur sufficienter, tamen vt sit locus arbitrio Rotæ, & interim supersedeatur in executione, sufficit multa dedicis, &c. præterea admitti exceptionem inhabilitatis*, vt in *Vrgellen. Canonicatus*, de qua infra *numero* 20. Rota etiam in vna Placentina Beneficiorum de anno 1603. infra adducta *numero* 28. & Gonçalez. *§. 7. proœm. numero* 208. & *gloss. 9. in annot. v.* 246. & 262.
12 Tertio aduerto,† quod illa clausula, *dummodo vltra tres dietas aliquis authoritate præsentium ad iudicium non trahatur*, non intelligitur respectu auditoris cameræ, respectu cuius non seruantur dietæ cum alias sit iudex ordinarius Romanæ curiæ, & ita habet stilus nouissimus, sed respectu aliorum executorum præter illum nominatorum in quibus cum sint
13 executores mixti† propter causæ cognitionem quam habent, & non meri omnino, habebat locum statutum de dietis. Felin. *in ca. nonnulli, num. 34. de rescript.* Et ideo fuit necessaria dicta derogatio. Mandos. *dict. q. 60. de monitorijs, n. 47. & de commission. commissione 28. verb. & Concilij generalis, &c.*

Quarto aduerto, quod si Beneficium erat litigio-
14 sum,† & non sit facta in breui mentio de lite, breue est surreptitium, & non operatur effectum, & possessio eius vigore capta esset vitiosa, & attentata. Caputaquen. *decis. 70. part. 1.* Rota *decis.* 469. *lib. 3. part. 3. diuers.* quæ est Paleoti 116. & Lancellot. *d. cap. 4. num. 413.* qui etiam *cap. 12. limitatione 30. num. 3.* ait quod breue non debet esse surreptitium, vt etiam ait Flam. Parif. *de resignatione Benef. lib. 10. quæstion. 6. num. 25.*

15 Et fuit resolutum in causa Vrgellen. † Archidiaconatus de Andorra 13. Aprilis 1592. coram D. Penna his verbis. *Quoniam Raphael. Duran. Archidiaconatum de Andorra tanquam vacantem in mense reseruato per obitum Michaelis Grimosachi impetrauit in curia, & obtinuit sibi concedi literas Apostolicas de capienda possessione nomine cameræ, in quibus non fecerat mentionem de lite, quam Paulus Anton. Requet, qui vigore statuti à sede Apostolica confirmati prædictum Archidiaconatum optauerat de anno 1583. mouerat contra quendam Michaelem prouisum Apostolicum, & in Rota introduxerat vigore specialis commissionis citato, & comparente Michaele, & seruatis terminis substantialibus, dubitatum, an constaret de lite, de qua foret facienda mentio in prædictis literis in forma breuis. Et Domini concorditer censuerunt primum constare de lite per commissionem causæ in Rota citationis executionem & seruatos terminos substantiales*, Clem. 2. vt lite pendente, authentica litigiosa. C. de litigiosis, *qua cum non fuerit extincta per obitum Michaelis, Beneficium remansit litigiosum*, cap. 1. & 2. vt lite pendent. lib. 6. *Mohedan.* decis. 14. *alias* 240. de causa possess. *in nouissime impressis*, & decis. 190. *in manuscriptis*, *Sarnem* de triennali, quæst. 61. circa fin. *et ideo debuit de illa fieri mentio*, *Ægid.* decis. 102. *etiam in literis in forma breuis pro capienda possessione absq; consensu surreptitia, & non operantur effectum*, *Paleotus* dec. 116. *incipien.* Ioannes Michael. *Caputaquen.* decis. 70. *incipien.* breue part. 1. *in impressis. Vnde nec vigore talis breuis posset capi possessio, nec capta sustineri, quia esset attentata, & vitiosa.* Et idem post hæc tradit Goncalez supra *in annotationibus, à num.* 271.

Et quamuis rescriptum ad lites surreptitium non sit nullum ipso iure, † sed vitietur ope exceptionis, 16
vt notatur *in cap. cæterum, &c. si autem, &c. super literis, de rescript.* tamen istud rescriptum, & breue de capienda possessione, si est surreptitium, est nullum ipso iure. Et sic possessio eius vigore capta vitiosa & citata, quia est extraordinarium, & exorbitans, & executiuum, & sapit plus gratiam, quam iustitiam ex quo tollitur actio spolij, & attentatorum, vt per Goncalez *ibi. num.* 275.

Quinto aduerto quod breuia de capienda possessione, † etiam nomine cameræ, sunt ad vtilitatem 17
prouisi & impetrantis ac vt eius prouisio & gratia melius executioni demandetur, vt constat ex *d. constitutione* 14 Gregor. XIII. *in princip.* & decis. Tude. parochialis de qua infra *numer.* 44. & Pampilonen. Beneficij infra adducta, *numer.* 65. & possessio capta nomine cameræ est ad fauorem & commodum prouisi cui est postea consignãda, seu cedenda, vt dicitur in breui, & dict. constitutione Gregorij tradit Goncalez *glossa.* 35. *ex num.* 115. vbi ex hoc resoluit competere prouiso iura † antiquitatis quoad adop- 18
tionem, & præcedentiam à die captæ possessionis nomine cameræ ac præferendum omnibus postea ingressis, & facta cessione absque alia apprehensione possessionis constitui eum iustum possessorem ac esse illi concedendum mandatum de manutenendo, non aliter ac si ipse prouisus dict. possessionem à principio apprehendisset secundum Rotam.

Vnde si gratia principalis est surreptitia, † & nul- 19
la, consequenter etiam huiusmodi breue tanquam accessorium, & inde secuta erunt nulla ex *cap. constitutus. de rescript.* vbi Abb. & Decius, *&c. si super gratia, de offic. delegat.* 6. & traditis per Nauarr. *in cap. si quando 1. præludio num. 1. & in cap. cum contingat, prima causa nullitatis, de rescrip.* ita post hæc Gonçalez. *d. n. 271. 276. & 278. & §. 7. proœm. num.* 140. Et tunc possessio capta vigore breuis † esset restituenda ei 20
à quo est ablata, ex Lancelloto *d. cap. 4. num.* 444. *in præfatione.*

Vnde etiam alias in vna Vrgellen. Canonicatus † 21
21. Maij coram Domino Blancheto fuit resolutum. *Quod agenti ad executionem breuis nomine cameræ potest opponi crimen apostasiæ à religione: nam est inhabilis et excommunicatus* cap. 2. ne clerici, vel monachi in 6. *&c. et non debet dari vitiosus ingressus ad Beneficia, nec refert, quod agat commissarius nomine cameræ, cum ipse ad vtilitatem impetrantis agat, & ad cedendum illi possessionem qui si non potest illi consignare possessionem tenetur restituere prim. possessori modernus* de attentatis 2. part. in præfatione, capite 4. numero 443. *& professio probatur ex instrumento professionis & confessione partis dicentis in supplicatione se per quatuor annos extitisse in religione, nec ob-*

stat,

stat fuisse declaratam professionem nullam, eo quod non fuerat annus probationis consummatus, quia illa sententia erat nulla, nec est sublata per Concilium professio tacita vt S. Cong. Concilij declarauit, nec obstat istam exceptionem tanquam requirentem altiorem indaginem non esse admittendam in hoc iudicio quia altior indago resultat ex replicatione actoris, nam excipiens fundat clare suam intentionem, &c. hæc in dict. Vrgellen

22 Et quod admittatur exceptio inhabilitatis, † fuit etiam resolutum illa Pamphilonen. sup. relata, *numero* 11.

23 Et ius breuis, † est personale, & expirat per mortem, seu resignationem obtinentis ante captam possessionem, nomine cameræ, &c. Lancellotus supra *num.* 439. *& seq.* Quamuis si decederet, seu resi-
24 gnaret † post captam legitime possessionem nomine cameræ vigore breuis nondum tamen ei consignatam, seu ab eo apprehensam, ex quo erat iam cameræ acquisita non expirabit possessio, sed eam camera retinebit, donec successori consignetur, &c. tamen videtur debere eam de nouo apprehendere, ex quo non fuit ad eius fauorem capta nisi subrogetur in locum alterius, de processu executoris dictarum literarum in forma breuis, & modo in exequutione seruando, videndus est practicus Salustius Tiberius *in practica auditoris cameræ, lib. 3. capite 6. per totum.*

25 Solum aduerto, quod ad executionem dictorum breuium † solum requiritur verificatio, eius, quod est positum in forma illius sub clausula *consisto*, seu *si consisterit* Sallustius Tiberius *dict. lib. 3. cap. 6. num. 17. & cap. 7. num. 5.* Rota *decis. 45. num. 1. part. 2. diuersorum.* Et fuit resolutum in causa Abulens. Canonicatus & Præbendæ 24. Nouemb. 1578. coram † D.
26 Decano, vt in decis. sequen. *Vacante Canonicatu, et Præbenda, de quibus agitur per obitum Alphons. Nauarri de mense Decemb. 1577. sede Episcopali Abulen. vacante fuit de illis prouisum authoritate Apostolica D. Franc. de Recalde, & interim dum literæ sub plumbo expedirentur, emanarunt literæ ab eadem sede Apostolica in forma forma breuis directæ R. P. D. Auditori cameræ, in quibus facta narratiua de vacatione d. Canonicatus, & Præbendæ in d. mense Decembr. sede Episcopali vacante & quod illorũ collatio, & prouisio dum pro tempore vacant ad Episcopum Abul. spectat & pertinet, prout in literis sub plumbo expedit̃. latius explicabitur, committitur eidem D. Auditori cameræ quatenus consto sibi summariè de dict. vacatione in prædicto mense, & quod ipse Alphon. tempore obitus sui eosdem Canonicatum et Præbendam possideret, quod quæ tempore vacationis illorum sedes Episcopalis pastore carebat, possessionem nomine cameræ, Apostolicæ, omni mora, & dilatione postposita, apprehenderet, amotis & expulsis quibuscumque detentoribus & intrusis, non tamen authoritate Apostolica prouisis, & seruatis seruandis instabatur pro parte D. Francisci coram eodem Auditore cameræ pro sententia declaratoria, sed quia nomine D. Thomæ opponebatur de surreptione dict. breuis, ex eo quod non erat verificatum in actis, et quod continetur in narratiua dict. breuis, quod collatio pertinebat ad Episcopum, & pro parte dict. Thomæ fuerat supplicatum S. Domino nostro quod causa huiusmodi, quæ coram dicto D. Auditore cameræ pendebat proponeretur in Rota super dubio infra scripto, vt fuit ita imponeretur ideo Reuerendissim. Patr. Domin. Auditor cameræ, de ordine sanctissimi ad instantiam dict. Thomæ consuluit Rotam super dubio infrascripto. Stante supplicatione & literis desuper expeditis, et stantibus, quorum omnium copia datur in necessariis, an constet de surreptione dicti breuis, & de ea dari possit non obstante clausula sublata, quod dubium fuit hodie 24. Nouembris per me vti Rotæ Decanum propositum in relationibus, & super eo per ambas partes, et in facto, & in iure informatum plene. Et fuit per maiorem partem dominorum tentum, quod breue non sit surreptitium, quia omnia quæ continentur in dispositiua breuis sub clausula* consisto, *sunt plene verificata, non obstat narratiua de pertinentia collationis ad Episcopum, quia habet relationem ad literas sub plumbo expediendas, vt ibi spectat & pertinet, prout in literis expedien. latius explicabitur. Et sic non fixit pedes in pertinentia collationis ad Episcopum, & Capitulum, & quod non figat pedes, dicebant apparere ex eo quod in clausula* consisto, *quæ explicat voluntatem disponentis, nulla fuit facta mentio de ipsa pertinentia collationis, sed de alia, quasi mens concedentis fuerit remittere hoc de pertinentia collationis ad negotium principale, & tanto magis domini tenebant hanc sententiam, ex quo in actis non omnino satis constat de aliquo iure D. Thomæ, quare transmisse resolutionem Reuerendissim. Patr. Domi. Auditori cameræ, qui iuxta hanc mentem Rota subscripsit declaratoriã in fauorem D. Recalde.*

Quamuis in causa Placentina Beneficiorum 2. Maij 1603. coram illustrissimo Domino Millino †
contrarium tenuerit Rota dicens sub clausula, *consisto, de vacatione prædicta* contineri nõ solum vacationem in principio narratam, sed etiam modum expressum, per quem prouisio pertinet ad Papam, propter dictionem *prædicta*. 27

Quæ decisio sic se habet. *Domini concluserunt* † 28
sententiam auditoris cameræ esse reuocandam mouebantur, quia in principio breuis narratur, quod ista Beneficia vacarunt de mense Octobris 1590. & quod de eis fuerat prouisum Ioanni, ex quo erant reseruata vigore gulæ, quia de eis non fuerat facta prouisio per ordinarium ante diem 5. Decemb. qua die fuit assumptus ad Pontificatum S. memoriæ Greg. 14. et postea Papa mandat auditori cameræ quod consisto sibi de vacatione apprehendat possessionem nomine cameræ, & domini intelligebant, quod Papa sensit in hac clausula de vacatione per obitum Roderici in mense Octobris, ex qua fit inducta reseruatio ob non factam prouisionem per Ordinarium in tempore, vt fuit resolutum coram Oradino in Salamantina Canonicatus 13. Maij 1572. et hunc intellectũ domini comprobant, quia dictio prædicta, *repetit non solum vacationem in mense, sed etiam modum vacationis supra expressum, per quem prouisio pertinet ad Papam.*

Secundo, quia ista breuia fundantur in reseruatione, & secundum stilum ordinarium non conceduntur cessante reseruatione, & ideo etiamsi verba essent dubia, reciperent interpretationem ab obseruantia concedendi, ista breuia solum propter reseruationem.

Tertio, quia si dictio prædicta, non refertur etiam ad modum vacationis illa expressio reseruationis fuisset facta sine effectu operandi. Quarto & vltimo, quia Papa dat facultatem in breui expellendi intrusos, & excipit expresse habentes prouisionem ab ordinario, ante dictam diem 5. Decem. & postea tollit actionem spolij stante reseruatione huiusmodi, & consequenter ex toto contextu breuis apparet, quod Papa fuit motus ad illud concedendum propter reseruationem, et propterea cum esset iustificandi clausulam, consisto, *& istam narratiuam reseruationis coram auditore cameræ spectaret ad Ioan.*

vt in terminis huius regulæ fuit resolutum in causa Vlisbonen. parochialis. 2 Maij millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, coram Illustrissimo Cardinali Mantica, & non fuerit ab eo iustificata sententia remanet notorie iniusta, & consequenter est reuocanda, mouebantur etiam propter prouisionem ordinarij ante diem 5. Decemb. quæ fuerat producta in actis coram auditore cameræ, & ideo cum breue excipiat expresse prouisos ab ordinario in illis verbis, non tamen habentibus prouisionem ab ordinario ante diem 5. Decem. stante ista probatione affirmatiua cessabat executio breuis: & consequenter etiam ex hoc ca. sententia est iniusta. Et quamuis in contrarium opponatur, quod prouisio ordinarij non probat tempus in concursu prouisionis Apostolicæ propter suspitionem antidatæ iuxta decis. 1. de probatio. tamen cum ista prouisio ordinarij habeat subscriptionem Notarij, testes & sigillum, & Lupus vigore illius prouisionis acceperit prouisionem ante datam literarum Apostolicarum ad fauorem Ioan. cessat in hoc casu omnis suspitio antidatæ, & creditur literis ordinarij, Tho. de Thanis deci. 50. Guidobon. dec. 69. Caputaq. dec. 146. li. 1. & dec. 55. li. 3. in manuscriptis, Chisar. dec. 81. & saltim secundum dominos materia redditur adeo turbida quod ista exceptio erat reseruanda in iudicio petitorio, & interim non esset danda executio breui iuxta decisionem Paleoti, quæ allegatur per informātes. 723. li. 3. par. 3. diuersorum aliquibus etiam ex dominis placebat caput nullitatis, nempe quod non constet de citatione ad docendum se paruisse, primo pro prima, licet extent alia tres. Cuius sanatio fuit denegata in signatura sanctissimi, & ex his fuerunt concordes pro reuocatione sententiæ auditoris cameræ.

Sed mihi non placet ista resolutio, † quo ad pri-
29 mum motiuum principale, nam licet verum sit quod ad excludendum spolium & euitan. reuocationem sententiæ, & restitutionem teneatur impetrans postea verificare reseruationem, in qua breue fundatur, vt dicetur infra, à num. 53. quod etiam vult decisio Salamantina allegata quam supra adduximus 5. par. capitulo 1. numer. 461. & alia in eadem ibidem adducta, tamen clausula constito de vacatione prædicta, solum importat † vacationem narratam scilicet quod vaca-
30 uit per obitum talis, in tali mense, & id solum repetit dictio prædicta, & id patet in terminis dict. decis. Placentinæ ex illa exceptione facta † in breui de habentibus prouisionem ab ordinario ante diem 5.
31 Decembris, si enim impetrans breue teneretur per clausulam constito verificare reseruationem ob non factam prouisionem per ordinarium ante dict. diem. 5. Decemb. superflua esset illa exceptio, & præseruatio.

32 Et præterea id constat ex stylo huiusmodi † breuium, in quibus quando ex vacatione narrata non resultat reseruatio, & Papa vult quod impetrans illam probet, solet addi in clausula constito, modus expressus, ex quo Beneficium est reseruatum, verbi gratia, quod defunctus erat subcollector, Prothonotarius, seu familiaris Cardinalis, &c.

Vnde etiam in specie d. Pampilonen. † parrochia-
33 lis de Acigra, de qua supra numer. 11. quamuis stante clausula arbitrio Rotæ posset supersederi executione breuis, tamen alias constito de vacatione in tali mense deberet mandari executioni, reseruata exceptione iuris patronatus ad petitorium. Sicut in casu d. decis. Abulen. exceptio de pertinentia collationis.

Illam vero decisionem Abulen. intellexit † alias 34
Rota vt non procedat, quando in clausula constito, sit mentio de pertinentia collationis, ita vt vna ex conditionibus in ea positis sit pertinentia collationis, vt in vna Gerunden. Beneficij trigesimoprimo Maij 1600. coram D. meo Corduba, in qua causa appellationis à sententia auditoris cameræ, fuit in Rota commissa cum clausula, parito breui, arbitrio Rotæ, & fuit resolutum, Intrare arbitrium, & non esse locum executioni breuis, nam reseruatio quæ prætendebatur ex reg. 2. de beneficiis vacantibus sede Episcopali vacante non habebat locum in præsenti, quia collatio non spectabat ad Episcopum, sed ad Archidiaconum Gerunden. ad quem spectabat collatio Beneficiorum vacantium sede Episcopali vacante, & quod non obstabat sufficere iustificare clausulam, constito, vt in Abulens. Canonicatus coram Rubeis & alibi sæpe, nam illa procedunt, quando non fuit mentio de pertinentia collationis, in clausula constito, quo casu Papa videtur remittere pertinentiam ad petitorium, cum vero vna ex conditionibus positis in clausula, constito, est pertinentia collationis vigore reseruationis, illa venit iustificanda, ita vt ex dicta pertinentia inducatur reseruatio propter quam breue fuit concessum, quod in præsenti dominis non fuit visum iustificatum, sed constare de iure Archidiaconi, ad effectum, de quo agitur. Tum ex depositionibus testium, tum ex mandato de manutenendo, vel saltim ita turbidum, vt merito supersedendum veniat in executione breuis, donec disputetur super iure Archidiaconi. &c.

Vnde mihi non placet, quod † post hæc tradit 35
Gonçalez in annotat. à numer. 261. quod non sufficiat ad executionem breuis verificatio constiti, quando non esset probata reseruatio, licet in eo expresse, & necessario inclusa non fuisset, si reus ex aduerso probat coram eodem executore quod non intret reseruatio, ex eo quod beneficium sit de iure patronatus laicali, vel quod mensis non esset reseruatus ratione alternatiuæ, vel alias, & male allegat istam decisionem Gerunden. & aliam Vicen. de qua infra numer. 61.

Per dictam autem clausulam constito, † seu si consti- 36
terit, inducitur forma, & conditio vt præcedat causæ cognitio, etiam parte citata, cum adest intrusus, alias enim sufficeret extraiudicialiter constare iuxta dicta cap. † præcedenti dubit. 9. à nume. 166. Quamuis 37
ad decernendum monitorium soleat fieri citatio interesse putantium per contradictorum, siue edictum publicum, Sallustius Tiberius d. lib. 3. cap. 6. numer. 1. Felin. in cap. fin. de præsumptio. num. 28. Staphil. de literis iustitiæ. §. citatio personalis, Vantius de nullitatib. tit. de nullitate ex defectu iurisdictionis legitimæ, num. 92. Mandos. de monitoriis, quæst. 40. & dict. quæst. 60. verb. constito, à numero 35. & 36. Licet nume. 57. & 65. contrarium velit. Vestrius in pract. lib. 8. capitulo vltimo, numero 13. Lancellotus de attentatis. 2. par. cap. 20. in præfatione, numero. 170. & ampliatione 11. numero 23. Crescen. decis. 6. de rescrip. & est optima decis. Paleoti quæ est 3. par. diuersor. lib. 3. 659.

Et est dec. Thanis 95. in manuscrip. † quæ ait. Quod 38
quando signatura habet constito de assertis, debet constare per legitimas probationes, & parte citata. Eiusd. decis. 68. Decius consil. 198 Guido Papa quæst. 70. secus esset si signatura diceret, etiam extraiudicialiter, quia tunc non esset pars vocanda, nec in casu in quo narrata constarent ex actis, & essemus coram eodem iudice, quia tunc videtur conditio de præterito, quæ non suspendit, &c. Ro-

&c. Rota in vna Vercellen. Beneficiorum 28 † Iunij 1595 coram D. Seraphino, in qua fuit resolutum, Prouisum ab ordinario manutenendum in possessione Beneficiorum de quo constat capta tempore quo vacabat beneficium, & posteriorem possessionem aduersarij captam vigore breuis nõ esse legitimam, cum executor processerit de facto non citato possessore, vt fieri debuit, stante clausula si constiterit, cap. si constiterit, & ibi Felin. numero 5. de accusatio. & in c. fin. numero 24. de præsumptio. ideo cum possessor non habeat se pro spoliato est manutenendus, Puteus decis. 419. lib. 2. &c. Rota etiam in illa Tirasonen. Capel. de anno 1601. adducta [illegible] 5 dubio, numero 65. & post hæc Gonçalez supra à numero 253 vbi ait citationem debere esse personalem quia agitur de graui præiudicio scilicet de priuatione & de incurren. censuris, ideoque non sufficere scientiam præsumptam, nec comparitionem generalis procuratoris in actis, Achill. decis. 137. [illegible] cum aliis quod etiam tradit Salust. Tiber. d. lib. 3. cap. 6. num. 12. Sed certe ad mandatum de immittendo videtur sufficere comparitio, seu citatio procuratoris generalis licet non ad censuras, & pœnas monitorij, quia illud non est priuatio.

40 Alias gesta sunt nulla, ex dictis & allegatis, † nam forma breuis est omnino seruanda, Lancellot. d. 2. p. cap. 12. limit. 30. n. 4. & d. c. 4. in præfatione, num. 412. & Flam. Paris. lib. 10. q. 9. n. 24. & Gõçal. sup. nu 279. & 280.

41 Et ideo stante intruso, † non potest capi possessio ex monitorio decreto ab auditore cameræ in vim breuis, maxime cum habeat clausulam, quod si quis senserit se grauatum, &c. seu similiter, & sic resoluitur in citationem, vt notatur in l. de pupillo ff. de noui operis nunciatione, vt fuit resolutum in vna Tridentina Canonicatus, de anno 1593. in qua domini dixe-
42 runt. † Possessionem non posse capi vigore monitorij auditoris cameræ cũ clausula, quod si quis &c. quod resoluitur in simplicem citationem, vt notatur in d. l. pupillo, sine in præiudicium qui obtinuit tale monitorium. Beneficium effectum fuisse litigiosum, & ideo videtur possessio attentata, &c. Et in vna Conchen. præstimonij 1.
43 Iulij 1594. coram D. Seraphino † fuit resolutum, possessionem captam post obtentum monitorium vigore breuis nomine cameræ esse attentatam, maxime si fuit intimatum possessori.

44 Quod procedit, nisi possessor consentiat † quod capiatur possessio, vt in vna Tuden. parrochialis S. Christinæ 4 Nouemb 1592. coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum, Non esse sequestrandam possessionem, quæ fuit capta vigore breuis legitime, quod habet clausulam sublata, & tollit facultatem cognoscendi de eius nullitate, & clausulam sine vitio spolij, & licet sit capta nomine cameræ, tamen est ad vtilitatem impetrantis, vt literis expeditis ei restituatur cum fructibus, & ideo ex eis expeditis potest eam continuare suo nomine, nec obstat quod impetrans eam acceperit vigore literarũ, in quibus erat clausula vocatis vocandis, quia potest continuare possessionem, &c. præsertim stante protestatione, quod non intendebat præiudicare possessioni antea captæ, nec obstat quod si capta ex monitorio quod habeat clausulam, quod si quis senserit se grauatum, &c. & sic resoluebatur in citationem, quia cum in illo casu ille qui erat in possessione cõsensisset ex quadã concordia postea authoritate Apostolica confirmata, fuit capta legitime, & Basilius qui tunc non possidebat non debebat citari, nec erat opus ei intimare monitorium, nec erat pars ad impediendam possessionem, Bartol. & Decius in l. fin. C. de edicto D. Adriani cum aliis per modernum de adipiscendæ remedio q. 67. &c.

Nec supradictis obstat quod † ait Lancellotus dict. 45
cap. 4. in præfatione, nu. 441. quod in executione breuis de capienda possessione nomine cameræ absque vitio attentatorum non requiritur partis citatio, vt est decisio Guidoboni 95 in manuscrip. in vna Casalen præpositure, seu præceptoriæ 1551. coram Domino Reomano, † in qua fuit tentum, Quod in exe- 46
cutione breuis, quod solet dari in beneficiis reseruatis de capienda possessione amotis intrusis, & detentoribus sine vitio spolij, non sit necessaria partis citatio, sed executores in breui deputati possunt tales intrusos, & detentores non citatos eiicere. Quæ decisio latius ponitur à Caputaquen. 3. par. decis. 180. quia respondetur illud procedere in breuibus, † quæ solebant dari de ca-
pienda possessione amotis detentoribus & intrusis 47
sine vitio spolij, & attentatorum, & sine clausula constito, & sic operabantur executionem, & spoliationem alterius absque cognitione causæ, & faciebant iudicem merum executorem, vt in vna Corduben. Portionis 25. Octob. 1557. coram D. Rubeis quam infra adducam, numero 56. & in d. decis. Paleoti. 659. & in eadem Corduben. 4. Iunij eiusdem anni 1557. coram eod. D. Rubeis, † in qua fuit dictum. Rotam 48
solere obseruare, quod clausula amoto quolibet detentore intruso, faciat iudicem merum executorem, secus si diceretur amoto quolibet illicito detentore, quia tunc datur iurisdictio cognoscendi, an possidens iuste possideat. Abb. in cap. de cætero, numer. 8. & 14. & ibi Felin. num. 9. de re iudicata, Paris. consil. 120. lib. 4. Staphil. de literis gratiæ, titulo de vi & effectu clausularum § de clausula amoto quolibet detentore, Rebuf. in praxi in forma nouæ prouisionis verb. amoto, Abb. consil 34. numer. 7. volum. 2. ita in dict. Corduben.

Ad quod etiam est † decisio Achillis 384. seu 6. de
triennali, & d. decis. 659. n. 3. Marches. de commissio. p. 2. 49
c. 3. de commissione appellationis, n. 25.

Nec obstabit decis. Mohedan. 7. de restitutione †
spolia alias 97. num. 5 vbi dicitur quod clausula amoto 50
quolibet detentore intelligitur iuris ordine seruato, quia illud procedit vbi non est clausula, sine vitio spolij, vt ibi & facit decis. Putei 17. lib. 1. quæ iuxta prædicta est intelligenda de breui siue clausula constito, 51
faciente iudicem merum executorem, alias enim stante clausula constito intrusus esset prius citandus, &c.

Et ita etiam est intelligendum, † quod ex Puteo 52
ibi tradunt Mandos. d. q. 60. de monitoriis, n. 67 & Sallustius Tiberius d. lib. 3. c. 6. n. 29. vers. & insuper aduertant, alias non videtur verum, & cauendum est à Flores q. 4. à n. 40. qui rem hanc non satis percipit sed confundit.

Capiens tamen possessionem vigore talis † breuis
electo possessore tenebatur, & poterat postea veri- 53
ficare reseruationem, in qua breue fundabatur ad excludendum spolium restituibile, de quo eiectus agebat. Lancellotus dict. cap. 4. in præfatione. nu. 447. Rota in vna Regien. Canonicatus, decimo Maij 1556. coram D. Paleoto, quæ habetur 3. par. diuersorum lib. 3. decis. 356. & in d. decis. eiusdem 659. & in dict. Corduben. portionis 25. Octob 1557. coram D. Rubeis † quæ sic ait 25. Obseruis in vna Corduben. por- 54
tionis inter Andream Galarcam. & Petrum de Anguiano, in qua Andreas obtinuerat breue de capiẽda possessione absque vitio spolij, in qua aderat solita clausula, stante reseruat. & resignatione, &c. cuius vigore ceperat

possessionem, eiectis Petro, qui agebat spolio, vnde dubitabatur, vt Andreas ad euitandum spolium restituibile teneretur verificare literas resignationis, & tenorem breuis, & causa iterum proposita 10. Decemb. sequent. fuit pro maiori parte dubiis reclamantibus resolutum huiusmodi breuia sine vitio spolij, & attentatorum esse iustificanda, & verificanda, ad excludendum spoliū, prout fuit dictū, alias fuisse sæpe resolutum in Rota, & quia viuentis & mens Papæ fundatur in resignatione & reseruatione, vnde cum breuia huiusmodi sint exorbitantia debent verificari, qui cēsentur habere clausulam si preces veritate, &c. l. 1. & per totum ff. de precib. imper. offerendis, *& quia vbi actor probauit intentionem suam, & sic vtrumque extremum breuis, etiam possessor tenetur plene suam exceptionem probare ac si ageret ad canonizationem gratiæ, Mohed.* dec. 158 *& Papa dicendo stante resignatione, ita intelligit de valida, l. 4. §* condemnatum ff. de re iudicata, *& satis est, quod breuia prædicta operentur executionem, & spoliationem alterius absque cognitione causæ, & faciant iudicem merum executorē, sed post spolium ad illud excluden. probanda sunt narrata, sed propter clausulam, sublata, est obtinenda commissio quæ aperiat os iudici ad cognoscēdum de defectu intentionis Papæ.*

55 Rota etiā in alia Regien. parrochialis 14. Decemb. 1558. coram Domino Chisanen. in qua fuit resolutum, Quod *breue absque vitio spolij fundatum in reseruatione Beneficij impedit restitutionem beneficij, sed impetrans tenetur iustificare reseruationem narratam in breui* Clem. 1. de probatio. *Cassador.* decis. 10. de rescrip.

56 In qua etiam decimosexto Ianuar. 1559. † coram eodem D. Chisanen. fuit resolutum, *Quod capta possessione beneficij vigore breuis absque vitio spolij, quod erat fundatum in reseruatione, quia defunctus erat Prothonotarius, satis constat de tali reseruatione quæ impediret restitutionem spolij ad effectum breuis per communem reputationem, & ex publica voce & fama, tam ipsius defuncti, quam illius qui illum creauit Prothonotarium, qui haberet facultatem creandi, & reseruata Principi faciendi, licet facultatis breue esset dubium, quia de huiusmodi reseruatione non agitur principaliter, quo casu sufficit communis fama, Innocen.* in cap. veniens de verborum significatione, n. 5. *Ægid.* decis. 5. *Item quia pro absolutoria sufficit communis fama Ægid.* decis. 612. *Simoneta* 37. *Creten.* 107. *& quia agitur causa meri possessorij tantum, vbi leuiores probationes sufficiunt, & communis fama sufficit, Aymon* consil. 158 n. 2. *Decius* in cap. veniens, num. 48. de testib. *& licet breue facultatis creandi Prothonotarium esset dubium, tamen potuit ipse interpretari, Abb.* cap. 1. de postulatione Prælatorum, num. 18 *præsertim concurrente communi reputatione & aliis actibus similibus, ex quibus recte potest possessor vigore breuis excusari, vt non dicatur spoliasse cum secutus sit communem opinionem & publica acta quæ ei præbent excusationem, quando autem ageretur petitorio, tunc diligentius esset res excutienda.*

57 Quæ resolutio aduersatur d. decisioni Cordub. *nu.* 54. adductæ, vbi habetur, quod possessor tenetur plene probare suam exceptionem, & reseruationem, in qua fundabatur breue, ac si ageret ad canonizationem gratiæ, &c. quod videtur verius.

58 At iam breuia de capienda possessione, non dantur nisi cum clausula *constito*, seu si constiterit, vt habetur in formula supra posita. Quare quicquid dicat Mandos. *d. q. 60. n. 57 & 65.* executor debet assumere partes iudicis, vt in *d. decis.* 639. & fuit resolutum in causa Vrgellen. Canonicatus 30. Octob. 1592. coram D. Blancheto quæ sic ait *Fuit resolutum dandam absolutionem Franc.* † *Capdeuilla, quia facile Rota consueuit absoluere a censuris extra curiam latis* 59 *Paul.* decis. 118. *præcipue hoc casu in quo auditoris cameræ, in cuius locum ego fui subrogatus fuit data facultas absoluendi expresse, & mihi virtualiter, cum enim pt commissa causa attentatorum illa ignorari non potest, nisi pœnitentiaria absolutione. Quare in necessarium antecedens absoluendi facultas videtur demandata* l. 2. ff. de iurisd. omnium iudicum, *idque multo magis, quam gesta coram secundo & tertio executorib. non dato impedimento primi sunt nulla ex defectu iurisdictionis,* c. cum plures de offic. deleg in 6. *nec suscitentur propter locorum distantiam, quia cum hoc iudicium esset Romæ inceptum, & in præsenti adsit commissarius cameræ, & coram eodem auditore Cameræ, Ferdinandus ab initio, & postea comparuerit, non potest applicari prædicta limitatio, nec etiam obstat, quod monitorium non fuisset executum, quia hoc non obstante quo ad ipsum Ferdinandum iurisdictio auditoris cameræ fuit perpetuata, Rota* vt lite pendente, d. decisio 6. in nouis, *obstat etiam per tertium executorem defectus citationis, istis non obstat clausula* sublata, *quia respicit conditiones semper dispositionis, cui adiicitur, Puteus* decis. primo lib. 1. *quare cum in breui adsit clausula,* constito, *executor debebat assumere partes iudicis,* cap. fin. de præsumptio *& rite & recte procedere. Ideo cum non constet adhuc de veritate narratorum legitime, non potest dici quod obstet breue, quod etiam intellexit signatura quæ alias causam non commisisset, ex quibus & aliis deductis ita fuit decisum.* Et post hæc tradit Gonçalez supra *in annotat. n.* 256.

60 Licet autem breue habeat clausulam *constito*, † si tamen in ea non continetur reseruatio in qua breue fundatur, ita vt in eius executione illa plene probetur, tenebitur postea impetrans illam verificare ad excludendum spolium, & reuocationem sententiæ ac restitutionem excusandam iuxta prædicta *a num.* 53. & supra circa illam Placentinam, *numero* 29.

61 Et ita etiam procedit decisio in causa Vicen. Beneficij S. Martini 11. Februar. 1600. coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum, *B. restituendum esse ad possessionem beneficij, a qua fuit eiectus vigore sententiæ in executionem breuis non iustificati, intelligitur enim clausula constito, quod defunctus decesserit in possessione sede Episcopali vacante, ita vt exinde inducatur reseruatio propter quam huiusmodi breuia concedi solent, & cum in hac causa resolutum fuerit hoc beneficium non esse reseruatum, nulliter fuit processum ad executionem, & consequenter datur actio spolij, vt in Salamantina Canonicatus 1572. coram Oradino, & in alia Corduben. portionis 1557. coram Rubeis, vbi quod hoc procedat, etiam si adsit clausula* absque vitio spolij, *quia propter verba* stante reseruatione huiusmodi, *& etiam quia est accessoria recipit conditiones principalis dispositionis, quatenus breue sit iustificatum, Puteus* decis. 1. libro 1. *& de clausula sublata posita in breui adest decisio illustrissimi Blancheti in Vrgellen. Canonicatus de anno 1592. &c.*

62 Sed dubitatur primo, an pro verificatione † clausulæ, *constito*, sufficiat semiplena probatio vt testes de publica voce, & fama an vero requiratur plena probatio.

63 In quo breuiter dico in tribunali auditoris cameræ seruatum fuisse, † & quotidie passim seruari, sufficere semiplenam probationem ex doctrina

Bartol.

Bartol. *in l. 3. § causæ in fin. ff. de Carbon. edicto. & in l. 2. § fin. n. 1. C. vbi in rem actio. & in l. 1. n. 10. C. quorum bonorum.* communiter approbata, vt per Cacheran. *decis. Pedemontana 99. n. 57.* & de isto stilo tribunalis auditoris cameræ testatur Sallustius Tiberius *d. l. 4. c. 6 n. 15.*

64 Contrarium tamen nempe quod requiratur plena probatio seruat Rota † vt ipse Sallustius ibi dicit & apparet ex *decis.* Thans 95. de qua sup. n. 38 & decisionibus factis in causa Pampilonen. Beneficij 13 Ianuarij 1578. coram D. Decano & in Gienen. Canonicatus & præbendæ 4 & 11. Maij 1587. coram D. Robusterio, quæ sic se habent.

Pampilonen. Benef. 13. Ianuarij 1578.

65 IN *causa † Pampilonen. Benefic. de Carcar dubitantibus dictis testium quorum summarium detur, an qualitas breuis Apostolici circa valorem sit sufficienter probata ad effectum, de quo agitur, & die Lunæ 13 Ian.* 1578. *fuit conclusum pro negatiua videlicet, quod huiusmodi qualitas breuis non sit sufficienter probata, primum fundamentum dominorum fuit, quia verificatio istius qualitatis, de qua in breui est apposita per viam cōditionis ibi* constito, *&c. quo casu requiritur plena probatio, vt per Decium* in rubr. de probatio. num. 13. ad fin. vers. 1. *nisi per modum conditionis* num. seq. *& fuit dictum in causa Pampilonen. beneficij de Sos coram R. P. D. Blancheto de anno proxime præterito, &* in decis. *cuius copia data fuit, in qua citantur aliæ decis. secunda ratio fuit, quia in istis terminis requiritur plena probatio vt per Ægid.* decis. 471 *neque obstat illa consideratio quæ fiebat per informantes ext. vt sufficiat semiplena probatio pro plena secundum subiectam materiam, tum quia testes qui deponebant de publica voce & fama, loquebantur per verba præsentis temporis, tum quia subiecta materia requirit plenam probationem, quia ista qualitas respectu valoris non est narratiua ipsius partis, sed est apposita a Papa pro restrictione gratiæ, & de necesse est illam plene probare per allegata, neque placebat dominis illa differentia, quod plena probatio requiratur quādo agitur de verificatione breuis ad fauorem partis, secus si ad fauorem cameræ, quoniam huiusmodi breuia quorum vigore camera capit possessionem semper emanant ad vtilitatem proprij, & ita domini concluserunt.*

Gienen. Canonicatus & Præbendæ. 4. & 11. Maij 1587.

66 Q*Vo ad primam partem dubij, † an requiratur plena probatio ad verificandum, quod Michael Mena Canonicus in Eccles. Gienen. obiit die quarto Maij 1585. fuit resolutum, quod sic, primo quoniam is qui agit, indiget, & innititur reseruatione diei 4. prædicti mensis Maij. Tum quia in breui adest clausula* constito *de obitu in d. die 4. mensis Maij, & sic quod ex obitu in d. die resultat reseruatio, tum quia similia breuia regulariter non dantur nisi in reseruatis vt notum est, tum quia breue huiusmodi est ad fauorem literarum, in quibus Papa prouidet attenta d. reseruatione, tum quia in narratiua d. breuis fit mentio de huiusmodi reseruatione, quæ narratiua transit in dispositionem, & illam qualificat* l. fin. de hæredibus instituen. cum similibus, *ideo cum non agatur ad effectum absolutoriæ est plene probanda hæc reseruatio. Ægid.* decis. 471 & 612. *Rota* in nouis de officio deleg. decis. 10, *Simoneta* de reseruatio. q. 22. *Bellen.* q. 112. *de charitatiuo subsidio, Puteus* decis. 266. in 3 *Puteum* decis. 145. *dubitam, & dantur plures aliæ decisiones modernæ, vt in capite Secundo, quia agitur contra possessorem prouisum ab ordinario, qui cum sit in bona fide non est per præsumptiones eiiciendus a possessione sed per plenas probationes, Ægid.* in cap. grauis n. 40. versi. & ideo auditores Rotæ, de restitutione spoliatorum, *Cassad.* de probatio. decis. 1. *Puteus* dec. 257. in lib. *Tertio, quia in præsenti non agitur simpliciter de probando obitu, sed de tempore obitus, & sic dies obitus est fundamentum intentionis prouisi Apostolici, quo casu regulare est, quod requiritur plena probatio sola summarissimo iudicio retinendæ excepto, vt in præsenti bene deducunt informantes, qui bene euacuant omnia, & addebant dominis Romualdum Senior.* consil. 158. num. 32. vsque ad fin. *& præsertim* num. 34. vers. præterea, *vbi ad casum, de quo agitur optime distinguit probationem possessionis & incidentia in ipso iudicio possessorio pro verificatione conditionis, quia in breui adest* clausula constito *summarie de obitu in die 4. Maij quæ inducit conditionem, & conditio debet plene probari vt late Dec.* in rub. de probatio. num. 13. ad fin. vers. nisi per modum conditionis, & n. sequen. *& fuit dictū in vna Pampilonen. Beneficij de Alio die 13. Ian. 1578. coram R. P. D. Decano post Ægidium* decis. 471. *De quo Menoch.* de præsumptio. lib. 1. q. 27. *præsertim cū vt ex præmissis apparet sublata materia requirat plenā probationem vt considerant D.* in d. Rubr. de probatio. *nec refert quod breue dicat constito summarie, quia id interpretatur id est remotis solemnitatib. Bart.* in l. iudicis 2. oppositione. C. de iudic. *Pedemont.* dec. 1. n. 2. *casu sequen. Redoanus* in tract. de spoliis q. 11. 9. *& sic non remouentur qualitates probationum, idem Bart.* in extrauag. ad reprimendum, verb. summarie & in l. 1. § fin. ff. de prætoriis stipul. *Alexand.* in l. in summa in princ. ff. de condit. indebiti, *cum aliis in præsenti cumulatis aliabene euacuantur per informantes, &c.* Et post hæc tradit Gonçalez *§. 7. proœm. a n. 216. & glos. 9. in annos n. 257. & glos. 11. a n. 100.* qui alias decis. Rotæ allegat, & *d. § 7. n. 220.* ait, quod signatura, & Rota nunquam prætensum stilum auditoris cameræ admittere voluerunt, sed quando coram auditore cameræ non est constitutum plene verificatum signatura solet committere in Rota causam appellationis cum clausula *arbitrio Rotæ*, in Rota statim reuocatur, vel nulla declaratur sententia auditoris cameræ. 67

Et faciunt dicta *cap. præceden.* † *a n. 25.* nec obstat doctrina Bartol. *in d. l. 3. § causæ & in d. l. 2. § fin. & in d. l. 1.* quia vt inquit additio Barbatiæ ad Bart. *in d. § fin.* & additio Alexan. & Putei *verb. cognitio* ad eundē Bart. *in d. leg. 1.* contrarium tenet idemmet Bartol. in *l. admonendi ff. de iureiur.* & præcipue *in extrauag. ad reprimendam, verb. summarie, n. 11. & 12.* & hoc Rota sequitur, vt apparet *in d. dec.* Gienen. 68

Vnde si ageretur de executione † breuis coram alio executore ab auditore cameræ ex nominatis in breui, amplectendam esse existimo sententiam Rotæ, quia magis standum est stylo Rotæ, quam tribunalis auditoris cameræ, cum tribunal Rotæ sit dignius constans pluribus iuris doctissimis, & procedat magis iustificate, & in eo committuntur causæ appellationum ab auditore cameræ. Maxime cum sententia Rotæ videatur magis iuris conformis, & faciunt quæ de Rota tradit Sarnen. *in proœmio regularum q. 2. vers. 4. pro ista parte*, & maxime cum signatura etiam non admittat stylum auditoris cameræ,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

imo etiam in cuius tribunali noui seruandus iuxta d. 9 par. 4. … 27. & 28.

69 Quando vero non esset intrusus † sufficeret pro verificatione clausulæ, constito, semiplena probatio, ad Ægid. decis. 585. in fin. & Mascard. de probatio. conclu. 171 n. 6. & decis. Rotæ in causa Burgen. de Pancoruo infra adducta c. seq. n. 12. & Bart. Chinouen. Canonicatus num. 25. & Hispalen. Et Corduben. beneficiorum relata de seq. num. 19. & Gonçalez d. glos. 11. nu. 104.

70 Secundo dubitatur, an clausula constito quod † defunctus obierit in possessione probetur ex possessione illius de præterito, in quo resoluo quod sic ex d. Rotæ. 4. de probatio. in nouis alias 124. vbi dicitur, quod si probetur aliquem tenuisse & possedisse, certum beneficium in vita sua, illud tempore obitus sui adhuc præsumitur possedisse, nisi probetur contrarium, &c. & ponit Mascar. conclus. 170. & 1201. n. 3. qui alios refert, & conducit decis. Cotæ 158. in suis

71 Miscellaneis manuscriptis. vbi habetur, † Quod obtinens beneficium ex resignatione potest allegare possessionem authoris sui præsumi continuatam vsque ad diem resignationis, cum is sit successor, possitque se iuuari possessione præsumpta authoris sui, Alciat. reg. 2. præsumptione 21. nu. 5. secus esset in eo, qui non esset successor, sed simpliciter tertius. nam præsumptio illa continuatæ possessionis non admittitur, vbi allegatur à tertio, Socin. consil. 13. 4. volum. Ripam cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. n. 21 alioquin si resignatarius ab alio cõuenietur spolio satis hac ratione defenditur, quod author suus semel possiderit, d. decis. 4. quia inde sequitur aduersarii prætensam possessionem nullam fuisse & infirmitatem, Ægidius decis. 710. hæc in d. decis. Cotæ. Flam. Paris. de resignatione benef. li. 10. q. 4. n. 4.

Et in Placentina Canonicatus 26. Nouemb. 1593.
72 coram D. Orano infra relata n. p. c. 3. † fuit dictum, possessionem defuncti satis verificari ex instrumento cuius continuatio vsque ad obitum præsumitur non obstante prætenso sequestro quod possessione non priuat, &c.

73 Et in terminis in vna Ilerden beneficij † 17. Octob. 1594 coram D. Penna fuit resolutum, Clausulam breuis constito quod N. obierit in possessione probari ex possessione de præterito ad d. dec. 4 de probatio. in nouis non obstante quod post alius acceperit possessionem illius beneficij vigore sententiæ pro eo latæ à qua fuerat appellatum, & acceperit fructus qui erant penes tertium, nam ex hoc defunctus non amiserat possessionem cũ statim eius procurator appellasset, & ipse esset absens, &c. Rota etiam in Hispalen. & Corduben. beneficiorum 1597. infra relata c. seq. num. 19. & tradit Gonçalez sup. in annotat. n. 260.

74 Quamuis in vna Burgen. præstimonij de † Pancoruo. 24. Octob. 1588 coram D. Gipsio fit dictum, Quod non placebant domini deducta ad ostendendum D. Sebastianum decessisse in possessione beneficij, de quo agebatur, ex subrogatione gratiosa quoniam non sufficit probare ipsum aliquando beneficium obtinuisse, quia huiusmodi probatio non concludit, quod de tempore obitus illud possideret ad l. nec natales. C. de probatio. vt in decis. adducta c. seq. n. 11.

75 Et pro dicta resolutione facit † quod illa concl. quod olim possessor hodie possessor præsumitur, de qua glos. Bart. & D. in l. siue possidetis C. de probatio. & Doct. in c. cum ad sedem, & cap. olim 3. de restitutione. spoliat. Alciat. reg. 2. præsump. 21 Ripa in d. cap. cum Ecclesia Sutrina, à n. 21. Balbus in rep. lege Celsus, de vsucapio. 4. per. quæst. 1. Anton. Gabr. de præsumptio. conclus. 10. Couarruuias in ca. Raynutius, de testamen. §. 11. n. 2. … Bernard. Diaz reg. 558. Gratia … reg. 575. Mascardus d. conclus. 170 & latius d. conclusione 1201. Menoc. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 64. & Rota decisione 4. à num. 12. partis 2 diuersorum.

76 Procedit non solum in ipso † possessore allegante possessionem de præsenti, sed etiam in successore vniuersali, vel singulari, qui potest allegare possessionem defuncti, vel authoris sui quem constat semel possedisse continuatam fuisse vsque ad mortem, Alciat. de præsump. 21 n. 5. Balbus d. quæst. 2. n. 6. Anto. Gabr. d. conclu. 10. num. 11 Mascard. d. conclus. 170. nu. 17. & conclus. 1201. num. 4. & Menochius sup. à numero 17.

77 Imo plus ait Abb. in d. cap. cum ad † sedem num. 16. quod si non viuit ille qui possedit, præsumitur vsque ad mortem possedisse, siue hæredes negent siue asserant, quia ipsi non possunt declarare animum defuncti, & defunctus non negat. & mutatio voluntatis tanquam accidens non præsumitur, nec iactatio rerum suarum, sequitur Balbus d. n. 6. & Mascard. d. n. 17. vbi alios refert.

78 Facit etiam quod quamuis requiratur pro † forma determinata probatio possessionis certi temporis, vt in clausula constito de tempore obitus, sufficit ista præsumptiua probatio, vt post alios tradunt Alciatus d. num. 5 in fin. Ripa supra, à numer. 13. Bernardus Diaz, 3. ampliatione, & Mascardus dict. conclus. 1201. numero 16.

79 Circa illam clausulam † non tamen à nobis prouisis, videnda sunt quæ diximus praeceden. p. cap. 1. à n. 642. & c. 3 n. 16. Et aduerto, quod ad effectum huius exceptionis, vt illa intret & cesset executio breuis sufficit habere prouisionem à Papa, siue sit bona, siue
80 mala, quod reseruandum est iudicio petitorio decis. Paleoti 723 lib. 3. par. 2. diuersorum, & Placentina beneficiorum supra adducta, n. 28.

§. 1.

De clausula sublata, & paritione breuis, & clausula, volumus.

SVMMARIA.

Clausula sublata, &c. an obstet agenti de spolio ac nullitate gestorum vigore breuis donec aperiatur os. à n. 81. resoluitur non obstare, nam d. clausula respicit conditiones dispositionis, cui adiicitur, & clausula accessoria sequuntur, naturam actus cui adhærent, & sic clausula sublata apposita in dispositione surreptitia & obtenta ex falsa causa nihil operatur, à numero 85.

Clausula sublata, intelligitur veris existentibus narratis, n. 87. & illa sola non operatur, vt non possit opponi de surreptione, nisi adsit etiam clausula quod de obrept. & surreptione n. 88. vbi ponitur decis. Rota, & n. seqq. ponuntur resolutiones eiusdem.

Quamuis verum sit solam clausulam sublata, non operari, quin possit dari de surreptione, &c. tamen de clausula quod de surreptione, vel obrept. dari seu dici non possit diuersum existimat author, à n. 95.

Dicta clausula quod de surreptione & obrept. dari non possit, etiam cum clausula sublata, non facit validam gratiam, alias surreptitiam, &c. n. 98. & stante apertione oris impetrans tenetur verificare narrata in sua gratia, nisi sit motu proprio, n. 99 vbi ponitur decis. Rota.

Quamuis

Quamuis clausula sublata breuis non obstet agenti de spolio, ac nullitate gestorum, commissio non signatur nisi cum clausula parito breui, n. 100. nisi adsit signatura sanctissimi, &c. nu. 101. aut nisi ad executionem breuis actum sit extra curiam, n. 102.

Aliquando signatur commissio cum clausula, parito breui, arbitrio Rotæ, quæ importat, vt si Rota arbitrabitur supersedeatur in executione, n. 103. Quæ tamen clausula non impedit manutentionem in possessione iam capta, nec ex ea est reuocanda possessio n. 104. & seq. vbi ponuntur resolutiones Rotæ.

Si agens de spolio, et nullitate gestorum vigore breuis, seu appellans allegaret paupertatem signatura etiam iustitiæ daret commissionem reseruatis fructibus, & expensis in finem litis cum clausula dimissa possessione, & constito de paupertate, n. 106 sicut dari solet petenti restitutionem contra duas, vel tres conformes, num. 107. & agenti de nullitate etiam conformium, n. 108. & condemnato in spolio non doloso, nec violento. num. 109.

Clausula parito breui operatur, vt iurisdictio intelligatur data sub conditione si sit paritum, & non alias, & afficit etiam tertium, seu patronum venientem ad causam pro suo interesse, n. 110. & seq. vbi ponuntur resolutiones Rotæ.

Dicta clausula parito, importat non solum dimissionem possessionis sed & restitutionem fructuum, 112. & seq. vbi ponitur resolutio Rotæ. Vnde sicut appellatio non committitur à sententia vigore breuis lata respectu possessionis nisi cum clausula parito, ita neque respectu fructuum, n. 114.

Debent restitui omnes fructus à die vacationis decursi, vt in breui dicitur, nam possessor beneficij reseruati eos non facit suos. n. 115.

Intrusus in Canonicatu, & Præbenda, tenetur pro paritione breuis restituere fructus, & distributiones perceptas etiam si non sit facta protestatio, à n. 116. & n. 117. ponitur decisio Rotæ, & quando non est intrusus, sed agitur contra capitulum tenebitur ad fructus & distributiones saltem à die intimationis monitorij, n. 118.

Tenetur etiam ad fructus, & distributiones non perceptas ob non residentiam, quando ipsi fuit facta legitima protestatio, &c. n. 120.

Id non videtur procedere in distributionibus, seu emolumentis incertis, etiam perceptis, vt funeralibus, &c. n. 121. & sic in aliis beneficiis & parrochialibus non fit condemnatio fructuum, nisi prouenientium ex decimis prouentis, &c. n. 122.

Quando Canonicus fuit habitus pro præsenti, & numeratus ratione negotiorum Ecclesiæ, fructus veniunt in condẽnatione, & restitutione, & sic videtur intelligenda decis. adducta, secus quando non fuit habitus pro præsenti, seu fructus Canonicatus sunt illi dati pro salario numero 123. & seq. vbi ponitur resolutio Rotæ.

An pendente lite, seu controuersia, contra intrusum in præbenda super executione breuis fructus & distributiones quas capitulũ percepit quia nullus residet deponendi, seu sequestrandi restituendi vellet, ex constitutione 57. Pii V. à n. 125. resoluitur negatiue, & adducitur decis. Rotæ. n. 127. & declaratur dictum à Gonçalez, n. 128.

Quamuis Saluster Tiberius dicat, quod signatura non solet in his rescribere nisi cum clausula parito breui & iudicato, quæ importaret non solum dimissionem possessionis ac fructuum restitutionem, sed etiam refectionem expensarum, in quibus intrusus condemnatur tamen reuera solum dicitur parito breui, nu. 129. & sequen.

Verum est tamen quod à censuris & pœnis latis vigore breuis non datur absolutio nisi dimissa possessione refectis expẽsis, & fructibus restitutis, in quibus intrusus fuit condemnatus, vel facta obligatione, seu oblatione de illis soluendis facta liquidatione, numero 131.

A liquidatione, seu taxatione excessiua datur appellatio suspensiua eius, n. 132. non tamen nisi semel, nu. 133. & n. seq. ponitur decisio Rotæ.

Quamuis pendente liquidatione fructuum & taxatione expẽsarum, seu appellatione ab ea detur absolutio à censuris & pœnis dimittenti possessionem beneficij & offerenti se paratum illa soluere facta liquidatione, tamen non auditur interim contradicente aduersario super appellatione à sententia vigore breuis spolij, seu petitorio, vel nullitate donec doceat de restitutione fructuum stante dicta clausula in commissione parito breui numero 135. & seq. & numero 137. adducuntur resolutiones Rotæ, parte tamen non opponente audiri debet etiam non docens de paritione, numero 138.

A clausula liquidationum, quomodo probetur perceptio fructuum, n. 139. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Stante in commissione clausula parito breui, inhibitio facta vigore talis commissionis non operatur si non est paritum, nam censetur facta stante d. conditione prout in commissione, n. 140.

An ad paritionem breuis circa possessionem requiratur quod intrusus dimittat possessionem quam habet, an vero sufficiat quod patiatur eam capi virtute breuis parẽdo solum verbaliter, à n. 141. resoluitur sufficere quod intrusus sinat & patiatur capi possessionem, nec requiritur quod per prius illam dimittat, & ponuntur decis. Rotæ.

Sententia auditoris cameræ super executione breuis non tollit quin sit apponendum sequestrum lata prima sententia per Rotam in petitorio, & etiam in possessorio, n. 149. & seq.

Pœna priuationis beneficiorum & inhabilitatis ad beneficia in breui & monitorio contenta cum non sit lata ob delictum, sed ob contumaciam, nempe ob non paritionem monitorij, facta paritione, & sic cessante contumacia illa etiam cessat maxime data absolutione ab illa, numero 151. & sequent. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Clausula breuis volumus autem vt dictus N. infra sex menses à data præsentium, &c. de qua Mand. §. & de alia simili Nauar. relata non est comminatoria tantum, n. 153.

Idem esset si diceretur alioquin gratia sit nulla nam ista verba referenda sunt ad gratiam principalem prouisionis beneficij, & non breuis contra Bertum, numer. 154.

Vtrumque debet fieri intra d. terminum sex mensium nempe literas expedire, & iura cameræ persoluere, n. 5.

An stante ista clausula si impetrans non expedierit infra sex menses à data breuis, vt in ea dicitur, beneficium vacare censeatur eo ipso etiam nondum capta possessione, sed stante intruso, à numero 156. resoluitur negatiue cum Rota cuius decisio ponitur, &c.

Defectus expeditionis literarum intra sex menses obstat, quando stetit per illum qui poterat capere possessionem, & non cepit, n. 161. non tamen dicitur stare per illum stante intruso, n. 162.

5. ad semestre currere incipit à die adepta possessionis pacifica, & non antea ex Rota, n.163. quod tamen intelligitur, quando in clausula dicitur infra sex menses à die habita possessionis, seu infra sex menses absolute, stantibus vero verbis à data praesentium, non currit à die possessionis, sed à data breuis, si tamen possessio fuerit capta non alias, n. 164. & sic si infra semestre à data breuis non fuerit capta possessio, sed postea tenebitur statim expedire intra breue tempus arbitrio boni viri, n.165.

An lapso d. semestri possit postea quandocumque expedire antequam sit tertio ius quaesitum, à n.166. resoluitur affirmatiue sicut dicitur in simili clausula posita in indulto conferendi reseruata.

An si impetrans d. breue non expedierit intra tempus, beneficium eo ipso vacans à solo Papa prouideri possit, an vero possit etiam ab ordinario prouideri, &c. à n.159. resoluitur ad solum Papam spectare prouisionem, & ad ipsum deuolui ex verisimili mente ipsius Papae, & idem in d. simili clausula indulti conferendi contra Germanium.

81 Circa † clausulam sublata, &c. quae ponitur in breui de qua Mandos. *d. quaest. 60. de monitoriis, verb. sicque per quoscumque iudices, &c. nu. 44.* dubitatur, an illa obstet agenti de spolio ac nullitate gestorum vigore breuis, vel quia beneficium non est vere reseruatum, vel quia clausula constito, non fuit verificata, vt verificari debebat, vel alias breue fuit surreptitium, &c. donec obtineatur à papa, & eius signa-
82 tura commissio quae aperiat os. Et videbatur † obstare ex decis. Corduben. portionis supra adducta *num. 54. ad fin.* & decis. Gerunden Capellaniae 13. Februarij 1595. coram D. Mantica, in qua inter alia di-
83 ctum est quod † *cum Monasterium quod erat in possessione Capellaniae, tanquam sibi vnitae produxerit vnionem executor literarum gratiae aduersarij non poterat de vnionis validitate cognoscere stante decreto irritante & clausula sublata, Puteus* decis. 50. lib. 1. cum aliis, &c.

84 Nihilominus dicendum est non obstare, † nam d. clausula respicit conditiones dispositionis cui adiicitur ad Puteum *decis. 1. & 309. n. 5. lib. 1. & 156. n. 7. lib. 2.* & omnes clausulae accessoriae sequuntur naturam actus, cui adhaerent *reg. accessorium, l. 6.* glos. *in l. si patronus. §. patronum, verb. fabiana, ff. si quid in fraudem patroni,* Puteus *d. decis. 1. num. 2.* Anton Gabr. *de clausulis, conclus. 3. n. 82. & 85. & conclusione 10. numero 1.*

85 Vnde clausula sublata, apposita in dispositione surreptitia, † & obtenta ex falsa causa nihil operatur, Probus ad Monachum *in ca. tibi, de rescrip. in 6. num. 20.* Rota *decis. 45. num. 2. par. 2. diuersor.* vbi fuit resolutum, *non posse dari de indulto, in quo est decretum irritans, & clausula* sublata, *nisi verificatis in eo narratis cum sit concessum non motu proprio, sed ad petitionem*
86 *partis.* Et in vna Oriolen. decimarum † 19. Iun 1592. coram D. Gipsio dixerunt Domini, *Decretum irritans, & clausulam sublata priuilegij non obstare manutentioni, quia sunt accessoria, & solum operantur, quando priuilegium intrat, Gemin.* in c. praesenti, in princ. veri. mota quod eo ipso *& ibi Francus* tertio notab. de officio legati in 6. &c. & in terminis fuit resolutum in d. Vrgellen. Canonicatus 30. Octob 1592. sup. adducta *num.* 59 & in illa Vicen. Beneficiis S. Martini supr. relata, *num.* 61. & est etiam decis. Rotae in causa Tarraconen. Canonicatus, seu officij poenite otia-

rij 5. Iun. 1596. coram D. Orozco Cordua supra relata & p. c. 4. n. 142.

Addo quod clausula *sublata* intelligitur † veris 87
existentibus narratis, Mandos. *d. qu. 60. de monitoriis, verb. sicque per quoscumque iudices, &c. num. 44* & illa sola non operatur vt non possit opponi de surreptione nisi adsit etiam clausula *quod de obreptione &*
surreptione † *dici non possit*, vt fuit resolutum in vna 88
Calagurritana iurisdictionis 30. Maij 1580. coram D. Rubeis his verbis, *Dubitatum fuit in causa Callagurritana iurisdictionis inter Episcopum, & Capitulum stante clausula* sublata, & decreto irritari, *& aliis in confirmatione falic. recor. Pauli III. appositis cuius inter essarus copia detur, an reuerendissimo Episcopo sit taliter clausum os, vt non possit dare de praetensa obreptione, & surreptione contra confirmationem praefatam, & causa proposita die Lunae 30. Maij 1580. fuit conclusum, quod cum in praedicta confirmatione non adsit clausula* quod de obreptione, seu surreptione dici non possit, *sola clausula* sublata *non operatur vt non possit opponi defectus surreptionis, vt in aliis causis alias Rota tenuit, si ac enim verba illa* quod de obreptione & surreptione dici non possit, *quando per se sola sunt posita absque clausula* sublato, *& cum gratia concessa ad postulationem partis, & non motu proprio non operantur, vt non possit opponi defectus surreptionis, Puteus* decis. 213. *fuit resolutum in vna Callagurritana* lib. 2. *ea scilicet ratione, quia huiusmodi clausula intelligitur veris existentibus narratis, vt sunt iura clarissima.* capitulo 2. de rescrip. l. fin. C. de diuersis rescrip. *pari ratione clausula huiusmodi* sublata *posita in gratia ad postulationem partis tanquam accessoria recipit eandem interpretationem, facit glos.* in l. si patronus §. patronum, verb. fabiana ad fin. ff. si quid in fraudem patroni, *vt per Decium* consil 142. in fin. num. 9. *operabitur praedicta clausula, quando in eadem adesset alia clausula,* quod de obreptione, & surreptione dici nō posset, *quia tunc clare apparet de intentione Papae volētis tollere vitiū surreptionis & obreptionis adimēdo facultatē aliter iudicādi, & ita debēt intelligi tradita per Cassador. & alios* in cap. quia diligenti, de electione, *at in casu nostro non reperitur nisi sola clausula* sublata, *quam debemus interpretari secundum iuris dispositionem, cum in dubio intentio Papae talis esse praesumatur, qualis de iure esse debet, vt habetur* in leg. ex facto, de vulgari, *vbi Doct. &* capitulo causam quae *vbi Felin.* colum. tertia ad finem versic. interpretatio rescripti, de rescriptis *& praedicta facilius procedunt, vbi iam esset detecta surreptio, vt praetendunt informantes pro Episcopo ex doctrina Abbatis* in capit. primo numero octauo de confirmatione vtili, vel inutili: *fuit igitur conclusum Episcopum esse audiendum in casu isto.*

Et alias in † vna Vicentina vnionis 13. Nouemb. 89
1562 coram D. Grato fuerat resolutum. *Stante in vnione clausula sublata, & quod non possit dici de surreptione, & non debere verificari narrata in ea, nec obstare* decisionem *Putei* 17. de probatio. *quia ibi non aderant tot clausulae vt in praesenti.*

Idem fuit resolutum in causa Elnen. mineriorum 90
18. Aprilis 1586. coram D. Orano, † in qua domini dixerunt, *Clausula* sublata *nisi coniungatur cum illa,* quod de surreptione, vel obreptione dici *non possit interpretationem à dispositione iuris communis recipere, Puteus* decis. 213. libro 2. *& fuit resolutum in d. Calagurritana, ex quo solent hae clausulae regulari secundum conditiones dispositionis principalis* Clem. 1. *& ibi Vital.*

Vitall. de concess. praeben. *Paris.* consi. 82. num. 4. volum. 4.

91 Accedit resolutio facta in causa Placentina † pensionis coram D. Penna, in qua 8. Martij 1593. fuit resolutum, *Clausulam* sublata *appositam in reseruatione pensionis obstare fideiussori ipsius pensionis volenti dare de nullitate illius,* quod fuit confirmatum 21. Iunij eiusdem anni, & dictum, *Quod quando adest clausula* sublata, *cum clausula* quod non possit dari de surreptione, *non potest fideiussor dicere non adfuisse consensum titularis si in supplicatione dicitur eius accessisse consensum si tamen decernetur conditionaliter, dummodo eius accedat consensus, posset id dicere, & dare de nullitate iuxta decisionem Cotae, in causa Romana accessus. 16. Iun. 1569 neque ex eo quod pensionarius faciat reformari commissionem aduersarij in reliquis videtur consentire, quod agatur de nullitate* argum. ca. cum venerabilis, de exceptio &c.

Accedit etiam resolutio in causa Pamphilonen. †
92 Archidiaconatus 19. Martij 1593 coram D. Pamphilio in qua domini dixerunt, *Quod non tenetur quis iustificare gratiam, seu indultum sibi concessum stante clausula*, quod de surreptione & obreptione dari non possit, *Decius* cons. 456. n. 1. & 557. n. 8. *Maxime concurrente alia clausula* sublata, *&c. etiam quod versemur in gratia concessa ad postulationem partis, Puteus* decis. 577. lib. 3. *quicquid alias dicendum sit, si istae clausulae non essent simul iunctae, Puteus* decis. 213. lib. 2. *& distinxit Rota in d. Callagurritana iurisdictionis, & alias saepius,* Et in vna Messanen. studij 5.
93 Iulij 1593. coram † D. Seraphino fuit resolutum, *Quod priuilegium, & indultum tenendi studium & doctorandi non indiget vlla iustificatione cum conceptum sit cum clausula* sublata, *& decreto irritan. & quod de obreptione & surreptione dici non possit, &c.*

94 Et in vna Auellina vnionis coram Domino † Gipsio. 18. Iunij 1595. & confirmata 15. Decembr. eiusdem anni fuit resolutum, *Quod clausula* sublata cum decreto irritan. *in gratia ad supplicationem partis obtenta nihil operatur, nec releuat nisi concurrat etiam cum clausula,* quod de obreptione & surreptione dari non possit, *quia intelligitur veris existentibus narratis, vt conclusum in dict. Callagurritana iurisdictionis, &c.* & etiam decisio in causa Placentina Decanatus 10. Nouembr. 1595. coram Do. Penna supra adducta 4. p. 3. 8. *nu.* 32. & idem fuit resolutum in Nauarron. Canonicatus 1. Feb. 1599. coram D. Pamphilio, & nouissime in Hispalen. Beneficij de Xerez. 6. Nouemb. 1602. coram D. Lita vt per Gonçalez *gloss. 66. numero vigesimosecundo.* qui idem docet & allegat Marchesanum *de commissio. parte 1. capite. 8. ex numero vigesimo secundo.* in noua impressione.

Obiter tamen aduerto primo quod quamuis,
95 verum † sit solam clausulam *sublata* non operari, quin possit dari de surreptione, &c. vt dictum est, tamen de clausula *quod de surreptione, vel obreptione dari, seu dici non possit,* diuersum existimo, nam per illam etiam solam Papa satis videtur exprimere ne possit dari de surreptione, non solum in aliis, sed etiam in narratis maxime cum dicat, quod de surreptione. & obreptione dari non possit ad Menoch. *de arbitr. libr. secundo casu 201. à numero decimo.*

Et ita tenendum videtur cum Decio in † d. Pam-
96 philonen. citato, & Caputaquen. *dec.* 218. in vna Spoletana parochialis 1. April. 1552. par. 3. maxime stante etiam decreto irritante licet non clausula sublata.

Quamuis Rota in vna Calagurritana † Prioratus 25. Ianuar. 1545. quae habetur apud Puteum *d.* 97
decis. 213. *lib.* 2. & in vna Vlisbonen. erectionis eremitorij de mense Aprilis 1545. quae habetur 3. *p. diuersorum, lib. 3. decis. 925. &* in d. Calagurritana iurisdictionis supra adducta, *n.* 88. & Mandos. *d. n.* 44. teneant d. clausulam *quod surreptione & obreptione dari non possit* intelligi veris existentibus narratis. Sed cum expresse constet de mente Principis dicentis, quod de surreptione & obreptione dari non possit eius mens. & mandatum seruari debet vt alias inquit Mandos. *de subhastio. quaest.* 82. quamuis contradicat etiam posthaec Gonçalez *d. gloss. 66. numero* 52. dicens fuisse decisum in d. Hispalen. 6. Nouemb. 1602.

Secundo quod d. clausula *quod de surreptione, &* 98
obreptione dari non possit etiam cum clausula *sublata* non facit validam gratiam, alias surreptitiam, & ideo cum ea non est quis securus in conscientia, sed solum operatur quod in iudicio, seu foro exteriori non possit dari de illa quousque per Papam os aperiatur per commissionem signaturae sanctissimi, in qua huiusmodi commissiones proponuntur vt in *d. decis.* Caputaquen. 218. *&* 128. *p.* 1. & Putei 577. *lib.* 3. *&* 297. *lib.* 2. *p.* 3. *diuersorum, &* 652. *lib.* 3. & ideo ex oris apertione contra d. clausulas non dicitur tolli ius quaesitum, nec obstat regul. *de non tollendo iure quaesito*, Caputaquen. *d. decis.* 128. *n.* 5. *& decis.* 31. *p.* 3. quicquid dicat Gonçalez *glossa 7. nu. 35. & glossa 66. numero 20.*

Stante quod apertione oris impetrans † tene- 99
tur verificare narrata in sua gratia, nisi sit motu proprio. vt in vna Seguntina dimidiae annatae 16. Iunij 1595. coram D. Lita quae sic ait. *Tenuerunt domini exemptionem non suffragari Ecclesiae de Medinacoeli, primo quia stante apertione oris ad fauorem Capituli concessa, quod habet indultum generale percipiendi de omnibus beneficiis Seguntinae dioecesis mediam annatā, Ecclesia de Medinacoeli dum se fundat in literis immunitatis Pij IV. tenetur verificare narrata in dictis literis, alias illis nō iuuatur, Fel.* in c. ad aures, col. 5. ver. 3. conclus. ibi quod impetrans, &c. de rescrip. *Bellamera* decis. 76. num. 6. & sequenti. *Vitall.* decis. 128. p. 1. *Puteus* 245. lib. 2. num. 2. *fuit dictum in vna Conchen. grelliarii 25. Maij 1592. coram D. Seraphino, neq; ex eo excusatur à tali iustificatione quod in dictis literis adsit clausula,* quod non possit dari de surreptione, &c. *si quidem quia d. literae non emanarunt motu proprio, sed ad instantiam partis, Puteus* decis. 214. lib. secundo, *Caputaquen.* 128. *p.* 1. *Gabr.* cons. 26. num. 13. lib. 2.

Sed quamuis clausula *sublata breuis* non † obstet 100
agenti de spolio ac nullitate gestorum vigore illius vt dictum est, commissio super spolio, ac nullitate, aut etiam super petitorio, & appellatione à sententia lata vigore breuis, non signatur, nisi cum clausula *parito breui.* Nisi adeatur signatura sanctissimi, &
doceatur de mala breuis executione, aut aliqua nul- 101
litate, seu defectu, tunc enim solet Papa simpliciter signare commissionem sine d. clausula, *& cum facultate absoluendi & inhibendi &c.* Gonçalez *in annotat. à num.* 284. vbi ait, quod hodie occurritur etiam, & frequentius ad signaturam iustitiae, ex tacito quodam Papae consensu, quod ego meo tempore non vidi, † aut nisi ad executionem bre-
uis actum sit extra curiam, vt videtur colligi 102

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ex decis. Vrgellen. supra adducta. n. 59.

103 Aliquando etiam signatur commissio, cum † clausula *parito breui arbitrio Rotæ*, quæ importat vt si Rota arbitrabitur, & sit locus eius arbitrio supersedeatur in executione vt in Gerunde. beneficij, 31. Maij 1600 supra relata *num* 35. & in Pamphilonen. parrochialis de Acagra 27. Iunij 1601 relata *num.* 11. Gonçalez *ibi n.* 285.

Quæ tamen clausula non impedit manutentio-
104 nem † in possessione iam capta, nec ex ea est reuocanda possessio, vt in vna Aurien. parrochialis S. Mariæ de Pao 17. April. 1600. coram D. Lancelloto,
105 in qua fuit resolutum, † *Quod cum constet de possessione camera capta ab eius procuratore 2. Iunij 1593. ex publico instrumento, quod bene probat possessionem ad effectum manutentionis, concedendum est mandatum de manutenendo, &c. nec obstare quod causa fuerit commissa in Rota cum clausula,* parito breui, arbitrio Rotæ, *ita vt alias propter famam qui dabatur iuris patronatus vitium fuerit aliquantulum vt illius executione supersedere, quia hoc non impedit manutentionem, neque ex dicta clausula* arbitrio Rotæ, *reuocanda est possessio camera, vel ei præiudicandum circa suam possessionem, & tanto magis quia detecta deinde fuerunt nullitates testium examinatorum super probatione iurispatronatus, neque obstare quod breue non fuerit ab auditore camera sufficienter iustificatum, quia hæc, & alia quæ deducuntur erunt discutienda in progressu causæ, neque interim est impedienda cameræ possessio, &c.* Gonçalez *num.* 296. dicens idem decisum in Ouetcn. Archidiaconatus 15. Decemb. 1603. coram D. Pamphilio.

106 Sed si agens de spolio, † ac nullitate gestorum vigore breuis, aut super petitorio, seu appellans à sententia lata vigore breuis, allegaret paupertatem signatura etiam iustitiæ daret commissionem reseruatis fructibus, & expensis in finem litis cum clausula dimissa possessione, & constito de oratoris pau-
107 pertate sicut † dari solet petenti restitutionem contra duas vel tres conformes, Staphil. *de literis iustitiæ §. clausula.* & per breue sanctitatis vestræ quomodo liber intelligenda, seu *§. quando petitur commissio, nu.*
108 13. Vestrius *in pract. lib. 4. cap. 4. nu. 9.* & Marchesi. *de commissio. 2. p. cap. 2. de commissione appellationis, nu.* 35.
109 & agenti de † nullitate trium conformium. Cassad. *decis. 11. de rescript.* & condemnato in spolio non doloso, nec violento. Vt in vna Portalegren. † spolij. 5. Iunij 1589. coram D. Orano in qua fuit dictum, *Quod* deci. 3. *Putei* de solutio. *quod non excusatur qui* † *in spolio à purgatione prætextu paupertatis,* & decisio 22. de restitutione spoliat. in antiquis *Ioannes Pauli* decis. 85 *Caputaquen.* 183. lib 3. *& Putei* 56. lib 1 *procedunt in spoliatore doloso & violento tantum, Lancellot.* de attentatis, c. 31. n. 48.

110 Operatur autem clausula, † *parito breui*, vt iurisdictio intelligatur data sub conditione, *si sit paritum breui*, & non alias. Gonçalez supra *à num* 247. & afficit etiam tertium, seu patronum venientem ad causam pro suo interesse, vt in vna Compostellana parrochialis. 16 Decemb. 1596. coram Domino Orano, in qua fuit resolutum. *Non constare de re iudicata, quæ veniat exequenda, quia ex defectu iurisdictionis sententia fuit nulla, cum omnis causa fuisset commissa cum clausula,* parito breui, *& sic sub conditione non poterit iudex ante impletam conditionem per restitutionem fructuum perceptorum exceptorum procedere, cum de paritione posita in conditione debuit plena apparere,* Tiraquel. de retractu conuentionali, §. 2. glos. vnic. num. 4. *& licet fuerit posita in prima commissione censetur repetita in omnibus sequentibus,* Ægid. decis. 4. 104 & 526. Cassador. 8. de rescrip. *& affici etiam tertium ve venientem ad causam pro suo interesse, qui debet admitti in statu, & terminis iuxta cap. fin.* vt lite pendente, in sexto *Felin.* in ca. cum super, numer. 15. de re iudicata, *& de clausula* sine retardatione, *Veral.* decis. 1 lib. 1. in manuscrip. *& de clausula* parito breui *apposita in commissione causæ contra præsentatum ad fauorem prouisi Apostolici, quod intelligatur repetita in noua commissione causa præsentata ad fauorem patroni pro defensione suæ præsentationis, dictum est in causa Hispalen. beneficij de Cantillana 8. Aprilis 1585. coram D. Seraphino ne alias aperiatur via impediendi executionem breuium procurando quod collator veniat ad causam pro defensione suæ prouisionis, & cætera.*

Et in vna Regien. † beneficij 13. Ianuar. 1597. coram D. Lita fuit resolutum, *Quod clausula, parito breui, operatur vt iurisdictio intelligatur tributa conditionaliter, quatenus sit paritum breui, & non aliter, vnde cum non constet de paritione breuis, merito defecta iurisdictione mandatum de manutenendo sustinetur, & vt nullum venit reuocandum, nec stante d. clausula potest dari mandatum de manutenendo contra eum qui paritur breui vt tenuit Rota in causa Conchen. præstimonij, 12 Decemb. præteriti coram D. Decano.*

Et d. clausula *parito* importat non solum † dimis- 112
sionem possessionis, sed & restitutionem fructuum, vt in d. Compostellana Et in vna Pamphilon. Prioratus 26. April. 1602. coram D. Ludouisio, in qua fuit resolutum, † *Non constare de sufficienti paritione breuis, quia clausula parito non solum importat* 113
dimissionem possessionis sed & restitutionem fructuum, vt fuit resolutum in Pamphilonen. de Sos. 28. Ianuar. 1577. corā D. Blanco in Hispal. benefic. 24. Feb. 1584. coram D. Decano, & corā eod. Ludouisio in causa Vrgellen. iuris eptā 10. Decem. 1601. & de perceptione fructuū satis apparere, ex quo fuit in possessione, & nō docet se eos non percepisse, nec ab alio fuisse perceptos, Cota decis. 14. fuit dictum in vna Compostellana fructuum 6. Martij 1590. corā D. Plato in Panormitana Archidiaconatus 22. Maij 1592. coram D. Penna, & in Cosentina parrochiali 10. Decemb. 1595. coram D. Pamphilio, &c.

Vnde in pluribus causis fuit resolutum, † si- 114
gnanter in signatura iustitiæ in vna Legion. Canonicatus de anno 1593. proponente D. Beiel quod sicut appellatio non committitur à sententia vigore breuis lata respectu possessionis, nisi cum clausula *parito breui*, ita neque respectu fructuum, quia pari modo in breui executiue procedi mādatur respectu fructuum, sicut respectu possessionis.

Debentque restitui omnes fructus à die † obi- 115
tus, seu vacationis decursi, vt in breui dicitur, nam possessor beneficij referenti etiam cum bona fide, ex tit. habito ab alio quam à Papa, non facit fructus suos, vt dictum est *præced. particul. 5. à numero vigesimoquarto.*

Vnde intrusus in Canonicatu, † & Præbenda, te- 116
netur pro paritione breuis restituere fructus, & distributiones perceptas etiam si non sit facta protestatio. Cassador *decis. 6. num. 3. de præbend.* Rota in vna Iacen. Beneficij de Anso 16 Ianuarij. 1577. coram D. Lancelloto quæ habetur *1. par. diuersorum, decis. 618.* & in vna Maioricen. Canonicatus 2. Maij 1594. coram D. Millino, quæ sic ait.

D. Mat- 117

117 *Domini resoluerunt non constare † de paritione breuis, & D. Ioannis Segui dandum esse mandatum contra D. Matthæum pro summa liquidata, fundamentum decisionis fuit, quia ex libro Capituli, & depositionibus testium probatur quod fructus huius Canonicatus & officij Pœnitentiary consistunt in grossa, & meridiana quæ sunt distributiones quotidianæ* cap. cum nonnullæ §. præterea, in extrauagantibus communibus. *Vnde cum in breui dicatur, quod D. Ioannes Segui consequentur omnes, & quæcunque fructus redditus, & prouentus integre à die obitus, & Matthæum perceperit istos fructus liquidatos debet eos restituere. Non obstat quod Matthæus eos perceperit tanquam syndicus, & procurator Capituli in curia Regis, quoniam responderunt domini, quod non debet reportare maius commodum ex absentia quam ex residentia, ideo sicuti si fuisset præsens teneretur fructus restituere, ita tenetur restituere illos, quos habuit ratione absētiæ, nō obstat quod non fuit facta protestatio, quia nō est necessaria pro fructib. perceptis, vt fuit dictū in causa Iacen. benefic. 16 Ian. 1577. coram Illustr. D. Cardinali Lancelloto.* Et idem fuit resolutum in hac causa de mense Iunij sequen. propositis memorialibus loco causæ, & in Placentina parrochialis 1595. infra adducta, *sequen. cap. 13.* n. 102 Gonçalez §. 7. *proœm.* n. 161.

118 Et faciunt *decis.* Putei 383 *num. 8. lib. 1.* & † *decis.* Mohedan 6. *de præbend.* alias 109. Ex quibus aliquando non est intrusus, sed agitur contra Capitulum
119 tenebitur ad fructus, & † distributiones, saltim à die intimationis monitorij, &c. licet contra teneant Boer. *decis* 340. *num. 4.* & Gigas *consil.* 144. *n.* 25. alias *cons.* 45 *de pensi.* in distributionibus perceptis, sed tuetur Pontanus *de spolio li. 4. n. 27.*

Tenetur etiam ad fructus & distributiones † non
120 præceptas ob non residentiam quando ipsimet fuit facta legitima protestatio, nempe alternatiue, vt resideat aut dimittat possessionem, secundum stylum Rotæ, vt in d. *deci. s. Putei num. 7. & in d. decis.* Iacen. & Maioricen. & est optima *decis.* 1170. *lib. 3. par. 3. diuersorum*, & fuit alias resolutum in vna Salamantina coram D. Bubalo, Pontan. sup. *num.* 21. & sic debet intelligi, Lancellot. *de attentatis. 3. par. cap.* 31. *à num.* 27. & post hæc tradit Gonçalez *d. §. 7. numer.* 156.

121 Quod tamen non videtur procedere in † distributionib. seu emolumentis in certis etiam præceptis, vt funeralibus, &c. & sic in aliis beneficiis, &
122 parrochialibus † non fit condemnatio fructuum nisi prouenientium ex decimis primitiis, &c. vt in decis. Dertusen parochialis ms. adducta *9. par. cap. 2. n.* 133.

123 Et circa illam decisionem Maioricen † obiter aduertendum est illam videri intelligendam quando Canonicus fuit habitus pro præsenti, & nomine ratus ratione negotiorum Ecclesiæ, secus quando non fuit habitus pro præsenti, sed fructus Canonicatus fuit illi dati pro salario, vt in vna Caurien. fructuum Canonicatus 16 Decemb. 1552. coram Dom.
124 Caputaquen. in qua fuit resolutum, *Quod condemnatio in fructibus perceptis debet intelligi de fructibus in re ordinarie perceptis etiam si esset absens, non autem specialiter vt si essent percepti in absentia, & nomine seruitij præstiti Ecclesiæ supposito quod non esset bona protestatio, si autem protestatio esset bona, tunc domini dubitabant, &c.* vt per Cotam *decis.* 78. *in Miscellaneis manuscrip.*

125 Obiter etiam in præsenti se offert † difficultas, an pendente lite, seu controuersia contra intrusum in præbenda, super executione breuis, fructus & distributiones d. præbendæ, quos Capitulum percipit, quia nullus residet, sint deponendi, seu sequestrandi restituendi victori? Et videbatur quod sic, ex *constitutione* 57. Pij V. de deponendis fructibus, & distributionibus beneficiorum lite pendente, & cætera.

Nihilominus tamen contrarium est dicendum, † 126
quia illa constitutio loquitur de fructibus, & distributionibus, quæ occurrentibus litib. & controuersiis super Canonicatibus, & aliis beneficiis Capitulo deferuntur vigore constitutionum, seu consuetudinum, & non procedit in fructib. & distributionib. quæ non deferuntur Capit. occasione litis vigore constitutionum, seu consuetudinum, sed ex iuris cōmunis dispositione, per ius accrescendi, seu non decrescendi iuxta *c. 1. de clericis non residen. in 6.* nec in proposito Capitulum est in culpa &c. Et ita istam † 127
constitutionem intellexit Rota in vna Carthaginen. sequestri 20 Nouemb. 1599 coram D. Lancelloto, vt in decis. sequenti.

Ex duobus potissimum fundamentis prætendebatur locum esse sequestro primo vigore Bullæ fælic. record. Pij V. super deponendis fructibus & distributionibus Beneficiorum lite pendente. Secundo ex iuris communis dispositione cū prætenderetur Capitulum fuisse in culpa, & dedisse causam litis admittendo ad votandum Decanum qui dicitur fuisse excommunicatus, & demens, vt pluribus deducunt informantes pro Doctore Caxa. Quibus non obstantib. domini contrarium censuerunt, nam in specie supradicta constitutione non potest decerni sequestrū, quia illa loquitur de fructibus & distributionibus, quæ occurrentibus litibus & controuersiis inter prouisos vigore constitutionum statutorum, seu consuetudinum Capitulo deferuntur, & sic non habet locum in fructibus & distributionibus de quibus agitur, quia non debentur Capitulo, nec vigore statuti aut constitutionis, vel consuetudinis, nec occasione litis, sed ex iuris communis dispositione per ius accrescendi, vel non decrescendi, iuxta cap. 1. de clericis non residen. lib. 2. glos. in Clem. 2. verb. pars dimidia de ætate & qualitate. *Capitulum etiam non ingerit se in hac lite, nec præstat aliquod impedimentum in tradenda possessione, imo est paratum illam tradere ei qui est victoriam reportaturus, inspecto autem iure communi idem dicendum est, quod non sit locus sequestro, nec priuandum Capitulum, quod non est in causa distributionibus ei debitis vt supr. Neque obstat culpa Capituli in admittendo ad votū Decanum, quia Capitulum non poterat diuinare quod Decanus daturus esset votum ad fauorem Valdiuiesi, vnde culpa quæ ei imputatur est multum remota, nec ordinata ad casum. Præterea adhuc non est decisum, quod de eo tempore Decanus esset demens, vel excommunicatus, & quatenus hoc esset verū nō sufficeret, cum non constet de hoc, Capitulum scientiam habuisse, prout esse necessarium ex Innocen. & alijs tradit* Abb. in cap. fin. numero sexto de procurator. *non obstat decisio in causa Salamantina, & Doctor contrarium allegati, qui loquuntur in impedito facto Capituli. Ex quibus domini dixerunt non esse locum sequestro, sed quod D. Caxa quatenus prætendat super istis distributionibus faciat suas protestationes, & vtatur iure suo.*

Vnde quod tradit Gonçalez, † §. 7. *proœm. numer.* 128
22. quod vt d. constitutio Pij V. locum habeat, oportet quod Capitulum fuerit in aliqua culpa non tradendi possessionem vel aliquod impedimentum præstiterit, vt fuit resolutum in vna Placentina Decanatus, 5. Iulij 1599. coram D. Penna, vbi fuit iudi-

caeo si sufficiens impedimentum si literas Apostolicas ad consilium Regium, vel alios iudices secolares detulerit, procedet inspecto iure communi.

129 Et quamuis Salustius Tiberius †d.*lib.3 cap.6 nu.* 26.dicat,quod signatura non solet in his rescribere nisi cum clausula *parito breui iudicato*, quae si poneretur importaret vt ipse ait non solum dimissionem possessionis ac fructuum restitutionem, sed etiam refectionem expensarum in quibus intrusus condemnatur, Staphil.*de literis iustitie.§.clausula* & per breue sanctitatis vestrae *quomodo intelligendum,num.*9. Vestrius *in practica lib.4.cap.4. num.9.& lib.8.cap.3.* *n.*10.Lancell.*de attentatis, cap.*18.*num.*128 Marchesi *de commiss.*2.*part.cap.*5.*de com.miss.appell.n.*35. Rota in Toletana decimarum 19. Februarij 1594 infra adducta *num.*148.& in Hispalen decimarum de Tribuena 20.Iun.1594 coram D Mantica sup. adducta

130 1.*p.cap.*2.*num.*45. & in aliis causis, tamen reuera solum dicitur parito breui vt diximus, & videmus in praxi, quae clausula vt etiam diximus solum importat dimissionem possessionis ac restitutionem fructuum, de quibus in breui,non autem expensarum solutionem, quicquid dicat Gonçalez *sup. num.* 149.*in annotationibus*.

131 Verum est tamen vt ipse Sallustius ibi† dicit *nu.* 24.25. & 27. quod à censuris & poenis latis vigore breuis non datur absolutio nisi admissa possessione refectis expensis & fructibus restitutis, in quibus intrusus fuit condemnatus, vel facta obligatione, seu oblatione de illis soluendis facta liquidatione, facit decis. Achillis. 1. *de sententia excom. seu* 576. ad absolutionem enim requiritur satisfactio partis, Vgolin *de censur.*4.*tab* 1 *c.*19.§. 6.

132 A qua liquidatione, seu taxatione excessiua † datur appellatio suspensiua eius, Sallustius *d.cap.6 nu.* 27.& *lib.*1.*ca.*27.*num.*24 & *lib.*2.*ca.*2.*num.*30. Felin. *in c. quod ad consultationem de re iudic.n.*16. Vestrius *lib.*7.*cap.*5 *num.*12. Marchesi *d.*2.*par.cap.*3.*de commissio.appell.n.*46.& 47.& Rota *dec* 100.*p.*1.*diuersorum*, non tamen nisi semel, Felin.*sup.num.*20. *ad fin.* Ve-

133 strius † *d.num.*12 Beroius *quaest.* 131. *num.*5. Capitius *decis.*34.*in fin.* Marchesi. *ibi nu.*71.& Sallustius *d.c.*27. *nu.* 24. & 25. & ita practicatur in curia,& constat ex decis.Rotae in causa Firmana olei. 9. Aprilis 1576.

134 coram D.Blancheto, quae sic ait, *Domini dixerunt, quod cum creditum dominorum de Regeriis sit liquidum, damna autem & interesse liquidari non possint, nisi per duas conformes, sufficit oblatio facta cum depositione luli Anto. August. de fructibus,num.*6.*& ideo non posse fieri compensationem,& interim non retardandum mandatum executiuum,nec obstat quod in primis,& ante omnia procedatur ad executionem, quia intelligitur prout de iure, Ias.*in l. causas,n.7.C.de transactio.& *Crescen.*decis.47.

135 Sed quamuis† pendente liquidatione fructuum, & taxatione expensarum,seu appellatione ab ea tanquam excessiua interposita datur absolutio à censuris & poenis dimittēti possessionem beneficij, & offerenti separatim illa soluere facta liquidatione, & taxatione vt dictum est,tamen non auditur interim

136 contradicente aduersario super appellatione† à sententia vigore breuis,aut super spolio,seu petitorio, vel nullitate, donec doceat de restitutione fructuum stante d.clausula *in commissione parito breui*, quae vt dictum est vltra dimissionem possessionis requirit realem solutionem fructuum. Gonçal.*sup.nu.*151.*in annotationibus*.

Pro quo est decis.in causa Pamphilonen †Archidiaconatus 4. Martij 1596 coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum, *Quod oblatio cum cautione de soluendo liquidatione fructuum facienda non sufficit, vt dicatur paritum iudicato, & quod decis. Mohedani* 17.de restitutione spoliatorum *non obseruatur*, & faciunt quae tradit Lancellotus *de attentatis, cap.* 31. *à numero* 71.

Iuxta quod alias in vna Pientina iurispatronatus 1.Februarij 1599. coram D meo Corduba fuit resolutum. *Attentata non esse sufficienter purgata, cum purgatio pendeat à duobus, scilicet vt omnes fructus quos attentans perceperit deponat ad sequestratorem, & renunciet possessioni*, Puteus decis.118 lib 1. *Achilles*, 25. de appellatio. *Verall.* decis.11 par.1.*nec placuit Dominis cessio,& depositio vnius Iulij cum obligatione soluendi reliqua facta liquidatione, quia Rota sequitur doctrinam Baldi* in cap. conquerente de restitut. spoliatorum *Caputaquen* decis.224.lib.1. in manuscrip. & 150.1. par. *in impressis, reprobata* decis. *Mohedan.*17. de restitut.spoliator. *vt fuit dictum coram D. Pamphilio* 4.*Martij* 1596.*in causa Pamphilonen. Archidiaconatus,& alibi sup. Nec obstabat, quod fructus non essent liquidi, quia debebant liquidari, vt per Ant. August.*lib.3.decis.507.& in tit.de attentatis.§.15 *Caesar de Grassis* decis.5.num.7 de restitut.spoliat.*& stylus est, vel quod petens procedi ad vlteriora liquidet ipse fructus, vel impetret commissionē vt praefigatur terminus aduersario ad liquidandum, quo elapso procedatur in negotio principali, modernus* de commissio. commissione 15.super attentatis, *& fuit alias dictum in causa Hispalen.benefici*j 14.*Febru.*1594.*coram D. Decano,&c.* Quamuis Gonçalez *sup.nu.*250.sequatur decisionem Mohedani.

Parte tamen non opponente † audiri debet etiam non docens de paritione, non obstante clausula parito, ad *decisionem* Rotae 810.*par.*1.*diuers* & quae tradit Gonçalez *gloss.*56.*à n.*48.*ad* 108.& *gloss.* 66. *à n.*45.& *gloss.*67.*n.*52. 138

Circa liquidationem autem aduerte alias† in vna Cusentina parrochialis, 12. Decem. millesimo quingentesimo nonagesimoquarto, coram D Pamphilio, & 15.Martij millesimo quingentesimo nonagesimoquinto, coram D. Lita fuisse resolutum, *Quod fructuum perceptus ad effectum liquidationis solet praesumi ex possessione non dato alio possessore vt fuit resolutum in Compostellana fructuum,*6.*Martij* 1590. *coram D. Plato,& in hac materia liquidationis fructuum cum sit difficilis probationis,& vt ait, Nata* consil.510.n.7.lib 3.*tota committitur arbitrio iudicis, sufficiunt leuiores probationes, & per coniecturas, Bald.* in l.1.n.22.C.de fructibus & litium expensis, *Corneus* consil.301 in fin.lib.2.& *etiam per statutum, Achil.* decis.5.de fructibus & *per testes de credulitate, Angel.* l.2 in C de nauicul.lib. 11. *Alexan.*l.pretia rerum,n. 9.ff.ad l.falcidiam, circa quod etiam est videnda decisio Pamphilonen.sup adducta n.113. 139

Et stante in commissione d.clausula *parito breui*, † inhibitio facta vigore talis commissionis non operatur si non est paritum breui, nam inhibitio censetur facta stante d.conditione, prout in commissione. Mandos.*de inhibitio.q.*30.*n.*81.Lancell. *de attentatis. 2.par.c.*20.*ampliatione* 11.*num.* 28. & *capite* 17.*num.*64.*ver.circumscriptis*. Caesar de Grassis deci. 96.*num.*4.&dictum est alias *supra.*1.*p.c.*5.*n.* 521.& *seq.* 140

Sed difficultas est †an ad paritionem breuis circa possessionem requiratur, quod intrusus dimittat possessio- 141

nem quam habet, an vero sufficiat quod patiatur capi possessionem virtute breuis parendo solum verbaliter.

142 Et videbatur dicendum requiri † dimissionem & relaxationem possessionis, nam ita in monitoriis relaxatis virtute breuis mandatur, nempe quod intrusus infra sex dies à die intimationis debeat realiter, & cum effectu tradere, consignare, & relaxare possessionem camerae Apostolicae, seu prouiso, & ab intrusione & desistere, & de fructibus respondere,&c.& in sententia contra eum lata declaratur ob non traditionem, consignationem, relaxationem, & dimissionem possessionis ac fructuum non restitutionem,&c.

Nihilominus tamen dicendum est sufficere, quod †intrusus sinat, permittat, & patiatur, capi posses-

143 sionem virtute breuis, nec requiritur quod per prius illam dimittat, nam id non requiritur in breui iuxta quod est monitorium intelligendum, & semel capta possessione virtute breuis non requiritur amplius ex parte intrusi respectu ipsius possessionis, cū eam iam habeat camera Apostolica, seu prouisus. & ita tenet Rota, vt in decisionibus sequentibus, quae sunt notandae.

144 *Meliten. Beneficij* †*Sanct. Faustini.*10. *Decembris* 1586.*coram Dom. Seraphino.*

F*Vit resolutum, illustrem Philippum non esse restituendū ad possessionem benefici*j*, de quo agitur, cum eam ipse relaxauerit possessionem in manibus Nuntij, eam acceptantis nomine camerae Apostolicae, & ita sua sponte à possessione ceciderit, non est restituendus iuxta ea quae tradunt Doctores* in casu saepe de restitutione spoliat. *vbi Ripa* numero 75.*Socin.*in l.rem quae nobis n. 8.de acquirend.possess.*Paris.*consil. 1. num.151.lib. 1. cum aliis *per Gabr.*de restitutione spoliat.conclus. 5. num.26.*neque releuat, quod haec relaxatio fuerit facta propter iussum Pontificis, quia cum non praecederet aliqua vis, neque praecisa, neque depulsiua, quae astringeret eum ad hunc actum dimissionis faciendum, non est habenda consideratio praetensi metus,& reuerentiae ad hūc effectum cum posset sine tali dimissione spontanea solum praestare patientiam vt nomine camerae caperetur possessio, adeo non est opus deducere id quod à Doctoribus passim traditum est, eum qui vi compulsiua tradidit possessionem non esse restituendum, Nata* consil.386 num. 1.& 2.in 2 *caeterus cumulat Menoch.* remedio 1. recuperandae, num 102.cum sequen.*neque releuat quod in relaxatione possessionis adsit praeseruatio quorumcumque iurium, quia haec clausula recepit interpretationem à iure, vt non comprehendat ea, in quibus sibi praeiudicat, Oldrad.* consil.330.in fin. *Paris.*70.numer 12.lib. 1.*Sarnen.* de non tollendo iure quaesito, quaest. 1. in fin. *Castrens.* 472. lib. 1. cum aliis *adductis per informantes.*

145 *Toletana*† *iuris decimandi*, 8. *Nouembris* 1593.*coram Domin. Pamphilio.*

D*Ixerunt Domini concedendum esse Archiepiscopo mandatum de manutenendo, in quasi possessione iuris decimandi. stante de Capilla, quia cum ad instar interdicti, vti possidetis, detur ei qui possidet de tempore litis motae.* §.retinendae *vbi Faber*.num. 16. de interdictis l.1.§. huius autem. *vbi Bart.*in princip. & in §.quod ait, n.44. vti possidetis l.1.*vbi Bart.*n.3. C. eo. *Cencr.* pract. c.17. cū aliis per *Menoc.* de retinenda, remedio 3.n.556.& remedio vlt.n.14.&n 24. *vtique dandū est Archiepiscopo, qui ex instrumento adeptionis possessionis de mense Augusti* 1590. *de quo in summario* numero 3.*constat viuente Duce seniore, & antequam eidem Dux litem instituisset, de tempore motae litis posse lisse* ad leg.praedia. *vbi Bartol.* ff.de acquirenda possessione l. non idcirco, *vbi Bald.* Co. de fide instrument. *Puteus* decis.560.numer 8. lib.2. *non obstante quod possessio esset mere instrumentalis, quia ad effectum manutentionis, & etiam restitutionis, prodest, vbi non constat alium tunc temporis possedisse, Rota* decisio 21.de praebend.l.in antiquis. *Bisign.* decis. 8.de restitutione spoliat. *Fastel.*dubio 41. *Cassador.* decis.20.in fin.de praebend. *Mohed.* deci.238 *Verall.* 334 n.5.cum seq. part. 1. *impress.in casu autem de quo agitur stante dimissione possessionis Ducis senioris parendo sententiis Rotalibus,& executorialibus, illarum vigore emanatis, possessio quae solo animo acquiritur erat vacua.*l.3.§. in admittenda,& l.si quis in §.differentia de acquirend.possessione, *non obstante protestatione, quod dimittebat metu censurarum,& aliorum poenarum in praefatis literis executorialibus contentarum, per ea quae alias fuerunt deducta, coram Reuerendissimo D. meo Seraphino de anno* 1587.*in causa Meliten. beneficij S. Faustini,& tanto magis in hoc casu, vbi Dux non tenebatur aliquid praestare, sed solum abstinere, à perceptione decimarum, & pati quod Archiepiscopus illas perciperet, quo casu sufficit paritio verbalis, Puteus* decis.250.*in vna Ouetem.*lib.1.*etiam quod in ipsa paritione condemnatus protestetur, quod per eam non intēdit sibi parare aliquod praeiudicium in iuribus suis, quia iuxta* decisionem *Mohedan* 275 *condemnatus nō tenetur cedere, nec approbare sententiam contra ipsum latam, sed sufficiat quod pareat,& potest protestari sibi praeseruare quicquid vult. Anton. Augustin.*tit.de sententia & re iudic.numer.4 & *fuit resolutum in causa Burgen.iurisdictionis* 29. *Octobr.* 1586. *coram D. meo Seraphino,& illa causa* 18. *Decemb.*1589.*coram D.meo Orano, vbi hac ratione informantes pro Duce impedierunt ferri declaratoriam. Praeterea illa possessio licet instrumentalis fuit capta authoritate iudicis in vim executorialium emanatarum à Rota,& sic prodest etiam quod alius possideret iuxta doctrinam Angeli.*l. clam possidere.§.qui ad nundinas.col.1.de acquirend.possess. *quem ibi sequitur Roma.*num.3.*Imola sub* num. 1. *Alexand* 3.*Socin.*5. *Claudius* 20. *Mohedan* decis. 86. cum aliis *per modernum*, remedio 3.num. 575 *non obstante quod executoriales non essent reproducta iuxta* decis. *Cassador.*9.num. 10.de causa possess. *Quia stante consensu Ducis,& paritione verbali non erat opus alia reproductione,& alias me proponente fuit decisum in causa Burgen.fructus Capellae.* 22. *Iunij* 1587. *& cessat difficultas ex pluribus locationibus factis per Archiepiscopum mediante persona sui procuratoris, qua concurrente perceptione fructuum, seu pensionis de qua ex iuribus, de quibus in summario* numero 14. *constat probant actualem,& realem possessionem etiam contra tertium, glossa,*leg.qui vniuersas.§ quod per colonum *& ibi Bartolus Aretinus, qui sub* numero septimo, *testatur de communi* de acquirenda possessione, & *sensit etiam Alexand.*in eadem l.§.si conductor, nu.6. & in consil.118. numero decimonono, libro quinto

...ique consilio 205.numero quinto, libro secundo & 106.numero secundo libro 3.*Nata* consi. 672 numero 20.cum aliis *per Gabriel.* conclus. 4. de locato. num. 1 cum seq. *non obstant actus possessorij postea facti à moderno Duce, quia cum non constet Archiepiscopum habuisse se pro spoliato, non impediunt eius manutentionē, iuxta vulg.* decisionem *Putei* 418.*in vna Paduana* lib. 2. *attenditur enim ad hunc effectum antiquior possessio, & alia recentior præsumitur Clandestina & turbatiua.* l. 1. in fin. *vbi gloss. Ang. & alij*, ff. vti possidetis, cap. licet causam. de probatio. *Alexand.* cons. 88. num 4. lib. 5 *Socinus* cons. 15 nu. 4. lib. 4. *post Bart.* l. si duo. ff. vti possidetis, *vbi sub num. 41. dicit antiquiorem possessionem esse semper manutenendam*, *Felin.* d. cap. licet causam, num. 8 & *Decius* 9 *late Couarruu.* pract. c. 17. circa fin. vers. 12. cum aliis *per modernum*, d. remedio 3. n. 725.

146 **In eadem† coram eodem decimonono Nouembris 1593.**

DOmini non obstantibus deductis pro parte Ducis steterunt in resolutis, *quod sufficienter constet de quasi possessione Archiepiscopi, quæ iuxta* decisionem *Bisign.* 8 de restitutione spoliatorum, cum aliis in decis. allegatis etiam *quod sit instrumentalis mere suffragatur ad effectum manutentionis stante illius dimissione antea facta per Ducem seniorem, qui in instrumento paritionis expresse dicat, quod discedebat à nominatione Capellanorū, & parendo prout literis paret executorialib. vult se abstinere & abstinet à recuperatione decimarum, quod importat dimissionem possessionis* ad l. 3. §. in amittenda, & l. si quis. §. differentia de acquir. possess. *maxime quia Dux non tenebatur aliquod præstare, sed tantum se abstinere à perceptione decimarum & pati quod Archiepiscopus illas perciperet, vt per Puteum* decis. 250. *in vna Oueten.* lib. 1 *cum aliis in hac eadem causa deductis coram domino Orano de mense Decemb.* 1589 & *licet prætendatur non obstante hac paritione verbali Ducem postea continuasse suam quasi possessionem decimandi, antequam Archiepiscopus illā adeptus fuerit, ad decisionem 1. de renuntiatione in nouis. Calder.* cons. 4. eod. tit. *Sarnen.* de annali. quæst. 57. *Hoc tamen nihil facit, quia non ideo minus potuit Archiepiscopus ingredi possessionem, nam quicquid dicendum sit respectu tertij, tamen ille ad cuius fauorem possessio dimittitur potest illam capere non obstante quod cedens perseueret in detentione, vt declarat Cassador.* decis. 4. num. 2. vers. sed contra de restitut. spol. *Achilles* decis. 10. eodem. *Puteus* 175. *Franc.* lib. 1. *cum aliis per Pontanum* de spolio lib. 1. num. 126. & num. 143 & lib. 3 num. 72 *præsertim cum paritio verbalis operatur quandam licentiam ingrediendi possessionem, quam verbaliter parens videtur voluisse continuare quousque ille ad cuius fauorem facta est paritio, velit illam ingredi ne Dux in hac paritione videatur sibi ipsi contrariari, vel voluisse decipere Rotam & Archiepiscopum pro impedienda declaratoria, quod non est dicendum, vltra quod constat actus possessorios factos fuisse de mādato Ducis, quod speciale requiritur ad rursum acquir. possessionem, quam per verbalem paritionem dimiserat Rota in nouis*, decis. 9. de restitut. spoliat. & decis. 21. de procurator. *Alexand.* l. quod meo, num. ff. de acquir. possess. *Corneus* cons. 190. num. 8. lib. 1. *Aymon.* consil. 5. num. 16. *Gozadin.* cons. 42. num. 5. & *tanto magis quod non constat aliques actus possessorios fuisse factos nomine Ducis post productionem instrumenti paritionis in Rota quod fuit productum die* 19. *Iun.* 1590. *coram D. Orano cui commissa fuerat causa restitutionis in integrum, tam super iure nominandi, quam super iure decimandi, quod tempus potissimum est attendendum cum per illam productionem, cuius occasione impedita fuit declaratoria, visus fuit Dux rursus, & verbis, & factis parere dictis executorialibus ex vulgari regula, quod* producens instrumentum videtur asserere omnia quæ in eo continentur, *glossa* in l. 1. §. editionis, & *ibi Iason.* num. 12. ff. de edendo. *Dect.* in cap. cum venerabilis, de exceptio. *late Aymon.* de antiquit. temporis, p. 1. §. viso. & *ab isto tempore citra, vsque ad possess. Archiepiscop. non dantur aliqui actus possess. & licet allegentur testes ad ostendendum ipsum de anno 1591. percepisse decimas, illi tamen fuit nulliter examinati absq. citatione partis, vltra quod non concludunt ducem percepisse decimas, ex eo quod dicunt illas fuisse delatas ad horreum, quod solebat tenere Dux cū horrea illa essent destinata pro illis decimis quæ non ad Ducem, sed ad Archiepiscopum, & Rectores spectabant ad* cap. præsentia de probatio. *accedit præterea, quod ista possessio Archiepiscopi fuit capta de mandato iudicis in vim executorialium emanatarum à Rota, cuius authoritas priuat possidentem omni possessione, tam naturali, quam ciuili, Angel.* l. qui vniuersas. §. item cum prætor. in fi. & in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, num. 2. in fin. *quem ibi omnes sequuntur* de acquirend. possess. *Compostellan. & alij* in cap. transmissam, de electione cum alis allegatis in decis. 8. *huius mensis, in qua dictum fuit in te paritione verbali non fuisse opus reproductione executorialium pro obtinenda possessione, ex hoc quæ deducta fuerunt de anno 1587. in causa Burgen. situs Capellæ. Non obstant protestationes Ducis senioris, quia præter id quod potest videri ab eis fuisse recessum, ex quo non fuerunt repetitæ in productione instrumenti paritionis iuxta notat.* in c. cum D. Ferrarien. & *maxime per Ripam* num. 85. de constitut. *Mohedan.* decis. 44. *fuit dictum illas non impedire effectum paritionis cum condemnatus non teneatur approbare sententiam contra se latam, & possit protestādo sibi præseruare quicquid velit, Mohed.* decis. 275. *Anton. August.* tit. de sententia, & de re iudic. n. 3. & *fuit dictum in causa Burgē. iurisdictionis de anno 1586. coram D. meo Seraphino, & tanto magis quod non obstantibus istis protestationibus habita fuit per dominos hæc paritio sufficiens ad impediendam declaratoriam contra Ducem. Minus obstant alij actus possessorij postea gesti per modernum Ducem, quia sunt potius turbationes, quam impedimēta adeptionis possessionis, ad notata* in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, *maxime cum constet vacante ista possessione per mortem Ducis senioris Archiepiscopum exegisse decimas, antequam modernus Dux illam acciperet, vnde fit quod tanto magis Archiepiscopo sit dandum mandatum de manutenendo, iuxta notata.* l. 1. ff. vti possidetis, *nisi Archiepiscopo obstet quod in sententiis decursis non adiudicantur ipsi sed Ecclesijs parochialibus, de quo erit particulariter agendum.*

In eadem, coram eodem, vigesimo Decembris 1593.

DOmini steterunt in decisis, † *quia nihil deducitur pro parte Ducis quod subsistat, & sublatum non sit ex resolutionibus factis, quibus informantes ad satietatem auditi tandem acquiescere deberent, & quantum ad difficultatem restitutionis in vltima decisione dixerunt, adiudicationem iuris decimandi, quæ in sententia fit Ecclesijs parochialibus oppidorum, tam de Capella non impedire, quia Archiepiscopus potuerit eius possessionem adipisci, quoniam cum præsbyteris possit in dictis Ecclesijs à Duce, qui nullum ius instituendi, vel nominandi habebat vt fuit resolutum, qui possent dici Rectores, & ideo Ecclesia vere videreretur carere proprijs pastoribus seu Rectoribus, potuit Archiepiscopus pro prædictis Ecclesijs agere ad decimas, iuxta notata per Rebuffum* in tractat. de decimis, quæst. 7. numero. 12. *per text.* in c. fin. de successio ab intestato, & *pro eis quoque possessionem iuris decimandi, quod fuerat per sententias dictis Ecclesijs adiudicatum, capere, & donec de veris Rectoribus prouisum fuerit retinere nomine Ecclesiarum prout accepisse, & retinuisse censetur* ad l. 2. C. de acquiren. possessione, leg. quædam mulier. *vbi Angel.* num. 4. ff. de rei vendicatione cum notatis *per Bart. & alios* in l. qui in aliena. §. si is qui. ff. de acquirenda hæredit. *maxime quæ te effectu subsecuto, quod postea prouisis dictis Ecclesijs de nouis Rectoribus, quibus pro eorum portione distribuit decimas, quas ipsi de mense Februarij 1592. post obitū moderni Ducis exegerunt ab his quibus per Archiepiscopum fuerant locata, quod inducit etiam ratificationem eorum gestorum per Archiepiscopum ad notata per Decium* consilio 583. numero sexto & *tollit omnem dubitationem.*

148 Est etiam in hac causa Toletana † decimarum alia decisio, coram eodem Domino Pamphilio, 19. Februarij 1594. quam supra allegaui, . 129. ideo eam in præsenti ponere placuit, quæ sic se habet. *Post latas tres sententias contra Ducem seniorem de Beiar, super iure decimandi, ad fauorem Archiepiscopi oletans fuerat commissa causa restitutionis in integrum cum clausula*, sine præiudicio legitime executionis, & *modernus Dux prætendens decimas illas ad se vti primogenitum de domo spectare ratione maioratus, tanquam tertius, & pro suo interesse mediante persona procuratoris ad hoc specialiter constituti, apparuit se, & venit ad causam appellando à sententiis latis, quatenus sibi aliquod præiudicium inferre possent, & nonnullos alios actus fecit, quo ad vsque prædicta commissa restitutionis in integrum fuit ad instantiam Archiepiscopi reformata, vt staret cum clausula* parito indicato. *a quo tempore citra procurator moderni Ducis nihil amplius egit in causa, sed obtinuit nouam commissionem, prout in prima super iniustitia, & inualiditate sententiarum, cum clausula* quam & quas, &c. & *sine præiudicio trium conformium, & quia pro parte Archiepiscopi habitus fuerat recursus ad signaturam gratiæ, vt apponeretur huic vltimæ commissioni clausula, parito iudicato, & pro parte Ducis prætendebatur esse etiam delendam clausulam*, sine præiudicio trium conformium, *cum sententiæ ipsum non afficiant, & tanquam tertius possit impedire illarum executionem, Sanctiss. Dominus rescribi mandauit, quod in Rota disputaretur, quomodo in hac causa esset procedendum, & ideo dubitaui, an modernus Dux possit impedire executionem trium conformium, vel potius debeat procedi cum clausula* parito iudicato. *Et domini cum præsupp. quod Dux modernus veniat ex propria persona, tanquam primogenitus de domo, & successor in maioratu, vigore inuestiturarum antiquarum, non autem tanquam hæres ducis senioris, dixerunt ipsum posse impedire executionem, & per consequens non esse apponendam clausulam* parito iudicato, *quæ importat, quod & ante indicia fiat integralis executio iuxta notata* in capitulo fin. de restitution. spoliat. *Scaphil.* de literis iustitiæ. § dicendum, numero 42. *communis est enim DD. conclus. quod tertius veniens pro suo interesse impedit executionem rei iudicatæ, & est audiendus super iuribus suis, Innocent.* in capitulo veniens. libro 2. sub numero 3. *quem ibi omnes sequuntur* de testibus. *Rota* dec. 2. de re iudic. in antiquis *etiamsi tractetur de executione trium conformium, Cardin.* in Clem. vt calumniis, quæst. 4 & *ibi Vital.* numero 89 & seq. de re iudic. *Rota* decis. 13. eodem titulo in antiquis & decis. 14. de præbend in nouis. *Alexand.* cons. 83. numero 12. libro tertio *Gabr.* conclus. prima de re iudic. numero 19. & *fuit resolutum in causa Burgen. Comitis de Helines coram D. meo Orano.* 26. *Nouemb.* 1588. & *iste tertius impedit executionem nedum veniendo ad causam in statu, & terminis, in quibus reperitur causa, sed etiam principaliter committendo causam, prout in prima vbi venit principaliter pro suo interesse, non autem ad vlterius differendum, Ioan. Andr.* in capitulo secundo num. 2. vers. ille autem prouisus, & *ibi Gemin.* sub numero 9. vt lite pendente in 6. *Couar.* pract. cap. 13. in princ. & *tenuit Rota in causa Cordubēn. statutorum.* 24. *Febr.* 1590. coram D. meo *Seraphino, maxime quod sententiæ non loquuntur de moderno Duce, nec ipsum afficiunt, cum non fuerit citatus saltem per proclama, prout requiritur ad effectum, vt sententia lata contra possessorem maioricatus præiudicet successoribus, iuxta opinionem quam sequitur Rota, vt per Achillem* decis. 5 de re iudicata, *Puteus* decis. 91. libro tertio & *in istis terminis resolutum fuit in causa Hispalen. decimarum de Villalua, die* 15. *Iulij* 1582. *coram bonæ memoriæ Lauretano, & in eandem causam moderno Duci, tanquam successori, licita fuit appellatio, vt per Alexand.* in leg. filius familias. §. diui, numero 9. in fine de legat. 1. cum alis *per Pinellum* in leg. 1. 3. part. sub num. 50. 3. limitat. C. de bonis maternis. *præsertim cum possit considerari aliqua negligentia Ducis senioris, qui succubuit, ex eo quod examinauit testes rusticos, & vasallos, omittendo examinare alios testes integros, quos modernus Dux examinare intendit, quo casu sententiæ non afficere successores in maioratu, indistincte tradunt DD. allegati per Pinellum sub d. n. 50. 4. limitat. & Molina* de primog. Hispan. lib. 4. c. 8. n. 7. & *sensit Rota in d. causa Hispalen. decimarum de Villalua. Neque obstare quod modernus Dux veniendo ad causam restitutionis in integrum post latas tres sententias videatur fecisse sententias suas. Puteus* decis. 71. lib. 3. *cum censeatur admissus in statu, & terminis, in quibus causa reperitur, & aliter admitti non potuerit* c. 2. §. fin. vt lit. pend. in 6. *Felin.* c. cum super n. 15 de re iudic. *Couarr.* pract. c. 13 in princ. *quia illud procedit, quando tertius venit ad causam adhærendo condemnato, & ad illius defensionem, secus vero quando venit pro suo interesse deducendo principaliter ius suū quod non habeat connexionem cum iure litigantis, vt post Ioan. Andr. Gemin. & alios* in d. c. 2. *resolutum fuit in prædicta causa Cordubē. statutorū, maxime quod ex comparitione procuratoris cōstat ipsū nō fuisse admissum in statu, & terminis, in quibus causa reperiebatur, sed venisse pro suo interesse tanquam tertium, & appellasse à sententiis quatenus ex eis sibi fieret aliquod præiudiciū, qui est modus proprius quando tertius venit prout in prima, cum tertio iuris sit tertium posse appellare, etiam post tres sententias Abb. post alios* d. c. cum super n. 26. *Decius* in c. sua nobis, num. 10. de appellat. *Couarr.* pract. c. 15. n. 8. & *tanto magis quod in commissione restitutionis in integrum adest clausula*, quam & quas, *cuius vigore procedi potest, prout in prima, neque etiam obstare quod pro parte Archiepiscopi prætendatur Ducē*

moderrum non possidere, vel saltim dici intrusū stante possessione vigore sententiarum capta per Archiepiscopū viuente Duce seniori, quia & possessio Archiepiscopi cōtrauertitur, & ideo domini dixerunt quod aut est facta executio, & tradita possessio Archiepiscopo, & nō est op⁹ clausula parito, *sed modernus Dux audietur manente executione cum nullibi reperiatur, quod tertium possit remota re executionē factā, nisi prius in causa obtineat, & si interim Archiepiscopus prætendat se turbari in sua possessione agat interdicto retinendæ, & petat mandatū de manutenendo, aut non est facta executio, & intrant supradicta quod modernus Dux impediet executionē, exceptis tamē decimis perceptis per Ducem seniorem, in quibus ipse condemnatus fuit, quarum respectu cōmissio remanere debet cum clausula* sine præiudicio trium cōformium, *quia non constat de aliquo interesse moderni Ducis, cuius ratione possit impedire executionem, cum veniat ad causam ex propria causa & tanquam successor in maioricatu, non autem ex persona, vel iure ipsius Ducis senioris.*

149 Sententia vero auditoris cameræ, † super executione breuis, non tollit quin sit apponendum sequestrum lata prima sententia per Rotam in petitorio, iuxta Clem. vnicam de sequestratione possess. quia prima sententia non est lata in eodem iudicio, Vestrius *in pract. libro 7. capit. 2. num. 6* ita fuit resolutum in causa Gerunden. Beneficij de Cerniano 26. Iunij 1600 coram D. Penna. Et idem in eadem fuit
150 resolutum 13. Octobris eiusdem anni † coram eodem, vbi id videtur velle Rota, etiam quod prima sententia Rotæ esset in possessorio, quod placet, nam sententia super breui est in iudicio executiuo illius tantum iuxta illius formam, & tenorem præcise.

151 Circa pœnam priuationis Beneficiorum, † inhabilitatis ad Beneficia in breui & monitorio contentam, in quam non parens incidisse declaratur in sententia, aduertendum est quod cum non sit lata ob delictum, sed ob contumaciam, nempe ob non paritionem monitorij, facta paritione, & sic cessante contumacia illa etiam cessat, maxime data absolutione ab illa, prout solet dari à censuris, & pœnis, &c. *cap. ex literis, de constitutio.* & ibi Felin. ex *numero* 16 Decius ex *numero* 42. Rota *decis.* 68. *part. 1. diuersorum.* Sallustius Tiberius *dict. libro 3. capit. 6. numer.* 19.

Et in vna Marsicana Beneficij. 15 Decemb. 1595. co-
152 ram D. Seraphino fuit dictum. † *Quod priuationis sententia lata in contumaciam resoluitur per comparitionem, & commissionem vt pluries fuit in Rota resolutum in vna Brachharen. parochialis 17. Maij 1569. coram D. Perusino in Romana Canonicatus S. Angeli 1568. coram Cera, & in aliis.*

153 Tandem circa illam clausulam, † *volumus autem vt dictus N. infra sex menses à data præsentium, &c.* de qua etiam Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de prorogatio. ad fin.* & latius *d. q. 60. de monitoriis, à n. 47. & 48.* & de alia simili clausula *breuis,* Nauarr. *in c. accepta, de restitut. spoliat. oppositione 6. à n. 12.* aduertendum est illam non esse comminatoriam tantum, vt per Crescentium, *decis. 28. de præbend.*

154 Secundo aduertendum est quod idem esset † si diceretur, alioquin gratia sit nulla, nam ista verba referenda sunt ad gratiam principalem prouisionis Beneficij, Crescen *sup. ad fin. vers. ita etiam tenuit,* & non ad concessionem tantum in ipso breui factam, vt male consuluit Beroius *consilio 15. à nu. 1. ad 9. volum. 1.*

Tertio aduertendum est † vtrumque debere fieri 155
intra dictum terminum sex mensium, nempe literas expedire, & iura cameræ Apostolicæ persoluere. Mandos. *supra,* & patet ex ipsa clausula, quicquid dicat Beroius supra *à n. 10.*

Sed dubitatur primo. † an stante ista clausula, in qua 156
dicitur, quod debeat expedire infra sex menses à data præsentium computandos & non à die possessionis, prout aliquando dicitur, si impetrans nō expedierit, & iura debita persoluerit intra sex menses à data breuis, Beneficium vacare censeatur eo ipso etiam nondum capta possessione vigore breuis, sed stante intruso.

In quo parte affirmatiuam nempe, † quod Bene- 157
ficium vacare censeatur tenet Mandos. *d. q. 60. sub n. 51.* ex verbis d. clausulę expressis, & præcisis requirentibus literarum expeditionē cum effectuali solutione iurium propterea debitorum intra sex menses à data breuis computandos.

Contrarium tamen tenuit Rota † in vna Abulens. 158
Capellaniæ 6. Nouemb 1562. coram D. Groperio, vt in decisione sequenti. *Stante breui speciali commissione Francisci, in qua committitur, vt procedatur executiue super dimissione possessionis contra Rodericū & quemlibet intrusum, stante etiam quod d. Franciscus non expediuit literas infra sex menses, an propter clausula* breuis, *& obligationem desuper factam non potuerit procedi executiue contra Rodericum, qui tunc, & nunc, reperitur in possessione? Domini dixerunt, quod licet materia habeat difficultatem de iure propter illa verba,* à die datæ præsentium, *iunctis locis vulgaribus, & traditis per Decium* in l. si in diem. ff. de conditio. & demonstratio. *tamen propter obseruantiam curiæ Romanæ veniat tempus currere à die datæ, si possessio fuit acquisita, quia hæc pars est benignior, & quia Cancellaria non arctat ad expedien. literas nisi habita possessione, & ideo subiecta materia potest fieri ista subauditio, sicut alias de iure fiunt similes subauditiones.* in l. fin. §. donec C. de iure deliberand. *per Socin. in l. si in diem, & in hac opinione fuit in causis allegatis,* quam decisionem & alias allegat post hæc Gonçal. *glos. 15. n. 118.*

Et idem tenet Hieron. Gabr. *cons. 198. n. 4. lib. 1.* qui ait † quod in breuibus quæ irritant prouisiones nisi 159
intra sex menses à die datæ literæ expediantur, nihilominus non dies datæ, sed possessionis spectatur ex mente.

Pro qua resolutione facit etiam † in simili clausula 160
posita in indulto conferendi reseruata decisio facta in causa Abulens. de Sancti bannez de anno 1550. apud Achillem *decis. 358.* seu 12. *de priuilegiis,* & Puteum *decis. 328. lib. 3.* & Caputaquen. 248. *p. 1* & refert Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de indulto conferendi beneficia reseruata, vers. disputatum alias fuit,* & Anast. Germonius *de indultis Cardinalium. §. volumus, à numer. 39.*

Defectus tamen expeditionis literarum † intra sex 161
menses obstat, quando stetit per illum qui potuit capere possessionem, & non cœpit vt fuit resolutum in vna Hispalen. fructuum 24. Nou. 1595. coram D. Lita.

Non tamen † dicitur stare per illum stante intruso 162
ex d. decis. Mandos. & Germonio, ibi, & quæ dicuntur infra n. 61. & 62.

In qua etiam Hispal. fuit resolutum, † semestre currere incipere à die adeptæ possessionis pacificæ, & non antea. Mohedan. *decis. 8. de concess. præbend.* alias 161. Put. 110. *lib. 1* Germon. *sup. n. 47.* contra Mandos. *vbi proxime, vers. an huiusmodi indultis,* & nouissime

tra

tradit Gonçalez supra, *à num. 111.* & particulariter *d. n. 118.*

164 Hoc autem quod dicitur semestre † currere incipere à die adeptæ possessionis pacificæ, & non antea, intelligo quando in clausula dicitur, infra sex menses à die habitæ possessionis, vt *in d. dec.* Mohedani, seu infra sex menses absolute stantibus vero dictis verbis à data præsentium, tempus sex mensium non currit à die possessionis, sed à data breuis, vt sunt verba clausulæ, si tamen possessio fuerit capta, non alias, vt *in d. decisio.* Abulens. Capellaniæ.

165 Vnde si infra semestre † à data breuis non fuerit capta possessio, & postea capitur, tenebitur statim expedire intra breue tēpus arbitrio boni viri, iuxta subiectam materiam, ad Albericum *in dictionario, vers. statim,* Puteum *dec. 266. n. 4. lib. 1.* & Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 9. & seq.*

166 Secundo dubitatur circa d. clausulam, an † lapso d. tempore sex mensium intra quod impetrans breue tenebatur literas expedire, & iura propterea debita persoluere, possit postea quandocumq; expedire, antequam sit tertio ius quæsitum.

In quo videtur respondendum negatiue, ex ver-
167 bis dictæ clausulæ ibi *vacare † censeatur eo ipso,* & traditis per Mandosium *d. q. 60. à n. 48. & d. tit. de indulto conferendi beneficia reseruata, vers. an indulto, cū sequenti.*

168 Tamen contrarium in d. simili clausula † posita in indulto conferendi Beneficia reseruata, quod prouisus teneatur infra sex menses expedire nouam prouisionem, alias Beneficium eo ipso vacare censeatur, tenet Anastas. Germonius *d. §. volumus, n.* 36. scilicet quod lapso tempore possit quandocumque expedire antequam tertio sit ius quæsitum & quod ita seruatur ex stilo curiæ, quia pœna apponitur ne camera fraudetur iuribus debitis, & parum refert an hodie, an post fiat expeditio, vnde idem videtur dicendum in proposito.

169 Tertio dubitatur, an si impetrans d. breue † non expediret intra tempus beneficium, quod eo ipso vacare censetur à solo Papa prouideri possit, an vero possit etiam ab ordinario prouideri, si tempus infra quod debebat expedire finiatur, & compleatur, in mense ordinario, & non Apostolico?

170 In quo Germonius loquens in d. simili † clausula indulti conferendi *d. §. volumus, n. 51.* ait quod posset Cardinalis, si prouisus non expediret infra tempus alteri prouidere vigore indulti, nisi Papa expresse sibi tunc reseruasset collationem, cum ergo in proposito non adsit expressa reseruatio, videtur dicendum posse ordinarium prouidere. Facit etiam quod diximus *præcedenti p. c. 1. num.* 77. beneficium vacans ex decreto ob non expeditionem non dici vacare in curia.

171 Nihilominus tamen oppositum videtur † dicendum, nempe prouisionem ad solum Papam spectare, & ad ipsum deuolui ex verisimili mente ipsius Papæ volentis prouidere indemnitati officialium, & *decis.* Rotæ in causa Abulens. Beneficij de Villatoro de anno 1546. quæ est apud Puteum 356. & 361. *versicul. fuit etiam in eadem conclusum, lib. secundo.* & in terminis Mandos. *d. quæst. 60. sub numero 51.*

172 Nec obstat doctrina Germonij, *sup.* quia † ipse non negat prouisionem dicti beneficij ad Papam deuolui, in casu quo Papa expresse sibi, tunc non reseruasset collationem, sed ait, quod in isto casu posset Cardinalis alteri prouidere vigore indulti, atq; adeo vti reseruatum Papæ, & non iure ordinario, si enim non spectaret ad Papam non prouideret vigore indulti.

Imo etiam in casu Germonij, † non posset Cardi- 173
nalis vigore indulti alteri prouidere, & si Papa sibi expresse non reseruasset ex ratione sup. adducta, & tenuit Rota in d. Abulens. de anno 1546. vt per Puteum sup. de quo fuerat in ea antea dubitatū, 20. Nouemb 1545. vt *in dec. 36. lib. 1. & 10. lib. 2. part. 3. diuersorum.* & tenuit post hæc Gonçalez *d. gloss. 15. à n. 110.* & tenet expresse. *gloss. 24. à n. 85. & 103. & gloss. 31. nu.* 108 ait à sola sede Apostolica posse prouideri, vt continetur in indultis.

CAP. IV.

De subrogatione.

SVMMARIA.

GRatiosa subrogatio quæ est, dum ipsi Papa subrogat, & non dat mandatum de subrogando, nam tunc dicitur rigurosa, habet vim breuis de capienda possessione, nu. 1. & 2. Nam gratiose subrogato etiam quoad possessionem, quamuis non detur mandatum de manutenendo, datur tamen mandatum de immittendo procedendo executiue, constito tantum de clericatu, vacatione, & possessione antecessoris, modo non sit particul. ab alio productus, n. 3. & 4. & subrogatus gratiose potest intrare possessionem propria authoritate, etiam lite pendente, num. 5. & 6. ponitur resolutio Rotæ.

Subrogatus qui petit immitti in possession. debet probare possessionem defuncti de tempore obitus, vt dicitur de herede volente immitti in possessionem ex remedio, leg. final. Cod. *de edicto D.* Adriani, *ex Rota, numero 7.*

Dicta subrogatio gratiosa suffragatur, quoad possessionē etiam quod Beneficium non esset litigiosum secundum Rotam, in vna Legionen. & Cesenaten. adductis, à n. 8. Sed alias Rota resoluit subrogato gratiose, etiam quo ad possessionem in beneficio non litigioso, non satis esse clericatum ostendere ac docere prædecessorem in possessione decessisse, vt in decisio. adductis, à numero 11. & quod dictum est gratiose subrogato dari mandatum de immittendo constito de clericatu & vacatione ac possessione antecessoris tēpore vacationis absque alia verificatione procedit, quando beneficium erat litigiosum secundum Rotam, numero 15. cum sequentibus, vbi adducuntur resolutiones.

Similiter etiam locus est subrogationi gratiosæ, etiam quo ad possessionem, & non requiritur iustificatio in beneficio reseruato, sicut in litigioso secundum Rotam, vt in decisio. adductis, à nu. 21. Sed alias Rota tenet, quod ad istum effectum requiritur, quod reseruatio sit clara & notoria, & quæ inter partes controuerti non possit, alias secus, vt in resolutionibus adductis, à n. 24.

Prædicta reg. quod subrogato gratiose, etiam quoad possessionem datur mandatum de immittendo, etiam non iustificata sua gratia, fallit quando subrogatio datur in beneficio non litigioso, vel non reseruato, seu affecto clare, n. 29. & procedit in beneficio taliter, quod quācunque aliam Canonicam prouisionem excludat, & c. n. 36.

Fallit 2. quando subrogatio fuit data incidenter & accessorie ad gratiam principalem inter clausulas generales, non vero particulariter seorsum secundum Rotā, nu. 31. sed contra istam fallentiam rectius tenuit alias Rota, vt in decis. adductis, à nu. 32. quod procedit et-

Aaa 2

tamsi litera super gratiosa subrogatione, si ut expedirentur cum gratia principali & non ad partem, numer. 34.

Fallit 3. quando est par titul. & quomodo intelligatur, num. 35.

Fallit 4. in subrogato etiam gratiose in ius sui authoris non possidentis qui tenetur ad iustificationem suae gratiae, ac si ad causam z.atienem ageret, & procedendum est ordinarie non executiue, n. 36. vbi ponitur resolutio Rotae.

Subrogatio collitigantis ad hoc vt annulletur omnis alia gratia facta, 3. petenda est intra mensem, petita vero post mensem non annullat gratiam anteriorem alteri factam ex reg. de subrogan. collitigantibus, &c. num. 57.

Circa materiam subrogationis, & quamdiu dicatur durare lis videnda sunt Rotae decisio. posita, à numero 58.

1 Gratiosa subrogatio † quae est dū ipse Papa subrogat per verbum *subrogamus*, & non dat mandatum *de subrogando*, nam tunc dicitur subrogatio rigurosa, Mohedan. *decis. 11. vt lite pendente*, alias 327. Mandos. *de signatura gratiae, tit. de subrogatio. ad primum*, qui etiam refert, & ponit dict. decisionem, gratiosa inquam subrogatio habet vim breuis de capienda
2 possessione, † nam gratiose subrogato etiam quo ad possessionem, quamuis non detur mandatum
3 de manutenendo, nisi prius † corporalem possessionem apprehendat, vt fuit dictum in vna Ostunen. Capellaniae 6. Nouemb. 1595 coram D. Seraphino, & post haec tradit Gonçalez *ad reg. mensium, § 3. prooem. num. 93. & 94. & gloss. 24. num.* 110 datur tamen mandatum de immittendo † procedendo executiue abs-
4 que discussione & verificatione suae gratiae constito tantum de clericatu, & vacatione, & possessione antecessoris tempore vacationis, modo non sit par ti. ab alio productus Mohedan. *d. decis.* 11. Puteus 495. *lib.* 2. Rota *decis.* 456. & 472. *lib. 3. part. 3. diuersorum*, & fuit dictum in vna Lucana Maiusculatus. 13 Octobris 1586, coram D. Orano, & in vna Senen. Canonicatus & Praebendae. 15. Maij. 1588. coram Domino Bubalo, & in Barchinonen. Canonicatus 9. Martij 1598. coram D. Millino, & subrogatus † gratiose potest intrare possessionem propria authoritate, etiam lite pendente, Mohedan. *supra*, Puteus *decis.* 214. *lib.* 1. & Cota *decis.* 222. *in Miscellaneis manuscript.* Flamin. Paris. *de resignatione benef. lib. 2. quaest. 3. à numero 67.* † & in vna Calagurritana Beneficij de Cenicero 30. Octob. 1587. coram illustrissimo Pamphilio fuit resolutum. *Esse locum subrogationi gratiosae, quam quis obtinuit, etiam quo ad possessionem, & ei suffragari, nō obstante quod Ecclesia sit receptiua & nō numerata cuius non datur vacatio, sed cum Beneficiato Beneficium extinguitur*, cap. ex parte, de concessio. praebend. *vbi Doct. quia cum in prouisione sit facta mentio, quod Ecclesia erat receptiua, & non numerata, & Papa id intellexerit, dicendum est dedisse subrogatiue contra naturam Beneficij, & ideo haec subrogatio intelligi debet quo ad illam possessionem quam habebat defunctus, licet illa per eius obitum simul cum titul. cessauerit, iuxta notata per Hostiens.* in dict. capit ex parte. *Aegid.* decisio 13. &c. refert Gonçalez *gloss.* 9. § 3. *numer.* 25.

Et quod subrogatus qui petit immitti in † possessionem debet probare possessionem defuncti de tempore obitus, vt dicitur de haerede volente immitti in possessionem ex remedio, *l. fin. C. de edict. D. Adriani.* qui debet probare possessionem defuncti tempore obitus, Menochius *de adipiscen. de remed. 4. n. 178.* cui remedio simile est hoc subrogationis, Mohedan. *dec.* 206 fuit resolutum in causa Conchen. Archipresbyteratus, 16. Nouemb. 1588. coram Illustrissimo Plato.

Et dictam subrogationem gratiosam suffragari † quo ad possessionem, etiam quod Beneficium tempore dictae subrogationis non esset litigiosum, fuit resolutum in vna Oueten. Archidiaconatus coram D. Decano, 20. Maij 1580. in qua etiam fuit resolutum, quod quando concurrunt duo tit. pares, scilicet duae subrogationes impetratae à Papa, non potest procedi executiue, vt per Doct. *in l. fin. C. de edicto Do. Adriani.* Puteus *lib. 1. decis. 302. & lib. 2. dec.* 135 Et in vna Legionen. Prioratus 27. Iunij 1584. coram Sanctissimo Clemente VIII. & in vna Cesenaten. bonorum 12. Maij 1586. coram Domin. Plato, vt in decisionibus sequen. 8

Legionen. Prioratus.

Concluserunt † Domini, clausulam subrogationis quo ad possessionem Gasparis suffragari Antonio, etiam quod beneficium tempore d. subrogationis non esset litigiosum, ita enim saepius fuit resolutum, vt per Palectum decis. 101. *& fuit etiam resolutum coram R. P. D. meo Decano in vna Oueten. Archidiaconatus, Bulla nāque continet duas clausulas, in prima* quatenus beneficiū sit litigiosū *subrogatur Antonius in ius, & litis prosecutionem, in alia quae incipit ibi*, & quo ad possessionē *quae non regitur à superiori*, verb subrogamus, *sed ab inferiori admittimus, Papa admittit prouisum ad possessionē, in qua erat defunctus. Non obstant, quae in contrariū deducūtur, quia procedūt in gratia principalis subrogationis principaliter obtenta, iuxta terminos reg.* de subrogandis, *secus est in gratia quae principaliter per obitū conceditur, & deinde accessorie datur facultas expediendi literas in forma gratiosae subrogationis, etiam vt in hoc casu quo ad possessionem.* 9

Cesenaten. bonorum 12. Maij 1586. coram Domino Plato.

Dubitaui, an subrogatio gratiosa suffragaretur Iacobo Gigantis quo ad possessionem bonorum de quibus agebatur, ex quo in subrogatione gratiosa aderat clausula quatenus Canonicatus, & Praebenda, litigiosa sint, *quae clausula omnino debuerat verificari, Caputaquen.* dec. 229. p. 3. cum aliis allegatis, *nec videbatur verificari posse, quia lis non erat super Canonicatu, sed super quibusdā bonis, quae rector parochialis Ecclesiae S. Iacobi, & Philippi de Bagnilo ad suā Ecclesiā spectare contendebat, quod nō fecit litē super tit. benefic. Cassad.* 4. vt lite pēdente? *Sed his nō obstantibus domini tenuere dictā subrogationem suffragari Giganti quo ad possessionē, quia in subrogatione Papa facit duo, subrogat quoad litē, & quoad possessionē Praedecessoris, quo fit vt nulla existente lite, clausula praedicta impediat subrogationē quo ad ipsam litem, quia impossibile est aliquē subrogari ad id quod non est, sed non impediet aliā partem gratiae, videlicet subrogationem in possessionem, prout fuit resolutum in vna Oueten. Canonicatus 22. Iun. 1584. corā Illustrissimo Aldobrandino, cōprobatur ex his quae tradit Paleot.* dec. 103. *incipien.* Marcus Podianus, *& Aegidius* decis. 116. *vbi vult quod subrogatus in litem, & ius defuncti,* 10

licet nulla lis adsit, censebitur tamen subrogatus quo ad ius ratione praedicta.

11 Nihilominus tamen in vna Burgen. † praestimonij de Pancoruo, coram D. Gypsio 24. Octob. & 28. Nouemb. 1588. domini resoluerunt, subrogato gratiose, etiam quo ad possessionem in beneficio non litigioso non satis esse clericatum ostendere, ac docere praedecessorem in possessione decedisse quae decis. sic aiunt.

24. Octob. 1588.

Licet regulariter gratiose subrogatus ad verificationem narratiuam non teneatur, sed ei satis sit clericatum ostendere, ac docere praedecessorem in possessione decessisse, Puteus. 495. lib. 2. *Mohed.* 327. cum aliis allegatis, *nihilominus in hac facti specie domini resoluerunt praedicta non sufficere etiam si executiue pro mandato de immittendo agatur. Ratio dominorum fuit quia cum subrogatio pluribus modis fieri possit vt aduertunt scribentes in reg. de subrogandis, multum refert ad hunc effectum, an quis in beneficio litigioso, aut non litigioso subrogetur, primo casu, quia de alicuius praeiudicio non tractatur, quandoquidem in beneficio litigioso vel reseruato nemo se intromittere potest, idcirco Papa facilius subrogat, & sola verificatione obitus in possessione contentatur, & ita procedunt decisiones Putei, & aliorum quae ex aduerso allegantur, si vero in secundo casu subrogatio fiat in beneficio non litigioso cum eo tempore ius tertio quaesitum esse possit, quoniam potest dari casus, quod beneficium sub generalibus reseruationibus non cadat, & sic collatio ad summum Pontificem non pertineat, id verisimile redditur, Papam cui neminem laedere intendit, hoc pacto non verificanda alias narratiua velle aliquem suo iure, ac possessione priuare. Ideo eo meliori iustificatione opus esse dubium non videtur, hinc videmus si dat breue de capiēda possessione nomine camerae, executioni de stylo Rotae locū nō esse, nisi de sufficienti illius iustificatione doceatur, modo ad casū propositum si D. Ioan. est in possessione beneficij non litigiosi, & habet tit. ab ordinario, quemadmodum offert se incontinenti melius probare, Domini absque difficultate existimabant dictum mandatum de immittendo d. Antonio dandum non esse ex allegatis, & quantum attinet ad illius probationes concluserunt obitum Sebastiani per publicam vocem & famam bene probari ad decisio. Putei.* 350. libro secundo, & 266. in fin. lib. 3. *eoque magis concurrentibus adminiculis, nam D. Sebastianus nautam ascendit, & mari se credidit ad vrbem accessurus, & nunquam comparuit, vnde fit verisimile in mari decessisse, iuxta tradita per Bartol.* tract. de testibus num. 28. *Alexand.* consil. 25. & 117. vol. 4. cum similibus, *sed quia vix stat in tempore, visum fuit dominis satis non cōstare de quo mense ipse decesserit, minusque placebant deducta ad ostendendum D. Sebastianū decessisse in possessione beneficij de quo agitur, quoniam non sufficit probare ipsum aliquando beneficium obtinuisse, quia huiusmodi probatio non concludit quod de tempore obitus illud possideret, ad* l. neque natales. C. de probatio. *continuum vero factum pro Ioan. quod ipse regula de triennali se tueri possit tanquam non necessarium non fuit discussum.*

In eadem 28. Nouemb. 1588.

12 *Domini steterunt in decisis non esse dandum mandatum de immittendo domino Antonio Braza. per ea quae in alia positione dicta fuerunt, & ad nouiter deducta pro parte D. Antonij respondebant, quod subrogatio proprie locum habet in beneficiis litigiosis, vt per Vital.* Clemen. 1. n. 4. vt lite pendente. *Mohedan.* decis. 180. *si vero subrogatio detur in beneficio non litigioso, tunc habet collationis, & tunc opus erit eam iustificare, prout est necesse iustificare aliam prouisionem, & collationem, pro obtinenda Canonicatoria, si quidem huiusmodi iustificatio venit in consequentiam ipsius prouisionis, quod secus est in litigiosis, quia eo dumtaxat casu vim prouisionis obtinet, si ille qui obiit fouebat bonū ius, vt declarat Vital. vbi sup. nec dicatur, quod subrogatio in non litigiosis esset inutilis, quia inter alios effectus ille est considerabilis, quod iustificata gratia potest sic prouisus in possessionem immitti, non obstante quacunque lite postmodum introducta, etiam appellatione interposita, & in hoc procedunt ... subrogatio gratiosa, & breue de capienda possessione, quoniam huiusmodi subrogatio est plenior, & vberior gratia, quoniam absque ministro iudicis potest adipisci possessionē, in proposita itaque facti specie si nō datur concursus prouisionum, iustificatio per publicam vocem & famam erit sufficiens, si quidem Papa voluit prouidere dummodo ad se prouisio spectaret, & idem esset dicendum, vbi esset locus praeuentioni, si vero datur concursus, vt quia exhibeatur prouisio ordinarij, quo casu esset necesse probare reseruationē, tunc plenior probatio requireretur, quemadmodum in omnibus reseruatis, nam isto casu reseruatio est fundamentum gratiae, ideo concludenter probari debet, nec praedictis refragantur decisiones allegatae, nam in Lucana Magisculatus subrogatio fuit concessa in resignatione in fauorem, quae nemini infert praeiudicium decisio Cesenaten. non loquitur de iustificatione subrogationis in Senen. Canonicatus non dabatur concursus tit. nam aduersarius solum praetendebat ius optandi, in Callagurritana Beneficij, & Legionen. Prioratus similiter ex ad. nullus aderat prouisus.*

Idem fuit dictum in illa Fauen. † parochialis 1592. de qua *c. praeced. n.* 113. & in Tirasonen. eleemosynariae 1602. ibidem adducta, *n.* 132. 13

Et fuit etiam resolutum in vna Oscen † Canonicatus, seu optionis. 4. Iun. 1593. coram D. Gipsio. vt in decis. sequent. *D. Blasius Boys impetrauerat Canonicatum, & Praebendā in Ecclesia Oscen. vacante per obitum Michaelis Laurentij sub praetextu quod Capitulum de eis prouidere non potuisset, cum Papa litem super illis motā huiusmodi beneficia sedi Apostolicae affecta & reseruata essent. Idcirco vigore subrogationis gratiosae docto de obitu Michaelis, in possessione iuxta decisio. Putei.* 495. lib. 2. *Mohedan. 327. instabat pro mādato de immittendo in possessione eorundem Canonicatus, & Praebendae, sed d. die domini amplexi sunt partem negatiuā, quoniā ex deductis pro Blasio nō bene probatur lis super proprietate ac tit. Beneficij, videlicet Canonicatus impetrati prout requiritur adhuc vt dici nō posset tradatur de praeiudicio ordinarij collatoris, Cassad.* decis. 4. in princ. vt lite pendent. *Gambarus* de officio legati. lib. 3. nu. 473. *& late deductum fuit in illa Burgen. de Pancoruo coram me de anno 1588. Quoniā si non adest lis tunc subrogatus tenetur omnia narrata in sua gratia iustificare, per ea quae scribit Ioan. Andr.* in c. 1. de litis contest. in 6. *refert* [illegible], *Decius* in c. constitutus, num. 8. de rescript. *Aegid.* decis. 76. *si quidem non probata lite subrogatio surreptitia redderetur, Cardin.* consil. 31. n. 3. & 4. *Felin.* in c. ad aures col 3. de rescript. *Caputaquen.* decis. 229. p. 3. *maxime propter praeiudicium ordinarij cui Papa voluisse praeiudicare nō est verisimile. Lis vero quae pro parte D. Blasij deducitur non releuat, cum esset super iure optandi praebendam, & sic super mera superioritate, quae in Leomunne habet cum Canonicatu, nec appellatione illius venit, Rota* dec. 13. de rescrip. in nouis. C[illegible] de praeben. *& ex diuersis* [illegible] *fit* 15. *& facit* decis. *Achill.* 6. de

lite. *Hoc etiam patet, quia per optionem non acquiritur nouum ius, sed antiquum retinetur. Decius* in cap. fin. de consuetudine. *Calderic.* cõsil. 3. eod. tit. *Cassador.* d. decis. 17. *non obstat, quod commissio videtur impetrata super validitate prouisionis Michaelis, quia ibi etiã dicitur de præbenda, &c. & ex processu patet, quod super Canonicatu nulla aderat lis, sed solum super præbenda. Non obstat quod hæc lis super præbẽda ex intentione actoris à quo ius metimur* l. 1. ff. si pars heredit. petat. *afficere debeat etiam Canonicatum ex allegatis, quia non erat controuersia, an præbenda esset, vel non reseruata, quo casu forsan comprehenderet Canonicatũ, sed dubitabatur ibi, an stante antiqua consuetudine in reseruatis caderet optio, propterea ad litẽ super Canonicatu inferri non potest per præallegata. Nec subsistit quod Canonicatus & Præbenda sunt ad inuicem annexa & correspectiua, & in correspectiuis idem sit iudicium, quia imo præbenda dicitur accessoria ad Canonicatum, & sic non intrat, quod affectio saltem respectu præbendæ dicatur adesse.*

Propterea dã lam esse immissionem respectu præbendæ, quia præter id quod non probatur talis affectio, sat est quod præbẽda sequitur Canonicatum, pro cuius immissione obtinenda necesse est verificare narrata in gratia, vt dictum est, &c.

15 Et in eadem causa † coram eodem 5. Decembris 1594. domini steterunt in d. decis. & dixerunt, subrogationem non habere locum, vbi lis non est super Canonia, sed super optione præbendæ temporalis, &c.

16 Vnde quod dictum est, gratiose subrogato † dari mãdatum de immittendo in possessionem Beneficij constito de clericatu, & vacatione ac possessione antecessoris tempore vacationis absque alia verificatione gratiæ, & narratorũ, procedit quando Beneficium erat litigiosum, vt fuit resolutũ in vna Vrgellen. Archidiaconatus 15. Iunij 1592. coram D. Penna in qua fuit resolutum *esse locum immissioni in possessionem illius ad fauorem Raphaelis vigore subrogationis gratiosæ quo ad possessionem, cum doceat de possessione Michaelis tempore obitus, ac de lite etiam constet, & de clericatu, absque alia narratorum verificatione, vt fuit pluries decisum, & nouissime in Mediolanen. Beneficij prima huius mensis corã D. Decano, &c. nec obstare oppositionem de iure Antonij, qui cum optauerit Archidiaconatũ vigore statuti à Papa confirmati dici poterit Apostolicus prouisus, quasi tunc intraret regula ad illius fauorem, quod contra habentem parem tit. non possit agi executiue, & ideo Raphael non possit iuuare se vigore gratiosæ subrogationis, quia respõdetur quod præterquã quod Antonius vigore prætensi indulti non poterat vere dici Apostolicus prouisus, illa tamen regula procedit quando illæ partes essent eiusdem speciei, vt verbi gratia, si prouisio Apostolica Antonij esset etiam gratiosa subrogatio in locum & possessionem Michaelis, tunc enim non executiue, sed ordinarie esset procedendum, Mohedan.* decisio 206. &c.

Et similiter in vna Mediol. Capellaniæ † 20. Maij 1594. coram D. Pamphilio fuit resolutum. *Subrogato gratiose in Beneficio litigioso, vt detur mãdatum de immittendo, debere probari litem, possessionem, & obitum defuncti, &c.*

Et in causa Tullen. prioratus 28. Nou. 1594. † corã D. Seraphino fuit resolutum. *Subrogato gratiose, etiam quoad possessionem dari mandatum de immittendo, absque verificatione subrogationis constito tantum de clericatu, lite, & vacatione, ac possessione authoris tẽpore vacationis, vt in variis causis fuit r*[illegible] *nec le*gatum posse conferre beneficia litigiosa, etiam vacantiã per resignationem, nisi sit in commissione, &c. idem etiã fuit resolutum in vna Corduben. præstimonij 21. Octob. 1596. coram D. Lita.

Et in vna Hispalen. & Corduben Beneficiorum 2. & 16 Iunij 1597. † coram D. Gipsio fuit resolutum. *D. Bermudez esse dandum mandatũ de immittendo in possessione Beneficiorum, quoniam est gratiose subrogatus in ius, & possessionem Gundisalui, & non tenetur iustificare nisi eius clericatum, & obitũ in possessione d. Gũdisalui, cum Beneficia sint litigiosa iuxta decisionẽ Putei* 495. 19 lib. 2. *Mohed.* 227. *Paleotus* 119. *& eius clericatus probatur per testes de publica voce & fama, quæ sufficit Ægid.* deci. 114. & 674. *Caputaq.* 277. par. 2. *obitum Gundisalui eodem modo probant testes prædicti, & ad effectũ vacationis non est necessaria melior probatio. Puteus* decis. 166. in fin. lib. 3. *Mohed.* dec. 77. *de possessione eiusdem non est dubitandum, cum obtinuerit contradicente Varella aduersario mandatum de manutenendo à Rota, & quod in ea decesserit præter præsumptionẽ iuris ad* l. siue possidetis. C. de probatio. *Rota* decis. 4. de probatio in nouis *probant ijdem testes de publica voce, & fama, quæ optime probat hoc casu, cum non detur cõcursus prouisionum, & in istis terminis fuit resolutũ in Burgen. de Pancoruo.* 28. *Nouem.* 1588. *quam domini pluries approbarunt.*

Et in vna Vallisoletanæ Scholastriæ 17. † Iunij 1601. 20 coram D. Lancelloto fuit dictum. *In subrogatione non esse locum immissioni, docto tantum de clericatu & obitu prædecessoris in possessione quando non est gratiosa, sed rigurosa per viam mandati de subrogando, quamuis sit super beneficio litigioso, seu reseruato, Mohedan.* dec. 11. vt lite pendent. *alias vero si literæ continerent gratiosam subrogationem, esse locum dictæ immissioni, quare postmodũ super eadẽ supplicatione aliis literis expeditis per camerã in forma gratiosa subrogationis, & in actis exhibitis, & facto verbo in Rota die 5. Iulij ordinatũ fuit, quod vigore istius nouæ expeditionis daretur immissio, nec visũ est releuare, quod cũ semel fuissent expeditæ literæ in forma rigurosa, nõ potuerint amplius alia expediri in forma gratiosa, ex decisionibus allegatis, quia in præcisi sumus in casu, in quo prior expeditio in forma rigurosa fuit facta per cancellariam, & posterior in forma gratiosa per cameram, qui termini sunt valde diuersi à decisionibus, quæ allegantur, & hoc casu expeditionẽ secundam posse fieri, & esse validam, domini tenuerũt habito voto D. Regentis Cãcellariæ, qui à ponente cõsul⁹ ita respondit seruari de stilo, maxime quia hæc secunda expeditio est conformis vltimæ supplicationi, super qua fuit facta vtraque expeditio, cum in hac supplicatione fuerit sublata clausula commissaria,* &c. post hæc docet Gonçalez §. 7. procemio n 211.

Similiter etiam locum esse subrogationi † gratio- 21 sæ, etiam quo ad possessionem, & non requiri iustificationem in Beneficio reseruato, sicut in litigioso tenuerũt domini in vna Calagurritana dimidiarũ portionum 20. Decemb. 1593 coram D. Millino, vt in decis. sequent. *Domini cum præsupp. quod iura sine in forma probanti dixerunt locum esse subrogationi gratiosæ quo ad possessionem, quia sicut in Beneficio litigioso non requiritur iustificatio, ex eo quod non infertur præiudicium ordinario, nec alteri, cum non possit fieri prouisio stante lite, ita pariter dicendum est, vbi adest reseruatio quæ eundem effectum operatur licet non sit notoria, cum stante reseruatione, nec ordinarius, nec alius possit se intromittere, non obstat quod cum Hieronymus, & Thomas, sint in possessione non est locus subrogationi gratiosæ, sed agendum via ordinaria,*

qua

quia hoc procederet si ipsi essent prouisi à Papa, & haberent similem tit. sed cum sint prouisi ab ordinario, & non habeant parem tit. subrogationis gratiosæ est danda immissio, vt fuit resolutũ in causa Seuen. Canonicatus, 13. Martij 1588. corã bonæ memor. Bubalo, & in causa Recanat. Beneficij S. Ant. 25. Maij de anno præterito coram me, non obstat Bulla Alexandri, quia quod est ei sufficienter derogatum non est in forma probanti, ideo fuit reiecta in aliis causis Callagurritanis de Cenicero, & de Archaya.

22 Quod etiam fuit tentum in vna Virdunen. Canonicatus 28. Aprilis 1595 coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum. *Subrogationem gratiosam contra possessorem prouisũ à Cardinali Legato, nõ habere executionem paratam, nisi beneficiũ sit litigiosum, vel alias affectum, iuxta text. in c. 2. vt lite pend. ita vt Legatus in illius collatione se intromittere non potuerit, ex d. decis. Burgen. &c.*

Et est decis. in causa Barchinonen. Canonicatus
23 9. Martij 1598 coram dicto Do. Millino quæ sic a[illegible] *Fuit per dominos resolutum D. Onofrio esse dandum mandatum de immittendo, quia cum sit gratiose subrogatus ad possessionem sui authoris, & probet illius possessionem, & suum clericatum, hoc ei sufficit, nec tenetur iustificare narratiuam suæ gratiæ, iuxta decis. Putei 495. lib. 2. Paleoti 119. nec placuit dominis fundamentũ quod sit necessaria iustificatio, cum beneficium non sit litigiosum, iuxta distinctionẽ alias factam in causa Burgen. de Pancoruo, & postea confirmatam in pluribus aliis causis, quia sicut in beneficio litigioso non requiritur iustificatio, ex eo quod non infertur præiudicium ordinario, nec alteri, cum non possit fieri prouisio stante lite, ita pariter dicendum est quando adest reseruatio, vel affectio, cũ stãte reseruatione, vel affectiõe, nec ordinari⁹ nec in ius possint se intromittere, vt fuit resolutũ coram me in causa Callagurritana dimidiarũ portionũ del Burgo. 20. Decemb. 1593. Præterea cũ nõ exhibeatur tit. Franc. nec probetur eius possessio nõ requiritur iustificatio, licet beneficiũ nõ sit litigiosum, quia possessio est vacans, & nõ fit præiudicium possessori, vt fuit resolutũ in causa Parmen. benefic. de Toleno. 21. Aprilis 1589. coram D. Pẽna, & in causa Parm. Prioratus 23. Iunij 1589 coram D. Mantica, non obstat quod vnio est nulla, quia licet vnio sit nulla remaneat affectio propter appositionem manus Papæ, siue nullitas proueniat ex defectu causæ, siue ex inhabilitate prouisi, aut ex alio c. nõ obstat quod vnio fuit facta de Canonicatu primo vacaturo, & nõ cõstat istũ fuisse primũ qui vacauit, quia Onofri⁹ habet fundatã suã intẽtionẽ in ista vacatione, & si Franciscus prætẽdit quod successerit alia vacatio ipse debet probare, vt fuit resolutum coram me in causa Regien. præbendæ Theologalis 13. Nouembris 1595. Hoc autem dicebant domini nõ probari, quia Vela ex cuius persona prætẽditur alia vacatio ob promotionem ad Episcopum non erat adhuc consecratus, & vacatio Beneficiorum non inducitur ante consecrationem & adeptionem possessionis, quando promotus nõ fuit in mora petendi consecrationem, Innocent. in cap. cum in cunctis, numero 4. Abbas in dict. c. §. cum vero, num. 6. de electione, & ita fuit alias resolutũ in causa Panormitana Beneficiorum 9. Ianu. 1549. coram Acorambono, & in causa Veglen. pẽsionis 19. Iunij 1570. coram D. Seraphino, & in causa Toletana Scholastriæ. 22. Iunij 1591. coram D. Orano.* Est etiam decis. Miranden. 1600. infra adducta n. 33. & docet Gonçalez ex d. n. 211.

At alias Rota tenet quod ad effectum † immis-
24 sionis in possessionem ex subrogatione gratiosa absque alia iustificatione requiritur quod reseruatio sit clara, & quæ inter partes conuerti non possit, alias secus vt antea senserat Rota in d. Burge. de Pancoruo supradicta n. 11. & 12. & ita fuit resolutum in vna Neapolitana Rectoriæ, 13. Febr. millesimo quingẽtesimo nonagesimo octauo corã D. Lancel. *in qua † fuit dictũ, requiri quod reseruatio sit clara, & notoria* 25 *ad effectũ immissionis ex subrogatione gratiosa, absq; alia iustificatione, vt sæp⁹ fuit resolutũ, & vt fuit resolutũ in vna Aquilana Beneficiorũ Iul. 1585. corã D. Gipsio, vbi reseruatio ratione iuris patronatus redditur dubia nõ impedire manutentionẽ, quæ dãda est possessori, & sufficere quod constet de corpore Beneficij, etiã quod sit erratum in nomine. Puteus dec. 442. li. 1. cum aliis, &c.*

Et in vna Ostunen Parochialis, seu Archipresby- 26 teratus 29. Maij 1598. corã D. Orano fuit resolutum, *quod gratiose subrogato quo ad ius, & possessionem defuncti datur immissio, quotiescumq; præter reseruationẽ, seu affectionẽ, quæ est concludẽter probãda, obitus defuncti in possessione, & Clericatus subrogati probatum est,* &c. † Et 27 in eadem 18. Iunij 1599. coram D. meo Cordua fuit dictũ *sæpe fuisse firmatũ reseruationẽ, seu affectionẽ, debere esse notoriam, & talem quæ inter partes controuerti nõ possit, vt vigore subrogationis gratiosæ in beneficio nõ litigioso possit dari mandatum de immittendo contra prouisum ab ordinario cui nullũ ius potest cõpetere, quando vero non est ista clara & conuertitur, tunc cessat ista via executiua & requiritur iustificatio subrogationis gratiosæ, & totius gratiæ ex qua sumpta est, quia tunc adest, vel ad esse potest præiudicium ordinarij, & possessoris, vnde licet probetur reseruatio, cum hæc probatio possit, per contrariam probationem elidi. Ægidius decisio. ne 624. immissio concedi non debet absque gratiæ iustificatione, quia non constat notorie de non iure alterius quod cessat in beneficio litigioso, stante enim reseruatione clausula in corpore iuris certum est, quod ordinarius lite pẽdẽte prouidere non potest, c. 2. vt lite pendente in 6.* &c. refert. Gonçalez gloss. 31. subn. 26. & 2.

Et alias in vna Tiburtina iurispatronatus 5. Iulij 1598. † coram D. Penna & in Sabi. beneficiorum 28. Maij 1599. coram D. Gipsio fuit resolutum *quod immissio datur subrogato gratiose, etiam si appareat de iu-* 28 *re patronatus, nisi incontinenti probetur quando manifeste apparet de reseruatione, vel de lite, &c.*

Prædicta † ergo regula, quod subrogato gratiose, 29 etiam quo ad possessionem, datur mandatum de immittendo, etiam non iustificata sua gratia, &c. fallit quando subrogatio datur in Beneficio non litigioso vel non reseruato, seu affecto clare, vt in dictis decisionibus. Et in dict. Mirande. Parochialis 1600. infra adducta num. 33 & procedit in Beneficio taliter quod quancumque aliam Canonicam prouisionem excludat. † Nam si posset concurrentia alterius collationis validæ considerari & sit alius in possessione, 30 cessat immissio quamuis possessor titulum non ostẽdat, vt in dict. Cordub. præstimonij coram Lita fuit dictum.

Fallit secundo quando, subrogatio † fuit data incidenter & accessorie ad gratiam principalem in- 31 ter clausulas generales cum clausula illa, expediendi etiam ad partes, non vero particulariter seorsum per particularem supplicationem. Nam cum sit accessoria, ad gratiam principalem, & eius naturam sequatur, debet principalis gratia iustificari, cum si alias esset nulla, esset quoque subrogatio, vt in d. Corduben. fuit itidem resolutum. Et in vna Gerunden. Beneficij 19 Ianuar. 1600. coram D. Penna, in qua fuit dictum, quod *licet in subrogatione gratiosa quo ad possessionem de Beneficio litigioso non sit* [illegible]

ficatio nisi Clericatus & obit⁹ authoris, vt in Burg. de Pācorno id tamē verū est in gratia subrogationis principaliter impetrata secus autē in ea quæ sumitur ex clausulis generalib⁹ ista enim quo ad iustificationē nō gaudet aliquo priuilegio, sed tā quā accessoria sortitur naturam gratiæ principalis, & ideo omnia in ea narrata sūt iustificāda, quod sæpe in Rota decisū fuit, & signāter in causa Bonon. Canonicatus. 19. Martij 1590. coram D. Pāphilio & in Gien. præstimonij 15. Febr. corā D. Mātica.

Sed contra istam fallentiam rectius tenuit Rota in vna Miranden. Parochialis 17. Martij 1600. & 2. Aprilis 1601. coram eodem D. Penna, vt in decisionibus sequentibus.

Decimo sexto Martij 1600.

32 PEndente lite inter Emanuelem de Arces Rectorem, † & possessorē Ecclesiæ Parochialis Sāctæ Leocadiæ, oppidi de Cerno Mirand. Diœcesis & Antoniū de Robredo, Emanuel obiit mense Septēbris anno 1599. & per eius obitū Franciscus Sanchez nonis Martij 1600. fuit à Sede Apostolica de eadem Parochiali prouisus cū gratiosa subrogatione in omni iud. & ad omne ius, atque etiam quò ad possessionem Emanuelis, & quia Franciscus vigore gratiosæ subrogationis petebat immitti in possessionem, iustificatis solum duobus suo scilicet Clericatu, & possessione Emanuelis in Beneficio tēpore obit⁹, hæc enim probatio ad prædictū effectū iuxta rotales dec. habetur sufficiens, Mohed. decis. 1. de prob. contra vero prætēdebat Antonius, dicens id habere locū quando subrogatio impetratur, & habet per se existentiam, secus autē esse in subrogatione à prima gratia depēdēte, quæ desumitur vel ex corpore gratiæ principalis, vel ex clausulis generalibus, tunc enim omnia narrata in tali gratiosa subrogatione esset iustificanda, ideo dato super hoc dubio an Frāciscus esset immittēdus? Rota vtraque parte informāte immittendū cēsuit, in hac. n. materia præsupponebatur primo gratiosam subrogationē propriè habere locū in Beneficiis litigiosis, Bonifacius in Clemētina prima numero 41. vers. & ideo vt puto, vt lite pendent. Mohedan. decis. 180. in princ. Rota in causa Burgen. de Pancorno die 28 Nouembris 1588. coram bonæ mem. Gipsio, eandem vero gratiosam subrogationem multo magis sibi locum vendicare in Beneficiis, dispositioni Apostolicæ seu Romani Pontificis reseruatis, consequenter autem distinguebantur tres casus, primus est, quando Papa subrogat gratiose ad Beneficium litigiosum, siue reseruatum, & tūc talis gratia non indiget alia iustificatione quam Clericatus impetrantis, & possessionis decedentis, Mohed. decis. 292. in princip. & decis. 327. numero 1. Puteus 214. num. 1. lib. 1. Paleotus circa mediū & decis. 119. in princip. Rota in prædicta causa Burg. de Pancorno coram Gipsio: & ratio est quia conferendo Beneficium litigiosum, vel reseruatum, nulli fit iniuria cum nemo præter Papam de illo possit disponere, & illa gratia viui prouisionis obtineat, si ille qui obiit fouebat bonum ius. vt declarat Bonifac. præcitato loco numer. 41. & fuit dictum in prædicta causa Burgen. de Pancorno, & hæc procedunt sine difficultate, quā do gratia subrogationis gratiosa fuit principaliter, & per se petita & obtenta, & literæ desuper expeditæ. Et hoc videntur loqui decisiones allegatæ.

Alter casus est, quādo Papa facit gratiā de Beneficio litigioso, siue reseruato, etiam cum gratiosa subrogatione quo ad ius, & possessionem defuncti, & impetrans ad partem expedíuit Bullas super gratiosa subrogatione desūpta, vel ex corpore, vel ex clausulis generalib. eiusdē supplicationis, & hoc casu licet non modo gratia subrogationis quo ad duo prædicta, videlicet Clericatum, & [illegible] etiam omnia narrata in gratia principali iustificanda videretur, nihilominus tamen Rota cēsuit sufficere iustificationē Clericatus, & possessionis. Ratio fuit quia agebatur de Beneficio litigioso, siue reseruato, de quo cū nemo præter Papā prouidere possit nulli fit iniuria per talem prouisionem, & consequēter satis erat iustificare prædicta duo prout requirit natura gratiosæ subrogationis. Tertius casus est, quando Beneficiū non est litigiosum, vel reseruatum, seu alias affectum, & tūc si quis ad illud gratiose subrogetur omnia narrata in gratia subrogationis tenetur iustificare, nā tūc subrogatio data in Beneficio nō litigioso habet vim collationis, & opus est causam iustificare prout necesse est iustificare aliam prouisionem, & collationem pro obtinenda canonicatoria. Tū quia huiusmodi iustificatio venit in cōsequētiā ipsius prouisionis, vt fuit consideratum in illa Burg. de Pancorno, tum quia per prouisionem Beneficij nō litigiosi, vel nō reseruati, vel nō affecti, iniuria inferri potest prouisis ab ordinariis, seu aliis legitimis collatorib. Ex his cōcluserūt Domini Franciscū fuisse immittēdū quāuis solum iustificasset suū clericatū, & possessionē Emanuelis in Beneficio tempore obitus, quia Beneficium erat litigiosum, iuxta deducta in primo & secundo casu, & consequenter mutare decis. coram me factam in Firmana seu Gerunden. Beneficij die 19. Ianuar. 1601.

In eandem coram eodem secundo Aprilis 1601.

QVia Antonius ad Robreda dicebat se habere difficultates † consideratione dignas, contra decisionem hac causa factam die 17. Maij 1600 ideo iterum cōsulti Domini in dec. sit persistendū censuerunt, propter rationes de quibus in decisione, in qua potissima fuit, quia cum ageretur de Beneficio litigioso, & illud conferendo nulli collatori fiat iniuria, cum nemo præter Papā de illo possit disponere, sufficit gratiose subrogato iustificare possessionem decedentis, & Clericatum impetrantis, Mohed in. decis. 292. cum aliis allegatis in alia decisione de qua nunc agebatur, siue subrogatus gratiose deduceret gratiam ex supplicatione particulariter obtenta super subrogatione, siue ex clausulis in supplicatione contentis. 33

Et licet prædicta decisio loquatur in secundo casu, quando † impetrans ad partem expediuit Bullas super gratiosa subrogatione, desūpta ex clausulis supplicationis gratiæ principalis, tamen idem est & eadem ratio, quando literæ super gratiosa subrogatione simul expedirentur cum gratia principali, &c. 34

Fallit tertio, quando est † par titulus ac alio productus, vt supradictum est n. 4. Puteus dec. 302. & 316. n. 1 lib. 1 & dec. 135. lib. 2. Caputaq. 329. p. 1. dicentes, quod tunc ordinarie non executiue proceditur ex recepta doctrina Bartoli in l. fin. C. de edicto D. Adriani, nu. 21. sequitur Gonçalem §. 7. Proœmiorū 243. nisi volens impedire immissionem veniret cū gratia obtenta ex diuersa vacatione, quia tunc minime impediretur immissio vt plene inquit resolutum in vna Vercellen. Beneficij 16. Nouemb. 1602. coram D. Lita & in Toletana Parochialis de Ieuenes. 23. Iā. 1604. coram Domino Sacrato & facit dict. decisio. Caputaq. 35

Fallit quarto, in subrogato etiam gratiose in ius sui Authoris, † non possidentis, qui tenetur ad iustificationem suæ gratiæ ac si ad Canonicationem ageret, & procedendum est ordinarie, non executiue, vt fuit resolutum in causa Carthaginen. Portionis 21. Octob. 1588. coram D. Gipsio, in qua Domini dixerunt, Quod licet subrogatus gratiose non teneatur docere, nisi de Clericatu, & obitu in possessione illius in cuius 36

cuius locum subrogatus est. Puteus dec. 495. li. 2. & possit propria authoritate ingredi possessionem. Mohedan. decis. 327 Puteus 214. li. 1 tamen id sibi non vendicat locum in subrogato in ius sui authoris non possidentis, quo casu ad iustificationem suæ gratiæ tenetur, ac si ad Canonicationem ageret, ideo procederetur ordinarie non executiue, Innoc. & alij in c. 1. vt lite pend. Achilles decis. 2. de probatio Mohed. dec. 206. & 304. & ratio differentiæ est, primo n. casu quādo defunctus possidebat nulli fit præiudicium. Nam alteris non interest cū vno vel altero possessore expedire, secundo vero quando defunctus non possidebat non modicum ipsi fieret præiudicium, si subrogatus possessionem adipisceretur, Maximum enim commodum est possidere, & sequeretur absurdum, quod plus quam defunctus haberet subrogatus cōcederetur, vt per Rotam decis. 10. vt lite pend. in nouis, Cassad. decis. 1 eod. tit.

37 Subrogatio † autem colligitantis ad hoc vt annulletur omnis alia gratia facta tertio petenda est intra mensem, petita vero post mensem nō annullat gratiam anteriorem alteri factam, vt fuit resolutum in vna Collen. subrogationis 11. Decemb. 1595 coram illustrissimo Seraphino ex regula Cācellariæ de subrogat. Colligantibus, de qua videndus est glossator Soto & Sanct. Reb. super eam praxe & in regulis, & Mandosius regula 29.

38 Et circa † hanc materiam subrogationis, & quandiu dicatur durare lis vltra Mohed. decis. 8. de appel. & Flam. Paris. lib. 2. q. 3. videndæ sunt sequentes decisiones Rotæ in causa Salamantina Capellaniæ & Legionen. [illegible] coram Illustriss. Cardinali Pamphilio.

Salamantina Capellania del voto 20. Nouembris 1590.

39 FVit resolutum † gratiam subrogationis Didaci del Castillo esse iustificatam, an quantum ad qualitates ipsius Didaci quod sit presbyter Salamantinus magister in Theologia, & natus de legitimo matrimonio, bene probantur ex testibus, qui super sexto articulo dicunt vidisse illum plures celebrare missas, & etiam vidisse priuilegiū sui Doctoratus, & deponunt de publica voce & fama, & communi reputatione, quæ sufficit pro iustificatione narratorum, Rota dec. 14. de probatio. in antiquis Ægid. decis. 114. Mohed. decis. 128. in fin. Caputaq. deci. 277. part. 1. in impressis, valor Capellaniæ quod non excedat 200. ducatos probatur ex eisdem testibus, qui super primo articulo ipsius deponunt etiam ex publica voce, & fama, quæ probari valorem narratū plures fuit resolutum, vt per Ægidium decis. 675. Mohedan. 148. Puteū 29. lib. 1. Caputaq. vend. decis. 277. n. 8. quod super fructibus Capellaniæ adsit pensio 50. ducatorum reseruata ad fauorem Alfonsi de Llanos, patet ex lectura prouisionis Alfonsi, qua legitur reseruatio huius pensionis, & probant etiam testes super tertio articulo, qui bene deponunt, etiam quod nihil dicant de actuali perceptione illius quia tamen est narratum, [illegible] in gratia Didaci vt dicatur per eosdem, vt legunt informantes pro Murino, sed annuatim percipienda, possessionem obtentam per Didacū valor probatur ex eisdē testib. de publica voce & fama, quæ sufficit maxime ad effectū verificationis obtentorū in quibus Rota contentatur quali probatione Ægidius decis. 674. etiam minori quam semiplena, vt de [illegible] teste de fama cū adminiculo tradit Ægidius dec. 683. cum vulg. obitus Francisci de Malagon de mēse Maij 1587. probatur ex eisdem testib. qui super tertio articulo deponunt de præfato obitu, & in dict. mēse in Oppido de de Igualada de publica voce, & fama. Bart. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. Felinus in c. qui frequēter. §. fi. in fin. vt lite nō contestata. Mohed. decis. 77. Puteus dec. 266. lib. 3. Guidobonus dec. 145. Thom. de Thomas decis. 75. in vna Maioricen. prouisio Alphonsi de Osorio per obitū Francisci cum subrogatione in ius illius, etiam quo ad effectū executorialium iustificatur, ex sūpto supplicationis extracto ex registro Apostolico, quod pro iustificatione gratiæ sufficit, Puteus dec. 231. lib. 4. Peregrinus decisio. 201 libro 2. maxime cum satis sit prouisionem iustificare etiā de facto Ægid. deci. 116 in fi. Cresc. 154. in fine Caput. decis. 407 part. 2. in impressis. Familiaritatem narratā in literis Didaci probant testes super quarto articulo qui dicunt scire se Alfonsum fuisse familiarem felicis recordationis Sixti V. & vidisse illum incedere in habitu vnius ex intimis cubiculariis, & alia exercere quæ ad tale officium spectabant, vti alij familiares, & de publica voce, & fama quæ ad iustificandam familiaritatem narratam sufficit, ad notata per Bisignetum decisione sexta circa medium de probationibus, Ægidius decisione 113. & 114. quicquid dicendum esset, si de ea ageretur ad effectum reseruationis, Caputaquen. decisione 10. parte secunda in impressis, quod Alphōsus obtinuerit literas in forma breuis pro capienda possessione nomine cameræ, illasque intimauerit, & deinde præsentauerit coram auditore Cameræ, seu illius in ciuilibus Locum tenente, sibi decretique pro illarum executione & quod possessione non adepta extra Romanam Curiā obtinuerit satis iustificatur ex transumpto registri facti coram auditore Cameræ, in quo legitur dict. breue cum illius intimatione, & mandatum pro illius executione obtentum, & probant etiam testes, qui super quarto articulo deponunt de obitu Alfonsi ex publica voce, & fama, quod Franciscus habuerit ius super ista Capellania & vacauerit ex illius persona satis cōstat per tres sententias Rotales, ad eius fauorem latas, & executoriales desuper relaxatas. Rot. in consilio 79. num. 5. libro 5. maxime cum pro earum iustitia, & rectitudine præsumatur cū sint latæ in Rota, & post factas plures decisiones ad notata per Baldum conf. 492. n. 2. lib. 3. Socinus conf. 158. n. 9. li. 2. Ægidius dec. 89. & hoc sufficit, vt detur effectus executorialiū subrogato, quia iustificata narratiua suæ subrogationis iuxta dec. Mohe. 205. satis probat ius sui authoris, dicto de re iudicata per tres sententias conformes cum executorialibus ad eius fauorem relaxatis, vt tradit Staphileus de literis iustitiæ. § dicendum est. n. 50. ver. vltimo quo ad istam materiam, & ratio est, quia subrogatus tenetur ea tantum iustificare ad quæ suus author tenebatur, Ægid. dec. 112. Et ideo sicut Francisco fuerunt sufficientes ostēdere tres sententias absque eo quod aliter doceret de illarum iustitia, ita etiam debet sufficere subrogato, qui reputatur eadem persona cum eo, in cuius locum subrogatur, Rota decis. 10. n. 4. vt lite pendente in nouis, Caputaq. dec. 277. part. 3. in impressis, maxime cum subrogatio procedat ex facto Principis, Ripa in l. 1. n. 36. ff. de acq. poss. Paleotus decis. 119 in fine, & facit censeri vnum & idē ius, Cassadorus decis. 1. vt lite pendente, alias enim daretur processus in infinitum si semper requirerentur noua sententia, contra dec. Chasanæ. 184. non obstat, quod adepta possessione per defunctum, cesset effectus executorialium in subrogato, Crese decis. 110. quia non constat de aliqua possessione Fran. nec quod ipse viuente executoriales habuerint in effectu suū, & licet Alfonsus in in sua supplicatione, dixerit Fran. obtinere Capellaniā, illamq; per eius obitum vacare, non tamen ex hoc includitur possessio Fran. cum hæc verba verificentur propter ius in re, quod per tres sententias, & executoriales acquisierat ad notata per Ruinum, conf. 79. n. 3. li. 5. nec

aliquid facit narratiua possessionis Francisci de qua in breui obtenta per Alfonsum, quia hæc narratiua nunquã fuit verificata & in contrarium confessus Alfonsi cõtinet Didacũ quem subrogat etiãm in Frã. & in toto illius iure, & executorialibus ad eius fauorem relaxatis Guidobonus decis. 52. & dubium non est in beneficialib. admitti multiplicationem titulorum, & aliquem posse se pluribus titulis iuuare, cap. post electionem de concessio. præbendæ. Cassador. decis. 21. num. 5. super regul. & de causa possess. in fi. neque obstat, quod etiam Didacus in sua supplicatione fateatur Franciscum possessorem dictam Capellaniam vacare per obitum Francisci tanquam illius possessoris, quia attendenda est narratiua literarum, in quibus nulla fit mentio possessionis Francisci super clausulam in supplicatione appositam, quod maior, & verior expressio fieri possit in literis desuper expediendis, quod Muniz se intruserit in Capellania nullo titulo, nulloque iuris adminiculo sibi suffragante probatur, quia ingressus fuit possessionem vigore prouisionis ordinarij factæ per obitũ Francisci quæ propter pẽdentiã litis ipsum non iuuat c. 1. & 2. vt lite pendẽte in sexto, in quib. iuris. adest decretum irritans, quod inficit titulum & possessionem, Cassador. decis. 9. n. 2. de causa poss. & habent locum etiam in beneficio iuris patronatus, vt per eundem, Cassad. decis. 10. 5. vt lite pendente, Neque obstat, quod lis erat finita per sententiam & rem iudicatam, quia nondum fuerat capta possessio, Achilles decisio. 180. alias 1. de lite, & quousque executoriales fuerint executioni demandatæ, & illarum vigore apprehensa possessio semper dicitur lis durare, Sarnen. in regula de annali q. 44. Puteus decis. 311. lib. 2. Mohed. dec. 205. versic. fuit dictum cũ aliis per Modernum de attentatis. c. 4. in præfatione n. 230. cum seq. quantum ad verificationem iuris patronatus in casu de quo agitur non est necessaria, quia non est dispositiue narratiua, sed tantum conditionaliter in clausulis derogatoriis, & ei quatenus existat derogatum, vltra quod satis potest dici iustificatum ex sententiis latis pro Francis. quæ prosunt etiam subrogato quæ dicuntur de inualiditate examinis testium, tolluntur ex eo quod ad ditendum contra articulos, & vide dum iurare testes fuit citatus Dominicus de Leon Procurator ipsius Muniz, qui tanquam talis produxit suum mandatum in iudicio coram Auditore cameræ, vt Notarius attestatur, Gozadin. consil. 96. n. 15. Aymon. de antiquitate temporis. parte 2. n. 60. & vigore clausulæ potestatis substituendi quã asseruit adesse in mandato procura in aliis productis substituit D. Hyppolitum Mercẽdam, qui semper comparuit, Mohed. decis. 17. & etiam produxit diuersa iura ad causam facientia, Rom. consil. 436. n. 11. Felinus post alios in ca. coram de offic. delegati. Aym. consil. 60. n. 5. Puteus decis. 358. lib. 1.

In eadem secundo Aprilis, 1593.

40 DOmini steterunt in decisis, non obstante instrumento cessionis litis producto, quia notissimum est litem non finiri per cessionem nisi secuta possessione, Achilles decis. 180. alias 1. de lite, Modernus de attentatis lite pendente in præfatione, n. 253. sicut nec per sententiã, & rem iudicatam, donec sint executioni demandata, & possessio apprehensa, Sarnen. reg. de annali, q. 44. Puteus decisio 310. lib 2. Mohedan. decis. 180 & decisio 206. Modernus de attentatis supra nu. 230. quia licet per cessionem amittatur possessio ciuilis & naturalis, non tamen detentatio Mohedan. decis. 238. cum aliis, ratione cuius durant executoriales, nec obstat, quod simul cũ cessione est mortuus collitigans, & sic cessat ratio, ne detur nouus collitigans. Millis in reper. verb. lis finitur quia procedit, quando fuit facta dimissio, vt declarat Millis verb. lis finitur in fin. vel quando est facta cessio in fauorem possessoris, vt in illa Conchen. Archipresbyteratus coram illustrissimo Card. Plato, secus quando non est facta in fauorem possessoris, Caputaq. dec. 171. parte 2. præsertim stante subrogato, qui reputatur eadẽ persona cum eo in cuius persona m subrogatur. vt in altera decisione Modernus de attentatis supra n. 161. & 268. non obstante alia deducta, quia in decis. fuerunt sublata, cum qua Domini fuerunt.

In eadem coram eodem Domino Pamphilio, 5. Iulij 1593.

DOmini † steterunt in resolutis, quod gratia subrogationis Didaci de Castillo, etiam quo ad executoriales veniat exequenda, cum sit in omnibus iustificata, etiam quo ad narratam intrusionem Muniz, & nõ constet viuente Malaga illas fuisse executioni demandatas, iuxta vulgarem deci. Crescentij 110. & Mohedani 206. cum aliis allegatis, nam quod Muñiz sit intrusus satis liquet, ex eo quod ipse fuit præsentat. a patronis & institutus ab ordinario, qui nõ poterãt se intromittere in hac Capellania, cũ quia est iuris patronatus Ecclesiastici, & vt in prima decisione huius causæ resolutum fuit vacauit in mẽse Maij, & sic reseruata, ad notata per Fel. in tract. quando literæ Apostolicæ. 3. limitat. Couarr. pract. q. c. 36. sub n. 1. & seq. Maxime cum Papa præuenerit in subrogando antequam Muñiz esset à patronis præsentatus, & ab ordinario institutus c. dudum, de præb. in 6. Vital. post alias in Clem. 1. sub numero 38 vt lite pendente. Tum etiam ratione litis c. 1. & 2. vt lite pendente in 6. quæ iura habent decretum irritans, & vendicant sibi locum etiam in beneficio iuris patronatus, vt per Cassad. dec. 3. n. 5 eodem ti. cũ vulg. quod autem adesset lis, sæpius in hac causa resolutũ fuit stantibus tribus sententiis in rem iudicatam transactis vna cum executorialibus ad fauorem Malagæ relaxatis, quæ litem non extinguunt quousque sint executioni demandatæ, & illarum vigore capta possessio, iuxta doctrinam Ioan. Fabri in l. 2. C. de litigios. Sarn. de annali quæstione 44. Puteus decisione 310. lib. 2. Mohed. decis. 310. in fi. cum aliis per Modernum de attentatis lite pendente in præfatione n. 230. quod procedit etiã stante cessione, quæ nec ipsa extinguit litem nisi secuta possessione, Achilles decisio. 180. alias 1. de lite. Caputaquen. decisio 172. part. 2. etiam ad effectum vt interim prouisus dicatur intrusus, vt pluries resolutũ fuisse refert Modernus vbi supra. n 230. Neque obstare, quod simul cum cessione concurrat obitus alterius collitigantis, quo casu cessante ratione ne super lis detur nouus collitigans, ordinarius non impeditur in conferendo, vt tradit glossa in dict. Clement. 1. verbo morte. per illũ text. & ibi Card. n. 21. Imola 24. & Vital. num. 35 Millis verb. lis finitur, cum aliis allegatis, quia vt alias fuit dictum hoc procedit, vel secuta dimissione detentationis per cedentem, & adepta possessione per defunctum, vt declarat Millis d. verb. lis finitur, in fin. vel quando cessio siue expressa, siue tacita, de qua per Cassador. dict. decis. 4. n. 5. vt lite pendente est facta in fauorem possessoris, vt sequuntur Doctores in contrarium allegati, & decisio facta in causa Conchen. Archipresbyteratus coram illustrissimo Domino Plato, secus tamẽ quando est facta ad fauorem non possessoris, quia tunc propter reliquas lites quæ supersunt, nunquam dicitur extincta lis, nisi adepta possessione per cessionarium, Achill. decisio. prima de lite Caputaquensis, dicta decisione 172. p. 2. cum aliis supracitatis, & præsertim stante subrogatione gratiosa in ius Malagæ, etiam quo ad executoriales obtenta ante præsentationem & institutionem Muñiz, 41

quæ facit vt subrogatus reputetur eadẽ persona cum Malaga in cuius locum subrogatur. Rota decis. 10. n. 4. vt lite pendente in nouis, Caputaq. dec. 277. part. 3. & in ipso duret eadem lis, quæ erat cum defuncto, quamdiu non constet executoriales fuisse plenarie executioni demandatas, cum actuali possessione. Cassad. dec. 1. vt lite pendente, Mohe. dict. decis 206 Caputaq. d. decis. 167. part 2. quod procedit etiam ad effectum, vt ei non detur nouus collitigans, & patroni impediantur in præsentando, & ordinarius in instituendo, vel conferendo, vt tradit Modernus de attentatis lite pendente in præfatione, n. 161. & 268. & tenuit Rota in causa Legionen. præstimoniorum de mense Nouembris proxime præteriti, maxime vt ordinarium non posset conferre tertio non collitiganti, & quando prout hic, adest subrogatus qui litem prosequatur. Cassad. decis. 5. n. 4. vt lite pendente. Vitalis in d. Clementina 1. n. 18. in fi. eodem tit. quicquid forsan dici possit ad effectum subrogationis collitigantis, quando non adest alius qui litem prosequatur, vt loquitur Ioan. And. in d. c. 2. n. 1. & declarat Franciscus ibi col. 3. versicul. & prædicta procedunt, & Modernus de attentatis à n. 102. Et tanto magis quod hic versamur in subrogatione quoad executoriales factã per Papam. 3. non collitigans, ante prouisionẽ Muniz, quæ non dicitur propria subrogatio, nec cadit sub regula de subrogãdis, sed est potius quædam prouisio mere gratiosa cũ facultate prosequẽdi rẽ iudicatã, & executoriales, quo casu non attenditur, an adsit lis, sed sufficit voluntas Papæ, quod sciens quod tertius non erat in lite, voluit, & potuit eum gratiose subrogare, etiam quo ad prosecutionem executorialium, vt dicit Mohedan. decis. 180. Paulo post mediũ. vers. quo vero ad subrogationem per Papam, &c. & ideo cum non constet Malagam defunctum vigore præfatarum executorialium habuisse possessionem Capellaniæ, quod solum inspicitur ad effectum vt cesset earum virtus in subrogato, iuxta decis. Crescentij, Mohedani & aliorum supracitatorum, durandus est illarum effectus Didaco, subrogato, prout absque dubio duraret Malagæ si viueret, non obstante cessione rei conuenti, per quam non dimittitur detentatio, Rota decisione 1. de renuntiatione in nouis, Sarn. de annali, q. 56. cum sequ. Mohed. decis. 238. cuius ratione durat effectus executorialium, Cresc. d. dec. 110. nec aliter probatur dimissa pro ut ad istum effectum probari debet, vt dicit Cresc. quicquid dicendum sit ad effectum restitutionis in spolio, & ad alios effectus, de quibus loquitur Mohedanus d. dec. 238. cum aliis in contrarium allegatis, & in omnem euentum non constat fuisse acquisitam possessionem cessionario, quod in hac materia requiritur vt supra deductum est.

Legionen. præstimoniorum, 27. Nouembris, 1592. coram Pamphilio.

42 DVbitaui † super iustificatione gratiæ subrogationis D. Ambrosij Gonçalez, in iuribus quõdam Ioannis del Cano, & dominij excepto valore præstimoniorum de quibus agitur, & aliorum, de quib. in eadem gratia dñs Ambrosius fuit prouisus, quia ex testib. datis non videtur sufficienter probatũ, vt per informantes, dixerunt in relaquis gratiam esse iustificatam, quantum enim ad qualitatẽ Ambrosij quod sit Presbyter, & Licentiatus in decretis probantur ex testibus, qui dicunt vidisse illum celebrare Missam, & etiam vidisse priuilegium Licentiat[illegible] deponunt de publica voce, & fama, quæ pro [illegible] ne habilitatis narratarũ sufficit, Rota decide[illegible] in antiquis Ægid. dec. 114. Mohed. dec. [illegible] dobonus dec. 141. Caputaq. decis. 177. par. 1. in impres. vs. Valor vero [illegible] quod nõ excedat ducatos 450. & pẽsio ducatorum 16. super fructibus Capellaniæ S. Annæ de Mãsilla sufficienter probatur, ex eisdem testibus de publica voce, & fama, cum ad veritatem obiectorum Rota contentetur quasi probatione, Æg. d. decis. 674. etiam minori quam semiplena, vt de vno teste de fama, cum adminiculo, tradit idem Ægid. dec. 683. cum vulg. quod super vno ex præstimoniis obtentis reperiatur reseruata pensio 150. ducatorum auri in fauorem Serenissimi magni Ducis Etruriæ, & super alio altera pensio ducatorum vndecim similium, probant eidem testes in summario, n. 6. præstimonia, de quibus agitur non requirere personalẽ residentiam, probatur ex eo quod sunt simplicia prout etiam de iure præsumuntur, Ægid. decis. 676. Staphil. tit. de qualitate & statu benefic. in princip. quia ex generali consuetud. e residentiam non requirunt, vt post Card. & alios tradit Imola in c. fin. n. 9. de clericis non resid. Felinus in c. dilectus li. 2. n. 1. de rescr. Alex. cõs. 1. n. 2. li. 7. & fuit resolutũ coram illustrissimo D. Cardinali Lancelloto in causa Conchen. Beneficij de Vall. sub die 30. Martij 1582. & alias sæpissime, obitus Ioannis del Cano ad effectum iustificationis gratiæ, de quo agitur sufficienter probatur ex testib. deponentib. de publica voce & fama, ad notata per Bar. in l. 1. §. si dubitetur ff quẽadmodũ testamẽta aperiãtur, Fel. in c. quoniã ss. quẽter. §. fi. in fi. vt lite nõ cõtestata. Mohed. dec. 177. Puteus decis. 166. li. 3. Guidobonus dec. 145. Tho. de Thanis decis. 75. in vna Mauric. lis inter Ioannẽ del Cano dum viueret, & nonnullos alios super istis præstimoniis iustificatur ex pluribus commissionibus, citationibus, sententiis, & aliis actis, de quib. in registris illius causæ, quæ tempore obitus Ioannis adhuc pẽdebat, quia licet fuerint obtentæ sententiæ, & executoriales, non tamẽ fuerat subsecuta possessio. Achill. dec. 180. alias 1. de lite. & per executoriales, non dicitur extincta lis quousque fuerint executioni demandatæ, & illarum vigore apprehẽsa possessio, Sarn. de annali, q. 44. Puteus dec. 311. lib. 2. Mohed. decis. 205. vers. fuit dictum cum aliis per Modernum de attentatis. c. 4. in præfatione n. 230. cũ seq. neque obstare, quod factum sorte vtriusque collitigantis videatur extincta lis, iuxta Clem. 1. vt lite pẽdente quia non constat de obitu Aluari, alterius collitigantis, & in omnem euentum non habet locum dicta subrogatio per Papam, in cuius persona dicitur durare lis, Cassador. dec. 1. vt lite pendente, & latius per modernum in d. tit. de attentatis, c. 4. in præfatione, n. 161. & n. 268. Neque obstare taciturnitatem 30. annorum, quia adhuc non fuit lapsus 30. anni, & obstat tacentis non est calumniosam, lis non habetur spatio tanti temporis pro derelicta. Achil. decis. 185. prout calumniosam dici non poterat cum Ioannes, qui obtinuerat tres sententias Rotales, vna cum executorialib. ad notata per Sarn. reg. de subrog. collitigãtibus q. 1. n. 3. Maxime taciturnitas fuerit causata ex impedimentis præstitis per Aluarum, mediante recursu ad consiliũ Regium, per quod curauit auferri executoriales, quæ nunquam fuerunt relaxatæ, nec Ioannis del Cano aut [illegible] Ambrosij probatur per tres sententias Rotales, ad eius fauorem latas cum executorialib. relaxatis, Rom. consil. 79 n. 3. li. 5. quæ cum sint latæ in Rota præsumuntur recte & rite latæ, ad Bald. cõs. 492. nu. 2. li. 5. [illegible] consil. 158 n. 9. li. 2. Ægid. deci. 89. & hoc sufficit vt detur effectus executorialiũ subrogato, qui iustificat narratiua suæ subrogationis, iuxta decis. Mohe. 20[illegible] tis dicitur iustifica[illegible] docendo de [illegible] conformi [illegible] eius [illegible] atis, vt p[illegible] st, [illegible]

tur suam actionem, & Rotæ dec. 331. 2. ideo si non teneatur sufficienter assignare sententias, ubi? et quod aliter dicere et de illarum validitate, ita etiam debet sufficere subrogatus, qui reputatur unus, & eadem persona cum eo in cuius locum fuit assumptus, Rota 10 n. 4. vt lite pendente in nostris Capuana. dec. 277. partic. 3. in impressis, maxime cum subrogatus procedat ex facto Principis. Rota ibi 1. numero 36. de acquirenda possessione. Paleotus dec. 119 in fi. & facias contra vna. eadem ne, Cassad. decis. 102. vt lite pendente, alias eam si exequi requirentur non sententia datur processus in executorium. Cotan. decis. 184. & in his terminis tenuerunt domini in causa Salamantina Capellaniæ, del Voto in precedenti Rota, nec obstat quod sententia non prajudicet successoribus in beneficio, ex Rotta in d. conclu. 9 n. 6. di. 3. quia tunc afficiens nimis contrahit lite pendente, et quod eam eis non quæ fuerit lesa &c. Crescē. dec. 142. sunt sed mediati sunt immediatis successores, Mated. decis. 12. Paleotus decis. 188. Ant. Aug. in Epitome, tit. de executorialib. n. 1. & 4. non obstat quod executoriales antiquæ non sint exequēdæ, quia Antonius Aug. dic. de executoria. n. 13 loquitur quando exhibentur sola executoriales ab 13. processa, & sententia, secus quando prout hic contigit de sententia, & processu, & sic de anno 1567. in vna Tudertina bonorum cui à bona memoria D. de Rubeis fuit resolutum, vbi etiam fuit dictum executoriabus vt præscribi spatio triginta annorum, quando fuit capta, vel petita executio, per declarationem Achillis vnicam de executione sententiæ prout fuit factum in casu proposito.

43 In ista causa Legionen. præstimoniorum † est alia decisio coram eodem vigesimosexto Martij millesimo quingentesimo nonagesimotertio, infra adducta 8. par. 5. n. 17. & in eadem fuit resolutum posse rem triennalem, qui successit in beneficio litigioso, gaudere reg. de triennali si illi non fuit mota lis, nec habuit causam a collitigante, Sarmen. reg. de triennali.

CAP. V.

De executoribus executorialium.

SVMMARIA.

De executoribus executorialium Rotæ, & quomodo sit procedendum, ad earum executionem non est opus hic agere, quia non pertinet particulariter ad materiam beneficialem, possunt tamen videri, & scitus in cap. ad probandum, numero sexto, & in cap. de cætero, numero decimoquinto, de re iudicata, Sarmen. de annali, quæ illius quadragesima quarta. Castador. decisione sexta, de causa possess. Crescentius decisione decimasexta, decimaseptima, decima nona, vigesima, & trigesima tertia, de re iudicata, & 2. vt lite pendente & prima de sequestratione possession. Mohedan. prælud. secundo de re iudicata, n. 1. de fide instrumentorum Caputaq. dec. 312. 333. & 334. part. 1. Puteus 44. & 62. libro tertio & 223. lib. 1. in decisione 51. lib. 2. par. 3. dicit eorum vt impressi, Aragon. decisio. 41. & 44. Thomas decis. 3. & Cota decis. 174. & 178. in manuscripto, addit Paniz. ad Rotam decis. 2. de rescript. non nouis, anno 45. Vestrius in praxi, lib. 8. cap. vltimo, a numero 16. Manoel. regul. 29. cancellar. quæst. 4. & de commissione, commissione 19. & 29. vltima gloss. per alias quæstiones, Cancellarius de attentatis, cap. 1. num. 35. & cap. 5. 22. & a n. 71. & 141. in præfatione n. 167. & a num. trecentesimoquinto, & cap. duodecimo decimaquarta ampliatione, a numero decimoseptimo & octo. vigesimo ampliatione 26. numero 2. & Ioan. Gutt. 1. rer. Canonicarum quæst. lib. primo capit. quarto. numero 119. sinodellam & decis. Rotæ in causa Toletana iuris decimandi octauo Nouembris 1591. coram D. Pamphilio adducta supra capit. tertio, precedent. numero centesimo quadragesimo quinto.

4 Et de subrogato in locum † illius, qui habuit executoriales, vide Staphileum *de literis inhibitoriis, 9. exceptio sola plus operatur, & 1. a numero 4. & 9. subrogatus est*, & decisiones Rotæ in causa Salamantina Capellaniæ del Voto, & Legionen. præstimoniorum adductas, cap. precedent. ad fin.

LAVS DEO.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS